IANI

GRVTERI

ANIMADVERSIONES

IN

L. ANNAEI SENECAE

OPERA.

In quibus, præter omnes passim omnium huius superiorisque æui doctorum hominum emendationes interpretationesque, quamplurima loca supplentur, confirmantur, corriguntur, illustrantur, ope M.SS. quæ in Bibliotheca Elect. Palat.

HIS ADDITÆ NICOLAI FABRI

ANNOTATIONES

Ad Senecæ patris Controuersias, & filij Apocolocynthosin.

[redacted]



Ex Typographeio Hieronymi Commelini,
ANNO M.D.XCIIII.

NOMINA EORVM A QVIBVS SENECÆ AVT AVXILIVM, AVT ORNATVS.

Adrianus Iunius
Adrianus Turnebus
Aldus Manutius Nepos
Alexander ab Alexandro
Andreas Alciatus
Andreas Schottus
Andreas Tiraquellus
Angelus Politianus
Antonius Augustinus
M. Antonius Delrius
M. Antonius Muretus
Barnabas Brissonius
Bartholomæus Marlianus
Beatus Rhenanus
Bonauentura Vulcanius
Cælius Curio Secundus
Carolus Sigo[illegible]
Claudius Puteanus
Desiderius Erasmus
Erricus Memmius
Ferdinandus Pincianus
Franciscus Connanus

Franciscus Duarenus
Franciscus Hotomanus
Franciscus Iuretus
Franciscus Modius
Fulnius Vrsinus
Georgius Buchananus
Gulielmus Budæus
Gulielmus Camdenus
Gulielmus Fornerius
Henricus Stephanus
Hercules Ciofanus
Hermolaus Barbarus
Hieronymus Commelinus
Hieronymus Magius
Hieronymus Mercurialis
Iacobus Bongarsius
Iacobus Cuiacius
Iacobus Dalechampius
Iacobus Lect[illegible]
Iacobus Pamelius
Iacobus Ræuardus
Iacobus Scheckius Nepos

Ianus Dousa pater
Ianus Dousa filius
Ianus Grotius
Ianus Gulielmius
Ianus Langlæus
Io. Baptista Pius
Iohannes Brodæus
Iohannes Caselius
Iohan. Durantius Casellius
Iohannes Corrasius
Iohannes Nicotius
Iohannes Opsopœus
Io. Pierius Valerianus
Iosephus Castalionius
Iosephus Scaliger
Isaacus Casaubonus
Iulius Cæsar Scaliger
Iustus Lipsius
[illegible] Torrentius
Ludouicus Cælius Rhodiginus
Ludouicus Carrion

Marquardus Freherus
Matthæus Fortunatus
Matthias Cloccius
Nicolaus Faber
Nicolaus Gruchius
N. Hotomanus
Onufrius Panuinius
Paulus Leopardus
Petrus Ciacconius
Petrus Colutius
Petrus Faber
Petrus Nannius
Petrus Pithœus
Philippus Beroaldus
Philippus Robertus
Rubertus Titius
Rudolphus Agricola
Scipius Gentilis
Simo Vlricus Pistoris
Theodorus Marcilius
Valens Guellius Pimpôtius
Valentinus Acidalius.

ILLVST. PRINCIPI AC DOMINO, DN. MAVRICIO LAND-GRAVIO HASSIÆ, COMITI IN CATZENELNBOGEN, DIETZ ZIEGENHAIN ET NIDDA, &c. BONO R. P. NATO.

VENIVNT *ad Te Animaduersiones in Senecam mea,* MAVRICI *Illustrissime; & veniunt non vnis de causis, quas expromere & volebam & poteram: adeo tu inter ordinis tui Principes non Natura modo Sortisq; donis sed magis & Virtutum & Doctrinarum prærogatiua vere Eximius. quæ omnia, quemadmodum non domesticos modo propiusq; notos, sed & longius positos, Solari tanquam præstinguunt radio, nescio rapiuntne an pelliciunt æstimium atq; admirationem. quodq; inde sequitur, in officium & cultum: sic & neminem non, etiam a Musis parum instructum ac Gratiis, in laudes tuas excitat alitq; quasi æstro. Et vero, dum totus in hoc sum vt debitum tibi coner præconium, (quid enim nos minorum gentium homines nisi conari?) ecce illud in me libratum telum, quod non vocem tantum mihi intercluderet, sed & omnem simul eriperet mentem. Et sic eheu est non videbatur vnquam animo maior accedere posse dolor, quam is quem incussit ante biennium & quod excurrit, Illustrissimi ac potentissimi principis, Dn.* CHRISTIANI *Saxoniæ Ducis & Electoris, &c. Domini mei benignissimi, non mihi solum sed & Germaniæ toti, imo vero Europæ, sicuti immaturus, ita & luctuosissimus obitus: tum quod ita, si quisquam alius, suo sibi merebatur iure, tum quia etiam cor eius erga me eo affectu, ea dignatione, vt cum plures propius essent quos & eruditio commendaret & fama, me tamen, nihil tale cogitantem, ex ipsis euocarit Borussis ad Historiarum Antiquitatumq; in Wittebergica sua Academia Professionem publicam. Verum enimuero iam experior leuius illud fuisse vulnus ad istud recens, quo anima mihi mea pars potissima violenta vi Fati auellitur aut verius abscinditur, vxorem amitto a primo re statim partu; cui præter ætatis florem, eæ animi animeq; dotes, vt & hic etiam earundem recordatio quamuis facundo silentium: adeo ipsa supra sexum suum & contra huius æui mores, proba, casta, prudens, pia. cuius discidium eo mihi grauius, quo prosperiore afflarer fauoris Zephyro, quem vt excitarat ita & fouet Illustrissimus Princeps, Dn.* FRIDERICVS QVARTVS, *Dux Bauariæ, &c. Elector primarius, magna spes Europæ, maior Germaniæ, maxima orbis Christiani, Princeps inquam ac Dominus meus clementissimus, quiq; me incōparabili plane gratia ac singulari prosequitur munificentia, propriumq; adeo sibi & peculiarē Historiarum vltro adsciuit Professorē. quibus & accedit, quod is amor, id iudicium ac præconium de me omnium qui in Aula & circa eam, qua nobilitate atq; honore, qua literatura & secundo rumore virorum illustrium, vt vel partem aliquam eorum improbe etiam optet, cui nihil non indulserit Pallas, Phœbus, Suada. Ignoscas, Illustrissime Princeps, miserias suas deploranti: eamq; interim persuasum habeas inesse fronti isti modestiam, vt nunquam tali habitu ausus fuissem venire ad Te, nisi iam antea de hac prælustri nominis auctoritatisq; Tuæ præscriptione communicassem cū erudita eloquentia viro, Tibiq; Principi proprie nato D.* EBERHARDO *a* WEIHE, *amico meo: qui etiam, si tanti est, consilii huius mei corā explanabit causas: nam ego præ corporis animiq; ægritudine deficio. quibus si mox acciderit, quod opto & spero, (quid enim diutius lucem hanc morer inuisam?) obnixe Te quæso atq; obtestor, pro ea qua es erga literas literarumq; cultores, non æquitate modo, sed indulgentia, famæ meæ postumæ venias assertor contra liuidū dentem Inuidiæ Inscitiæque. Sic illustriss. familia tua, sic toti domus Hassiaca fausta omnia ac felicia augeantur quotidie magis ac magis: Tuq; adeo,* MAVRICI *illustriss. supergressus incomparabiles illos Heroas, auum patremq;, orbi toti vere sis habearisq; Principum optimus maximus. Heidelb. die* XI. *Martii* CIƆ IƆ VIC.

Deuotus C. T. omni fide atq; obsequio,

Ianus Gruterus.

(:·:) 2

LECTORI S.

NE tibi quoque possum quæ copio, lector. sed tamen habe paucis. Vides Animaduersiones in Senecam meas. sic libuit vocare omnes fere omnium huius superiorisq; æui Doctorum ad Philosophum illum emendationes, explanationes, obseruationes, illustrationes. eas tam religiose imo superstitiose collegi, disposui, produxi, vt nullam formidem Nemesin. vbicunq; enim licuit, propria cuiusq; retinui verba, nomine statim adscripto. Vnde factũ quoq;, vt nõnulla loca, minus forsan indiga interpretationis, in numeros tamẽ retulerim. sed quid tũ? optabat magnus ille Erasmus vt auctor hic noster perpetuis aliquando insigniretur Scholiis, quibus & Typographorum inscitia, & Sciolorũ temeritas, mutatorium quicquid nõ assequuntur, freno quasi coërceretur, excluderetur. quod ipsum quanto iustius hoc cuperetur seculo? quo Cælius Curio Secundus, eiusque optio Vinc. Prallius, optimi & curatissimi Pinciani simplices dubiasq; coniecturas aut in contextum fere, vti loquimur, receperunt, aut tanquam variantem calamo exaratorum codicum lectionem marginibus adleuerunt. Sed hoc vtcunq, forsan dissimulandum; nisi deinde Cælianum illud exemplar repræsentassent Editores reliqui omnes; etiam ipse Muretus: qui hoc præterea amplius, quod Cuculi more legitima passim exturbata prole Senecæ, suam substituerit, non minus certe infeliciter quam dissimulanter; nusquam scilicet facta facinoris huius sui mentione. quod dico, omnibus approbabo mea legentibus: mea, inquam, quæ ex pluribus erui manu descriptis libris: quorum quinque benignissime suppeditauit Bibliotheca Domini mei ac Principis Friderici IV. Electoris Palatini. quatuor eorum, signo Palatinorum nomine, quintum Nazarii, distinctionis ergo; quoniam ceteris melior antiquiorque, liminique einsdem adscriptum, CODEX SCTI NAZARII IN LAVRISSA. vtinam plura eius habuissem. aderant enim tantum libri de Beneficiis & Clementia. præter hos sextum mihi communicarunt Fratres minores qui Coloniæ. clarissimus vero Abrah. Ortelius Regius Geographus amicusque noster vt verus, ita constans, Antuerpia transmisit libellos de Prouidentia, de Iniuriis, de Vita beata, de Tranquill. animi, de Breuitate vitæ, & Consolat. ad Polybium. Ad Gallicana exemplaria quod attinet, Memmiana nempe, & Puteana, Iureti item vnum, nec non alterum Nicotii, item Gillotũ, ea ipsa laudo fide aliena, sed fide nihilominus fida; amicissimi inquam Io. Opsopœi amici nostri, harumq; artium apprime eruditi. In Controuersiis Senecæ patris, leuiter admodum fui; quod agnoscerem Romanam editionem aliquam multis locis melioribus nescio quibus vsam libris. Operæ pretium tamen duxi enotare scripturam publicatam ab Erasmo, item varietatem Palatinorum quatuor & Coloniensis vnius: (quorum tamen nemo Controuersias seruabat integras, nisi Palatinus primus) ne quis in omnibus temere nimis fidem adhiberet Romæ excusis; vtique cum interdum odorer ingenii potius acumen quam vetustarũ schidarum auctoritatem. Ridebunt has minutias multi, scio; verum neque nos ista multis laborauimus; sed iis fere tantum quibus notum quam vehementer Turnebus, Froterius, aliique desiderarint vt incomparabilis ille Ioach. Camerarius viriosas saltem membranacei sui Plauti pluries repræsentasset scripturas: iis præterea, qui oppido sibi gratulantur tædiosa hac Petri Victorii comparatione atque fide, restituta in integrum infinita M. Varronis loca libris de Re rustica, adminiculante postea maximi viri Ios. Scaligeri acutissimo ingenio. Sed & cum idem cucurrerint stadium homines cani, homines nobiles, homines literati, in Lucano, inquam, aliisque simile præstiterit Theod. Pulmanus, in Iustino Iac. Bongarsius, in Iuuenale & Persio Petr. Pithœus, in aliis alii; neq; turpe mihi taliũ insistere vestigiis, præsertim cum curiosa hac indagine multas centurias mendarum in cubiculis suis deprehenderim, & porro fuderim fugauerim: quarum pars ab vltima vsque antiquitate iam possessionem suam firmauerat, pars nuper inuecta læuis Cæliũ Muretique auspiciis. Sed nec exiguos scopulos velificante leuiter mss. aura, diuinacisq; ingenii ductu prænauigare conati sumus, paulula obliquatione: quo successu, iudicent doctiores. ipsus enim iam a principio profestor, aliquoties quidem indulsisse suspicionibus. sed excitandæ acuendæq; aliorum magis industriæ, quam alterius rei causa. certe cum ego iis nullum ponã pretium, aliorũ erit nihil eis amplius tribuere quam bonitate sua mereri videbuntur. Frustra enim est qui in me Pyrgopolynicem cogitet aut Suffenum: quales tamen graphice depingit I. C. ille qui non ita nuper Senecam nobis adornauit gloriaturque *annum pene integrum apud Senecam persedisse; vt non discipulum tantum, sed & inquilinum etiam recognoscamus.* itaque *sinceram auctori nostro lectionem Coniecturarum ac Variarum libris adseruisse*, ne non *ferro in ipsum incidisset sapiens ille noster; quis cum variis*, inquit, *lectionibus ad nos pridem peruenisset, & iis quidem bona ex parte non necessariis, (imo quæ velut tinea lineamenta auctoru, h. e. totius imaginis atq; operis filum atq; structuram arroserant, luxarantq;) curæ ipsi fuisse ac studio lectionum varietates (præsertim si minuta essent ac literaria) non numerare sed appendere. quocirca quæ visa tota illa priorum farragine prima nota, a se selectas tantum, &c.* hæc ioquam talia cum seuero loquatur vultu, idem tamen ille I. C. cuius nomini parco, adeo licenter grassatur in hunc nostrum Senecam, atque si excarnificatum nobis reponere voluisset Promethea. Volebam quidem leniter ac leuiter, imo vero præterire hominem parabam; quoniam nihil omnibus illis quinque Coniecturarum Variarumque libris, quod non aut compilatum, aut supernacuum, aut ineptum, aut insulsum, aut adeo absurdum & falsum. sed enim, vt insuper animaduerti eundem non modo sanissima quæque loca, sanctissimasque sententias hinc incestare turpiter, inde trucidare violenter (hoc enim forsan excusetur Simiolæ exemplo, quæ & catulos suos nimio amplexu strangulat) vt, inquam, animaduerti eo ipsum prorumpere, quo nemo vnquam ab vllo æuo quamuis superbiss. supercilii, quamuis proiectissimę impudentiæ, ideoque infaustas suas coniecturas, hoc est,

est, aut a consuetudine Latine loquentium abhorrentes, aut longissime a receptæ scripturæ literis aberrantes, centies tamen & amplius in *libris Aureorum*, pro legitimis citare laudareque Senecæ, nullo interim verbolo facta hariolationis suæ mentione; audirem que atque adeo viderem plerumque inuenturem nihil præterea Senecæ habere sibi commendatum, quam quod ipse tam arroganti extulisset titulo, censerique volebat, *succum, & (si modo ita loqui liceret) quintam Senecæ essentiam*; coactus sum detegere hæc vada & has aras latentes, ne naufragium peruenirct ad plures. quid enim? nonne hoc modo vel vnicus Ardelio plus intra paucos noceat annos bonorum Auctorum reliquiis, quam Goti ceterique Barbari nocuissent iis de quibus nihil nobis reliquum præter inane nomen? ita sane: adeo enim deformarentur adhoc superstites, vt nihil Hominis in ipsis cognosceremus, sed monstri aliquid monstruosissimi. Hæc ne videar loqui, nescio quibus præpeditus affectibus, adi tu mi lector Animaduersiones nostras; inuenies que tot pudendos errores, vt præ stupore. imo horrore nescias qui sis aut vbi. & primum vide vt directe peccet, in sensum communem omniumque seculorum experientiam, cum Seneca dicente lib. 2. cap. 1. de Benef. *Multi sunt quos liberales facit frontis infirmitas*; iste mandat legamus, *illiberales*: quid est rerum naturam inuertere si hoc non est? vt & lib. 7. cap. 7. de Benef. vbi auctor de sacrilego; *Opinio illū*, inquit, *nostra ac sua obligat pœnæ*; alter legere se iactat, *nostra, non sua*: quod ipsum nunquam vel scelerosissimus admiserit sacrilegorū. Deinde Epist. 99. tradit Philosophus: *Inhumanitas ista non virtus, funera suorum hisdem oculis quibus ipsos videre, nec commoueri ad primam familiarium diuisionem*. quid queat dici clarius, quodque quotidie magis aut audiatur aut fiat? at tamen idem ille, tanquam si Paradoxon proponeretur omnium absurdissimum, nunc legit, *ad extremam familiarium* &c. nūc *ad proximorum familiarium &c.* alibi vero producit tanquam germanum Senecæ *ad primorum familiarium &c.* Sed & cap. 17. de Breuitate vitæ, vbi Annæus de Caiu loquitur Caligula, qui dum nauibus abutitur ad constructionem pontis per sinū Baianū, famem induxerat vrbi: *aderat*, inquit, *vltimum malorum obsessis quoque, alimentorum egestas*. sic quidem Seneca; at alter iste noster, capitur omnino reponere *defessis* loco *obsessis*. quis vnquam fando tantam audiuit stupiditatem? at ei similis illa quam patefacit lib. de Consol. ad Marciam cap. 7. ibi enim auctor noster, *Feracum vestigia catulorum consectata sunt, & siluas peruagata, cum sæpe ad cubilia expilata redierint, rabiem intra exiguum tempus extinguunt*; nam alter ille, tanquam si Cimmeriis inuolutus tenebris, legit modo, *cum fœtibus ad cubilia expilata redierint*; modo, *cum semel ad cubilia expilata &c.* quod vltimum. an non directe contra quotidianam experientiam? Verum omnem stultissimorum exuperat insaniam quod promit ad ista Senecæ lib. 2. cap. 57. Natur. quæst. *sic liquescit excussa glans funda, & attritu aeris velut igne distillat*; tradit enim, putare se legendū; *excussa glacies*. Nihilo sanius est, quod cum scripsisset Seneca Epist. 95. *miserabiliorem ex cruditatibus quam ex fame maciem*, ipse repositum cupiebat, *miserabiliorem ex ferculis, quam &c.* Nam quid dicam de interpretatione cap. 16. lib. 1. Natur. quæst. vbi agitur de *Osco* quodam homine impuro quem serui sui occiderant, aitque Seneca, *D. Augustus indignum vindicta putauit*: id enim ipse ita cepit vt retulerit ad titulum Pandectarum, *De manumissis vindicta*. vbi vel puer intelligat *vindictam* poni pro *vltione*. Sed si promam omnia quæ iuria peccat ignorantia, abutar lectoris patientia. tantum fidei meæ causa contabo paginas aliquot Animaduersionum mearum, vbi obiter quædam eius errata deteguntur. debebam quidem omnia, non tam in exemplum aliis, sed ne auctoritate sua rudiori amplius studiosorum imponeret vulgo. sed enim luctuosus iste carissimæ coniugis abitus, tricosis istis me abripit; neque ego is sum qui omnia nimis ad viuum resecet. ergo vbi Iuris ei nocuit inscitia, inuenies pag. *533* d. *534* b & d. *550* e. *557* d. *566* b. *626* a. *627* b. *673* e. *826*. vbi Historiarum, pag. *536* b. *548* b. *554* d. *556* a. *594* b. *641* b. *653* b. *701* d. *847*. vbi Antiquitatum, *519* e. *534* d. *619* c. *625* a. *648* a. *662* b. *680* a. *684* e. *697* a. *770* d. *780* b. *786* a. *802* b. *809* c. *810* e & d. *822* a. *832* a. vbi Linguæ Latinæ ignorantia, ingeniiue confidenti temeritate, ridicule labitur, pag. *521* d. *522* a. *526* e & d. *544* a. *549* e. *551* c. *563* d. *564* d. *568* a. *569* d. *570* a & c. *580* a. *585* e. *588* b. *589* b. *591* d. *592* d. *602* a. *607* b. *610* a. *618* b & c. *621* d. *627* a. *632* d. *642* b & e. *643* b. *649* b. *654* a. *669* e. *671* a. *693* d. *703* b. *706* d. *717* a. *720* d. *724* a. *731* d. *746* a & d. *747* b. *765* c. *767* a. *768* b. *776* c. *777* b. *792* b & e. *794* a. *807* b. *811* a. *815* e. *816* a & d. *819* d. *821* d. *823* b. *824* b. *831* a. *833* b. *845* d. *846* b. *849* e & d. *853* d. Iam vero gnomas Ethicas Politicasq; centies & amplius corrupit. exēpli causa pag. *631* d. *632* b. *658* c. *667* e. *695* c. *852* c. *870* c. *873* b. quid quod negationē aut addit aut demit cū sententiæ totius ruina, pag. *522* e. *548* c. *555* a. *565* a. *577* d. *578* c. *875* e. & ceteris passim paginis. quæ per se inueniet lector paulo attentior. nā quid referam monstra verborum quæ cōfinxit? *Coercere* *529* a. *Blitearia* *634* a. *Sequulus* *658* d. *Sesegnis* *686* d. quid item, falsam quam aliis præter verum adstruit sententiam, pag. *618* e. *718* e. *781*. *800* c. sed desino, & reliquas pagellas excutiendas lectori permitto; ei inquam cui Seneca saltem semel atque iterum perlectus cum cura. Vtque ad me redeam: fateor, imo profiteor frequenter hallucinatum toto hoc opere dum omne aut calidius quędam damno, aut auidius recipio, nec damnanda nec recipienda. Sed qui aliter potuit homo non laboriosus totq; distractus manuscriptorum cusorumq; librorum comparatione atq; compositione? cui & hoc præterea mali, quod maximam fere partem festinatim prælo, vti loquuntur, currente. Quocirca & nonnulla per me statim retractaui in Appendice; pluraq; porro mox retractabo, & veluti alter Scæuola erroris pœnam ab hac exigam dextera. Interim quæso ne mihi quis accedat ad Animaduersionum istarum lectionem, nisi prius typographi errata suis quæque locis correxerit. grauiora quædam ipsi contauimus, voluissemusque omnia; nisi animus iste affectus aliarum fuisset curum. hoc sæpius peccatum, vt literæ inuersæ, vt *r* positum vice *t*, & contra; huiusque notæ similia, quæ nemo mihi imputabit paulo æquior. Cū ad Suspiciones meas relegaris, ne adito lector editionem earum primam, sed secundam quæ XXIX complectitur libellos. Iam te dimitto.

PAVLI MELISSI FRANCI,
Comitis Palat. & Equ.
civis Romani

MELOS I.

AD JANVM GRVTERVM ANTVERPIANVM Jurisc.

QVANTVM dierum est, JANE, quantum est noctiũ,
Vigilax impendis id omne
In Philosophorum paginas plusquàm aureas.
Jamque in Seneca emendando
Es totus, immergisque te scatebris
Rivis, animi interiora
Purgare natis. Candidos sic anseres
Contempler ab aggere ripa
Profunda Nicri fluminis rimarier,
Vt olores stagna Caystri.
Ego quid Poëta nugivendus molior?
In quâ desudo palestrâ?
Silvam in ruborum penitus illatebro caput,
Magno inflammatus amore
Diæ RHODANTHES, regiæ viraginis,
Quæ nunquam forsitan exstat.
Jucunda mi certè est voluptas sentibus
Pungi, sentireque vulnus
Quanquam incruentum. nam Cupido haud est Nero
Qui me enicet atque trucidet.
Hinc somnia & tot visa, tot phantasmatum
Species, mentisque figuras
Perstringo narrans, speque credulâ itaque me
Alitque in imagine firmo,
Dubius futuri; sed tamen certus fore
Vt vivus apiscar amatam:
Si vivus haud apiscar, eius mortuus
Sequar umbram, redditus umbra.

Anno CIↃ IↃ XCII.

MELOS II.

CVI Syrtis exanclanda venit Libyssa,
Vel Scylla monstrosis canibus frementem
Succincta ventrem, sive voraginosis
Vorticibus Charybdis;
Tantum laborem, fluctibus ex marinis
Enavigando, vix puto sumit olim,
GRVTERE, quantum sustinuisse noctes
Atque dies anhelas,
Nunc dorsa & infames scopulosm salebras,
Nunc & lacunas & cumulos arenæ
Vndantis offendens, SENECAE in fragosi
Æquore Cordubano,
A turbulentis undique verberatus
Apeliotis. Sed bene habet. Minerva
Virtute, Fortunæque ope serviente,
Mercuriique virgâ
Tu fretus, elabère freti profunda,
Et Æoliorum turbineas procellas.
Eho, quis undis in mediis prehensi
Effugium manumve
Præstet, remotus mille trecenta & ultra
Heu passuum urgenti spatia a periclo?
Alas mihi aptandum, quibus alta tranem
Nubila humo levatus,
Latum laboranti auxiliare dextra
Munus cupita. nam licet a vepretis
Sim liber, in queis ipse ter undecim annos
Fortiter implicatus
Hæsi; tamen sic mi pedicas RHODANTHE
Injecit arctas, ut nequeam movere
Vnquam locorum corporis hoc, nisi illa
Sponte ratoque nutu
Permittat. en tantum imperiosa Siren
Stringit numellas. Dum loquor, en salus
Certus vadoso in margine litorali
Nat tibi JANE linter,
Subitque portum. Cinge agedum corollis
Malumque & antennas, niveamque cæde
Agnam ipse tempestatibus, atque vota
Solve Deo triuncé.

Anno CIↃ IↃ XCIV.

IOHANN. POSTIVS,
Aulæ Pal. Elect. Medicus.

DIVINI Senecæ sunt lecta volumina paucis
Hactenus ob mendas multiplicesque cruces.
Has vigili cura multoque labore removit
Gruterus nostri gloria Gymnasii.
Nunc avide evoluunt Senecam iuvenesq; senesq;,
Gruteri & studium sidera ad alta ferunt.
Gaude, Jane, tibi vivo iam gloria parta est
Maxima; venturo tempore maior erit.

MARQVARDVS FREHERVS
Consiliarius Palatinus.

Ergo ades, o docti vere improba cura Gruteri,
Divini Senecæ ter relegende liber:
Vel Senecarum adeo (credo) natique patrisque.
Hic novus Arpinas, ille Plato ipsius erat.
Quos maculis tersis iste eluit ad unguem;
Auctorum ex arca iam modo ut ire putes.
Conscius arcani sensus veraque loquela,
Fecit ut illorum vox genuina sonet.
Quisquam igitur dubitet Seneca conferre Gruterum?
In quo habitat Seneca mens geniusq; vere.

GEORGIVS REMVS I.C.

Ἐκδὺς αὐσόνιον, Σενέκαν, Γρουτῆρ, Πλάτωνα,
Συμβάλλω ἰδίους αὐσόνιον σοφίαν.

Aliud eiusdem.

Felix qua nullos fert ætas nostra Nerones:
Infelix eadem, quæ neq; fert Senecas.
Fortunata imo Gruteros faustaq; dum fert:
Gruterus nobis quippe refert Senecam.
Di magni dignas Grutero reddite grates,
Gruterus plures ut pariat Senecas.
Ingenii fœtus, thalami quoq; pignora gignat,
Urbem Heidelbergam quo repleat Senecis.

CONRADVS RITTERSHVSIVS I. V. D.

Esse quid hoc dicam, quod, quo magis ultima mundi
Fata senescentis tempora præcipitant:
Quo magis in peius retro omnia lapsa feruntur,
Quæ Phœbi vario circuit orbe soror;
Hoc magis auctorum vultus attollit honestos
Omne genus, nitida tangit & astra coma?
Vt licet hoc varie mereatur nomine seclum
Infelix dici (proh dolor) ac miserum:
Quo passim invaluere tot agmina longa malorum,
Quot versu non est enumerare breui;

Hocta-

Hoc tamen hoc dici faustum queat atq; beatum,
Vincere & innumeris secla priora modis,
Quod quæ barbaries prius horrida, & atra premebat
Caligo, nunc sol lucidus irradiat.
O amor, ô bonitas diuini numinis in nos!
Nam quis non dona hæc sentiat esse Dei?
Quid non sedulitas, quid non industria, & ardor
Humaniq; acies perficit ingenii?
Ex quo hanc in partem, studii certamine quodam
Doctorum incubuit sedula cura virûm;
Vt quæ olim dederat sapiens monumenta vetustas,
Sed turpi obruerant tempora iniqua situ,
Prodirent veteri, fuerant quo scripta, nitore:
Quam subito, ô Superi, splendida lux micuit!
Ad quantum auctores cuncti venere cacumen,
Quos vel dedit Latium, Græcia quosq; dedit!
Siue viam ad cæli monstrent templa aurea, nosq;
Numinis erudiant relligione sacri:
Siue æqua doceant trutinari iura bilance,
Ac, veluti par est, reddere cuiq; suum:
Siue illi flores Sophiæ decerpere in hortis,
Siue ægris medicam dent adhibere manum:
Seu rostra atq; forum percellant fulmine linguæ;
Siue tenant doctis pulpita carminibus:
Denique, seu prisci memorantes temporis acta,
Veraci hæc iubeant viuere in historia:
Omnibus in nostro sua lux est reddita seclo,
Omnibus integritas stat sua, & oris honor.
Nec satis, & formis expressos ars noua in omnes
Distribuit mundi qua datur ire plagas:
Ars noua, quam digne nemo laudauerit vnquam,
Centum illi linguæ sintq; tot ora licet:
Mæonidæ quamuis magno certetve Maroni:
Tot bona in humanum contulit illa genus.
Quomodo Triptolemum perhibent sparsisse per orbem
Semina frugum, ipsi quæ dedit alma Ceres.
Sed neque finis adest: Superant industria seq;
Maioraq; suos, autumo, plura dabit.
Vel tu præ reliquis, quo se Stoa iactat alumno;
Quem tellus Latio misit Ibera solo,
Vt docta tenerum formaret arte Neronem,
Et castis iuuenem moribus imbueret:
Vtq; in spem regni crescentem recta doceres,
Tam sibi quam populis quis bona iura daret:
(Incassum: nec enim permistum sanguine cænum
Ars ad virtutem fingere summa queat:
Vnde sua ferro scrutatus viscera matris,
An præceptori parceret ille tibi?)
Vel tu, inquam, medicos seclo quot nactus es isto!
Quam felix facta est sæpe medela tibi!
Primus te claustris tenebrarum extraxit Erasmus,
Æternus Bataua gentis ERASMVS honor.
Inde situm abstersit quo flores PINCIA ciue;
MVRETVSq; Notas misit in ora virûm.
Tum te alii varios aptarunt sedulo in vsus,
Et cellis flores disposuere suis.
Dexteritas, fateor, non obtigit omnibus vna:
Quid tum? an non laudi vel voluisse datur?
At tibi GRVTERO nemo plus contulit vni,
Siue fuit fides siue laboris opus.
GRVTERO, Charites quem perpoliere venusto
Pollice; confouit quem Themis ipsa sinu.
Vnica Suspicio, nisi me illius omnia fallunt;
(Et procul huic dicto fascinum abesse velim.)
Plus, quam confident aliorum Assertio pollet.
Euge tenax vere Suspicio, Euge places.
POSTI, noster amor, quidnam tibi, quæso, reponam,
Hunc tua cum nobis iunxit amica fides?
Tuq; meus, GRVTERE, nouum decus addite amicis,
Quem vehemens penitis pectoris ardet amor;
Salue, nec tibi sit mea rustica Musa pudori:
Ex veteri pago Musa profecta venit.
Dotibus ingenii magnus macte esto beati;
Nosq; subinde illis participare velis.
BELGICA mirata est tua te. Te LIPSIVS ipse
Elogiis dignum censuit esse suis.
Te VARNVS pridem pater, & pater audiit ALBIS,
Esses Romana quantus in historia:
Et viridi in ripa te carmina dia canente,
Interdum cursus sustinuere suos.
Audiit ALBIS: & indoluit te tam cito voce
Suauidica ripas destituisse suas.
Heu tam sæpe bonis reddi mala præmia factis!
Mortales heu tam non sua nosse bona!
At tibi nunc portum NICRI vada limpida præbent,
Iactataq; manent hac statione rates.
Hic (pene inuideo) cum caris viuis amicis,
Cumq; tuis Musis cum SMETIAq; tua.
Nam quid ego memorē tibi quos fouet Aula fauentes,
Aula PALATINI ter veneranda DVCIS.
Hic Equitis tibi GRYNRADII sic cepta animis
Cana columbino pectore Pallas habet.
Hic tibi adest PLESSENVS amor Charitū atq; Dionæ,
Omne suum affudit cui pura Suada decus.
Hic tibi SVERINI præsto est prudentia; quo non
Nobilior Themidos cura decorq; Deæ est.
Quid memorem LINGELSHEMIVM, cui quā sua nota
Dia Dice, tam etiam nota iocosa Venus?
Quid memorem eiusdem Genii ingeniiq; potentem
GERNANDVM? & quem spe præcipis HIPPOLYTVM?
HIPPOLYTVM, COLLES cui nomina pulcra dederunt,
Mens quod et summis proxima sideribus.
Quid fulcrum medicæque rei melicæq; probatum
POSTIADEM? Clio quid PITHOPOEI tuam?
Quidve FREHERÆ melimela probissima Peithus,
Et genium studii dexterum ad omne genus?
Quid quoq; FRANCIGENAM PHOEBVM, vatē aio MELISSVM?
Quid ZVNDELLINI suauiloquis historias?
Quemq; nouū columen COMELINVM ars inclyta nacta est,
Describit libros quiq; tot ære bonos.
Quos reliquos Graiûm tristes fecere ruina,
Doctrinarum altrix quosq; dat Hesperia.
Nec te vnquam indictum, SYLBVRGI docte, relinquā,
Ingens Hassiaci famaq; lausq; soli.
Alcidæ ad pugnas quem Theseus se dedit olim,
Illum te ad libros iam Comelinus habet.
Te viro agnoscit, IVNI clarissime, nostra
Maiorem numeris Musa tenella suis:
Cunctarum agnoscit maiorem munere laudum:
Tot dotes animum sic decorare tuum.
Reddere namq; alios quæ possunt singula claros,
Illa capaci animo tu omnia clausa tenes.
Te si Varronem nostri quis dixerit æui,
Præter rem & verum dixerit ille nihil.
Exactum calles diuina humanaq; ad vnguem,
Et Varrone ipso rectius ac melius.
Saluete illustres animæ. sata pectora cælo:
Vt vos obseruo, vt vos colo, vos veneror!

Vos canitis super-ûm laudi & mortalium honori,
Quod Musa atq; harum præses Apollo probent.
Dulcisonis, vt perhibent, sinuosas carmen Olores
Mæandri ripas tale sonare docent:
Quale NICER *vestrę deductum Carmen ab ore*
Auscultans, RHENI *lenior intrat aquas.*
Quam fato huc, GRVTERE, *bono faustoq; migrasti,*
Luminibus propius qua datur hisce frui!
Et fruere æternum. In SENECA *& tua gloria viuat.*
Fallor? an abs te ingens LIVIVS *optat idem?*

ALTORPHII IN ACAD. NORIMB.
extremo mense Iulio M. D. XCIII.

AD I. GRVT. PARODIA
Tobiæ Sculteti Ossitiensis Herm.

LATINVS *iste, quem reduximus, Plate,*
Ait fuisse Supplicium miserrimus;
Neq; vllius Librarii hospitam domum
Quiisse præterire: siue Palladi
Sacra eluceret illa, siue Murcia.
Et hoc negat feracis Allemanniæ
Negare Pulpita, obuiasq; Pergulas,
Britanniamq;, triplicemq; Galliam,
Parentem Iberiam, Domumq; Romuli:
Vbi iste, post RENATVS, *antea fuit*
Nectua Præda: nam Neronis Impia
Premente Lege, Barbara occidit manu.
ERASME *Belga,* PINCIANEQVE *municeps,*
Tibi hoc fuisse & esse cognitissima
Ait misellus, & medela originem
Tuo venire dicit ex Acumine,
Tua obligata cura habere volnera.
Sed inde tot notam imprimentium Manus
Perambulasse; siue forte dextera
Vocasset aura, siue Sauientium
Parum secundus incidisset in stylos:
Nec apta vota Sospitalibus diis
Sibi esse facta, cum veniret e situ
Nouissime, hunc ad vsq; candidum diem.
Sed hæc prius fuere; nunc amabili
Nitet vigore, seq; dedicat tibi
GRVTERI *Apolline, an* GRVTERE *Apollinis?*

EIVSDEM AD EVNDEM
Epigramma I.

Hoc erat arguta CRITICES *extollere famam,*
Hoc erat illius verum aperire modum;
Dum Tu progenies Charitum, fausto omine Tantum
Aggrederis, magnum viribus ausa, SOPHON:
Quem Plato mellisloquus, quem Stagiritius Heros
Dignantur lateri proximum habere suo.
Vulgatas alius Nugas, Apinasq; minutas;
Magna decent magnos: Maxima Victor habet.

---

2 GRVTERVS *Senecam ex cura Phlegethontis ab vmbris*
Dum vocat, Orcus pœne obit ipse vadis:
Namq; illum sic Monstra premunt denso agmine, sicq;
Circum vrgent, vt vix iam ferat ipse suos.
Sed bene! saluus vterq; abiit ringentibus Vmbris;
Ille Duce exsultans, ille suo Comite.

---

3 *Sæpe equidem, fateor, multum indignatus auitam,*
Horam eripuimus cum tibi amicus eram:
Quando tot immersum curis, tantoq; labori
Adfixum adspicerem vespere, mane, caput.
Ergo, inquam, Musarum hortis Charitumq; relictis
GRVTERVM *Carcer sic Senecanus habet?*
Hâ, quam erraui animo! Musę Charitesq; Trecenta
Vnius haut æquent delicias SENECAE!

---

4 *Huc huc Corculo delicatiorum*
Virginum, Sophiesque grandioris
Adeste, abripite affatim, Rosarum,
Quantumcunq; animo placet, Rosarum
Nouarum, bicolorium Rosarum,
Molyq; & Panaces beatioris,
GRVTERI *mei amabilem per Hortum:*
In quo iure equidem Nouam Hippocrenen,
Labra item Noua, Pimplei liquoris
Capacissima, vbi Venustiores
Hera cum Charisin manus lauabant.
At Vos, progenies Tenebrionum,
Exeste, ite alio: putatis Hortum
Istum ter nitidum patere Asellis?

EIVSDEM AD EVNDEM ELEGIA.

Dum Tu tot Soles vigilataq; ordine noctes
Impertis SENECAE *magne* GRVTERE *Tuos;*
Et iam depositum deploratumq; reducis;
Plaudit apud Manes docta Caterua tibi.
Nuper enim Elysios per florida prata Viretis
Constiterat fumâ agmine meta noua:
Pars Scriptorum operum sublimis aderea ouabat,
TVRNEBOS *memorans* SCALIGEROSQVE *suos*
Pars etiam, digna omnino melioribus auris,
Fata querebatur sortis iniqua sua.
Inprimis SENECA, *antiquo celeberrimus æuo,*
Et nulli prisca laude minor Sophies:
Ergone (ait) Superi, tantum meruere decoris,
Iudicio vestro lumen vt adspicerent,
Puri, ornati, Alii: Nos, vita maxima Honesta
Queis Cura, & Merum cum grauitate decus,
Sordemus? tenebrisq; ægrolatitamus & vmbris?
Immo etiam accipimus volnera plura mali?
At non sic vita meruit censura seueræ
Nec quæ Romano nectare verba madent.
Dixit; & in Myrteta alio secreta recessit,
Plurimum vbi lærebant secula prisca Sophôn:
Hic & EPICTETVS SENECAE *coniunctior, vno*
Dogmate; nunc multo tristior & grauior
Quam superos inter quondam dum vita manebat,
Omnia fert; tantum pectore Cordolium
Excitat illa ingens iactura secuta Librorum;
Quanti hac, si tanti parua LVCERNA *fuit?*
VERVM *vbi sic animo sortem indignantur amaro,*
MERCVRII *aduentu nuncia fama ruit:*
Sperandum multis; sacris Epidaurien herbis
Surrexisse Nouum: SVSPICIONE *etiam*
Vix inspecta virum priscorum plurima membra,
Desperata aliis, restituisse loco.
Restare Ingenii etenim monimenta Sagacis,
Quæ propere in lucem proferet alma dies.
Tum vero exoritur Manes gratissimus inter
Clamor; eunt tacitis lætitia Innumeris
Reliquiisq; suis voto gratante medelam
Suspirant; MEDICI quisq; sibi optat opem.
Inprimis SENECA, *O tandem felicibus astris*
Adueniat Chiron! inquit; & auxilio
Eximias SENECAE *bone integritere! salutem*
Acceptam HVIC *vni, Di faciant, referam!*
O Præsage Boni! quem non sua cura fefellit,
Quis tibi nunc immo pectore sensus erit?
Cum Tuum exaudieris Genium, vegetumq; nouumq;
Industria egregia ire redire togâ:
Qualis erat, dum vita super tibi in vrbe Quiritum;
Vix melior voto posset is esse tuo.
Gaudia quanta feres, cum Te, curante GRVTERO,
Doctorum Elysiis Turba serena plagis
Sublimem exstantemq; humeris circumdabit ac Ecce
Gratando vestris multa Tropæa locis.
Pone lubens! nec erit longum; modo Vita superstes
Manibus adueniet fama secunda Piis;
Qua Pater ille Ioci PLAVTVS, *qua lotus aceto*
BILBILIDOS *vates mirifice exsiliens.*
HAEC *tibi apud Manes iam parta* GRVTERE; *sed inter*
Nos tua iam nimis Gloria fertur Equis.
Sit PSAPHON *Alius, eanens quem missa volucrum*
Progenies docili sibilo ad astra vehat:
Te SENECA *iste tuus nomium rumore secundo*
Differet omnigenûm docta per ora Virûm.
Te Sacra gens Phœbo, meritis pro talibus, omni
Æuo, immortali Numine grata colet.
SALVE *igitur Diuûm Antistes Hominumq;* GRVTERE!
Salue inquam, & nobis viue valeq; diu!

R. THOMSON.

Hospes quid miras Senecam enecasse Neronem?
Nempe etiam Matrem sustulit ille suam.
Hoc potius mira Senecæ curasse Gruterum;
Et superum in lucem restituisse Sophum,
Scilicet haut illi voluit Fortuna licere,
Quod non Gruteri corrigeretur ope.

IANI GRVTERI AD L. ANNAEVM SENECAM ANIMADVERSIONES.

AD LIBRVM PRIMVM DE BENEFICIIS.

CAPVT I.

IAm inde a primo dicam. Senecæ ista de beneficiis, tantum abest iusti ædificij ruinosa dici queant membra: vt vix tuta cæsa nominari mereantur. sic ego sane censeo vtque nihil fidei meæ caussa vltra addam, vel ipsum libri istius exordium: quam longe abest ab Auctoris germana fabrica? ecce enim vocem *nocentius* vetustissimo abesse exemplari, diserte testatur Desid. Erasmius. Sed & vicem eius repositum ille *turpius*, Rudolphum Agricolam, idem tradit. quis tertium istud inuenerit, nescio. certe in manu scripto Palatino tertio & Coloniensi, sic omnino legitur: *Inter multos ac varios errores temere viuentium inconsulteq, nihil propemodum vir optime liberalis dixerim, quam quod bene, Sen. &c.* at Nazarij codex: *inter mult ac varios errores temere inconsulteq, viuentium, nihil propemodum vir optime, liberalis, dixerim: quod quo modo fere* antiqq edit. Pal. primus: *Inter multos ac varios err. tem. inconsulteq, viuentium nihil prope vir opt. liberalis peius dixerim, quia quod.* Sed *peius* illud alterius manu adpictum oræ. retinet secundus: *Int. m. ac. v err. temere viuentium inconsulteq, nihil propemodum indignius vir opt. Lib. dixerim, quam quod* id vltimum nisi aliquatenus hic toleremus; equidem locum interfectum pronuncio, & cui nullus restituendo sine antiquissimæ prorsus notæ chirographis. at illi vnde?

Istu enim perierunt cum darentur) non male monuit M. Antonius Muretus Latini sermonis peritos facile sentire dictionem, *ista*, huic loco non conuenire. vetus eius liber habebat: *illum enim* ex quo facit: *tam tu enim*. quod & probasse videtur Henrico Stephano, qui adeatur Epist. 10 ad Iac. Dalechampium. At ego maluerim, vti dudum posui in suspicionum lib. 15. cap. 6; *status enim*: quod nō inoenuste opponi præcedeti vocabulo, *fero*, quiuis videt.

Sed nomina facturi) nomina fœneratitias cautiones significant, interprete Iustiniano in L. vlt. Cod. de pact. conuen. eius significationis ratio extat apud Asconium in 3. Verrin: *Tituli debitorum nomina dicuntur præsertim in eis debitis, in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecunia commodata. cui ees contrarium est, mutuas accepisse. ergo nomina, debita, vel debitores.* hæc ille. ex quo factum vt nominis appellatio ad omnem contractam obligationem pertineat L. 6 ff de verb sign. vnde locus elegās Bibaculi in Valerium Catonem Grammaticum, qui villa sua cesserat creditoribus:

Meranti fumus vnicum Magistrum
Summum Grammaticum, optimum poetam,
Omnes soluere posse quæstiones: Vnū difficile expedire nomē.

titat Suetonius libello de Illustrib Grāmaticis. hac de locutione plura B. Brissonius lib 12. de verb sign. Item lib. 6. de formul. Gul. Fornerius ad d. l. 6. de verb. sig. sed & oppido recte hinc inferri plus esse cautionis in rem quam in personam; diuine, vt omnia, ille Faber ad L. 25. de diu. regulis Iuris. ¶ *Et vasa debitoris*) iis comprehendi non modo supellectilem domesticam, sed omne præterea instrumentum, docebo alias. interim videatur Adrianus Turnebus lib. 10. Aduers. cap. 26.

Inquiremus) Mureto arridet, quod in quibusdam libris *anquiremus*. vix assentior. nam vulgato fauent quotquot vidi mss tantum eis abest præpositio *in*, leguntque, *dilig. patr. & vasa debitoris inquirimus.* & dubito alioquin an Latine dici queat *anquirere in re aliquam*. nam ait Festus *Anquirere*, valere *circum quærere*. ¶ *Id enim genus hominis creditis est*) miror quid ei in mentē venerit, qui vocē *hominis*, fidenter satis expunxit: cā omnino desiderari satis vident quib. dentes vel semel cecidere. habēt omnes mss: omnes publicati. vide me lib. 6. Suspic. cap. 11. ¶ *Quantū vltro refertur*) ita scripta lectio editio Erasmi quæq; eā præcesserunt: *defertur*. quod placet Stephano Epist. 10 ad Dalechamp: cui alioqui, *referre* huic nostro Epist. 82. ide notet, atq; *id quod debeas vltro afferre.* conseruo scripturā receptam. Nam non est nouū vt aliquid superabundet.

Decoquere vero) hanc lectionē Mureti sequitur Stephanus tum in proodopœia ad Senecæ lectione, lib. 2. c. 10; tū Epist. ad Dalechampiū 10. & quidem seculū est quod Agricola ex ingenio, Erasmus vero vetustioris ms. fide restituendū putarint, *decoquere reuera*: sed tamen nondum muto sententiā quā dixi lib. 6. Suspic. c. 11. ea est: nihil hic temere mutandū videri de recepta scriptura quę habet: *de quo quæri reuera fœdissimū* nisi si vim adferre amemus argumētationi auctoris addo esse in Pal. pr. & sec. itē Col. *de quo quæri fœdissimum*, sine dictione *reuera*. in Pal. tert. *de quo quer. vere est fœdiss.* Naz. interpolatus est. videtur tamen fuisse *decoque reuero fœdiss.*

Ad liberandū fidem facultatibus) mallet tamē Stephan. Epist. 10. ad Dalec *facultate* quod absurdū sit cogitare, Senecam de opibus loqui, cū plurima sint beneficia, quæ vt qui accipit, nihil eorum accipit quæ opes vocantur; ita qui reddit, nihil tale reddit. ideoque existimandum ait Senecam omnia beneficiorum genera complecti volentem. dixisse, ad liberandum fidem nō opus esse facultate, sed animo. & intelligere nos voluisse, eum qui vere dicere potest, sibi esse animū & voluntatem reddendi beneficiū, etiamsi facultas reddendi nō sit, fidem liberasse.

Reddit enim beneficiū qui libenter debet) sic tres Pal. at indicat Erasmus non cōparere in vetustissimo codice, *libenter*. quod idē de Naz. schedis attestor. & meo sane animo, abesse potest. subsequa enim arguūt, *debere*, hic idē notare quod agnoscere, & cōfessione gratitudinē præ se ferre. sciat tamē lector ms. Col. habere: *benefi. sū, libens qui debet.*

Fronte m aduxit) placet propemodu eum & sic sere antiqua exēplaria. probetq; præceptor noster Lipsius. nec nō Stephan Epist. 26. ad Dalec. denīq; habeamus infra lib. 4. c. 31: *cū Pollionis attrahere vidisses frontem* item lib. 6. c. 7. *vultus tuus colligit rugas & attrahit frontē.* contrarium ei cap. 15. ad Helbiā matrem, *vbi est ille, quo viso tristem vultum relaxabas?* ¶ *Artibus properantes necessitates elusit*) ita in mss. duob Pal. in tertio est: *necessitudines prop.* additumque oræ, alias legi *necessario*. at Col. *necessitates tollere properantes elusit.* Naz: *artibus necessitates properantes*; correctumque eadem statim manu: *properantis*.

Distulit id est eum de negauit), ita eleganter restituit ex antiquo codice Muretus. nec aliter ms. Col. vetusque Naz.

Aut superbe ingessit) haud ita bliteum est quod exsculpebat Steph. Epist. 10. ad Dalec. *sup. ingessit.* Sed enim magis meo laotū palato quod præferūt omnes mēbranæ: *sup. abiecit.* sic infra lib 4 c. 20. *Quis beneficium dixit quadra panis, aut stipem æris abiectā?* abiiciebantur enim fastidiose erogata mendicis. vt probaui lib. 21. Suspic. cap. 7.

Aut fatigatus, vt m. e. dedit?) iubet me nescio quæ illex libido reponere *cedit* & si publicæ lectioni omnia faueant manu exarata exemplaria.

A negligente) ita Muretus. sicuti & prius ex aliquot mss. legendu asserunt Pinc. ego non plane contēpserim vulgatum: *a nesciente*. nā sic & Col. nē Pal. duo & margo tertij. fertur q; alioquin in multis cōuenire Negligenti cū Nescienti; imo consuetudinē linguæ Latinæ pro nesciente habere qui scire se dissimulat; vti doceo alibi in Suspicionū libris. vnde etiā noster Annæus c. 12. de breu. vitæ, loquēs de delicatis, quib. ad intelligēdos corporis sui habitus, indice opus erat: *Multorū quidem eorū obliuionē non sentiūt, sed imitantur.* ¶ *Tam effusa liberalitate*) vox vltima est ab ingenio Agricolæ Mureti ms. cōtinebat: *eff. benignitate.* probe etiā ad sensum at remotior quæq; editio omnesque adeo mēbranæ vno quasi ore: *effusa necessitate*. si admittimus, comparare posse Senecam mundum hunc magnæ alicui Reip. Deū vero illi ipsi præponere tāquam

summum principem; non erit forsitan dictio, *necessitatis*, a mala manu. quippe notaret, onera ea publica quæ in populum, aliasque imperij res erogari solent. Liuius lib. 24: *prodeundum in concionem Fuluio pratori esse, indicandasque populo publicas necessitates*. Tacitus lib. 1. annalium; *Opes publica continebantur, quantum ciuium sociorumq; in armis, quot classes, regna, prouincia, tributa, aut vectigalia & necessitates ac largitiones* ad quē locum plura Lipsius.

Natura sua & cuncta, interque illa ipsos munerum) ita optimus quisq; mss. sensu tam claro atque si solari illustraretur radio. nec aliter fuisse in vetusto illo suo cod. testatur Erasmus, additque sentire auctorem, Deorum naturam omnibus benefacere, at inter omnia esse etiam ingratos. Omnino recte. quare reiiciatur coniectura Pinciani scribendum putantis, *nat. sua, cunctanturque. Illos ipses mun.* sed nec admittendum quod alius quispiam intrudi vult: *nat sua, constanterque* (vel *incunctanterque*) *illos ipsos mun.*

At male cessit) mss. partim: *ut si male cessit*; partim *ac si male cesserit*. ego fecerim: *atqui male cessit*. mendi origo a veteri scribendi ratione, quæ hæc: *atqi male*.

Quibus ita demum) nihil explanatius hac lectione Mureti, quam vetusto codici acceptum fert. Pinciani mss. vt & Naz. & Col. custodiunt: *quibus turpe est non reddere si licet*, eodem manente sensu, qui iste; tum demum turpe esse hominibus ingratos se præstare, nec reddere beneficium, si esse licet ingratis; hoc est, si benefaciens totum id ipsorū permisit arbitrio, aliquid ne vellent referre vel non. plura de hoc loco lib. 24. cap. 13. Suspic.

Ipsosq; qui non fuisse mallent) putat Muretus reponendum, sublata negatione: *qui fuisse mallent*, hoc est, amplius non esse, periisse. quam coniecturam eo, vnde venerat, merito ablegat Stephan. lib. 2. proodop. cap. 8. quod tamē illam ideo pro superuacuo habet, primum quia non aliū quam eum, quē habemus, sensum nobis afferat, deinde quod Senecā poetico loquendi genere vti voluisse hoc tātum in loco, non etiam in aliis nonnullis, nequaquam fiat verisimile, ego ipsi plenariū adhibeo assensum. longe siquidem aliam eruo sententiam ex Mureti coniectaneo, quam ex lectione publicata, quam enodo lib. suspicion. 6. cap. 11. sed nec vox, *fuit*, Annæo nostro insolens. nunc quidem vltro non occurrit; sed tamen eo trahi queat quod habetur epist. 64: *Amicos incolumes cogitare, melle ac placenta frui est: eorum qui fuerunt retractatio, non sine acerbitate quadam iuuat*. si quis tamen putet, subintelligendam dictionem, *incolumes*, vt cum eo non pugnauerim; sic minus lepide, minus vere idem fieri, non temere etiam putarim.

Quod magnifici erat, &c.) ita quoque legitur in Pal. pr. & Col. at in aliis duobus: *Quod magn. erat in pr. si neme deceperit*. ! meo animo bene.

Tunc est virtus) mss. aliquot: *Nunc est virtus*, quod nec damnat Muretus. liber eius vetus: *hac est virtus* Pal. pr. *Sed tunc est*. suspicari quis posset fuisse: *scilicet tunc est*.

Qui beneficium non reddit, non magis peccat.

Quam qui non dat citius) assentior Mureto affirmanti vocabulum postremum redundare & corrumpere sententiam. bene itaque aut idipsum delendum censet, aut certe mutandum in *Attius*: vt duos versus qui subiiciuntur Attij esse intelligamus. amplius addo, ant præcedentia verba sic insuper interpolanda: *Qui beneficium non reddit, magis peccat, quam qui non dat*. quomodo reperit Pincianus in suis codicibus, & ego in tribus Pal. vteturq; inuerso verborum ordine auctor; de quo pluribus lib. 23. cap. 7. suspic: aut sane admittenda est lectio membranarum Col. quæ hæc: *non reddit, minus peccat*. id sentire Senecam certissime animo meo persuasi. haud cælo tamen, suggerere ms. Naz. *non reddit, magis peccat: qui non dat, citius*.

CAPVT II.

Beneficia in vulgus) bene Stephan. lib. 2. cap. 7. proodop. qui autumat male dissentire hāc Mureti editionem a superiorum temporum excusis, quibus duo isti senarij principium constituunt capitis secundi: nō vt in ista, primi capitis occupant finem bene inquam, ille. sed hoc addo: si ad amussim hæc talia examinauerimus, nullam non fore editionem quin ter millies vapulet; tanquam quæ de compacto omnibus fere librorum Senecæ capitibus perperam sua sibi assignarit principia. semel itaque dictum volo, has capitum notas haberi a me nulli aliæ rei, quam ad memoriæ subsidium. idem de nonnullis sentio Epistolis.

Nullius rei, minime beneficiorum honesta largitio est) nihil mutemus. nam frequentissimum huic nostro duo coniungere negatiua.

Sequens versus) chirographi vno quasi ore efferunt: *seq. sensus*.

Illud etiam falsum) sic ex antiquo cod. Muretus; meo animo male. nam diu est quod hanc particulam pro adulterina habuerim, defenderimq; quod & in cunctis mss. editionibusq;: *Illud enim fals.* arbitratus Senecam nō tam hic nouum ordiri sermonem, quam continuare præcedētem. nunc magis persisto in sententia: cum & mecū sentiat H. Stephanus lib. 7. cap. 8. proodop.

Nullum perit; quia qui perdit, computauerat) ita Naz. & libri tres chirographi qui in Bibliotheca Palatina, nec dissentit codex Col. at enim annotat Erasmus legi in suo vetusto exemplari: *Nullum perdit qui perdit non computauerat*. & lectionis eius argutam fore scribit sententiam si tollamus verbum, *perdit*, legamusque: *Nullum perdit qui nō computauerat*. hoc enim nos perdere, quod decedit rationi nostræ, beneficia vero nō supputari. probissime quod ad sententiam auctoris. quæ cum nihilominus etiam ex antiqui illius codicis eruatur vocibus, eas pro germanis Senecæ libens retinuerim: vtq; alij porro faciant vnice obtestor: nisi quidem melius aliquid adferāt in medium. nam quod Stephanus loco supra citato, non procul sane ab veteris exempli scriptura rescribit: *nullum perdit, qui perditū computauerat*: vereor vt sensus ille ad mentem auctoris.

Si reddet aliquid, lucrum est; si non reddet, damnum non est) fere est vt cum Erasmo affirmem quamlibet reclamantibus exemplaribus, a Seneca scriptum: *si redit*, item *si nō redit*. vere enim idē subiicit, fructus proprie dici *redire*, vnde & *reditus* dicti annui census. præterea merito quærit Stephanus quomodo *reddet*, ad pluralem beneficiorum numerum referri possit. At si intelligi velis, inquit, *reddet*, qui ea acceperit: nihil repetes sed aliquid extrinsecus petes, quod lectori diuinandum relinquere, præter Senecæ consuetudinē fortasse est. vere ille. pandam ego originem mendi. scriptum fuit autographum literis Longobardicis, quibus litera E sæpe supplet vicem I. non aliter profecto codex ille cascus Nazarij scribere consueuit.

Simplex ratio) Vix mihi dubium, quin respiciat ad illa Iurisconsultorum: *Do vt des; Facio vt facias*.

Tantum eroga tu) ita ex vet. lib. Muretus. Pal. pr. & tert. *erogatur*: Col. *erogāt*. coniiciebam: *tantū erogantor*. quanquam Mureti illud plane non damnauerim, vt nec quod fuit in quibusdam cod. Pinciani: *tantum eroga. si reddet*, &c.

Nec auarus exactor ad horam & diem creditorem appellat) fuit cum putarem expungendam particulam, *nec*. quid enim? vt exactor & exactor quidem auarus, nec ad horam nec ad diem exigat debitum? exigit profecto. vnde & noster infra lib. 4. cap. 39: *& appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram.* nunc accedo Mureti sententiæ quam habet lib. 12. cap. 1. Variarū lectionum; estq; hæc: Senecam, dicere eum qui beneficium dat, non facere item vt auari exactores solent, qui, quod crediderunt, id sibi ad horam & diem solui volunt. Similis ergo locus est illi Horatiano: *Nec excitatur classico miles truci*. non. n. negat militem classico excitari: sed eū, qui rus suum colit, negat ita excitari classico, vt milites solēt. sic in epist. ad Pisones: *Nec verbum verbo curabit reddere fidus Interpres*. negat enim bonum imitatorē id sibi studio habere, vt verbum verbo reddat, quemadmodum fidi interpretes solent. atq; hæc ita. nisi cui placet quod inueni in ms. Col. *nec vt auarus exactor*: quomodo & repræsentat alter Pal. assita tamen vocula, *vt*, alterius manu.

Creditorem appellat) legendū autumat *debitorem* Muretus, loco citato, nec aliter citat Brissonius, lib. 1. de verb. sign. Fornerius vero ad L. 107. de verb. sig. libēter extremā syllabam expunxerit, hoc modo: *crediter app.* nisi quis forte sic mallet: *ad diem creditorū appellat*. vt crediti dies

nihil

nihil aliud sit, quam obligationis exigendæ. hæc ille. Ego vocem vulgatam, si modo Senecæ est, in suis retinuerim sedibus; verum ita, vt inter se debitoris creditorisque nomina permutarit auctor. quidni enim? cum & dicat Alfenus Varus: *fenerari pecuniam ab aliquo*, pro mutuam accipere, l. 35. ff. de solution. Sed enim haud tacuerim mēbranas omnes, tam Palatinas quam Colonienses præferre: *ad horam & die appellat*, omissa voce *creditorem*. quā, cur non deinceps in malā rē ablegemus; nullā video caussam. apage itaq; dictionē turbatricem. apage. quid hic sit *appellare* doceo infra lib. 3. cap. 7. de benef.

Aut pudor aut occasio aut imitatio) ad hæc Erasmus: vetus codex, *imitatio*: alius habebat, *tumultuatio*, pro quo Rodolphus annotarat, *cumulatio*. quod probo. quāquā, *imitatio*, tolerabilis erat lectio. nam vetustissimū habebat, *timidatio*. fit autē interdum aliquis gratus, vel ob hoc ipsum, quod beneficiis obruitur. hæc ille. Si & mihi hiscere licet, putauerim rescribendū *incitatio*, motus hisce Senecæ verbis lib. 3. cap. 1. *Et aliquando ad referendum gratiam conuerti ex aliqua caussa possunt: si illos pudor admonuerit, si subita honesta res cupiditas, si inuitauerit facilis occasio.* nimirū quod ibi *cupiditate*, hoc isto loco *incitationem* vocat. quo significatu eadem quoq; vox apud Velleiū lib. 2. *Alit æmulatio ingenia, & nunc inuidia, nunc admiratio incitationem accendit.*

Ne cessaueris dare: opus tuum perage &c.) Naz. item tres Pal. & Col. *Ne cessaueris: opus t. perage.* quod absit vt non probem.

CAPVT III.

Is perdidit qui cito se perd. credidit.) ita vnus Pal. at alter & Col. *Is perdet beneficia qui cito se p. credet.* tert. *Is perdit beneficia, q. c. s. p. credit.* quod amplector. nam & sic videtur fuisse in Naz.

Quocunque se vertit) omn. mss. *se conuertit*: non male. quoniam minus conuertere, quam vertere.

Memoriam tui fugiens) sic Mureti liber. mea sententia minus recte. nā vulg. quæ habēt *mem. suam fugiens*, adstipulatur Naz. Pa. sec. & Col. sicq; iterum in re simili noster cap. 10 de breuit. vitæ: *Ille qui multa ambitiose cōcupiit, superbe contempsit, impotēter vicit, insidiose decepit, auare rapuit, prodige effudit; necesse est memoriā suam timeat.* sciamus tamen, duo mss. Pal. seruare *tuam memor. fug.*

Manibus implexis) de nodo Gratiarū ad hunc locum egregia quædam Adr. Turnebus lib. 19. c. 29. lib. 36. cap. 11. Aduersariorum.

Perlucida veste) & solutis zonis eas exprimit Horatius lib. 1. ode 30. ideo etiam fortasse ode 24. *nudam gratiam* vocauerat, quod perlucente veste tanquam nuda esset. vt lib. 1. Sat. 2.

Cois tibi pene videre est, vt nudam.

Turneb. lib. 9. cap. 13. Aduersar.

Sed vtrumlibet ex i. iudica verum) ita emendauit primum ex vet. exēp. Pincianus, cui assentitur Col. sensu perspicuo. Pal. variāt. primus habet: *Sed vtrumlibet existima, iudica. verum quid* additurq; oræ. alias locari punctū post *verum*. alter: *Sed vtrumlibet existimes iudica. verum quid.* tertius: *sed vtrumlibet ex illis iudicaueris*; sicuti restat in impressis.

Si cohæsit) scribatur: *cohæret*. nam in Naz. cod. est: *cohærit*. quod alij ceperunt pro *cohæsit*, cum tamen R. & S. lōgobardicum scriptura non distinguatur, & I ac E promiscua sit vsurpatio. quod semel monitum volo.

Quia promerentium vultus hilares sunt, quales solent esse, & qui dant & qui accipiunt beneficia) Si quid mihi iuris esset, vel rescripserim, *& qui reddunt, & qui accipiunt.* vel potius foras eiecerim tria illa verba. *& qui dant*, tanquā si appicta a peiore manu, cū habeat exemplar membranaceū Pal. sec. & Col. itē Naz. & vetustior quęq; editio; *esse qui dant, vel accipiunt*; sciamque librarios, si quando aliud quid in diuersis reperirent exemplaribus; duas lectiones ponere solitos, ex[q]; lectoris permittere arbitrio. sed forte nec locus hic plenus. nā & superiora sic propemodū concipiuntur in Naz. duobusque Pal. & Col. *& vices seruat ideoq; est aliqua tamen maioris dignatio, sicut promerentium vultus.* at contra in primo Pal. est: *si cohæserit & vices seruauerit. Ideo ridentes, quia promerentium vul. h. sunt, & qui dant & qui accipiunt beneficia.*

Vsque eo Græcis mancipatus) siue mauis *Græis*: quæ vtraque emendatio debetur Erasmo, cum in superiorib. editionibus esset *gratus*. sed & *Græcis* seruat alter Pal. Col. insuper vocem habet: *Græcis nominibus mancipatus*, adeo vt forte fuerit: *Græcis hominibus manc.*

Cur Æglen maximam natu appellauerit) vox *cur* a Mureto primitus adiecta: nec satisfacit. legerim potius ea resecta cum Pinciano ex vet. lect. *Æglen maximam natu appellans.* nam & sic duo Pal. & Naz. quod tamen ad Gratiæ nomē attinet, nescio an hic purum sit & purum. Col. certe retinet: *ac gloria maximam*. ex eo procliue mihi effingere: *Aglaian max.* quomodo eam appellant Hesiodus, Plutarchus, Apollodorus, Sudas, aliique: nulli vero, quod quidem meminerim, *Æglen*. solum Antimachus eo matrem Charitum insignit nomine, vt narrat in Bœoticis Pausanias.

Vt scias illas Vestales non esse virgines) vox postrema apparet in omnibus impressis mssque: quamuis non infitear, commode tolli posse. verum etsi adsit, haud video tamē quomodo inde eliciat quidā Vestalibus his sic stuprum obiici, ideoque rescribat: *vt scias illam vestalem non esse virginem.* quandoquidem vox, *illas*, non refertur ad *Vestales* sed ad *Gratias*: dicitq; auctor, in eo Charites dissimiles Vestalibus, quod Homerus vnam earum marito coniunxerit: cum Vestæ sacerdotibus virginitas illibata; certe a captura, annos xxx.

Et spissis auro Phrygianis prodeant) ita legit ex veteribus Muretus lib. 12. cap. 1. Variar. lect. nam & phrygianarum, inquit, vestium mentio est apud Plinium. spissas autem auro dicit, quibus phrygio multum ac dēsum aurum intertexuisset. non longe ab hac lectione discedebat Franciscus Modius Epist. 29. Nouantiquar. lect. reponebatque: *& spissis phrygianisue prodeant.* vt diuersa essent tunicarū genera, quarum hæ acu pictæ & murice auroque intertextæ quales erant phrygianæ. vt autem spissis & phrygianis absolute dixit, subintelligendo τὸ tunicis: sic apud Trogi abbreuiatorem, *lugubribus* quoque per se positum inueniri. sed enim idem Epist. 193. ariolationem hanc suam pro derelicto habet, accedítque Turnebo legenti lib. 24. cap. 19. Aduers: *spissis aut phryxianis prodeant.* quod mihi quoque arridet, eo magis quod illud phryxianis diserte in omnibus passim mss. meis. nec aliter etiet P. Faber lib. 1. cap. 16. semestrium. Et quidem phryxianæ vestes, inquit Turnebus, sunt quæ phryxæi velleris crispos & eminentes villos imitantur. sic & in Plinio lib. 8. cap. 48. legiti *togas rasas phryxianasq;*, non *phrygianas*, eiusque scripturæ auctorem laudat Gul. Pelissetium, profertque itidem approbatores libros veteres. Erasmus, quamuis essent libri in quibus *phrygianis* extaret, retinet, *spissatis*, quod & in vno mss. repererat. solutis enim, inquit, opponit præcinctas, & pellucidis spissatas. quod enim spissatū est, minime perlucet. notat opinor vestes quæ pilis extantibus hirsutæ sunt, aut hoc genus quod nunc vulgo dicunt villos, quo lanæ per se coactæ vestem faciunt, & si addatur acetum ferro resistunt, imo etiam ignibus. meminit Plinius lib. 8. cap. 48. hæc Erasmus.

Oratio cōmendat) ita bene Muretus lib. 15. cap. 16. Var. lect. antea male: *beneficia ratio commēdat vel oratio.* quod & animaduertit Pincianus, qui tamen minus recte non priores sed postremas voces sustulit: cum *oratio* Mercurij tantum non propria. quanquam nec ei ratio alienior. diserte enim noster infra lib. 4. cap 8. *Mercurium, quia ratio penes illum est, numerusq; & ordo & scientia.*

Hecaton scribit) reuocauerim scripturam quæ in pluribus Pinciani, Naz. Col. & duob. Pal. *Hecaton transcribit.* vt non iam sententiam suam retulerit Hecaton, quam ipsius Chrysippi.

ætate minores) Col. *iuniores*. quod & ferri posset, nisi alterum illud nihilo peius esset, tueretur que se pluriū mss. fide; etiam Naz. cuius fidei tantum credo atque si ab ipsa descriptus fide.

Late patentis patrimonij) ita Muretus ex Erasmi coniectura, cum antea esset *matrimonij*: quod vltimus ille, licet reclamantibus exemplaribus, mutare non dubitauit.

tamquam fefelliſſet ſcribam paulo ante facta matris mẽtio: puteтque Senecam reſpicere ad Eurynomen quæ a ſpacioſis paſcuis, Græcis dicta. huicque emẽdationi fauere videtur Stephan. lib. 2. cap. 8. Proodop. Iacobus vero Cuiacius in notis ad lib. 2. Inſtitutionum: item ad tit. 6o. de bonis maternis ad lib. 6. Cod. Iuſtiniani, antiquam ſcripturam tuetur, ac patrimonium proprie aſſignat bonis paternis: matrimonium vero maternis: vtique cum & Seneca in libris notatum, fraterna bona *fratrimonium* vocarit. & ſanè *matrimonium*, notione iſta bis obſeruauit Franciſcus Connanus lib. 8. cap. 3. Comment. Iur. Ciuil. ſemel apud Val. Max. lib. 7. cap. 8. vbi ſic de Æbutia: *Filiis autem Afraniæ ex ſuo admodum amplo matrimonio viginti millia nummum legauit*: iterum apud Suetonium Auguſt. cap. 40. *Cum plerique equitum attrito bellis ciuilibus matrimonio ſpectare ludos e quatuordecim non auderent, metu pœnæ theatralis, &c.* Sed & Cuiacius citat alibi D. Auguſtinum penes quem illa vox ſtricta hac capiatur ſignificatione. Denique induſtriæ diligentis vir Nicol. Faber in Annotationibus ſuis ad Senecæ patris controuerſias, notat *matrimonium* pro *patrimonio* vſurpaſſe etiam Arellium Fuſcum patrem li. 2. controu. 1. *Quid porro iſta matrimonia, in quæ male ſanè ruitis? gaudia dominorum an onera ſunt?* reuocetur itaque in antiquam poſſeſſionem vox priſca, quam & omn. mſs. quos vidi, diſertim hic cuſtodiunt.

Nomenclatori) Sic appellatur qui nomina fere ſingulorum teneret eaque pro re nata Domino ſuggerebat. de officio eius plura ſcies ſi conferas Senecæ loca, quæ ſunt lib. 6. cap. 33. de benefic. Epiſt. 19. & 27. lib. de tranquillitate vitæ cap. 12. lib. in ſapient. non cad. iniur. cap. 14. conſule præterea de hoc hominum genere Philip. Beroaldum ad Sueton. in Auguſto cap. 19. Carolum Sigonium lib. 2. de Iudiciis cap. 30.

Aliud quid in cenſum detulerunt) amplector hãc Mureti emendationem. Cuius intellectus petendus a L. 64. ff. de acquir. rerum dom. legibuſque aliquot, ff. de cenſibus. cõiungatur Sigonius lib. 1. cap. 14. de antiquo iure ciuium Rom. Pamelius ad lib. Tertulliani de præſcription. adu. Hæretic. cap. 32.

CAP. IV.

Tu modo nos tuere ſi quis mihi obiecerit.) legerim de conſilio Palat. tertij: *Tu modo tuere, ſi quis mihi obiecit.)* nam nec aliter vltimam vocem reliqui concipiunt mſſ.

Hoc vere quod acumen eſt?) margo editionis Eraſmianæ: *hic vere*. id cum & agnoſcant Palat. tert. Naz. & Col. minime quidem ſugillauerim. Si enim ſuperpingatur virgula obliqua, vt fiat aduerbium: negabit auctor in adductis modo argutiolis Chryſippi, vllum inueniri acumen.

Eos quibus obligati ſumus re, animo non tantum æquare, ſed vincere.) cum inueniam in Naz. Pal. tribus & Col. *re animoque non tantum æquare: ſed v.* id omnino admiſerim. nec enim video cur hic de eis ſolum agere debeat Seneca quibus facultates abſunt; cum mox etiam vtrumque coniungat, inquiens: *Tu me aliquid eorum doce per quæ beneficentior gratiorq́; aduerſus benemerentes fiam.*

Iouis filiæ ſunt, parum ſe grate gerere ſacrilegium ſit, & tam &c.) ita cod. Naz. nullo apice minus, niſi quod in eo *Ioui* non *Iouis*. Sicque Muretus legendum monuerat lib. 12. cap. 1. Var. lect. ductu ſcilicet veterum librorum, in quibus erat: *parum ſacrate gerere ſacrilegium ſit; & tam bellis, &c.* verum ante plures retro annos clare teſtatus eſt Eraſmus repertum ſibi in vetuſtiſſ. codice: *parum ſe grate gerere ſacrilegium ſit*, idque ſe pro germana agnoſcere auctoris ſcriptura. itaque ei ſua attribuatur loci reſtituti laus.

Beneficiorum nouas tabulas) Lux fiet huic loco ab Epiſt. 81. *Animus ſapientis vbi paria maleficiis merita ſunt, deſinet quidem debere; ſed nõ deſinet velle debere: Et hoc facit quod qui poſt tabulas nouas ſoluunt.* Sic autem appellabantur, quibus publice propoſitis æs alienum obæratis remittebatur ac condonabatur. Meminit Cicero lib. 2. offic. & 2 Catilin. & Epiſt. vlt. lib. 3. ad Attic. Cæſar in princip. lib. 3. de bello ciuili. Saluſtius coniurat. Catilin. Quintilianus Declam. 336. Suetonius in Iulio cap. 42. Chirius Fortunatianus lib. 1. Rhetoric. Loca hæc ſubminiſtrant Philip. Beroaldus & Briſſonius lib. 12. verb. ſign.

CAP. V.

Ita exponam neceſſe eſt, hoc primum nobis eſſe diſcendum) ſic omnis lectio antiqua. tantũ apparet in Pal. priore pro voce *primum*, dictio *ipſum* & *dicendum*, pro *diſcendum* attamen Muretus poſtremas tres dictiones delendas ſibi videri teſtatur. mihi nõ liquet. quamuis enim hic fortaſſis minus neceſſario requirantur; haud tamen inepte reſpiciant ad illa capitis antecedentis: *Docendi ſunt*. Item: *Tu me aliquid eorum doce, &c.* a me ſtare videtur Stephanus lib. 2. cap. 8. Proodop. Muretũ certe reprælendit, quod iſtas voces, perinde atque ſi hoc eius *videtur* ſacroſancta lex eſſet, editione ſua indignas duxerit.

Debere enim dicit ſe alius) non improbauerim quod eſt in vno mſ. Pinciani. *enim ſe putat alius*. nã & ſic quoque mſ. Pal. tert. & Col. membranis Naz. nec hæc nec illa vocula comparet.

Non poteſt beneficium manu tangi, animo cernitur) ſic legi mandat Muretus: acute; neſcio etiam an vere. nam publicata lectio *tangi ſed animo geritur*, vtcunque tolerabilis eſt. noui qui ſuſpicatur fuiſſe: *tangi, ſolo animo cernitur*. hoc ideo, quod licet Pal. tres & Col. vulgatæ ſcripturæ accedant, repræſentet tamen codex Naz. *manu tangi, ſet animo geritur*.

Nec quicquam eorum, quæ a proximis accipiuntur) Ita Pal. tres. attamen quid hic ſit, a proximis accipere, adhuc quæro. Modius Epiſt. 29 Nouantiqu. lect. quod reperiſſet in membranis, *quæ proxemis accip.* legẽdum putabat, *quæ pro Xeniis*. moris ſiquidem fuiſſe, vt Xenia quæ prioribus temporibus precio non ita cara erant, poſterioribus maxima & tenuiores plane exhaurientia mitterẽtur, quemadmodum ex hiſtoriis paſſim cõſtat. & peream ſi aliquid ingenioſius propiuſue ad veſtigia literarum accedens excogitari queat. quod & idem ſuperpictum chirographo Nazarij, qui habebat, *quæ proximis*. Cur tamen ei coniecturæ non accedam, in cauſa eſt quod auctor nimis arcte beneficiorum materiam Xeniis aſtringere videri poſſit. veniebat mihi dudum in mentem: *quæ a prothymis accipiuntur*. Optime quidem ad ſenſum, ſi modo etiam Græco ei vocabulo ius datum Latij. quod vt fere crederem faciebat iſtud Plautinũ Sticho: *vides vt annona grauis eſt? vides, benignitates hominum periere & prothymia?* verum cum offenderim in Palat. ſecundo, pro eo quod hodie legimus Epiſt. 74: *niſi omnia velut minuta contempſerit, quæ pro maximis vulgus optat*: cum offenderim, inquam, ibidem: *quæ proxemis vulgus*: capior fere hic etiam legere: *eorum quæ pro maximis accipiuntur*. diiudicent tamen acutiores doctioreſque. nam ego, quam legem a primo mihi poſui, nihil affirmo: vtiq; cum mſ. Col. habeat: *quæ ab encenus proximis accipiuntur*.

Ex naufragio raptos vel ex incendio) mẽbranæ omnes vocem addunt: *naufragio alicui raptos*. quæ hic profecto ſuum habet vſum.

Manet etiam ſine illis, quod in illos datum eſt) dura viſa Pinciano hæc locutio: itaque emendandum putabat: *in illis*. quomodo diſertim habet vetus Naz. ego ſuſpicor fuiſſe primitus: *quod initio datum eſt*, ita tamen vt non ſperam ſchidæ Col. lectionem *ſine illis, quod illis datum eſt*.

Corona pretioſum) Pincianus adfert ex mſ. ſuo *ſpecioſum*, & probat. probarem & ego niſi vellet Seneca, in externis iſtis rebus, nihil aut parum eſſe eis, quibus datur appetendum, ſi magis pretio ſui æſtimaretur quam animo dantis. & vero vulgaris lectio firmatur mſ. Pal. tribus, Naz. & Col.

Quid tribunal & currus) Fornerius ad l. 100. de verb. ſign. currum hic accipere videtur pro eo, qui veterum ætate ſuſtinebat ſellam illam curulem ſupra quam conſidebant magiſtratus maiores. at ego potius intellexerim de curru quo vehebantur, quibus decretus triumphus. nã & abſolute pro triumphali accipit idem noſter conſolat. ad Marciam cap. 13: *Paulus circa illos nobiliſſimi triumphi dies quo vinctum ante currum egit Perſen.*

Sed

Sed honoris insigne) Pensiculate de hac re Lucianus tit. de gymnasiis.

CAPVT VI.

Id refert, quo illa) concinnius puto: *Refert quo* exclusa voce *id* quæ non comparet in Pal. membranis primis aut tertiis, vt nec in Naz. vel Col. sed heus lector iidem chirographi alteram excludunt dictionem, & pro eo quod vulgo legitur, *quo illa rector animus impellat*, præferunt, *quo illa rector impellat.* solum Pal. pr. habet: *refert quo ille impleat, a quo.* Palatinus secundus in omnibus assentitur scripturæ librorum impressorum.

Deorum est honos) nempe tam hostiarum cæde quam thure ac vino datn *honor diis haberi* dicebatur. quod acriter exagitat lib 7 aduer. gentes Arnobius: *Atqui enim sacra hæc honorandis esse instituta cælestibus, & ea quæ faciat, honoris ergo facere, & hos numinũ potentias auctitare Quid si similiter dicant euigilare sese atque dormire, deambulare, subsistere. conscribere aliquid & lectitare, vt honorem diis habeant, & dignitatibus eos faciant auctiores?* hinc apud Ouid lib. 5. Fast. superi *honore se tangi. festisq; diebus & aris gaudere agnoscunt.* Sed & lib x. de Ponto:

Nam quid erit quare solito dignentur honore
Numina, si demas velle iuuare deos?

Plura exempla petantur a Brissonio lib. 1. de formul.

Boni etiam farre ac fictili religiosi sunt) Modius dicta Epist. quod in membranis diserte *friuolis*, pro *fictilib.* extaret, minima licentia legi posse putabat: *ac friuolis rel.* quæ Festo vasa fictilia quassa sunt, & a I. C. quoque pro tenuissima & vilissima supellectili poni videntur in L. solutum ff. de pign. act. &c. at Epist Nouantiq. postrema inclinat, vt vulgatam lectionem retinendum censeat, permotus potissimum simili loquendi genere Ciceronis paradoxon: *Minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas, quã delicatas aliorum pateras arbitramur?* Muretus Var lect. lib 12. cap. 1. legit, *fitilla*, cũ in libris mss. inuenisset, *fatilla.* fitilla autem genus erat pultis, quo vtebantur in sacris. Arnob. lib. 7. aduer. gentes: *Quid fitilla, quid frumen, quid africia, quid gratilla, catumeum, cerniolum, cubula?* ex quibus duo, inquit Muretus, quæ prima sunt, pultium nomina, sed genere & qualitate diuersa. series vero, quæ sequitur, liborum significantias continet. Equidem cum etiam asseuerauerit Pincianus esse in suis mss. partim *fictola*, partim *fictilla* quomodo est & in Pal. sec a quo non ita longe abit Pal. tert. & Col. quorum hic habet *fuilla*; ille *fame ac fi ulla*: vix ambigam quin, *fitilla* germanum fuerit auctoris: cum etiam expresse sic seruet vetus Nazarii, sine vlla prorsus litura, nisi quod diuisim scribat, ad hanc faciem *ī er fi tilla*. nam quo minus *fictili* toleremus (quod nonnemini placere video) est, quod Philosophus de rebus iis agat, quæ diis sacrificantur, non de supellectili in qua. haud tamen nimis super eo litigauerim: solummodo dixerim locum vnum atque alterum, quem adferi ille quem tãgo ex Senecæ Epist. 31. item cap. 10 cõsolat. ad Elbiam, plane esse ἀσυνδιόνοντ; vt & illud Iuuenal Satyr. 11.

Fictilis & nullo violatus Iupiter auro.

Item Propertij lib. 4.

Fictilibus creuere deis hæc aurea templa. nam etsi dij fictiles, non inde sequitur omnia etiam fictilia fuisse quib. iidem colebantur.

CAPVT VII.

Qui dedit tanquam non recepturus, recepit tanquam nõ dedisset) elegans sane lectio, sed quam communiter damnant libri in quibus negatiua particula nusquam conspicitur, tantum est: *dedit tanquam recepturus: recep.* Pal. quidem sec habet: *qui dedit tanquam non dedisset*, omissis intermediis. sed id amanuensis vitium esse, quilibet facile odoratur.

Ac id quod dedit) impensius placet, quod & chirographa seruant, & protulit Erasmi editio: *At hic quod.* noui præterea qui præcedentia sic suspicaretur rescribẽda si per criticos liceret: *Exiguum iste quid in me contulit.* ego nihil pronuncio: arbitrentur alij.

Sed circumiulit, & placere ei cui præstabat, noluit) ita alter Palatinus, quod tamẽ interpolatũ postea scriptumq; pro *noluit* contrarium eius *voluit*: at Pal. prim. tert. item Naz. & Col. vnanimes exhibent: *& placere non ei cui præstabat voluit.* quod non admittere, eiectis aliis, magna mihi hercle religio.

CAPVT VIII.

Et hoc modo pauperem) repræsentat ms. Nazarij: *& hoc vnum modo.* alij omnes: *& hoc vno modo pauperem.* fere est vt fuerit: *& hoc omnimodo paup.* certe magis id fecerit exprimendæ egestati quam prius illud. idem verbum habemus lib. 5. cap. 1. de beneficiis: *Etiam si quid mora interuenit, omnibus omni modo, ne deliberasse videamur.* coniunctim & hic scripserim; *omnimodo.*

Vicit Æschines hoc munere, Alcibiadis parem diuitiis animum) Pincianus legendum putat, *pari diuitiis animo.* vel *Alcibiadis compara diuitiis animum.* non est remouẽda lectio pridem cusa. nam vult, Æschinem vicisse animum Alcibiadis, etiãsi ei animus esset nihilo diuitiis inferior, hoc est, maximus. eadem loquendi forma apud Iuuenalem Sat. 12. *Si res ampla domi, similisque affectibus esset. Pinguior Hispulla traheretur taurus.* quem locũ ostendit noster amor Simo Vlricus Pistoris. Sed & præcessit cap. 7. *qui dedit parua magnifice, qui regum æquauit opes animo.* Salustius in fragm apud Fabium. *Mithridates corpore ingenti, perinde & animatus.*

CAPVT IX.

Etiam inter angustias paupertatis) dictio *paupertatis* exulat Palat. tribus. Naz. & Col. itaque & nos hinc excludamus.

Non quanti quæque sint) assensum præbeo Rod. Agricolæ, suspicanti multa hic in omnibus desiderari exẽplaribus. quæ enim deinceps sequuntur, ad finem vsque capitis, nihil sunt præterquam egregiæ statuæ lacera membra, aut verius frusta. quod & animaduertit Muretus, a quo originem huius mali non inutiliter requiras.

At enim peior est opinio, qui lingua) pluteanij mei codices, nec non Pinciani: *At peior opinio, si ling.* vnde is scribendum existimat: *At peior opinor, qui ling.* an forte fuit: *At enim peior est (opinor) qui ling.*

Colunt enim detestanturq; felicem, & si potuerint, eadem facturi, odere facientem) ad ista quidam: deprauatissima, inquit, hæc sententia est, a nemine deprehensa. Sic restituo & lego: *colunt? non: detestantur ita felicem: & si potuerit eiusdem fastus, odere benefacientem*: equidem nõ est quod hæc emendatio animos ipsi adaugeat. eius siquidẽ nullus indiget auctori qui vult, esse qui impotentem istũ & colant simul & detestentur: colant, propter vsum; detestentur, propter fastum. at interim ij ipsi, inquit, qui hæc talia in altero oderunt, eadem plane facerent, si esset, vnde fieret. non absimilis argumentatio Epist. 42. *Ac odit eos qui subita & magna potentia impotenter vtuntur. Idem faciet cum idem poterit.*

Coniugibus alienis nec clam, sed aperte quidam ludibrio hab.) cui dubium rectius legi: *alienis, nec clam quidem, sed aperte ludibr.* vti extat in omn. mss. etiam Pinciani. quod & idem probauerat.

Rusticus inhumanus ac maleuolus) malo, vti fere est in mss. Pinciani: *Inurbanus ac mali moris.* nam & Lipsius lib. 1. Elect. cap. 19. etiam in suo veteri extare, *mali moris* & refert & probat. nec aliter sane Pal. Naz. & Col.

In sella prostare) bene monet d. loco Lipsius carpi hic in fœminis sellam apertam, quia velamenta scilicet magis ad sexus illius pudorem. vnde & noster alibi: *Nunquam margarita suffocent, quam in patente sella circumlatam per vrbem, populus ab omni parte æque ac maritus inspexerit.*

Hinc decentissimum) emendatio hæc a Pinciano. manusc. plerique *Indecentissimum.* alij *inde certissimum*: quidam etiam: *inde centesimum.* scriamna fuisse: *Inde decentissimum* quod neque displicebat Pinciano.

Nisi qui abduxit iam raptam) multa hic omisit editio Mureti. nam vetusta Pinc. lectio: *nisi qui abduxit. Iam rapta spargere. Sparsa erant, agri auaritia recolligere certãt.* Cæterum idem ingenue fatetur, relinquere se hunc locũ.

ficut alia pleraque huius operis, io medium. laudo ingenuitatem, imitorque. nam nec quicquam opis eradfert I. C. ille qui legit: *& in contemptu vidus celibatus nemo vxerem ducit, nisi qui abducit manu raptam.* quippe illud, *qui abducit manu raptam*, asse charum est. *abducere* enim tantuodem valet. vode illud Virgilij:

Et gremiis abducere pactas. Sed & quod de iis agi sibi persuadet, quib. cælibatus displicet, turpius fallitur. quin eos tangit quibus cum nō liceret per legem Papiam manere cælibes, turpius eaodem violabant mariti. Modius Nouantiq. lect. Epist. 29. adducit hanc ex vetustis libris lectionem: *nisi qui abduxit. Iam rapta spargere, rapta erāt, agri auaritia recolligere certant. Nihil pensi, &c.* ex quibus faciebat: *abduxit. iam rapta spargere. sparsa pari auaricia recolligere: nihil pensi habere: paupertatem alienam contemnere, suam timere.* Similemque periodum meminit apud Salustium: Senecæque turbando fuisse vult inprimis verbum, *certant*, quod huc manasse sibi persuadet ex versu illo tritissimo Ouidij:

Quarere vt absumant, absumpta requirere certant, ad marginem forte huius loci ab aliquo studioso, vt fit, adscripto. meum iudicium si quis quærit: equidem nullus Æscolapius disiectum istud restituerit cadauer. nam ecce Pal. alter babet: *nisi qui abduxit iam raptam. agros spargere. auaritiam recolligere certant. nihil pensi, &c.* tert. *quam nemo vx. dux. nisi q. abduxit. Iam rapta spargere sparsa ero agri auaritia. Recolligerunt certant.* Col. *abduxit. Iam rapta spargere spersa erit. agri auaritia.* Naz. codex idem præfert quod exempp. Pinc. habetque superpictum voci *agri*: alias legi *rapaci vel acri*. sed & maxima pars mss. pro *nemo vxorem*, amplius habent: *quam nemo vx.*

Paupertatem alienam cont. &c.) subiiciam & lacuoosi huius loci variantes lectiooes. Pal. alter: *paup. al. cont. suam timere vllum aliud vereri malum, pacem iniuriis perturbare, imbecilliores vi ac metu premere.* Pal. tert. *paup. al. cont. suum quam vllum aliud vereri malum. pacem iniuriis perturbare.* nec aliter Col. vt mihi dubium vix fiat quio cōmode scripserimus auxilio membranarum Naz. *paupertatem alienam contemnere: suam quam vllum aliud vereri malum pacem iniuriis perturbare. imbecilliores vi ac metu premere.* porro *vereri suam paupertatem quam vllum aliud malum*, elegans & priscum loquendi geous, quo subiotelligitur vox *magis*.

Nummarium tribunal) intelligi vult, ioquit Philipp. Beroaldos, Iudices iudiciumque nummis corruptū; longe aliter quā I. Cti, quibus causa oommaria indiciumq; oummarium, quando de pecunia disceptatur. sic enim intelligendus Callistratus l. vlt. ne de statu defuoctorum post quinque annos quæratur. atqui etiam Cicero Verr. 5. *nummarium* appellat *iudicium*, quod acceptis agitur pecuniis: vt *nummarios* quoque *iudices* pro Cluentio, & lib. 1. Epist. ad Attic. sordidos mercenariosque, qui nummis se corrūpi sinant. de quibus sic Suetonius cap. 8. Domitiani: *Nummarios Iudices cum suo quemq; consilio notauit.* Sic *nummarios* quoque *Sacerdotes* dixit Hieronymus. hæc ad Tranqoillum partim Beroaldus, partim Læuinus Torrentius.

Qua emeris. vendere gentium ius est) huic consentaneum quod de Alex. Seuero Lampridius: *Honores iuris gladij, nunquam vēdi passus est: dicens necesse esse, vt qui emat, vendat, &c.* ad quod alludit istud Ciceronis 4. in Verr. *Te autem pretore qui censor aut legem metuerit, qua non tenetur quoniam creatus lege non erat: aut animaduersionem tuam; cum id quod abs te emerat, vendidisset.* plura ad hanc rem Langlæus lib. 6. cap. 1. ocij semestr.

CAPVT X.

Culpa subsidat.) sic Pal. tert. & Naz. at Col. *supersidat*, Pal. vero alter *subsistat*, sicuti etiam editio Erasmi. adhæserim vulgato.

In deterius res humanas & in omne nefas labi) sic quidem Pal. alter: sed enim tu quisquis iudicio vales, coosidera quæso, an noo subsistere possit quod offendi in antiquo illo Naz. *res humanas & omne fas labi.* ei sane non nimium resistit Pal. ter. in quo; *res humanas & honesta labi.* neqoe adeo Col. quæ habet; *res humanas, & omne nefas labi.* ego in tam lubrico, nimis quam trepido.

At illa stant loco &c.) mss. vno consensu legi iubent, *Aut illa.* quod si accipiamus pro *haud*, longe alia profecto, nec tamen adeo indecens, surget loci huius sententia: quamque firmare videantur statim sequentia: *Non expectant vno loco vitia: sed mobilia & inter se dissidentia tumultuantur.* verum oecego hic vllam vocem. vos Scaligeri, vos Fabri, vos Doulæ, vos Lipsij præite quod eoseam.

Vt fluctus quos æstus, &c.) quædam ab hoc loco non aliena reperire est apud Fornerium commeotar. in tit. de verb. sign. L. 96.

Corpore pra se ferens animi deformitatem) ita vetustam esse codicum suorum lectionem scripsit Pincianus, quam & secuta est Mureti editio. si quid video, vox *corpore* hic noo multum habet quod agat. an forte mutanda in *corrupti*. ita equidem suspicor. sed ablegetur potius. nam certe nusquam ea io vetustiss. Naz. Col. aut Pa. sec. prior vero præfert. *nunc cultus corporis nimius & forma corporis post se ferens an def.* quomodo etiam fere Pal. tert. ita nempe: *cultus corporum nimius & forma corporis posse ferent.*

Non stant vno loco vitia) miror vnde id hauserit Muretus. nam priores editi: *non expectant vno loco*. quod ego arripuerim: vtique cum & sic seruet adhuc chirographū Naz. scias tamen lector Pal. tres & Col. habere: *Non expectant se vno.*

Sine vllo meo incommodo non dubitabo) monuit pridē Pincianus veteres codd. non agnoscere verbum *incommodo*, sed vicem eius partim legere, *vllo meo merito*: partim etiam id omnino eiicere. & testor ego nusqusm comparere in opt. Naz. & Pal. sec. at tert. & Col. repræsentant: *sine vllo modo non dubitabo.* quæris quid ad hæc ego? nihil hercle, nisi iutare me paratum plagam hic esse aut veriua hiatum. nam exemplum istud non congruit orationis præcedentis nexui.

Indignum si eripere latronibus petere) est qui contendit hic deesse oegationem, scribendumque: *latronibus nō petero.* plane præter mss. auctoritatem & contra Senecæ mentem quæ hæc: nullum periculum subterfugiam, vt digno vitam cooseruem; non etiam vt indigno. ei tamē si leuicula aliqua re, voce puta sublata, opē ferre possum, lubens id faciam. quid ni? vt oon hominis causa, at humaoitatis. & de hoc loco ita seotio. quid ij obganniant quibus mens in fronte, noo curo.

CAPVT XI.

Dicere licet: Recipere non desidero) vox tertia abest ab editione Mureti. nec annorat tamen, ao eiecerit suasu alicuius libri, an vero coniecturæ propriæ fiducia. at extare eam in omnibus fere libris & ego testor & testatus est ante Erasmus, iodicauitq; aonotasse Rodolphum: *Recipe: nō desid.* quod absit vt non recipiam, cum id diserte io vet. illo Nazarij codice.

Lenocinium est muneri) ita editio Mureti. aliæ omnes, quibus mss. assentiuntur, *muneris*. quod nō necesse mutare imo necesse potius retinere.

Videamus) non aliter quoque mss. Pinciani: mihi tamen *sequemur* (quod eius loco habet Erasmus & antiquior quæque editio, quam stabiliri affirmo Pal. altero, Naz. & Col.) magis arridet: putauerimque prius taoquam interpretameotum, superpictum, mox exturbato legitimo possessore, irrepsisse in textum. quæris vnde natum? ex voce prima periodi sequentis.

Aut pauci intra hanc atatem habent, aut qua etiamsi natura pretiosa) librorum varietas locum istum falsi arguit. Pal. sec. *hanc atatem habent aut hoc modo. Qua etiāsi nat.* Pal. tert. *hanc atatem, aut hoc modo nulli qua etiamsi nat.* Naz. & Col. *hanc atatem, aut hoc modo. Qua etiamsi nat.* scripturam Palatini primi, non est, vt hoc aliusue locis fidenter adducam. nam is totus fere constat ex fragmeotis minutis, vixq; tres quattuor continuat lineas. si quis tamen scire auet quid præferat, id ponam: *aut pauci habuerunt. qua etiamsi natura, &c.* reiectis aliis. ego nisi audacius esset, sine vetustæ monetæ libris, ausim rescindere illa omnia: *queq; aut pauci habuerunt, aut pauci*

intra

intra hanc ætatem habent: quamuis non negem tolerabilem resultare sensum, si ea retineamus, tantum ablegato verbo *habent*, quomodo volunt Naz. & Col.

CAPVT XII.

Argentum factum quam signatum) Vtriusque meminit quoque Liuius lib. 34. *Cautum erat quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argenti ac æris domi haberemus.* argentum factum hic ceperim pro omni argento vnde artifex opus aliquod effecit siue in vasis sit & signis, siue in supellectili, in mundo, in ornamentis: signatũ pro eo quod forma aliqua percussum, nummi atque pecuniæ appellationem recipit. paulo aliter hæc Iurisconsulti, quorum distinctiones petantur a Ludouico Cœlio lib. 10. ca. 2. lect. antiquar. Brissonio lib. 1. de verb. sign.

Post rem manet gratia) ita castigandum putamus, inquit Pincianus, contra omnia exemplaria. miror itaque cur id sibi tantum non adscribere tentet Muretus. non aliter tamen hodie conspicitur in cod. Naz. sed emendatũ alterius manu.

Extet, hæreat amico meo. & conuiuat) multis partibus potior scriptura calamis expressa. *Extet, hæreat, amico meo conuiuat.*

Ne cum gladiatores aut venationem) hanc lectionem iure defendo explicoque cõtra eum qui intrudit *aut venatoria arma ad venationem*. nam & eam pro sana quoq; agnoscit non modo quãtũcumq; est librorũ calamo exaratorum, sed & P. Faber semestrium lib. 2. cap. 10. Fornerius ad L. 17. de verb. sign. quoq; adeo hæc cõiungit Suetonius in Domitiano: *Spectacula magnifica assidue & sumptuosa edidit. nam venationes gladiatoresq; & noctibus ad lychnos: nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum.* vocemque postremam non modo significare venandi ortum sed feras captas, dilucide prodo ad lib. de prouidentia cap. tertio. libet tantum adiicere isthæc Tertulliani aduers. Scorpiac. cap. 1: *nos ipsius lepores, destinata venatio, de longinquo obsidemur.*

Munere iam edito) venationem quoque comprehensam sub *muneris* nomine, locus hic stabilit; cui addatur Plinianus lib. 33. cap. 3: *Cæsar, qui postea Dictator fuit, primus in ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo vsus est: feræq; argenteis vasis incessere tũ primum visum.* videatur præterea Suetonius in Iulio cap. 75. & Caligula cap. 27. Constantinus Imp. C. Theod. ad l. Fabiam de plagiariis. Lactantius lib. 6. cap. 20. diu. institut. Hæc habemus monstratore P. Fabro, qui proprie tamen *munus* de gladiatoribus dici diserte docet ex Cicer. lib. 2. de offic. Sueton. in Iulio cap. 39. Caligula cap. 17. necnon L. Ciuitatibus 122. ff. de legatis primo. sed de hac re vide selecta multa apud eundem Fabrum d. loco. item Lipsiũ nostrum saturnal. sermonum lib. 1. cap. 7. de voce muneris, quædam quoque Fornerius ad d. L. 17.

Tempus, locum, personas obseruet) sic quidem schidæ Pal. pr. quomodo ex codice plane reuerendæ fidei se eruisse gloriatur Pincianus. at sec. & tert. item Naz. & Colon. *tempus locum obseruet. personas.* vt fere credam, vocem *personas*, ab aliquo adsutam nasuto, qui eam hic requiri arbitraretur. quod secus est. considerentur tantum & præcedentia, & subsequa. nam & narrat Erasmus, vetustum suum cod. habuisse, *& personas*, sed adscripta supra versum coniunctione.

Quam cuius copia abundat) eleganter hæc ipsa ad alia transfert Petr. Faber Comment. ad tit. de diuers. reg. Iur. L. 9.

CAPVT XIII.

Corinthij per legatos, &c.) Atqui quod Seneca hic de Corinthiis narrat, memoriæ proditum est de Megarensibus, obiiciunt quidam. Fateor: sed fieri potuit vt aliquis de Corinthiis scriptũ hoc reliquerit, quod de Megarensib. ab alio scriptũ fuerat, & fortasse (nam a Corinthiis oblatũ hoc officium, pluris quam a Megarẽsib. æstimatum fuisse credibile est) scribendũ erat. Quod si ita est, quis affirmare potest ἀμάρτημα seu σφάλμα μνημονικὸν hic esse? hæc Stephan. Epist. 23. ad Dalechãp. & quidem de Megarẽsibus hoc ipsum refert Plutarch. in libello περὶ μοναρχίας, citante Brodæo scholiis ad lib. 4. Epigr. Græcorum.

Libens accepit dolatum honorem) sic omnis vetus lectio, excepta Naz. quæ ad hanc tamen etiam faciem interpolata. prius vero habuisse videtur: *accepit non dolatum honorem*. quod gustui meo merum mel, imo nectar.

Vbi illi defecerant) fideliorem hanc habet lectionem Pincianus, præ vulgato: *vbi illa def.* vt subintelligatur Hercules & Liber. *illa* tamen cuncti agnoscunt chirographi. & mihi, nescio quomodo magis arridet.

Tam hostium pernicies quam amicorum) rectus quidẽ verborum ordo esset: *tam amicorum pernicies quam hostium*, cum apud Iulianum Imp. in symposio ita Iul. Cæsar de ipso Alexandro loquatur: ὁ δὲ αὐτὸς τοῖς πολεμίοις οὐδὲ τῶν φίλων ἀπείχετο. sed tamen cũ peruersus iste ordo Senecæ sit perfamiliaris: non est quod eum ex nostro sensu transponamus. vide P. Fabrum lib. 1. cap. 23. Semest.

CAPVT XIV.

Nulli gratum est) nihil hic mutauerim: solum indicauerim acutum videri quod in exempp. plerisque Pinciani item Pal. pr. *nulli datum est*. sicque fere alibi Martialis: *Quisquis vbiq; habitat Maxime, nusquam habitat.* quod & a Seneca sumptum videri queat, inquiente Epist. 2: *Nusquam est qui vbiq; est.* ceterum non celo lectorem, Palat. tert. habere: *Beneficium quibuslibet datum nulli gratum esse.* Naz. vero & Col: *Beneficium qui quibuslibet dat, nulli gratum est.* quid?an hic aliquem dicemus hiatum?

Stabularij) is est qui stabulum exercet tectoque viatores excipit. nam stabulum etiam ad hominum mãsionem constitutum diuersorium significat. L. 1. in f. ff. furti aduers. Apuleius lib. 1. de asino aureo: *sumo sarcinulam, & pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam.* plura exempla pete ab Brisson. lib. 17. de verb. sign.

Aut cauponis hospitem vocat) hospes enim est, qui gratis excipit: stabularius & caupo qui propter mercedẽ. quæ differentia & apud Tullium lib. 1. de Diuinat. Vise tamen Duarenum ad titulum ff. Nautæ, caupones, stabularij, &c.

Nempe hoc quod in illum. & vix bene) magis blanditur auribus Naz. cod. scriptura: *quod & in illum vix bene.*

Et in illum etiam inimicum) ita mutari se ausum in ambigua veteris libri scriptura testatur Muretus: cum antea legeretur *inimicum*. atq; eam coniecturam probat Stephan. proodop. lib 2. cap. 10. eodemq; modo legi malle scripsit pridem Lipsius lib. 1. cap. 10 Elect. at mihi vulgata lectio rectior est; quam & constanter seruant quotquot excussi manu exaratos. vt videlicet, cum agat de publico epulo, (quod popularem cœnam alibi vocat Plautus) tria hominum complectatur genera: infamium, inimicorũ, ignotorum. quod si non admittimus, duo tantum dicetur recensuisse: quoniam inter infames, etiam mimus.

Nunquid me dignum iudicauit? morbo suo morem gessit) retraho vocem probam quæ latuit hactenus, tanquam si fugitiua: *iudicauit? minime: morbo suo, &c.* eam hercle seruant & Pal. pr. & mss. aliquot Pinciani. haud absimiliter infra lib. 2. cap. 19. *Non est ergo beneficium ferro auxiliũ? minime: quia nec voluit facere.* porro illud *morbo suo m. g.* non sollicitandum, probo lib. 21. cap. 7. suspic. videatur de eo & Stephan. lib. 1. cap. 6 proodop. nam & bene Muretus lib. 12. cap. 2. Var. lect. qui putat istud veteris poetæ exemplo dictum, ex quo quadratũ versum citat Plutarchus: οὐ φιλάνθρωπος σύ γ' ἐσσ'· ἔχεις νόσον· χαίρεις διδούς. ibi enim, quisquis ille est, qui loquens inducitur, negat, quod alius quispiam multis pecuniam largiatur, id ab ipsius humanitate ac liberalitate proficisci: eum enim illo quasi morbo teneri, vt dandis pecuniis gaudeat.

Quis patitur sibi imputari vulgaria?) dictio vltima abest mss. tum meis & Erasmi; tum antiquis quibusque edit. quod tamen sensus aliquod requireret verbum, addidit de suo Agricola: *Communia*: alius quis; *vulgaria*. an suspicari licet fuisse: *Quis patitur vilia imputari?* sed porius est vt credamus multa præcessisse has voces, quæ omissa ab iis, quibus flores, si diis placet, eligere curæ. sic esse vel Iouem iurauerim lapidem.

Ille accepit cum rogasset, ego cum rogarer) acute dictum. haud tamen dissimulandũ, esse in Pinciani exemppl. vt &

Pal.pr. *ego non rogaui.* vel vt etiam Pal.sec: *ego cum non rogarem.* at Pal.tert.& Naz. *ego non rogarem.* superpictumque Naz: *ego cum rogarem.* Col omnia isthæc verba absunt. si hiscere licet, verius suspicarer *ego cum rogarem*: vt velit impetrasse ante totas preces nam vltro datum quominus admittamus, faciunt præcedentia: *Accepi idem quod ille, sed vltro.*

Et libererum orbitas) vetustum exemplar Naz.& Col. item Erasmi *libera orbitas*, sentitque, inquit ille, de libertate condendi testamenti, quæ non est parenti libera. equidem id retinuerim; aut in rem malam abegerim vtrãque vocem tam *libera*, quam *liberorum*, tanquam superfluam: præcipue cum & Pal.tertius varici, scribatque *liberos orbitas.*

Inter multos se diuidit) illustraui lib.10. Suspic. cap. 3.

Ego vero beneficiis non obiiciam moras) certum mihi ante hæc verba desiderari quamplurima. mss.quoque pro *obiiciam*, custodiunt; *obiecio.*

Ne perperam monitiones nostr. exaudiat) ita Pal.sec.& tert. item Naz.& Col. an hoc retinebimus? an vero retrahemus literas binas a voce quæ antecedit, scribemusque; *perperam ammonitiones.* sic hetele Pal. pr.

Quibus vero tam conuenit) vox *vero* hic filum orationis impedit. malim quod est in Pal.sec. Naz. & Col: *quibus non tam conu.*

CAPVT XV.

Consilij indigens impetus deferre) vix ambigo quin scripserit Seneca, *differt*, quomodo aperte in Pal. pr. & Veneta edit. annorum centum. *differre* enim, diuidere, spargere. consulatur in ea voce Nonius Marcellus & alludit forte ad largitionẽ theatralem qua missilia temere spargebantur in vulgus Naz. quoque retinebat *deffert*, sed alterum erasit Satagij cuiusdam scalpellum.

Vero liberalitatem nepotari) fert palmaria correctio Erasmi, sed & vera: vt pote quam postea expresse scriptam reperit in codice manu picto. cõfirmaturq; adeo schedis Col & Naz. at quod addit sentire Senecam beneficiũ non dandum ei qui nequiter profusurus sit, quod dederis etsi istam interpretationem agnoscat Stephan. lib. 2. cap. 8. Proodop. nec vllo verbo approbet improbetue; existimauerim tamen aliud velle auctorem: nempe, minime imitandos promerentibus genus illud hominum, qui fortunas suas prodigẽ nimis & sine delectu disperdunt, qui vt Plautus ait, bona sua pro stercore habent, ideoque foras eiiciunt.

Quod nõ quolibet casus & consilij indig.) sic legẽdum monuit Pincianus: qui tamen malebat expungeretur dictio *quod* ex lectione veteri. magis mihi placet: *ne quo libet casu, & cons.* sic enim antiquiss. Naz. repræsentant mẽbranæ hoc tantum perperam, quod vna dictione scribant *quolibet.* o lepidæ mẽbranæ, & quas certatim iure merito in cælum ferat collegium literatorum. ita magno Philosopho luculentam sæpe adferunt lucem.

Cuius vile est indicium) sic Pal.sec omnesque fere superioris memoriæ editiones etiam Erasmi. nec longe abeunt reliqua mss. in quibus: *veta.* quare *vile* illud, typographicæ incuriæ imputandum, frustraque sunt qui id in, *futile*, reformant. quod nec huic loco facit. Veteramentorum autem more quiduis interpolari, nec ius sinit, nec fas.

AD LIB. II. SENECÆ DE BENEFICIIS.

CAPVT I.

Proximus est neganti) præcedentes editiones: *Proximus est autem neganti.* scripserim cum chirographis Pal. & Col: *Proximus est a negante.* origo erroris inde nata, quod vox, *autem*, vnica plerumque litera ab amanuẽsibus exprimeretur. hinc & membranæ Pinc: *est autem a negante.* perperam etiam.

Qui nolentem se tribuisse) Ven. ed. *nolente* animus inclinat suspicari, *nolenter.*

Sed aduersus ducentem male retinuit) interpretor hũc locum contra importunum hominem lib.21. Susp.cap.5. & aio tantum abesse, vt metaphora sublit a iure nostro petita, quæ istum largitorẽ quasi in ius rapiat, vt auctor potius respiciat ad ridiculæ salutationis genus, de quo amplitet Petr. Nannius lib. 4. Miscellan.

Quos liberales facit frontis infirmitas) non deest qui legi iubet; *quos illiberales facit.* sed næ et & firma frons, & illiberalis animus. contra enim & ratio & experientia vocaliter clamant, vt pluribus exprimo lib.21.cap.5. Susp.

Nullamq; meretur gratiam) non aliter Pal.pr. & editio Erasmi; qui tamen monet rectius sibi videri quod erat in vetusto cod. *nullamque inuit gratiam.* & eum ego sequor. sic enim fere Pal. sec. Naz. & Col. nempe; *inuet.* scilicet antique exaratum, *ineit*; quod etiamnum in Veneta veteri.

Beneficia parata, facile occurrentia) legerim vti retinent membranæ Pinciani ac Colon. nec non Palatinus sec. tert. & Naz. *facilia & occurrentia.* vt primum attribuatur superiori illi *libenter*, alterum, *cito*, tertium, *sine dubitatione.*

Vbi nulla mora fuit, nisi) Pincianus ex veteri lectione: *nulla interuenit mora* non placet mihi; licet sic etiam Pal. pr. vulgatæ adhærent Pal.sec.tert. Naz. Col. & vero simile est irrepsisse illam vocem ex superioribus istis: *Etiam si quid mora interuenit.*

Primum est) lectio hæc a Mureto; tanquam ita legendum ostendat id quod subiungitur: *Proximum sequi.* ego retineo omnium exempp. scripturam: *optimum est.* rationem reddo lib. 6.cap.11.Suspic. nec aliter habebit quo referatur vox, *melius.* quamquam tamen, nisi audacius sit sine libris, malim *uoce* ꝗ *melius*, repositum, *medium*: vt sic, anticipare rogationem, medium quid habeatur inter desiderium, eiusque desiderij indicium.

Os concurrat) sic quotquot vidi edit. & mss. addo itaque suffragatorium calculum Mureto: reprehendenti Pincianum quod emendaret contra fidem omnium, vt inquit ipse, exemplariorum. at quod Muretus iis vult os concurrere quibus multo sanguine concurrente suffunditur, quasi natura ipsa obtendente velum quoddã pudoris; non satisfacit Stephano proodop. lib. 2. cap. 8. vbi ait expositionem hanc, nisi exemplo confirmetur, aut saltem adiuuetur, audaculam, sicut durum hoc loquendi genus, videri posse: sed cum, inquit, & in alio nostri Senecæ loco inuenerim, *longe.* equidem ego vocabulum, *concurrat*, hic retinuerim, non etiam interpretamentum Mureti, quippe mox sequitur in textu: *& suffundatur rubor.* sic enim ibidem lego auctoritate aliquot mss. atque impressorum: neque dissimiliter lib. 2. cap. 2. de Ira: *rubor ad improba verba suffunditur.* nihil hic igitur auctor de rubore, nisi velimus bis idem dixisse. quod absit. quin ecce legitur, Epist. 11. *Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit. non aliter quam fatigatis & æstuantibus solet: quibusdam tremunt genua dicturis: quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt.* quod nemo etiam temere ad sanguinis concursum traxerit, cum de rubore sic continuo subiiciat: *Inter hæc, & ruborem esse scias qui grauissimis quoq; viris subitus offunditur.* quid ergo? dicam sed vultu timido. os concurrit cum contrahitur. quod plerumque fit, vbi in magno versamur pudore. huc que crediderim facere ista Senecæ Epist. 106: *Vide an affectus vultus nobis mutent, an frontem adstringant, an faciem diffundant, an ruborem euocẽt, an fugent sanguinem.*

Maioribus nostris grauissimis viris) duæ voces postremæ in aliquot exempp. non leguntur, inquit Pincian. & certe nec sunt in Col. quin Palat. primus eas sic inuertit: *maioribus nostris visum est; grauissimis viris nulla res.* abesse eas posse firmiter suspicor.

Tacito malumus & intra nosmetipsos precari) dixi de hoc more quæ satis lib. 6. Susp. cap. 15.

Quoniam quidem) mutat Pincianus in *quandoquidem.* non ausim ipsi præbere assensum, cõtraeuntibus tot mss.

CAP.

CAPVT II.

Huius facienda est gratia amico) id est, soluendus rogandi necessitate. de quo loquendi genere, posce Brissonium lib. 7. de verb. sign. extremo.

Necessitate grauissima liberanda est) auctiores voce vna Pal. sec. tert. Naz. Col: *grauissima rogandi liberanda est*, quę tamen incolumi sensu abesse posset.

Si non contigit prauenire) contra omnia fere exemplaria hæc est lectio; in quibus, *contingit*. quæ nescio quo pacto auribus meis valde blanditur.

CAPVT III.

Commendare quæ præstes. vt illum castiges quod tardior in rogando fuit: adiicias licet.) integer in speciem locus, at non etiam integer. audacter quamuis legerim distinxerimque: *qua præstes; vt ille se castiget quod tardior in rogando fuit. Adiiciat, &c.* ita quippe nulla fere litera minus mss. Pinciani & Palat. tres, item Naz. & Colon. suntque verba dantis, qui vult vt a semetipso petitor pœnas exigat, quod tardius rogauerit; citius alioquin impetraturus. sic infra cap. 14: *Viderit; de se, non de me queretur*. tam insignem locum miror hactenus medicorum latuisse curiosos oculos; manusque anxiriosas.

Experiri animum nostrum) scribe cum omn. mss. *animeum*.

Semel rusticitati tuæ ignoscitur) ita Naz. Col. & Pal. sec. mihi amussitatum magis quod est in Pal. pr. & tert. *semel rusticitati ignoscitur*.

Quam si multiplicatum hoc ad me alia via peru.) ita fere Pal. primus & mss. Pinciani. at Palat. sec. item Naz. & Colon. interpositum habent: *hoc ad me de quo loquebar, alia via peru.* glossam tamen mihi sapit: si non; posset refingi: *hoc ad me decuplo alia via.* sed potius eiiciatur. nam nec cõstant sibi chirographi. siquidem Pal. tert. *multiplicitor hoc ad me de quo loquar alia, &c.*

Huic animo) melius maxima pars mss: *Huic eius animo*.

CAPVT IV.

Quam vbi quod impetrasti) quantum mei est indicii, eleganter addunt voculam, Pal. sec. & Venetus olim impressi: *quam vbi quoque quod impetr.* sed & Naz. ac Col: *vbi quoq; imp.* vt videatur alterum verbum literarum absolutum affinitate.

Ille vt sumat) in ora editionis quæ Erasmi insignita nomine, notatur; *sumere* hic pro exhibere positũ. quod glossema ne ipsi quidem probatum Erasmo, castigationes eius fidem faciunt, in quibus fatetur codicem manu scriptum habuisse: *consummet*: additq; interpretationẽ: quidam enim, inquit, non totũ reddunt quod polliciti sunt. prius probo; non alterum; quoniam non tam agit Seneca de quantitate beneficii, quam de eius fine & perfectione, quæ ei vltimam quasi imponat manum. nõ aliter loquitur infra c. 32: *Qui accepit beneficium, licet animo benignissime acceperit, nõdum consummauit officium suũ* & quidem *consumet* habent Pal. sec. Naz. Col. veteri nempe scriptura quæ raro geminabat literas.

Vt beneficia tua illibata & integra) scribendum monuit Pincianus ex vet. lect: *vt integra*, sed monuit surdis. ego iterũ moneo ita rescribatur, auctorib. Pal. tert. Naz. Col.

CAPVT V.

Nihil æque amarum quam diu pendere) quędam non aliena ab hoc loco P. Faber ad ea verba: *Quod pendet non est pro eo quasi sit* L. 169. de reg. Iuris.

Plerunq; autẽ hoc vitium est) Stephan. lib. 2. c. 2. prood. videtur malle: *plerinq; tamen*: ego nihil temere mutauerim contra mss. nam vt forte vis eius huic loco minus videatur conuenire, at sciendum & particulam istã a Seneca sæpius, sicuti & aliis scriptoribus, vsurpatam, vbi non modo nihil aduersum diuersumue sonat, sed superest taatũ, elegantiæ scilicet causa apposita. hoc ipsum exemplis abunde firmant P. Faber ad L. 56. ff. de regul. Iur. Brissonius lib. singul. parergorum.

Quid possint ostendant) cuiusuis erat emendare; *ostẽderint*. quod in omnibus quas vidi membranis.

Potest ob id ingratus esse?) ita primum diuinauit Erasmus hoc sensu: beneficio sic dato nullam deberi gratiam. Itaque ingratum esse non posse qui accepit. fatetur is tamen in ms. sun fuisse: *potest et ob id iam gratus esse?* Pincianus vero ex membranis legit: *potest ob id gratus esse?* ego hic musso. nam etsi ms. Col. lectioni Pincianeæ consentiat; tamen & Pal. tert. & Naz. nihil ferunt auxilii; quorum hic cum litura præfert; *ob id gratu sua est*. ille: *ob id grãs esse*. verisimiliorem tamen habuerim Desiderii coniecturã si modo interrogationis expungatur nota vt extat in Pal. sec. velitque auctor odiosum illum procrastinatorem hac sua meruisse mora, vt quis & palam & tuto ingratus ei esse possit: ingratus inquã non reipsa, (nec enim vllum interuenit beneficium) sed opinione datoris, qui nihilominus idipsum quod dedit, beneficii loco habendum existimat. similis extat locus infra lib. 7. cap. 25: *Hoc est in odiũ beneficia perducere, hoc est efficere, vt ingratum esse aut liceat aut iuuet*.

Bonarum rerum sollicita expectatio) sic Pal. sec. verum iubet scribamus ex vet. lect. Pincianus *sollicitis expectatio grauis*. quod confirmat Pal. tert. at Naz. & Col. habet, vltima voce minus: *sollicitis expectatio*. ego suspicor ante hãc periodum aliquam multa desiderari. sed nec sequentia satis integra. nam schidæ Pal. pr. *alienum rei adferant, inhumane diutius torqueri quis patitur, quem potest protinus liberare. Omnis benignitas, &c.* at Pal. tert: *adferant, inhumane diutius torq. quis patitur; quem prot. potest lib. aut tam diu gaudere, benef. suo manum offert*. Naz. & Col: *rei adferant. vt aut diutius torq. pat. quem pr. p. lib. aut tardius gaudere benef. s. m. adfert*. Pal. sec. sentit cum lect. vulg.

Aut gaudere tardius, beneficio suo manus affert) ita imperant vt legamus Mureti notæ. eam tamen lectionem ex vet. scriptura Pincianus multis iam annis ante proposuerat vti prodit lib. 2. c. 8. prood. Stephan. qui, *manus adferre*, hic idem notare posse quod malum adferre, tangitur mihi lib. 24. Suspic. cap. 3.

Et proprium est libenter facientis, cito facere) electa lectio, quã firmant Pal. sec. tert. Naz. Col. duo tamen mss. Pinciani & Pal. pr. *proprium est benefacientis libenter & cito facere*. præter mentem auctoris.

Qui tarde dedit, & diem extrahens profuit) ita & Palatinus secũdus: minus sane. veternosiores enim libri, qualis Naz. & Col. non abeunt a lectione quæ in quibusdam mss. Pinc: *Qui tarde & diem de die extrahens profuit*. an hæc sincera Senecæ scriptura, affirmare non ausim. alii enim codd. Pinc. cui fere adsentiuntur Pal. pr. & tert: *Qui tarde fecit diu noluit, & qui de die diem extrahens profuit*. quoniam libera est suspicio cuiuis; suspicor proximum vero: *Qui diem de die extrahens profuit, non ex animo fecit*. reiectis aliis, etiam voce illa *tarde*; quæ in ceteris membranis, tanquam ea nata fuerit ex marginali nota. pro tali sane habeo illam gnomen: *Qui tarde fecit, diu noluit*. alibi dum ipsam, nisi fallor, vsurpat auctor noster.

CAPVT VI.

Multum celeritas fecit) si licet per Hypercriticos, somnium meũ proponam. eo suspicabar: *celeritas adiecit*.

Sed infinitum interest) male antea legebatur: *in infinitum*, inquit Muretus, quem super eo sugillat d. loco Stephanus, cum ætas sit quod præpositionem, *in*, pro superuacua veteris lectionis monitu amoliendam iusserit Pincianus; cui adstipulantur Palat. pr. tert. Naz. Col.

Gladius idem & stringit & transforat) *stringit*, id est, pungit, & suspensa tantum manu sauciat. quidam tamen legendum præcipit: *perstringit*, vt τῷ *perforet* quod vulgata præferunt, opponatur. at magis opponetur si auferatur præpositio. adeantur tantum Nonii Marcelli commentarii. vtque idem sciat fronti se applicare ocream, significo Palat. pri. & tert. item Naz. & Colon. promulgare: *stringit & transforat*. quod ego, voce hactenus incubatrice eiecta, lubens merito receperim.

Etiam si quid erit, de quo velis admonere) breuius scripta lectio Pinc. *Etiam si quid velis admonere.* cui firmandæ sant excerpta Palat. pr. cetera omnia, publicatæ astipulantur. sed excerptis illis cur non adhibeam fidem facit quod multa soleant omittere; etiam ex iis quæ venius periodi.

CAPVT VII.

A nepote M. Allio pratorio) ait Erasmus vet. cod. habuisse: *Aellio*, dictione tetrasyllaba. lectio recepta habet *Ælio*. quod probauerim. nam sic quoque Palat. tert. Naz. & Col.

Vt æri alieno succurreret) luce non indignam habuerim voculam quam retinent Palat. sec. Naz. Col. vt & Pinciani codices: *æri alieno eius succurr.*

Edere illum sibi nomina creditorum) adducit hunc locum & applicat proposito suo Iacob. Ræuardus in commentario ad L. 28. de diuers. reg. Iuris.

Sed creditores conuocare) scribit Pincianus, legi in quibusdam codd. *cred. onerare*, vt legendum forte sit: *sed creditores exonerare.* ego nihil mutauerim. titillat tantum aures lectio Pal. tert. *creditores euocare*; nec tamen eam pro vera habuerim, gnarus *con* solitam amanuensibus vnica comprehendi exprimique litera.

CAPVT VIII.

Reprehendere est: vt in transitu, &c.) corrigit suasu veteris lectionis Pincianus: *deprehendere est. Et vt in transitu.* atq. ita quoque inueni in mss. omnibus. sed tamen *deprehendere* istud minus bonum putauerim. veniebat in mentem: *depēdere est.* quod hic magis connectere, euincant ista quæ præcesserunt: *effecit vt Nepos, nec æs alienum haberet, nec beneficium. liberauit illum a creditoribus, sibi non obligauit.* at quidam longissime a literarum ductibus vocem eam mutat in; *imponere est.* scire debebat nō esse cuiuslibet adire Corinthum. at dependere hic proprie facit, idemq; est quod soluere. Epist. 20: *Inuideas licet, etiam nunc libenter pro me dependet Epicurus.* item lib. 5. de benef: *paratus ne quem beneficij pœniteat, pro ingratis dependere.* & alibi sæpius.

Est: vt in transitu) perperam distinguitur. legendum est cum Pinc. & meis: *est. Et vt in tr.*

Tametsi inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere) Erasmicæ editionis ora habebat: *inquiet Tiberius ne hoc quidem modo quod vitabat potuit.* habet Naz. Col. & Pal. tert: *tamen inquiet effugere Tiberius ne hoc quidem modo quod vitabat potuit.* Palat. sec. *Tamen inquietudinem effugere Tiberius, ne hoc quidem modo quo putabat potuit.* in Venet. antiquo erat: *inquietudinem effugere Tiberius ne hoc quidem modo putabat: potuit effugere.* vereor vt hic totus locus & aliquot præcedentes, non modo traiectis verbis vitiū contraxerint, sed & insuper defectu insigni laborent. conatur tamen quidam amicus proxima hæc ordinare: *Attamen inquietudinem effugere Tiberius putabat. ne hoc quidem modo potuit.*

Omnes iussit reddere in senatu, æris alieni causas) scribo cum ms. Naz. *quos omnes iuss. r. in senatum* priorem vocem retinent reliqua etiam mss. *in senatum*, priscæ est elegantiæ, & ideo fere semper a vulsæ mentis hominibus deprauatum. nonnulla de hoc ipso Tiberij facto Tacitus extremo lib. 1. Annal: quæ asscribam monitu Lipsij: *Propertio Celeri pratorio veniam ordinis ob paupertatem petenti, decies sestertium largitus est: satis comperto paternas ei angustias esse. tentantes eadem, probare causam senatui iussit: cupidine seueritatis in his etiam quæ rite faceret, acerbus. vnde cæteri silentium & paupertatem, confessioni & beneficio præposuere.*

Non est illud liberalitas, censura est, principale tributum est) male Muretus quod duas voces, quæ hic minus videbantur habere locum, dissimulanter eiecerit. extat enim in omnibus impressis & mss. *censura est, auxilium est, principale tributū est.* ex quibus probabiliter admodum constituo: *censura est: non auxilium est; principale tributum est.* sensu plano. quare vix auscultauerim alteri cuidam censenti, aut hæc quatuor verba: *auxilium est, principale tributum est*, dispungenda, aut ita mutandum: *censura est, exilium est, præcipere tributum est.* nam quid alienius ab auctoris mente? quidque tu cum Philoctetes non sis, Herculis tendis arcum?

Ad iudicem missus sum) notat Ræuardus ad L. 102. ff. de reg. Iuris: intelligendum hic per *Iudicem*, non Iudicem datum, sed prætorem vel præsidem. eum adi.

CAPVT X.

Et me hoc quidem conf.) putat Pinc. scribendum: *& ne sic quidem*, siue: *ne hic quidem*, h. e. in morbo. vltimum placet: nam *hic* & *hoc* in codd. calamo exaratis inuicem inter se commutantur.

Deesse sibi in sumptum ad necess. vsus) capitur iuxta ctum scribere *insumptum* Pincianus: vt *insumptus* sit, quod Græcis est ἀνάλωμα. ego hæreo. nam *insumptum* etiam repræsentant Palat. tert. item Naz. vt ex litura apparet, quam illud erasum est.

Denique ille nesciet accepisse se) dico legendum: *ille nesciat.* suadente omnino sententia; sicuti est in Col.

Sed si dare, quo genere accipienti maxime profuturum est, contentus eris te teste) intersero: *profuturum est, dabis: contentus, &c.* eam siquidem exterminauit Muretus, idque contra omnium fere editt. mss.q; fidē: cum sensus tamen in eo propemodum vertatur. parum est, inquit Seneca, ita dare vt & ipsum qui accepit, lateas, si fœnerari amas: at si dare, eo modo dabis, quo accipienti maxime profuturum erit: dabis, inquam, contentus te teste. *Genus* hic signat idem quod modus. sic sup. cap. 8: *omni genere quod des, quo sit acceptius, adornandum est.*

Volo vt sciat) deleo particulam *vt* consilio scriptæ lectionis.

Beneficium in acta non mitto) idest, non publico, non diuulgo. & autumat Lipsius hoc ipsum prouerbij loco dixisse Senecam. *acta* enim publica erant, nec aliud tam vulgo promptum notumque. consule curatissimū eius commentarium ad lib. 3. Annal. Taciti.

Quid? ego illi sum indicaturus) ita primum Muretus: cum antea legeretur: *Quidni ego illi.* quæ tantula, inquit, deprauatio totam quidem Senecæ sententiam peruertebat. verum dicit. at animus meus suspicatur restituendum potius: *Quid enim? ego illi, &c.* namque particula illa, *enim*, scribis olim vna plerumque formabatur litera: hinc sæpius postea arbitrio cuiusque degenerabat in *non*, in *nam*, in *m*, in *in*. sed enim reducenda est in familiarem suum larem lectio cod. Nazarij: *Quidni ego illi non sum ind. &c.* quam etiam inuenisse in antiquissimo suo Erasmus fidem facit, quod ex eo legit, *Quid in? ego illi non sum, &c.* rectes si tollatur tātum interrogationis nota.

CAPVT XI.

Semel in triumpho ductus essem) sic retinebimus suadentibus omnibus fere mss. at ne etiam auscultemus I. C. qui vult legamus: *in triumphum ductus sum.* nam si homini illi auris, iacens est. Seneca quippe iterum Epist. 88: *sacrilegia minuta puniuntur: magna in triumphis feruntur.* lib. de breuit. vitæ capite 13: *Primus Curius Dentatus in triumpho duxit Elephantos.* Consolat. ad Marciam cap. 13: *Paulus in triumpho victum ante currum egit Persen.*

Non est memoria reuocandum, nisi vt aliud) nihilo peius, imo melius multo antiq. codd. Pinciani: *non est memoria reuocanda, nisi vbi aliud.* a quo non abeunt mss. Pal. & Col. nisi quod *vt* seruent, non *vbi*.

Quo narrante & hoc laudabitur) ita Nazarij, Colon. & Palat. secund. ac tert. Pinciano lepidior & efficacior surgit sensus ex lectione suorum codd: *& hoc narrabitur.*

Maioribus beneficiis, quæ ego magis velle me scio præstare, quam posse.) variant exemplaria Pinc. quædam: *ego magis velle me scio præstare, quam præstitisse.* alia, quibus adsentiuntur Pal. sec. & Col: *sed & ego magis velle me scio omnia ille præstare, quam adhuc præstitisse.* his similia Naz. membranæ, nisi quod dictio *&*, inter *sed* & *ego* alterius scribæ calamo picta. quam lectionem non temere sugillauerim: tantum subiiciam quod in Palat. primo; hoc nempe: *Dignissimus quidem ille maioribus est. quasi ego magis scio me velle præstare, quam posse.* itemque in Palat. tert: *Dignus quidem iste est maioribus beneficiis. sed & ego magis vellem me scire omnia præstare, quam adhuc præstitisse.*

Non vernaliter) ita Muretus. ex margine editionum superioris æui, cum antea extaret passim: *venaliter.* neque dubium esse potest, inquit Stephan. lib. 2. cap. 10. proodop quin *vernaliter* Seneca scripserit, a quo & *vernilitatem* dici videmus Epist. 94: *Interdum enim obnixe petimus, id, quod recusaremus, si quis efferret. hæc siue leuitas, siue vernilitas, punienda est. promittendi facilitate.* Omnino bene. quamuis forsan non ita exsibilandum alterum illud quod in Palat. pr. & Colon: *non venaliter*; et quippe firmando multum fecerint ista cap. 35. lib. In sap. non cad. iniur. *nullis obseruatur ianitoribus, turbam venali fastidio digerentibus.*

Multa cum sata producuntur ad segetem) mirum ni melius & Pinciani & mei mss: *sata perducuntur.*

Nec tamen tuta sunt.) iussit Pincianus emendaremus ex veteri lectione. *Hæc tamen irrita sunt.* quem quæso audiamus. nam non secus extat in Palat. tert. Naz. Colon.

Nihil æque in beneficio dando vitandum) Palat. sec. & Colon. item. Ven. vetus, non habent verbum *dando.* haud magnopere desiderari res ipsa clamat. & a glossa videri, ferme arguat, quod est in Palat. pr. & tert: *Nihil in beneficio dando magis vitandum.*

Res loquentur nobis tacentibus) concinnius arbitror quod adiectum est chirographo Nazarij. *Res loquantur.*

CAPVT XII.

Cæsar dedit vitam) legendum: *C. Cæsar*, docet Muretus: ita enim fere semper vocari a nostro Caligulam. & sic est: sed ita quoque rescribendum iuxta mss. monuit antea Pincianus.

Osculari sinistrum pedem) notat idem de Maximino iuniore Iul. Capitolinus: *In salutationibus superbissimus. adeo vt manum porrigeret, & genua sibi pateretur osculari; nonnunquam etiam pedes. quod nunquam passus est senior Maximinus, qui dicebat, Dij prohibeant vt quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.* Plinius in Traiano laudat quod hæc non fecerit: *Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec osculum manu reddis.* vide Lipsium fine cap. 6. libr. 2. Elector.

Qui excusant eum, negant id) exosculor lectionem aliquot libror. Pinciani: cui accedunt Nazarij, Colon. & Palat. sec. ac tert: *Qui excusant, & negant id insolentiæ causa factum.*

Socculum auratum) vt *cothurnus* sic & *soccus*, Romanum non videtur fuisse calceamentum sed Græcum: vtroque autem Romani vtebantur in palliatis Comœdiis & Tragœdiis. itaque homini dabatur vicio soccum gestasse. atque vna etiam hæc nota Caio principi a Seneca inuritur, vt in exoticum alienumque cultum & hominibus Rom. insolitum demigranti. nam indignum facinus videri vult Seneca, sedisse in iudicio calceatum soccis Imperatorem, vt non vsitatis publice nec forensibus, sed alienigenis & domi (vt & synthesis solebat) sumendis. sed nec fortasse tam exterum calceamentum intellexit & reprehendit Seneca, quam parum virile muliebreque. socci enim Romæ mulierum videntur fuisse. Suetonius in Vitell cap. 2. *A Messalina petiit vt sibi pedes præberet excalceandos, detractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gestauit assidue.* hæc Turnebus Aduersar. lib. 9. cap. 30. & sic est. vicio vertit Caio auctor noster, quod muliebri vteretur cultu. de hoc enim ita Plinius lib. 37. cap. 2: *Tolerabiliorem tamen fecit causam Caij principis, qui super omnia muliebria, socculos induebat e margaritis.* item Suetonius in vita eius cap. 52: *Vestitu calceatuque & cætero habitu neque patrio neque ciuili, ac ne virili quidem, ac denique non humano semper vsus est, &c.* quem lege.

Nullam partem in corpore) ita & Nazarij ms. & editio Erasmi. at in ms. Colon. Palat. sec. & tert. est: *partem corporis.* quod nemo temere priori postposuerit.

Submissis honoribus) de ea locutione plura dixi lib. 14. cap. 9. Suspic. quam stabiliunt quotquot consului mss. Malebat Pincianus, cui & assentantur Mureti notæ; *summis vsus honoribus.* Lipsius vero libr. 1. Elector. capite 10: *summis honoribus:* a quibus dissentio.

In conspectu principum) non aliter vet. monimenta. sed an vere? qui nam enim isti principes? si externi, si Romani, verbo saltem eos dignari debuisset auctor. & quis credat eum id nomen absolute posuisse contra consuetudinem Latine loquentium? dicam paucis. suspicor exaratum fuisse primum: *in conspectu P. R.* quod valebat, *populi Romani*; mutauitque in *principum*, cui moret Martiæ gentis non in numerato.

Calcare, & quidem dicet aliquis, (nam potest ad rem pertinere) sinistro pede?) coniectaneum istud Mureti sed frigidum, præ eo quod diuinabat Lipsius lib. 1. cap. 10. Elector: *calcare, & quidem (licet aliquis non putet ad rem pertinere) sinistro pede?* Arguratur non insolens. non solum, inquit, pedem osculandum præbuit, sed quod fœdius, sinistrum. addo etiam ominosius: quod explico lib. 3. cap. 12. Suspic.

Ingessisset pigros suos) videtur sic Turnebo d. loco ioculari vocabulo appellare pedes: cum enim illi quocunque nos ferant, in desidibus & pigris officio videntur deesse suo quadam ignauia, & pigri pigros & segnes reddere: vt in strenuis & gnauis contra videntur gnaui & strenui esse & prompti ac parati ad viam. Ego hic nihil possum amplius quam dixi Suspic. lib. 24. cap. 3. nam ille, qui legi posse autumat: *ingessit compages suas:* dignus sane cui iis os valide batuatur. sed nec illud Pinciani: *ing soccos suos*, hic satis conuenerit.

CAPVT XIII.

O superbia magnæ fortunæ! &c.) pensiculate notat Steph. lib. 2. cap. 7. proodop. epiphonema hoc, quo caput prius debebat claudi, inepte alterius reseruatum principio. Idem præterea inclinat legere: *magna fortuna*, non *magnæ.* quod nolim.

Vt malis habere personam quam faciem) *faciem* vocat, vbi quis talis videtur, qualis est: *personam*, cum præ se fert, quod non est. ita Erasmus Adagio 7. Centur. 7. Chiliadis 2. meminit iterum Adag. 52. Cent. 1. Chiliad. 1.

Offendisque te non agnoscere) Palat. sec. tert. & Colon: *ostendisque te non agnoscere*… mihi hic non fauet cortina Apollinis.

Quæ humana fronte, leni, placidaque tribuuntur) diuertit ab hac scriptura liber omnis manu notatus, additque: *humana fronte, certe leni placidaque.* quod cur non in suam restituamus possessionem, cum cuiuis liqueat auctoris germanum?

Obseruauit idoneum) Palat. sec. Naz. & Colon: *si obseruauit.* forsan: *sed obseruauit.* quod reperitur in Palat. tert.

Vno modo persuadebimus ne beneficia insolentia) quis infitieatur verius esse in calamo descriptis Pinciani meisque adeo omnibus: *vno modo illis persuadebimus, ne beneficia sua insolentes.*

Quia tumultuosius) sic etiam editio Erasmi. at Pincianus tradidit antiquam suam lectionem habere, *quo tumultuosius.* neque aliter scripti mei. forsan non male.

CAPVT XIV.

Quia indicium interpellas affectus) ita quamcunque vidi manuariam scripturam. supernotatum tamen est cod. Naz: *interpolat*. quod hic notare libuit: quia erit forsan cui id verbum æque melli futurum sit atq; mihi; præsertim cum insequatur: *Sed cum subsedit cupiditas.*

Vt frigidam) ita prius quoque ex mss. suis Pincianus: nec aliter venerandæ illæ Naz. membranæ.

Cum accessio illa) Romana editio hanc lectionem, quę, cum Erasmi coniecturæ deberetur, margini tantum adscripta erat, in contextum, tanquam illi debitam, coniecit: sed nulla creditoris mentione facta. hæc Stephan. lib. 2. cap. 8. proodop. qui & hanc scripturam non reiicere videtur: vt sit allusio ad paroxysmum febrium vti volebat Desiderius. mihi, *accessio* quidem (eam namque agnoscunt Pal. pr. sec. tert. & Naz:) fere placet: sed non etiam eius interpretatio. quam promo Suspic. lib. 24. cap. 3. *accensio* habent vulgg. & Col. cod.

Se remiserit) sustulerim pronomen *se*, consilio mss. Nazarij.

Sana bonitas est) Petrus Coluius notis in lib. 3. Apuleianæ metamorphoseos legit: *scana bonitas*, hoc est, sinistra atque peruersa. & rei & hominis causa amplector.

Quod visu magis ac magis placeat) minus elegans hoc Coluio videtur Notis in lib. 8. metam. reponit ex veteri suo libro. *magis magisq.*

Ne in societatem turpis facti aut consilij veniam) ita Mureti impressus. ante ipsum omnes quod sciam: *in societate t. fac. ac cons. inueniar*: quod nō ausim loco mouere, nisi antecedente manuscripti codicis decreto. nam ita pertinaciter omnes, quas excussi, membranæ.

Etiam inuitos nolentesq; seruare) pulchra quædam, quæ huc faciunt, pete a P. Fabri comment. ad tit. de reg. Iur. L. 69.

In malum vertat) est hoc ex restitutione membranarum, quas excussit Pincianus: ne quis forte Mureto arroget. antea erat *malum vertatur*. Col. retinet *vergat*. Palat. pr. & Naz. Pinc. confirmat libros.

Calor abducit a tutis: non committā vt possit) testificor esse in Pal. sec. *c. abd. a tutis. non a semetipso vires sibi inferri patiar. nec committam.* in Pal. tert. Naz. & Col. *abducit acutis. Si nullum malum vires a semetipsa patiar, nec committ.* in excerptis Pal. pr extat: *abducit acutius. non committam, ne ille quandoq; dicere possit.* Sed & ex exemplari diui Francisci hunc locum sic fidelius legi autumat Pincianus: *sine ambitionis calor abducit a tutis, non a semetipso vim sibi inferri patiar: nec committam.* quid de his sentiam: tunc aperibo, cum apparuerit mihi in somnis diuinus ille Apollo.

CAPVT XV.

Inter amicorum munera & hostium vota) citat hunc locum & illustrat Erasmus adag. 69. cent. 7. Chiliad. 1.

Cum summa amicitia sit, amicum sibi æquare) Pal. pr. *summa amicitia.* sec. tert. Naz. Col. *summa amicitia.* quomodo indubitanter legendum.

Nam vt qui quod dedit, imputat, gratiam destruit) Pal. pr. *Nam vt qui imputat, gratiam destr.* quod hercle non flocci fecerim. variant enim mire alij libri. solum pro vulgatis facit Pal. sec. estque in tert. *Nam qui quod dat imputat, gr.* in Naz. & Col: *Nam vt qui quod imputat, grat.*

Munus suum non commendat sed exprobrat) videor & hic agnoscere inuersum verborum ordinem. sentit enim auctor nō esse quod quis metuat munus suum vero æstimare pretio, cum id eo facto non tam exprobret quā cōmendet. haud tamen indignum luce, quod hausit ex mss. Pincianus: *munus suum commendat non exprobrat.* quomodo excerpta Pal. pr. & tert. item Naz. & Col.

Confer tecum. Inter illa quæ donabis, examina) lege: *confer; & ipsum inter illas quod donabis, examina* ita & antea corrigendum monuit ex mss. suis electus ille censor Pincianus, sed nemo auscultauit, nemo audiit. itaque iterum moneo hoc ipsum in sedem suam, interdicto vnde vi restituatur: cum eius quoque dominium propugnēt quatuor mei codd. videlicet Pal. sec. tert. Naz. Col.

Aut paucum) idem mss: *aut parum.*

CAPVT XVI.

Animosa vox videtur, & regia: cum sit stultissima) ita editio Mureti: & arridet. nam haud aliter fere exoleti codices Pinc. nisi quod insuper inserunt vocem ineptā hoc modo: *& tamen regia; cum sit stultiss.*

Dignitatem ratio) ita legit ex aliquot exemplaribus Pinc. Naz. tamen & Col. item Pal. tert. legunt: *dign. portio.* Pal. sec. astipulatur publicatis, habetque *dign. proportio.*

Et cum sit vtrique virtutis modus) Mureti hoc est aliæ omnes editt. & mss. *vbiq.* quod certe hinc ablegandum non erat nisi ratione prius reddita, quare.

Vt cōgiaria) Licet, inquit Erasmus, refragātibus exemplaribus; tamē suffragaturis, vt spero, doctis, pro *coniugia* reposuimus, *cōgiaria*: omnino recte. nam & sic exaratum fuisse in Naz. fidem faciunt literæ, quibus tres postremæ absumptæ literæ, restatque solum *congia*; cui superpingitur, *s. e. xenia* at & vocem mutilam seruat Pal. sec. & Col. in tert. est *curia*. quod verbum istud dissimulanter admiserit Muretus, reprehenditur Stephano lib. 2. cap. 8. proodop.

Quas quanto maioris animi fuit non capere quam spargere?) hæc cuncta arbitror includēda parenthesi. est præterea amicus quidam meus, qui mallet, inuitis licet mss. *non cupere.* quod dispiciant acutiores. nam vix est vt istud admittam, memor geminæ similitudinis loci infra lib. 6. cap. vlt: *Nesciunt quanto maius ac difficilius interim sit capere quam fundere. &c.*

CAPVT XVII.

Cauillatio) P. Faber ad L. 65. ff. de reg. Iur. *cauillationes* hic interpretatur facetias, iocum & sales, vti & apud Ciceronem lib. 2. de Orat. Suetonium in Vespas. cap. 23. in Tito cap. 8. &c.

Quod Cynicus accipiat, nihil tam exiguum est, quod non honeste regis humanitas tribuat) ita Naz. Col. & Pal. sec. ac tert. conabar olim: *accipiat, at nihil, &c* nunc sequor exēplaria quædam Pinciani: quibus adstipulantur schidæ Pal. pr: *accipiat. Nam nihil tam exiguum est, quod non honestet regia humanitas.* quantiuis, meo quidem animo, pretij lectio; leuiter eam tantum expolio, rescribillandos *accipiat: tamen nihil tam exig. &c.* sed heus tamē lector, suspicor & hoc loco vlcus aliquod secretius.

Si me interrogas probo) quiuis fere videt mutilum hunc locum, & deesse nonnulla quibus Seneca se interrogari fingebat, an non potuerit Cynico illudere Antigonus, dummodo ad professionem eiusdem respiceret.

Poscere nummos & contemnere) apposite multa ad hæc P. Faber Comment. ad L. 1. ff. de iustit. & iure. Marq. Frehetus lib. 1. Parerg. cap. 1.

Aut mittentis vitio aut accipientis) abeunt mss. & exoletæ editt. in illis enim: *mitt. dubio*, in his: *mitt studio*. quibus conuenit Pal. sec. quod vltimum auribus meis satisfacit. vt velit Seneca hos lusores data omnino opera peccare. sequitur enim paulo post: *vt malignus lusoribus propositum est, collusorem traducere.*

Nunquam exegit) maxima pars mss. *exiget*: quæ placet præ Muretiana. quanquam tamen malim, vti passim publicatur: *exegit*; quomodo & in Pal. tert. eo etiam magis quod huius capitis fine plerique scriptorum *recepit* legant, non *recepit*.

CAPVT XVIII.

Hoc duce per totam viam eundum est) imo vero *per totam vitam*: vt ex fide mss. legi cupit Pincianus, consuadentque liber Pal. prim. & sec. Col. Naz.

A quibus ergo accipiemus?) libenter vocem vltimam expunxerim, si per mss. liceret. quis enim est, qui ipsam non subintelligere possit?

Ab his quibus dedisse vellemus) ita se putare legendum annotat Muretus: quem merito reprehendit Stephan. lib. 2. cap. 8. proodop. quod hæc ab eo lectio in editionem recepta Romanam. habent enim ceteræ editt: addo & Pal. sec. tert. item Naz. & Colon. *dedisse videamur.* quam aptiorem loco esse, aduersus Romanos pugnare se paratū profitetur. Nam, inquit, si beneficia accipimus ab iis quibus

bus dedisse videamur (id est videri possimus) primum accipimus ab iis, qui libenter dant: deinde, si eiusmodi sunt vt videri possimus illis iam ipsi dedisse, nimirum ea habent, quæ requireremus in iis, quibus daturi essemus.

Nam etiam) chirographi plerique: *Num etiam.* Pal. tert. *Nunc etiam:* quod sincerum arbitror. nam breui ominis alioqoin interuallo particula *Nam* iterum recurrit.

Graue tormentum) Pal. pr. *graue tamen torm.* omnino recte. nam sic etiam Naz. & aliquid requiri, arguunt alia exemplaria io quibus partim *tantum*, partim *autem*.

Post iniuriam pessis) prodidit Pinc. in scriptis quibusdā codd. sequi post hæc verba: *vbi amicitia iucundam alicui eam fecit & iustam.* io aliis: *vbi amicitiam alicui iucundam causa fecit & iusta.* & sic sane propemodum etiam membranæ meæ. quæ etsi minus integra sint, at nō quoque temere obelo traosfixerim. conabar olim: *vbi amicitia alicui iucundam eam fecit & iustam.* vt *eam* referatur ad verbum *iniuriam* quod præcessit. sed offendor tamen illo *iucunda*, nec quid eius vicem substituam, præ manu est.

Honesta sequi volentibus) ita Mureti editio, obscura Pinciano, qui hoc e veteri eruerat lectione, cum haberēt publicati *honestam vitam sequi.* vt etiam habet Pal. sec. sed enim Pal. tert. Naz. & Col. custodiunt: *honestam viam sequi vol.*

Itaque eligendus est) scribe ex Naz. *Itaq; eligendum est.* rationem quisque videbit. qui legerit subsequa.

Etiam relata gratia coharemus) I. Ctus quis iubet legatur: *cearemus*, id est, æs ei veluti debere intelligimur. inaudito prorsus vocabulo; ob cuius inuentionem quidni Musis immolemus bouē? puto me satis stabiliuisse scripturam receptam lib. 23. Suspic. cap. 4. mantissæ tantum vicem addo. Senec. Epist. 102: *iure aut officio cohærent.* lib. de prouid. cap. 7: *quædam separari a quibusdam non possunt, cohærent.* lib. 2. cap. 29. de ira: *amicitias cohærentes deducere.* lib. 1. cap. 4. de clement. *vinculum per quod Respublica cohæret.* Consolat. ad Polyb. cap. 24: *cuius merito optime cohærentis Romanæ pacis vincula resoluta sunt.*

Moneta amicitia) nō iniuria locus hic Mureto videtur vitiatus. mihi sane multa ante has voces desiderari, verisimile fit. sed nec sequentia satis cohærent: apparet enim disputasse Seoecam, an magis liceat dare indigno, quam eundem amare, cum origo amicitiæ a beneficiis. sane pro eo etiam quod mox editi habent: *Sic est beneficiorum quidem sacratissimum ius;* extant hæc & præcedentia in Naz. & Pal. tert: *manetq; amicitia non reciperem indignum. sic me in beneficiorum quidem, &c.* a qoibus non longe recedit Pal. sec. & Col.

Vim maiorem ac metum) tu, quisquis es, si insignia multa ad huoc locum scire aoes, adi laboriosum P. Fabri commentarium ad L. 116. ff. de reg. Iur. nec insuper habe quæ ad eandem legem Rȩuardus.

Si necessitas tollit arbitrium) de hoc etiam erudita admodum Faber ad l. 169. ff. de reg. Iur.

Nemo id accipiendo) ita quidem ed. Mureti. at aliæ, omnesque ad vnum mss. *Nemo in id.* quod recte mutauit in *Nemo enim id,* Rud. Agricola.

Effice vt possim nolle) pete iterum minime vulgaria ab Fabri commeot. L. 3. & 4. ff. de reg. Iur.

CAPVT XIX.

Tuber quidam) cum hoc ponatur in exemplum eorū quæ proxime præcedūt, assentior Stephano, male hic noui capitis statui initium. eum vide lib. 2. cap. 7. prood. porro de casu isto, luculenter Cicero lib. 3. de Nat. Deor. Val. Maximus lib. 9. cap. 1. aliique.

Tyrannum pone) Pincianus sensum non procedere putabat, si sic legeremus. itaque vide, inquit, ao *tyrannicidam* placeat legi pro *tyranno* quod iste hic timide admodum; hoc postea confidenter pro vero arripuit quidam: cui respondi lib. 23. Suspic. cap. 4. & nihil hercle mutandū. nam & pro vulgatis omnes stant manu descripti.

Non est beneficium accipere cogi) consule P. Fabrum ad L. 69. ff. de reg. Iuris, quæ habet: *Inuito beneficium non datur.*

CAPVT XX.

Stoica se gessisse) inepte in aliis: *se egisse*, monuit Muretus. ego fere fecerim: *stoica fecisse* si enim G mutetur in C, elidatur que alterum E, nihil restabit, nisi vt S. transmigret in F. quæ omnia procliuia esse norunt ij qui vetustos versarunt codd.

Non an seruirent sed cui) ita censuit emendādum Muretus, cum in vetere libro repetisset: *Non an seruirent serui.* bene ille quidem quod ad sententiam: nec enim pugnabant pro libertate: sed alij Pompeio, alij Cæsari seruire malebant. verum magis idipsum exprimeret Seneca, si restituimus, quod annotarat Rodolphus, nec improbarat Erasmus: *sed vtri.* ac ne dubitemus ita ipsum scripsisse, en alterum locum Epist. 14: *Quid tibi vis Catelum? non agitur de libertate. olim pessumdata est. quæritur vtrum Cæsar, an Pompeius possideat Rempubl.* quanquam quid opus argumentis? *vtri* disertim legitur in cod. Naz. hac addita nota: *Pompeio an Iulio.* nec aliter etiam Pal. tertius.

Sed vitam accipere debuit) quoniam ex Stoicæ sectæ opinionibus disputat auctor, vix dubium est, quin legendum: *si vitam, &c.* de quo velim arbitrentur Critici. nam ita præferre Pal. tert. liquido testor.

Qui in ius dandi benef.) ita primum deprehendit legendum Erasmus, estque superscriptum cod. Nax. vt sic *iunctiones* in duabus vocibus: *ius* & *iniuria* Cæsar habebat ius dandi vitam, sed hoc ios per iniuriam vsurparat. antea legebatur: *qui vnius dandi,* aut: *intus dandi,* aut: *in eius dandi.* ceterum arguit Muretum Steph. lib. 2. cap. 8. proodop. quod cum hanc lectionem ex Erasmi hausisset correctione, verbo tamen eius non meminerit.

CAPVT XXI.

Seruatus denique) ni admodum erro, rectius est quod io omn. mss. *seru. deinde.*

Viuam cum obscanos non viuam, &c.) sic certatim mēbranæ. scribendum retur Pincianus, & nonnemo ex eius asseclis: *viuam cum obscano? non. viuam cum redemptore? non.* a qoibus dissentio Suspic. lib. 23. cap. 4.

Qui non æstimabant mittentem sed missa) lectio vetus concordi calamo: *mittentes*

. *Instaretq; vt acciperet: Rogo inquit*) ita primum Romana editio. si non ex scripta lectione; non est quod vulgatam sollicitemus, quæ habet: *instaretq; vt accipi iuberet: Rogo.* quasi videlicet institerit alter, quo Græcinus mandaret alicui ex suis vt munera illa reciperet. & hanc scripturam custodiuot Pal. sec. tert. Naz. Col.

CAPVT XXII.

Vtrum hoc munera accipere est, an senatum legere?) iniuriæ ista pro inuectitiis habet, & aliunde in Seoecæ contextum receptis Pincianus. siquidem argute dixerit *senatum* quasi *legere,* qui duos tales senatores tam aperte notarat. & alioqui pro Senecæ agnoscuntur gregatim a mēbranaceis codd.

Grate ad nos) præmittunt voculam chirographi: *Quā grate ad nos.* at Excerpta Pal. pr. *Qua quam grate ad nos peruenissent, indic. &c.*

Qui grate benef. accepit.) videtur melius: *accipit.* quod in cunctis vett.

CAPVT XXIII.

Adhibenda concio est) nec Pinciano, nec qui ei assentitur, quasi recte restituerit: *adhibendus conscius est*: accedere possum; motus verbis his auctoris lib. 1. de clement. c. 1: *O vocem in concionem omnium mortalium mittendam.* quid, quod receptæ scripturȩ faueant Pal. sec. Naz. Colon. exemplar Salmaoticense habet *conscio.* Pal. tert. *conscientia.* vtrumq. ineptum.

Quidam nolunt nomina secum fieri) scribeodum arbitratur Pinciaous: *volunt nomina.* & ita quidem citat Lud. Cælius lib. 11. cap. 12. lect. antiq. nec aliter extat in Venet. edit. sensusque adeo non refragatur: tanquam Seneca hic innuat, eos qui æs quidem alienum facere cupiunt, sed tamen interponi nolint solennia illa obligationum,

ne mutuum scilicet datum innotescat. verũ enimuero cõ hic omnia habeat auctor, quæ ad obligationem requiruntur quæ olim nominibus fieri dicebatur; nihil hic temere mutauerim, præcipue cum scripta omnia exempl. retineant *nolunt*. qualis vero hæc fuerit quæ nominibus fiebat, obligatio, pluribus exacte declarat Ræuardus lib. 3. cap. 1. Variorum. Franc. Hotomannus libr. 3. Institut. tit. de liter. obligat. ad quem locum videatur & Theophilus. sed & de eis sigillatim noster lib. 3. cap. 15. de benef.

Nec interponi pararios) sic olim vocabantur, quorum interuentu negocia conciliabantur, quique nominum faciendorum vel cuiuslibet alterius negotij gerendi caussa operam suam accommodabant. alio nomine dici possunt proxenetæ, vt obseruatè Lud. Cælius d. loco. Brisson. lib. 14. de verb. sign. horum meminit noster Epist. 14. illorum infra lib. 3 cap. 15. At Pararios Ræuardus lib. 3. cap. 1. Variorum, eos præcise intelligit quos Plautus Actuarios. Scæuola librarios, Vlpianus vero tabelliones appellarunt.

Nec chirographum dare) inter *syngraphas* & *chirographa* hanc constituit Asconius differentiam, quod in chirographis tantum, quæ gesta sunt, scribi soleant: in syngraphis vero etiam contra fidem veritatis pactio veniat & non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria hominum voluntate scribi soleant: more institutoque Græcorum. & ceteræ tabulæ ab vna parte seruari solent, syngraphæ signatæ vtriusque manu, vtrique parti seruandæ traduntur.

Signatores) testes, qui ad negocij gesti tabulas annulis suis obsignãdas adhibebantur. exempla suppeditat Brissonius lib. 17. de verb. sign. eosdem describit noster infra lib. 3. cap. 15.

Quibus aut vitam aut dignitatem) sic vnus Pinciani. exemplaria priora *quibus iam ante dignitatem* scribit Erasmus, Rodolphi codicem habuisse: *quibus aut salutem aut dignitatem*. quod cur quis contemnat? extat tamen etiam in Pal. tert: *quibus vitam aut dign.* at in Pal. sec. Naz. & Colon: *quibus iam aut dignitatem*.

Clientium) vetustus codex melius habebat, *debentiũ*. prior tamen lectio videtur argutior: officiis enim deuincti fiunt clientes. hæc Erasmus. receptæ lectioni omnes mei subscribunt mss.

CAPVT XXIV.

Quæ subinde refricanda est) hæc lectio margini quidem adiicitur editionis Erasmianæ. verum *reficienda est*, cuncta obtinent exemplaria calamo notata.

Nisi qui meminit, & qui meminit iam referre) ita hũc locum integritati suæ primus restituit ex antiquo cod. Pincianus. citat is tamen non *iam* sed *eam*. quomodo & habet Ven. ed. antiqua, & placet. nostri libri, nihil hic sinceri. nam Pal. sec. vulgatis venit assertor: quibus absunt eæ voces; *& qui meminit eam referre*. tert. vt & Naz. & Col. *nisi qui meminit eam referre*.

Accipit fastidiose) egregia quædam ad hunc locum Franc. Duarenus lib. 1. de iure accrescendi cap. 3. item ad L. 38. ff. de legatis 10.

Tanquam qui dicat) adduci non potest Pincianus vt credat verba hæc Senecæ. credidisset forsan si reformata ad istum vidisset habitum: *tanquam si dicat*; sic enim commode mutari posse suspicor: quanquam priori omnes suffragentur mss.

Non mihi opus est) admitto quod in membranis Pincian. meisque adeo omnibus: *Non quidem mihi opus est*.

CAPVT XXV.

Nec ad spem quidem) repetunt membranæ particulam, scribendo, *quam nec ad*. quomodo scripsisse Senecam animo meo certum habeo. sensitque idem Pinc.

Non lateat sed aperiatur vt luceat) malim: *aperiatur & luceat*. quod & postea ostendi in optimo Naz.

Chrysippus quidem dicit ipsum) locus mihi suspectus de insigni aliquo hiatu. vtique cum & varient codd. scripti. Palat. tert: *Chr. quidem in ipsum velut cert*. Naz: *Chr. quidem in illum velut cert*. Col. *Chr. quidam in illum velut*, *&c*.

CAPVT XXVI.

Aut nimium sui suspectus) ita primitus scribendum docuit Erasmus (vt *suspectus* sit a suspicio, hoc est, admitor: non a suspicor) ductus vestigiis ms. in quo *suspectos*. antea publicabatur: *nimium sui suspectum*. porro notandum Naz. auctiorem verbo, *facit aut nimium*. vt forsan fuerit: *Facit id aut nimium*; pronomenque illud, priorum literarum absorbuerit similitudo, aut potius antecedenti voci incluserit antiqua scribendi ratio.

Tam exiguo dignum me iudicante) scribendum ducit cum interrogatione Stephanus lib. 2. c. 4. prood. & extat ea disertim in Naz. vet.

Honestius præteriri fuit) hoc omnino retinendum. nam quid admittamus *præterire*; cum velit sensus; honestius futurum fuisse accipienti si nihil abstulisset, præteritus scilicet & nullo positus in numero. & nõ aliter Pal. sec. tert. Naz. Col. quomodo & fuisse in vetustioribus autographis coniicere licet ex Pal. pr. in quo, *præteriti fuit*.

CAPVT XXVII.

Cn. Lentulus Augur) de eodem Suetonius in Tiberio cap. 49. *Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuit, angore & metu ad fastidium vitæ egit*, *&c*. vide locum & ibidem Beroald & Torrent. item Lipsium ad lib. 4. Annal. Taciti. ex eo enim Suetonij loco recte colligit huic homini nullos fuisse liberos superstites.

Hic quater millies) Naz. interserit: *hic qui quater*. Col. vtraque voce caret, habetque *quater m*.

Ingenij fuit tam sterilis quam pusilli) ita præfert editio Mureti. priores habent, vt & ms. Pal. sec. & tert. aliaq. Pinc. exemplaria: *ingenij fuit sterilis tam pusilli quam animi*. cuius loco substituendum putabat Pincianus inuerso verborum ordine: *ingenij fuit tam sterilis quam pusilli animi* quomodo etiã alibi allegat in lib. de re Nummaria Hotomannus cap. 27. Erasmus vero notat; *pusilli* vocem non comparere in suo ms. codice, sensuique adeo superesse videri. *sterilem* autem *ingenij* dicere ob tarditatem *sterilem animi*, ob ingratitudinem. & sic certe citat in comment. lib. 4. Annal. Tac. Lipsius. Stephanus lib 2. cap. 8. proodop: quod Erasmus vocem *pusilli* tolleret, Muretus vero hãc relinqueret, sed tolleret, *animi*: neutri assentiens, mediam quandam viam tenet, & vocem veramque retinens, particulam, *&*, tantummodo inserit, *ingenij fuit sterilis*, *& tam pusilli quam animi*. ego hic nihil pronuntio neque ius est, tantum addo in Veneta vetere conspici: *nihil enim amplius vidit: quam ingenij sui sterilis tam pusilli: cum enim*, *&c*. Naz. & Col. retinent: *ingenij fuit sterilis tempus illi quam animi*.

Cum enim esset auarissimus) expungo vocem *enim* auctoritate meliorum mss.

Sub honore nobilitatis) germana Senecæ dictio remansit in Pal. sec. Naz. Col. item Veneta edit: *sub onere*. quæ cum insuper firmetur testimonio ms. Torrentij: prius verbum capite foras præceps egerim.

Quod illum derisu ac labore irrito) debetur hæc correctio membranis iudicioq; Pinciani, nec aliter fuit in chirographis Torrentij, vt obiter monet comment. in Sueton. cap. 49. Tiberij. at si mihi quis auscultabit, dictio, *illum*, hinc exturbabitur; licet in omnibus eam repererim manusc. meis, qui & Pinciani membranis subscribunt.

Qua quondam) Agricola rectius; *qua quondam*. quod & in Pal. sec. & Col.

Nec hoc quidem satis est. si vnus est) a Mureto est, neque vsq; quaque placet. antea legebatur: *nec hoc quidem facies, si*. monetque scribendum ex mss. Pincianus: *nec hic quidem faciat*. quomodo manifeste in Pal. tert. sed & in Naz. & Col: *faciat*. præferebat quoque Erasmi editio *fatuus*.

CAPVT XXVIII.

Plus accipere debuissem) mss. *debui*, quod ne contemnamus.

Quanto purius) ms. Pinciani agnoscit: *prudentius*: quemadmodum quoque est in Pal. sec. tert. Naz. Col. itaque Hispano illi assentior, legi posse, addo deberi; *prudentius*.

Sed habuit suam Venerem) valet; fauit ei Venus, quæ gratiam quandam ei commodauit, qua placuit & facile beneficium impetrauit. vt & apud Flaccum lib. 1. Epist. 6: *Et bene nummatum decorat suadela Venusque*. discimus ergo *Venerem* non tantum amoribus præesse existimatam fuisse, sed etiam hominum commendationi & conciliationi, vt facilius aliquid impetrarent ab aliquo, & in amicitiam influerent, gratiamq; mererentur. quispiam explicabit fortasse, *suam Venerem*, suã venustatem & gratiam, nec præterea quicquam esse quærendum putabit. quam interpretationem vt non condemno, ita alteram meliorem puto. *Dy* enim *nostri* dicuntur esse qui nobis fauent, vt apud Maronem 12. Æneid: *Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem* &: *nec dy texere Cupētum Ænea veniente sui*: qui scilicet ei propitij erant, fauebãtque. hæc Turnebus lib. 9. Aduers. cap. 30.

CAPVT XXIX.

Etiam quidam professi sapientiam, &c.) ne dubitemus admittere hanc lectionem distinctionemque. nec enim a Mureto est, sed mss. Pinciani. haud secus noster præfat. lib. 1. Nat. quæst: *Nec hæc intra vulgum dementia est: sed sapientiam quoq; professos contingit.* simile illi quod habemus cap. 2. de breuit. vitæ: *Nec huic publico vt opinantur malo turba tantum & imprudens vulgus ingemuit: clarorum quoq; virorum hic affectus querelas euocauit.*

Magnitudine corporis) potius duco quod in membranis meis, *corporum*.

Nandi facilitate) sic Muretus; assensus Pinciano qui id probabat præ vulgato: *felicitate*. quod tamen ego nõ contempserim. extat enim in omnibus calamo exaratis excepto Naz. & alioquin sine arte magistra natant animalia cum id homo nequeat, nisi edoctus. Lipsius lib. 2. Epistolic. quæst. 10. veretur vt voa decurtata sit, legendumque: *diuinandi felicitate*, tanquam id ipsum approbet Seneca, dum statim subiungit; *futuri scientia*. quoniam ille mihi a se dissentiendi ius vltro concessit, dicam pudenter non videri isthic conuenire vocem *diuinandi*. nec enim talis scientia aut felicitas in aliquo animalium. ratione ea constat, imo fere etiã oratione; quorũ vtrumq; generi illi negatum. At iis tamen tribuimus cæli obseruationem & ventorum, imbrium, tempestatumque præsagia: verum est: sed locutione impropria; dum scilicet significamus, ex iis quæ ob animalia fiunt, erui nobis futura. sagacitas itaque illa in hominibus, non in bestiis; si non dicatur & præmonere pericula fibris suis extisque vbi iam spiritum sub popæ reliquerunt secespita. atque hæc dicta sunto non certandi studio sed propter amorem. frustra quippe hirundo cycnis contenderim.

Vt velocitatem corporum & vires pares animalibus habeamus) voces duæ *pares animalibus*; non erant in casco codice Erasmi, nec videntur, ait, ad sensum facere. sentit enim auctor vix natura posse contingi vt idem animal & velocitate præcellat & viribus. equidem & meum trado calculum: ita tamen vt & tertium verbum, *habeamus*, vna eiiciatur: cum non magis hic quicquam faciat quã priora illa; neque adeo in nullo antiquorum exemplarium habeatur, vti diserte testatur Pincianus in castigationib. & Modius Nouantiq. lection. Epist. 29. egoque adeo his oculis abesse vidi Pal. tert. Naz. & Col. solum erat triga illa nugatrix in Palat. secundo, nõ nimium bonę notæ codice.

Iniuriam vocant; & in negligentes nostri deos querimoniam iaciunt) remanet ea lectio in Pal. sec. & eam hercle ferre possem, imo obuiis amplecterer vlnis, nisi mss. Pinciani ac Modij adulterium eius detegerent, in quibus est: *& negligentes nostri Deos*, abiectis reliquis. nec aliter sane Palat. tert. Naz. & Col. at dura nihilominus talis mihi locutio, & inusitatior Senecæ.

Et virtus inexpugnabilis) recepit Muretus hanc correctionem a Pinciano; cum antea ineptissime legeretur: *& virtus inexp.* quæ vox ad priorem quoq; reformata modum lecta Modio in libro veteri. & nullus profecto hic *virtuti* locus vbi illud dicitur: homines libidine & vino diffluentes conuicium diis facere, quod non in summa hac intemperantia etiam bona semper fruantur valetudine. at heus tu quamuis audacter insuper rescribatur: *etiam vitiis*: ita enim disertim in quatuor illis, quos iam toties cito, calamo depictis codd. quod, maximi ad sensum momenti, qui non videt, non vider.

Secundas sortiri) & hoc a Pinciano antea fuerat: *secula sortiri*. ipse vero inuento in suis mss. *secunda*, extudit *secundas*. cum quod sequeretur moa: *ab ipso proximos collocarunt*; tum quod legisset lib. 3. de ira: *optimum indicauit quicquid dixisset, sequi. & secundas agere*. nihil hac lectione certius, quæ etiam in Naa. Col. & Pal. tert. Corrũpendi origo inde, quod nescirent recocti isti scribæ veteribus vnam literam duarum solitã sustinere vices. at id nunc vel pueri norunt, qui nondum ære lauantur.

Consequamur) ita mss. Pinciani & mer. ante habebamus: *assequamur*. quod minus est quam alterum illud.

Tantum denique frugum) consentiunt exemplaria mss. scribuntque: *Tantum deinde*. quod cur non feramus?

Ita bene æstimata) officit cursui sententiæ vox *ita*. & abest alioqui Pal. tert. Naz. & Col. facessat igitur alibi gẽtium, me extubatore.

Magna accepimus, maiora non cepimus) ad hæc Muretus: id est, maiorum capaces non fuimus. additque venustissimam sententiam deformasse qui scripserant: maiora non debuimus. verum loquitur. sed tamen Pinciano laus correctionis huius propria: qui sic ex scripta lectione primus eruit, agnoscitque paronomasiam, siue annominationem literarum detractione. vocem, *cepimus*, hic oprime quadrare, vel illud quod precessit arguat. *Quicquid nobis negatum est, dari non potuit*. & extat alioqui in Pal. tert. Naa. Colon.

CAPVT XXX.

Manat etiam inter cætera) mirari satis non possum supinitatem eorum, qui cum dudum scire poterant ex castigationibus Pinciani in vno eius cod. legi: *manat etiam in cetera*; id hic non intromiserint eiecto, imo vero iugulato, spurio illo *inter*. quod te, vti nunc demum facias, valde oro, mi lector. nam sic Latine loquimur, sic retinent fere mss. Pal. duo & Naa. sicque postulat auctoris argumentatio.

Quod minus existimabit magnum aut reddendum) bellius erit si scribamus cum Naz: *exist. aut magnum, aut r.*

Ab inopia eruat) vetus lectio Pinc. vt & Pal. tres. Naz. Col. *inopia petat*. illud alterum tamen nihilo languidius; niteretur modo mss. cod. auctoritate.

Si iners, sine opera) ita iactat se restituisse Muretus. laudo. nam antea longe obscurius; *si iners, opera*. habent tamen Pal. pr. sec: *si ineas operam*. quibus assentitur Naz. nec valde dissentit Colon. in quo: *impendio ineas opera*. Pal. tert. habet; *sine impendio in opera*. quibus quid faciã, cum non sim de prosapia Machaonum, plane nescio.

Cum quolibet paria fecisti) paria facere, est rationibus redditis reliqua plane exsoluere, vel eo nomine satisfacere. exempla apposita pete ab Budæo ad L. semper §. conductores. ff. de iur. immunitatis. Alciato lib. 1. Parerg. cap. 24. Brissonio lib. 14. de verb. sign. locutionem eandem iterat noster plus centies.

CAPVT XXXI.

Qui libenter accepit) Pal. pr. sec. Naa. Col: *lib. accipit*. quod paulo efficacius, & significando momento quo datur. iidemque restituendum omnibus quoque mss. confuadentibus, extremo præcedentis capitis: *quoniam qui libenter beneficium accepit, reddidit*: rescribendum inquam, *accipit*. leuia hæc fateor. at leuia hæc non minus elegãti officiunt sententiæ, quam nænus formosæ faciei.

Manum exerere) esse & hoc ex restitutione Erasmi, pro eo quod scriptum erat *exercere*, monet Stephanus lib. 2. proodop. cap. 7. tangitque Muretum quod dissimulato Desiderij nomine id admiserit vt dicitur in textum; & vero sic quoque scribitur in Naa. Pal. pr. & sec.

Gratus potest esse homo etiam voluntate) non aliter ms. Erasmi: cum in vulgg. sit: *esse homini*. vnde suspicatur vtramque vocem fuisse positam: *gratus potest homo etiam homini esse voluntate*. nam non dubitamus quin Deo sufficiat bona voluntas. equidem non improba su-

ſpicio. habet tamen Pal. ſec. *gratus quoque eſſe homo poteſt voluntate*. at tranſpoſitis vocibus Naz. & Col: *gratus quoque poteſt eſſe homo voluntate*. Pal. tert. *gratus quoque eſſe hic poteſt vol*. at excerpta Palat. pr: *gratus quoq; eſſe poteſt volunt*.

Et voluptati ſibi eſſe) etiam iſtud Pinciani debemus mſſ. cui adſtipulantur Pal. ſec. tert. Colon. Naz. antea erat nullo ſenſu: *ex voluntate ſupra eſt*.

Peruenitq; ad me animus eius) non de nihilo eſt, quod hic arbitratur Pincianus ſcribendum: *me munus eius*. facile enim vidit, beneficium interuenire. ſed tamen non tam hic beneficium ac munus ipſum, conſiderãdum venit Senecæ, quam animus benefacientis. quod liquet ex iis quæ præcedunt: *prodeſſe ei cui dat*. quin & lib. 3. cap. 17. eſt: *At quem iuuat accepiſſe, æquali perpetuaq; voluptate fruitur: & animum eius a quo accepit, non rem intuens, gaudet*.

Non quicquid potero & faciam & reddam) corrigendum putat Pincianus: *Non quicquid petere faciam vt reddam*. haud male: moneo tantum propius ad literarum ductus ſcribi poſſe: *potere efficiam vt redd*. at in Pal. ſec. & Col. *Num quidquid potuero & faciam & reddam, & temporum*. Pal. tert. *Non quicquid potuerim & fac. &c*. Naz. *non quicquid potuero & faciam, &c*. vnde ſuſpicor & hic aliquid deeſſe. veriſimile enim eſt plenius iſthæc pertractaſſe Senecam.

CAPVT XXXII.

Totum decet) mſſ. pleraque *tot. debet*.

Cui par alia) ita editio Mureti: ego non extruſerim quod in proletariis paſſim, imo adeo membranis bibliothecarum, *cui pars altera*. vtique cum ambigam an alterum illud Latine dicatur; & *partis* iam modo meminerit auctor.

CAPVT XXXIII.

Ego gratus ſum) ita codices, vt Pincianus ipſe inquit, emendatiores. at olim publicati, item Pal. ſec. Naz. Col: *ergo*. quod profecto etſi nuſquam in exempl. extaret, vel ex coniectura fidem reciperet, ſeque germanum approbaret Senecæ. vt ſit illatio eius qui accepit beneficiũ, & ſic ſe abſolui putet: cui inſtat deinde Seneca; gratus quidem es, inquit, ſed ei gratitudini aliquid accedat oportet.

Perfecit opus ſuum: etiamſi non) Ven. edit: *opus ſuum videns. etiam, &c*. nihil verius eo quod ex fide mſſ. legit Pincianus: *perfecit opus ſuum Phidias, etiamſi*. nam id confirmatur a noſtris, in quibus aut *ſidias*, aut *fidias*.

Secundus eſt ſama. tertius eorum) ita induſtrie nimis ex coniunctura Pincianus, vt paria eſſent imaginis membra. at & impreſſi omnes & ſcripti: *ſecundus eſt & ſama & eorum*. mea ſententia valde male.

Acceptum eſt beneficium is qui) ſic etiam Pinc. caſtigandum putauit; cum omnes fere membranæ & vulgati: *beneficium eſt qui* at nihilo peius Pal. tert. *beneficiũ, qui*; eiecta voce intermedia, quę certe hic magnopere quod agat non habet.

CAPVT XXXIV.

Quid ergo? retulit gratiam, &c.) vocem interiiciunt chirographi omnes: *Quid ergo, inquit? retul*. forte id reformandum in *inquis*.

Plurimum fecit) debetur & hoc mſſ. Pinc. alii omnes: *primum f*.

Bonum retulit) coniectaneum eſt Pinciani. quod miror cur in textum receperit Muretus. mſſ. ad vnũ omnes *b. obtulit*. excepto Pal. tert. in quo: *bono obtulit*, quod etiam exprimit Veneta vetus. an ſuſpicari licet fuiſſe: *Bono animo bonum hoc tulit*.

Poſt deinde) Pinc. legendum exiſtimat: *poſt diuide*. quo quid velit, vix ſcio. ego circa hunc locum videor magnum odorari vlcus, ſed inuiſum.

Res eſſe plures quam verba) ita ex vno cod. Pinc. quod ſtabiliunt omnes mei. tantum ordinãt: *plures eſſe res quã*. antea erat: *res eſſe magis quam*.

Sed aliunde commodauit) Pinc. libr. vett. & mei: *ſed a bonis commodatuq;*.

Sed effecit inopia) nihilo vilius quod paſſim in Pal. & Col. *efficit*.

Vt & ille ſortis) codices allegat Pinc. quibus abeſt vocula, *vt*. quam tamen cũ omnibus mſſ. meis retinuerim.

Sic beneficium & actio dicitur beneficii & ipſum) ita & priores edit. quidã codd. Pinc. *benef. eſt & actio vt diximus bona*. alii: *& actio vt diximus beneficia*. quibus congruunt concorditer Pal. pr. ſec. tert. atque Naz. Colon. niſi quod particulam, *&*, non admittit. ego nihil dicam, niſi me hic agnoſcere vulnera, vt medici dicunt, [illegible].

Vt pecunia, domus, prætexta) ſic nulla fere litera minus Palat. ſec. tert. & Col. at repetunt inſuper particulam *vt*, Naz. & Pal. pr: *vt pecunia, vt domus, vt prætexta*. quod & facere membranas Wuzeburgias teſtatur Modius Epiſt. 29. Nouant. lect.

CAPVT XXXV.

Et volumus reddere) indubitanter ſcribo: *ſed volumus* quod in Pal. tert.

Negamus rem ſtulti eſſe) ita in Pal. ſec. at *rem* non comparet in Naz. antiquiſſ. cod. habentque Palat. tert. & Col: *Negamus ſtulti aliquid eſſe*. quod alteri prætulerim.

Inſanire omnes ſcilicet ſtultos dicimus) verbum *ſcilicet* deſiderari in ſcriptis lib. indicat Pincianus. at Eraſmus alteram inſuper vocem, *ſtultos*, vetuſti codicis hortatu ſuſtulit. & recte omnino, vt ſtoice loquatur Seneca. nam ſequitur continuo: *Hi ipſi quos vocamus inſanos, & ſuffragium & iurisdictionem committimus*. quid, quod vtraque vox abeſt Pal ſec. tert. Naz. Col.

Etiam cum reddiderit) malim quod in mſſ. meis & Pinciani. *etiam cum retulit*. is ex eo tamen fingit: *etiam cum retulerit*.

Bona mihi) ſic diuinauit Pinc. nec aliter habet Naz. cod. *Spiritus, & libertas potior ſpiritu*. ita omnia mſſ. & editt. etiã. vt repetantur quæ præceſſerunt, *data ſunt*. at Pincianus reſtituendum putat: *Spiritu & libertate potior*. vt ſuperuacua ſit dictio vltima *ſpiritu*; adiecta fortaſſe ab aliquo qui putauit, *potior*, comparandi eſſe nomen, non verbum. ego nihil mutauerim, nec addam rationem; ſatis per ſe patet. nam alter ille, qui Pinciani diuinationem amplectitur; & antiquam ſcripturam ideo reiicit, quod Seneca ſignificet; ſe ſpiritu & libertate frui; dignus non eſt cui reſpondeatur niſi cachinnis.

Non quod accipias, ſed quod reddas debiturus) acuta hercle gnome. at aliud volunt Palat. pr. ſec. Naz. Col: in quibus: *ſed quod reddas debiturusque ſis*. ego muſſo ad iſta, muſſo.

Ne deſpendeas animum) mſſ. mei omnes: *animo*. nõ temere obelo transfixerim priuſquam conuocauerim ſenatum criticorum.

Niſi ſtatim ſis) ſimplicius, ideoque verius, membranæ eædem: *ſtatim es*,

Non vt ſoluiſſe te putes) ita & Naz. Col. Pal. ſec. tert. at excerpta Palatini primi: *non vt ſolutum te putes*; quomodo & habere exemplaria duo, pridem monuit Pinc.

IN SENECÆ LIBRVM III. DE BENEFICIIS.

CAPVT I.

An quia hoc accidit alicui, non ſit ingratus) vetus omnis lectio Pinciani, necnon codd. Palatinor. & Col: *Aut quia hoc accidit*. vt ingenue fatear quod res eſt, non ſatis me hinc expedio.

Vt furum, homicidarum) quis ille fungus eſt qui non ſentiat geminandam particulam: *vt furum, vt homicid*. quomodo eſt in plateario libro Naz.

Luſcitioſi ſunt) ita primũ induxit Muretus, cum antea legeretur: *vitioſi oculi ſunt*. hoc ideo quod vox *oculi*, abeſſet a libro vetere, ſcribereturque ita illud *vitioſi*, vt aliquid eraſum eſſe appareret: deinde, quod *cæcos oculos* nuſquam arbitraretur legi. ingenioſa ſatis emendatio; quamque niſi fere probem, lolio & ipſe victitem. de verbi itaque luſcitioſi ſignificatione, quænam conſtituatur

inter

inter auctores dissidio, enucleate Budæus ad L. idem § filius. ff. de ædilit. edic. nec non Brisson. extremo libri 10. de verb. sign. interim moneo vulgo expositam lectionem ab omnibus retineri, quos vidi mss. tribus scilicet Pal. Naz. & Col. vt forte legendum sit: *vitiosis oculis sunt qui &c.*

Vt in ignorantiam verteretur) nō dubito scribere sublatis duabus literis: *verteret*; idq; ex fide librorum in membrana descriptorum: vt sit absolutum: sicut illud supra li. 2. cap. 14. *quod nunquam in malum vertat.*

CAPVT III.

Prima omnium ac potissima) mss. & Pinc. & quæ ipse consului: *potentissima*. solum erat in excerptis Pal. pr *prudentissima*.

Non quid habeamus, sed quid petamus inspicimus) Naz. & Col. destituuntur verbo *inspicimus*. quod velim notet lector. nam vterque liquidæ est fidei. habet Pal. pr. *nō consideremus illud quod habemus, sed quod petamus inspicimus, in id quod appetimus intenti*. Pal. sec. vulgatæ suffragatur scripturæ. est in tert. *non consideremus quid habeamus, sed quid petamus inspicimus, in id quod appetimus intenti.*

Non in id quod est, sed in id quod adpetimus intenti) hausit hoc Muretus ex vno exēplari Pinc. prius publicati: *sed quod appetitur intenti*. cui fauet Pal. sec. nam primus & tertius hic aliquot voces omittunt. a quibus non prorsus diuertit Col. dum præfert: *petamus in id quod adpetitur intenti*. nec Naz. in quo: *petamus. in id quod est quod adpetitur intentis*. ego hinc me non expedio, nisi rescribamus: *Non in id quod est quod adpetimus intentis, quicquid domi est vile est.* testor quippe particulam *enim* nusquam extare in mss. sed: *Quicquid est domi.*

Deinde irrumpit in animum) mss. omn. *irrumpit animum*. absque præpositione.

Non potest autem quisquam & inuidere & gratias agere) haud absimiliter lib 6. cap. 6. infra: *Alioquin iubes me eodem tempore amare & odisse: queri & gratias agere: quod natura non recipit.*

Nisi id tempus quod cum maxime transit) ita legendum bene suspicatus est Erasmus. nam non aliter Naz. cod. publicabatur prius: *quod cum max.* intelligitur hic, puto, tempus præsens. sic quippe tradit noster lib. de breuit. vitæ cap. 10. *præsens tempus breuissimum est: adeo, vt quibusdam nullum videatur. in cursu enim semper est.*

Pueritiā relinquimus) malim *reliquimus*. quod est in Pal. tert. Col. Naz.

CAPVT IV.

Non in memoriā reducamus) audi quæ dicat Erasmus: In vetustiss. cod. aberant hæc verba; *in memoriam*. videntur adiecta ab enarratore. id ipsa sermonis scriptura satis arguit. Porro Seneca & alias gaudet hoc verbo vti, pro renouare siue repetere, sine vlla adiectione. hæc ille. eæque ipsæ hercle voces absunt Naz. lib. item Col. & Pal. tert.

Quomodo gratus quisquam) Correctiora & antiquiora Pinciani exemplaria: *Quomodo ergo gratus.* quod magni fecissem, si in vllo fuisset meorum.

Vitam suam transilit) Agricolæ correctio: cui firmando Naz. vet. alij scripti & vulgg. *transtulit*.

Præsentium intuitus ac præteritorum memoria gratum facit) Erasmus ait codicem vetustissimum habere: *præsentium vel intuitus, ac præteritorum m.* quomodo fere etiam reperi in Venet. vet. nempe: *pr. vel int. ac p. m.* at monet Pincianus mss. sua legere: *futurorum non præteritorum*. quapropter adducitur, velocum hunc ambustum & mutilatum sic resarciat: *Quomodo ergo gratus quisquam esse aduersus beneficia potest, qui omnem vitam suam transtulit præsentium intuitu, spe futurorum? Memoria gratum facit: memoria minimum tribuit, quisquis spei plurimum.* nihil pote ingeniosius, nihil Senecæ sententiæ congruentius. vide tamen num tolerari possit hæc fere quasi media via inter mss. Erasmi & Pinciani corruptas scripturas: *qui omnem vitam suam transilit, præsentiumne intuitu, an futurorum? Memoria gratum &c.* merito enim dubitat Seneca, num ea dicturus sit præsentia, an futura, quibus inhiant homines isti: cum non tam intueantur præsentia quam immineāt futuris. hanc meam hariolationem scio Criticis ad orchestram sedentibus melli fore. certe in Naz. & Pal. tert. est: *præsentium intus ac futurorum*. nec aliter Col. nisi quod habet &, loco *ac*.

CAPVT V.

Nemo non deditum se & deuotum) traductus hic mos in gratiis habendis, ab antiqua adulationis formula, qua solebant cum in sermonibus ad Impp. tum in operibus quæ in honorem eorum ponebant faciebantve, semper illud solēne addere: DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQ. EORVM. Plena exemplorum monimenta, quæ non inutiliter regnitas ab Iusto Lipsio lib. 5. cap. 8. Antiq. lect. Barn. Brissonio li. 8. de formulis & solennibus populi Rō. verbis.

CAPVT VI.

Cum vrbes quoque vrbibus quæ trastitere, exprobrent. & maioribus collata a posteris exigant) lectio hæc ab ingenio Pinciani, cum in superioris æui vulgg. esset: *& a maioribus*. verum cum tradat Pinc. in mss. suis extare: *& maiores collata*: quemadmodum etiam inueni in Naz. Pal. sec. tert. & Col. vix ambigo quin scribendum sit: *& in maiores collata*, vt videlicet exciderit vocula illa *in* propter similitudinem, quæ ei cum sequentis verbi litera. sic loquitur cap. seq. *omnes etiam minima, quæ in alios contulerunt, dolatant.*

Maximi illi viri) sic voluit Muretus; at editi pridem & mss. omn. *max. scilicet viri*. vt videndum sit, an non forte tres istæ voces ab amanuensis inepta manu.

Ab hostibus tantum res repetierunt) accepta ferenda Mureto hæc emendatio sane elegans. mss. Pinc. *tantum ac petierunt*, sicut & est in Naz. Pal. sec. & Col. in Pal. tert. *tantum expetierunt*. quomodo & olim publicati.

Excepta Macedonum gente) ita constanter Pal. sec. tert. Naz. Col. quare tutius putauit legeremus *Exc. Persarum gente* Brodæus scholiis suis ad Epigrām. Græca: idque ex Xenophontis primo Cyropædiæ & Themist. commentario de amicitia & Taetze. huic assensus Fr. Connanus lib. 2. cap. 7. Comment. iuris ciuil. item Lud. Cælius lib. 7. cap. 28. Antiq. lect. qui insuper addit se quoque in latina historia obseruasse Athenis item aduersus ingratos actionem fuisse constitutam: idque significare in Declamationibus Libanium & Pollucem Onomastici octauo. An vere hæc narret Rhodiginus ille, dicere non possum, destitutus iis quorum auctoritatem producit libris. hoc scio scribere Brodæum: quod dicat Luciani abdicatus καὶ μὴν οἶδα νόμους καὶ ἀχαρισίας δικάζεσθαι διδόντας, & Val. Maximus Athenis aduersus ingratos actionem constitutam; id parentibus aduersus ingratos filios concessum intelligi debere, ita affirmante ipso Xenophōte ἀπομνημονευμάτων β. At Muretus lib. 12. ca. 3. Var. lect. nec Persarum nomen hic admittit, nec Macedonum. sed visum sibi ait veterem librum in quo legebatur *Madonum*. neque dubium habet, quin legendum sit, *Medorum*. Medos autem pro Persis, antiquos sæpe dixisse, innuit illud Catulli:

Cum Medi irrupere nouum mare. itaque Aristophanes gallinaceum, quem iocans ait olim Persis imperasse, ea de causa μῆδον ὄρνιν vocat: ὑπὸ δὲ τοὺς πέρσας μῆδος ἐλέγετο, ait qui scholia in eius fabulas scripsit. hæc ille. ego cum videam tot mss. mea retinere *Macedonum*, id non sollicitauerim: siue quod nouum non sit vt victi in victorum migrent nomen; ideoque quod Persarum fuit, tributum sit Macedonibus: siue magis quod suspicari libet Senecam memoria lapsum, quod ei in mente esset factum illud Philippi Macedonum Regis, qui stigmate ingrati hospitis inusserat frontē, de quo ipse auctor prolixe infra li. 4. c. 37.

Aduersus ingratum actio) adducit hunc locū, & similib. illustrat Fr. Duarenus ad tit. de re iudicata L. qui cū se. 10.

Homicidij, veneficij &c. alibi atque alibi diuersa pœna est &c.) lege ad hunc locum proba quædam P. Fabri lib. 2. Semestrium cap. 2. circa finem.

Ad vindices Deos) membranæ meæ omn. *iudices deos*, quod excutiant doctiores. nam mihi non ita displicet.

CAPVT VII.

Sicut certa pecunia) si cum Erasmo, *credita pecunia* scripserim, nequaquam fortasse errauerim, inquit Steph. lib. 2. cap. 8. Proodop. imo fortasse & tu, & ille qui tibi deinde accessit Iurisconsultus; nec enim aliter loquitur Cicero pro Roscio Comœd. *Præterea enim quemadmodum certam pecuniam petere possis, non reperio.* item Scæuola in L. vlt. § vlt. ff. de cōdict. indebit. Nempe in stipulationum tractatu, *certum* accipitur, quod ex ipsa pronunciatione,

quid, quale, quantumque sit apparet: veluti aurei decem, fundus Tusculanus L.74. ff. de verb. sign. Itaque hæ stipulationes in quas huiusmodi res deductæ sunt, *certæ* appellantur, vti perspicue Brissonius, qui consulatur lib. 3. de verb. signif. nec minus lib. 5. de Formulis. hinc Quintilianus *certum* & *creditum* coniungit lib. 4. cap. 2: *Satis est dixisse: certam pecuniam creditam peto ex stipulatione.* Et alio eiusdem capitis loco: *Nam quid in plerisque iudiciis priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis, habere loci potest?* Et lib. 8. cap. 3. *Te non pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare.* plura non exscribo. petatur is quem dixi.

Quod dedimus vel perdituri) quædam ad hunc locum, bonæ profecto monetæ adfert Duarenus ad tit. de condict. indebiti, cap. 6.

Si appello, si ad iudicem voco) Brissonius lib. 1. de verb. sign. appellare hoc loco, vti & supra lib. 1. cap. 1. (*nec auarus exactor ad horam & diem creditorem appellas*) ita accipit atque si significaret iudicio conuenire. & ad iudicem vocare; quod etsi pertinaciter non impugnauerim, putarim tamen minus verum, adductus illo ipso exemplo (quod pro se vir ille maximus vtitur) Columellæ lib. 1. cap. 7. narrantis Sex. Alphium dicere solitum *bona nomina non appellando fieri mala.* nam vt velit Alphius debitores statim ad iudices vocandos, vix admiserim. Quid igitur? Compellandos eos quidem solutionis causa, sed citra iudicium. atque hoc pacto dictum fæneratoris istius intellexisse videtur Budæus ad L. Herennius. ff. de euict. qui præterea allegat vnice hic facientia Ciceronis illa pro Quinct. *Quis tam negligens? quis tam tui Sexte dissimilis? qui cum res ab eo, quicum contraxisset recessisset & ad heredem peruenisset, non heredem cum primum vidisset, certiorem faceret? appellaret? rationem adferret? si quid in controuersiam veniret, aut intra parietes aut summo iure experiretur?* addo quod noster habet Consolat. ad Marciam ca. 10: *Nos oportet in promtu habere, quam in incertum diem data sunt & appellatos sine querela reddere.* itē infra li. 7. cap. 22. *Quod debes, quare eis reddas: & si nemo poscet, te appella.*

Aut ex conducto aut ex locato datur) vetus Pinciani lectio: *aut ex conducto & locato.* quod ei placere videtur, etiam mihi vtiqi, cum non aliter supra loquatur Fabius, faueantque mss. mei omnes. sed hoc leue omnino est.

Hoc enim speciosissimum est) addunt duas voces Naz. Pal. sec. tert. Col. *enim in illo speciosiss.* quomodo & habet editio Erasmi. sed enim idem annotat septem hæc verba deesse vetusto suo cod.

Citra iudicem) ita & ad oram edit. Erasmi. nec aliter Pal. pr. prius tamen vulgg. *extra iudicem.* cui patrocinatur Pal. sec. at vero Pal. tert. Naz & Col. retinēt; *citra iudicem.*

Gratum animum & beneficium) sic Muretus. bene opinor. prius erat & in prelo excusis & mss *gr. hominem.* ex eo faciebat Pinc. *gr. hom. & beneficum.* male. nam vt non negem tolerari hic posse vocem *hominem*, sic *beneficum* interpolandum pernego.

Omnia fora vix sufficient) allegat hæc Duarenus tit. de pactis initio.

Quæcunq; in cognitionem cadunt, comprehendi possunt) id est: nulla res in iudicium deducitur quam non quanti sit, æstimare possit iudex.

Si ad iudicem quam si ad arbitrum) horum interpretationem hauries ex lib. 1. de verb. sign. Brissonij.

Melior videtur conditio causa bona, si ad iudicem quam si ad arbitrum mittitur) rationem satis clare subiicit noster. quare stupeo ad IC. cuiusdam ratiocinationem: qui verba ista Senecæ quasi interpretaturus, ait: imo deterior videtur Cicero pro Roscio Comœd. *Ceteri cū ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt: hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus.* atqui mi homo perpende vim vocis *labefactari*, & tibi ipsi satisfacies. ego enim te, vt ille olim, admonere quidē possū, nō corrigere.

Quia illum formula includit) a qua quidem ne latum vnguem discedere possit. vsque adeo vt condemnare eum quem non oportet, cogatur, si ita formulæ conceptio dictet, vt Cicero cum lib. 2. de Finib. bon. & mal. tum in orat. pro Roscio Comœd. item pro Cæcin. & lib. 4. in Verr. auctor est. verum de his plura require a Duareno tit. de pactis. tit. de minorib. xxv. ann. tit. de receptis arbitris. tit. de in litem iurando. tit. de re iudicata ad L. qui pro tribunali. & L. si conuenerit. vbi hæc auctoris verba citantur sicut & apud Ræuardum lib. de præiudic. lib. de Auctorit. prudent. item Langlæum lib. 5. cap. 4. Ocij semestr. Brissonium lib. 5. de Formulis, & Forcerium ad L. 37. de verb. signif. Perpende & isthæc Senecæ ex cap. vlt. lib. 2. de Clement. *Clementia liberum arbitrium habet non sub formula sed ex æquo & bono iudicat. & absoluere illi licet & quanti vult æstimare litem. nihil ex his facit, tanquam iusto minus fecerit: sed tanquam id quod constituit iustissimum sit.*

Iudex dimittere tabellam potest) de hoc more egregia quædam Ræuardus in lib. Protribunalium quæ non adduco destitutus codice. tu lector vise si habes.

Vir fecisse aut non fecisse pronunciandum) vtitur huius loci auctoritate Duarenus lib. 1. cap. 41. Disputat. Anniuers. agens de iuris & facti quæstionibus. eum vide: nam exempla addit per quæ huic textui lux.

Ibi animi coniectura capienda est) ad hunc locum etiam quædam non insulsa Ræuardus lib. Protribunalium.

Iudex ex turba selectorum) quid fuerint, erudite disseserunt Budæus ad L. Munerum §. defensores ff. de muneribus. Turnebus lib. 29. cap. 16. Ræuardus lib. 3. varior. cap. 1. & lib. Protribunal. Cuiacius lib. 21. obseruationum.

Quem census in album & equestris heredita\[s\] misit) Album hic tabula est in qua iudicum omnium secūdum cuiusque ordinem descripta. cuius & meminit Suetonius in Claudio cap. 16. in Domitiano ca. 8. indicat lib. 1. de verb. sign. Brissonius. plura inuenies apud Corrasium lib. 4. ca. 6. Miscel. iuris ciuil. Ceterū quod hic de censu, siue hereditate equestri Seneca prodit, idē & Ouid. li. 3. Eleg. 7. Amorū.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores.
Inde grauis iudex, inde seuerus eques.

Queriturque Plinius lib. 14. Præfatione: his verbis: *Postea vis laxitas mūdi & rerum amplitudo damno fuit; postquam Senator cēsu legi cœptus, iudex fieri censu, magistratum Ducemq; nihil magis exornare quam census &c.* iterum lib. 33. cap. 1. *sed anuli plane medium ordinem tertiumq; plebi & patribus inseruere: ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecunia iudices tribuunt &c.* nam & putat Budæus Plinium *pecuniæ iudices* appellare, propter quadringenta HS. qui census erat equestris, de quo non inepta Sigonius lib. 2. cap. 3. de antiq. iure ciuium Rom. accuratiora vero Hotomanus lib. de re nummar. Hæc cum ita se habeant, non audiemus Pincianum, qui huius iuris antiqui Romanorum ignorantia, coniecit legendum: *& equester ordo misit.*

CAPVT VIII.

Pecuniam pro addicto dependit) fuerūt addicti, qui cum non essent soluendo, creditoribus addicebantur; nec seruitute eorum liberabantur, nisi debitis quocunque modo persolutis. de eorum conditione Ræuardus cap. 8. lib. sing. ad leg. xii. tab.

Sed cum illam domo protulisset) explico infra ad Epist. 3.

In eiusmodi reum exysset) sic fuit in ver. cod. Erasmi, nec aliter est in Naz. & Pal. sec. omnino recte. & huius locutionis originem habeo lib. 26. Suspic. cap. 10. perperam itaq; Erasmus maluit, *eius. reum egisset*; vt *eiusmodi* esset neutrius generis, & ad causas referretur, non ad hominem.

Obligari ingenti merito) defendo hanc scripturam Suspic. lib. 25. cap. 4. qui enim *ingenti fœnore* reponi posse putat, non vidit verba isthæc potius pendere a voce, *rogauit*, quanquam quid ille videat, qui mox ad hæc Senecæ;

Tempore quædam magna fiūt, non summa) ita alibi commentetur: Tempus, pars stipulationis, & quidem nonnūquam summa, addatque *non summa*. id est, non tantum summa. sic dies solutionis, vt & summa, pars est stipulationis, l. 1. §. 2. ff. de edendo. equidē ad hæc cæcutio. nā, si quid sentio, idem auctor voluit quod supra li. 1. ca. 12: *Sit in beneficio sensus communis: tempus, locum, personas obseruet: quia momentis quædam grata & ingrata sunt.* item quod Epist. 81. *maius aut minus fit, quamuis idem sit tempore, loco, causa. Sæpe enim hæc non potuere diuitiæ in domum infusæ, quod opportune dati mille denarij.*

Eadem pendent) aut *pendunt* legendum est, aut *pendēt* erit a pendere futuri temporis verbum. Erasmus.

CAP.

CAPVT IX.

In quatuordecim gradus deduxisse) apage dictionem *gradus*, quæ cum & a veteribus meis membranis absit, quis non assentiatur Modio, asseueranti Nouantiq. lect. epist. 29. melius eam intelligi quam exprimi? loquitur enim auctor de equestribus, quæ lege veteri quatuordecim tenuere gradus: qui ipsi sæpius absolute per vocem *quatuordecim*, designantur. Petron. in Satyr. *Ex hac nota, domina est mea: vsque ab orchestra quatuordecim transilit, & in extrema plebe quærit quod diligat.* Suetonius in Octauio cap. 40. *Cum autem plerique equitum, attrito bellis ciuilibus patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, &c.* aliiq; passim. At de his Equitū sedibus vide curatissima omnia apud P. Fabrum lib. 2. cap. 6. Semest. Torrentiū Comment. ad Suetonij Neronem cap. 11. item Lipsium lib. de Amphitheatro cap. 14.

Et cum valetudo eius ac salus momentis constaret) duo verba: *ac salus*, non haberi in plerisque exempp. testatur Pincianus. itaq; per me licet, publicatis etiam eiciantur. nam quid eis opus? habentur tamen in Naz. Col. Pal. sec. & tert. solum exulant pr. in quo tamen, *& vt valetudo.*

Momentis constaret) ita Naz. Col. & Pal. tres. at Dionysius Gothofredus IC. in Senecam coniectur. & variar. lib. 2. scribit, alias legi: *momentis mutaret* vel *mutaretur*. cum non dubitem quin ita inuenerit in membranis: placet mihi illud *mutaret*, vt tamen habeatur patiendi significatu quemadmodum dixi lib. 25. cap. 4. Suspic.

Quis similibus benef. Naz. Col. Pal. sec. ter. *quis dissimilibus.*

CAPVT X.

Sicut pecunia credita) hunc quoque locum allegat Cuiacius Paratitlis in lib. 4. Cod. Iustin. titul. 2. vt probet non modo IC. sed alienos etiam auctores, *rem creditam* plerunque referre ad solam mutui causam.

An hoc inducimus, vt non demus) gratiæ habendæ mss. Pincianis, a quibus hæc primum manauit lectio. nam Erasmus qui, quod prius vulgaretur, *inducimus*, suspicatur scriptum fuisse *hoc interdicimus*, frustra est.

Pugnauit pro te & vulnera excepit: at ego vitam sibi silentio) non spreuerim scribere: *Pugnaui pro te & vulnera excep. at ego vitam tibi sil.*) quomodo fuisse in Naz. fidem faciunt lituræ. & *tibi* alioqui restat in reliquis mss.

CAPVT XI.

Si deceptus es, quære dignum, adiuua) nescio quid alij faciant: ego hic nihil video, nihil capio: etiamsi quis ex his vulgatis sensus resultet, nō me fugiat. memorat Pincian. in chirographis quibusdam conspici: *si deceptus es quærere, dignum adiuua*. ex quo fingit: si deceptus es, quære te dignum. Adiuua. nihil horum animo meo satisfacit. quid ergo? verbo dicam. geminam germanam suo reddiderimus auctori lectionem, si præcedentia distinxerimus scripserimusque hoc modo: non poterat illis dici, quod beneficia dantibus dicitur: cui des elige: ipse tecum si deceptus es quærere: dignum adiuua. nisi hic bonus fuerim ariolus: nulla certe causa est quin omnem deinceps artem diuinandi, non desinam dico, sed eiurem. hæc olim conieceram. at postea nactus mss. codices, ita palam offendi in Naz. Pal. sec. & tert.

Quibus dederunt, dant nihilominus, daturique sunt) arripuit & hoc Mureti editio a Pinciano, qui sic legendum: non q. dederunt, nihilominus daturi sunt, aperte pridem monuerat. & hercle quod ille hausit ex vno suo mss. hoc confirmatur auctoritate Col. Naz. Pal. sec. tert.

Ne dedisse se illis ment. Pal. sec. tert. Col. ne dedisse illos ment. Naz. ded. ipsos ment.

Contineatur) prætulerim, contineretur, quod oggerunt Naz. Col. & Pal. sec. detineretur est in Pal. tert.

CAPVT XII.

Quædam amicis data, quædam ign.) addunt voculam mss. amicis data sunt, quædam.

Aut ad hæc aut ad illa incl.) Col. absque præpositionibus; aut hæc aut illa incl. Pal. pr. & sec. vulgatam firmant scripturā. tert. habet aut ad hæc aut illa incl. quid in Naz. fuerit, diuinare nequeo, ita vna atque altera litera funditus erasa est, scriptumq; ab alio quopiam: aut in hæc, aut in illa incl. quod tamen nemo temere damnauerit.

CAPVT XIII.

An id quod læsus es) a Pinciani solerti iudicio etiam ista hæc correctio, cum antea publicaretur: an in quo læsus. mss. mei quinque: aut in quo læsus. quod ferri posset.

Nemo enim libenter dat inuitus) ita reposuit suasu scriptæ suæ lectionis Pincianus, cui mss. mei fauent: solum dat inuitus habet Pal. pr. & olim impressi. Sed id vt retineamus, non permittit Senecæ argumentatio quæ hæc: Si actio instituatur ingrati, tardiores fore & dantes pariter & accipientes: hi metu causæ dictionis, si minus præcise promerito satisfecerint: illi propter sollicitudinem eorum, quibus daturi sunt: cum magnificum inprimis ducant largiri nihil debituris. ergo hic retinendum: inuitis, sicque accipiendi qui tarde & difficulter ad beneficia accipienda accedunt.

CAP. XIV.

Nulla lex te in integrum restituet) locutio Iurisconsultorum, notatque in priorem reponere statum. quibus competat docebit te titulus ff. de in integr. restit.

Aequissima vox est, & ius gentium præ se ferens) æquum & bonum a iure gentium interdum separari, interdum vero cū eo copulari, disce a P. Fabro ad tit. de reg. Iur. L. 90.

Quid reddet? vitam, inquam, debet, dign. sec. san.) lectio minus recta, vti arguūt mss. nam Col. Quid reddit? vitam qui debet, dign. Pal. tert. Qui reddit vitam quam debet, dign. &c. Naz. Quid reddit? vitam quā deb. Pal. sec. Quid reddet? vitam quam debet, &c. quam veriorem puto scripturam si modo interrogationibus eam animauerimus, hoc pacto. Quid? reddet vitam quam debet? dignitatem? securitatem, sanitatem. hancq; meam ariolationem spes est approbaturos non iacentis auris homines.

Aut pro his, inquit, aliquid quod tanti sit) scriptura apud me subiestę fidei. legerim minima mutatione: aliud quid. quod hic certe non paulo videtur efficacius.

Non est incitandus animus) scribite mecum indicio mss. non est irritandus animus.

Et quærendi occasiones amputemus) sic maluit legeremus Pinc. ciusque voluntati obsecutus est Muretus. mea sententia male. est enim in cuiis quos agminatim defendunt membranacei codd. & quærenti occasiones amp. prorsus probe. vult enim rescindamus etiam quærentib. omnes occasiones auaritiæ, querelarum, discordiarumq;.

CAPVT XV.

Vtinam nulla stipulatio emptorē venditori obligaret) adducit hæc ipsa Brisso. Formularū lib. 6. vbi probat in emptionibus & venditionibus stipulationem intercedere solitam. cū vide, vti & P. Fabrū ad L. 34. de diuers. reg. Iuris.

Nec pacta conuentaq;) ad ista sic Turnebus lib. 16. cap. 5. aduers. Pactum est ex parte stipulantium: conuentum, cum quæ pepigerunt promissa sunt: deque his est conuentum. hac de caussa pacta conuenta, & pacta conuentaque legimus. antecedit enim pactum, sequitur conuentum.

Ille per tabulas plurium nomina interpositis &c.) dubium non sit Ræuardo lib. 3. cap. 1. variοr. quin de illa obligatione hic sentiat Seneca, quę olim fieri nominibus dicebatur, idemque videri Hotomano, colligamus ex tit. de literar. obligat. lib. 3. Institut. qualis autem illa sit obligatio, ab iisdem petatur: plura enim sunt, quam vt commode describantur: nec per omnia idem sentiunt. videatur & Marq. Freherus lib. 1. cap. 11. parerg.

Ille non est interrogatione contentus, nisi rem sua manu tenuit) ita legendum contendit, non *reum*, Fornerius, vti & melior quæque editio. & explicat. haud sufficere ei stipulationem sponsionemue L. 70. si a reo §. sub diuersis. de fideiuss. nisi accesserit pignus ἐνέχυρον L. 238. plebs. §. pignus de verb. sign. vbi & videatur sicut etiam ad L. 188. eiusdem tituli. at Ræuardus loco citato, verba hæc sic accipit tanquam creditori satis non fuerit debitorem certis quibusdam verbis interrogasse, nisi rem hoc est, obsignatas tabulas manu sua tenuit: siquidem illas ab vna parte, hoc est, ab ipso creditore seruari solitas. mss. mei omnes præferunt, *nisi reum*.

O turp. humano generi fraudis ac nequ.) mss. plerique, *humani generis & fraudis ac.* Pal. vero primus: *humani generis fraudem ac nequitia, &c.*

In quod isti viri ornati adhibiti) nimirū Ro. Equites aliiq; clari nominis & integrę famę viri in prouincus duumuiri,

Decuriones aliique non ignobiles, vti latius exequitur Ræuardus d. lib. 3. cap. 2.

Inprimunt signa) de his signatoribus elegantia quædã Duarenus lib. 1. cap. 30. disput. anniuers. Ræuardus d. loco, Brissonius lib. 6. de formulis.

Pecunia committentur) id est, credentur, vt pluribus explicat P. Faber ad L. 35. ff. de diuers. reg. iuris.

Quid illos dum vindicamus) ita fere mss. solum Palat. tert. suggerit, *Qui in illos*. secundus autem retinet *iudicamus*. Naz. innuit, aliter legi: *Quid illa dum*. nisi hæc de Diis accipiamus, nemo facile dixerit ad quę referatur dictio, *illos*. itaque restituamus quæ præcedunt auctoritate Venet. codicis: *Qui dant beneficia, Deos imitantur: qui repetit, fœneratores. quid illos, &c.* sic enim; *illos*, respiciet homines qui Deos imitantur.

CAPVT XVI.

Postquam illustres quædam ac nobiles feminæ) P. Faber lib. 2. cap. 23. Semest. legit, *quidem*, quod omnino probũ. licet alteri astipulentur mss. mei quinque.

Nubunt repudij) contra legem Iuliam, vt idem ibidem inquit: qua non modo adulterium sed dotalis prædij sine voluntate vxoris (vt Paulus docet lib. 2. sentent. tit. 22. de dotibus) alienatio (eo scilicet capite quod legis Iuliæ de fundo dotali nomen obtinuit L. 1. 4. 10. 13 & toto tit. ff. de fundo dotali. Iustinian. instit. quib. alien. licet vel non) imo ipsum quoque diuortium eiusdem legis alio capite coercitum fuit. nam diuortiis modum ab Augusto impositum, cũ matrimoniorum crebra mutatione vim legis Iuliæ de maritandis ordinibus eludi sentiret, Suetonius tradit in Octauio cap. 34. vide Dionem lib. 54. &c.

Numero maritorum annos suos computant) hinc & illud Martialis lib. 8. Epigr:

Iulia lex populis ex quo Faustine relata est,
Atq; intrare domos iussa pudicitia:
Aut minus aut certo vix iam vigesima lux est
Et nubit decimo iam Telesina viro.
Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege est.
Offendor mœcha simpliciore minus.

Tertullianus in Apologet. cap. 6. *Repudium vero iam votum est, & quasi matrimonij fructus.* hæc mihi communicauit Brissonius, quem excute lib. singulari ad L. Iul. de adult.

Quia vero nulla sine diuortio acta sunt) ita aperte Naz. fidissimus cod. & Pal. sec. at I. C. quidam emendare se dicit: *Quia vere multorum sane diuortia audita sunt.* non melius Medea Peliam recoxit. priorem scripturam tueor Suspic. lib. 26. cap. 4. mecumque adeo probat, qui multorum instar tibicinum, Iustus Lipsius ad lib. 5. Annalium Taciti. suggeritque porro exemplum alterum: quod arguat non minus diuortia in publica acta relata fuisse, quã matrimonia. extat id apud Cælium ad Ciceronem: *Paula Valerij, soror Triarij, diuortium sine causa fecit. nuptura est D. Bruto. nondum retulerat.* locus hercle qui mihi satis liquidus. quare indicinæ vicem dabo alterum locum Suetonij in Caligula cap. 36: *Quibusdam absentium maritorum nomine repudium misit, iussitq; in acta referri.* quid pote clarius! quid pote firmius? nam nil hic pro insolito Tranquillus, quam quod monstrum istud pro legitimo volebat haberi diuortio, quod tale esse, nec poterat nec debebat.

Nisi vt irritet adulterum) locus iste extat apud præceptorem meum Lipsium Comment. ad lib 4. Annal. Taciti: vbi probat parum verisimiliter, tam frequentes de adulteris apud scriptores prisci æui extare potuisse querelas; si relegatio & fuga, adulterij pœnæ.

Nisi ad alium gestata est, apud alium mansit) emendatio hæc, opinor, a Mureto. nam proletarij libri: *nisi apud alium gestata est* dispicere tamen nos iussit Pincianus an non legendum in fine: *alium pransit*. nam sępe, inquit. duas res gestari & prandere coniungit Seneca. haud profecto absurda sunt quæ loquitur. cum enim attẽdo menti Senecæ; talentum meum dederim in alterius nummulum, nisi voluerit feminas istas apud alium gustum sumere, apud alium vero prandium cœnamue consummare. tantum hæreo quibus id enunciauerit verbis. an forte his: *nisi apud alium gustata est, apud alium pransit.* quamuis tamen non omnino negauerim verbum *mansit*, manere hic posse, vt subintelligatur mansisse per prandij cœnæque tempus. At gustum præcedere cænam docemur satis istis cap. 22. Consol. ad Marciam: *Vsus itaque balneo; & quo plus imponeret, in cubiculum se, quasi gustaturus, contulit: & dimissis pueris quædam per fenestram, vt videretur edisse, proiecit. a cæna deinde, quasi iam satis in cubiculo edisset, abstinuit.*

Infrunita) Infrunita est insulsa. sic lib. de Vit. beata, *Alterum infruniti animi est, alterum timidi & pusilli.* sic in sacris literis: *animo irreuerenti & infrunito ne tradas me domine.* Legitur hæc vox & apud Macrobium. notat Muretus. Vide tamen de eius vocis significatu certiora quædam apud Lud. Carrionem lib. 2. Emendation. cap. 8.

Et antiqua est) ita lectio Mureti, interpretaturq; simplicem, minime malam, ἠλίθιν. consentit membranarum scriptura. at Carrio d. loco citat *antiquaria*. Erasmi editio habet: *antiquata*. & appictum margini ἀρχαΐα.

Vnius adulterium) sumptum a Pinciano: qui inuenerat in mss. *vnum adulterium*; quare etiam *vnum* in *vnius* mutatum malebat. vulgabatur prius. *vnum adulterum*, cui consentit Col. tantum alij omnes *vnum adulterium*.

Ingratos pluros efficies & audaciores) ita etiã obtinet Erasmianæ editionis ora: at seruant membranæ Naz. & *auctiores*: Palat pr. & *aucteres*. sec. *autiores*. tert. *authores*. Col *aptiores*. ego odoror aliquam vocẽ minus vsitatam hic positam fuisse. nam non solent ita variare mss. in verbo noto.

CAPVT XVII.

Non educatoris) legi potest cum Pinciano, monitu mss. *non educatorum*. habent tamen meorum plerique chirographorum *educateris*, aut *educateres*. Palat. etiam sec. & tert. *præceptores*.

Quomodo decoquat) sic restituit Erasmus indicio priscarum membranarum quibus respondent Naz & Col. prius erat *quomodo de quo quæro*, vt & Palat. sec. at in tert. est: *detorquat*.

CAPVT XVIII.

Quas necessitudo suscitat) citat hæc ad L. 19. ff. de reg. Iuris Ræuardus; apud quem videbis quænam *persona* appellentur *necessaria*.

Propterea) ita legendum, non vt in aliis, *præterea*, annotat Muretus. vellem adiecisset rationem. nam dictio illa, hic prorsus inepta est, nec habet ad quæ respiciat. reducatur itaque prior, quæ pendet ab vltimis verbis capitis præcedentis. cõfirmantq. eam quinque vett. exemplaria.

Ignarus est iuris humani) quid eo velit Seneca, vide apud Duarenum tit de iustit. & iure cap. 5.

Quid animus magnus promitteret) quidam cod. Pinc. *animus magnum*; quomodo Naz. Palat. sec. Erat in tert. *quid cum magnum promittent*.

Si certam virtutem fortuna mutaret) loco vocis postremæ extat in Naz. Pal. tert. & Col. *mitteret*. solum stat pro vulgato Pal. sec. an fuit, *inuerteret*? sic hercle propemodum putauerim. at quod Pincianus considerate nos iubet, an non probius legi posset: *si census virtutem*, frustra est. nam fortunæ inconstanti constantem opponit virtutem auctor.

Quoniam quanquam sub dispari titulo) verbum *quanquam* abest Pal. tert. & Naz pro eo habet Pal. sec. *quoniam quomodo sub*. at Col. *quoniam* non habet, sed solum. *quomodo sub*.

Paria in illos licet) non a Mureto est sed olim excusis; quod displicuit Erasmo, restituitq. ex mss: *paria illis*. Pal. sec. tert. Colon. habent *paria in illis*. Naz. vulgato fauet. & recte.

Vt ipsos sæpe beneficia sua fecerint) lectio hæc a coniectura Mureti vulgabatur, extabatque in omnibus mẽbranaceis: *sæpe beneficij sui fecerint*. quam scripturam satis videor stabiliuisse lib. 1. Suspic. cap. 13. quibus qui non acquiescit, legi sciat maluisse Erasmum; *vt ipsos sæpe beneficio suos fecerint*. vel, *sui iuris fecerint*. Stephanus lib. 2. cap. 8. proodop. item Epist. 9. ad Dalech: Mureti lectionem

ferri non posse scribit. nam dicendo, *vt ipsos sæpe beneficia sua fecerint*, quem sensum illud *fecerint*, haberet? qnidnã illud est quod beneficia ipsos fecerint? quare cum & olim publicatum vitiosũm existimet, doas affert cooiecturas, eiosdem omoino sensus. sique, inquit, Romana illa lectio ex veteribus lib. sumpta est, dico nos ei posse acquiescere, dummodo, *dominos* addamus: hoc modo; *vt ipsos sæpe beneficia sua dominos fecerint*. vel; *ob beneficia suos fecerint*. atque his vult seruos sæpe ob beneficia a se in dominos collata, libertate donatos esse, &c. est tertius quidã (noo tamen de cælo lapsus Cato) qui restituere se gloriatur; *vt ipsos sæpe beneficiis suis vicerint*. sed oec hoc ad mentem auctoris; si qoidem ego aliquid magis sapio quã vioa sus. de quo alij vt puteot velim. nam non ego ille Suffenus.

CAPVT XIX.

Quia non potest, inquit) male hic alterius capitis poni initium, cum illis verbis ratio reddatur, quã in fine præcedeotis Seneca sibi teddi postulauit, monuit Stephanus lib. 2. prood. cap 7.

Ministrat & labore summo colit) ita Pal. sec. at duo mss. Pinc *eius laborem summo colit*. vnde castigandum putat: *eius laborem suo tollit*. valde ingeniose; nescio num etiam vere. fuit io Naz: *ministratur eius laborem summo colit*. in Pal. tert. *ministrat eum labore summo colit*. in Col. *ergo ministrat: er eius laborem summo colit*.

Cum illi liceret non dare) alioqui si quæ causa, vel naturalis pudor subsit, non tam donatio, quam debiti solutio censetur. L. 25. sed etsi. §. consuluit. de petit. hæred. L. 19. hoc iure §. si quis seruo. l. penult. fin. de donat. L. 5. proxime ff. de ritu nupt. Fornerius ad hunc locũ in comment. ad L. 194. de verb. sign. Porro, Seneca dictum istud motuatus videtur a Cicerone lib. 1. Inuention cum dixit: *si iis qui imprudentes læserunt, ignosci conuenit, iis qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet*. ootat Langlæus lib. 2. cap 3. ocij Semestr.

Sine respectu sui dom.) ita esse in mss. suis prodidit Pinc. qui tameo ex eo faciebat *sua*. meo animo male. nam & aliter mss. mei, adpictumque margini cod. Col: *sui, id est, ipsius*.

Seruus non habet negandi potestatem) Vide selecta quædam ad hoius loci intellectum apud P. Fabrum ad L. 4. ad L. 82. de reg. Iuris.

CAPVT XX.

Corpus itaq. est, quod domino fortuna tradidit) de hoc præclara multa Coonanus lib. 2. cap. 2. comment. iur. Ciuil.

Hoc emitur, hoc venditur) prætulerim omnium ætatum lectionem, omniumq; etiam membranarũ: *hoc emit, hoc vendit*. vt ad dominum respiciat.

Mancipio dari non potest) genos hoc loquendi, eiusque vim, luculẽter persequitur Brissonius lib. 6. de Formulis. Seneca quoq; lib. 5. cap. 19. infra: *Idem de seruo dicam: mei mancipij res est*.

Ab hac quicquid venit, liberum est) ex hoc liquido demonstrari potest, quo sensu accipi debeat qnod scribit Venuleius: *si seruus reus postulabitur, eadem obseruanda sunt, quæ si liber esset, ex S. C. Cotta & Messala Coss.* L. 12. § 13. de accusat. nullam enim inter seruum & liberum hominem ratione delicti seruari conditionis differentiam videtur senatus voluisse. quod animus sit qui delinquit corporis ministerio, quo animo æqualem cum liberis hominibus obtinent libertatem. hæc fere Ræuardus quem adi ad L. 32. de reg. Iuris.

Aut in omnia serui parere coguntur) vise tu mihi P. Fabrum ad l. 157. ff. de reg. Iur.

CAPVT XXI.

Beneficium) adiiciunt voculam membranæ meæ & Pinc. *beneficium est*.

Vt cibaria, vestiarium) auctiores duabus literis mss. Naz; *vt vestiarium*. quod reduco.

CAPVT XXII.

Perpetuus mercenarius est) mutuare his lucem ab Duar. in lib. 8. ff. tit. de seruitutib. qnibus adiunge hæc Tullij lib. 1. de offic: *Meminerimus & aduersus infimos iustitiam esse seruandam. est autem infima conditio & fortuna seruorum: quibus non male præcipiunt, qui ita iubent vti vt mercenariis ad operam exigendam & iusta præbenda*.

Quam ad quod operas locamus) ita vult Muretus, nec certe longe ab eo diuertunt Pinciani mss. aut mei; in quibus omnibus diserte: *quam quod operas locamus*. itaque non eũ acrius reprehenderim: oec tamen omuino mutauerim, quæ posui lib. 6. Suspic. cap. 11. quidni enim sua sibi cuique manere possit opinio? & subit tamẽ suspicari reponi posse: *quam in quod operas locamus*: tanquam præpositio exciderit propter similitudinem quę ei cum postrema præcedentis verbi litera.

Vbi dici potest, quod si nollet) repete P. Fabrum Comment. ad l. 4. de reg. Iur.

Vbi vero id præstat) chirographi Pal. & Colon. & Naz. *præstitit*, oec reiecerim.

De iniuriis dominorum in seruos qui audiat, positus est) hioc probe argumentatur Hotomannus ad tit. qui sunt sui vel alien. Iur. Instit. lib. 1. non licuisse dominis etiam ante D. Antonini constitutiooem supra modum sioe iusta causa in seruos animaduertere: eum tantum ius herile, quod antea latius erat, angustioribus circumscripsisse terminis, primumque constituisse, vt non magis suum seruum quam alienum interficere ius esset. Verum tu eũ consule, & adiunge, si sapis, amussitata quæ afferet ad istũ Senecæ locum Connanus lib. 2. cap. 2. Commeot. Iur. Ciuil.

CAPVT XXIII.

In duodecimo sexto annal.) ita Muretus ex mss. lectione Pinc. cui accedit ea quæ in libris meis. solum est in Palat. tert: *in duodecimo ann.*

Adrumetum) sic quidem Muretus: quod eius nominis oppidum esset in Africa. at enim & Macrobius lib. 1. Saturn. & mss. Senecæ libri omnes, *Grumentum* præscrũt. Grumentinos autem populos esse io Italia Lucaniæ regionis, ootum est ex Plinio & reliquis.

Præcurrisse) vetus Naz. & Pal. sec. *præcucurrisse*. quod noo ambigo quin auctoris germaoum haberi queat.

Ad Romanos mores esto redut) concinnius est, quod habent mss: *esto ad Roman. mor. redut*.

Et exemplum dominarum fuit) satis audacter Muretus, qui coniectaoeum suum textui immiscuit prius erat: *& exemplar duarum vrbium fuit*; pro quo malebat Pincianus: *exemplum Grumentina vrbis fuit*. ex scripta, inquit, lectione. in qua cum esset vitiose scriptum *Drumen* per compendium, vt fieri solet; noo percipiens imperitus librarius quid esset *drumen*, substituit *duarum*. hęc ille; nõ magis bene meo aoimo, quam Muretus. nam cum membranæ meæ constanter repræsentent *duarum vrbium*; videor posse elicere ex vulgatis sensum tolerabilem, imo argutum; qui hic: matronam istam sic seruatam insignem fuisse fabulam & exemplum tum vrbi Drumento, tum etiam vrbi Romæ. quid ni enim! nulli vnquam turpe fuit hostium benefacta æmulari; multis contra, laudi.

Ferentes quod in illo beneficio maximum fuit, tanti, &c.) non titillat aures meas ista ioterpunctio. mallent, *ferentes: quod in il. ben. max. fuit. Tanti, &c.*

Non est, mihi crede, non est, seru.) chirographi mei & Pinc. certatim custodiunt: *mihi crede, non dico seruil.* solũ Pal. tert. refert: *non est mihi credendus nõ dicit seru.* verum ne quis se in his torqueat, putarim istud *dico* glossarij esse figmentum, qui illud alteri illi *non est* adpinxerat.

C. Vettius prætor) ita ex antiq. codice Muretus. antea legebatur *Attenus prætor*. Pinciani mss. quidam *Vectenus*; sed enim is ex Macrobio restituebat *Cluentius* monuit Erasmus maluisse Agricolam *Attenus prætor*. Pal. sec. & tert. etiam habent *Vectenus*: Naz. *Vettenus*: Col. *Vettenius*.

Se vno ictu transegit) Pal. tert. & Ven. edit: *transfierit*, an forte? *transfixit*. sic profecto est in Pal. sec. Naz. & Col: *traiecit*.

CAPVT XXIV.

Tenebatur inclusus Domitius) de hoc facto Plinius lib. 7. cap. 53. Sueton. in Nerone cap. 2.

Imperauit medico eidemque seruo) sic est. Romæ medicina diu, vt ingenuo homine indigna, neglecta & ad seruos libertinosque ablegata est. eos certe solos medicinam factitasse, pluribus exemplis demonstrat Brissonius lib. 2. cap. 3. Selectar. ex iure Ciuil. antiquit. requirantur & Parerga Marq. Freheri lib. 2. cap. 16.

Medicamentum innoxium) paulo aliter Suetonius: *In desperatione rerum mortem timore appetitam, ita expauit, vt haustum venenum pœnitentia euomuerit: medicumque manumiserit, qui idem sibi prudens ac sciens minus noxium temperasset.*

Dum ex euentu intelligis) scribo cum mss. *intelligas.*

CAPVT XXV.

Quo erat rara fides dominum mori nolle) eadem mens Valerio Max. lib. 6. cap. 8. *Cumq; abunde foret iram remittere, adiecit etiam charitatem,* &c. quod exemplum, vt & nonnulla alia eius cap. huc commode transferas.

CAPVT XXVI.

Sub Tiberio Cæsare) meminit huius rei Duarenus ad L. Iuliam Maiestatis. cap. 4. at similia sæuitiæ exempla apud Suetonium in Tiberio cap. 58.

Imaginem Cæsaris habens) de statuis imaginibusque Principum, quæ ad huius loci singularem intellectum, literaca quædam Brissonius lib. 4. cap. 11. Select. antiquit. nonnulla & ego lib. 13. Suspic. cap. 13.

Ectypam & eminente gemma) ita bene ex vet. lib. Muretus. nam & Naz. & Palat. tert. *ectipa* habent. sec. præfert: *etripa*, adscriptumque margini *etripa.* est in Col. *excisa.* vulgati retinent *exsculptam eminente g.*

At seruus eius cui nectebantur insid.) a coniectura Erasmi; cum omnia exemplaria præferrent: *Et seru. e. quo nect.* procliuus autē lapsus est *at* in *et*, & fortasse scriptum erat *quos* pro *cui.*

CAPVT XXVII.

Seruus qui cœnanti ad pedes steterat) ad pedes, serui dicebantur, qui ad dominorum cœnantium pedes stabant. Martial. lib. IX. Epigr. 88.

Dum neglegentem ducit ad pedes vernam.

vnde & argutia illius Epigrāmatis lib. 5. pendere videtur:

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur a pedibus?

Turnebus lib. 16. cap. 5. Aduersar.

Hortatur eum vt Cæsarem) mss. mei melius: *hortatur vt Cæsarem.* præmittit etiam coniunctionem Nazar. *& hortatur vt Cæsar.* quod non ineptum.

Malam mentem habuisse) verba ex satisfactionis formula de qua sic fere, delictum meum iuxta atque Musarum, Ianus Dousa cap. 8. Præcidan. pro Tibullo: Erat in more positum antiquitus, vt si quis vel dicto vel facto contumeliam alteri flagitiumue fecisse argueretur, is testificatione pœnitentię præsentis gratiam delicti fieri postularet sibi: etiam sacramento interposito se purgans, videlicet, factum nolle. imo discupere se infectū indictumq; fieri posse, quicquid perperam fecisset dixissetue in amicum insontem ac tali iniuria indignissimum. illud insuper verbis conceptissimis adiurās, malam sementem habuisse, ac superstites, quantum est Deos comprecans, vt omne illud, quod ita vecorditer effutiisset, in se suumque recideret caput. vel eo vsque opinor, quoad alter ille quasi resecratus religione omni solutum se esse, plane in animum iam induxisset suum, idque omnino firmiter demum persuasum haberet sibi. Argumento quod dixi testis Plautus, Terentius, omnes, omnes. denique Tibullus lib. 1. Eleg. 2.

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
Ignoscas. capiti sint precor illa meo.

Iterum lib. 2. Eleg 5.

Nam ferus ille sua plorabit sobrius idem
Et se iurabit mente fuisse mala.

Neque aliorsum respexisse arbitror Catullum Phaleuciis illis iambicantibus: *Quanam te mala mens, misselle Rauide, Agit præcipitem in meos Iambos?*

Id in se & filios suos recideret) hoc etiam de solennibus: quoties aut mali quid auertere aliis vellent, aut gratiam sibi imprecationum fieri, veniamq; dari postularent. noster Consolat. ad Martiam cap. 13. vbi Paulus Æmilius: *Precatum enim se, vt si quid ob ingentem victoriam inuidiæ dandum esset, id sine potius quam publico damno lueretur.* Idem lib. 4. cap. 31. de benefic. *cum Pollionis attractiorem vidisset frontem, quicquid, inquit, mali dixi: mihi & capiti meo.* plura exempla posce a Brissonio lib. 1. de formulis.

Nemo, inquit, credet te mecum in gratiam rediisse) si mei arbitrii foret, quinque postremas voces funditus eradicauerim, tanquam ab exscriptoris glossemate hic propagatas. certe in excerptis Pal. pr. tantum est: *Nemo, inquit, crederet hoc, nisi &c.*

Petitque non a fastidiend. prop. sum.) capior rescribere, petiitq;: quod etsi in nullo exter mss. quid tum? litera maior duarum supplebat antiquis vicem.

Honeste Cæsar quod ignouit) elegans mehercle locutio: sed tamen auctiores sunt verbo membranæ Pinc. & meæ. *Honeste fecit Cæsar &c.*

Pecuniam pro eius libertate Cæsar numerauit) auribus meis fatua hæc lectio. quid? vt Cæsar pecuniam pro eo seruo? non credo. quid ergo? reducendam manu pictorum lectionem; *Cæsar numerauerat.* vt scilicet respiciat ad summam quam Ruso donauerat Cæsar. eam quippe non habuisset absque serui opera.

CAPVT XXVIII.

Non est dubium quin al. a ser. dēi accipiat) plane emendandum est suasu membranarum Naz. *num dubium est, q. al. a ser. d. accipiat?* vtique cum & sic alibi etiam inuenerit Modius Epist. 85. Nouant. lect.

Qui imagines in atrio exponunt) De hisce imaginibus vide purissima coniectanea Iusti Lipsii lib. 1. Elector. cap. 29. Ausonius: *Hos ille seruum veste contexi iubet, Hos calet argento graui: Ceris mouens ianuarum limina, Et atriorum pegmata.*

In parte prima ædium collocant) ita retinet Lipsius: male in Pinc. mss. *Parte summa.* haud disparibus verbis Valer. Maximus lib. 5. cap. 8. *Prudentissimoque viro succurrebat, effigies maiorum cum suis titulis idcirco in prima ædium parte poni solere, vt eorum virtutes posteri, non solum legerent, verum imitarentur.*

Non magis quam nobiles sunt) habent Palat. duo item Naz: & Col. *non noti magis.* quod certe valde meo facit palato; vt auctor vtatur iterum inuerso verborum ordine, velitque non magis esse nobiles, quam notos.

Vbicunque defecit nomen illustre, illico &c.) de hoc loco dixi quæ potui lib. 25. cap. 4. Suspic. cur vero hiatum hic aliquem, aut certe occultius vlcus suspicer; est: quod vero mihi simile fiat, Senecam hic aliquid eorum dicere, quæ recenset Epistul. 44. *Si quid aliud est in Philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit. Omnes si ad primam originem reuocentur, a diis sunt.* & mox Plato ait, *neminem regem non ex seruis esse oriundum, neminem non seruum ex regibus. &c.* sed & membranæ meæ certatim habent: *Non est quod te isti decipiant, qui cum maiores.* non sicuti publicatur; *decipiant, cum maiores.* atque eam vocem fuisse etiam in aliquot codd. Erasmi, haurire est ex eius ad hunc locum annotationibus. ceterum in olim. cusis sic hæc concipiebantur: *vbicunque fecit nomen illustre, illo dominū fugiunt.* ad quæ sic Erasmus; nonnulli sic habebant: *illo dominum fugiant.* alii: *illo Deum fugiunt*; rursus alii: *dominum fingunt.* ex his diuinare licet fuisse scriptum: *vbi quemque nomen facit illustrem, illico Deum fingunt.* neque displicet *vbicunq.* si legas, *illustrem.* nec *illustre,* displicet, si subaudias *aliquos.* nisi forte pro *fecit,* legendum est *fletus.* hæc Erasmus; aducitque notari illos qui tumente nobilitate maiorum, ac sibi Dii videntur noui homines, reliquosque fastidiunt. at Pincianus sic de hoc loco: correxerunt alii, *fulsit* pro *fecit,* recte. nos putamus insuper legēdum: *illud domi pingunt.* nam & in antiquo quodam exempl. *fingunt* legitur, non *fugiunt.* hactenus ille. si quis requirit scripturam mss. meorum, sciat esse in Pal. sec. *vbicunque nomen illustre fecit, illo dominium fingunt.* in Pal. tert. *vbicunque nomen illustre fecit, illo dominum fingunt.* in Col. *vbicunq. n. il. fecit, illo Deum fugiunt.* in Nax. *vb. n. ill. f. illo Deum fulgiunt.* quod vltimum valere *fulciunt,* alterius notatum est manu: nec hoc tantum, sed alias legi: *illo domum fugiunt.* hæc retuli fidei meæ caussa. de *fulsit* illo, quod arripuit

puit

puit Pincianus, sciant ita primitus diuinasse Agricolam.

Et fortem eorum spectamus) melius patrum æuo cusi *spectemus*. mss. tamen Palat. tert. Naz. Col. *eorum expectemus*. forte *despectemus*. aut certe *aspectemus*.

* *Ab istis gerulis caperis*) lecticarios seruos intelligit. in collo enim sine in humeris seruorum lectica. Seneca epist. 80. *Idem de istis omnibus dicas, quos supra capita hominum supraque turbam delicatos lectica suspendit*. Plinius in Panegyr. *illos ergo humeri ceruicesque seruorum super ora nostra: te fama, te gloria, te ciuium pietas, te libertas super ipsos principes vehunt*. vnde & *Succollandi* verbum Suetonio natum: *Ab his lecticæ impositus, & quia serui diffugerant, vilissimi succollantibus in castra delatus est*. hæc Lipsius lib. 1. cap. 19. Elector.

Cubile istud tuum) ita vocat lecticam. cuius require formam siue apertæ siue tectæ, a Lipsio d. capite.

Quo te pænulati isti, ea militum quidem non vulgarem cultū subornati) loquitur de lecticariis, quos ait militariter cultos: quia pænula vestis etiam militaris. noster infra lib. 5. cap. 24. *Quendam ex commilitonibus Cæsari pænulam suam substrauisse*. ab hoc ritu lucem Martiali do in Apophoretis Lemmate: *Canusina rufa: Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis. Et placet hic pueris militibusq. color*. hæc Lipsius, apud quem plura lib. 1. Elector cap. 25.

Quo inquam te isti efferunt) Lipsius ibidē legit: *ferant*. ego vulgatum non sollicitauerim. rationem reddo lib. 6. cap. 7. Suspic. sed nec aliter extat in vtroque Pal. Naz. & Col.

Ne ordinarium quidē habentis officium) ad isthæc Brissonius lib. 13. de verb sign. Ordinarij serui in L. 15. §. Prætor. ff de iniur. accipiendi sunt, qui certum aliquod ministerium officiumue in familia exercent: mediastinisque aduersi fiunt, qui nullo certo muneri deseruiunt: eoque sensu *ordinarium officium*, seruile hic dixit Seneca. alias ordinarii vicariis opponuntur L. 17. L. 18. L. 19. ff. de pec. L. 5. §. 1. ff. de tribut &c.

CAPVT XXIX.

Æque illud) sic fere ex vetustis libris Erasmus, nempe: *æque & illud*, quod concorditer in Naz. Palat. sec. & Col. at in Pal. tert. extat, *æque illud conceditur meliores*. olim impressi *eoque illis*. inepte.

Quicquid inquit est) si aliquid constituendum est circa vocem mediam, libēter hic eam reformauerim in, *inquis*.

Ipsum quod vincitur) est ex Pinciani castigatione, qui sic restare monuit in suis. nec aliter quoque in meis. nisi quod Pal sec. omnes hæ voces absint: *cuius beneficium est ipsum quod vincitur*. id ego factum puto incuria scribæ, qui ista transiliit, dum voci *vincitur* tantum attendit quę proxime præcessit.

Non est maius eo a quo capit) & hoc coniectaneum est Pinciani, cum offendisset in vet. lectione, *eo quo capit*. quod item in mss. meis omnibus. publicata pridem scriptura habes, *maius eo quod cap*.

Et illo vrbis mœnia) ita quoque Col. Palat. sec. & tert at nescio quomodo mihi semper suspecta fuerit vox *illa*: nuncque etiam magis sit; quod verbum *mœnia* non repererim in antiquissimo Naz. libro an fuit; & *alta vrbis*.

Cum æque sine nutricis beneficio, quam sine patris non potuerim; ita Mureti textus, quomodo scribendum existimauerat dudum Pincianus. vterque perperam: nam legi debebat ex fide mss. *Cum æque sine Patris beneficio quam sine nutricis, non pot*. quarum dictionum ordinem minime interuertissent si venisset in mentem genus istud loquendi perfamiliare auctori nostro. quod & notaui ad cap. 7. lib. 23. Suspic. bene tamen Pinc. quod cum prius legeretur *sine nutricis femento*, vocem vltimā eiecerit, monitu mss. cod. nam & eis mei adstipulantur.

CAPVT XXX.

Atqui nemo dicitur plus) Pinc. mss. *nemo dicet me plus*. quomodo etiam est in Naz. in reliquis vero; *nemo dicit me plus*.

Maioribus suis debet) *suis* abest mss. Pinc. putatq; idem præterea legendum: *maioribus debeo*. quod pronomen remouet, sero: nam neque comparet in Naz. & Palat. tert. at alterum illud mutari nullo debet modo. attendas quis tantum orationis nexus atque argumento.

Ni sanatus esset) ita aliter in mss. Erasmi. & recte. nam membranę meę omnes perperam; *nisi natus esset*. nec forsan bene duo Pinc exempp. & Pal. pr. *nisi beneficio eius sanatus esset*. elegantius enim hæc subintelliguntur.

An id quod potui & id quod feci meum sit) sic legendum videbatur Pinciano contra omnia mss & hercle etiam omnes membranæ meæ tāquam dē compacto: *quod potui & id quod fecis*.

Per se intueri) hoc est simpliciter, & nullo alterius respectu itaque ne audiamus Pincianum, qui legendum tetur *prorsus intueri*. nam & huic coniecturæ cuncta refragantur calamo exarata exemplaria.

Sed non ideo maiorē omnibus quia primum) Pinc. codd. *non ideo maius omnibus quia pr est*. Pal. sec. tert. & Col. vulgatam fouent lectionem. tantum post *primum* addūt vocem *est*. & sic etiam emendatum videtur in Naz cūm tamen prius fuisset: *maiorem omnibus quia primus est* quod an germanum sit auctoris, iudicent doctiores. ego esse suspicor.

Sed si ad bene viuendum) sic Naz. & Palat pr. sec. mss. tamen Pinc. *bene faciendum*. quod credo errore factum amanuensis. nam alioqui etiam in Pal. tert. est; *sed si bene viuendum*. item in Col. *sed ad bene viuendum*.

Beneficijs, etiamsi non sine tuis, oritur) & hæc lectio manauit a Pinc qui sic corrigere nos ex suis voluit, antea erāt: *beneficiis, sed etiam sine tuis, oritur*, animo meo insane bene, si cum illis subdititiis Pinciani conferantur. nam vult certe auctor noster, ne vitam quidem nos habere a parentibus: vtpote qui sæpius alibi inculcet a cælo eam nobis infundi. reducatur itaque scriptio membranarum mearum, hoc est Naz. Col & Pal. tert. *beneficiis, etiam sine tuis, oritur* nam nec ab ea diuertit Pal sec. in quo tantum amplius est illud *sed*, quod in nlim publicatis comparet. solū fauent Mureti scripturæ Palatini primi excerpta.

Sentiens me dare) Nazar. habet *eum sentiens me dare*. Col. *consentiens me darem*. Pal. sec. *consentiens me dare*. at verbum *dare* abest Pal. tertio, tantumque præfert *consentiens me*. vix ambigo quin lectio cod. Naz. sincerior sit, & redonanda Senecæ.

CAPVT XXXI.

Tu nesciturus an viuerem) mutatur persona in omnibus meis mss. *an viueret*.

Tu vitam dedisti, vt mori possem) fere est vt obelo transfigam duo illa, *vitam dedisti*.

Si exposuisses, nēpe iniuria) proprie facit stomacho meo scriptura Naz. *Exposuisses, nempe iniur*. coniunctio tamen *Si* adest Pal. sec at Col. facit pro mss. Pinc. habetque: *Exposuisse est nempe*. Pal. tert. refert: *Exposuisse nempe*. omnes minus recte, adsensu etiam Pinciani, qui coniunctionem de coniectura delendam putauit.

* *Dirigerem, si bene viuo, ipso beneficio maius*) deleo illa; *si bene viuo*. etsi enim ea eruerit ex nescio quo mss. Pincianus, scio esse a glossatore. nam nusquam apparent aut in prioribus edit. aut in mss. meis quatuor. tantū ea habent excerpta Pal primi; atque hoc ideo quia is liber præcedentem orationis structuram prætermisit; verba inquam illa omnia, *Deinde vt nihil aliud dicam q. b. art. me st. vt e. ad v. it. vita dirigerem*. eorum igitur loco, posuit, *si bene viuo*. quod illud scilicet ex prioribus istis proueniret. hoc primum. deinde rescribamus & cum mēis quinq. & cum pluribus Pinc. chirographis *in ipso beneficio tuo maius*.

CAPVT XXXII.

Quia non tantum ab se) accepit istud a Rud. Agricola Muretus aliique. nec abhorrēt vestigia veteris codicis, in quo erat *abisse* alius addiderat *a*, vt fieret *abisse*, quod restat in vulgg. hæc Erasmus. quodq. ille de veteri suo codice narrat, cuius fidei semper assurgit: idem ego testari possum de Naz. cod. sed & aperte est in Pal. sec. *ab se*.

A a patre dedit Agrippa) penultimam dictionem libens deletam vellem.

Deinde non quærimus, num quis) mss. mei concorditer *Deinde cum quæramus non quis*. illud *non quærimus* prodit a veteri cod. Erasmi. & probo. antea enim vulgabatur, *Deinde non quæramus num quis*.

Parentum suorum supermicant) loco vltimæ vocis habet Naz. & Pal. tert. *superiniciant*; nec aliter præferunt fere

Col. &

Col. & Pal. sec. nisi quod hic retineat *ſFinitum*, ille *ſFinitium*.

CAPVT XXXIII.

Pericula, tot, maximos duces cum max. prem.) inepte hic repetitur dictio *tot*. quæ & Erasmi exulat editione & mss. meis. quare tollatur. ne tamen etiam admittamus quod est in vet. tert. Pinc. *pericula maximos duces tot cum tum maximo*. insulsa enim est, imo sine sensu.

Quod annos suos transiliunt) huius figuræ meminit Langlæus lib. 7. cap. 1. Ocij Semestr. quem vtiliter adibis.

Dic Scipionis patrem. haud dubium est) monuit Pinc. aduerbium *haud* abesse mss. suis. & abest hercle etiam meis. solum est in Pal. sec. sine aspirationis nota, hac facie *aut dub.* sed & Naz. hic repræsentat: *Dici Scipionis patrem dubium est*. Excerpta vero Pal. p. tres priores voces non habent. sed tantum: *At dubium*.

Beneficium viceris) ita Pal. pr. & sec. Naz. & Col. *viceras*. Pal. tert. *vincat*. locum fere insimulauerim vitij. Certe purus putus non est.

CAPVT XXXIV.

Nec danti voluntarium) in prisca lectione tum codd. Pal. & Col. tum Pinc. erat, *sed dantis voluntarium*. ait ipse legendum forte: *sed & dantis voluptarium*. ingeniose profecto. ego nihil possum, testor tantum fuisse primo scriptum in Naz. *sed dandi voluntarium*. vt ex litura liquet.

Quid necesse est multis ? dedit etiam) latet & hic aliquid monstri. nam in membranis meis quatuor: *Quod necesse est ille multis dederit etiam*; quomodo scribendum monuit ex antiquis suis Pincianus. sed ego hæc vt cohæreant non video.

In quo spectauit legem patriam, præmia patrum &c.) visita omnino Fr. Duarenum lib. 1. cap. 40. disput. anniuers. reperies apud eum quæ huc proprie facient.

CAPVT XXXV.

Nostra moneta) notat Stephan. lib. 1. ca. 1. Prood. significari his verbis quædam sumpta ex Stoicorum doctrina. & verum est.

Patris beneficia vinci.) scribit Pincianus in quibusdam codicibus præcedere: *Quid inquit? patris benef.* tale nihil reperi in meis. nec nauci est.

Quam illi dederat) scribamus auctoribus mss. meis & Pinciani: *quam ipse illi dedit*.

CAPVT XXXVI.

Id si patribus idem volentibus contigerit) sic editio Mureti. aliæ quæ eam præcesserunt: *volentibus legibusq. contigerit*. pro quo fuisse in vetusto: *volent. latusq. c.* prodit Erasmus. ego me hinc non extrico. quare tantum subiiciā lectionem scriptorum. Pal. sec. habet: *Id si a patribus id volentibus legibusq. contigerit*. tert. *Ipsi patribus id volentibus latisq. contigerit*. quomodo & superpictum erat Naz. libro, qui alias habebat, *legisq.* at Col. *Ipsi patribus id nolentibus legisq. contig.*

Et desicere nolite: vt vincatis optato.) Scriptura hæc fluxæ fidei: neque a quo orta sit scio. nam prius cusi agnoscunt: *vt vincatis optantes*. nec id sincerum esse arguunt libri. nam ita solum restat in Pal. sec. & tert. atque Col. optimus vero Naz. custodit: *nolite: vincatis optates*. intertextaque dein litera alterius manu factumque *optantes*.

CAPVT XXXVII.

Patrem. ipse eius in infantia leue tutumq. gestamen) recepit in textum Pinciani coniecturam Muretus. erat in mss. omn. *eius infantia leue*. antea publicabatur *ipse cuius infans*. dixi de hoc loco illiusque interpretatione lib. 26. cap. 9. mearum Suspicionum.

Vicere siculi iuuenes) hi vero sunt Amphinomus & Anapias, de quibus certatim poetæ & historici alique. multa quoque Lud. Cælius lib. 11. cap. 17. lect. antiq.

Dissiluisse creditum est ign.) ita etiam Erasmus, annotatque esse a *dissedo*. nec est quod culpem. Significo tātum quatuor chirographos meos retinere *discessisse*.

Hoc est regnum, nolle regnare cum possis.) sic quidē propagatum est per omn. mss. verum haudquaquam placet. libenter rescripserim: *Hoc est regnum, nolle reg.* sententia & aperta & acuta.

Impertiosum T. Manlius) membranæ tres; *imp. quidem Manlius*: Pal. tert. *quidem impertiosum Manlius*.

Qui tum ad tempus relegatus esset a patre) Lipsius li. 2. cap. 15. Elect. nihil hic temere mutauerit: ambigit tamen an non rescribi debeat *cum ad campos*, quia libri vet. vacillent. & quidam *cum ante ad tempus*, inter quos Naz. Col. Pal. tert. quidam, inter quos Pal. sec. *cum ante tempus*. ego inhærens ductibus literarum; ex veteri illa lectione: *ante tempus*, non inuita forte Minerua fingebam: *qui cum ante in rus relegatus*. quam hariolationem vt examinent acutiores, velim. eandem historiam narrat Cicero lib. 3. de offic. Val. Maximus lib. 6. cap. 9. Aurelius Victor cap. 28. de viris illustrib. Hinc interim obseruemus, (monēte P. Fabro lib. 2. cap. 5. Semestr.) Romanis in more positum non solum seruos ac libertos ab vrbe atq; hominibus in agros ad opus rusticum faciundum priuatim ablegare, atque hoc tanquam exilio supplicioque domestico castigare; sed etiam liberos suos. de seruis & libertis res plana ex Ambrosio in Apologia Dauidis, Tacito lib. 13. Annal. Horatio lib. 2. Sat. 7. vers. postremo: Iouenale Sat. 8. vers. 180. Vlpiano L. 35. §. rerum autem. ff. de hered. institut. quæ loca pridem prodiderunt Cuiacius lib. 10. cap. 33. obseruat. P. Faber d. loco. De liberis pœnæ causa rus relegatis a parentibus alterum exemplum habemus in Sexto Rosc. Amerino quem præ odio pater in prædia rustica relegarat, cum alterum filium omni tempore vellet secum esse. id quod ipsi Sexto accusator Erucius obiiciebat, cui oratorium in modum vt responderit Cicero, videatur sua illa pro Rosc. oratione.

Parentis inuisi) recepit hariolationem Pinciani Muretus. quia vel sic legendum, vel certe *in lite* existimabat; cum tamen in omnibus impressis & mss. extaret *parentis inusti*. in Naz. erat *inbiti*.

Accusationis remissa) ita quoque videtur fuisse in Pal. sec. & tert. at Naz. & Col. referunt: *actionis* quod non temere damnauerim. perputent tantum sapientiores vtrum hic magis conueniat.

CAPVT XXXVIII.

Exempla subeunt) est hoc a coniectura Rodulphi, vti prodidit Erasmus. nam in publicatis & mss. expresse: *exempla sunt*.

Sine iniquum fuit, obseq.) addamus monitu scriptorum Pinc & quos ego euolui: *iniq. ac durum fuit, obseq.*

Sibi ipsi dicere potuit) omnes mei concordi calamo: *dicere poterit*. probo.

A filio suo se benef.) sonorior lectio Naz. cod. *a filio se suo benef.*

Quam sibi cedere?) sic quoque margo libri qui publicatus ab Erasmo; at mss. mei quatuor: *quam sibi cedere*: quod etiam expressit in editione sua Erasmus. & fere est vt placeat.

IN LIB. IV. SENECÆ DE BENEFICIIS.

CAPVT I.

Si quicquam habet venale) sic quoque Pal. sec. & Col. at vt dubitem de integritate huius lectionis, faciunt reliqui mss. nam in Pal. pr. est; *sed quicquam venale*. in tert. *sed quicquid venale*. in Naz. *si quicquam venale*, sed ita vt appareat literam expunctam a fine. eam, quoniam ariolatione mea non assequor, haud puto temere deletam. & non male meo animo, vox *habet* hinc exulet; vtpote cum facile nimis subaudiri possit.

Cum virtus nec lucro inuitetur, nec absterreatur damno) coniectaneum Pinciani istud est in cuius vett. mss. *virtus nec lucro inuitet, nec absterreat damna*. vulgg. habent: *cum virtutē nec lucrum inuitet, nec absterreat damnum*. Pal. pr. & tert. *cum virtus nec lucrum inuitet nec absterreat damnum*. Pal. sec. *cum virtus nec lucrum inuitet, nec absterreatur damno*. Col. *cum virtus nec lucrum inuitet nec absterreat damno*. quomodo etiam primum fuit in Naz. sed postea adiecta fuit præpositio factumque *nec ad lucrum*.

mihi

mihi lectio codd. Pinciani maxime videtur sana; miror-que cur eam ipse neglexerit.

Vt cuncta in se impendere iubeat) monuit Pinc. scribendum ex suis chirographis; *vt contra in se.* & sic mediusfidius restituendum ex calamo exarato Palat. sec. tert. Nazar. Col. nam isthæc in primo Palatino desiderabantur, vt pleraque alia Senecæ; ita vt tantum excerptorum nomine insigniri aut debeant, aut possint.

Et sapiens in vltrotributis sit) recta lectio: quamque vetusta confirmant exemppl. ne itaque audiat quisquam librum Pinc in quo; *in multis tributis.* eadem vox etiam apud Varronem. scribitque Liuius lib. 39: *Vectigalia summis pretiis, vltrotributa infimis locauerunt.* iterum lib. 43: *Qui publica vectigalia, aut vltrotributa conduxissent &c.* ἐργολαβίας vocat Plutarchus in Catone Censore. i. *operum redemptiones.* sic namque (vt quidem vult Turnebus lib. 1. cap. 25. Aduersar.) vocatæ fuerunt impensæ & attributiones operum publicorum faciendorum, & sartorum tectorum præstandorum, mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum. vnde factum est, vt *vectigalia*, quibus reditus & fructus populi Rom. constabat, censores pro viribus auxerint; at *vltrotributa*, quibus impensæ sumptusque & erogationes pecuniæ publicæ ex ærario hauriebantur, quoad eorum fieri potuit, pretius diminuerint, & ad minimam summam perduxerint. quocirca significat hic Seneca, sumptum magnum impensasque vietutis caussa sæpe esse faciendas. hæc fere Turnebus. Ant. Augustinus, *vltrotributa* dicta ait operum publicorum, quæ Censores locabant redemptoribus, vel vt ædificarent, vel vt sarta tecta conseruarent, sumptum & impensam: atque ita fuisse appellata, quod cum quinto quoque anno ab omnibus tributa soluerentur Censoribus, ij vice versa redemptoribus tanquam tributum penderent. idem de hac voce prodit Car. Sigonius libro 2. cap. 4. de antiquo iure ciu. Rom. quæ cum non longe abeant ab iis quæ dixit Turnebus, assentior Stephano, putanti hunc sensum istius loci; tantum abesse vt vietus spe alicuius præmij quenquam corrumpat, vt etiam velit impendi cuncta in se ipsam ab eo qui eius est cultor, ac sæpius inter vltrotributa computari possit; id est, inter eas quas facere cogimur impensas. huic metaphoræ fauent quæ habemus fine Epist. 113. *Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat; Me iustum esse gratis oportet. parum est: adhuc illud persuadeat sibi; Me in hanc pulcerrimam virtutem vltro etiam impendere iuuat.* sine translatione est quod scribit hoc libro cap. 12. *Adeo beneficium vtilitatis causa dandum non est, vt sæpe cum damno ac periculo dandum sit.*

Quod feceris. nihil tibi extra) probe. nec secus Palat. sec. & Nazar. Habent quidem Palat. tert. & Colon. *quid feceris.* sed male. peius vero vulgg. in quibus: *Quod si feceris, nihil &c.* sed nec assentior Modio; qui quod reperisset in scripto codice illud; *quid feceris*, suspicatur locum totum ita legendum, *Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate* (male hoc quidam mutant in *gratis*) *fecero? quid? nihil tibi extra promittitur.* minus bene, inquam, hæc vltima Modius Epist. 85. Nou. lect. nam priori illi nostro nihil fortius, nihil subtilius.

CAPVT II.

Non est inquit) Stephanus libro 2. cap. 5. Prodoptεponendum putat, *inquis*; quoniam secundæ non tertiæ personæ verbum deinde ponitur: *De ordine putas disputationem esse?* recte ille. nam & sic Nazar. vetus, Col. & Palat. tert. item ad oram Pal. sec. in cuius textu perperam, *inquis*

Et de potestate eius ambig.) perpende, inquit Pincianus, an pro verbo *potestate*, substituendum sit, *parte.* sequitur enim mox paulo: *Primæ partes eius sunt.* hæc ille. sed nihil hic mutandum contra mss. & mentem Senecæ. fefellit eum minus intellecta vis vocabuli sequentis, *partes*; quæ tamen Lexicographis nota satis: inde petatur. illudque *Primæ partes eius sunt*, sumpsisse videri queat a Terentio auctor noster, prologo Phormionis:

Græci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas partes qui aget, is erit Phormio.

Quid inquit tua refert? videtur & hic tantum non malle Stephanus: *inquis.* mallem & ego. repugnant tamen mss.

Cum voluptate confertur. Contemptrix eius &c. Palat. sec. tert. Col. *cum voluptate conferatur contemptrix eius &c.* prorsus eleganter; sicuti & in alio ms. inuenit Modius Epist. 85. Nouant. lect.

Virilibus incommodis magis, quam isti effœminato bono inserenda. Hæc, mi Liberalis, dicenda fuerunt, quia &c.) posui finem cap. 2. & initium 3. vt vulgo leguntur: quæ sic constituenda ex ms. VVirceburgico quem consuluit Mndius, item ex membranis Nazar. & Colon. cui fere astipulatur Palat. tert. nisi quod vocem *dicenda* præterea retineat. hæc, inquam, sic constituenda: *virilibus incommodis, quam isti effœminato bono.* C A P. I I I. *Inserenda hæc mi Liberalis fuerunt &c.* fefellit interpolatores quod τὸ *familiarior* ad sequentia trahi non posse putabant. ad proximum igitur *inserenda* confugerunt; additis de suo vocibus *magis* & *dicenda*. quæ aliam sibi quærant sedem.

CAPVT III.

Pauperem præferimus) sic etiam Pal. sec. at tert. & Col. *præferamus*; quod idem videtur fuisse in Naz. sed et sublatæ sunt postremæ duæ literæ, relictumque *præferam.* quod sincerum putauerim.

Diebus ac noctibus fundunt) puto eum alludere ad morem qui obtinebat in theatro missilium desuper iaciendorum in vulgus. certe vocem *fundendi* in ea re vsurpat Epist. 75. *Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere Fortunam, & in hunc mortalium cœtum honores, diuitias, gratiam excutere; quorum alia inter diripientium manus fusa sunt, alia impia societate diuisa. &c.* videatur locus; huic enim illustrando oppido facere videtur.

Istud non est beneficium, sed fœnus.) Iucundius est & auribus, & sententiæ conucoicotius quod referunt scripti codd. *Istud non benefic. sed fœnus est.*

Sequitur vt liberales sint) Palat. sec. tert. & Nazar. *vt illiberales sint.* manifeste legendum: *vt illi liberales sint.* quomodo reperi postea in Col.

Dandi causa sit vtilitas) ita Palat. sec. at tert. Col. Naz. vt & vett. Pinc. interserunt vocem, habentque partim *causa sit dati vtil.* partim, *sit dandi vtilitas.* ex quo facit Pincianus *sit dantis vtilit.* quod sane non ita ineptum; nam quantum licet conijcere per lituras, fuit in antiquiss. Nazar. cod. *datis*. erasaque postea literula postrema.

CAPVT IV.

Vtque non dat Deus benef.) recepit hic Muretus suspicionem Pinciani; cum sit in omnibus tam scriptis, quam vulgg. *Itaque non dat.* quod hic reuoco. nam qui isthæc interloquitur, respicit ad superioris capitis extrema verba; exque iis infert, Deum non dare beneficia.

Hoc qui dicit, non exaudit precantium voces, & vndique sublatis in cœlum manibus vota facientium priuata ac publica) in olim editis legebatur *vota facientibus priuata geri ac publ.* sed verbum *geri* expungendum monuit ex vetusta lectione Pincian. neque vero vsquam id comparet in mss. meis. in quibus etiam constanter, *facientibus*. locus iste olim & Erasmo exhibuit negotium. nam in prioribus notis, inquit; non dubium esse, quin legendum sit *precantium*, haud *prædicantium*, vti erat in aliquam multis libris. sed adhuc, infit, videtur vna dictiuncula deesse; rescribendumque. *Vota facientibus, fortuna, priuata gerit ac publica.* quanquam, hac voce omissa, tolerabilis ipsi est lectio; si pro *geri*, legamus *gerit*, vt in hominis personam transferatur mundi gubernatio. nam Senecam multum esse in mutandis personis, interim durum ac subitum;

& hinc interdum obſcuriorem. adiicit deinde, in vetuſtiſſimo codice, in ſpatio quod verſus dirimit, aſſcriptum fuiſſe ſed eadem manu, *non attendit, non gerit;* hunc ſcilicet in modum; *publica priuataq; non attendit.* hæc vir ille Batauiæ ſuæ ſummum lumen. at in annotationum ſuarum appendice ſcribit; Rudolphum pro *vota facientibus*, malle *facientis*; commodius tamen fore *facientium*. ego hic vix audeo hiſcere. nam mſſ. non diſcordant: habentque: *Hoc qui dicit n. o. precantium v. & vndiquo ſ. i. c. m. vota facientibus priuata ac publica.* tātum in optimo illo Naz. etiam ſuperpictum erat illud Eraſmi: *non attendit*; & quidem eadem, vt mihi videbatur, manu. Briſſonius libro 1. de Formulis hunc locum ſic citat: *Hoc dicit, qui non exaudit precantium v. & v. ſ. i. c. m. vota facientium priuata ac publica.* non inepta prorſus lectione, ſed haud etiam meo animo, Senecæ germana.

Quis eſt itaque tam) voluit Pinc. legeremus cum vett. libr. *eſt autem.* & vero ſic legamus, ſuaſu etiam codd. Palat. & Col.

Parum autem id) deſiderari ex vet. lectione verbum *eſt*, ſcribique, *autem eſt id*, prodidit Pincianus; cui adſtipulantur omnes mei; niſi quod tranſponant, *eſt autem id.*

CAPVT V.

Non dat Deus beneficia) Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 4. interrogatiue ſcribit: *beneficia?* vt perinde ſit ac ſi diceret: Itane tandem ais Deum beneficia non dare? alioqui, inquit, neceſſe foret addi verbum, *inquis*. non improbo quæ dicit, ſed nec ſequor. nam haud abſurde verbum *inquis* ſubintelligi queat.

Oculos, aures & animum mulcentia) concinnius mſſ. mei ſine copula; *aures, animum, mulc.*

Vſque in delicias amamur) ſic mſſ. mei; nec aliter legendum ex ſuis monuit Pinc. ne hoc forte quis Mureto acceptum ferat. prius publicabatur *armamur.*

Præbitura commercijs viam, vaſto & nauigab.) ſic Eraſmus ſcriptum fuiſſe opinatus eſt. Pincianus vero caſtigat ex ſuis membranis: *commercia mari, vaſto & nau.* prius edebatur; *præb. commercia via vaſta & nau.* a quo non longe recedunt Pal. ſec. tert. Naz. Col. in quibus, *præb. commercia via vaſto & nau.* fere ſuſpicor fuiſſe; *præbitura commercia auia vaſto & nau.* nam cur illud *mari* quod præferunt Pinc. mſſ. non tolerem, facit quoniam de fluminibus ſolis auctori ſermo.

Vt anhela & feruenti) Pinc. mſſ. & mei: *vt arida & feru.* quod cur excludamus?

CAPVT VI.

Tot flumina emiſit in aera, ſuper quæ decurrunt ſola aurū vehentia) ſic Pal. ſec. & ſic quoq; editi ab Eraſmo. at Pinc. quod nō inueniſſet præpoſitionē *in*, penes ſcripta exēpp. putauit ſic emendādum: *arenas ſuper quas decurrunt ſolida auri vehentia.* quod mihi nō ſatisfacit: nec tamen poſſum melius. tantum pronuncio, locum inſanum, locum mutilum. habet Pal. tert. *tot flumina era ſupra quæ decurrant &c.* Col. *tot fl. emiſit ſuper era quæ decurrunt &c.* Naz. *flumina emiſit ara ſuper quæ decurrunt ſolū aurum vehētia.* ſic quidem ille, ſed ex emendatione alterius. prius erat: *tot flumine miſit era ſuper quæ decurrunt ſola aurūs veh.*

Num mediocre munus v.?) mſſ. omn. *nay mediocre munus v.* quod non contempſerim.

Ad aliquam tantum oblectationem) Lipſius lib. x. Epiſt. quæſt. 10. verius putat, *ad aliquantam oblect.* Turnebus lib. 16. cap. 5. Aduerſar. hæc aliter allegat, nempe; *ad aliquam tamen obſeruationem.* quod, quæſo, vt docti examinent. nam & ſic omnes mſſ. ſecutuſque eoſdem Eraſmus: monuit ſolum alias legi, *tantum oblectationem.* quod ſi admiſerimus, fingi forte poſſet; *ad aliquam tantum oblectationem?* ſed forte inquam.

Ad conſtitutum tempus) mſſ. quatnor: *ad conſtitutum temporum.* quod an non altero illi potius, diiudicabunt docti; imo vero, an non *ad conſtitutum* hic ſtare poſſit abſque alia voce.

Nunc ad ſurgentem iam æt.) prætulerim quod in omnibus membranis; nunc *adſurgentem* vnita voce. quanquam & hic ſubodoror vlcus; aut potius hiatum.

Diei ſugienti vitæ terminum pon.) Pal. ſec. & Col. item Naz. *Deus ſurgenti iuuenta termin.* Pal. tert. *Deus ſurgenti iuuentute term.* non dubitarim reſcribere; *dies ſurgenti iuuenta term. pon.* nam lectionem vulgatam, adulterinam eſſe quouis contenderim pignore.

CAPVT VII.

Natura, inquit) Acidalius, ſub finem lib. 2. Velleian. Lectionum, legit: *inquis.*

Tibi licet aliter hunc auctorem rerum noſtrarum compellare, & Iouem illum &c.) citat idem Acidalius *rerum & naturarum compell.* neſcio an ex emendatione Lipſij; nam ipſe adhibita leui traiectione, reponit: *auctorem rerum compellare. Et Naturam & Iouem optimum max. &c.* vulgato reſpondent Pal. ſec. & Naz. habet tert. *aliter hunc actorem rer. noſtr. comp. &c.* Col. *aliter habent auctorem rer. noſ. comp. &c.*

Optimum ac maximum) Proprium hoc & peculiare Iouis cognomen, & quidem vt Cicero lib. 2. de Nat. Deor. obſeruauit, *ante optimus, id eſt beneficentiſſimus, quam Maximus*, dicebatur: *quia maius eſt, certeque gratius, prodeſſe omnibus, quam opes maximas habere.* idcirco Plinius in Panegyr: *Parens hominum Deorumque, Optimi prius deinde Maximi nomine colitur.* Iouem autem idcirco Opt. Max. veteres appellaſſe Cicero lib. 3 de Nat. Deor. docet, *quod eos ſaluos, incolumes, opulentos, copioſos efficeret.* quo in genere loquendi ſuperlatiuum pro poſitiuo poni, & nulli comparari, Donatus notauit. cuius dicti hanc eius interpres Seruius rationem reddit, *quia non ſunt alij Ioues, quorum vnus bonus, alter melior ſit, vnde poſſit hic dici optimus.* hæc carpeim ex Briſſonij lib. 1. de formul. quem legat bonarum rerum auidus.

Et Tonantem) huius cognominis meminerunt Dio lib. 53. Suetonius in Auguſt. cap. 29. Plinius lib. 2. cap. 8. lib. 34. cap. 53. Sext. Rufus & P. Victor in regione VIII. vrb. & nummi Auguſti. enumerat Briſſonius d. libro.

Et Statorem) de eo Cicero lib. 3. de finib. & orat. 1. & 2. in Catilin. & Philipp. 2. Liuius lib. 1. Ouidius lib. 6. Faſt. Plinius lib. 2. cap. 53. Plutarchus in Romulo, & in Cicerone. Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 4. D. Auguſtinus lib 3. de ciuit. Dei. Auctor de viris illuſtribus cap. 2. Seruius in 8. Æneid. & hæc Briſſonius.

Acies Romanorum fugientium ſtetit) apage illud, *ſtetit*, muteturq; in *ſtitit.* quod olim annotaram; cum inueni ita quoque exprimere cum Lipſio, egregium iuuenem Iacobum Scheckium Notis ad Velleium. locus tamen vbi iſtuc Lipſius, non memini legere.

Statiliſq; eſt. Briſſonius d. libro videtur hoc loco legiſſe: *Stabilitorq; eſt:* ſic enim citat ex Senecæ lib. 4. de beneficiis, adiungitque D. Auguſtinum lib. 7. de ciuit. Dei cap. 7. & ita ſane, ne quid diſſimulem, habent omnia calamo exarata exempp.

Vim aliquem effectumque cæleſtem continentia.) ſic etiam editio Eraſmi. at mſſ. omnia: *effectumq; cæleſtium rerum contin.* quod idem in chirographis Pinc.

CAPVT IIX.

Quod ab eo primum inuenta ſeminum vis eſt) diuertunt mei manu depicti; in quibus; *quod primum inuenta ſeminum vis eſt*: abſque voculis duabus *ab eo*: quæ debentur manuſcripto Eraſmi: quod & probat, vti prodit in annotationum ſuarum appendice. ſed enim cum offenderim in Pal. tert. *quo primo inuenta &c.* fere eſt vt ſerio ſuſpicer prius fuiſſe: *cui primum inuenta.* ſcilicet antiqua ſcriptura habebat *quoi primum*; cepit id blennus aliquis amanuenſis pro *quot*; deinde doctior quis mutauit in *quod*: adiecit denique duas illas voces *ab eo*, ſcriba curatior; ad faciliorem ſententiæ ſenſum.

Quia ratio penes illum eſt) poſſet aliquis ſuſpicari hic

aptius

optius futurum *quia oratio*; sed chirographi omnes, illud *ratio* mordicus retinent. & cum scriptura illa non infeliciter defendi possit, absit vt ego eam impuris sollicitem vnguibus, qui alios ne quid tale faciant seuere soleo monere.

Quumq; lassata fuerit) malim; *quando lassata* cum mss. Pal. sec. tert. Col. erat in Naz. *quandoq;*.

Sed idem est vtrumq; nec distat. Officium si quod) dubitat Modius an Latine dicatur *accipere officium*, corrigitque indicio membranarum Herbipolensium, quibus fauent Col. *nec distat officio si quod.* publicati prius; *vtrumque nec distat officium. Si quod.* ex quo faciebat Pinc. suasu mss.; *nec distant officio*, quod & in Pal. tert. Pal. sec. habet vna voce minus, legitque; *nec distat. si quod.* at Naz. alia vidiatur, scribitque; *vtrumque distat officio. si &c.* monet Erasmus vet. cod. habere: *nec differt officium.* quod tamen ei displicet.

Sic hunc) ita cupiebat Agricola, approbabatque Erasmus: vt subaudiatur *Deum.* at omn. mss.: *sic nunc*: quod non eiecerim. considerent modo orationis nexum doctiores.

Fortunamq;) particula, *que*, superuacua, ex lectione vet. & Pinc. & meorum.

CAPVT IX.

Sed ne in aliam disputationem ex obliquo abeam) opinor hoc esse a Pinc. nam olim impressi. *ne aliam disp. ex obl. habeam.* quod ita vt expressum est contra omnia exempp. emendabat Pinc. poterat quis propius ad literarum figuras: *sed ne aliam disp. ex obl. adeam.*

Dicis, inquit) Naz Col. Pal. sec & tert. *Dicitis.* quod admiserim. idem enim iterum habemus cap. 12. initio. sed & subsequens illud, *quaeritis*, ita omnino scribendum euincit.

Arenis committunt nostram vtilitatem) lego cum Naz. Col. & Pal. tert. *committant.* Veneta editio interserit: *committant pro fructu est. nostra.* quod tamen nusquam comparet in mss. meis. a spacio in contextum translatum monuit Erasmus. quod tamen idem putat, adiecisse alterum quempiam: *Quod si verum est nostram*; minus recte iudicare puto. nam voces illæ manifeste extant in modo citatis membranis. quib. & suffragium suum impartit etiam Pal. sec. in quo est *committent*: legamus itaque suppleamusque: *arenis committant. Quod si verum est, nostram vtilitatem.* chirographis hisce adsentire alios qui VVirzeburgi, tradit Modius Epist. 85.

Praterea quaeritis cui dandum sit beneficium) ita Romana editio. in eiusdem vero annotationibus monet Muretus, fortasse legendum; *quaeritis quomodo detis beneficium.* priores impressi habebant, *Praterea quaeritis beneficium.* quomodo clare etiamnum custodiunt Pal. sec. tert. & Naz. posterius editi: *Praterea quaeritis cui beneficium.* quorum insistens vestigiis, scribit Stephanus Epist. 4. ad Dalec. *quaeritis vbi & qui dandum beneficiū* vel, *detis beneficiū.* vt duo sint, *vbi* & *qui*, quæ istis duobus Senecæ respondeant: *quocunque loco & quocunque modo daretur, beneficium erat.* vbi idem Steph. causalem particulam deesse putat, & scripsisse Senecam: *Nam quocunque loco.* quamuis multis in locis hanc particulam non librarij omisisse, sed ipse neglexisse videatur. Cæterum ideo *vbi* & *qui* potius quam *vbi & quomodo* scribit Stephanus; quoniam quo breuiores erant voces, eo facilius prætermitti potuerant. Erasmus in annotationum suarum appendice indicat fuisse in vetusto cod. *Praterea quaeritis cui detis beneficium.* ego non me interpono. nam Coloniensibus illis non malis membranis sic omnino legitur: *res expetenda est. que quocunque loco & quocunque modo &c.* non apparentibus vsquam quindecim vocibus intermediis.

Quocunq; loco & quocunque) scribamus cum Pinc. libris, *qua quocunque.* addita vocula. nam & sic Pal. sec. in tertio nulla est. Nazar hic interpolatus est, videturque prius habuisse: *res esset. qui enim quocunque loco.* quod postea mutarunt in *res esset. quod enim quocunque* vnde suspicio mihi scribendum: *qua enim quocunque loco.*

Propter vsum) ita inepte legi annotat. Muretus, reponitque: *propter ipsum.* quod idem antea extabat in editione Erasmi. nec aliter pol mss. mei cum Palat. tum Colon. quibus accedit liber vetus a Modio perlustratus.

Vt beneficium sit) probe mss. vna dictione amplius; *vt quandoque benef.*

CAPVT X.

Non tamen semper reddam &c.) notat ad hæc Iurisconsultus quidam, posse etiam iustas esse causas vt nondum reddat: quid enim, inquit, si res sit in prouincia, vel in horreis quorum aperiendorum non sit facultas, vel conditio depositionis nondum extitit? L. 1. §. est autem ff. depositi. Bona quidem verba, mi homo. sed nihil ad Dionysium. non enim hic agit Seneca de talibus caussis, quod quiuis videt qui proxime sequentia perlegat modo.

Turpissimum genus perdendi est) nescio a quo hæc sit lectio. nam antea erat *genus dandi est.* quod in *damni* mutatum volebat cum antiquo cod. Muretus; innuens forte membranas quas citat Epist. 85. Modius. quibus nimis bene assentitur meus ille, imo vero Bibliothecæ Palatinæ, Nazarianus.

Quod existimas) insere indicio mss. *quod tu existimas.* nam & sic quoq. libri quos consuluit Pinc.

CAPVT XI.

Non auarum, non tenacem) & Modio & mihi impensius placet lectio scripta Herbipol. Palat. sec. Nazar. Col. *non auaro tenacem*, vt auctor medium innuat inter auarum & prodigum. huic scripturæ faciunt & membranæ Pinc.

Non dabo absfuturo semper) lepide isthæc implent aures meas, nec aliter Palat. sec. at Modius tamen Epist. 85. Nou. lect. manult voce *non dabo* omissa: *longinquasque regiones absfuturo semper*, vti est in veteri suo; cui tibicines addo Nazar. ac Pal. tert. a quibus non ita longe abit Col. in quo, *longinquas regiones, sed absfut.* vnde fit vt suspicer fuisse *longinquasque regiones, & absfuturo sem.*

Non enim habeo tempus recipiendi) sic & prætulit margo editionis Erasmianæ. placetque Modio; vt & mihi; cum sic offenderim in plerisque scriptis lib. fortius tantum videtur, dictione transposita: *habeo recipiendi tempus* quomodo concipit Nazar. cod.

Nauem & domus & instruimus.) Palat. sec. tert. Naz. Col. *& struimus.* quod impense placet. simplex enim idem pendet quod compositum, vti alibi docere conor.

Debitores nobis deos delegat) sic quoscunque vidi antiquitus editi. videtur tamen alibi legisse Turnebus *Deos derogat.* nam id ipsum reformat ad alteram illam faciem lib. 12. cap. 9. Aduersat. bene prorsus. nam verbum istud familiare Iurisconsultis: significatque vice sua alium reum dare creditori, vel cui iusserit. l. 11. ff. de nouat. & deleg. sic in toto illo tit. & in l. 45. ff. mandati. l. 21. ff. de donat. L. 41. de re indic. vide & Brissonium lib. 4. de verb. sign. vtitur iterum noster lib. 7. cap. 19. de benef. Epist. 18. & 27. aliasque sæpius.

Precaturq; vt illi) concinnius videtur quod retinet Palat. tert. Nazar. & Col. *precaturque illi*, exclusa particula, *vt.*

Cum in ipso vita fine constituti sumus) legerim: *cum ipso vitæ fine constitimus*, vt est in Palat. tert; nec nimium discedit Pal. sec. qui habet: *cum ipso vita in fine constitimus.* vt nec Col. in quo: *cum ipso vita in fine constitimus.* Nazar. interpolatus est, habetque, *cum in ipso vita fine consistimus.* prius fuit: *in ipso vita finem constitimus.*

Cum testamentum ordinamus) locutionis istius plura cumulat exempla Brissonius lib. 13. de verb. sign.

Tamdiu officiorum mali Iudices) quin imo Nigrinus apud Lucianum testatur Romanos veras demum voces tunc cum suprema sua ordinant mittere, nudaque eorum pectora in testamentis patere: itaque dum viuunt, sua ipsos veritate non vti, frui: ad alios demum eius fructum peruenire. sed de hac tota re consulatur Brissonius lib.7. de formulis.

Ac incertissimum vitium, voluptas) miror cur hactenus nemini arriserit scriptura vera quamque prodidit etiam ora edit. Erasmi: *inertissimum vitium*. ea nunc demum me suasore recipiatur in textum : vtique cum auctoritatem suam ipsi quatuor mei commodent mss.

Nec quicquam cura sanctiore componimus) Modius Nouantiq. lect. Epist. 85. probum istud arbitratur. admonet tamen in quibusdam membranis disertim legi: *curatiores componimus.* credo: & originem mendi hanc dico, quod scriberetur olim *cura sctiore*. quomodo adhuc est in Pal. sec. & Naz. vnde est quod præferat Pal. tert. *cum sanctione.*

CAPVT XII.

Cum creditum dicimus) explicat hæc ipsa Ræuardus ad legem Scriboniam: quem non frustra consulas.

Legem scimus nihi iniustiq, regulam) regulæ vocabulum ab architectis sumptum est. vnde noster Epist. 11. regulam eam ostendit esse, ad quam examinentur, quæ recta sunt; quæ praua, corrigantur: vbi ex Epicuri præcepto sic scribit: *opus est inquam aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam, praua non corriges.* Et Epist. 20: *Vnam semel ad quam viuas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqua.* Plura require a P. Fabro ad L. 1. ff. de diuers. reg. iuris.

Reum gratia laborantem) ad hoc notat quidam; id est, oppressum. res nihili est, sed tamen dicam: si illustrare volumus auctorem, ne et tenebras inducamus vice luminis. Sane *laborare gratia, & gratia opprimi*, multum differũt: *laborat*, cui illa oneri est: *opprimitur*, qui ei non est ferendo ideoque succumbit. quid ergo? gratia pressum, reddere debuisset. sic noster infra lib. 6. cap. 8. *quosdam ipsa quos promebat potentia eripuit &c.* potentia enim & gratia idem; significatque hæc copiam plurimorum amicorum, vt patet ex Ciceronis orat. pro Quinctio: *P. Quinctius cui tenues opes, nullæ facultates, exigua amicorum copia sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat.* ad quem locum videantur Hotomani commentarij: plura enim adfert exempla.

Suspensum amici bonis libellum) debitore frustrationis causa & in fraudem creditorum latitante, libelli de eo in celebertimis vrbis locis proponebantur, ac bonis eius suspendebantur: hos eorum amici procuratoresue, qui absentem defendere, vel pro eo soluere parati erant, deiiciebant. sic Cicero pro Quinctio, de eius bonis proscriptis agens: *De quo libelli in celeberrimis vrbis locis proponuntur.* & alias: *Libellos Sext. Alfenus procurator P. Quinctij familiaris & propinquus Sex. Nauij deiicit.* & postea: *ergo affuit; non passus est, libellos disiecit.* Hæc Brissonius lib. 6. de formulis. quibus similia Turnebus lib. 12. cap. 9. Aduers. adeatur & Ræuardus lib. Protribunal. nec non Torrentius in Suetonij Claudium cap. 9.

Et Tiburtinum emere paratus) ita etiam editio Erasmi. & Pal. sec. at tert. & Naz. non habent voculam *emere*. quare non est causa cur non exosculer lectionem cod. Col. *Tiburtinum comparaturus.*

Quid reddit beneficium? Dic tu mihi quid reddat iustitia) sic quoque Pal. sec. at in Naz. est: *Quid reddat beneficium? dic tu mihi quid reddat &c.* verum libro Colon. priora illa omnia absunt, solumque habet: *Quid reddat iustitia*; cui accedit propemodum Pal. tert. qui habet: *Quid redit iustitia.* ambigo hercules, an sex illas voces quas dixi, pro adulterinis habere debeam, an potius reducere quod annotatum est ad Naz. cod. *Quæris quid reddat beneficiũ? Dic tu mihi.*

Si quicquam prater ipsas petis?) inepta lectio & cui se opponunt omnes mss. in quibus: *prater ipsas non petis.* vnde ingeniose profecto Modius repetita voce: *Si quicquam præter ipsas, ipsas non petis.* nam repetit inquit quod sæpe dixerat, honestum propter se ipsum solum expetendum: atque hoc qui non facerent, non virtutes, etiamsi alioqui viderentur, sectari, sed aliquam ex eis vtilitatem. Hactenus ille. quibus animus mihi additus, hæc penitius examinandi; dicendique porro, resectis prioribus illis litigiosis vocibus, sic constituendum locum: *Respondebo bonam conscientiam. Quid reddit iustitia, quid innocentia, quid magnitudo animi, quid pudicitia, quid temperantia, si quicquam præter ipsas non petis?* sententia aperta. quæstionem quæstione soluit. & tantundem reddere ipsum vult beneficium quam ipsæ reddere solent virtutes quæ bona coluntur fide.

CAPVT XIII.

Mundus in quid incessum) purius arbitror quod ex antiquo cod. citat Epist. 85. Modius, *In quid mundus vices suas absoluit.* fons meodi inde; quoniam *assoluit* inuenerunt in membranis. quod sic concipitur in Naz. *In quid mundus vices su A S soluit.* scripsi duabus maiusculis, vt sciret lector geminandam postremam penultimæ vocis syllabam. alludit huic rei ms. Col. in quo: *in quis quid mundus incessis assoluit.* quomodo fere Pal. sec: *Mundus inquit incessu absoluit.* Criticis, quibus triti codices pluteari, satis dixi.

In qua cadat) sequamur membranas omnes, quę referunt, *cedat.*

Inerti ocio assuefacere corpusculum) ita forte legendum innuit olim Pincianus: quod nunc video auide arripuisse Muretum, & deinde nescio quem alium I. C. dissimulato tamen vnde sumpserant auctore. at ego potius reduxerim lectionem veteris Nazar. Col. Pal. sec. tert. *inertis ocij facere corpusculum.* plano & eleganti sensu. si cui tamen minus placet, is norit narrare Erasmum, subnotatum in vetustiss. cod. *farcire*, pro *facere*, idemque certe repertum mihi supernotatum Nazarianis membranis.

Securitatem soporis simillimam) vndique sublegit sua Muretus. nam istud *soporis* a coniectura esse Agricolæ prodit Desiderius; quod ei minus abblandiretur lectio vulgg. mssq. *sec. sopitis similem.*

Nobis voluptas est benef.) sic mss. mea. antiquum tamen exemplar Pinc. *virilis nobis voluptas.* si quid video, minus sincere.

Dum alios a periculis extrahant) potior lectio Pal. tert. *alios per. extr.* sciat tamen lector antiquum Naz. & Col. præferre: *dum aliorum periculis extrahant.*

Alioquin nobis non illi damus) longe sanius in quatt. mss. *alioquin nobis illud damus.*

Mango venalibus) iterum noster epist. 80: *Detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant.* Venalium nomen, quemadmodum Quintilianus lib. 8. cap. 1. scribit, cum commune sit omnibus rebus, quæ mercis numero habentur, tamen peculiariter seruis nouitiis tribuitur. de iis L. 11. ff. de negot. gest. Plinius lib. 35. cap. 17. Quinctilianus declamat. 338. Suetonius in lib. de claris Rhetoribus. Arpocration in X. Rhetoras. Theophilus §. 1. de societate. notant Brissonius lib. 19. de verb. sign. & Fornerius ad L. 207. de verb. sign.

CAPVT XIV.

Vt ait Ouidius) excerpta Pal. pr. *vt enim ait Ouid.* quod probarem, nisi vulgatum propugnarent alij mss. quatuor.

Pudicitiam timori præstitit, non sibi) abblanditur mihi meum somnium, quod volebat, legi posse: *non fidei.* vt videlicet oculos flexerit Seneca ad illud Propertij lib. 3. Eleg. 4.

Omnis enim debet sine vano nuntius esse,
Maioremq; metu seruus habere fidem. verũ huic tantum quisque credet quantum par est credi somnio. nam vulgata scriptura nihil fuerit etiam argutius, si, *non sibi*, interpretemur; non propriæ conscientiæ.

Et non habens propositum, quanto ei quis præstat) nec hæc lectio proba videri queat. nam chirographorum meorum nul-

nullus habet dictionem *&c*, leguntque omnes non *qui* sed *cui*. estque insuper in Pal. tert. *non habenset propos.* in Naz. *num habens prop.* vt fere putem reponendum: *vnum habens propositum; quanto ei cui praestat bono futura sint.* scito tamen lector præferre Col. *non habens propositũ, nisi quanto ei cui pr. b. futura sint.* quod probare quis posset, si niteretur aliorum etiam librorum auctoritate. quondam; quod in Veneta editione annorum centum; *ei cui praestat*, suspicabar de syllaba absorpta, propter similitudinem literarum, reponendumque: *non habens propositum, quam quanto ei cui praestat bono futura sint.* quod iam spreuerim præ altero illo meo coniectaneo, aut adeo scripta Coloniensis cod. lectione.

CAPVT XV.

Per se expetendum) præpono lectionem codd. chirogr. *per se expetenda.* vt subintelligatur *res*; quæ dictio adsuta margini mss. Colon.

Vt non libentius eum videat) negatiua vox exulat mss. meis quatuor: meo animo recte.

Inesse illis rei propriam quandam vim) mss. iidem omnes *proximam quand.* nisi quod Naz. cod. scriptura vltimam requirat literã, quæ deinde tamen adiecta alterius manu.

Adeoque nos ad beneficia non impellit vtilitas) sic quidem Palat. sec. at Nazar. *Adeoque quod benef. nos non imp.* Pal. vero tert. & Col. *Adeoque quod ad beneficia non impellit.* suspicor fuisse primum: *Adeoque quidem ad beneficia non impellit vtil.*

Indulgere tam naturale, quam liberis prauis) manu scripti omnes tum mei tum Pinciani; *naturale est, quam lib. paruis* prius verbum admiserim; vix etiam alterum.

CAPVT XVI.

Iisdem etiam hoc colligemus) prodiit istud ex mss. Pinciani, vti ipse fatetur. sed enim mihi potior est scriptura prius recepta, *collegimus*, eamque seruant libri mei tres: in Pal. tert. eius vicem est, *intelligimus*.

Quid autem cum tibi narratur de eo, qui aduersus summa benef.) Naz Pal tert. & Col. *Quid autem cum tibi narratur aduersus.* additum tamen Nazario, alterius dextra: *narratur qui aduers.* quę lectio mihi non ingrata. Pal. sec. habet: *Quid autem tibi videtur, cum tibi narratur de eo qui aduers.* vt oriri possit suspicio hic aliquam multa deesse. nam & mox pro eo quod fabricauit Pincianus *quomodo id feres?* Pal. sec. tert. & Col referunt, *feceris.* nec aliter Naz. etsi interpolatum ab alia manu; cum prius habuisset; *feceris.* & item *feceris* prætulisse Pinciani lectionem antiquam, castigationes eius testantur.

Puto nequam hominem existimas) arbitratur Ræuardus ad L. 129. de reg. Iuris, Senecã respexisse ad formulam illam, qua interdicebatur prodigo bonorum suorum administratio; extatque apud Iul. Paulum lib. 3. tit. 16. Sentent. *Quando tu bona paterna habitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi are commercioq. interdico.* vis verbi eius ex Donato petatur, vel Gellio.

CAPVT XVII.

Metus? nullus ingrato) scribebatur antea: *Metus nullus ing.* quæ interpunctio Senecæ corrumpebat sententiam. non inuitamur, inquit, ambitione, aut lucro, vt grati esse velimus. quid igitur? metune coacti huc descendimus? multo minus: ingrato enim nulla metuenda lex: in solam ingratitudinem actio iure nulla datur. Modius Nouant. lect. Epist. 85.

Superuacuum est enim, quo natura imus, impelli) quomodo hic accipiatur vox, *superuacuum*, postula ab Ræuardi Comment. ad L. 81. de Reg. Iur. qui tamen citat, vti & alias vulgatur: *Superu. est, inquit, in nat ius imp.* at monuit Pincianus esse in aliquot suis: *Superu. est enim in quod natura imus impelli.* in aliis breuius: *Superu. est in quod imus impelli.* atque hercle in Pal. sec. & Naz. legitur: *Superu. est enim in quod imus impelli.* quod amplector. nam sic fere etiam Pal. tert. & Col. nempe *in quod imus imp.*

Quem cum nascitur trahit) mutant membranæ Nazar. Col. & Pal. tert. *quemadmodum nascitur trahit.* at Pal. sec. *quemadmodum quod nascitur tr.* quare Modius forte faciendum putabat: *quem adeo dum nasc. tr.* quæ diuinatio placet.

Placet suapte natura: adeoq.) cum litera plus sit in mss. omnibus, capior legere & distinguere: *placent suapte natura. Adeoque.* vt prius membrum ad vocem *honesta* respiciat. hoc ipsum video etiam arrisisse Pinciano, membranarum suarum suasu.

Spec. aliquam induat recti?) ait Pinc. codd. esse in quibus, *inducas* vulgato assentiuntur mei mss. tres. at in Col. est: *aliquam recti fecit aut induat.* Ego *aliquam induat recti*, retinuerim.

Volet quoque eis videri, &c.) mss. mei & Pinc. auctius: *quoque etiam eis*. probo.

Vt animi causa malus sit) ita exempp. mea quatuor; & sic omnino legendum. capitur hic vox *animi* eo sensu quo Plauto Epidic. Sc. prima. vbi agit de altera amica adolescenti empta: *Cur eam emit? TH. animi causa. Ep. quot illic homo animos habet? &c.* ne itaque obaudiamus Pinciano; qui quod extitisset in aliquot libris *vt enim causa*, scribendum forte putauit; *vt inani causa mal.*

Die ergo cuilibet) turbat hic vox media. scribo cum Pinciani libris simul & meis *Die enim cuil.*

Lumen suum præmittit) tolerari hæc posset lectio, nisi refragarentur mss. mei quatuor in quibus *permittit.* quæ vox hic satis etiam conuenit, vti sciet cui libebit adire Suspicionum meatum libellos. ibidem enim aliquoties verbum istud auctori nostro aliisque restituo.

CAPVT XVIII.

Ac vilissimus) Col. habet: *ac becillissimus.* Palat. sec. auctior est; *delectabilis ac bellicissimus.* itaq; vix ambigo quin restituendum sit, ex Pal. sec. & Naz. *ac bellissimus.* recte enim & contra naturam rerum aliarum hominis sanguinem bellissimum vocat, & tamẽ facillimum haustu: cum alias soleant difficilia esse quæ pulcra; rara, quæ cara.

Quacunq. vega nascuntur) sic alterius emẽdatum manu extat in Naz. at is tamen vt & Pal. sec. tert. Col. præferts *nascebantur.* prior scriptura sustentatur auctoritate vet. cod Erasmiani.

Hominem imbecillitas cingit) ita quoque superpictum codici Naz. cum scriptum extet *imbecilla*: quod idem apparet in Pal. tert. & Col. at in Pal. sec. additur *imbecilla vis cingit.* omnino inepte. quare fere est suspicer reponi posse antiquam vocem; *hom. imbellia cing.* notat autem ea vox vt ex Festi constat abbreuiatore, *belli inscientiam.* & ad alia extendi posse, quiuis videt.

Qua illum obnoxium ceteris, validissimum facerent) ita Muretus, ex Erasmo, qui sic legi posse autumabat, quoniam cum vulgo legeretur: *obnoxio quolibet validiss.* offendisset in vno manuscripto *ceteris obnoxium*, in altero vero; *illum obnoxio validissimum f.* additq; sentire auctorem, hominem vt inermem, ceteris omnibus expositum iniuriis, sola ratione & societate tutum esse. Pinciano videbatur legi posse: *qua illum a noxio, quamlibet valido, securum faceret* si licet, fecerim minore licentia: *quæ illi obnoxium validissimum facerent.* nam certe in Naz. antea legebatur *obnoxiom*, erasaque ab alio quopiam nouissima litera legit: *illum obnoxio validissimum facerent* cui assentantur Pal. sec. & Col. babet Pal. tert. *illum obnoxio validissimi facerent.* editionem Mureti, non improbare videtur Stephanus lib. 2. Prood. cap. 8.

Rerum potitur) sumpsit & hoc ab Erasmo Muretus, vti & monuit d. cap. 8. Stephanus. & vero sic quoque mss. mei omnes, ne quis forte eleuet bonitatem chirographorum quibus vsus Bataniæ ille Phœnix.

Si diduceretur) reducatur scriptura librorum meorum quatuor: *si seduceretur.*

Sed quia aliud illi timendum) ita & Erasmi editio. verum cum restet in Pinc. & in omn. meis, *aliquid*, puto corrigi posse: *quia aliud quod illi.*

CAPVT XIX.

Proiecisti illum extra mundum) ita Muretus: & subodorot fere vnde. at membranæ tamen omnes: *extra metum.* quod nimis quam acute Lipsius mutat in *extra metam.* nempe, ita sensit Epicurus, deum non tangi rebus humanis, non iis curare. atque vt id pronius suasu esset, posuit eum suo quodã & proprio loco, non supra solum,

ſed extra mundum. tangit iterum hanc ſententiam lib. 7. infra: *Alius Dis obicit neglegentiam noſtri, alius iniquitatem, alius illos extra mundum ſuum proiicit.* vbi eodem etiam proiiciendi verbo vſus, quod parum apte hic de *metu*. at in *meta* verbo, adpoſita etiam metaphora, quaſi extra limitem omnem huius ſtadij & finem. hæc amicus ille noſter magnus lib. 2. cap. 9. Elect.

Hunc igitur ſeptum) calamo exarati Palat. tert. Nazar. Col. legunt *igitur inſeptum*. quod verbum ſi admittimus, non negabit, vt vult apud Feſt. Paulus, ſed vero affirmabit magis: quemadmodum *inuinctum* pro valde vincto ponitur Calliſtrato I. C. in l. penul. ff. de lege Fabia.

Nulla ſpe, nullo pretio inductat) rotundius videtur quod cuſtoditur quatuor meis mſſ. *nullo pretio inductus, nulla ſpe.*

Eſt aliquid per ſe expet.) reſtituo ex lectione libror. Pinc. & quos ipſe excuſſi. *Eſt ergo aliquid, &c.*

CAPVT XX.

Qui gratus eſt, quid ſequitur?) Palat. ſec. tert. Col. verbo minus, *Gratus eſt, quid ſeq?* Naz. prorſus interpolatus eſt, nec facile cuiquam cognoſcere quid prætulerit, niſi quod videatur fuiſſe: *Gratus quid ſeq.* altera lectio eius habet: *Gratum eſſe quid ſequitur?*

Si animo eius obu. ſpes, ſi captator eſt, & hamum iacit: vt aues, lectio ſordida. ſcripſerim potius; *ſi animo eius obuerſatur ſpes lucri, captator eſt, & hamum iacit. Vt aues, &c.* aperta ſententia. verbum addidi, ſed beneficio quatuor mſſ. in quibus forte vitioſius: *obu. ſpes, ſi lucri captator eſt, &c.*

Circa cadauer volat) comparationem hanc iterat Epiſtola 95. vbi me vide.

CAPVT XXI.

Intra conſcientiam occluſus eſt) & Pinc. & mei mſſ. fere, *conſ. cluſus eſt*. quod non contempſerim.

Atqui hic) recepit a Pinciano Muretus qui ſic coniiciebat, cum habeant mſſ. omn. *Atque hic*.

Supereſt, non vt) additur vox antiquis libris: *supereſt mihi, non vt.* probe.

Quicquid defuit, fortuna peccat) ſic Naz. Col. Palat. ſec. tert. nihilo tamen deterius eſt quod mſſ. aliquot Pincian. *deficit.*

In contrarium traducit) prius vulgati. *in contr. tradidit*, quod firmant Col. Palat. ſec. & tert. etiam Naz niſi quod ei abeſt præpoſitio *in*, quæ tamen poſtea ab alio quopiam ſuperpicta eſt. Pinciani exemplaria quædam repræſentant, *in contr. vertit.*

Perfidia ſupplicio affici) ſic Palat. ſec. nec aliter fere tert. & Naz. nempe *ſupplicis*, cuius penultimam literam duplicandam meminiſſe debemus. at in Col. eſt: *ſupplicio*. hoc illoue legamus modo, hilum non intereſt.

CAPVT XXII.

Per quem bona fides conducebat) ſic mſſ. mea quatuor & bene. apage ita Palat. pr. & Ver. Pinciani lectionem *bona conſcientia conl.*

Arg. quamuis dictum iam reducatur) cod. quidam Pinciani *arg ſupra dictum redacatur*: alij eius libri: *quamuis dictum reducatur*. & quidem ſic etiam mſſ. mei tres, niſi quod etiam præferunt alteram vocem, ſcilicet: *quamuis ductum iam reducatur*. adpictumque in chirographi Col. margine ad dictionem *ductum*, id eſt, diſputatum. Palat. tert. habet lectionem vulgato conſentientem. Excerpta Palat. pr. ſcribunt: *arg ſurpadictum repetatur.*

Memoria decurrente) non male. attamen libri mei quatuor *mem. decernente.*

Abire e rebus humanis quam gratiſſimi volumus) nonnulla ad hunc locum exquiſita inuenies apud Fabrum ad L. 12. ff. de reg. Iur.

Multa hinc commoda) ſic Palat. ſec. *hoc* Naz. *ex hoc*, Col.

Et tutior eſt vita melioribus, & ſecurior innocentia, quam grata) neſcio vnde hanc eruerit lectionem Muretus. prioris æui lectio habet: *mel. amatque & ſecundum bonorum iudicium, atque ſecurior, quam innoc. quam gr. &c.* quomodo nulla litera minus repræſentat vetuſtus Naz. codex. Col. Palat. ſec. & tert. niſi quod vice *amatque* proponunt, *amorque*. Eraſmus germanam lectionem ſic ſe reſtituere autumat: *Ac multa h. c. oriuntur & tutior eſt vita melioribus, atque ſecundum bonorum iudicium etiam ſecurior quam innoc. &c. At* enim, inquit, conuenit obiicienti ex aduerſo *& tutior*, eſt reſpondentis idem accidere in omni genere virtutis. *ſecurior* autem refertur ad *tutior*. poteſt enim eſſe tuta vita, quæ non ſit ſecura. porro boni magis ſpectant ſecurum quam tutum. eo ſpectat quod addit, *ſecundum bonorum iudicium*. ſecuritas enim non naſcitur niſi ex bona conſcientia. hæc Eraſmus.

Qua ſape tuto ac facili aditur) correctio partim ſumpta a Pinciano, partim ab Eraſmo. nam cum vulgaretur, *tuta ac facili datur*, hic legendum putauit, *tuta ac facili aditur*, eo magis quod in ſcripto aliquo, *tata* eſſet, non *tuto*. & ſubintelligit, Græco more *via* equidem, vt excudi iuſſit Muretus, ita interpolatum eſt in vet Naz. prius vero erat, *qua tutis ac facili daturus*, quod idem extat in Pal. tertio. Pal. ſec. habet: *qua ſape tuto ac facili datur*. at Col. ſeruat & alteram vocem, *an ad iſtam virtutem conſpexit qui ſape tata ac facili daturus, etiam, &c.* & poſtea loco *fueris*, retinet *fuerit*. ego hic Harpocratem imitor & labrum indice ſigno. bonum tamen eſt quod vet. lib. Eraſmi: *e tato ac facili aditur*.

CAPVT XXIII.

Num dubium eſt) ſic etiam Pal. ſec. Nazar. Col. at Pinc. vetus lectio & Pal. tert. *Non.*

Rigetur maturitas fr.) Nazar. Col. & Palat. ſec. tert. *rigatur*. quod hic fortaſſis recipiendum.

Minoribus ſe ſpatiis flectens) ita ſecutus Pincianos cod. Muretus. nec male. nam haud aliter mſſ. dicti quinque. olim tamen cuſi: *min. ſphara ſpatiu flectens.*

Illa cum miratur) prius editi & mſſ. mei interiecta voce: *illa tunc cum miratur*. bene.

Tacito ſuperne calo labentia) emendationem Pinciani recepit in contextû Muretus. nam cum ille in mſſ. ſuis & impreſſis offendiſſet: *tac. ſub cœtu lab.* id hic minus conuenire putabat; quare ad eam, quam dixi, faciem mutauit. vt (quod lubenter facit Seneca) alludat ad Virgilij verſum: *Sidera cuncta notat tacito labentia calo.* præſertim quod & mox ſubiciat: *Quanta rerum turba ſub hoc ſilentio euoluitur.* hæc ille. mſſ. mea ſimiliter habent *cœtu*.

Quantum illa nocte quam tu in, &c.) Pal. tert. & Naz. *Quantus illa n. quantum in &c.* & *quantum* illud ſecundum vice *quam tu*, reperitur etiam in Col. & Palat. ſec. ſic autem correxit Eraſmus.

Ac diſcrimen demum obſeruas) *demum* illud ex antiqua editione retinuit Eraſmus, cum tamen eſſet in membranis *dierum*. atque; *demum* dixit pro tantum, ſenſu tali; tu tantum obſeruas numerum ac diſcrimen ſtellarum noctu lucentium; quid agat non attendis. At Pincianus *dierum* defendit cum mſſ. ſuis. nam rudibus, inquit, & imperitis non præſtat alium nox vſum, quam quietis, diſcriminis, ac numeri & ſpatio temporis, & dierum cônnumeratione. meo animo recte. nec aliter eſt in quinque meis calamo exaratis: probatque adeo lib. 12. cap. 9. Aduerſar. Turnebus.

Limes adducit) Pinc. lectio. *educit*, cui conſentit Pal. pr. & tert. reliqui mei, *educet*. veteri ſcilicet ſcribendi conſuetudine. nam ſecunda illa vocalis conſpicitur mutata in tertiam penes cod. Naz.

In decorem ſparſa) arguta lectio; ſed a qua abeût quatuor ſcripti in quib. *indecore ſp.* quod vix eſt vt contempſerim. ſed diiudicet eruditior Criticus. Pal. pr. excerpta vulgato fauent.

Dij eunt, redeuntque) ſic ex vet. lib. Eraſmus, cum antea eſſet *reduint red.* & vero non aliter habet Pal. pr ſec. tert. & Naz. ſolum Col. refert, *dum eunt red.* ego non facile animo meo perſuadeo, vocem *dij*, hic ab auctore relictam.

Non regat) Naz. Col. Pal. tert. *non ſegat*.

CAPVT XXIV.

Vitaliaque) ſic omnes mei mſſ. quidam tamen Pinc. cod. *vitilia* præferunt. male.

Omnis virtus & in primis illa grati an.) pronomen *illa* non conſpicitur in chirographis meis eo poſitum loco quo poſuit Muretus, inductus a Pinc. qui ſic coniecit legendum, cum etiam ſui mſſ. repræſentarent. *Om. illa virtus & inprimis grati, &c.*

Timeo impensas) mss. mei, *impensam*.

CAPVT XXV.

In eo nihil præter) sic etiam Pal. sec. at alij omn. per interrogationē: *in eo quid præter*. quod hic reduxerim. cum & sic quoque seruent Pinc. codd.

Nutr. renouent) non aliter Pal. sec. at in tert. est. *per oculis a fouens*; absque verbo *nutrimento*. Nazar. vero habeat *nutr. nouent*. Col. *nutr. innouent*.

CAPVT XXVI.

Qui malus est) Pal. sec. & tert. *quia malus*. quod & fuit in Naz. sed mutatum est in *quia autem malus*. quomodo diserte exprimit sine litura. Col. liber.

Qui a vulgo dicitur) codd. mei non retinent præpositionem *a*. & quidem abesse potest.

In hoc vitium natura propensus) sic Mureti editio secuta Pinc. codices. quibus adsentiuntur Pal. tert. & Naz. antea vulgabatur, *natura pronus & propensus*; quomodo fere est in Pal. sec. at Col. præfert: *vit. naturaliter propensus*.

Benef. fraudator est) sic & mei & Pinc. cod. antea erat *defraudator*, quam particulam *de* transponi debere & addi vocabulo *coctors*, quod in suis exstabat chirographis, idem putat Pincianus.

Non magis dabit beneficium quā captatori. Quis decoctori pecuniam credet? &c.) haud video quid hic sibi velit vox *captatori*, vtique cum mss. mei quinque, vocem eam non agnoscant; repræsentetque Naz. & Pal. sec. *dab. benef. quam coctori pecuniam credit, aut depositum, &c.* Col. vero: *dab. ben. quam creditori pecuniam credit, aut depos.* at Pal. tert. *ben. quam scortori pecuniam crediderit, &c.* quid dicam? nempe omnino legendum: *non magis dabit beneficium quam decoctori pecuniam, aut depos. c. et q. t. p. abnegauit.*

Et hoc quidem malos seq.) diuertunt mss. mei & Pinc. nam quidam eius, vt & Nazar. atque Col. *& hoc malus sequitur*. alij habēt, quibus fauet Pal. sec. *& ob hoc quia malos sequitur* quam lectionem nō reiecerim. præstat tamen malimus quod restat in Pal. tert. *& hoc malos sequitur*, vt *hoc* idem valeat quod idcirco. vulgabatur antea: *& ob hoc quidem malos seq.*

In petulantiam inclinat) Nax. & Col. *inclinatur*. Palat. tert. *inclinatus*. fere est vt *inclinatur* hic amplecter. quod & custodiunt patrum æuo editi.

CAPVT XXVII.

Non tam acria & concitata habet omnia) prodiit & hęc lectio a iudicio Pinciani; qui, cum negatiua particula *non* mss. omnibus eius abesset, sic tamen contra eorum fidem scribendum sibi videri professus erat. & vero negatio requiritur in Pal. sec. Naz. Col extat tamen in Pal. pr. & tert. ad hanc formam, *tam acria & conc. non hab. om.*

Qui malus est) abest mss. meis vox *est*, & recte.

Filia consulit) mss. iidem *filia sua consul.* nec displicet.

Pupillorum spoliatorem) vide quomodo istud instituto suo accommodet Brissonius lib. 7. de formulis, vbi ei de tutoribus sermo.

CAPVT XXVIII.

Media veris autumnique tempora) mss. mei & Pinc. omnes *temperamenta*. quod non improbo.

Honores dignis dat; congiarium, &c.) sic primum Erasmus, resectis illis ex fide vett. exempl. quæ habebantur in vulgatis; *dignus dat, donatio imperatoris est. congiarium, &c.* aliquis enim, inquit, exponere voluit quid sibi videretur *congiarium*; quæ verba deinde translata e spatio in textum. hæc ille. omnino vere. nam tres illæ voces etiamnum restant ad marginem Pal. sec. in membranis vero alijs nusquam comparent.

Frumentum publicum, &c.) ex hoc loco inducitur Lipsius lib. 1. Elect. cap. 8. vt credat ad frumentationem sub Impp. sine discrimine paulatim admissos omnes tenuiores ciues: nec ingenuos solum, sed etiam libertos. ea sententia est horum Persij versuum: Sat. 5.

Libertate opus est. non hac qua, vt quisq; Velina,
Publius emeruit, scabrosum tesserula far
Possidet.

Emeruit Publius Velinus: id est, ex seruo factus est liber. nam liberti pręnomen patroni capiebāt, & a fine tribum: vt P. Licinius Velina. simul igitur, inquit, ac liber factus, possidet tesserulam frumenti. quin Iudæos ipsos admissos ad frumentarias donationes ab Augusto, Philo tradidit in legatione ad Caium.

Quisquis ciuis est) monuit Pinc. in cunctis chirographis suis haberi *quisquis incisus est*: quare videri legēdum altero ex duobus modo: aut *quisquis in censu est*, aut *quisquis census est*. & vero, *quisquis incisus est*, præ se ferunt omnes membranæ quas cōsului, exceptis Pal. sec. & Col. quarum in his *inscisus est*; in illis, idē quod vulgo recipitur: sed nihil hercle mutandum. nam certum est tabulas fuisse publicas, quibus continerentur nomina eorum qui reciperent frumentum istud e publico. idem expressum Plinio in Panegyr. ad Traianum: *Tu ne rogari quidem sustinuisti. & quanquam lætissimum oculis tuis esset, conspectu Rom. pubis impleri, omnes tamen antequam te viderent, recipi, incidi iussisti, vt iam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur.* item Capitolinus in Antonino. *Ob hanc coniunctionem nouorum hominum frumentariæ perceptioni adscribi præcepit.* adde Suetonium cap. 41. Iulij Cæsaris.

Cum aliquid est quod) castigemus beneficio mss. meorum & Pinc *Quicquid aliud est quod, &c.*

Quadam in vniuersum humano gen.) lege cum scripta lectione & Pinc. & codd. meorum Pal. tert. Naz. Col. *quadam munera vniuerso humano gen.*

Commune autem bonum erat) ita etiam Pal. tert. at sec. Naz. & Col. *Commune autem bono erat*. quod haud temere vituperauerim, vt *commune* fuerit auferendi casus.

Et regnum hum. gen. relax.) sic mss. mei omnes, solum adscriptum est Nax. alias legi: *& rebus hum.* quod monere volui.

Medicina & scel. opem ministras) præfero quod in omnibus fere meis & Pinc. *etiam scel. op. monstras.*

Ius fors omnibus dicitur) Pal. sec. *Ius & fors omn. dicitur.* at tert. Nazar. & Col deest vox *omnibus*, legiturque *Ius & fors dicitur*. quomodo extare etiam in suis dudum prodidit Pinc. quare ius nullum vetat, quin deinceps, exclusa hactenus recepta scriptura, legamus: *Ius & furs dicitur*. eam enim auctori germanam res ipsa clamat. & solens antiquis o vice u.

Percussores) mss. mei cuncti, *persecutores*. quid de eo sententiam, alias prodam.

Non poterant certis conting.) & hoc a coniectura Pinc. cum esset in libris eius, estque adeo etiam in meis; *ceteris.* quod hercle magis placet.

CAPVT XXIX.

Vbi tempore facta sunt necessaria) mss. mei vno ore: *vbi temporis necessitate facta sunt necess.*

Deinde quod potissimum est) sic Erasmus ex vet. cod. antea erat *potentissimum*. quod & in Palat. pr. sec. tert. Col. & Naz. perperam. in iis tamen fere cūctis altera addita vox: *Deinde hoc quod.* quæ huc reuocanda.

Ad quem volebam peru.) Sic mei etiam, excepto Naz. qui prius habuit *volam*, factumque deinde *volebam*. omnino male. nam *volam* verum erat.

CAPVT XXX.

Non sine ratione sacra est) Pinc. tres voces primas ad pręcedentia retulerit, adstipulante etiam vno exemplari suo: equidem cum sic quoque Col. meus & Pal. sec. & tert. & ego ei meum addo calculum.

Ciceronem filium) Pinciani scripta lectio *Ciceronis filium*. ei adstipulatur Col. sed iniuste. reliqui libri vulgato adclamant.

Tanta quidem) mei Pincianiq; codd. omn. *tanta quondam*. prorsus bene.

Fabium Persicum) ausculto Turnebi Aduersariis lib. 12. cap. 9. putantibus hunc esse ipsum quem & perstrinxit Iuuenalis Sat. 8. cum scripsit;

Cum Allobrogicis & magna gaudeat ara,
Natus in Herculeo Fabius Lare.

Et certe hæc Senecæ facem præferunt, & prælucent sententiæ Satyrici. eiusdem hominis iterum meminit noster supra lib. 2. cap. 21.

Cuius osculum etiam impuri vitabant, sacerdotem.) Sic Mureti editio. ex cōiectura puto Pinciani. nam ille in notis ne verbum quidem; hic vero, testatus hunc locum varie in

rie in variis legi exempp. addit non obscure sic forte legi posse. *cuius osculum etiam impuri viri vitabant:* minus meo iudicio recte. Seneca scriptus, qui apud Lipsium, repræsentat: *cuius osculum etiam impudici deuotabant.* vnde, inquit, forte scribendum, *etiam impudici deuitabant.* notari enim hominem opicum & capitis sui prodigum, simileque esse illud Suetonij de Q. Rhemmio, quem flagrasse ait vsque ad infamiam oris, dictoque non infaceto notatum cuiusdam, qui cum in turba osculum sibi ingerentem quanquam refugiens deuitare non posset; *Vis tu, inquit, magister quoties festinantem aliquem vides, abligurrire?* hæc doctor meus lib. 2. Ep. quæst. 10. inuenio in Pal. tert. *osculum etiam inrodiri deuota bona sacerdotem, &c.* in Naz *osc. etiam impodiri deuota boni.* in Col. *etiam impediri deuota boni.* Agricolæ legendum videbatur, *etiam impenderet vero notam bono.* quod tolerabilius esset, inquit Erasmus, si pro *impenderet* haberetur *impingeret.* si & mihi hic cum aliis symbolam cōferre licet; dixerim non sollicitandam lectionem receptam, quæ habet: *cuius osculum etiam impediret viri vota boni.* nec moueor cum Erasmo (cui alias scriptura ista arguta est) disiectu verborū. nam non id infrequens nostro. sic Epist. 81. *alius diuitias dicet humana male vita repertas.* item Ep. 90. *nisi insula ducum domicilia magnorum, inter vilissima rerum numerentur.* lib. de tranq. vitæ cap 14. *nec desiit in ipso veritatem fine scrutari.* lib. 2. cap 35. *Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit.* & alias millies. Sententiam huius loci, late confirmaui lib. 17. cap. 10 Suspic.

Has debemus virtutibus) fortius longe libri mei plerique: *Hoc deb.*

Quomodo illi idem egerunt, vt) sic voluit scribi ex sua vet. lect. Pinc. at potius scribe cum Pal. tert. *Quomodo illi id eger.* quod & placebat Erasmo, vt *illi* respiciat eos quos recensuit de gente Fabia. nisi si malimus, vt est in Naz. & Pal. sec. item olim cusis: *Quomodo illa id egerunt.* vt *illa* referatur ad vocem *virtutes.* veluti exstat in Col. nisi quod abest vocula *id.* quam hic requiri, vult Stephanus lib. 2. cap. 11. Prood.

Etiam post ipsos) ad virtutes superiora spectare liquido conuincat scripta lectio cunctorum mss. in quibus *post ipsas.* Pinciani tamen *ipsos* seruant. sicque malebat Erasm.

CAPVT XXXI.

Excusare hoc loco Liberalis.) sic mei omnes, absque Naz. in quo; *hoc loco tibi, mi Lib.* probo.

Mamercum Scaurum) vide de hoc homine Tacitum lib. 6. Annal & ibi Lipsij Commentarium. multa quoq; de hoc Carrio apud Pamelium in Annot. ad Tertullian. de Pallio. adi & Suasoriam secundam.

Ancillarum suarum menstruum) de eadem turpitudine iterum Epist. 87. *Natalis tam improba lingua, quam impura, in cuius ore fœmina purgabantur.* plura de his impuris Mercurialis lib. 4. cap. 13. Variar. Quod restat, auctior est Naz *suarum illum menstruum,* placetque.

Quicquid mali dixi, mihi & capiti meo) Mos quondam obtinebat vt si cui imprudenti maledictum excidisset, quod alterius animum offendisset; aut si quid cui imprecatus esset, cuius sibi gratiam fieri veniamque dari postularet, in caput suum recidere precaretur ea, quæ alij euenire optauerat. exempla require ab Brissonio lib. 4. formul. Eo hic alludit impurus iste; sed alludit tantum. nam quid sibi velit disce ab Torrentij Comment. in Suetonij cap. 22. Cæsare. item cap. 45. Tiberio.

Indigne fert sobolem eius iacere) est qui hæc sic accipit atque si de hoc impuro Scauro dicerentur, eiusque postera soboles iacuisset. satis absurde. nam iste Scaurus familię suæ postremus fuit, vt patet ex Senecæ patris Suasoria altera.

CAPVT XXXII.

Deos videre est, vt alios, &c.) sic editio Mureti, nescio cuius rei fiducia. nam ipse tacet; præferuntque omnia exempp. & mea & Erasmi; *Deos verisimile est vt al* atque Batauus ille Sol, sermonem esse imperfectum, ni repetamus ex superioribus, *cogitare,* aut *indigne iacere.* equidem sic imperfectus maneat malim, quam centone adulterino locupletetur.

Omnium illis) mss. mei; *omniumq; illis.* quod probo.

Sunt hi reges, quia maiores eorum non fuerunt, quia pro summo, &c.) est cui legendum videtur: *reges, non quia maiores eor. fuerunt, sed quia pro, &c.* prorsus contra auctoris mentem. quæ hæc: fieri quosdam reges, quia maiores eorum digni olim qui essent, cum iusti fuerint & abstinentes, nec tamen regnarint. illis igitur quæ gratia debetur, conferendam in sobolem. vide tamen lector, an non legi debeat; *quia m. eor. non fuerunt qui pro summo imp. h. iust. abst. qui non remp.* Sic hercle suspicor.

Ornamenta sua traducturus) hinc illustratur Sat. 11. Iuuenalis:

-In qua se traducebat Vlysses
Ancipitem. Turnebus lib. 20. cap. 4. Aduers.

Alij me istud dare, alij olim debitum) mss. mei fere, *alio me ist. d. alio olim deb.* quæ antiquitas palato meo non insipida etsi contra eam membranæ Pinciani.

Aut quis est?) Col. Naz. Pal sec. & tert. adiiciunt: *vnde vos scitis.* sed assentior Mureto, eas nō sine causa eiicienti.

Apud me ista expensorum acceptorumque rationes dispunguntur) nummulariorum verba, & eorum qui circa Kalendarium. de quibus nihil possum melius quam Budæus ad L. Si prior. ff. qui potior. in pign. hab. Brissonius lib. 4. de verb. sign. item lib. 6. formul. Rœuardus lib. 3. Varior. cap. 9. Pamelius ex Cælio Calcagnino Adnotat. in lib. Tertulliani aduersus Iudæos cap. 9. Coluius in Notis ad Apuleium de Deo Socratis.

Alius in antecessum) id est, antequam deberi incipiat, aut peti possit; quod nos ante manum dari dicere consueuimus. eo genere dicendi aliquoties Seneca vtitur & Iurisconsulti. hac Turnebus lib. 12. Aduers. cap. 9.

Resp. mea vtilitas) mss. quinque concorditer *mea facultas.* quod hic restituendum. nam nec aliter prisci editi. scito tamen lector Pal. pr. habere *res priuata mea facultas,* non *resp. mea.* quod placitum ipsi Erasmo; iam enim, inquit, ad hominis personam redit.

Prout occasio) mss. omnes præponunt vocem *ac,* vel *at.* habetque Pal. pr. *aut prout occ* quod rectum est.

CAPVT XXXIII.

Cum omnium incertus sit euentus) vocem amplius addunt mss. nam in Pal. sec. ter. & Col est, *omnium rerum inc.* in Nazar. vero *omnium horum incertus.* quod postremum iure probo.

Sequimur qua ratio, non qua veritas trahit) notat hic quidam, aut loco τῦ *ratio,* legendum *verisimilitudo;* vel *opinio:* (quomodo alibi pro germano Senecæ citat) aut *ratio* hic illam significare. scias nō intellexisse sensum huius loci. vocabulum enim *ratio* id hic significat, quod ratiocinatione nostra colligimus; quæ certe immensum abire potest a veritate. possumus enim ratiocinari; ille alijs gratus fuit; ergo & mihi erit. hanc rationem sequendam ait Seneca, etsi veritati, quæ nobis in occulto est, nec quam præscire possimus, aliud quid subsit; eum nempe ingratum fore. hæc Simo Vlricus Pistoris, Germaniæ suæ subnascens flos.

Nisi comperta veritate nihil moueris) P Faber ad L. 114. de reg. Iur. potius legerit: *Si comperta.* Sed Senecam non refugere duas negationes, iam aliquoties exemplis ostensum. itaque nihil ego temere interpolarim contradicentibus omn. mss. potius pro eo quod sequitur: *relicto omni actu vita consistit;* reposuerim quod habet Palat. sec. tert. Col. *relicta omni actu.* id est, *destituta.* nam & Excerpta Pal. pr. huic accedunt lectioni, habentque. *Sic relicta omni actu, &c.* Naz. tamen *relicto,* custodit.

Non verebor beneficium dare ei, quem &c.) longe ab hac abeunt scriptura membranæ, scribuntque, *non vere ei beneficium dabo quem, &c.* coniecturę mihi sub manu nascuntur, sed quas nunc non promo.

CAPVT XXIV.

Quibus credimus) sic & Col. at Naz. Pal. sec. tert. *quibus credidimus.*

Cum propositum) Pal. sec. tert. & Naz. *cuius prop.*

Sella vestra hoc loco) nescio hoc vnde immigrauit. haud tamen reprehendo. sciamus tantum mss. meos & Pinc. omn. constanter habere, vel, *Conscientia nostra,* vel, *Conscientia vestra.* quod vltimum hic stare posset.

Cum exceptione veniet) mss. nostri aliique *venit*. alteram illud alias legitur in cod. Erasmi.

Consilium certis incertos euentus) sic qoidem manuscripti Palat. tres & Colonienſ. at enim non temerarium est quod additur in optimo Nazar. eadem, vt mihi videtur, subscriptum manu: *incertos euentus expendit*: fere enim suspicor vocem eam hic excidisse; ideoque in locum suum restituendam.

Nihil aggreditur) sumsit & hoc dissimulanter Muretus ab coniectura Erasmi, vt ootat Stephan. lib. 2. Prood. cap. 8. cum prius esset *ingreditur*. quod non damnauerim. ita enim in omnibus meis.

CAPVT XXXV.

Patria sibi me dare iusserit) scribit Pincianus qoosdam codd. suos exhibere, *patr. sibi non dare*. & sic est in Pal. sec. reliqui vero retinent, *patriam sibi dare iusserit*.

Postea peregrinus apparuisti) scilicet iusta matrimonia noo inter liberas quascuoque personas, sed inter solos ciues Rom. contrahebantur; Iustinianus Instit. tit. de onpt. in prin. Nam cum Latinis peregrinisq; connubium, nisi id eis concessum esset, non erat. testes sunt, præter Senecam Vlpianus instit. tit. 5. & Boethius ad Topica Ciceronis in loco de Consequentibus. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 6. vide Brissonium lib. 1. cap. 15. Select. Antiqu. item lib. de iure connub.

Non est mihi cum extraneo) monuit Pinc. codd. suos habere *externo*; nec aliter meliores membranæ: id igitur reducatur in possessionem suam.

Eadem lex me defendit) mss. mei; *eadem res me def.* quod habent quoqoe olim excusi. neque mutandum, nisi certa de causa.

Et meam fidem liberat) sic coniecit Erasmus, cum esset antea, vti & præferunt mss. mei omno. *me fide liberat*.

In rem præsentem venturus) idem Epist. 1. lib. 9. *Non potest ferre sententiam nisi in rem præsentem perductam*. Epist. 30. *Libenter hæc audio, non tanquam noua, sed tanquam in rem præsentem perductus*. In rem præsentem olim tum veniebant, cum locum oculo ac digito designare volebant. de quo more exempla multa habebis apud Budæum in L. 2. ff. de orig. Brissonium lib. 14. de verb. sign. Hic tamen Senecam loqui de Aduocato, qui alioqui in iudicio patrocinium clienti erat præstiturus, monet Ianus Langlæus Ocij semestris lib. 1. cap. 2.

Vt promittentis fidem teneas) sic ex vetustiss. exempp. Erasm. nec secus est in meis. prius legebatur *teneam*. perperam. dicitur enim ab eo qui promisit ad illum cui promissio facta est. ille tenet fidem tuam, qui te habet obligatum.

CAPVT XXXVI.

Aurem mihi peruellam) id est scribam hoc in aoimo diligenter, & in memoria infigam, vt mihi documento sit in posterum, ne temere promittam. aurem enim vellebant, cum quid volebant reuocare & in memoria hærere; ipsa enim memoriæ dicata. Virgil. in Sileno:

Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit, &c. quod imitatus Calphurnius Eclog. 4.
-Vellit nam sæpius aurem
Inuida paupertas; & dicit Villa cura.

plura Erasmus Chil. 1. Cent. 7. Adag. 40. Muretus lib. 12. cap. 5. Var. lect. Ant. Augustinus ad legg. 12. tab. Titius ad Calphurn.

Promittendi temeritatem) mss. omnes; *promittentis temer.* quod & fuit in prioribus editt.

Vt doleat, vt) mss. potiores interiectam habent voculam, *vt doleat tibi, vt*.

Linguarium dabo) ita etiam Pal. pr. & tert. Col & Naz. at Erasmus Chil. 4. Cent. 6. Adag. 54. citat *ignarium*. putatq; sentire auctorem de lapide *pyrite*, quem alij *viuum*, nonnulli *ignarium* vocant, quod plurimum habeat ignis, vt attritu digitos adurat, & alioqui ponderosissimus. itaque dicebatur, inquit, *ignarium dare*, qui suggereret quod dolore quodam reuocaret hominem a peccando, quemadmodum lapis digito additus, vel pondere vel attritu, non sinit hominem obliuisci cuius gratia eum sumserat, &c. Pincianus videtur innuere veterem omnem lectionem præferre *lignarium* (cum tamen editio suarum castigationum præferat *linguarium*) eoq; nomine aotumat appellari forte ab auctore teoue illud lignũ qno blasphemorum linguæ coerceri solent. magnæ nugæ. certe Turnebus lib. 12. cap. 9. Aduers. *linguarium* agnoscit, atque id Senecam hic appellare vult tanquam linguarum thecam, in quo se dicit linguam conditurum, ne temere promittat. natumque arbitratur hoc verbum e ioculari vulgi sermone, quo & Galli plerunque iocantes vtuntur. Muretus lib. 12. cap. 5. Var. lect. longe aliter eam vocem accipit, neque dubitat qoin *linguarium* sit, id quod pro lingua, quæ temere locuta est, penditur. idque aperte ostendere verba illa Senecæ: *Verba mea redimam*: &, *Damno castigabo promittendi temeritatem*. sic, inquit, & *vasarium* dicebatur pecunia quæ pro vasis, id est vtensilibus, attribuebatur ex ærario magistratibus in prouincias proficiscentibus: sic *cerarium* vocabat Verres pecuniam quam quasi pro cera exigebat: sic *salarium* antiquitus, quod dabatur pro victu, in qoo principem locum tribuebant sali. sic *vnguentarium* apud Plin. lib. 2. Epistol. quod Marius Priscus a prouincialibus, quasi pro vnguẽtis exegerat: sic *honorarium vinum*, quod regibus & potentibus honoris gratia offertur, dixit Cato: sic *hordearium*, quod equiti pro hordeo ad alendum equum dabatur: sic denique *vxorium*, pœna quæ publice exigebatur ab iis qui vxores non haberent. hæc ille d. cap. 5. quæ omnia non puduit tantum non totidem verbis, pro suis venditare nescio quem: qui tamen ridicule omnis vult, posse nos etiam accipere *linguarium*, pro linguæ quasi pædagogo atque obseruatore.

Non committam (*quemadmodum Mæcenas ait*) *vt centies obiurgandus sim*) nescio qois istam fabricarit lectionem, nisi si forte Muretus: tantum scio, insubidam satis. quid enim argutius aut apertius, si modo orationis proximiorem consideremus nexum, quam quod custodiunt & vulgatæ pridem & mss. mei quatuor? *vt sestertio centies obiurgatus sim*. estque hercle prouerbij species valde lepida. cuius restitutionis causa, est quod Seneca mihi debeat.

Ne indigno beneficium des) sic Pal. sec. at reliqui calamo scripti, *ne inde beneficium*. de quo velim deliberent eruditiores.

Quantum est attendendum) Palat. sec. habet *attendendus*. at ceteris membranaceis tota illa vox abest. ego hic subodoror hiatum aliqnem. nam & postea, ante ex verba: *non tantum quod temere prom.* vnus Erasmi codex habet: *Si magnum est, non tantum, &c.*

Demens est qui præstat in errore) ad coruos ineptam istam lectionem. nam in patrum æuo ensis est; *qui præstat errore*: legitque Rud. Agricola: *D. e. qui fidem præstat errori*; qood & scriptis suis exempp. confirmauit Erasmus. neque aliter profecto est in mss. meis quatuor.

CAPVT XXXVII.

Quod vt Macedoni illi nunciatum est) sic quoque Palat. sec. at pr. tert. & Col. ac Naz. dictiones duas; *Macedoni illi*, noo agooscunt.

Accurris) Naz. & Col. antiqua coniugatione; *accucurris*. laudo.

Ille quidam) haud plane reiecerim: sed tameo in mss. meis quinque pridemque excusis. *Ille quidem*.

Non sufficit homo iustus vnus) vox vltima est a Pinc. mss. restatque in Palat. primo tertioque: ceteris deest: neque eam agnoscunt edititij libri.

Hoc Philippus) Nazar. *Hæc Philipp.* meo iudicio aptius huic loco.

Ac liberam scripsit) Pal. sec. *liberalem*. tert. Col. Naz. *ab liberauit scripsit*.

Vt bona priori) dictio *vt*, mss. Pinc. aliquotque meis abest; & recte.

Stigmata inscriberet) id est, plura verba qoæ crimen continerent caossamque notæ. Petronius: *Impleuit Eumolpus frontem vtriusque ingentibus literis, & notum Fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.* vnde & Ioan. Zonaras Tom. 3. Annal. de duobus mo-

nachis qui Imp. Theophilum liberius monuerant: οἷον καὶ ὡς ὄψεις αὐτῶν κατέαξε, καὶ τοῖς ἀσμοῖς μᾶλλον ἐπέχεε. χαίρετε τῇ δ' ἐνέπειν τὰ εἴγραμμα. τὰ δ' ὅσσα ἴαμβος ἐστι. plura Lipsius lib. 2. Elect. cap. 15.

Ingratum hospitem testantia) Naz. Palat. sec. tert. Col. *ing. hominem test.* at excerpta Palat. pr. *ingratum hominem hospitem testantia.*

In id in quo tacuerat) habet Naaat. *in id quod tacuerat*, sed postrema litera vocis *quod* obelo transfixa. quæ tamen integra restat in Pal. sec. & tertio. Pal. pr. præfert. *in id quo tac.* at Col. *similes id quo tac.*

Propter quod nemo misereri miseros posset.) vitiosam hanc lectionem reddit altera scriptura mss. & olim impressorum, quæ habet, *pro quo nemo misereri misericors posset.* tantumque est in Col. *propter quod misereri misericors posset.* quod idem alibi fuisse in membranis suis arguit Erasmus.

CAPVT XXXVIII.

Aqua & igni interdixerat) vide multa ad hunc locum Fornerij ad L. 44. de verb. sign.

In as incidissem) vti fieri alias solebat lege iam perlata. Cicero Philipp. 1. *Quod erit ita gestum, id lex erit, & in as incidi iubebitur.* Ouidius 1. Metam. *nec verba minantia fixo Ære ligabantur.* Plautus act. 4. Sc. 3. *Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam. Ea misera etiam ad parietem sunt fixa clauis ferreis; Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.* Hinc Venuleij Saturnini verba intelligemus, inquientis ff. ad leg. Iuliam pecul. *Qui tabulam æream legis, formamue agrorum, aut quid aliud continentem, refixerit, vel quid inde mutauerit, lege Iulia peculatus tenetur.* Plura de hoc more Anton. Augustinus libro de legibus cap. 16. Brissonius lib. 3. de form.

Iuuare capitale sit) Nazar. & Col. *capital sit.* quomodo reliquisse auctorem mihi omnino verisimile fit. Idemque verbum redonandum ex mss. Silio lib. 13. v. 155. *Praeuetitum namque & capital committere Martem Sponte viris.* male vulgatur, *Praeuetitum capitis pœna committ.*

CAPVT XXXIX.

Quare ergo, inquis Zeno) sic mss. omnes. verum Stephanus lib. 2. cap. 5. Prood. quod deinceps secundam habeamus non tertiam personam, inclinat eo vt putet legendum, *inquis.*

Illum parum idoneum) idonei verbo locuples significatur L. 166. de reg. Iuris. L. 3. de fideiuss. in fine: quomodo & hic accipiendum astruit P. Faber in L. 110. de reg. Iur. vise etiam Brissonium lib. 9. de verb. sign.

Si foro cesseris) hæc verba ad eam actionem pertinent, quam Iurisconsulti tributoriam vocant, qua creditores pro portione de peculio serui capiunt; & ad eam, quæ quasi Seruiana vocatur. hæc Turnebus lib. 12. cap. 9. Ceterum *foro cedere* præcipue dici solebant argentarij, cum eorum, qui apud mensam suam depositas habebant pecunias, fraudandorum causa, vel vrbe profugiebant, vel Romæ agentes, copiam sui in foro non faciebant. l. si hominem. §. quoties. ff. depositi. quod suis temporibus ludum fuisse indicat Iuuenalis sat. 11.

Cedere namque foro iam non tibi deterius, quam
Exquilias a feruenti migrare Suburra.

Plautus Persa act. 3. Sc. 3.

Quod partim nostri faciunt argentarij:
Vbi quid credideris, citius extemplo a foro
Fugiunt, quam ex porta ludis cum emissus est lepus.

hæc Brissonius lib. 6. de Form.

Portionem feram) notat Erasmus Agricolæ librum præferre; *possessionem feram*: sed non ei arrisit, vti nec mihi. nam & mss. mei confirmant vulgatum, & alioqui, cum foro debitor quilibet cedebat, bona distrahi, & portio creditoribus quæ ex redacto fieret, solui, pretiumque omnibus pro portione præstari solebat L. vlt. ff. de curat. bon. dan. vide Brisson. lib. 6. de form. Ræuardum ad L. 148. de reg. Iur.

In morbo consumat.) verba sunt hominum male precantium illis, quibus de suo aliquid erogauere ingratis; aut improbis soluere coacti sunt. hac inquiunt pecunia non sanus & valens fruatur, sed valetudinarius in morbo vtatur. hæc Turneb. lib. 12. cap. 9. quædam ad hæc etiam Erasmus adag. 55. Cent. 6. Chiliad. 4.

Quamuis non concoxerim) Naz. *non concodixerim* sed tamen alterius pictum manu. quid antea ibi fuerit nemo facile diuinarit. aliud tamen quid fuisse, quam quomodo vulgatur, spatium indicio est. Palat. secund. habet; *quamuis non compos erim.* retinuerim publicatam scripturam.

Non spondere in incertum iubebis) hoc est spondere, non in certam nummorum summam, sed quantumcunque quis debeat, fide sua iubere, quæ periculosissima erat sponsio. Turnebus lib. 16. cap. 5. Aduersar.

Si fisco obligabis) hoc ideo quod durior multo sit cuiusque apud fiscum obligatio propter eius priuilegium, vt bene monet P. Faber in L. 205. de reg. iur.

Subest tacita exceptio) vide quædam de hac apud P. Fabrum ad L. 154. de diuers. reg. Iur. Ræuard. in L. 96. eodem tit. Fornerium ad L. 125. de verb. sign.

Si debebo. Si hæc ita erunt, effice) aliter distinguunt Nazar. & Palat. tert. *si debebo, si hæc ita erunt. Effice, &c.* quod placet.

Cum exigitur) Palat. sec. *cum exigit.* tert. & Coloniens. *cum exigis*, quod probo: nisi forte potius sit quod habet Naz. *quo exigis*; quod fere putarim. *cum exigis* retinent tamen membranæ Pinc.

Qui fuit cum promitterem. Destituere leuitas non erit, si aliquid) sic & vulgati. at Pincianus scribit ex mss. suis: *qui f. c. promitterem, destituere leuitas erit. Si aliquid.* quod & retinet Naz. Col. & Pal. tert.

Vadimonium promittimus; tamen deseretur) Naz. Palat. tert. & Col. *tamen deseret.*

Non in omnes datur actio: deserentem vis maior, &c.) commentatur hic quidam; cum dicit Seneca non in omnes dari actionem, intelligendum non dari in reum, sed in solum actorem. quandoquidem, inquit, vadimonium deserens actor, lite mulctabatur; vt colligi potest ex Suetonio cap. 39. Calig. ex Horatio lib. 1. Serm. 9. Equidem memini me similia verba legisse alibi apud Ræuardum libro Protribunalium: sed nescio cui rei ipsa accommodet, destitutus codice. suspicor tamen falso & absurde alterum illum isthæc huc trahere. nam vel discere poterat ex lege 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cautionibus; morbum sonticum etiam ex legibus XII tabularum vtrique litigatori diem diffindere iudicij, &c. quid ergo? Senecæ hoc est mentis, omnem vim maiorem excusationi esse quibuscunque non sistentibus se iudicio promissa statutaque die, siue reis siue actoribus. adducitur hic locus Brissonio lib. 4. lib. 19. de verbor. sign. citatque, *non in omnem datur actio deserentem. Vis maior.*

Vis maior excusat.) Columella lib. 1. cap. 7. *nam vbi sedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam nisi cali maior vis aut prædonum incessit, detrimentum affert.* appellatur & *vis diuina* L. 24. §. seruus. ff. de damn. infecten. & *vis magna*, in L. 2. in fine. ff. de peric. & com. rei vend. & *vis cui resisti non potest.* L. 15. §. 1. ff. locati. & *vis naturalis*, L. 59. ff. eodem titul. & *maiores casus, quibus humana infirmitas resistere non potest*, L. 1. §. is quoque ff. de obligationibus & action. Huiusmodi sunt grandiores labes, tempestates, incendia, terræ motus, vis aquarum, magnitudines ventorum, & alia id genus, quæ humano consilio prouideri non queunt, quæ casibus fortuitis & vi diuinæ ascribuntur. hæc Brissonius: apud quem diffuse plura lib. 19. de verb. sign.

CAPVT XXXX.

Illa in quæstione responsum) Naz. Col. & Palat. tert. non seruant præpositionem *in*: omnino bene.

An beneficium vtique reddendum) mss. mei quatuor; *beneficium vtile.* quomodo fuit in vetustissimo Erasmi libro; qui tamen ait forte legendum: *beneficium vbique reddendum.* quem sequi nos debere, monet Stephanus lib. 2. cap. 8. Prood.

Quid pauper diuiti reddam?) prodiit hoc, puto, a Mureto. nam patrum æuo cusi, & mss. mei, Pincianique omnes; *quid pauperi, quid diuiti reddam?* emendandumque censuit candidissimus ille Hispanorum; *quid principi, quid diuiti*, ex consuetudine loquendi Senecæ, qui duas dictiones Re-

ges &

ges & Principes frequẽter copulat; vt in 5: *A principibus dico, a regibus.* & mox paulo: *Reges & Principes dixi; quibus tamen potest opera nauari.*

Non est per me mora) elegans loquendi genus, &, licet a Iurisconsultis proprie, nostris tamen sæpius vsurpatum. supra lib. 2. cap. 32. *Si per ipsum mora, quo minus remitteret, non fuit.* infra lib. 5. cap. 1. *Per te vero non est mora, quo minus beneficia qui acceperũt, vltro repetant.* idem cap. 5. *Non per vos erit mora quo minus gratissimi simus.* Alia pete exẽpla a P. Fabro ad tit. de reg. Iur. illa Lege Pomponij: *In omnibus causis pro facto accipitur id in quo per alium mora fit, quo minus fiat.*

Et instemus cedentibus) Pal. scripti tres, item Naz. & Col. *inst. recedentibus.*

Quando plus mihi detracturus) sic Palat. sec. at melius Pal. pr. tert. Nazar. Col. nec non Pinc. codd. *quando si plus.* quod probatur Pinc. etiam fere mihi. vide tamen si non fuit, *quãdo scilicet p. mihi.* nam veteres illam vocem sic repræsentabant literis duabus *s*.

Qui festinat vtique reddere) sic Palat. sec. tert. Nazar. at correxit ex vet. lect. Pinc. *Qui festinat itaque reddere*: quomodo etiam Col. meus. Excerpta Pal. pr. habent: *festinat reddere, non habet vtique animum, &c.* quod & erat in aliquot Pinc.

Et vt breuiter dicam) vox postrema tantum est in Pal. sec. in pr. & tert. est, *vt breuiter quoniam dicere.* at enim Naz. & Col. tantum tres priores repræsentant voces, exclusa dictione *dicam.* nec reiicio: nam tale aliquid commode subintelligamus. scribamus itaque deinceps, *Et vt breuiter.*

IN LIB. V. SENECÆ DE BENEFICIIS.

CAPVT I.

Nascetur quod lacessat) Pal. sec. tert. Col. Naz. *nasc. quo lacess.*

Magis non necessarium quam supernacuum) mss. dicti quatuor: *magis non supernacuum quam necess.* quomodo & prætulisse maiorem partem exemplarium suorum testator Pinc. etsi non neget fuisse qui inuerso illo legerent ordine quę lectio ei visa probabilior, quod sequeretur eodem ordine: *nec facit operæpretium, nec perdit operam.* at vel ob illa ipsa alteram amplector lectionem.

Scrutari etiam ea quæ sunt his connexa, verũ non cohær.) sic quoque Pal. sec. at tert. & Naz. atque Col. *etiam ea quæ si vis verum connexa sunt non coh.*

Vsque eo statim exonerare cupis) membranę meæ omn. *statim vis exonerare.* quod cur abiiciamus non video. maius enim hic aliquid *velle*, quam *cupere.*

Fugientes magis ac magis sequitur) ita etiam Pal. sec. & tert. at emendatiora exemplaria Naz. & Col. item excerpta Pal. pr. *fug. magis sequitur.* placet.

Propositum optimi viri & ingentis animi est) Pal. pr. & tert. *Propos. est opt. v. & ing. animi* Col. & Naz. abest dictio *est.* nec apparet in manuscriptis melioribus Pinciani, qui legunt: *Propositum & optimi viri & ingentis animi.* fere approbo.

Si illa non cito odisse properaueris) manauit hæc lectio a Mureti ingenio. antea erat: *illa concito odisse properaueris.* manu exarati titubant. Palat. secund. *illa quam cito odisse prop.* tert. *illa concito adisse prop.* Colon. *illa concito odisse properaueris.* opt. Naz vulgatis fauet, nisi quod habet *concito odisse prosperaueris*: sed illud obelo transfixum est, nescio an exscribentis, an alienioris manu. ipse hic non habeo diuinatorum artem. solum dixerim Mureti emendationem mihi non satisfacere. nam quo minus hic toleremus vocem *cito* impedit alterum illud *properaueris.*

CAPVT II.

Quod an sit verum non inuenior.) Pal. tert. & Col. *quod amisit verum.* Pal. *quedam set verum.* vtrumque perperam.

Sæpe deteriorem prætulit casus) sic interdum victorem esse, quam qui intérimat, apud Plutarchum Sostris ait quæst. 13. lib. 9. Sympos. problem. & in hanc rem operæpretium est videre Arachaonis & Creugæ historias in Arcadicis Pausaniæ. P. Faber. lib. 3. Agon.

Aut omnino non redd.) mss. mei omn. *omnia non.*

Hic non magis) iisdem abest verbum princeps *Hic.*

Quem occidere hostis facilius potuit, quam auertere) quidam pro *auertere* substituit *euertere*, vel *subuertere.* explicatque: sapiens etiam cum occiditur, a mẽtis suæ constantia non dimouetur: nunquam renũciat, ad vltimum vsque vitæ stat paratus. Sic ille. parum apte. nam non hic de sapiente qui occiditur Senecæ sermo. quin imo agit de certamine beneficiorum; & vult etiamsi per totam vitam sapiens gratus esse non possit, reipsa scilicet; haud tamen vinci: quia semper hoc animo est vt paria velit. Iam fortium fuisse militum mori potius quam vertere terga, omnes passim probant auctores: quorum congerie frustra onerauero barbarum aliquem Potitium.

CAPVT III.

Lacedæmonij vetant suos pancratio aut cæstu decernere) decreto videlicet Lycurgi, qui, vt ait in vita eius Plutarch. *a palæstrã remouit Spartanã ea certaminũ genera, ἐν οἷς*, sic enim loquitur, *χεὶρ ἀνατείνεται.* quod interpretatur Turnebus lib. 27. cap. 8. Aduersar. *in quibus manus tollitur & leuatur ad feriendum* quale pancratium est & pugillatus. itaq; existimat idem Propertium non tam notas habuisse Spartanorum quam amorum leges, cum sic caneret lib. 3. Eleg. 14. de virginum palæstra:

Et patitur duro vulnera pancratio:
Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris.

Atqui & Pancratiastas agnoscit apud Lacedæmonios Philostratus *εἰκόνων* lib. 2. in Arrichione; *eisque sese inuicem non tantum cadere ac propellere licitum tradit, sed & mordere summaq; digitis oculos latusque fodere*: quo loquendi genere vtitur quoque Pausanias in Laconicis. Et vero quũ Philostratus in concordiam adducatur cum Seneca, sentit P. Faber cap. 12. lib. 1. Agon. hoc Philostrati sic accipiendum, vt ad certas quasdã Epheborũ pugnas in Platanone (quem veluti insulã Euripus ambibat) referri oporteat: in quo ita in alterum aduersarios omni vi adhibita depugnaturus comminus incurreret insiliretque, vt præter morsus illos, effossionesque oculorum, confertim etiam in aquam vnum quempiam impetu facto alij propellerent: non vt passim hoc genere exercitationis, aliisue in locis apud Spartam quidem vterentur, quod Lycurgi legibus siue Rhetris improbatum scirent, &c. hęc Faber, qui post multa addit; haud ideo existimandum non fuisse quemquam Lacona qui pugilatu contendere sibi fas duceret, antequam Lycurgus leges Lacedæmoniis constitueret. Alcidamãtem profecto Lacedæmonium cum Argolico Capaneo cæstibus dimicasse nudum, hi versus apud Stat. Papinium lib. 6. Thebaid. ostendere:

Tandem insperatus nuda de plebe Laconum
Prosilit Alcidamas. mirantur Dorica regem
Agmina, sed socij fretum Polluce magistro
Norant, & sacras inter creuisse palæstras.
Ipse Deus posuitq; manus, & brachia finxit.

Hæc ille. Quod cum ita sit, quid vetat, quin etiam conciliemus Propertium Senecæ ac Plutarcho, dicamusque respexisse poetam, ad morem qui in vsu Spartę, ante Rhetras natas: vtique cum & meminisset Pollucem pro pugile celebrari ab Homero, canenti lib. 2. Iliad.

καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

de hac re sic ego sane censeo.

Victi confessio) quod fiebat, siue ipsa voce, siue porrectione manus, aut fuga, aliaue quolibet corporis gestu. innuit Plutarchus in Apophthegmatibus Laconicis, vbi eius prohibitionis Laconicam & argutam hanc a Lycurgo redditam profert rationem: *ὅπως εἰς μηδὲν αὐτῶν ἐν τῷ πονεῖν ἀπαυδᾶν ἐθίζωνται.* quorum verborum interpretationes aliquam multas requires a Fabro lib. 1. cap. 8. Agonist. Et propterea forte Pancratium pugillatumq; abominabatur Alexander Macedo; qui tamen reliqua certamina non modo non respuebat, sed etiam edi iubebat, sicut auctor est in vita eius Plutarch. hoc etiam cap. 9. Fab.

Luctator ter abiectus) & huius loci interpretationem pete a P. Fabro lib. 1. cap. 27. Agonist.

Cursor metam prior contingit) sic & Col. at enim Pal. sec.

tert. item vetus ille Naz. *curfor cretam*. quod cur publicam deinceps non videat lucem?

Quoniam quidem etiam inter superan. &c.) ita etiam mss mei. at Pincianus corrigendum retur: *quandoquidem in ter superatis animus suo est.* adducit ipsum vt sic emendet verba non multo ante præcedentia, *luctator ter ubi perdidit palmam, non tradidit*, tum quod in vet. eius extet codd. non *quoniam quidem*, sed *quandoquidem*.

CAPVT IV.

Si scit debere, si vult) omn. mss. *scit debere.* prorsus inepte. Laudo itaque coniecturam istam Mureti, addentis *si*.

Nonne ille tuus merito, &c.) membranacei mei libri quatuor: *O ne ille.* quod verum puto; nisi si potius O abiiciendum est; retenta solum *Ne*; quod sit affeuerantis, eademque significatione qua *profecto, certe, vaj*.

CAPVT V.

Cum a nullo turpe sit) Stephanus lib. 2. cap. 4. Prood. putat hic negatiuam deesse particulam. libri scripti tamen vulgatos defendunt.

Nam tam diu illos odio habemus) miror quid hoc sit: quotquot vidi calamo exaratos codd. non habent dictionem *odio*. vix tamen est quod suspicer, nisi scriptum forte: *tam diu illos insuper habemus.* quod idem esse cum *negligimus & susque deque habemus*, diu est quod Cuiacius & Muretus docuerunt; ille lib. 3. cap. 22. Obseruat. hic lib. 11. cap. 17. Var. lect.

Non est turpe non assequi) scripta lectio meorum codd. *non consequi*. quæ mihi melior vulgata.

Aut turpiter petimus) Naz. & Col. postremam dictionem excluserunt. meo animo legitime. nisi si forte reducendum quod est in Pal. tert. *nec ideo petimus turpiter*, resectis reliquis.

CAPVT VI.

Eadem re gloriari) sic & mei manu exarati: sed tamen antiquissimo Naz. cod. prius fuit: *Eadem glor.* exclusa vocula *re*. quod mihi non displicet, vt sit accusandi casus.

A quo victus est) membranæ interponunt dictionem fere necessariam, *a quo vtique victus*.

Et filium (quod in luctu ac rebus aduersis moris est) tonderet) de quo more Plutarchus libr. de superstitione. dicebaturque tonsura lugubris quasi ἐν χρῷ κουρά. pluta Alexander ab Alex. lib. 3. Genial. dier. cap. 7. Iunius cap. 5. lib. de coma. N. Hotmannus cap. 16. libri singularis Obseruationum quæ ad vet. nupt. rit. pert. Torrentius ad caput 5. Suet. Caligulæ. porro I.C. quidam, pro *& filium*, legendum censet, *& capillum*. vellem probaret aut libri mss. aut historiæ alicuius auctoritate. mihi enim tonsurâ hâc filij maiorem præ se tulisse videtur dolorem pater, quam si ipse crine raso.

Si recto libramento) notat Turnebus lib. 16. cap. 5. Aduers. *libramentum rectum* hic poni pro perpendiculo: vt hoc velit, si Luna ad perpendiculum inter vtrunque interposita fuit.

Quo dispositos ac prad.) mss. mei, vt & pridem vulgati, *dispositosque ac pr.* probauerim.

Vt facetus) sic & aliæ edit. sed sanius certe Pal. tres, Naz. & Col. *vir facetus*, quod & habuit prisca lectio Pinc.

Maluit illi vafre negare) mss. mei quatuor, *m. illi nasute neg.* erat in Pal. pr. *narsite*; appositumque alias legi *astute*. mihi placet *nasute*, nisi si quis malit, *versute*.

Negaret si nollet) chirographi mei; *Negasset si nollet*. multo melius. solum Naz. *Negasset si vellet*. perperam.

CAPVT VII.

Sibi ipsis benef.) sic & Col. at Palat. sec. tert. & Nazar. *sibi ipsos*. quod amplector.

A se ipse vinci) sic Pal. sec. at tert. item Naz. & Col. *a se ipsum v.* placet.

Et, vt ita dicam, assentator suus) ad hoc margo edit. Erasmi, αὐτοκόλαξ. ceterum adducit isthæc explicatq; Cuiacius ad lib. 2. Instit. tit. de hered. qualit. & differ. refertq; Fornerius ad L. 120. de verb. sign.

Vitia non tantum cum foris peccant) sordet hoc auri meæ; suspicorque, licet nullo suffragante exemplari, posse legi *foris spectant*.

Socr. non agat quod ipse so docuit) antiquus cod. Pinc. *agat sibi quod Platonem docuit*. Nazar. *Socr. sibi non agat, quod.* idque auctoris germanum.

M. Cato ait) non aliter mss. mei. Pincianus tamen, legi posse putat, *Hecaton ait*, quod eius testimonio aliquoties vtatur auctor, sed minus recte. nam dictum illud Catonis esse, & alij prodiderunt.

Sine tu loquar mecum) verius in calamo pictis *Sine loquar*, eiecta voce *tu*.

Nemo sibi debet) sumpsit istud a coniectura Agricolæ Muretus. qui sic mutauit testagantibus exempp. in quib. *Natura sibi dedit.* Pincianus scribit in correctioribus cod. hæc verba omnino desiderari. mea sententia bene. scito tamen extare illa in mss. meis quatuor hac facie: *Natura sibi dedit.*

CAPVT VIII.

Adfuisse sibi dicitur) adesse, pro patrocinari, aduocationem præbere, familiare Iurisconsultis L. 6. ff. de postulan. l. 1. § aduocatus. ff. de var. & extraord. l. 5. §. sunt qui putant ff. de his quæ vt indign. aliasque vt videbis ex lib. 1. Briss. de verbor. sign. Sic Suetonius in Claudio cap. 38. *Scribam quæstorium inauditum & innoxium relegauit. quod aduersus priuatum se intemperantius adfuisset.* de ea etiam voce Gellius lib. 1. cap. 22. nec aliter ceperim illud Senecæ lib. 6. cap. 25. *Omnes isti beneficia sua detestabili via ducunt, qui Deos contra eum aduocant, cui ipsi adfuturi sunt, &c.*

Cum aliquis probe fecerit) mss. mei quinque, *cum aliquid prodesse sibi fecerit*, etiam Pinciani, quod ipse probat.

Quo excedat non habet. membranæ meæ quinque, *quo excidat*. quod cum etiam extiterit in Pinc. libris, quid ni reuocemus in proprios penateis? Pinc. liber alter, qui habebat *ex quo excidat*, ne audiatur.

Non peribit benef.) sic plerique mss. at Nazar *non perit.* quod vix reiecerim.

CAPVT IX.

Quod sibi ipsi fuisset) Pal. sec. tert. Naz. *sibi ipse*. laudo.

Nemo sibi ben. dat. n. m. q hosp. N. s. d. n. m. q. credit) haud aliter Pal. sec. Naz. Col. at scripti codd. Pinc. *Nemo sibi beneficium dat, non magis quam credit*, reliquis superfluis. sic quoque refert Pal. tert. sed meo animo male, imo pessime: transilijt scilicet intermedia amanuensis.

Quomodo ergo gratiam) ita erat in Pinc. libris. antea legebatur: *Quando ergo.* quod se tuetur auctoritate Nazar. Col. Pal. sec. & tert. mihique adeo probatur.

Quo gratiam referret, beneficium det) Pal. sec. & Naz. *quo grat. refert, benef. dat.* omnino bene. Pal. ter. & Col. retinent *quo grat. refert, benef. dat.*

Do beneficium) sic omnes mei præter Naz. in quo vox adponitur initio. *verum do.* eamque hic ferme requiri, nemo non sentit.

CAPVT X.

Iurisque sui in alium translatio) Pinc. membranæ Pal. tert. & Col: *Iurisque in ea sui in al.* quomodo etiam testat in Naz. nisi quod pro *in alium* præferat *ad alium*.

Duo contraria in vnum coeunt, vt idem sit dare & accipere. Sed etiamnum multum interest inter dare & accipere. Quidni? &c.) Pal. sec. *in vno coeunt, vt id idem dare & acc. Sed etiam nunc.* tert. *in vno coeunt, & vt id idem d. & acc. etiam multum.* Naz. *in vno coeunt, vt id idem dare & accipere. Etiam nunc.* Col. *in vno coeunt, vt id idem dare & accipere. Quidni? &c.* omissis intermediis illis, *Sed etiamnum multum interest inter dare & accipere.* quæ in quibusdam quoque Pinciani codd. desiderantur. sed & extat exemplaria, quibus hæc quidem omnia adsunt, verum tamen deest vox; *Sed.* Locus profecto diffractus, nec ille componit qui legere nos iubet: *D. c. in vno non coeunt, vt einsdem idem sit. &c.* neque sic licet discedere a literarum ductibus. quid ergo? suspicor emendandum: *quia nemo dat sibi. alioquin duo contraria in vno coeunt. Et vt sit idē dare & accipere; etiamnum multum interest inter dare & accipere. &c.* correctio certa, quæque vix vllam infert vim literis.

Alienatio &c.) Sequentia verba Senecæ curare nimis interpretari vim alienationis, suggerit nobis Brissonius lib. 1. de verb. sign.

Quemadmodum videri sic &c.) quædam huc spectantia mutuare ab P. Fabro comment. de diuers. reg. iur. l. 175. Rævardo eiusdem tit. l. 163.

Frater sum sodalteruus) ita Pinc. mss. meis abest vox *Sed.*

Nemo est enim suus frater) explicat Cuiacius tit. de hered. qual. & diff. Instit. li. 2. refertque Fornerius tit. de verb. sign. ad L. 120.

Inter maxima humani generis bona fides colitur) quidni enim? cum nitatur ratione & æquitate naturali, aut potius ipsa sit ratio & naturalis æquitas. atque ita ea vox plerumque exaudiri debet, vt æquitatem ac veritatem significet, doloque malo, id est fraudi, eique quam Vlpianus L. 6. in fine ff. de his qui not. infam. perfidiam vocat, & simulationi prorsus aduersetur, vt apud hunc ipsum Philosophum sæpe, quemadmodum docuit P. Faber lib. 1. Semest. cap. 24. cuius isthæc fuerunt verba ad L. 57. de reg. iur.

Quid mi? cum inter) videtur tacite hanc emendationem sibi adscribere Muretus; at eam eruit e codicibus suis Pinc. meis vocabulum *mi* prorsus exulat. sed male tamen.

Nisi cum altero. Pinc. libri & mei, *nisi in altero.* est etiam in Pal. tert. *nisi altero.*

CAPVT XI.

Benef. & gratia relatio vltro citroque &c.) verba ista inuocat exponitque Erasmus 1. Chil. 3. Cent. 84. Adag.

Qui ergo gratiam) membranis meis omnibus deest particula *ergo.*

Qui gratiam sibi refert, sibi prodest) non est in mss. vox *sibi* quæ priori cernitur loco.

Quod illam vxorem nolui ducere) ita & Col. at Pal. sec. tert. Naz. *volui duc.* nescio quid præferam. fere tamen est vt prius.

Beneficium est quod potest & cum datum est non reddi.) Pal. tert. Naz. Col. alio ordine: *Benef. est quod pot. cum datum est & non reddi* at in Pal. sec. *Benef. est quod potest cum datum est & reddi & non reddi.* quam lectionem hercule non insuperhabuerim.

Quod alteri vt aliquis prodesset) membranæ eædem, *quod aliquis vt alteri prodesset.* qui ordo magis arridet.

Illi beneficium dedi) ita & Palat. sec. at pr. tert. Col. Naz. *benef. dedit:* quomodo & nos scribere voluit ex lectione suorum Pincianus.

Is qui sibi) concinnius mss. mei; *Is autem qui sibi.*

CAPVT XII.

Dicis me abesse ab eo qui operæpretium facit) Pincianus putat corrigendum: *Quod dicis: Me abysso ab eo &c.* non video causam quare. vulgato consentiunt mss. mei omn.

Expecta etiam, hoc) sic iidem mei libri. at Pinc. considerare nos iubet an non sit probatior lectio: *Expecta etiam nunc.*

Difficultates effugias) ita plerique codices: Nazar. meus *effugeres.* emenda *effugeris.*

Sic alligantur) purius Pal sec. tert. Naz. *sic inligantur.*

Quæ ille qui implicuit sine vllo negotio separat) Palat pr. *quæ ille qui impl. sine vllo neg. patet.* at sec. tert. Naz. Col. *quæ illi qui explicuit sine vllo negotio sperat.* altioris aliquid proculdubio latet mendi.

Et mores nouit) mss. quinque *& moras nouit.* rectissime, neque aliter priscæ editt.

Securitatem, torporem, ac segnitiem) in nullo meorum extat vox *torporem,* nisi adscripta oræ Pal. sec. & vero nihil hic quod agat habet.

Scabri aliquid) est hoc a timida coniectura Pinciani. libri omnes *crebri aliquid.* solum excerpta Pal. pr. repræsentant; *tetri aliq.* margo Erasm. editionis innuit aliter etiam legi, *rellis aliq.*

Per quod crepant) aliquot membranæ *crepant.* Nazar. *quod derepant.* quod fere retinuerim.

Itaque nec ingratus est) libris meis nusquam comparet *itaq. nec.* Pal. etiam sec. sequentia sic concipit: *malus: ingratus est, quomodo etiam nunc &c.* at Col. *malus. Ingratus est etiam malus. nunc beneficium &c.*

Apud malum) Pal. sec. & Nazar. *Aliud malum:* Col. *Ad malum:* Pal. tert. *Alium malum.*

Ergo nec beneficio) Pal. tert. *ergo unte beneficium nec beneficio.* Naz. *ergo aut beneficium nec beneficio.*

Ingratus esse non potest. Bonus benef &c.) mss. interiiciunt: *ingr. esse non potest. Malo viro beneficium dare nemo potest. Bonus.*

Est nomen, & hoc inane) sumsit istud ab ingeniosa Erasmi coniectura Muretus: cum exemplaria eius meaque consentiant præferantque, *est nemo & hoc inane.* meo etiam iudicio male. *ingratus est nomen inane,* id est, nihil aliud quam inane nomen.

Desinet enim) repone beneficio mss. meorum: *Desinet.*

Prauo vsu corrumpit) iidem *corrumpitur.*

Accepit cibos, mutat) & hoc ab Erasmo est, quod eruit ex vno solum cod. cum consentirent reliqui in mendo, haberentque *cibos mittit.* & sic quoque Pal. sec. at tert. habet *mittitur.* Col. vero *cibos emittit.* Naz. autem *cibos mutat.* sed prius tamen scriptum erat *mutatat.*

Quæ fluctuarentur) Pal. sec. *fluctuarent.* tert. & Nazar. *quam fluctuarentur.* forte *quæ in fluctuarentur.*

Extra spec. prof. si meliori darentur.) vulgati pridem præponunt voculam *& extra.* quod idem in mss. cunctis. Naz. etiam habet *meliora:* Col. *melioribus.* Erasmus vice *extra* scribendum forte putat, *ex se.*

Hic bene faciendi) sic mss. omn. Pinciano tamen scribendum videtur *hinc benef.*

CAPVT XIII.

Accipere tamen malus potest quæ) melius Palat. tert. & Col. *tamen quædam malus p.* Nazar. insuper & alteram immittit vocem: *accipere etiam malus tamen quædam potest.*

Illa a stulto ac malo) habent amplius mss. mei quatuor *illa animi bona,* nec temere submouerim, cum & sic feruent vetuste editi.

Aiunt minuta peruenire benef.) mss. vno ore: *aiunt minuta beneficia peruentura ad malos.*

Sic pyxidem) ita vetusti mei codd. omnes, nec non tres Erasmi. bene πύξις enim, vt ille prodit, Græcis a πύξος dicitur, quod ex buxo fieret. vnde falso pyxidem argenteam auream ue dicemus. olim vulgabatur *paropsidem.*

Veri beneficij specie fefellit) priores editt. *viri boni spem fefellit.* Pincianus primum monuit duo exempp. habere *veri beneficij speciem fefellit.* quomodo mei quatuor concorditer præferunt.

Qui soporem cum venenum) sic etiam Pal. sec. & Col. at Naz. & Pal. tert. *qui soporem cum.* quod ego exosculor.

CAPVT XIV.

Ad deos manus) sic coniecit Pincianus; nec aliter in Nazar. & Col. antea erat *ad eos.* Palat. sec. habet: *ad cælum manus.*

Quæ accepit ab illo aliquid ex his quæ apud imperitos bona sunt) indicat Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 8. Muretum hic dissimulanter sequi emendationem Pinciani. cum enim mss. eius custodirent: *accipiat ab illo al. ex h. q. a. imperitos sunt,* legendum sibi videri ait, *accepit,* & adiiciendum *bona* ante verbum *sunt.* & vero Palat. sec. confirmat scripturam veterum codd. Pinc. sed enim tert. legit, *ea scilicet ratione quæ accipiat ab illo ait quid ex his quæ ap. imperitos sunt.* sicuti & præfert Naz. nisi quod *ratione* alterius scriptum sit manu, cum antea tantum esset: *ea scilicet ne quia.* Col. scribit: *ea s. ratione quia accepit ab illo ait. quid? ex his quæ apud imperitos sunt.* locus fractus, vt & sequens.

Cui tametsi malus est) Pinciani chirographi: *quorum etsi malis copia est.* mei, vt & aliquot Erasmi: *quorum si malis copia est.* ipse tamen alteram in textum recepit; hoc tantum abiens a Mureto, quod diuiserit in duas voces *tamen etsi:* quam alter ille coniunctim scribendam arbitratur, vti latius probat lib. 11. var. lect. cap. 17. Addit tamen Erasmus videri sibi deesse voculam, *quæ apud illos bona sunt.* nisi sit forte, inquit, reddidit Græcam figuram τὰ παρ' αὐτοῖς, quod mox explicauit, *quorum illis copia est.* quæ verba dubito num ab interprete sint adiecta, & hinc variatam scripturam. hæc ille.

Pro pessimo prauoque) habuit Naz. *paruoque.*

Æs alienum habere dicitur & qui aureos debet) æs alienum appellatur quod nos aliis debemus: loquendi ratio inde fluxit, quod veteres primum æreis nummis nota pecudum a Seruio Tullio signatis vsi sunt, auctore Plinio lib. 18. cap. 3. lib. 33. cap. 5. qui plura de hac re sitit, adeat Brisson. lib. 1. de verb. sign. Fornerium ad L. 159. eiusdem tituli, in primis vero Hotomannum lib. de re nummaria cap. De pecunia ærea.

Quo genere obligatus es, hoc fidem exsolue) monet Faber commentario ad tit. de reg. Iur. has voces valde conuenire regulæ illi: *Nihil tam naturale est, quam eo genere quidq; dissoluere, quo colligatum est &c.*

Corium forma publica percussum) de eo etiam Hotomannus d. libro, cap. De forma & nota publica nūmorū.

CAPVT XV.

Ad vos non pertinet, ad alios spectat verum. Vos ad speciem &c. Pal. tert. *ad vos non pertinet. in alios quæritur verum. vos ad &c.* Palat. sec. vt & mss. Pinc. & aliquot Erasmi, *ad vos n. pertinet. In alios quæritur. Verum vos ad.* Naz. & Col. *ad vos n. pertinet. In alios quæritur verū. Vos ad &c.*

Et dum honestum dicitis) Col. *discitis*: Naz. *discite.*

Quod nomine honesti iactatur) Pal. tert. Col. Naz. *quo nomen honesti iact.*

Nam vt dicitis) mss. mei omn. *dicimus.*

Quid ergo? nō vndiq; humano generi &c.) sic Pal. etiam sec. at tert. *Quid ergo non sunt nisi vndiq; hum.* Naz. *Quid ergo non sunt. Non vndiq;.* Col. *Quid ergo? non sunt, imo non vndique.*

Nec est quod hanc tantum nostram murmurationem putes. locus vitiosus; nec enim habet vox *numerantium*, quæ mox sequitur, a quo pendeat. nihil iuuant libri: tamen arbitror scribendum: *tantum nostrum murm.* loquitur enim de Stoicis siue adeo Philosophis, quibus & se aggregat. *nostrum* igitur accipietur pro *nostrorum.*

Nescio qua non ex Phil. domo, clam. sed ex medis &c.) longe aliter Naz. & Pal sec. *nescio qui non ex Phil. domo clamat ex med.* &c. at tert. *nescio qui n. ex Phil. domo clamat ex media conuenta.* Col. vero: *nescio qua non ex Ph. domo clamat ex med. &c.* vulgata lectio habet, *nescio qua nam nō ex Ph. d. clamat, ex med. &c.* sed nec illud *nam* vsquam in codd. Pinc. ego Mureti coniecturam pene admiserim.

Qui ne triumphaturi quidem intrare vrbem iniussu Senatus deberetis) Nempe qui de triumpho postulando cogitabant, aliquamdiu ad vrbem manebant: ac Senatu in Bellonæ ædem euocato, res a se gestas exponebant, triumphūq; submisse petebāt. vide modo Car. Sigonium lib. 2. de iure Prouinc. cap. 10. qui hæc locis idoneis comprobat scripsi *iniussu Senatus* suasu mss. & publicatorum. nam illud *iussu*, quod Mureti præfert editio, typographi putarim mendum.

CAPVT XVI.

Nisi euerteret) in Nazat. est *nisi verteret.* & vide quæso lector, an non *verteret* hic habere possit locum. nam variant alioqui mss. alij: estque in Col. *auerteret* in Pal. duob. *euerteret.*

Romana funera) probo eam lectionem. mss. tamen quasi de compacto, *omnia funera.*

Ciuilis exitij) sic etiam Naz. Col. alij, vt & publicati, *exilij* male.

Parum mutatam) scribit indicio scriptorum lib. Pinc. *multatam* & ita sane constanter quadriga membranarum mearum.

In angulum congestas) non aliter editio Erasmi. at chirographi mei omn. *in angulo.*

Impunitatem, & pecuniam t n. ciuicam &c.) & hoc editio Erasmi. quomodo & Pal. sec. reliquis deest coniunctio. Pinc. legendum putat ordine præpostero, *impunitatem, pecuniam. &c. tātum non ciuicam*: vt subintelligatur *coronam.* ego nihil mutauerim a lectione recepta. eleganter enim illam pecuniam vocarit ciuicam, quę ob ciuem occisum dabatur; sed per antiphrasin, cum corona ciuica seruati ciuis esset indicium.

Ad consulatum a caliga perductus) Innuit fuisse prius gregarium militem. Caliga enim, vt lib. 48. inquit Dio, ὑπόδημα... clare Suetonius in Caligula cap. 9: *Caligulæ cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulari habitu inter milites educabatur.* vbi consule Beroaldum & Torrentium. clarius Tacitus vbi de eodem Imp. lib. 1. Annal. *Militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda studia vulgi eo tegmine pedum induebatur.* ad quem locum omnino euolue Lipsii mei cōmentarium. adi etiam Pamelij adnotat. in Tertull. lib. de Idololatr. cap. 19.

A Prænestina arce) de Prænestina via Marlianus lib. 5. cap. 26. Topogr. vrb. Romæ, Panuinius in vrbe Roma.

Ad Collinam portam) de ea dicto loco Panuinius: Marlianus vero lib. 1. cap. 8. topog.

Pro tot honoribus, quos ex maxima parte immaturus inuaserat.) Tacitus tamen lib. 2. scribit: *Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctiq; ciuium si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur quin prima iuuenta consulatum ac dictaturas inirent.* Sed hoc apud maiores illos antiquissimos. postea legibus latis effectum est, vt consulatus ante XLIII. annum peti, ante XLIII. geri non posset. prætura nec peti ante XXXIX. nec geri ante XL. annum: ædilitas nec peti ante XXXVI. nec geri ante XXXVII. annum iure posset, vt aperte & eleganter demonstrat Nicolaus Gruchius lib. 1. de comit. Rom. cap. 3. vbi ex Polybij etiam lib. 6. de Repub. docet nulli ciuium Rom. licuisse vllum magistratum vrbanum gerere, qui decem annos nō militasset &c. hæc fere P. Faber ad tit. de reg. Iur. l. 2. quem adi si absoluta quædam de annali lege desideras. Sed & quæsturæ annum fuisse tributum XXV, disce ex Lipsio ad lib. 3. annal. Taciti.

Dum ita triumuiris R. P. diuidit) sic Erasmi editio & Pal. sec. at tert. & Col. *dum ita R. P. diuidit.* Naz. vero; *dum ita dum tertio remp. diuid.* quantiuis pretij scriptura, & quam canorem habeo quouis pyropo. facio enim inde in ipso negotio: *dum ita cū tertio Rempubl. diuidit*: vero & plano sensu, quemque omnes comprobant Historici. tertius enim hic, M. Crassus. alter, ipsius socer, Iul. Cæsar. illud *triumuiris* huc omnino absurdum. nam quid? an nō ipse Pompeius de triomuiris vnus? ita sane.

Qui a Gallia) in chirographis quatuor non apparet pronomen *qui*, & vero abijciatur alibi in cloacam, ponaturque punctum ante præpositionem seq. nam solum ad præseruot truncatæ illæ membranæ Pal. pr. & nescio quæ lectio Pinciani.

Ingratus Antonius &c. huic loco patrocinor lib. 27. cap. 10. Suspic.

Interfectoresque eius) sic Pal. sec. reliqui scripti non habent encliticam particulam *que.* nec displicet. est qui legit *qui interf. eius.* dure nimis & horride, si quid ego sentio.

Post tot mala destinauit ne Romanis quidem regibus) Col. *Neronianus.* alij omn. vulgatam firmant. est tamen I. C. qui legit, *tot mala (quæ ne a Romanis quidem Regibus) ei destinauit, vt qua &c.*) nihil tale voluit auctor. quare ne sollicitemus vulgatam, quæ ait, afflictam illam Romā coactam tandem seruire & pendere tributum, non Romanis quidem Regibus, quod vtcunque fuisset tolerabile, quia nec alioqui noui exempli, at vero exteris, & eis quidem non viris, sed eunuchis. hæc probo latius lib. 27. cap. 10. Suspic.

Vt qua Achais Rhodiis) quomodo ex isto Senecæ loco verba historicorum, agentium de Rhodus exponenda sint, enucleat P. Faber ad L. 106. de reg. Iur.

Eo redegit populum Romanum vt saluos esse) est a coniectura Pinciani, cum antea duabus scriberetur literis *R. P.* quod pro *Rempublicam* accepit Rod. Agricola, ideoque mutauit *saluos* in *saluam*, male. nam in Pal. sec. & tert. omnibus literis visitur *Romanum pplm.* in Nazar. autem & Col. inuersis scribitur literis: *P. R.* quod notare *populum Romanum* cuiuis notum.

Neminem occidit nisi armatum) Pincianus legendum retur *odit* non *occidit.* quādoquidem, inquit, eius verbum fuit, *Armatus sit oportet quem oderim* quid tum? at odiū non istuc substitit, sed erupit in cædes. itaque nihil mutemus,

Proscriptionibus, incursionibus) vox postrema non inuenitur quidem in vet. lect. Pinciani; at eam ostentant mss. mei quatuor.

CAPVT XVII.

Deficiet dies enumerantem ingr.) Pal. tert. *Deficient dies enumerantes.* Pal. sec. *Def. d. enumerantem me ingr.* quod non improbauerim.

Nisi quærendum est de omnibus) sic mss. mei quatuor. Pincianus legendum arbitratur, *nisi quærendum esset.*

Vt dicam quam ingrata sit iuuentus vide) Pinc. castigandum

gandum putat: *vtiq. quam ingr. &c.* Naz. habet alio ordine: *vt dicam vide quam ing. f. Iun.* Pal. sec. *vt dicam quam ing. vide f. Iun.* tert. & Col. *vt dicam quam ingrati. Vide sic inuentus.* Naz. lectio mihi liquida videtur.

Vt non computet) mss. mei & Pinc. *vt non & computet.* quæ coniunctio multum orationi conciliat venustatis energiæque.

Cui rogo litigatori) repetit pronomen Naz. habetque, *Cui rogo, cui litig.* quod tamen nescio an recipiendum.

Contentum præfato tempore) monuit Erasmus legi alias *cont. præterito tempore,* & sic sane Naz. Col. at Pal. pr. habet *præstito.* sed error ortus ex compendiaria scribendi via. sec. retinet *contentum præterito*, exclusa voce *tempore.* quod fere probo.

Boni consule) mss. *consulas.*

Vt prorogetur tibi dies mortis) ita membranæ Pinc. & meæ quatuor. quare bene Stephanus lib. 2. Prood. cap. 10. qui alterum verbum *vt prolongetur* hinc eiciendum autumat.

Nihil proficit ad felic.) Naz. & Col. *nihil proficitur ad f.* vix est vt non admiserim qui sit quo cerebrum findatur Grammaticis.

Potuit plus) post hæc verba lacuna est trium quatuorve vocum in vetertimo Naz. cod.

CAPVT XIIX.

In infinitum inquis me) Col. abest præpositio *in,* habetque *Infinitum esse inquis.* Naz. *In infinitum esse inquit me.* Pal. tert. *In inf. vero inquid me.*

Primum vnde quo, quare) Palat. sec. & tert. item Col. *Primum de quo quaro,* vti & seruant cusa exemplaria. Naz. *Primum de quod quaro.*

Numquid auo) Naz. & Col. *numquid & auo.* quod concinnius longe illo altero.

Aut ne cadat excep.) sic Col. at Pal. sec. *aut ne nunc cadat.* tert. vero *aut ne cadat.* Naz. *aut ne non cadat exc.* forte fuit: *aut ne concidat excep.*

Si seruum tuum seruauero, tibi imputabo) nonneminem e IC. perperam interponere negationem, ac legere: *non tibi imputabo*, doceo lib. Suspic. 26. cap. 6. ceterum mss. mei omnes melius *sanauero* legunt, quam quomodo vulgatur, *seruauero.*

CAPVT XIX.

Mei mancipij res est) vide me sup. lib. 3. cap. 20. de benef.

Ego beneficio lator. Contingor non obl.) Pal. sec. *contingor sed non obligor.* tert. Nazar. & Col. *lator & contingor; non obligor.*

Qui debere non putas) melius excusi, & mss. mei, *debere te non.*

Non tamen ego debuero) bene Naz. vna voce amplius, *non tamen ideo ego deb.*

Aliquando euenit) mss. mei quatuor, *eueniet.*

Tanquam Iurisconsultus respondeam) recte arbitratur P. Faber lib. 2. cap. 14. Semestr. item ad L. 34. de reg. Iuris, locum hũc pertinere ad ea omnia, in quibus id sequimur quod actum est; mentem scilicet, quam sæpius contra rei veritatẽ in respondendo de iure optimi Iurisconsulti spectant. recte inquam ille. nam vt ait pro Cæcinna Cicero; *quæ lex, quod Senatusconsultum, quod magistratus edictum, quod fœdus aut pactio, quod testamentum, quæ iudicia aut stipulationes aut pacti conuenti formula non infirmari & conuelli potest, si ad verba rem deflectere velimus, consilium autem eorum qui scripserunt, & rationem & auctoritatem relinquamus?* vise & Ræuardum ad L. 200. de reg. Iur.

Sic pater beneficio) ita & Pal. sec. at tert. *Sed pater.* quod idem extat in Col. habet Naz. aliquas præterea voces, *si filium suum pater benefic. &c.* Pincianus scribẽdum putauit, *sed pater benef.* probauerim? nisi si forte insistamus vestigiis Nazariani codicis, reponamusque leui transmutatione; *si in filij sui pater.*

Ille inexplebilis subit) libri mei calamo exarati quatuor, *inexplicabilis:* quod & fuit in olim cusis.

CAPVT XX.

Non est malus nummus quem barbarus & ignarus formæ publicæ reiecit) scilicet certa & legitima cuique nũmo forma imprimebatur, vt ex ea tum ipsius auctoritas tum etiam legitimus & põderis & pretij status cognosceretur. haud tamen vniformis & singularis nummi cuiusque figura, sed varia interdum ac multiplex. quatuor enim rebus plerunque constabat: primum effigie auctoris, tum eiusdem nomine, deinde inscriptione, postremo signo aliquo siue nota, eaque vel certa vel arbitraria. de quibus sigillatim Fr. Hotomanus libro De re nummaria. porro chirographi mei quatuor repræsentant, non *nummus* sed *denarius:* quod non video cur hinc excludatur.

Hunc occidi) legere nos iubet ex mss. suis Pinc. *Hunc ego occidi.* nec aliter plutearij codices Pal. Naz. & Col.

Nec illi profui) Pal. tert. Col. Naz. *nec ipsi prof.*

Et humanitati dedi) præclara multa de hac voce P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 2.

Nullum habeo huius officij debitorem) Pal. tert. & Col. *nullum in hoc habeo;* quomodo & repositum est in Nazar. cum tamen prius esset: *nullum hoc hab.* quod & in Pal. sec. seruatur.

In publicum humanus) sic & Erasmi editio; sententia prorsus facili. miror itaque cur Pinc. corrigendum putarit: *nisi publicum humanum.* vulgato illi fauent Palat. sec. Naz. Col. tert. *in publicum humane.*

Indignus etiam repetenti non reddet: dignus etiam per) Pinc. inquit, esse in suis: *Indignus esset rep. non red. Dignus ipse per &c.* male. rescribatur tamen suasu Naz. a quo haud longius abeunt alij codd. *Indig. etiam rep. n. r. dignus ipse per se &c.*

Si malo viro dedisti, fer) sic Muretus, cum legendum putaret Erasmus *si malo v. d. fle re:* vt *re* referatur ad vocem *verbo.* re sis tristis, nõ motato rei nomine. aut *fle rem.* monuit is tamen etiam in cod. Longobardico legi non *flere,* vti passim vulgatur, sed *flectere;* vnde diuinauerat scriptũ fuisse *dedisti, plectere. Beneficium vero* (siue *verbo*) *ne corrumpas.* hoc est, da pœnas qui male collocaris, nec ideo beneficii commutes nomẽ. & vero mss. mei quatuor etiã præferunt *flectere.* quare adhuc sum in sententia qua fui dudum, non inconcinne scilicet sensu rescribi; *dedisti, plectere.* Homo ille qui corrigit: *dedisti, bem. beneficij verbum ne corr.* seipsum non intelligit, nedum vt ego illum.

Verum sunt ista) olim publicati & mss. mei quatuor, *verba sunt ista.*

Petam potius benef. quam repetam) sic & mss. Pincianus tamẽ ex suis rescribit; *quam prætercam*; vt paulo post: *sic ego quosdam ingratos palam ac pertinaces prætereo.* ego nihil mutauerim.

Ne opus esset mihi auxilio hom. ingrati) sic diserte Palat. sec. & Naz. nec fere aliter Pal. tert. & Col. nempe, *nec opus esse mihi.* est tamen quidã cui potius est legere: *nec defuisse mihi animum auxiliandi hominis ingrati.* satis pol licenter. & si certe tam longe a literarum ductibus, syllabarumque adeo numeris, abire fas cuiquam, quid est quæso nefas?

CAPVT XXI.

Ad qua consuetudo) sic palam Nazar. sed interpolatum postea ab alio quopiam, factumque *atqui*, quomodo restat in aliis mss. sed minus bene.

Multa legem non habent nec actionem) vt hæc tibi lector palam fiant: ecce delego commentarios Duareni in tit. de pactis, Ræuardi vero ad L. 24. ff. de reg. Iuris: Fornerij denique ad L. 9. §. quod si ff. de verb. sign.

Quod alicui promisimus alligat?) qui obligatus est, is dicitur obstrictus L. si possessor §. penult. ff. de petit. hered. l. semper qui non prohibet ff. de reg. Iur. l. qui pecuniã ff. si cert. pet. item *alligatus* l. 22. Cod. ad Velleiam. L. sancimus in fine cod. de fideiuss. item *alligatus.* Plaut. Prologo Rudentis: *Minis triginta sibi puellã destinat; Datq. arrhabonem, & iureiurando alligat.* hæc P. Faber ad L. 35. de reg. Iuris. rem & sententiam horum verborum multis enodat Duarenus in tit. 3. de in litem iurando. iterum lib. 2. cap. 8. disput. anniuers.

Fidem datam nec seruatam) vide quæso vt in horum verborum proprietatem inquirat P. Faber d. l. 35.

Ne vltima quidem necessitas in hoc agat) publicati prius. *Nam vltima quoque necess. &c.* nec secus est in quatuor membranis meis, probatque Pincianus; ita tamen vt post vocem *agat* statuatur punctum, ac sequentia verba per maiorem scribantur literam, hoc modo: *Cum quo diu mihi bell. sit, qui tam ingr.* non est vt probem.

Qui tam ingratus) Pal. sec. Naz. Col. *Quis tam*. Pal. tert. *Quis tamen ingr.* puto fuisse: *Si quis tam*; & absorptā coniunctionem *si* ab voce præcedēte ob similitudinē literarū.

Superest quod pereat) chirographi mei quatuor, vt & olim cusi: *superest nisi quod pereat*.

CAPVT XXII.

Quemcunq. potuero peccare prohibeo) mss. nostri: *prohibebo*. bene. nec aliter in appendice annotationum suarum Erasmus.

Illis exprobrabo) ita editio etiam Erasmi, & recte. mei tamen, *illi ea probabo*.

Si quod illos remorderet) scribamus cum exemplaribus Pinc. ac meis, *illos momorderit*.

CAPVT XXIII.

Ad referendā gratiam) mss. Pinc. *ad ferendā gratiā*. nec aliter omnes mei, excepto Pal. tert. qui consentit vulgato.

Fides non cessat, sed languet. hanc peruellamus. rationem hanc loquendi quidam ductam videri vult a veteri antestationum ritu, tanquam scilicet de aure vellenda agatur. Ego suspicor aliud; metaphoram nimirum ductam a somnolentis. quod præcedentia fere euincunt. simile dixit Epist. 20. *potius excitandus somno & vellicandus est animus, admonendusq. naturam nobis minimum constituisse*. item Epist. 49. *tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria euocāt, nec extinctam memoriam reddunt, sed quiescentem irritant*. denique Epist. 74. *Epistola tua delectauit me & marcentem excitauit*.

Quare desperas ante quam tentas) sic & Pal. pr. at Naz. *desperes antequam tentes*. sed prior vox mutata deinde in *desperas*. in Pal. tert. est; *quare desperas antequam temperes*. in Col. *desperas antequam temptes*.

An animus an facultas) Pal. pr. Col. Naz. non habent prius *an*; & certe abesse potest.

CAPVT XXIV.

Causam dicebat) Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 7; cum hoc exemplum sit eius quod in fine proxime præcedentis capitis propositum fuit, diuelli male autumat. & verū est.

Quidam paulo violentior) lectio mihi proba. scribendū tamen putat Pinc. *quidam Publius Militio*.

Quendam ex commilitonibus) Pinc. legendum retur: *quendam P. Militionem*. non probo.

Meministi quoque inquit sub) Pal. pr. & tert. non habēt *quoque*. at sec. Naz. Col. item vulgg. *mem. quidem sub*. putauerim corrigi posse: *Meministin' idem sub*.

Et quidem fuis confectus) sic Palat. sec. & Naz. Pinc. codd. vt & Pal. pr. *equidem*. tert. *memineris quid sis constrictus*. Col. *& quidem confectus*, absque dictione *sis*. placet mihi, *Equidem*.

Quia impeditus) sic omnes mss. mei. nihilominus vox *impeditus* aures meas valde radit. cogitabā aliquid de *rupe impeditus* aut *pedibus*, sed vereor vt nimiū sit temerariū.

Nisi commilito) ita excerpta Palat. pr. & tert. at sec. *nisi manibus commilito*, cum tamen etiā paulo antea illud *manibus* ibidem conspiciatur. Naz. quoque habet absque *nisi* illa: *manibus milito homo*. Col. vero hic etiam valde vitiosus. nam superiora sic concipit; *repere manibus militis homo*. Pinc. & hic corrigendū autumat; *nisi P. Militio*: hocque ideo quod reperisset in vno exemplari, *nisi pro milisio*. sed cur minus admiserim correctionem istam, facit quod non verisimile sit adeo obliuiosum fuisse Cæsarem, aut adeo supinum; vt audito nomine Militionis, nō etiam in memoriam reuocaret factum istud; deque illo hominem hunc interrogaret, an forte is ipsus esset.

Si videres agnosceret) lectio vetus Pinc. & Palat. tert. ac Naz. *si videris agnosces*. fauet vulgg. Pal. sec. & Col.

In quibus vicinalis via) Pincianus notat forte legendū & *vicina silua*. non est hercle quidem. de vicinalibus viis multa præclara Brissonius lib. 19. de verb. sign. at hic, via vicinalis, ea est quæ vel ex vicis, vel in viros ducit; quomodo & accipitur Frontino lib. 2. de Aquæductibus. item Iustiniano in §. item si putator Instit. de lege Aquilia. videatur ibidem Theophilus ac Cuiacius.

Machæra enim Hispana diuisa est) ita Pal. tert. ac Naz. nec nō Mureti editio: at vulgata habet, *Hispanica*, vt & Pal. sec. & Col. omnino recte; frustraque est Budæus qui lib. 1. cap. 40. miscellan. *Hispaniensem* restituendum arbitratur. diu enim est quod docuerunt Critici eadem ratione istud dici posse, atque *flumen oceanum, mulier Gallica &c.*

Milites suo donauit) scribendum, inquit Pincianus, *Militioni suo donauit*. non arbitror.

CAPVT XXV.

Quia hoc aut necessitate fact.) consentiunt mss. mei. itidem est amplius in optimo Naz. *aut ex magna necessitate*. quod non ego pol temere sugillauerim.

Ab hoc modum esset repetendum benef.) nescio vnde hæc dimanauerit lectio. cusi prius, *Ab hoc quam diu non ess. r.* bentat Pal. sec. *Ab hoc quod diu nō &c.* nihil in hisce sinceri. auscultate mihi vos Senecæ amatores: germanam dabo lectionem optimo auctori; *Ab hoc quid ut nō esset repetendum beneficium? Optāda erat obliuio*. nihil istis clarius: quam tamen non ego vobis imputo, sed Pal. tertius, cui se biga testiū adiungit, codex videlicet Naz. & Col. nec hoc satis: sic fuisse etiam in Lōgobardico suo cod. testatur ipse Erasmus: qui tamen opinatur legendum; *Ab hoc quidem non esset &c.* nec displicet, inquit, si *ut* vertas in *ne*. quid, ne esset repetendum beneficium, optāda erat obliuio. quæ postrema diuinatio quid sibi velit, non diuino. lectio illa mea quam probo; hoc vult, non modo nil repetendum fuisse a Tiberio sic affecto, vt insuper etiam officij collati optanda veniret obliuio, ne eius videlicet vnquam recurreret memoria, promeritoque faceret cordolium.

Optanda erat obliuio) legendum retur Pinc. *obtendebat obliuionem*. satis absurde: nec addo rationē; cum eum maculosam priorum verborum decepisse scripturam quiuis facile videre possit.

Vt nec ingratus possit dissimulare) non aliter Palat. sec. & Col. at tertio abest vox *possit*, præfertque *ingratus dissimularet*. Naz. etiā si ne ea habebat: *ingr. dissimulare*. vt vix dubitem quin legēdum sit sicut est in Pal. tert. nam non ponitur vltima litera in membranis Naz. quod subsequatur eiusdem figuræ character quæ duarum suppleret vicem.

Tacendum & exp.) Naz. & Col. *Tacendum erat & expectandum*. non absurde.

Melius fuisset. Quod rerum nostr.) sic omnes mei at Pinciani codices aliquot: *bonum est quod rerum nostrarum*.

Quo obsequētes faciat: & parent &c. monet Stephanus secutum hic Muretum lectionem prolatam ex coniectura Erasmi. nam cum haberent superiores editiones: *quos obsequētes facit & parce moneri velle ac posse &c.* ipse vero in veteri libro inuenisset *faciet* pro *facit*, & *parere* pro *parce*, effinxit eam lectionem quam Romana præfert editio. libri mei mire turbant. nam Pal. sec. habet; *quos obsequentes facit & parcere moneri velle ac posse secula virtus est*. tert. *relig. cultas moneri velle ac posse. Secunda virtus est quos obsequens faciet & parere huc illuc &c.* Col. *rel. cultas. Moneri velle & posse secunda virtus est, quos obsequēs facit* (ad orā notatur *faciet*) *& parere hac illuc*. sicque fere habet Naz. ille antiquus, nempe: *rel. cultas moneri velle ac posse secunda virtus est quos obsequens facit & parere. huc &c.*

Flectēdus est animus, paucis sui rector optimus) & hic variant mss. Pal. sec. *flectendus est paucis animus animus sui rector opt.* tert. *flectendus est. paucis animus sui rector*. Nazar. ac Col. *flectendus est. paucis animus sui rector optimus*. excerpta Pal. pr. repræsentant: *Moneri velle ac posse secūda virtus est. paucis animus sui rector optimus monetur*. & eiusdē monetur fuisse in aliquot codd. Pinc. inde coniiciamus quod illud *monetur* siue adeo *meuetur* in iisdē custodiatur. ego istū locū vespillonū curæ dudū cōmisi; vt & illa quę circa ipsū.

Inest acies, sed sine vsu) sic mss. mei quatuor. at flores illi Pal. primi, lectionem habēt codd. Pinciani; *eadem est acies sed sine vsu*.

Quam lumen a Dijs immissum ad minist.) editio Erasmi, *quos lumen a Dijs &c.* notat tamen alias legi *quam lumen*; quod cū & agnoscerēt exēplaria Pinc. non *quod* (vti prius vulgabatur) & præferrent insuper *euocat* siue *aduocat*, nō vt olim vulgati, *vocat*, putauit scribendum; *quem lumē ab his emissum ad min. sua euocat*. equidem Pal. sec. tert. etiā habent, *quam lumen a dijs immissum ad m. sua euocat*. nec secius Pal. pr. nisi quod posteriora concipit *immissum ministeria aduocat*. sed enim in Col. ms. loco *vā a Diis*. locus est vacuus a literis; custoditque ille Naz. *quam lumen dijs immissum ad min. sua euocat*; vt neque hic cōclamem voce grandi.

grandi. suspicabar tamen potnisse antiqua declinatione scriptum fuisse: *quam lumen dies immissum ad.* vt *dies* hic valeret *diei.* sed sit istud ægri somnium.

Nec irati relinq. in vitio) sequitur hic Muretus opinionem Erasmi, sic legendum autumantis, cum esset in mss. omnibus, *in vito.* & vero sic quoque retinet membranarum mearum lectio quintuplex. haud tamen inde formauerim *in vitio*; sed cogitauerim ad vocẽ *vietum.* nam vietus Festo, languidus, sine vi, & naturalibus priuatus viribus. sed nec hoc animo meo probatur.

Sed vt magistri puerorum discentium patienter ferre) & hoc ab Erasmo sumsit Muretus, qui eo ordine se legere fatetur, etsi vetus editio consentientibus exemplaribus manu scriptis referret: *se (vt magistri patienter ferre offensationes puerorum discentium memoria lab.* nec aliter hercle mss. mei omn.

Quemadm. subiecto vno) mss. mei interponunt aduerbium. *quemad. sæpe subiect.*

Admonitione reuocanda est) Pal. pr. sec. Naz. Col. *admonitio reuoc.* tert. *admonito reuoc.* an fuit; *admonitu reuoc.* certe *o* & *u* in promiscuo antiquis vsu.

IN LIB. VI. SENECÆ DE BENEFICIIS.

CAPVT I.

Extra viam iacent) sic voluit Muretus: at chirographi mei quinque concorditer præferunt: *extra visam.* placetque profecto. nam vult Seneca nullum præbere hominibus vsum.

His quoque si abire prot.) in Pinc. mss. & meis est amplius verbo: *In his quoque si abire.* tantum illud *si* alterius manu superscriptum Naz. Pincianus fideliorem arbitratur lectionem: *Quin his quoque si &c.*

Prodest cognoscere) sic membranæ meæ omn. Pinc. tamen, *agnoscere.* scias *con* per notam scriptum fuisse.

Alia expellam) aliquot hic voces dissimulanter omisit Muretus: habent enim antiquitus editi; *alia expellam, & ea perite agam.* at codd. Pinciani *alia exp. & ea perite agã.* vnde idem corrigẽdum retur: *alia expellam, alia peragam.* præcessit enim inquit pauln ante: *aut peragi iubeto*; vt sint tria membra. hæc ille. mihi magis arrider lectio quam agnoscit Erasmus; *alia expellam, & capite agam.* sic quippe nulla litera minus libri mei quinque. quid tamen sit *capite agere* nondum inueni; videor tamen subodorari cubile, quo secondidn.

CAPVT II.

Aliud ipsa nauigatio) vox media non comparet in scriptis meis.

Materia illius huc) membranæ Pinc. & meæ, *Mat. vero eius.*

Itaq. tu tuum eripis) quinque libri mei, vt & editio Erasmi, *Itaque tum eripis.*

Retro illi agere si non licet) hoc ipsum exemplis illuminat P. Faber ad tit. de reg. Iuris l. 31.

CAPVT III.

Apud Rabirium poetam) quem laudat Ouidius *magnique Raberius oris.* etiam Velleius lib. 2. Histor. *maxime nostri aui eminent Virgilius Rabiriusq.* sic enim legerim, eiectis vocibus: *princeps carminis*, tanquam si a mala manu. Fabius tenuiter de eo sentit *Rabirius & Pedo non indigni cognitione, si vacet.* vide ad Velleiũ Lipsij animaduers. nomen poetæ huius reduxit Pincianus. nam in mss. partim *Rapirium*, partim *Dapirum.*

Transeuntem alio videat) Pal. tert. *viderat.* iure reducamus.

Id quoq. si cito occupauerit) cui cor sapit, videt locum istum plane fractum. redintegrare conabar ope & auxilio amicissimi mei, & emunctæ hercle naris hominis Hier. Comelini: *idq. si cito:* vt innuat, ne ius quidẽ liberæ mortis futurum Antonin si id aliquantulum differat occupare. elegans mediusfidius emendatio, quamque indicaui lib. 21. cap. 10. Suspic. In libris scriptis nihil hic nobis erat auxilij. solum præferebat Naz. *quoq. scito occup.*

Hoc habeo quodcunq. dedi) recte; nec aliter Naz. cod. & Pal. sec. male tert. *Hic habeo:* peius vero Col. *Hac habeo quæcunque dedi.* de eo multa Lud. Cælius lib. 20. cap. 24. lect. antiq. Scipio Gentilis lib. 1. cap. 2. Parerg.

Quæ ex alieno sanguine rapta) ita etiam libri mei quatuor. Colon. *autem, quæ ex sanguine rapta*, sine voce *alieno.* sed enim Pinc. putat præpositionem *ex* aduentitiam esse.

Aut hostilis animi) mss. omnes: *hostis.*

Dono dando) mss. quatuor, *dona dando.* quintus, qui continet excerpta illa, *donando.* quod placuit Pinc. ex sua vet. lect. confirmaturque verbis seqq. *cum donasti beneficium est*; in quibus tamen verbis superfluere dictionem *cum*, idem testatur. idque, inquit, ex codice allato sibi Pincia patria sua. at ego eam hic constanter retinuerim adminiculantibus membranis meis quinque.

CAPVT IV.

Pecuniam aliquis mihi) sequitur Muretus lectionem aliquot librorum Pinciani. at vulgatis adest vox *tãquam*, ad hunc modum: *Tanquam pecuniam aliquis.* eadem dictio etiam in mss. meis quatuor; nec eiicienda, si modo distinctiũcula aliqua separetur a sequentibus verbis. notat enim, *veluti*, vel *exempli causa*; vtiturque noster etiam alias.

Vt perinde liber) membranæ illæ quatuor: *vt proinde.* nec mutauerim. nam id idem valere quod alterum illud, scire est ex Terentio Heautontim. Sc. I. & Phorm. itẽ Varrone apud Nonium in verbo *vndulatum.* nec aliter vsurpatur in l. 134. in fin. & l. 137. §. cum quis ff. de verb sign. l. 49. ff de euiction. l. 205. ff. de reg. Iuris. Brisson. lib. singul. Parerg.

Eum sim, quasi non accepissem) sic Pal sec. at tert. & Col. *eum essem licet accepissem.* mendose. probum habuerim quod restat in Naz. *eum essem, ac si nihil accepissem.*

Colonum suum non tenet, quamuis) est qui corrigit, sicque ideo alibi, tanquam germanum auctoris adducit: *non tenet obligatum quamuis.* at vox illa *obligatum*, non comparet in vllo libro calamo exarato. nec vero comparere debet. *tenere* enim simpliciter, non solum huic nostro sed & Iurisconsultis, idem est quod *obligare.* vti exemplis pluribus probo lib. 23. cap. 7. Suspic.

Ne reciperet fecit) mss. *effecit.* quod reducatur.

Quam ex credito petis) legit Pinc. ex mss. suis, *ex crediti causa petis*, quomodo est etiã in Pal. sec. sed tamẽ *causa* debet eiici, tanquam quæ repetita sine causa, legendumque *quam ex crediti petis.* sic consuadent Palat. tert. Naz. Col. quidam codd. Erasmi, *quam quod est crediti.*

Pecuniam credidisti) loquitur Seneca de pecunia credita, hoc est, non deposita, sed mutua l. 11. de reb. credit. ait Ræuardus lib. 1. cap. 11. Varior.

Agellum quem non emeras, possides) inepte hic idem quem supra taxaui, emẽdat: *agellum quem locaueras* nam loquitur Seneca de eo qui agrum sine vlla iusto titulo occupauit. haud tamen celabo lectorem, in omni scripta lectione tam mea quã Pinc. extare; *Argentum quod nõ emer. poss.* quomodo etiam citat Duarenus ad l. 7. tit. soluto matrim. & Hotomanus ad l. 4. Institut. tit de actionib. §. compensationes quoque, item Ræuardus d. cap. 11. Pincianus tamen maluit illud alterum quod & arripuit Muretus, sed male: cur enim potius *agellum* dixisset auctor quam *agrum*? corrumpendo fuit, quod vterque putaret possideri tantum illa quæ sunt soli. quod falsum est. consule tantum Connanum lib. 3. commentar. iur. ciuil. cap. 8.

Æstimatione facta) Ex hoc Vlpianique loco qui est L. 10. §. 2. de compens. perspicuum esse ait Ræuardus, in iis etiam, quæ ex maleficiis oriũtur actionibus, locum fuisse compensationi. vide quoque de hac re Duarenum d. l. 7. quem tamen impugnat Fornerius ad l. 29. de verb. sign.

Qui creditor veneras) post hæc verba sequitur in olim cusis & manuscriptis omn. *Inter beneficia quoq. & iniuriæ ratio confert*, vel *confertur.* quæ cum Pincianus hic alieno loco posita opinaretur & locanda ante ea quæ sequuntur initio cap. 5. eum secutus hic est Muretus, nec nõ postea I. C. quis. meo animo inconsiderate. hic enim ipsis vere debita sedes; nisi omnino iudicans fallor. quare restituantur.

Sæpe etiam) duo fidelissima Pinc. exemplaria, *Sæpe unquam*. scias legitimum Senecæ. nec aliter mss. meorum quadriga. nam quod Pinc. addit in aliis libris non reperiri illud *unquam*, aut *etiam*: nihil nos impedit: arbitror enim libros illos, potius fuisse excerpta; vti est Pal. pr. cui similiter vtraque abest particula.

Vultum obduxit) repono scripturam Naz. & Pal. tert. *vultum adduxit*. nam nec eis nimium aduersantur alij chirographi, in quibus *abduxit*. vide supra lib. 1. cap. 1. de benef.

Manet itaq; beneficium) sic Pal. sec. at tert. Naz. Col. non habent dictionem *itaque*.

Debentur sed non exiguntur) vide omnino ad ista P. Fabrum in tit. de reg. Iuris l. 66. quę sonat: *Marcellus: Desinit debitor esse is qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem*. vide quoque Fornerium ad tit. de verb. sign. L. 108: cuius hæc sunt verba: *Debitor intelligitur is, a quo inuito exigi pecunia potest.*

CAPVT V.

Inter benef. q. & iniur. rat. confertur) sic reposuit Muretus suasu Pinc. qui sic malebat quam quomodo vulgabatur *confert*. & vero *confertur* est in Pal. sec. tert. Naz. eius autem vicem habet Col: *ratio conuertitur*. quod verbum vt acutiores expendant velim.

Non idem reddat, sed tantundem) id est non idem corpus, sed aliud eiusdem generis, vt eleganter explicat Duarenus lib. 1. cap. 14. disput. anniuers. iterum in tit. 2. Cod. lib. 4 si certum petatur. cap. 2; Brissonius libro 1. de Solutionibus & liberationibus initio; Fornerius ad L. 47. de verb. signif.

Acuta ineptia) sic membranę meæ quatuor. quęrit tamē Pincianus, quid si legas *arguto*, vel, *argutia inepta sunt*. nihil interpolauerim. nam plus semel auctor noster *acutarum* harum meminit *ineptiarum*.

Sed delegatione & verbis &c.) locum hunc citant Cuiacius Notis ad lib 3. Instit. quibus mod. toll. oblig. Faber ad L. 86. de reg. Iur. Reuardus ad L. 236. tit. eod. Brissonius li. 6. de Formulis. Delegare est vice sua alium reum creditori dare, vel cui iusserit. l. 11. ff. de nouat. & delegat.

Qui hereditatem negant vsucapi posse) quidni? cum nihil sit aliud ius incorporale, vt docet Theophilus tit. de rebus corp. Instit. 2. vide Cuiaciū ad L. 1. tit. pro herede vel pro possess. merito itaque hic notatur Seneca ab iuris nostri Interpretibus, & inprimis Duareno in tit. qui testam. fac poss. tit. de donb. & dotium iure cap. 1. tit. de acquir. vel omitt. hered. principio; a Connano lib 10. cap. 5. comment. Iuris Ciuilis; a Cuiacio in fine tractatus 4. ad Africanum; ab Hotomano Comment. in lib. 2. Instit. tit. de rebus corporalib. & incorp; a Ræuardo ad legem Scriboniam, & ad L. 62. de reg. Iuris; ab Brissonio lib. 8. de verb. signi; a P. Fabro ad l. 62. de diuers. reg. Iur; a Fornerio ad l. 24. de verb. sign.

Quam quæ in hereditate sunt) secutus est Seneca communem loquendi vsum; quo res hereditarias id est corpora hereditatis solemus appellare: qua in significatione ponitur quandoque apud Latinos auctores, vt apud Caium lib. 2. institut. de exhered. liberor. ad finem: *cum res eius, id est hereditas Domini, pro debitis venditur & creditoribus datur*. loquitur autem de necessario herede. sic expilari hereditatem & hereditati furtum fieri dicimus. Et inde etiam Cicero Topic. hereditatem *pecuniam esse definit, quæ alicuius morte ad alium peruenit*.

Illud enim video in foro fieri) Pal. sec. tert. Naz. & editio pridē vulg. *in hoc foro*. at Col. *Illud video vero in hoc foro f.*

Et de eo quod agimus, de eodem nobiscum agitur) sic mss. mei quatuor, neque aliter citat P. Faber, & Ræuardus. videtur tamen in Naz. prius fuisse: *& de eo quod agimus & de eo nobiscum agitur*. quod tamen alterius postea interpolatum manu.

Confunditur formula si apud &c.) ita etiam videtur legisse Ræuardus lib 1. cap. 11. Varior. item lib. de Præiudiciis. sicque expresse libri mei quatuor. at P. Faber abnutiue legendum putat: *Non confunditur formula, si apud &c.* vt sibi constet auctor. hoc enim esse, quod modo dixit, *separari, non contribui, non compensari*. eum vide in l. 46. de reg. Iur. mss. mei hic non variant.

CAPVT VI.

Vtraque sua via it: depositum habet s. act. propriam, tam meh. quam furtum) sic corrigendum monuit ex veteri lectione Pinc. valde bene. nam ita etiam mss. mei; nisi quod Palat. tert. habeat, *sua via agit*. prius publicabatur: *sua via habet actionem propriam, tam meh. quam depositum quam furtum*. porro ad hæc & præcedentia, ita scribit Ræuardus libro 1. cap. 11. Varior. ex hoc loco satis manifestum puto, in depositi causa etiam Senecæ temporibus locum non fuisse compensationi. vt enim lex legi non miscetur, sic nec furtū misceri depositio testatur expresse Seneca. si deposito furtum non miscetur, ergo nec admitti huiusmodi formularum confusio debet. nec per consequens furto compensari depositū potest; sed sua via actionem habet propriam sine aliqua formularum confusione tam depositum quam furtum. Et hoc nimirum illud est, quod *sibi* volunt hęc Pauli verba li. 2. Sentent. cap. 12: *In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est*. idque mihi sic videtur.

An etiā vltro mihi debeatur) sic Naz. Col. & Pal. tert. at illud *etiam*, Pinc. quibusdam codicibus abest, vt & Pal. sec.

Alios superne imprimat versus) chirographi: *imprimet*. & placet.

Sic beneficium superueniens, iniuriam apparere non patitur) haud aliter quoque editio Erasmi, verum falso, & directe contra auctoris mentem. qui vult ab iniuria superueniēte abscondi beneficium antea collatum. sequimini itaque me ducem, ac scribite vna tantum litera minus, *sic beneficium superueniens iniuria app.* atque istuc quidem, non propriis auspiciis sed membranarum quatuor, quibus etiam addicunt alteræ schidæ Pinciani, quod nec ipse improbauit.

CAPVT VII.

Et attrahit frontem. Naz. *& trahit fr.*

Facile expeditur) mss. quatuor *expedietur*. quod retinebimus.

Cogitat. nostram conuerterimus) Pal. sec. *conuertemus*. tert. Naz. Col *conuerteremus*.

Beneficium nullum est, nisi) Naz. *nullum esse, nisi*. quod valde mihi arridet.

Tardeq; recessit) Pal. tert. Naz. Col. *tard. decessit*.

Cum vtriq; velle desierit) exponit P. Faber ad L. 5. ff. de reg. Iur.

CAPVT VIII.

In flumen alieni cecidisse frigore magno causa sanitatis fuit) sic & mei libri & Pinciani, qui tamen inquit se legere contra eos ipsos omnes: *fragore*, non *frigore*. at ego *frigore* retineo; non nescius quorundam febres tali caso discussas.

Beneficium debemus. Quod si pernic. &c. lectio non sincera. scribe; *ben. debemus, quod pern. illor. conf. for. d. in melius.* absque interrogationis nota. sic quippe Palat. tert. Naz. Col.

Sæpe testis dum aperte peierat) mss. mei omn. *Sæpe hostis dum ap. peierat*. solum Col. locum illi verbo destinatū, habet purum, notaturque ad marginem, *periurat*. vox *testis* manauit a coniectura Agricolæ, vti monuit Erasmus.

Quem damnaturi erant causa, damnare gratia noluerunt) legerim cum mss. plerisque, præcipue cum idem cup[illegible] inductu suorum lib. Erasmus: *erant causa, damnare gratia nol.* quod tamen aliquis quærit velitne Seneca, gratiam auctoris plerunque efficere, vt in causa rei attentiores sint Iudices, ne potētia aduersarij opprimatur; respondeo, quod nō. vult enim qui nequierant absolui innocentia sua, aduersariorum culpa absolutos. horum exempla aliquot petere est ab Val. Maximo li. 8. cap. 1. De iudiciis publicis insignibus.

Non tamen his beneficium dederunt) Pal. sec. Naz, Col. *non tamen hi reo ben. ded.* probo. nam tale aliquid fuisse in vetustioribus arguit etiam scriptura Palat. tert. qui habet: *non tamen ideo benef.*

Vnum testem temere dimittis) sic Pal. sec. & Col. at Pinc. codd. & Pal. tert. *& in vnum testem temere d.* quod Pinc. probat, prætereaque in ordine verborum erratum existimat, legendumque ad hunc modum: *dum contr. dicis & in*

vnum teſtem temere dimittis, iudicem ſuperbia offendit, & cauſſam meam erexit. equidē mutatio hæc non ita improba eſt, licet ſit cōtra omnia exemplaria. ſed interim neſcio quid ſibi velit illud: *in vnum teſtem dimittis.* putabā fingi poſſe: *& minimum teſtem t. d.* ſcito tamen lectum eſſe in Naz. *& in vnum teſtem demere demittit.* ceterum eſt quidam cui placet: *temere admittit.* quod ineptum duxerim. faciliores enim ſumus in teſtibus dimittēdis quā admittendis, præſertim ſi numero abūdamus, & quidam nobis pro ſuperuacaneis habentur.

Quia contra me voluit) Naz. optima ſcriptura non habet coniunctionem *quia.* & certe ſi tollatur, cum maiore ſtomacho verba iſta enunciabuntur.

CAPVT IX.

Quod ille, vt beneficium daret, velle debuit) ſic de coniectura Eraſmus. Pal. ſec. *quod ille vt beneficium daret debuit.* Lōgobardicus Eraſmi liber, item Pal. tert. & Naz. *quod ille vt benef. dare debuit.* Col. *quod ille beneficium dare debuit.*

Nam quid eſt) Pal. tert. Naz. & Col. *Nunquid eſt.*

At quid eſt aliud) vetus lectio & meorū & Pinc. codd. *At quidquid eſt.* cū ipſo corrigendū puto: *Atqui quid eſt al.*

Quoſdam, ne ad ruinam domus ſua occurrerent, inimicus vadimonio tenuit) notat quidam ad iſta: eundem dolum in eo qui triſte aliquid nūciat alteri ne ad iudicium veniat l. 1. §. 2. ff. de eo per quem factū. credat Iudæus Apella, non ego. ſcilicet, mi homo, nullus hic in propoſita ſpecie dolus. vult enim Seneca fieri interdum vt vnū malū in cauſa ſit cur alterū malū declinemus; nec nos tamē illi a quo nobis prius illud obuenit malū, gratiam debere; quia ſi profuit, profuit ſane dū neſciret; imo forte etiam, dū nollet.

Cuius nos lis exercuit) ſic Palat. ſec. & edit. Eraſmi. ſed meo animo male. Pal. tert. Naz. Col. vno ore. *nos lis ſeruauit.* nec aliter erat ad oram libri Eraſmiani.

CAPVT X.

Ad primum illum reuertamur) ſequitur hic Muretus vnicum exemplar Pinciani. nam alia eius, vt & mea quatuor, ac vulgata lectio; *primum illud reu.* ſed altera illa ſcriptura placuit & Pinciano, atque repeti tria genera hominum, quibus nihil debetur etſi beneficium conferant.

Vt non debeam, ſatis eſt) ſic Pinc. codd. & mei. prius erat; *vt debeam non ſatis eſt voluiſſe.*

Sed quod beneficium non eſſet) ſic Pal. tert. Naz. Col. itē tres diuerſi codd. Eraſmi, & in his Longobardicus. quanquam ipſi illud *non*, quod prioribus editionibus aberat, videatur ſupereſſe. ſic enim ratiocinari Senecam; ſi beneficio tātum poteſt voluntas, vt debeamus ei, cuius promtiſſimæ iuuandi voluntati fortuna defuit, e contrario beneficium ei non debebimus, cui ſuppetiit fortuna, ſed voluntas non acceſſit. equidem Eraſmi accedo ſententiæ; & vt paulo id faciam ſecurius, eſt quod negatiua particula non conſpiciatur in Pal. ſecundo.

CAPVT XI.

Percurrit) Naz. membranæ, *percucurrit.* recte.

Apud proximum circulatorem reſedit) circulatores, qui ſerpentes, ſimias circumferunt & proponunt l. vlt. ff. de extraord. crim. vtitur hoc verbo etiam Aſinius Pollio in Epiſt. ad Ciceronem li. 10. Lexicon Latinogræcum vertit ὀχλαγωγὸς, ἢ ἀγύρτης. Briſſonius li. 3. de verb. ſign. addo Tertullianum lib. de præſcript. aduerſ. hæret. ca. 43. *Notata ſunt etiam commercia hæreticorum cum magis quamplurimis, cum circulatoribus cum Aſtrologis, cum Philoſophis, curioſitati ſcilicet deditis.* huc item pertinet illius cap. 23. Apolog. adu. gent. *Porro ſi & Magi phantaſmata edunt, & iam defunctorum inclamant animas: ſi pueros in eloquium oraculi eliciunt; ſi multa miracula circulatoriis præſtigiis ludūt.* talem idem Chriſtianus ſcriptor *ſpectaculi artificem* indigitat. *qui q. fallit & decipit. & circumuenit omnium oculos, omnium ſenſus, omnium acceſſus & contactus.* lib. de carne Chriſti cap. 5.

Qui voluit mihi pecuniam) mſſ. mei, *qui voluit mihi quidem.* neque diſplicet.

Sed non credidit) mſſ. iidem, *non dedit.* etiam placet.

Parum eſt illi velle, niſi profuit) lepide iſthæc propoſito ſuo applicat P. Faber in l. 79. tit. de reg. iur.

Hunc mutuū a me fiet numerādi) Pal. ſec. vt & antiquitus aliquot, *fiet gratia*; ad quod Eraſmus annotat, alias legi *fiet numerantur* (quomodo etiam Pal. tert. & Naz.) vnde opinabatur legendum *numeranda*, vel *numerandi.* quod vltimum arripuit Muretus. ſed enim amplius dico, mſſ. meos tres præferre: *Hunc mut. fiet a me numerantur.* Col. autem: *Hunc mut. fiet a me numeratur.* non *hunc.* & quidem *hunc* hic eſt vox nihili, introducēdumque eſt vocabulum *Hunc*; quamuis nondum mecum & cum animo meo conſtituerim quidnam reponi commode poſſit in locum vocis vltimæ.

CAPVT XII.

Quod quedam hom. ſibi pr. aliis imp.) Stephanus lib. 2. cap. 4. prood. hic notat Senecam peculiariter ſuo ſibi vti ſermone: nam alioqui conſuetudinem poſtulaſſe, vt diceretur: *quedam qua hom. &c.* vel *quedam hom. ſ. pr. qua aliis.*

Nobis det ſua cauſa, an noſtra, an ſua & noſtra) ſic quoq; nullo apice min⁹ Pal. ſec. bene. at pr. & tert. *det ſua cauſa, an ſua & noſtra.* Naz. *ſua cauſa, an & ſ. a. ille.* Col. *ſua cauſa, an & illi*; relicta lacuna, que eſſet recipiēdo duas treſve literas.

Laniſta qui familiam) vox *ſuam* abeſt Naz. ceteris quatuor adeſt. *Laniſtæ* fuerunt non ſolum qui nonnunquam ipſi rude pileoque impetratis e gladiatorio ludo emiſſi tyrones in ludo erudiebant; de quibus Liuius lib. 28. & forſan Suetonius in Iulio cap. 26; ſed etiam qui futuros gladiatores aut expoſiticios pueros (vt innuit Quintilianus in Declamat. 328) huic rei emebant, ludiſque & muneribus deſtinatos alebant peneſque ſe habebant, curataque diligentia ad pugnam condocefaciebant ornabantque. tota autem manus quæ ſub vno Laniſta agebat, *familia* appellabatur, vt paret ex Cicerone orat. pro Sylla, Suetonio cap. 10. Iulii, cap. 42. Octauii. quamobrem ipſe quoque *patriſfamilias* nomine inſignitur eidem Tranquillo in Caligula cap. 26. Domitiano cap. 10. hæc fere P. Faber lib. 2. Semeſt. cap. 10. Lipſius lib. 1. cap. 15. Saturnal. Serm. qui porro conſulantur.

CAPVT XIII.

Alter illi qui) Palat. tert. ac Nazar. *Alter illi.* vt vix dubium mihi fiat, quin ſcribi oporteat: *Alteri illi*, quomodo habet liber Col.

Reſpondebo: quare petiui) lectio antiqua Pinciani; *reſpondebo vſus me, quare*: cui adſtipulatur Naz. & Col. at Pal. tert. *reſpondebo vis me quare.* & vero *vſus me* legitimū videtur Senecæ; idemque ſignat atque, *Cum me vſus ſit, cum tibi vſus fuerim.* itaque qui me auſcultabit, id reducet.

Aduerſus hoc reſpondeo: Aliquid iſtic tua cauſſa facis, aliquid mea. Tua, quod redimis; mea, quod eligis) ſic in optimis membranis Pinc. & impenſe placet. nam illa poſtrema; *mea quod eligis*, noſquam comparēt niſi in Pal tertio, non in ſec. non in Col. imo ne quidem in Longobardico illo Naz. vitioſiſſime autem iſthæc concipiunt vulgati libri. *hoc reſpondebo. Aliquid iſtius cauſſa facis, aliquid mea. Tua quod redimis me; tibi enim &c.*

Non ſum iniquus benef. interpres) Col. *non ſum videx ben. interp.* Pal. tert. *non dum iudex ben. interp.* puto ſcriptū fuiſſe, vel, *non ſum liuidus*, vel, *non ſum inuidus.* nam quātum licet conicere per lituras, fuit in Naz. *non ſum iudex.*

CAPVT XIV.

Aliquid mea cauſſa facis) ſic Pal. ſec. at tert. *Aliquid iſtic vaſto facis.* Col. *Aliquid iſta mea c facis.* Naz. *Aliquid iſtis mea cauſa.* quod auctoris proprium.

Sed quam gratuitum, quod non hab.) olim publicati & mſſ. fere omn; *ſed quod ingratum quod.* tantum eſt in Pal. tert. *ſed quod ingratum.* lectio quam arripuit Muretus, orta eſt de cerebro Pinciani; nec tamen vſquequaque placet: quin imo membranarum lectionem ei prætulero; quæ & ſuum habet ſenſum ſatis mehercule commodum. vt innuat indignationem ſuborituram potius huic emptorī quod alter ille nihil ipſi daturus fuiſſet niſi pretio interueniente; itaq; id ipſum ea cauſſa ingratum.

CAPVT XV.

Ne medico quidem debere te) mſſ. mei; *nec medico quicquam debere.* quod non contempſerim.

Nō vendit illud ſuo pretio ſed tuo) explicat hoc ipſum, vt alia huius capitis, Fornerius ad L. 164. §. habere. l. 192. ff. de verb. ſign. ceterū Pal. tert. & Naz. hic legūt, *nō enim illud*, quomodo fere eſt in Pal. ſec. & Col. nempe: *non enim illud.*

Sed ex conſuetudine atq; annona) quædam huc pertinentia habes apud P. Fabrum in L. 24. de reg. iuris.

Cum e terra conspectu recessit) Pincianus monet e veteri corrigamus lectionem: *cum æther e conspectu recessit*; sed non ego eius imperio apparitor. altera enim lectio Senecę narrationi aptior. quomodo enim ęther e conspectu discedat nullis adhuc obortis tempestatibus? de iis siquidem deinde agit auctor. quid quod priori scripturæ omnes subscribant membranæ, tantum deest præpositio cod. Naz. habetque: *tantum terra*. dico *terra*. nam liber ille semper diphthongos exacte obseruat.

Qui labentem domum fulcit) mss. mei quatuor alijque editi, *domum suscepit*. quam vocem Mulæ illę non fiuerint vt obelo figam. quid enim ea significet, notū illi qui non nescit quid proprie *suscipere liberos*.

CAPVT XVI.

Quare medico) Naz. *quare & medico*. Pal. pr. tert. Col. *quare non medico*.

Itaq. medico qui nihil amplius) Pal. sec. *Itaq. ex medico qui nihil*. Naz. *Itaque medicos nihil*. Col. *Itaq. medicus nihil*. arbitror rescribendum: *Itaq. medicus si nihil ampl.* nam in Pal. pr. & tertio disertim est: *Itaque si medicus nihil &c.*

Sed tanquam imperatorem) ita exemplaria Pinciani omnia. quibus adstipulamur Naz. Col. Pal. sec. nec lōgius abeūt reliqui Palatini duo, in quibus *tanquam speratorem*. & vero, quam locus iste miserum in modum doctissimos huius superiorisque ætatis exercuerit, abunde sciet quisquis consuluerit Alciatum lib. 7. cap. 13. parerg. Duarenum lib. 1. cap. 54. Disputat. anniuers. Connanum lib. 2. cap. 8. Comment. Iuris ciuilis: Hotomannum libro 2. cap. 6. Responsionum amicabilium, Freherum lib. 2. cap 16 parerg. Muretum hic: qui tamen hanc vocem admissam noluit; vti nec Pincianus, cuius opinione sic corrigi posset, *sed tanquam inuocatorem*. accersere enim medicum, inquit, *inuocare* appellat Seneca, paulo post his verbis: *in turba multorum inuocantium ego illi potissima curatio fui*. hæc Pinc. cuius coniecturam in textum recepere nescio qui de Abderitana plebe. omnino iniurie; cum nec ille ipse Hispanus huic suæ acquiescat correctioni, sed scribat legi etiam posse: *tanquam emptorem*; ex ipsius quoque auctoris verbis: quæ paulo post sequuntur: *non quia pluris est quod vendiderunt, quam emimus. &c.* Si & mihi sententiæ dicendæ ius, libere pronuntiabo neminem omnium animo meo proprie satisfacere. nam si medicorum excutiamus artem, verius est vt eos imperatores nominemus, quam a quibus inuocabantur. quid ergo? an non hic tameo, & apud Alfenum I.C. l. 26. ff. de operis libert. ægroti *imperatorum imperantiumque* veniunt nomine? veniunt sane; sed non ea qua putamus significatione. vt enim norimus; nemo fere erat Romæ ciuiū potētiorum, cui non domi quoque vnus pluresve serui medici, familiæ curandæ. Secus erat de plebeiis. ij tum demum medici alicuius operas inuocabant, cum valetudine affecta restituti, eum vna cum præmio amittebant. At honestiores medium quid vsurpabant. non habebant quidem inter familiares medicinæ peritos, sed tamen aliquem medicorum, qui operam suam foras locabat, obstrictum sibi habebant; annua forte vel semestri mercede. atque ita quidem, vt non modo necesse haberet ipsos siue quotidie siue septimanatim inuisere, ac percontari de valetudine, eamque tantum non regere; sed etiam idem ille domo sua euocari poterat quocunque tempore, si quid forte accidisset quod eius opem operamve requireret. quibus talis obuenerat medicus, eos suspicor vulgo dictos *Imperantes Imperatoresq.* siue quod ille ad inuocantium imperia vultet arcesseretur, siue etiam quod conuenerant, in hanc vulgarem formulam: *quoties operam meam desiderabis, fidenter impera*. quæ alibi apud Apuleiū in metamorph.

Quare illis debeatur multū) mss. mei, *istis debeamus m.?*

Ille plus impēdit quam) quidam codd. Pinciani, *Ille magis perpendit*. & quidem sic est in Pal. tert. Col. vero habet: *Ipse magis perpendit*: at alij codd. Pinc. *Ille magis pependit*, quomodo etiam extat in Pal. sec. & Nazar. quod miror cur nemo Criticorum hactenus susceperit pro legitimo auctoris. *pendet* enim quisquis animi est anxius. cuius locutionis exempla multa in mundo; itaque non abutar lectorum patientia.

Interea sollicitus adsedit) Naz. cod. *Inter sollicitus adsedit*. vt fere putem fuisse primitus, *inter sollicitos*. sed alterum tamen illud nihilo minus argutum, habeturque in quatuor aliis mss. meis.

Non securus excepit) sic solū excerpta Pal. pr. reliqui libri plutearij quatuor: *securus audiuit*. nec aliter editio Erasmi.

Potissima cura fui) manu descripti quinque, vt & olim cusi: *potiss. curatio fui*. quod non debebat mutari cuiusuis ad libitum.

Rursus in docendo & laborem) exemplaria duo Pinc. *in docendo me & laborem*. at Pal. pr. refert, *rursus ad docendum laborem &c.* tert. *rursus docendum ad laborē*. Col. *rursus docenda laborem*. Naz. *rursus docendo ad laborem*.

Laudibus fecit animum) sic Longobardicus codex Erasmi; id est, animauit ad studia: neque secus fidelis ille Naz. liber. alij omnes habebāt: *laud. adfecit animū*. minus bene.

Inuecta vt ita dicam manu) sic mss. mei quinque. male itaque quidam codices Pinc. *inuecta vt dicam*.

Inter gratissimas necessitudines) ita ipsas personas vocat, cum alioqui eo verbo proprie significetur cognatio. eodem modo Plinius vtitur ad Traianum lib. 10. Epist. 19. & Callistratus L. capitalium §. omnia adm. ff. de pœnis, sed tu vide de hac voce luculenta quædam apud P. Fabrum ad tit. de reg. Iuris. L. 126. §. *Infinita æstimatio est libertatis & necessitudinis*.

CAPVT XVII.

Artificiorum institoribus) recte. nulla tamē exemplaria eam vocem probe expresserunt, sed præferunt *vel institutoribus*, vel *institutionibus*.

Aliquid adijcimus) Pal. sec. Naz. Col. *adiecimus* Pal. tert. *obijcimus*. & quidem *adiecimus* hic retinendum nam & eam retinet lectio pridem vulgata; nec aliter legendum arguit verbum deinde sequens, *aspersimus*.

In diem se locantes) libris meis abest pronomen *se*; si excipias Pal. sec.

CAPVT XIIX.

Nec ab illo quicquam portitor exegisset) ad portus instaurationem, quia publicæ vtilitatis gratia paratur, conferūt omnes. L. 6. Cod. de oper. publ. Hæc Fornerius ad L. 59. de verb. sign. an etiam recte, nescio. videtur enim auctor hic abusiue vocare *portitorem*, quem dicerent alij *vectorem*. sed amplio. nam & ipse vector forsan ex iis quibus exigendi portorij demandata cura.

Quid ergo? nihil debetur pro hoc? nihil tanquam ab vno. cum omnibus soluam quod tibi cum omnibus debeo) ita editio Mureti. Fornerius ad L. 96. §. prædia tit. de verb. sign. hæc sic interpungenda ac restituenda censet: *nihil debetur pro hoc. Tibi tanquam ab vno, nihil. cum omnibus soluam, quod cum omnibus debeo*. mihi paulo sincerius videtur quod in membranis Pinciani: *Quid ergo? nihil debetur pro hoc? Tanquam ab vno, nihil. cum omnibus soluam, quod tibi cum omnibus debeo*. itaque reducatur. tantum amplius scribatur *debebitur* pro *debetur*. nam non ita longe ab his abit scriptura membranarum mearum, quippe in Nazar. Col. & Pal. pr. est: *Quid ergo nihil tibi debebitur pro hoc tāq. ab vno nihil. cum om. sol. quod cum om. d.* quæ lectio satis etiam proba. eligat itaque lector.

CAPVT XIX.

Negas, inquit, vllum dare beneficium) sic Pal. sec. & tert. at in Naz. est: *inquit nullum benef.* quod non sugillauerim; nam amat auctor sic aliquando loqui. si cui tamē melius videtur: *Negas, inquit, dare benef.* absque voce *vllum*, sciat sic haberi in Col.

Per flumen Padum tulit) sic mss. tres. at Naz. *fl. Radum*. supernotatum tamen *Padum*.

Nihil hoc nomine singuli debebunt?) Est a restitutione Pinciani; quomodo se quoque proferre e mss. testatur Fornerius. antea exulabat vox *singuli*. quam tamen etiam extare in Naz. & Col. testor, Pall. vero abesse.

Non tāquam proprium debebo, sed cōmune, vnus e populo, non tanquam pro me soluam) ita editio Mureti, vt & aliæ ea priores. quod ortum habuit ab Erasmo; qui putabat retulisse eum illud Græcū, ὡς τῶν πολλῶν. At Fornerius d. loco legit: *debebo, sed quomodo vnus e populo, non tāquam pro me &c.* atque sic sese ex mss. emēdatius proferre scribit. quæ si vera sunt, est quod plaudamus industriæ Pinciani, qui in

Castigationibus suis, ita etiã restituendũ duxit, ante annos fere sexaginta. prodit tamẽ idẽ in vno exempl. suo breuius extare: *Deinde ego illis non tanquã pro me soluã, sed tanquam pro patria conferam;* ceteris superfluis. mss. mei vulgatis omnino consentiunt, nisi quod in eis; *commune munus e pop.* vti & habebat antiquus ille codex Erasmi. Nazar. quoque insuper repetit aduerbium *tanquam*, hoc modo: *non. t. p. debebo sed tanquam commune munus e populo.*

Nec tanquam pro me soluam &c.) Totum hoc e iure tractum l. 7. sicut quod cuiusque vniuersi l. 4. §. actor. de re iudic. Fornerius d. l. 96.

CAPVT XX.

Nec hoc as alienum profitebor) de eo nonnulla Ræuardus ad L. 148: *Cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes pertinent.* item L. 110. *Refertur ad vniuersos, quod publice fit per maiorem partem.* tit. de reg. Iuris.

Aut candidatus aut reus) Sic mss. omnes. sed quid? an candidati, magistratum inituri, æs alienum profiteri solebant? ita videtur Ræuardo ex huius loci auctoritate, Comment. de diu. reg. Iuris L. 166. & vtrosque id facere coactos, vult quoque Pamelius adnotat. in lib. 5. aduers. Marcion. cap. 1. Tertull. at aliter hæc ipsa distinguuntur Fornerio d. L. 96. ad hanc scilicet faciem: *nec hoc as alienum profitebor: aut candidatus, aut reus, ad exsoluendum tamen hoc portionem meam dabo.* quo quid sibi velit, cum non subiciat ipse, alij exputent.

Etiamsi nobis prosint, non in hoc) adiciunt duas voces & mss. & publice impressi: *nob. prosint sua causa, non in.*

CAPVT XXI.

Non ideo minus vult, qui non potest nolle) de hac subtilitate, aliquam multa Faber ad L. 3. & 4. de reg. Iuris.

Imo magnum argument. est) mss. mei & Pinc. *Ergo maximum argum.*

Ne mutare quidem) Pal. sec. & Nazar. item Pinc. exemplaria, *ne matari.*

Hoc loco tibi occurrat.) Naz. *tibi illud occ.*

CAPVT XXII.

Ista tibi prosunt etiam inuito) olim vulgati præferunt: *Ista tibi concedere possunt etiam inuito.* & sic Col. & Palat. sec. tantum inuerso verborum ordine scribunt, *Ista conc. poss. tibi etiam inu.* at Pal. tert. habet: *Ista confedere possunt tibi etiam inuito.* nec aliter fere Naz quam quod retineat *concedere.* Pincianus in castigationibus suis tradit scribendum sibi videri: *primo sunt tibi etiam inuito*, pro eo quod legebatur: *possunt tibi etiam inuito.* quibus quid velit, vix diuino. arbitror latere typographicum mendum. Ceterum non temere suspicor totum hunc locum sic emendandum: *Est tanti vt ta coarguaris, ista concidere. Prosunt tibi etiam. &c.* vt *concidere*, referatur ad hanc cælorum machinam; quæ tuere haberet necesse, si isti conuincendi.

CAPVT XXIII.

Sine dubio illa desciscere in contr.) falsa lectio, desuntque indicio membranarum olimque cusorum voces duæ: *Sine dubio stare illis & desciscere, &c.*

Sed non ideo quia vis sua illos) monuit Erasmus Longobardicum suum habere, *Sed non aliud, quam quia vis sua.* Sensus tamen, inquit, fere consentit. at Palat. tert. & Col. *Sed non obaudio, quam quia vis sua.* Nazar. vero, *sed non ob aliud quam quia, &c.*

Ex imbecillitate permanent) ita lectio vetus Pinciani. sed codex ille cascus Erasmi *nec in imbecill.* Pal. sec. *in imbecill.* sine *nec.* Col. *nec imbecillitate permanet.* Naz. *nec imbecillitate permanent.* quomodo fere Pal. tert.

Debemus parentibus pietatem) quam non in operarum, sed in obsequij præstatione consistere Iurisconsultus interpretatur L. penult. de obseq. a libert. & lib. præst. hoc est sub ditione parentum esse vt illorum personam semper honestam & sanctam habeant. L. libertorum cod. tit. illos inquã venerentur, illis obsequantur & pareant, quemadmodum Pomponio nostro placet L. 1. §. si filius eodem tit. &c. ad hanc gnomam egregia plura cumulat P. Faber lib. 2. Semest. cap. 1. & 2.

Sed quia non licet) Naz. *non libet.* probo.

Nec tamen in maiora ituri sunant) Palat. sec. tert. Col. item scriptura codd. Pinc. *itura.* Nazar. habet *ituri*; vt & Lõgobardicus Erasmi, qui ait hoc referri ad Solem & Lunam. prius publicati habebant *ituros.*

Quod destinato sonant) mss. omn. *quod ex destinato.* bene.

Vt gignerent coierunt) Pal. sec. ter. Naz. *vt gign. coierant.*

Et alia vtilia prouiderint) olim cusi; *& alia prouiderint* sine verbo *vtilia.* quibus consentit Pal. sec. est in tert. *& ex alia prouid* in Naz. *& exilia;* quomodo & fuit in aliquot Erasmi; vt facile appareat legendum *& auxilia prou.* quod palam præfert Col.

Tam multa genuerant) Pal. sec. Col. Naz. *generabant.* Pal. tert. *generabunt.* medium amplector.

Cogitaunt enim nos) mss. abest *enim.*

Quæ non coërcent fine terrarum) ita lectio scripta Pinciani & Pal. sec. & tert. at Naz. abest particula *non.* quomodo & præfert editio Erasmi.

Qui negat ab his accepisse se, a quibus cum maxime accipit) Naz. & Pal. tert. *qui negat se ab iis accepisse a q. cum maxime.* qui verborum ordo placet. lectio Pinc. habebat: *qui negat accepisse se a q. &c.* porro prodit Erasmus esse in aliis aliquot *a quibus quam maxima.* probatque *maxima accepit.* nam Senecæ alioqui familiare superlatiuis preponere *cum*, siue *quum.* & vero in Col. est: *qui negat ab his accep. a quibus cum maxima accepit.* quod *accepit.* & in omnibus meis extat mss.

Seriemque beneficij) Nazar. & Colon. *beneficiorum.* iure probo.

Quod etiam querenti) recte, nec aliter omn. mei: vitandique ambiguitatis caussa inter lineas; *conquerenti.* vnde natum suspicor scripturam illam librorum aliquot Pinc. *etiam non quar.*

CAPVT XXIV.

Coactam applicant) omnino bene. neque secus Pinc. membranæ vel Naz. Col. Pal. tert. prius erat: *coaptant & applicant.* Pal. sec. habet *eo arctant & appl.*

Vis adhibetur) sic mei omnes. quidam e Pinc. *ius adh.* minus sincere.

Dum aut nescimus aut nolumus) negotio suo ingeniose accommodat P. Faber tit. de reg. Iuris L. 69: *Inuito beneficium non datur.*

CAPVT XXV.

Fere idem itaque) sic & Naz. Pal. sec. tert. at Pinc. ait inuerse legi in suis: *fere itaque idem.* quod & in Col.

Cum sanctius sit) mss. mei ad vnum omnes, *cum satius.* non possum non probare.

Inhumana ista & peruerse grati animi natura est) sic & editus ab Erasmo. & placet. at Pal. sec. & tert. *Inhumana ista & peruersa grati an.* Col. *Inhum. ista & peruersa natura*, sine vocibus *grati animi.* Naz. *Inhumana ista peruersa grati animi natura est.*

CAPVT XXVI.

Non nocet illi votum meum, inquit) mss. Pinc. & Nazar. Pal. q; tert. *Non nocet, inquit, illi votum meum:* Pal. sec. *Non nocet illi inquit votum meum.* Col. *Non nocet illis, inquit, votum meum.*

CAPVT XXVII.

Vt possim ferre) est a coniectura Pinciani. eius meique scripti omn. *vt possem.*

Imprecaris malum, vt ope indigeat) Iussit scriberemus ex mss. suis Pinc. *imp. malum. Optas vt ope indig.* & vero ita scribamus consuadentibus membranis Col. nisi malimus quomodo est in Nazar. Palat. sec. tert. *optas vt ope tua indigeat.*

Poterat, turpe &) Pal. sec. *poterat, illud turpe.* tert. Naz. Colonienss. *poterat ipsum turpe.* alterutrum scio auctoris germanum.

Sed vt ille necessitatem imploranda) sic Pal. tert. & Naz. at Col. *necessitate. Implorandum superiorem.* solum secundus Pal. addit *necessitatem res imploranda.* quod nescio an probet improbetue Pincianus, cum inquit: Deest ex omnibus scriptis exemplaribus dictio *res.* vt sit *imploranda res.* ego putarim voculam illam abesse posse; vt subintelligatur vox *gratia*, sed quæ hic sit alterius significationis, quam priori fuit loco. quod Senecæ non insolens.

Superiorem te facis) ait Pincianus quædam exemplaria legere amplius: *Eo voto superiorem.* scias esse ex eorum numero qui flores, vti vocant, excerpũt. nam id nusquam comparet nisi in electis Pal. pr.

Quam per malam rationem soluere) sic tres mei. at Nazar. *quam ratione per malam soluere.*

Sensisti vereri quod acceperas) sic legi iussit ex mss. suis Pinc. non vt erat in edit. Erasmi; *acceperis.* nec aliter habent libri mei quatuor. quintus qui est Palat. tert. præfert olim vulgatum.

Ds ad deuocari) mss. quinque *deuocaro.* nec male.

Gratum te reputabo) membranæ *te putabo.* bene.

CAPVT XXIX.

Qua tam benigne vtatur) Naz. *vtitur.*

Aures, si deliberare velit, diligentes, tuta, secreta commissio sum.) ingeniosa hæc emendatio prodit ab ingenio Erasmi; cum passim legeretur & in editis & in non editis; *aures si del. velit, diligentes, tu te sic credere conu.* & addit idem; *Diligentes,* vt attendant: *tuta,* ne prodant: *secreta,* ne spargant in vulgus. Pincianus illud *tuta sic credere,* lectionem veram germanamque ducit si pro illa particula *sic,* remota litera legatur, *si,* vt accipiatur *credere* pro committere. & certe ita totidem literis extat in Naz. Pal. tert. Col. qui etiam *deliberare* habent, non *deliberare.*

CAPVT XXX.

Ista tristis &) sic quoque Nazar. & Coloniens. nec improbo. vetustior editio *Ista tristis est.* Palat. sec. *Ita tristis est &.* tert. *Ita tristis &.* quomodo etiam Pinc. exemplaria. vnde putauit forte legẽdum: *Ita tua tristis est.* sed non erat necesse.

Propone in animo tuo) frigida lectio. emenda: *Propone animo tuo:* ex mss. meis quatuor.

Ha sunt occasiones) malim quod in Naz. & Coloniens. *Hæ sunt.*

Plurimum debes & beatum) Pal. tert. Col. Nazar. abest particula &; vt fere suspicer, verbum *beatum* reponi posse loco vocis *potentem;* scribendumque: *Quem potius eum beatum esse vis cui plurimum debes?*

Vin licet a consensu contentuque falsorum) sic Pal. tert. Naz. Col. *contentuq.* est in Pal. sec. at erat in vno exemplari Pinc. *vindicet cum consensu contemptuque fals.* (quomodo etiam in fragmentis Pal. pr. nisi quod ibi *contentuque*) vnde scribendum putauit: *vindicet cum sensu contemptuque fals.* ego nihil mutauerim, & male sit illis, si diis placet, Florilegis, qui criticorum oculis glaucoma obiiciunt.

Adtraxere superuacua) sic mss. mei quinque. quidam tamen codd. Pinc. *adtrax. vires suas ad superuacua.* scias quod male.

Ingentia super se casura regna fregerunt) ita voluit Erasmus. legerim ex scripta lectione Pinc. eam approbantibus omnibus meis, *super se ac suos.* viditque eam lectionem Erasmus; sed cum etiam alibi offendisset *super se ac sua regna;* vix ei dubium fuit, quin scriba pro *casura* scripsisset *ac sua;* mihi, *ac suos,* potius ideo habetur, quia plenius est. si enim regna fregere super se, ergo & iis ipsi quoque oppressi. at non solum, inquit auctor, ipsi. sed & omnes qui sub eorum potestate.

CAPVT XXXI.

Cum bellum Græciæ) Stephanus lib. 2. cap. 7. Prood. bene monet hæc male diuelli, cum pendeant ex iis quæ dicta capite præcedenti.

Vix patere cælum satis) sic recte ex Pinc. scriptura veteri Muretus. nec aliter est in meis. antea cusi inepte præferunt *cal sagittis.*

Et commissas sibi angustias tueb.) sic omn. mea. sic Pinc. calamo exarata lectio. additq; is *commissas* hoc loco nõ significare, adeo angustas vt sese contingant. quod volebat Erasmus; sed Lacedæmonum fidei fortitudinique ad tuendum concreditas. bene. de re tota latius Herodotus. lib. 7. Val. Max. lib. 3. cap. de Fortitudine. auctor viror. illustr. in Themistocle, aliique.

Paucissimi sustinebunt) mss. tres. *sustinent* sicque emendatum est etiam in Nazar. tamen prius fuit; *paucissimis stene.*

Torrentis more ablati) ita Mureti editio. quod & arridet nescio cui IC. at mihi displicet, retineoq; superiorum temporum scripturam, quæ præfert *mole,* firmaturque aliquot mss. Pinciani & excerptis Pal. pr. in quibus *mole.* de eo dixi lib. 26 Suspic. cap. 7. at enim cum membranę meę aliæ quatuor habeant *torrentis modo abl.* videat lector an illud *velut* sapiat glossam; aut alioqui mutandum in *velidi torr.* nam sane in Col. est *velud tor.*

Cooriuntur) sic Pal. sec. tert. Nazar. in pr. est *corruunt,* in Col. *cohortantur.* scias *cooriuntur* verum esse, & ex mente auctoris. quare non arbitror idem quod Pincianus, commodiorem scilicet lectionem: *adoriuntur.*

Firmare labantia) mss. mei quinque *labentia*

Et mutantem) putat Erasmus forte fuisse *minitantem.* non fuit, vt probo lib. 26. Suspic.

Rectam capite tiaram) de ea nõnihil ego lib. 19. Suspic. cap. 9. videtur autem hic designare citarim. de qua sic Plutarchus in Artoxerxe: *αὐτὸς ἔδοξε τὸν Δαρεῖον βασιλέα ἀποδειγνὺς ἴσως γεγονέναι, καὶ τὴν καλουμένην κίταριν ὀρθὴν φέρειν ἰδιώτης.* sane citarim hanc eandem cum diademate liqueat ex bis Plutarchi in Lucullo: *Τιγράνην δ' αὐτὸν ἑαυτὸν γυμνὸν καὶ ἄσημον φέρων ὑπέρριψε Πομπηίῳ, καὶ τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος, ἔθηκε πρὸ τῶν ποδῶν.* nam ecce eandem rem sic exprimit in Pompeio: *καὶ τέλος ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε τὸν Πομπήϊον, ἀφελόμενος τὴν κίταριν, ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι.*

Non sibi) id est suo commodo, inquit Erasmus.

CAPVT XXXII.

Intra pudicitia maledictum impad.) hanc lectionem pro sana citant passim meliorum artium Senatores, agnoscitque Pal. sec. tert. Erasmus tamen notat Longobardicum cod. habere *vltra.* verum nescio an velit ibidem etiam fuisse: *vltra impudicitia;* an vero vitium sit typographi qui illud posuit pro *pudicitia,* quo modo extat in cõtextu. sequentia tamen eius verba innuere videntur primum. inquit enim: Verum vt *intra* legamus, faciunt quæ sequuntur, *in publicum emisit.* additque: quanquam si legas *vltra,* sensus est tolerabilis; non solum laborabat infamia, sed in propatulo res erat. Et hercle *vltra pudicitia maledict.* est in cod. Col. in Nazar. vero: *vltra impudicitia.* quod si admittimus, personam Iuliæ tanget auctor, non rumorem qui de ea. sed nihil etiamnum pronuncio; neque destruo illa quæ scripsi lib. 8. cap 10. Suspic.

Relegauit) adduxit hanc ex Seneca fabulam Brissonius lib. ad L. Iul. de adulteriis; additque consimilem de eadem Iulia narrationem ex Velleij lib. poster.

Quotidianum ad Marsiam concursum) Pal. tert. Nazar. Coloniens. *ad quotidianum ad Marsiam conc.* quod aut mendum est, aut latet loci alicuius nomen sub voce *quotidianum.* quod nunc non eruo. nam si putem hic excidisse deam *Cotytto,* impudens forte nimis sim. Ad Marsiam quod spectat, statua erat in celeberrima fori parte. forum autem Ro. ea ætate nocturnis stupris infame. itaque videtur Iulia hæc forum illud noctu frequentasse, & ad statuam eius Marsiæ ignotis admissariis promiscue libidinem suam implesse. nec hoc solum; sed quemadmodum milites exauctorati arma sua ad Martis, gladiatores rude donati ad Herculis ponebant, ita etiam hæc Marsiæ illi, non eloquentiæ, vt alij, sed libidinis suæ coronas contulisse. Plinius lib. 21 cap. 3. *Apud nos huius licentia exemplum non est aliud, quam filia D. Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsiam litera illius Dei gemunt.* plura Lipsius lib. 3. Antiq. lect. & ad lib. prim. Annal. Tac. item Torrentius ad Suet. August.

Hac non tam vind.) ita legit ex nõnullis Pinc. exempp. Muretus. alia habebant, *Hac tam,* quibus adhærent Pal. sec. Naz. Col. fere etiam Palat. tert. in eo quippe. *Nec tam vind.* & vero *Hac tam,* vehementer animo meo placet, vt hic admittamus inuersum verborum illum ordinem adeo familiarem auctori nostro, pro eo quod alij dixissent *Hac tam tacenda, quam vindicanda.* si hic verisimilia dico, quæso vt Eques, & qui infra Equitem spectant, clare mihi plaudant: sin minus, subiiciant melius.

Notauit noua) sic haud dubie legendum duxit Erasm. & sic est in Col. & Palat. sec. eius tamen Longobardicus vt & meus Naz. & Palat. tert. *Notauit:* alij legebant *narrauit.* quidam etiam *noctauit.*

Solitos illi vera dicere) sic quinque mei mss. maunlt tamen de ingenio legere Pinc. *solos illi vera.* ego amplius malim: *solos solitos illi,* vt priorem vocem absumserit similitudo quæ ipsi cum insequenti.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

Retrorsit sæpe inter) mss. mei quatuor: *retri Sed sæpe.* nec damnauerim.

In primas & secundas admissiones) adducit hæc Seneca Cuiacius ad lib. 12. Cod. tit. 19. de proximis sacr. Scriniorum, &c. Et quidem antiquitus plures habebant amicorum cohortes & quasi gradus viri summates. noster lib. de Clement. *Salustium & Cocceios & Deillios, & totam cohortem primam interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit.* Origo eius rei a Graccho & Liuio tribunis, vti Seneca ipse prodit seq. cap. itaque dicebantur Amici primæ, secundæ, tertiæ admissionis: ex ordine quo admittebantur. Lampridius in Alexandro: *Moderationis tanta fuit, vt amicos non solum primi ac secundi loci, sed etiam inferiores, ægrotantes viseret.* Et Tiberius ipse amicos solitus describere in tres classes. vide Sueton. cap. 46. Ab hoc more *Admissiones* manarût, *Admissionales, & officium admittendi.* de quibus plura Lipsius Comm. ad lib. 6. Annal. Taciti.

Pro honoro dare) scribe *& pro honore,* suadentibus iisdem quatuor.

Recepti quoque excludant) longe melius mei illi, *excludantur.*

CAPVT XXXIV.

Alios cum vniuersis) lectionem hanc manuscriptorum, primum vulgauit Pincianus. & sic quoque est in tribus Palat. optimi tamen libri Naz. & Col. habent, vti & olim cusi, *alios vniuersos.* quod meo stomacho magis profecto facit, quam alterum illud.

Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos) vocula *&* non compatet in Pal. pr. tert. Naz. Col. potest abesse, imo debet. citat hæc Iosephus Scaliger in Elegiam de obitu Mæcenatis ad illud: *Regis eras, Etrusco, genus, tu Cæsaris almi Dextera.* *dextera* hoc est, primus secûdum Imperatorem. Statius: *vidi omne te pridem in flore iuuentæ Te magna propius propiusque accedere dextra, &c.* cum consule.

Neutros veros) Pincianus expendere iubet an commodior sit lectio, *neutros veros.* quanquam, inquit, duriuscula illa correctio. hanc eius hariolationem in contextum recepit Muretus; cum & vulgetur, & exter in quinq; mss. meis: *nunquam veros.* quod concinnum videtur. Lipsius tamen ad lib. 6. Annal. Taciti, legendum putat *numquid veros?* interrogatione sententia erecta.

Ad distringendam libertatem) sic dixit pro expromere; quemadmodum distringimus gladium inquit Erasmus.

Et promiscuum ignotu, Aue, &c.) legendum monet lib. 1. cap. 15. Obseruat. Cuiacius: *Habe.* Sic enim, inquit, habent veteres codices, Erasmo teste; qui tamen, vti fecit, improbare id ac reiicere non debuit. nam & hanc rationem scribendi probasse Quintilianus videtur lib. 1. cap. 10. *Multum, inquit, est literatus qui sine aspiratione & producta syllaba salutauit: Aueto. Recta est hac via, quis negat? sed alia est & mollior & magis trita.* alia exempla huius promiscuæ scriptionis petes a pensiculatis clarissimi viri Iacobi Bongarsii notis in lib. 1. Iustini. item ab vberioribus Notis Coluii in lib. 3. Floridorum Apuleianorum. vulgo salutem hoc verbo dictam, ostêdit pluribus exemplis Brissonius extremo lib. 8. de Formulis. Et vero erat *Aue* istud propria vox salutationis matutinæ. Martialis lib. 1. Epigr. 56.

Et matutinum portat ineptus Aue.

Idem lib. 4. Epigr. 29.

Discurris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est
Cui non mane feras irrequietus Aue.

Iterum lib. 7. Epigr. 38.

Discursus varios, vagumq; mane,
Et fastus & Aue potentiorum,
Cum perferre patiq; iam negaret.

porro hunc locum primum restituit Erasmus, cum antea corruptissime legeretur: *Hunc pern. vsque ad distribuendam lib. licet cuius v. et p. v. & promiscuum? Ignotus.* Iuuic eum scripta lectio in qua *huic* pro *hunc.* postq; *ignotus* habebat *habe.* quomodo nulla litera minus Naz. & Pal. tert. tantum amplius habebat ille *destringuendam,* hic *distinguendam.* sed & in Pal. sec. erat *ignotus habeo.* hactenus.

In pectore amicus non in atrio quæritur) recte. ibi enim relligionis & amicitiæ sedes. Symmachus lib. 4. Epist. 42. *nostra charitas abdito pectorum recondatur.* Et Epist. 60. *qui sciam in pectoribus sedem esse relligionis.* idem lib. 10. Epist. 25. *dignum est igitur, vt qui in pectoribus omnium manet, sit in ore plurimorum.* hæc Fr. Iuretus notis ad lib. 2. Epist. 79. Symmachi.

Et in sensibus recondendus) Pal. sec. Col. Nazar *in sensus rec.* quod probo. tert. *in sensus recolendus.*

Si rebus tuis supernacuus) sic Mureti editio. priores; *rebus tuis.* proculdubio melius. est tamen in Pal. tribus: *si rebus bonis supernacuus:* quod vix spernamus, cum & in Naz. & Col. etiam sit: *rebus bonis supernacuum est.*

Aduersa eius si nec deserueris nec optaueris) Scribere monet Pinc. ex veteri lectione: *si aduersa eius non deserueris nec.* sicq; Pal. pr. & Col. nisi quod habent *ne* pro *non.* quanquam idem Hispanus non infiteatur esse libros in quibus sit: *Aduersa eius nec des. nec opt.* quomodo in Naz. Pal. sec. & tert.

Tanti æstimat) sic maior pars exempp. Pinc. aliquot tamen *existimat.* quod mei quatuor pertinaciter seruant. solumque restat prius in excerptis Pal. pr.

Et ob hoc ipso ingratus est) Pal. pr. *& ob hoc ipsum ingratus sit.* sec. *ob hoc ipsum ingratus es* tert. *& ob hoc ipsum ingratus.* Col. *& ob ipsum ingratus.* Naz. *ob hoc ipsum ingratus,* sine *&* ac *est.* aut hic locus mendosus, aut proxime præcedens.

Quacunque ad hoc) Pal. tres & Nazar. *quomodocunque.* Col *quocunque.* medium probo.

An vt ne debeas) Pal. sec. tert. Col. *an ne vt debeas)* Naz. *vt* adsutum quidem habuit, sed alterius manu: itaque scripsit, *an ne debeas.* quod & probant mss. Pinc.

CAPVT XXXV.

Ista nimia festinatio) scripti quatuor: *Isti, inquit, nimia, &c* editio Erasmi, *Ista, inquis, nimia.*

Si famem ac metum) ita omnia exemplaria, tam mea quam Pinc. qui contra ea scribit *ac mortem.* ego, *ac letum.*

At quid interest vtrum vox ista tua sit an votum. Sanus aliquid horum opta) Pal. secund. *Aliquid interest vtr. v. ista sit voti tui Sanus aliquid oro opta.* tert. *Aliquid int. vt v. ista sit voti tui. Scimus aliquis horum puta.* Naz. Col. *Aliquid int. vtr. v. ista s. voti tui. Sanus aliquid enim horum opta.* quod vltimum etiam Pinc. seruât exempp. tantummodo transponunt hæc: *Sanius enim aliquid.* vnde ipse castigandum arbitratur: *vtrum vox ista sit voti tui. si animus et aliquid horum optat.* Erasmus diuinat: *vtrum vox ista tua sit, an voti tui? Sanus aliquid horum opta.* hoc, inquit, sensu, fortasse non imprecaris talia amico: sed quid tefert, cum optes? sanus aliquid tale opta tibi. hinc coniecta, quam immaniter optes amico. hæc ille. ego non resigno labellum. tantum indico nuperum Senecæ editorem perperam emendare: *vtrum vox ista tua sit, an votum tuum.* decuplo enim potior est diuinatio Erasmi. nam *vocem* vocat auctor, quod palam enuntiatur; vocem *voti,* quod quis intra se cogitat optatque.

I nunc & hoc) Pal. sec. *Si vi nunc &.* tert. *Sim nunc &.* Col. *Sim nunc.* Nax. *Si in nunc & hoc.* Erasmi quidam codd. *Scimi nunc.* alij *Sum nunc:* vnde ipse eam finxit lectionem quam assumsit Mureti editio.

CAPVT XXXVI.

Vt bona liberis exempla monstrarent, si optauerint) Pinc. errorem esse existimat in ordine verborum, legendumq; *si vt bona liberis exempla monstrarent, optauerunt.* quod & non nemo probat. mihi verius videtur lectio vetustissimi mei Nazar. quæ habet, *vt bona liberis exempla monstrabit, si optauerint.* hoc tantum ambigue, quod scribit *monstrauit,* antiqua scribendi consuetudine, pro *monstrabit,* & sic in veteri suo fuisse prodidit Erasmus.

Vt Ætna immensa ignium vi supra solitum ardens daret ipsis occasionem) ita monuit corrigeremus ex veteri sua lectione Pincianus. at habet Palat. sec. *imm. ign. vi supra solitum ardens daret, &c.* tert. *immensa ignium supr solitum ardens daretur ipsi occasio.* Col. *imm. ignium in super solitum ardens, daretur ipsis occasio.* Nazar. *imm. ign. vim super solitum ardens & incensa precepit & daturi ipsi occasionem.* Erasmi antiquissimus liber refert: *imm. ign. vim supra solitum*

litum ardent & incensa, præcipitet, datura ipsis occasionem. ipse tamen Erasmus edidit: *immensa ignium vi supra solitum ardens, daretur ipsis occasio, &c.*

Perseuerare maluit) sic Pal. sec. at tert. & Col. *perseuerauit.* quod fere probo. Naz. hic mancus est. nam loco duarum illarum vocum habet tantum *aliud.*

Opus quærere. Multi) sic mss. mei. addunt tamen Pinciani, *opus quærere medici. Multi.*

Et irritauerant) sic Pinciani codd. item Pal. sec. & tert. bene. Col. *incitauerant*, Naz. *intrauerant.* Erasmi editio, *& reuocauerant.*

CAPVT XXXVII.

Rutilius) ille ipse est, opinor, de quo aliquoties meminit noster in Epistolis. de eodem in Octauio Minutius: *Quod si mundus diuina prouidētia & alicuius numinis auctoritate regeretur, nunquam mereretur Phalaris & Dionysius regnum, nunquam Rutilius & Camillus exilium, nunquam Socrates venenum.* Ouidius lib. 1. de Ponto:

Et graue magnanimi robur mirare Rutili,
Non vsi reditus conditione dati.

Smyrna virum tenuit, &c. notauit & hæc amicus meus Iacobus Scheckius nepos, ad illa Paterculi: lib 2. historiar. *Equites Gracchanis legibus, cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros sæuissent, tum P. Rutilium virum non seculi sui, sed omnis æui optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu ciuitatis damnauerant.*

Cum enim quidam illum) non catat vox *enim* in Naz. aut Col. neque hercule admodum requiritur.

Quam reditu mæreat) notat Erasmus Longobardicum scriptum habuisse *reditum hæreat.* vnde diuinat fortasse scriptum *horreat.* & quidem Naz. quoque meus præfert: *reditum hæreat*, sed expuncta est litera *h.* retinuerim itaque *reditu mæreat*; nisi si malimus *reditum mæreat*; quomodo est in Pal. pr. & tert.

Vnico malo affici, quam) sumpsit & hoc Muretus a Pinciano, qui nos perpendere iusserat; an non sic legi posset cum exemplaria præferrent partim *inique malo*, partim *vno.* & pol *inique* etiam in Naz. Col. Palat. sec. & tert. sed perperam. nec tamē illud *vnico* mihi satis animum tranquillat, quod non videam quomodo hic opponatur *publico.* veniebat olim in mentem, potuisse hic excidere vocem antiquam, *duos sontico malo.* & hercle non adeo etiamnum displicet. velim itaque dispiciant de eo rei literariæ præsides. nam profanum vulgus odi & arceo; sin quid illi etiam: tū consulant prius velim Festum, Gellium lib. 20. cap. 1. L. 2 §. si quis iudicio. ff. si quis caut. L. 60. ff. de re iud sed ne sic quidem se extricabunt.

Difficultatibus vult opprimi, quas) dictio penultima *opprimi*, exulat Nazar. cod. extat tamen, vti debet, in aliis manuscript.

CAPVT XXXVIII.

Cum constet negotiatio ex empto) est in Pal. pr. *constat negotium eius ex empto*, sine voce *cum.* quæ nec in tert. apparet; in quo, *constet negotiatio eius ex empto.* Col. habet, *cum constat negot. eius ex.* at Pal. sec. & Naz. *cum constet negotiatio eius ex empto*: quod probo. vide tamen an nō poni possit: *negotiatio omnia ex empto.* latiori scilicet significatione emptionis venditionis. sed retineamus primum, melius est.

Idem intra se optant) inepta prorsus lectio. rescribamus fide iubentibus Naz. & Palat. sec *id est intra.* indicat enim Seneca hoc pacto modum, quo volunt.

Miles bellum optat. Agricolam annonæ caritas erigit) hoc facinus Mureti est. nam prius editi: *bell. optat ingloriam. Agricolam.* vnde emendandum parabat Pincianus: *Miles bellum optat. Inglorium agricolam, &c.* & sic hercle reperitur in Pal. tert. ac Col. habet tamen sec. *ingloriam*; Naz. vero, *si gloriam.* ego retinuerim: *M. b. o. in gloriam.*

Eloquens captat pretium ex litium numero) satis confidenter Muretus, qui cōiecturam iterum suam in textum recipi passus est prisce vulgg. retinent: *Eloquentia exoptat pretium litium numerus.* ex quibus cum nullus existeret sensus, Erasmus vertit *exoptat* in *exceptat*, idque se postea in cod. Longobardico comperisse affirmat: quomodo etiam legitur in Naz. Pal. tert. & Col. *exoptat* solum erat in Palat. sec. nec aliter videtur fuisse in codd. Pinciani; qui legi posse putat: *Eloquentia principes exoptant litium numerum.* P. Faber in L. 206. ff. de reg. iur. mauult: *eloquentiam expectat pretium litium numerus*, vel: *eloquentia expectat pretium litium numerum*; Stephanus lib. 2. cap. 8. Prood. conicit: *eloquentia expectat pretium e litium numero.* nuperus Senecæ editor facilius multo se expedit. vocem enim litigiosam non dignatus vllo honore, scribit, *eloquentia pretium, litium numerus*; vel, *eloquenti præmium litium numerus.* hoc quidem illi cōcitius videtur, & vero est: sed sectores tales non requirit Seneca.

In quæstu est) sic mss. mei quatuor. at apparet fuisse in Naz. *in quæstum est.* quod non omnino reiecerim. vt eo modo dicatur, quo supra, *Miles bellum optat in gloriam.* sic sane ibidem legunt mss. mei: solumque restat in Nazar. *optat si gloriam.*

Aruntium) Lipsius Commentario ad lib. 1. Annal. Taciti, non omnino abhorret suspicari hunc forte eundem esse cum illo quem Plinius Indice lib. 3. & 5. inter scriptores censet illustres, putaturque scripsisse Geographica, illum, inquam, qui Consul fuit anno vrbis DCCXXXII. de quo sic Tacitus: *Post quæ L. Arruntius haud multum discrepans a Galli oratione, perinde offendit, quanquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira; sed diuitem promptum artibus egregiis, & pari fama publice, suspectabat.* hæc Cornelius. quod si verum autumat Lipsius; tunc non ambigo quin iste Haterius qui Arrūtio iungitur, idem sit cum illo de quo Tacitus dicto libro, cuiusq; illa vox in Tiberium recusantem palam imperium: *Quousq; patieris Cæsar non adesse caput reip?*

Captandorum testamentorum) captare aliquem a veteribus dicebantur, qui simulato obsequio, munusculisue, suprema eius iudicia aucupabantur. Plinius lib. 2. Epistol. *Regulus qui speraret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper captare eum cœperat, medicos hortari, rogare, quoquo modo spiritum homini, &c.* Martial. lib. 6. Epigr.

Scis te captari, scis hunc qui captat, auarum;
Et scis quid captet, quid Mariane velit.
Tu tamen hunc tabulis heredem, stulte, supremis
Scribis, &c.

eodemque sensu dicebant *captare testamentum.* Quintilianus Declam. vltima: *Neque enim captare eius testamentū fas putauit, cui destinauerat suum.* Erāt vero Romæ qui senes orbos ac locupletes obsequio demereri studebant, vt ex eorum testamentis aliquid ferrent, quique etiam palam consignatis tabulis eos heredes faciebāt, quo ad eandem liberalitatem iam iam morituros prouocarent. cuiusmodi captatoria officia ridet passim Lucianus in dialogis mortuorum. Brissonius lib. 3. de verb. signif.

Qua designatores) homo quidam forte legendum ait: *qua Pollinctores*; vel, *qua Vespillones.* at quid, mi homo, eo opus? *designatores* certe hic agnoscunt mss. omnes retinentque Beroaldus annotation. in Horat. Brissonius lib. 3. & 4. de verb. sign. Fornerius in L. 42. eod. tit. aliique. nempe vt scias, *Designatores*, siue vt in veteribus reperitur, etiam Naz. meo, *Dissignatores*, dicti, qui ad locum Libitinæ funera præstanti conducebantur, vt defuncti cum honore efferrentur: hæc diserte Acron ad illud Horatij in Epist. ad Mæcenat.

—cum ficus prima calorque Designatorem decorat Lictoribus atris. Quare etiam Tertullianus in lib. de spectacul. cap. 10. *Designatorem, funerum arbitrum* vocat. De eius officio vide plurima apud Budæum ad L. 4. de iis qui notant. infam. Pamelium adnotat. in Tertull. Lipsium cap. 15. libro de Amphitheatro: Dousam lib. 4. c. 1. Plautinarum explanationum: P. Fabrum lib. 1. cap. 23. Agonist. de scribendi eius ratione Lipsius lib. 2. cap. 19. antiq. lect. Manutius nepos in Orthographia.

Et libitinarios) homines isti etiam, qui Libitinæ præessent, quos institorum loco Vlpianus esse scribit, tit. de instit. actione. hunc Senecæ locum allegat Lud. Cælius lib. 29. cap. 18. lect. antiq. subiicitque hinc eleganter dici apud Horatium Libitinam vitare, qui se immortalitati vindicant: *Non omnis moriar, magnaque pars mei Vitabit Libitinam.* Apud Liuium notatur, non sufficere Libitinam dici, cum morientium vis magna est. Appingam quæ habet de

bet de hoc contempto grege, quoniam Philosopho lucem dabunt. verba Val. Maximi lib. 5. cap. 2. *Sit aliquis in summo splendore etiam sordidis gratis locus. M. Cornuto pratore funus Hirtij & Pansa iussu senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum rerum suarum vsum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt; quia hi pro Repub. dimicantes occiderant. Perseuerantique postulatione extuderunt, vt exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis prabentibus adduceretur: Quorum laudem adiecta lego conditio auget, magis, quam extenuat: quoniam quidem quaestum contempserunt, nulli alij rei quam quaestui viuentes.* Plura de his Budæus ad L. Quicunque. ff. de instit. act.

Ex quo propter amicitiam spei plurimum est) ita legendum, dum est quod contendi contra eum qui volebat (quã procul, ôdij! a vestigiis literarũ:) *ex quo sperant amisso rei plurimum* prius legebatur: *uni pl. rei est.* neq; aliter retinet omnis scripta lectio. Pincianus malebat, *cum quo propter tam amicitia plurimum est.* male male. quo enim amiciores erãt orbis ipsis, eo maiora expectabãt, & iure quidem.

Illorum damno nemo viuit) sic magno consensu mss. At ecce tamen, qui restitui posse iactat: *Ill. d. nemo non viuit.* imo sic corrumpi potest Seneca; qui vult damnum non inferre Libitinarius homines viuos; differre tantum lucrum ipsorum: at de heredipetis istis longe aliud esse: ex viuacitate enim eorum quos captãt, graue sentire dispendium; dum assidue muneribus donis, multis officiis eosdem demereri habent necesse. sic ergo argumentatur: non ditantur Libitinarij a viuentibus: at tantum abest vt solum non ditentur captatores, etiam exhauriuntur.

Sed etiam vt tributo graui liberentur) tueor hanc lectionem chirographis libris sustentatam contra corruptelas nescio cuius hominis lib. 26. Susp. cap. 7.

Tam nota sunt vota quam impunita) hanc quoque verborum traiectionem quam & mss. mei & Pinciani agnoscunt, non sollicitandam probamus d. cap. 7.

In secretum pectoris sui recedat) emendatio Erasmi: cum antea legeretur partim *reddat*, partim *redeat*. quod vltimum mss. mei omnes retinent.

CAPVT XXXIX.

Votum amici quod in manibus est) ita mss. cuncti, excepto Col. qui præfert *in manibus eius*. itaque reprehendi d. cap. 7. I. C. qui coniiciebat: *quod immane est*; & reprehendi quidem merito. nunc video, ne istam quidem coniecturam esse eius: sic quippe forte legendum, pridem annotauit Pincianus, adducta eadem, quam ille alter, ratione; quia, inquit, cap. 35. huius libri sic loquitur Seneca: *Nemo de immanitate animi tui dubitaret, si aperte illi mortem imprecareris.* perperam inquio: nam illud dicetur *in manibus esse* de quo agimus, quod tractamus. Si quis tamen plura huius locutionis exempla vel ab ipso petit Seneca; me adeat. dabo vltra centum. quorum certe vnum atque alterum peruidisse debebat, qui annum pene integrum apud eum, vti de se gloriatur, persederat.

Et in id incidentis) sic & pleriq; calamo exarati. at Naz. vocem amplius addit: *in id vitium incidentis*; quam non est cur damnemus, cum & eam inuenerit in suis Pinc.

Hic ait) mss. omnes: *Hoc ait.* nec improbo.

Quicquid redditur circumueniant) Erasmi editio interserit. *redditur. Hac diis audientibus circumuenirent.* notatumque ad marginem alias legi: *Hunc Dij circumueniant illinc.* ipsius vero in notis suis scribit Longobardicum cod. habere: *redditur. Hac Diis audientibus? circumueniant illum.* nec aliter sane habent codd. mei. solum est in Pal. tert. *hac dies* & in Col. *circumueniont.*

Nec inermis & creditor vrgeat & accusator) mss. *nec inermus creditor vrgeat accusator.* tantum est in Nazar. *vrguet accus.*

CAPVT XL.

Quod aque peccat qui non sequitur, quam qui antecedit) nota sis mihi hic iterum, lector, inuersum verborum ordinem. vult enim Seneca eum æque peccare, qui antecedit rei cuiusque tempus, quam qui non sequitur.

Quare obligatus moleste fers) mss. omnes: *obligatum*; nec aliter olim editi. & ferri potest. nisi malimus: *quare obligatum moleste te fers?* vt pronomen illud absorptum fuerit ab præcedente voce; vel certe maiusculis descriptum literis.

Quare subsidere) legitur alias in Palatino primo, *subsistere*. in Nazario prius fuit *subdesidero*. punctis tamen notatæ deinde duæ illæ literæ *do*.

Resignare parem rationem) sic olim excusi, nec aliter citant auctores. at Pinciani manuscripti, nec non mei ad vnum omnes; *signare parem*. & probo. ceterum, vbi accepti & expensi summæ seu quantitates congruebant & tantundem expensum quantum acceptum apparebat; tum PAREM RATIONEM asscribebant. L. quo filium. ff. de manum. test. vtitur hac formula iterum Epistol. 19. *poteram tecum & hac Macenatis sententia parem facere rationem.* Sed & Pater, lib. 9. contr. 1. *vult pares rationes facere.* Scæuola in L. vlt. §. vlt. de doli except. *Si cum coharedibus tuis parem rationem facere.* Brisson. lib. 14. de verb. sign. lib. 6. de Formulis.

CAPVT XLI.

Non manufacere) id est, non nostra opera arcessere, inquit Erasmus adag. 32. cent. 5. Chil. 2. vtiturque sæpius hac locutione noster. cap. 3. lib. de breuit. vitæ: *Adice morbos, quos manu fecimus.* item principio Epistol. 115. *Oratio, vultus animi est, si circumtonsa est, & fucata, & manufacta. &c.* vbi *manufacta* (nam hic in omnibus editt. coniuncte vocabulum scriptum est) naturali seu natiuæ opponitur. nam præcedit *fucata*. videmus autem & a Cicerone non fucatum & naturalem nitorem copulari. Vtitur & in propria significatione hoc vocabulo, in fine Epistol. 89: *Nec contenti solo, nisi quod manufeceritis, maria agetis introrsus.* sic Epistol 91. *Non tantum manufacta labuntur, non tantum humana arte atque industria posita vertit dies.* denique & *manufacta spelunca* apud eundem χειροποίητος; ad differentiam earum quæ sunt αὐτοφυεῖς, quales a Poetis plerunque describuntur. Stephanus Epist. 19. ad Dalechamp.

Nemo enim libenter reddit, quod inuitus debet) sic Pal. tres, Naz. & Col. at Stephanus Epist. ad Dalechamp. 15. negat rationi, nedum proxime præcedenti sententiæ, consentaneum, aliquem non libenter id reddere quod inuitus debeat: & quod, cum apud se nolit esse, onus esse potius iudicet quam munus. Quomodo enim inquit nos tali onere liberabimus? nonne gratiam referendo? quod & *reddere beneficium* ab illo dicitur. quare eo descendit, vt scribendum esse contendat: *Nemo enim libenter reddit, nisi quod inuitus debet.* sic quidem ipse. ego tamen tueor vulgatam scripturam; rationemque profero lib. 16. Suspic. cap. 2.

Interim Dij testes sunt) neminem puto tam animo hebetem aut oculis; quin videas non inuita Pallade me addere literam scribendo; *testes sunto.*

Quo minus tuum reuertatur) corrigo: *quo minus munus tuum reuertatur.* rationes pete lib. 26. Suspic. cap. 9.

Nulla mora in Turno est) correctio hæc debetur Pinciano, qui eam primus ex veteri lectione eruit, indicauitque initium esse Virgiliani versus ex XII. Æneidos. nec aliter hercle extat in Palat. sec. Nazar. Colon. habetque ei proximum Palat. tert. *mora interna est.* antea vulgabatur: *nulla mora inter nos est.*

CAPVT XLII.

Soleo mi Liberalis) sic primum reposuit Erasm. mss. omnes habent; *Soleo mihi Liberalis.* Col. præfert; *Soles mihi Liberalis.* vtrique male.

Sollicitudo, sed contra summa fiducia sui) illud *sed* a Mureto est. alterum *contra summa fiducia sui*, manauit ab ingenio Rodolphi Agricolæ. voluitque, *contra* hic positum pro *imo*. & vero reperit etiam Erasmus in vetusto illo codice: *Sollicitudo; contra summa fiducia sui.* neque secus est in Nazario meo. reliqui manuscripti, quos secuti sunt olim impressi; *Sollicitudo contra summam fiduciam sui.* minus recte. Mureti *sed* si admittimus, apertior paulo erit lectio, quam si eam subintelligamus. sed quid subintelligi vetat, cum in nullo compareat chirographo?

Tam cum vitio est recipere, &c.) vulgati; *Tam cum vitium est recipere quod non debes quam non dare quod debes. Hoc beneficij primum dati, &c.* quam lectionem tantum

agnoſcit Pal. ſec. ſed tamen illud, *quam non dare quod debes*, non habet in textu, ſed margini adpictum. Naz. repræſentat: *Tam conuicium eſt, recipe quod debes. Hoc primum beneficij, &c.* Pal. tert. *Tamen conuicium eſt recipere quod debes. Hoc primum beneficij datum ſit tue.* Colon. *tamen conuicium eſt. recipere quod debes, hoc primus beneficij date ſit tue.*

Iudices habes; te quem non potes fallere, & illum quem potes. Quid ergo?) lectio hæc originem ducit a coniectura Eraſmi. qui tamen ingenue fatetur nihil ei ſuffragatos mſſ. ſed habuiſſe vel: *Iudices habes illum quem potes. Quid ergo.* vel. *Iudices habes illum quem non potes. quid ergo.* quod vltimum reperi quoque in Nazario, Palatino tertio & Colonienſi. at Palat. ſec. ſeruabat: *Iudices habes, illum quem non potes & quem potes. quid ergo, &c.* quæ ſcriptura etiam reſtat in Pinc. codd. aliquid hic latet, quod non ego protraho.

CAPVT XLIII.

Proferre, donare) ſic vetus lectio librorum Pinciani, etiam meorum antea legebatur: *pr. dona.* minus recte.

Plurium ſinum ac domũ replere) *ſinum* hic accipit P. Faber lib. 1. Semeſt. cap. 22. pro parte ea togę laxiori quæ alias in humerum reiici ſoleret, aptaque erat cuilibet rei cuſtodiendæ. de qua multa recte Turnebus lib. 2. cap. 26. Aduerſar. nonnihil etiam Sigonius lib. 3. de Iudiciis cap. 19 Hotomanus lib. 9. cap. 13. Obſeruationum. nec aliter accipienda quæ habentur Epiſt. 74: *Nam quid aliud virtute melius putat, aut vllum præter illam bonum, ad hæc quæ a fortuna ſparguntur, ſinum expandit.* Epiſtol. 119. *Quid ſit quod inuenerim quæris? ſinum laxa; merum lucrum eſt.* Sed tu mihi vide Fabrum, nec pœnitebit.

Quante maius ac difficilius interdum ſit capere) falſa lectio. mſſ omnes. *quante interim maius ac diff. ſit capere.* recte & ſic fere Eraſmi editio: quæ tamen perperam ordinem verborum inuerſum habet, ſic: *quante maius ac d. interim ſit cap.*

Idee non eſt) Palat. tert. Naz. Col. *Itaque non eſt.* magis probo.

Nec properandum intempeſtiue) aſſumpſit & hic Muretus coniecturam Pinciani; eum haberent publicati: *procurandum.* at vos critici reponite mea fide; *nec procurrendum intemp* ſic enim plane in Naz. Pal. ter. Col.

Æque delinquit, qui ad referenda gratiam properat tempore alieno, quam qui ſuo ceſſat) & hoc Muretus a Pinciano mutuum ſumpſit: quem merito hercle carpit P. Faber lib. 1. Semeſtr. cap. 23. quod figuræ immemor qua Seneca noſter naturali verborum ordine relicto peruerſum ſequitur, non retinuerit: *gratiam ſuo tempore ceſſat, quam qui alieno properat.* ſic ſane eſt in omn. mſſ. itaque mirum quid frontis ſit nupero Senecæ editori qui etiamnunc locum ipſum legendum contendit ad eam faciem qua publicauit Muretus.

Præſtat eſſe in vtrumque facilem) Pinciani lectio antiqua, nec non mea, *Præſtet ſe in vtrumque facilem*: fere eſt vt probem.

Quid cuſtodiam recenſamus?) ſic Palat. pr. & ſec. verum tert. Nazar. Colonienſ. *qui cuſt.* quod & in aliquot Pinc. libris.

Tanquam qua non ducere, ſed ſequi debeat) ita Mureti editio, ſecuta quoſdam codd. Pinc. cum prius eſſet; *tanquam non ducere.* quod etiamnum remanet in mſſ. meis quatuor: ſolum comparet illud *qua* in ſchidis Palat. pr. quarum ſubleſtior eſſe debet fides. Quod ſupereſt; ad iſthæc ſic non nemo argumentatur Eorum qui in ius vocati, alij ſequuntur vltro: alij ducuntur: alij neque ſequuntur neque ducuntur: adiicitque: ſic Caius citatur ad edictum Prætoris vrbani, titul. Qui neque ſequantur neque ducantur. L. 48. ff. de verb. ſign. Fallerisſimi homo. & fallis. nec enim hic Seneca loquitur de in ius vocando. quid ergo? vel figuram ſumſit a re militari, quam diducit ipſe lib. 4. cap. 2. ſupra, vel certe reſpicit ad ludum quem tangit Horatius Epiſt. 10.

Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique.
Tortum digna ſequi potius quam ducere funem.

de quo ſaltationis genere videatur Petr. Nannius lib. 4. Miſcellan.

IN LIB. VII. SENECÆ DE BENEFICIIS.

CAPVT I.

Habeus animum) codices quidam Eraſmi & mſſ. mei quatuor, voce vna ſunt auctiores, *hab. animum volo.*

Reliquus hic liber cogit. Exhauſta) mſſ. iidem mei & Pinciani: *Reliqua hic liber cogit, & exhauſta.* quod cur non admittamus?

Conſules quicquid ſupereſt. cum tibi ſuperf.) Naz. Pal. ſec. tert. *conſ quicquid tibi ſupereſt, cum tibi ſup.* at Col. *conſulas quicquid tibi ſuperfuerit.* excluſis reliquis quæ lectio hercle ferri poſſet.

In primum ſtatum congeſſi) ſic ex mſſ. ſuis repoſuit Pinc. cum antea eſſet *ſtatum.* & ſic quoque eſt in Pal. ſec. at vero tert. & Naz. nec *ſtatim* nec *ſtatum* agnoſcunt; habentque; *in primum congeſſi*: a quibus non abit Colonienſ. niſi quod præierat: *in premium cong.*

Si me interrogus) mſſ *interroges.*

Perſequi cetera) chirographi mei quatuor, *proſequi.*

Demetrius Cynicus) effuſus vbique in eo laudando noſter: nam & ſtatim cap. 7. *quem mihi videtur rerum natura noſtris temporibus tuliſſe vt oſtenderet, nec illum a nobis corrumpi, nec nos ab illo corrigi poſſe. virum exactæ (licet neget ipſe) ſapientiæ, firmaque in his, quæ propoſuit, conſtantia, &c.* vide locum. Iterum Epiſt 62. *Demetrium virorum optimum mecum circumfero, & relictis conchyliatis cum illo ſeminudo loquor, illum admiror, &c.* de eo etiam Tacitus lib. 16. Annal. extremo: *Tum ad Thraſeam in hortis agentem quæſtor Conſulis miſſus, veſperaſcente iam die, illuſtrium virorum feminarumque cœtus frequentes egerat; maxime intentus Demetrio Cynicæ inſtitutionis doctori: cum quo, vt coniectare erat, intentione vultus, & auditis ſi qua clarius proloquebantur, de natura animæ, & diſſociatione ſpiritus corporiſque inquirebat.* Plura de eo vide apud Lipſium meum in Commentariis illis ad Tacitum.

Non qui omnes numeros nexuſque perdidicit) Lucanus lib. 4. de bello ciuili, vbi Herculis cum Antæo luctam ſiue Pancratium deſcribit:

Conſeruere manus & multo brachia nexu
Colla diu grauibus fruſtra tentata lacertis. & ſtatim
Intumuere tori, toteſq. induruit artus,
Herculeoſque nouos laxauit corpore nodos.

vbi *nodorum* nomine illud *nexus* vocabulum deſignatur; quod Achelous Ouidianus de ſua cum Hercule colluctatione verba faciens protulit lib. 9. Metam.

Vix tamen inſerui ſudere fluentia multo
Brachia, vix ſolui duros a corpore nexus.

Papinius ſub finem lib. 6. Thebaid.

Circuit errantem, & tergo nec opinus inhæret
Mox latus, & firmo celer implicat ilia nexu
Poplitibus: genua inde premens euadere nodos
Nequicquam & lateri dextram inſertare parantem. & a

Ambroſius *ligaturam* dixit Enarrat. in Pſalm 36. *In hoc itaque ſeculari agone, alij ſunt qui ſimplici quodam & legitimo genere luctantur, & ligaturis tantum corporis certant, verberare non norunt, qui palæſtræ vocantur.* hæc P. Faber, apud quem plura lib. 1. cap. 20. Agon.

Intentus ſpectat) Pal. tres, Nazar. & Col. *expectat.* nec reiecerim.

Pauca vincunt) ita Muretus conſilio codd. Pinc. neque aliter Pal. pr. ſec Naz. at in tert eſt *vincant.* in Colon. quidem extat *vincunt*, ſed adiectũ margini *vinciant.* in quibuſdam mſſ. Pinc. erat *innant.* olim publicati repræſentant, *pauca manent.*

Ætati ſignum imprimat) ſic & Palat. ſec. Nazar. Col. nec male. monet tamen Pinc. eſſe in vno ſuo exemp. *æstatum* quomodo etiam eſt in excerptis Pal. pr. & ſec.

In anguſtius coëant) ſic etiam Pal. ſec. & Col. ſed in Naz. eſt *in anguſtius coe.* Palat. vero tert. habet quidem *in anguſtius*, ſed non etiam ibi comparet vox *coëant.*

Et columnarum noniſſima interualla iungantur) recepit hic in textum coniecturam Pinciani Muretus, cum extet in manu exaratis omnibus *nouiſſime*; & probe. ſolum

eſt in

est in Pal. meo tert. *& columnarum nouisse iungatur*; absque voce *interualla*.

Totiens concepti sint) Pal.pr. tert. Naz. Col. *totiens concepisset*. Pal.sec. *tots omnes concepissent*.

Supra metum subtulit) sic & Pinc. & mei, adiiciunt tamen libri ab Erasmo editi, *& posuit*.

Si sociale animal est) verbum postremum deleatur suasu mss. meorum.

Vt vnam domum spectat) egregie Nazar. *vt vnam omnium domum spectat*. quod cur deinceps excludatur, causam non habet.

Diis aperit) mss. omnes, *Diis aperuit*.

Si se magis) verbum prius nullum habet locum in calamo exaratis. hinc igitur etiam excludatur.

Subductus illis tempestatibus) ita etiam Erasmi editio. malim tamen cum pluteariis meis libris; *subd. ille tempestatibus*.

Consummauit scientiam) vnus Naz. addit particulam, scribendo; *consummauitque*.

Nec vsquam dimittere) melius multo quas amanueosium labor pinxit *hac nusquam dim*.

Sciatque) sic quidem Pal. sec. at reliquis tamen exulat particula, *que*.

Voluptas fragilis est & breuis; fastidit obiecta) non aliter editio Erasmi. at vetus lectio Pinc. *Vol. frag. est, breuis fastidit obiecta*. quidam tamen codd. eius: *frag. est, breuis fastidio obiecta*. quod idem aperte in mss. meis quinque. vnde quis non inepte fecerit: *Voluptas frag. est, breuisque fastidio obiecta*. sed tamen *breuisque* non satisfacit mihi.

Necesse est aut pœniteat, aut pudeat) sic Pinciani codd. meique adeo omnes; nisi quod in Pal. sec. ac tertio extet *vt pœniteat*. sed male. prius publicati habent: *necesse est vt pœniteat*, recisis reliquis. quod reiciendum.

Aut magnificum) chirographi mei quinque non seruant illud *aut*. habet tamen etiam Erasmi editio.

Et ea quæ hominum) sic Pal. sec. tert. Erasmi editio: *& ea quam homin.* quomodo & extat in Naz. & Col. an forte legendum; *& ea quam hominum inter se rixantium ambitus concitat*. est tamen in mss. omnibus *concutit*, placuitque adeo Erasmo. scribit tamen in aliis esse *ambitus non concutere*.

Ita etiam quem deformamus) Ciceronem verbo *deformare* vti, sciet qui eum diligenter euoluerit. Stephan. lib. 2. Proodop. cap. 11.

Cum maximo) sic legendum putauit Pincianus; quod in aliquot exempp. esset *quam max.* probauerim. prius erat in omnibus excusis *qui max.* quod etiamnum custodiunt Pal. sec. tert. habet Naz. *quem max.* Col. *quam max.*

Nec illum existimes) sic Pal. sec. sed enim tert. Naz. Col. *Ne & illum*.

Cui quanquam in littore) ita primum emendauit ex Longobardico Erasmus, neque aliter habet Nazar. meus. prius legebatur: *cui quando*. quod & est in Pal. sec. at Col. refert: *cui cum* Pal. tert. hic mutilus est.

Quam quæ venerat) & hoc ex cod. optimo Erasmi; confirmaturque Naz. & Col. prius publicabatur: *quam acquisierat*; cui consentit Palatinus sec. retinet Palat. tert. *quam inuenerat*.

Onesicratus præfectus classibus præmissus) duæ illæ voces *præfectus classibus*, solum conspiciuntur in Palatino secundo; reliquis desunt, etiā Naz. fere itaq; est vt pro glossemate habeam.

CAPVT III.

Quicquid cupiditati cōtigit) mss. omn. *c. contingit*. bene.

Quantum in id quod inexpl.) vet. lectio librorum Pinc. meorumque: *quantum eo quod inexpl.*

Nec metenda in rep.) sic & Pal. sec. proboque. Pal. tamen tert. Naz. Col. *metenda*.

CAPVT IIII.

Et eius quæ possidet) Pal. tert. Naz. *etiam eius*. Palat. sec. Col. *& etiam eius*. recte.

Sic omnia sapientis esse dico, vt nihilominus proprium quisque in rem suam dominium habeat) verba hæc omnia iudico expungenda. nam nusquā in vllo comparent mss. meorum, repetunturq; infra cap. 5. vbi & locum habent.

Iure ciuili omnia Regis sunt) ex huius verbis illa Plinij Panegyrico ad Traianum lucem accipiunt: *Tandemq; imperium Principis, quam patrimonium maius est: multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores principes occupabant, non vt ipsi fruerentur, sed ne quis alius*. Illustratur etiam ille Claudiani locus, libro de bello Gildonico; in quo sic Africa loquens inducitur:

-Nostris iam luctibus ille
Consenuit: regnumque sibi tot vindicat annis.
Atque vtinam regnum: priuato iure tenemur,
Exiguique specie fundi.

Nam priuati iuris nomine dominium, regni vocabulo imperium significatur. hæc P. Faber in L. 159. de reg. Iuris. apud quem huius monetæ perpolite plura.

Et totus ager huius aut illius resp. est) & hoc coniectaneum est Erasmi, quod in textum recepit Muretus. antea erat: *& totus ager aut vllius resp. est*. quomodo & custodiunt Naz. ac Col. legitur in Pal. tert. *ager aut nullius resp. est*. Suspicor rescribendum: *& totus ager illius aut illius resp. est*; vt scilicet repetitio eiusdem vocis vitio locum fecerit. sic sane extat in Pal. sec. fuitque alioqui in Pinc. codd. *ager aut illius resp. est*.

Cum peculio domini sit) nonnulla ad hunc locum Cuiacius Tractatu 2. ad Africanum. §. si quis seruum cui aliquid. Fornerius ad L. 182. de verb. sign.

Quemadmodum probemus) sic omnes calamo exarati, & Erasmi, & mei. Rod. Agricola legebat: *quin agedum prob.* quod fere est vt placeat.

Inter nos conuenit) lectio omnis chirographā, *inter duos conuenit*; nec aliter editio Erasmi.

Vniuersa esse contendimus) antiqua lectio meorum *esse concessimus*. vere. sicque fuisse in suis, testatur quoque Pinc. Erasmi tamen editio, *contendimus* etiam retinet.

Omnia patris sunt quæ in liberorum manu) accommodat hæc Ræuardus L. 93. tit. de reg. Iur. & addit, liquido demonstrare Senecam, id quod esse in peculio dicitur, in dominio non esse filiifamilias, nec ab eo ciuiliter possideri. quod enim acquiritur filio, id protinus sic esse patri acquisitum censetur, vt ne momento quidem id quod ex causa peculiari quæsitum est, intelligatur filius possidere. L. 44. §. 4. de vsurpat. L. 4. de acquir. poss. L. 13. de iure patrim. tu eum consule.

Tamen Diis posuimus donum) mss. *tamen & diis donum posuimus*. non male.

Si tuum est) repono scripturam librorum meorum omnium: *si meum tuum est*.

Is inquis) sic Pal. sec. at tert. & Naz. *Is inquit*. quod & probauit etiam Eras. ex aliquot suis codd. Col. refert *Is enim*.

Is inquis cuius prostituta sunt, leno est) Lenocinium itaque facere eum Vlpianus ad edictum prætoris interpretatur, qui quæstuaria mancipia habet, siue principaliter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione vtatur L. 4. §. 1. ff. de his qui not. infam. L. 1. in fin. ff. de extraord. crimin. Idem Vlpianus lib. 1. ad leg. Iul. & Pap. Lenas eas dici scribit quæ mulieres quæstuarias prostituunt, etiamsi alterius nomine hoc vitæ genus exerceant. L. 43. §. 1. ff. de ritu nupt. Brissonius lib. 10. de verb. sign.

Nemo rem suam emit) de eodem ipse etiam supra lib. 5. atque inde recte Caius L. 45. de reg. Iuris: *Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest*. ad quæ vide Ræuardum.

Pro pecunia sua pendit) scripti codd. *pendat*. quos audio.

Per quæ cauillatur) Faber ad L. 65. de reg. Iuris, *cauillationem* hic nihil aliud putat nisi captionem, aut si mauis captationem, quam & ipse Cicero *calumniam* vocat. Nam in lib. de fato: *omnes igitur istius generis captiones eodem modo refelluntur, &c.* & paulo post: *itaque premebat alio modo, nec vllam adhibebat calumniam*. similiter vtitur Epistol. 45. Epist. 82. plura hauri ex Comment. Fabri, item Ræuardi ad d. L. 65.

CAPVT V.

Enimuero sic) haud aliter Pal. sec. at ceteri, *Enim sic*.

Id quod aliter) præponendum hic pronomen quod extat in Pal. tert. Naz. Colon. *me id quod aliter*: deleatur vero postea in proxime sequentibus verbis. nam nec vsquam vel eo loci comparet in Pal. sec.

Aliquid tuum, aliquid) mss. *aliq. tuum est, aliq. recipio*.

Colono tuo prohibente) mirum quid illi homini turbauerit cerebrum, qui legit: *Colono tuo me prohibente*, & id postea aliis pro germano Senecæ obtrudit.

Tua in possess. nasc.) monuit Pinc. esse in suis omnibus *in tua poss. nasc.* sicque est etiam in meis.

Carior fuit aut fames) videor posse eiicere duas voces postremas *aut fames:* quamuis sciam argutari quem posse, cariorem tunc esse famem, cum intenditur annona: sed non arridet. Suspicor enim prius fuisse annotatum in margine: *aut vates*: id postea potuit irrepsisse in contextum, ac deinde mutari in, *aut fames*. diiudicet tamen lector. nam mss. omn. eam lectionem præferunt.

Nec seruum tuum mercenarium meum abduces) quid ni enim? cum loquatur Cicero pro Cecinna: *Si tuus seruus nullus fuerit, & omnes alieni ac mercenarij: tamen & ipsi tua familia, & genere & nomine continebuntur.* quod ipsum Vlpianus quoque videtur annotasse L. 5. §. 6. ff. Quod vi aut clam. Porro *mercenarij* appellabantur qui operas suas mercede locabant L. 1. §. si filiusfam. ff. de vi & vi arm. L. 5. §. si quid seruus, ff. quemad. seruit. amitt. L. 91. ff. de furtis. Plerunque autem ita seruos alienos, quorum conductis operis vtebantur, vocabant. Saluianus lib. 6. de vero Dei iud. ad finem: *illorum more dominorum nobiscum barbari agunt, qui mancipia obsequiis suis non necessaria mercedibus promerendis locant.* Sed & liberi homines si operas locarent suas, eodem nomine appellabantur, vt ex Varro. lib. 1. de re rustic. cap. 17. patet. Solebant etiam operarum seruilium huiusmodi locationes, aliarum locationum exemplo, in quinquennium plerumque fieri. L. 49. ff. de act. empti. L. 18. §. 3. de stip. seru. annisque singulis annuæ exoluebantur dominis mercedes. L. 19. in fin. de instrum. & instru. leg. L. 25. §. 2. & L. 26. de vsufr. Brisson. lib. 11. de verb. sign. Ræuardus ad L. 46. L. 149. de reg. Iuris.

Et abs te rhedam si cond.) scripta lectio concorditer: *& eam a te rhedam con.* hoc tantum differunt quod Pal. sec. vltimam dictionem ita scribat *redam*. tert. *reddam*. Naz. *raedam*. Col. *redeam*.

CAPVT VI.

Ac recte vtrinsque) Erasmi editio, *at recte*. sicque etiam mss. mei omnes. alterum illud, tuetur se chirographis Pincianianis. vtrouis legatur modo, res eodem recidit.

Cuncta possideat) satis temerarie Muretus, qui vocem exclusit omnium editionum, omnium mss. hospitem; *cuncta conscientia possideat*. & vero eam hic pertinaciter retineo: nam lepide mihi & argute videtur dici a Seneca conscientiam id omne possidere; quod homines solo animo possidēt, non etiam iure ac dominio. Erasmus tamen putat legendum, *cuncta communia possideat*. huic enim, inquit, opponitur, *singularum*.

CAPVT VII.

Bono modo) sic mss. mei omnes, excepto Pal. tert. in quo *Die modo*: & vero significauit Erasmus exempp. esse quæ haberent *Dio*.

Non omnia diis dicata) Naz. *Diis dedicata*. alij omnes fauent vulgato.

Extra ictum sua diuinitas posuit) translatum a bellis, vbi qui nolunt feriri iaculis, longius semouent sese, quam vt possint contingi iactu teli; aut in loco a iaculis defenso se continent. hæc Erasmus adag. 93. centur. 3. Chiliad. 1. apud quem plura exempla huius locutionis.

Sed tamen punitur) abest mss. omnibus, illud *tamen*, prætetquam Pal. sec.

Opimo illum nostra ac sua) sic vno ore chirographi omnes. & iure. at est qui legi mauult; *nostra non sua*. quæ emendatio non tam Senecæ contraire videtur, quam ipsi Naturæ. exempla si ponam, auctori sim iniurius. tantū dicis causa adscribā pauca isthæc Ciceronis Orat. pro domo: *Etenim si nemo vnquam prædo tam barbarus atq; immanis fuit, qui cum fana spoliasset, deinde aram aliquam in littore deserto somniis stimulatus, aut religione aliqua consecraret, non horreret animo, cum diuinum numen scelere violatum placare precibus cogeretur, &c.* his egregie cōueniunt quæ ipse noster Epist. 87. vbi de sacrilegis ex professo: *Atqui maximū scelerū suppliciū in ipsis est. Erras si illa ad carnificē aut ad carcerem differs. statim puniūtur cum facta sunt, imo dum fiunt.* Ista sapienti satis; fatuo plus quam satis.

Etsi quocunque transtulit) mss. omnes, *etiamsi quocunque*. solus Pal. tert. *si quotcunque*.

Qua vicissim et seruiunt) ita legi in quibusdam exempl. prodidit Pincianus, arripuitque statim Muretus. prius erat: *qua virtutem et seruiunt*: quod in sedem suam libenter reuocatum velim. scio enim Senecæ esse; nec ego solum, sed omnes quibus integri sensus. extatque adeo in antiquiss. Nazar. Pal. q; sec. alluditque Col. qui habet *in vitum*. solum latet illud *vicissim* in Pal. tert.

Multi enim Imperatores fines aliis) vox *Imperatores* nusquam repetitur in mss. meis. itaque ablegetur.

CAPVT VIII.

Animi magnitudine astim.) olim excusi: *animo ac magnitudine*, cui adsentiuntur Pal. sec. Naz. Col. est in Palat. tert. *animo an magn.*

Maiores tamen quia in laudem) sic & Erasmi editio. at Pal. sec. & Naz. *maiores quidem quia, &c.* Pal. tert. *maiores quidem & in laudem*. Col. *maiores quidem quam laudem*.

Nec illum a nobis corrumpi, nec nos ab illo corrigi posse) Lipsius extremo Comment. ad lib. 16. Annal. Taciti, omnino scribit; *corrumpi & nos ab, &c.* ita enim ait, cōcludit; ne aut exemplum seculo, aut conuitium deesset. Si mihi vlla daretur licentia, legerim acuto pariter sensu ac vero, *nec nos ab illo corrigi posse*. neq; clausula obstat; conuitiū enim seculo est acre profecto, dicere adeo inualuisse vitia, vt nullus remedio locus. sic lib. de tranquill. vitæ cap. 15. *hic autem stulte deflet, qua corrigi posse desperat*. mss. mei omnes pro vulgata stant. solum est in Palat. tert. *nec ill. a n. corrigi, nec vos ab illo corrigi*. vnde venit in mentem non absurde etiam legi posse: *nec illum a nobis corrigi, nec nos ab illo corrigi posse*. sed arbitretur tamen lector.

CAPVT IX.

Repudiaturum, dicturumq;) melius est in mss. omn. *dicturumue*.

Nec in illam faciem rerum) chirographi referunt: *nec in aliam faciem*. clara correctio; *nec in aliam f.*

Ne daturus quidem acceperim) fuit in Naz. *acceperam*. Suspicor legendum; *acceperim*.

Qua gentium oculos regumque perstringunt) inepta lectio. repono *præstinguunt*. nam certe in Col. Pal. sec. & Nazar. est *præstringunt*. quid medium illud sibi velit, notum satis ex Milite Plauti.

Qua placet varietas) sic Pal. tres. Col. Naz. & recte. Pinc. codd. quidam *veritas*. minus recte.

Subditis medicamentis) Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 8. mallet, *sublitis medic.* quomodo etiam forte legēdum, ad oram editionis suæ annotat Erasmus. mss. mei seruant *subditis*. nec video cur non hic id ipsum sedem habeat; significetque suffectis, inque locum verarum rerum suppositis. sic Festo dicitur *Suffectus iudex*, qui in mortui locum dabatur, &c.

Video istic mensas, & æstimatum lignum Senatoris censu) citreas intelligit, de quibus Martialis lib. 14.

Accipe felicis Atlantica munera silua.
Aurea qui dederit dona, minora dabit.

voluatur omnino Plinius lib. 13. cap. 15. Porro quod de *Senatoris censu* subiicit; erat is tunc temporis duodecies sestertium, vt cōstat satis ex Suetonij Augusto cap. 41. quod ad lectionem attinet, mss. mei habent *Senatorio censu*. idque malim.

Ipso quo fugare debet periculo) Nazar. *fugari*, quam scripturam non improbauerim. est qui apertius fore putat si legamus: *ipso quod eos fugare debet*. imperitis fortasse, & crassæ auris hominibus. sed quid eis cum acutissimo & politissimo Philosophorum? quod cum amaraco suibus. si quid mutandum, fecerim, *quo fugari deberet periculo*.

Video murrhina pocula) eorum mentio apud Capitolinum in M. Antonino Philosoph. & in Ælio Vero. apud Lampridium in Elagabalo. legatur L. 3. L. 11. ff. de Supell. leg. L. 21. §. penult. ff. de auro arg. ex gemma solis calore densata confici solita variasque species reddidisse Plinius lib. 37. cap. 2. tradit. hæc Brisson. lib. 11. de verb. sign. ceterum in mss. meis non est *murrhina* sed *murrea*. quod non temere improbauerim.

Magno fuerat, nisi quod vocuant capax. gemmis inter se

propinarent)

propinarent.) lectio hæc ab ingenio Erasmi, si excipias literam vnam. inquit enim ille extare in veterib. editt. *magno fueris, nomina capacibus gemmis inter se pronunciaret*; at vetustos codd. pro voce *nomina* habere, *quod vomant*. reponere se itaque *propinaret* pro *pronunciaret*. addit, & fortasse pro *fueris* legendum *furis*, reperi in Col; *magna fuerunt, nisi quod v.c.g.s. se pronuntiauerint*. ego fere subodorot tarpere hic ensSenecam qui tam pretiosis gemmis abutuntur ad vomitum, vt requireretur ad earum emptionem reditus plurium prouinciarum. sed verba non concinno. Pal. sec. habet: *magno fuerint, nisi quod vomant cap. g. inter se pronunciauerint*. nec aliter Pal. ter. aut Nazar, nisi quod hic refert *pronuntiane*, non *pronuntiauerint*; ille, *vomerat*, non *vomant*. ego hic hæreo. tu lector, ipsum re expedi, si potes.

Exercitata aures) sic mss. mei. quædam tamen Pinc. exempp. non habent vocem vltimam.

Et insuper alij bini superponuntur) sic & alias legi monuit editio Erasmi, quæ habet *supponuntur*. prius illud extat in Pal. sec. & Naz. alterum in Palat. tert. Lipsius comm. ad lib. 3 ann. Taciti, norat forte legendum *suppanguntur*. apud quem videantur multa de his vnionibus, quorum feminis ad inaures vsus. interim notet mihi lector esse in Col. *insuper alubenis superpon.*

Subiecerat) ita & Palat. sec. at est in tert. *supergessat*. in Naz. & Col. *superiecerat*.

Video Sericas vestes) quæ ex arborum lana confectæ: de quibus absoluta omnia P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 16. Lipsius comment. ad lib. 2. Annal. Taciti.

Mulier parum liquido nudam se non esse iurabit) vox *mulier* solum restat in Pal. sec. & requiri videtur. de harum vestium subtilitate nonnulla dixi li. 14. Suspic. cap. 10. Ceterum notat Duarenus lib. 1. cap. 2. anniuers. disput. *liquido iurare*, nihil aliud esse, quam vere iurare. Ouidius lib. 3. de Ponto Eleg. 3. ad Maximum:

Scis tamen, & liquido iuratus dicere possis,
Non me legitimos sollicitasse toros. Idem lib. 4. Eleg. 6. ad Brutum:

Te quoq; idem liquido possum iurare precari,
O mihi non dubia cognite Brute nota.

CAPVT X.

Nec volo tuas opes) absurda lectio. legerim: *Nunc volo*: quomodo & est in Erasmi editione & in libris meis. quæ prius dixit, luxuriæ accommodanda sunt: sequentia vero cupiditati.

Laminas vtriusq; materia) citat Hotomanus lib. de re nummaria, cap. de pondere nummorum. intelligit autem, opinor, Seneca, aurum atque argentum.

Et vt noxius rebus) Pal. tert. Col. & Naz. *& vt noxiosis rebus*. quod tantum non probauerim.

Video illic diplomata) sic mei omn: quædam tamen exemplaria Pinc. *ista*. male, opinor.

Vacua habendi simulachra) sic fere loquitur, ex restitutione eruditissimi Iureti, Symmachus lib. 3. Epist. 5: *Mitto decantatas iudicialium meditationum fictiones & inania simulacra causarum.* at si quis magis capitur olim cusorū scriptura *varia habendi*, per me licet. sciat tamen alterum illud seruari ab omn. mss.

Vmbras quasdam auaritia laborantis) Erasmi editio, *vmbra quadam auaritia laborantis*. quomodo & extat in Pal. ac Naz. nisi quod in Naz ordine alio scribatur: *vmbra auaritia quadam lab.* at monuit nihilominus Batauus ille; in aliis libris esse: *vmbra quadam*. Pal. tert. scribit: *verba auaritia quadam lab.*

Per quas decipiant) Erasmi editio, codd. q; mei: *per qua*.

Quid sunt ista tabula) Pal. sec. Col. Naz. *Quid sunt ista: ista tabula*. tert: *Quid sunt ista vel ista tab.* forte: *Quid sunt itaque ista tab.*

Vasta spatia terrarum colenda per vinctos) Ræuardus ad leges XII. tabularum, arbitratur Senecam hic loqui de nexis, qui cum (vt ex Gellio constat) haud amplius venum peregre mitterentur, nec sectioni capitisve pœnæ subiecti forent, in vincula seruabantur, operasque in seruitute pro iudicato præstabant creditoribus, donec illis satis abunde factum esset. sic ille: meo animo non recte. nam veteribus is mos, vt non modo malos seruos quosque fugæ suspectos habebant, neruo ac compedibus coercerent, vinctosque continerent. cuius rei & vestigia quædam in libris Iurisconsultorum L. eleganter. §. item Labeo ff. de dolo l. 1. §. penult. l. sed & si seruo. ff. de iniur. l. si vt certo §. custodiam. ff. commod. §. vlt. instit. de leg. Aquil. §. pœna autem. Instit. de iniur. sed insuper alligatis mancipiis rura fere omnia colerent, quemadmodum Columella li. 1. cap. vlt. ostendit: ex quo illa apud Plinium lib. 18. cap. 3: de imminuta agriculturæ dignitate querela: *At nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent.* hinc etiam Ouidius in lib. de Ponto ad Græcinum de spe loquens:

Hac facit vt viuat fossor quoque compede vinctus,
Liberaq; a ferro crura futura putet.

Eandem rationem habet, quod a Martiale lib. 9. Epigr. ita scribitur:

Vt Setina meos consumat gleba ligones,
Et sonet innumera compede Tuscus ager.

Ceterum *vincti* hi serui, villarum ac possessionum ergastulis continebantur. vnde Plinius metaphoricōs *colere rura ergastulis pessimum esse* lib. 18. cap. 6. pronuntiat, & Seneca pater alibi in Controuersiis *laxi ruris ergastula* dicit; ideoque Columella *circumspectis patribusfamilias diligenter recognoscenda ergastula* lib. 1. cap. 8. præcipit, *vt explorent, an diligenter vincta sint mancipia, an ipsa sedes custodia satis tuta ac munita.* hæc Brissonius lib. 2. select. antiquit. cap. 9. quibus nihilo deteriora tradit Lipsius meus lib. 2. Elect. cap. 15.

Si quicquid) ita Pal. sec. at prima vox tert. ac Naz. exulat.

CAPVT XI.

Itaque cum Caius Cæsar) pronomen *Caius* adiecit primū, ex coniectura, Pincianus. nam in nullo inuenitur ms.

Quam pauxillo illum animum) lectio vetus Pinciani: *quam pusillo*. quod & in meis; sed ij insuper habent *quam pusillo illum animo*; quod non reiecerim; vt animū Caij pusillum vocet qui exigua adeo largitione Philosophum istum aggrederetur.

Cum miraretur dementiā eius, quod) Pal. sec. alio ordine: *cum miraretur eius dem.* tert. *cum mir. cum dement.* vt non ambigam quin reuocanda sit scriptura cod. Pinc. *Cum miraretur Caij dementiam*. nam in Nazar. men diserte extat *cum miraretur C. dem.* Col. tamen seruat, *c. m. Cæsaris dement.*

CAPVT XII.

Quibus cum duo sint) melius mss. mei omn. *duo sunt*, inepte quidam codd. Pinciani; *quibuscunque duo sunt*. at homo quidam emendandum existimat: *qui cum duo sint*. qua parua mutatione & se obtusis sensibus prodit, & totam Senecæ collutulat mentem. haud enim verbis istis parentes intelligit auctor sed liberos. ergo: *quibus*, subintellige *parentes*; *cum duo sunt*, subintellige *liberi*. quid planius dici potuit?

Quædam quorundam sub certa conditione sunt) verba hæc sapienter materiæ propositæ applicat P. Faber in l. 139. de reg Iur.

Dicam me habere in equestribus) sic absolute vocabant. Suetonius in Caligula, *Decimas maturius dabat, vt equestria ab infimo quoque occuparentur.* & allusit illa argutatrix apud Petronium: *Ego etiamsi ancilla sum, nunquam tamen nisi in equestribus sedeo.* Equestria hæc primis temporibus quatuordecim tenuerunt in theatro gradus, e quib. solis licebat spectare Equitibus. ea attributa illis lege Roscia A. V. DCXXC. siue vt alij volunt, anno sequenti. meminere huius Horatius, Iuuenalis, ac sæpe Cicero, præsertim Philip. 2: qui, cum cōsul esset, natos hinc tumultus, non solum compescuit, verum etiam effecit vt errorem suum plebs agnosceret, neque se notari sedis discrimine iniquo animo ferret. auctor in eius vita Plutarchus & Plin. lib. 7. cap. 30. sed de his videatur latius Torrentius comment. in Suet. Neronem cap. 11. Lipsius lib. de Amphitheatro cap. 14. ab iis enim hæc habeo.

Deinde pluribus modis communia sunt) sic Col. & Pal. duo. at Naz. spatium habet vacuum inter vocem *modis* & *communia*, literarum plus minus decem.

Propterea non mentiar si dicam) mss. omn. *præterea, non mentior si dico*. probauerim.

In equestribus locum) mſſ. omn. & edit. Eraſmi; *equeſtri*, minus rectè.

Si plena ſunt equeſtria) quidam ait, fortaſſe legendum (imo alibi pro germanis Senecæ adducit) *ſi non plena ſunt equeſtria*. at vel eum de ſententia deiecerint hæc quæ protinus ſubiicit auctor: *quia ab his*, locus meus ſcilicet, *occupatus eſt*. ſimilis argumentatio Ciceronis, libro 3. de finibus: *Sed quemadmodum theatrum cum commune ſit, recte tamen dici poteſt eius eſſe eum locum, quem quiſque occuparit: ſic in vrbe mundoue communi non aduerſatur ius, quo minus ſuum quidque cuiuſque ſit.* nec diſſimile eſt quod ſcribit Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. vbi Platonem reprehendit, *dicentem mulieres eas quæ nondum nupſerant communes eſſe eorum qui eſſent potituri, quemadmodum theatrum quoque inquit commune eſt ſpectatorum; ſed eſſe tamen vnamquamque cuiuſq; qui præoccupaſſet, nec amplius communem eam quæ in mariti conueniſſet manum.*

Quia ſedere eſt mihi liberum) apage illud, reſtituaturq; lectio mſſ. meorum: *quia ſedere mihi licet.*

Illius proprium eſt qui tenet) mſſ. mei: *quia tenet.*

Vti illo nolente non poſſum) Eraſmi editio: *uti hoc nol.* exempp. Pinc. *uti his illo nolente.* quod & præfert Naz. ac Pal. tert. nec oõ ſecũdus, niſi quod inſuper habet *poſſumus*.

Cum cet. equitibus) ſic diſerte Naz. meus. alij, *equeſtribus*. quod & editio Eraſmi. non bene.

Aut melius non potes) ſic quoque in Col. Pal. ſec. at tert. & Nazar. voces, *non potes*, minime agnoſcunt, & abeſſe poſſunt.

Accepi, ſed certe non minus habes) illud *habes* extat in Pal. ſec. qui tamen repræſentat *Accipi*. Nazarius eo verbo pauperior eſt, etiam Pal. tert. qui *& accepi*, priori annectit ſententiæ, habetque: *ſed cuncte non minus.* Col. *Accepi, ſed certe non minus.* in marg. vero *minus*.

CAPVT XIII.

Ne te traham longius) Pal. ſec. *Hac te traham.* reliqui; *Ne traham.* quod placet.

In qua ſe beneuolentia effundat) Pal. ſec. *In qua ſunt qui beneuolentiam effundant.* tert. *in quam ſunt qui beneuolentiam effundant.* Naz. *in quo ſed qui beneuolentia effundat.* Excerpta Pal. pr. *in qua ſe beneuolentia infundat.* Col. *in qua ſe beneuolentiã eff.* ſed ſpatiũ eſt vacuum inter *ſe* & *beneuol.*

Cum faciendi occaſionem nõ habuit) ſic Pal. ſec. & tert. at Naz. duas interſerit voces, hoc modo: *c. faciendi non eſſe occaſionem &c.*

Vt creditori) editio Eraſmi & mſſ. mei: *& cred.* placet.

Si omni arte vſus eſt) ſic & Eraſmus. at in Col. Pal. ſec. ac tert. *ſi omni iure vſus eſt*, in Naz. *ſi omni ſi omni iuſſus eſt.* medium fere probauerim.

Laus imperatori etiam victo & duci redditur) ſic & Pal. ſec. at tert. *Laus imperatori & victo duce redditur.* Col. ac Naz. *Laus imp. etiam victo duci redditur.* putarim emendandum: *Laus Imperatoris etiam victo duci redditur.* hoc eſt; & ille etiam Imperatoris numeros impleſſe dicitur qui tamen ab hoſte ſuo profligatus.

Quod verã amic. experiretur) eſt a libro vno Pinciani, qui & ſic legendum exiſtimauit, aut, *quo veram am. experireris*; cum vbiq; extaret: *quo veram am. experiretur.* & vero prius tuetur ſe auctoritate Pal. ſec. Naz. Col. etiam Pal. tert. ſed is perperam habet *quod naturam am.*

CAPVT XIV.

Qui te cum curſantem & felic. atq; an. vid.) reponamus ſuaſu Pinc. noſtrocumque codd. *qui cum te viderit concurſantem &c.*

Dic inquit mihi reddidiſſe benef. diceres illum qui ſic gratiam retulit? Eraſmi editio *redd. benef. diceres illum, ſi gratiam retuliſſet?* cui proxime accedit. Pal. ſec. tantum enim amplius addit: *mihi ſi reddidiſſe.* vix ambigo quin corrigẽdum ſit: *Dic, inquit, mihi ſi reddidiſſe beneficium diceret illum ſi gratiam reddidiſſet?* idque de cõſilio Pal. tert. ac Col. a quib. nec abit Naz. niſi quod deſtituitur repetito *ſi*. Pincianus legendum putabat; *ſi ſic gratiam retuliſſet*, ſecutus in reliquis lectionem Eraſmi. liber eius vnus habebat: *ſi ſic gratiam retuliſſe.*

Et opperatus quaſi) mſſ. mea omnia, *operatus*; nec aliter Eraſmi libri; qui tamẽ notat forte legendum, *operoſus* aut *obſeruans*. merito itaque miratur Stephanus Epiſt. 6. ad Dalech. cur illud *opperiens* in contextum intruſerit Muretus. eum vide. & quidem *operatus* omnino retineo. tũ quod & propriè huc faciat, tum & eis ſe tueatur exemplis quæ adducit ipſe Muretus ad cap. 12. De breuitate vitæ. plura de ea voce ego lib. 28. cap 3. Suſpic.

Hyeme tam ſaua) aut, *tam*, hic notat *valde*, aut legendum eſt, *iam*; vt innuat adultam plane brumam. cuius io pelago ſæuitiam ſic quoque ſignat Arbiter: *Vtinam me ſolum inimicus ignis hauriret, & vtinam hibernum inunderet mare.* Seneca Epiſt. 91. *In ſubitas tẽpeſtates, hiberni maiores, agitur æſtiua tranquillitas.*

Me pecuniam mutuatum) non eſt Mureti; ſed ſic quoque editio Eraſmi, citatque ad eum modum Briſſonius lib. 6. de Formulis. priores editiones, *pecuniam mutuam*. ex eo fingebam: *pecunia cum mutua*; ſed retineamus *mutuatum*, vel auctoritate mſſ. meorum omnium.

Rebus meis in ſecuritatem creditoris oppoſitis) id eſt, pignori obligatis, inquit P. Faber ad L. 25. de reg. Iur. additque L. ſi bene ff. de vſuris; quæ vult Præſidem prouinciæ qui proſpicere reip. ſecuritate debet, id etiam debere proſpicere, ne pecuniæ mutuæ credantur ſine pignoribus idoneis vel hypothetis. quare IC. alius qui hic legit *ſuppoſitis* pro *oppoſitis*, ſatis ſe ignarum iuris oſtendit: ſed nec audiẽdus Pincianus qui malebat, *depoſitis*. nã cum aliquot lib. ſcripti haberent, *appoſitis*, nihil facilius erat quam id mutare in *oppoſitis*, de qua voce & nos ad verſum illum Plauti Curculione Sc. Date viam:

Prouocat me in aleam, vt ego ludam. Pono pallium.
Ille ſuum annulum oppoſiuit.

Cum quos nemo non fugiebat, ego quærerem) ſic & Pal. ſec. niſi quod ordine præpoſtero, *quos non nemo fug.* Palat. tert. & Naz. abeſt dictio *non*, meo animo tamen male. deeſt illa etiam Col. ſed is inſuper perperam habet; *quærentem*.

Me gratiam retuliſſe) ſic pleriqne mſſ. at in Naz. inter vocem *me* & *gratiam* hiatus eſt trium fere literarum.

Etiamſi in illa nauigatione &c.) notat Pinc. exemplar vnum habere; *etiam niſi in illa &c.* & vero ſic eſt etiam in Naz. ſed alterius emendatum manu, priuſque fuerat: *etiã ne ſi.* Pal. tert. habet: *etiam niſi illa naui.* Col. *etiam vbi in illa.* fere eſt vt emendemus; *etiamne ſi illa nau.* ſed ita, vt ad finem ſententiæ ponatur interrogationis nota.

Etiam vbi in vincula) *vbi* deeſt Pal. ſec. at id habet quidem Col. ſed caret voce *in*. Pinc. codex, item Palat. tert. ac Naz; *etiam niſi in vincula.* ſcripſerim hic iterum interrogatiue, *etiam ne ſi in.*

Quiam is quem) particula *is* non eſt in Palat. tert. Col. Naz. nec admodum requiritur.

CAPVT XV.

Huic vero qui & vult & conatur, & nihil intentatum relinquit, non potes dicere) coniecturam Pinciani recipit Muretus. prius erat: *Huic vere debes qui & vult, & con. & n. int. relinquit, ſed non potes dic.* ad quæ poſtrema notat Eraſmus, in aliis codd. eſſe; *ſed non potes efficere.* additque forte legendum *potes* pro *poteſt*, quomodo, inquit, habebat liber Agricolæ, conſentiebatque vetus ille; niſi quod quidam virgula literam *s* diſpunxerat. equidem Pal. tert. & Col. præferunt; *huic vere debes & qui vult & conatur, & n. int. rel. ſed non poteſt dic.* tantum in eo diuerſi quod tert. habeat *tentatam rel.* neque abit ab his Palat. ſec. niſi quod *vero* repræſentet non *vere*, ſcribatque, *& qui conatur.* in Naz. meo fuit; *Huic vero deb. & qui vult & conatur. & non poteſt dicere.* ſed poſtrema illa mutata ſunt ab alio quopiam in; *ſed non potes dic.*

Sine te ad ref.) emenda audacter poſtulante ſententia: *ſine re ad ref.* vti ſeruant olim cuſi & Pal. tert. Nazar. Col. miror quid Mureto in mentem venit ſubſtituere *te*, niſi forte vitium eſt typographi.

Quid eſt quare non eo) ſic Palat. ſec. tert. & recte. neque aliter in Naz. ſed a ſecunda manu; prius fuit; *quod eſt clara non.* Col. cod. abeſt vox *eo*.

CAPVT XVI.

Et vis ſignare reſponſum) reſpexit auctor ad morem veterem. priſcis enim temporibus reſponſa ſua nõ ſignabant Iuriſconſulti, ſed plerumque Iudicibus ipſi ſcribebant,

bant, aut testabantur qui illos consulebant, vt ait Pomponius in L. 11. ff. de orig. iur. A iudicibus enim consultos prudentes, docet lex 3. §. 1 ff. de minorib l. 11. ff de Pact. dotal. postea inualuit, vt responsa signata darentur, quod locus iste Senecæ innuit. ea vero auctoritate sua voluisse, etiamsi ratio non redderetur, idem Seneca Epist. 94. probat. hæc Brisson. lib 3. de formul. in fine. quem lege.

Ille respondeat, debeo) sic restituit ex vett. exempp. Pinc. antiquitus impressi, *i. respondeat non habeo.* male, opinor. est tamen in Col. *resp. non habes*, in Naz *resp habeo.* at illud *debeo* extat tamen in Pal. sec. ac tert. Erasmus in Appendice annotationum, ex suis eruit *non debeo*; quamuis id non probet, arbitreturque legendum *non habes*, siue *non debes*: additque in vetusto codice rasorem aliquem deletis prioribus, reposuisse, *ille respondeat, habeo.*

Ad quas resugere possimus) mss. mei quatuor, addunt negatiuam, *refug. non possimus.*

Non rapias hoc, nec sesteris) sic etiam Pal. sec. ac Nazar. nec aliter fere tert. nisi quod scribat *nec fleueris.* sed enim Col. vacui aliquid relinquit, inter vocem *rapias* & *nec*, excluso illo, *hoc.*

Illi quia malus, huic quia non malus) sic & Erasmi editio & Pal. sec. at tert. ac Col legunt: *illi quia petit, huic quia m alus.* nec multum abit Naz. tantum iterum ponit proxime præcedens membrum; *illi quia repetit, huic quia malus.*

Si ille desinet) corrige suadentibus mss. cunctis, *si ille desiit.*

Te mutat?) sic mss. mei omnes; insit tamen Erasmus, rectius fuisse in vetusto suo *te mutat!*

CAPVT XVII.

Inter nos imperitos) sequitur vett. exempp. Pinciani Muretus. Erasmi editio, *inter nos & imperitos.* sed coniunctionem illam mss. mei concorditer respuunt.

Malo beneficium prosequam, bono reddam. huic quia debeo, illi ne debeam) sic sine vlla litura priscus ille Naz. & valde placet. at longe aliter exemplum vnum Pinciani: *Malo beneficium proues a bono. quam non reddi etiam malo. reddam huic quia debeo, illi ne debeam.* sed & dissentiunt Pal. sec tert. Col. *Malo beneficium prouet a bono. redda huic quia debeo, illi ne debeam.*

CAPVT XIIX.

Reddam etiamsi accipere non poterit) ita Col. at Pal. sec. Naz. *r. etiamsi recipere* tert. *reddam ergo si accipere non pot.*

Si redde possit) Pal. sec. Naz. Col. *si reddidi p.* placet. tert. Pal. *si reddi possim.*

CAPVT XIX.

Reddere est, inquit, accept. trad.) sic mei, excepto Col. in quo. *Reddere, inquam, est accept. trad.*

Et hoc illo infundere) appingo voculam, *& hoc ille te infund.* volentibus mss.

Inter duos perit?) chirographi mei omnes, *pereat.*

Reddere est id quod debeas. ei cuius est volenti dare) adducit P. Faber examinatque ad l. 12. de reg. Iur. etiam Fornerius tit. de verb sign. ad legem 94. quæ ait: *Verbum reddedi quanquam significatum habet retro dando, recipit tamen & per se dandi significationem.*

Vt quidem habeat quod a me accepit &c.) ita editio Erasmi, nec displicet. damnarimque IC. qui mutat, *vt diu habeat.* nam *habere*, hic capitur pro vtiliter habere. subsequitur siquidem: *multoq. satius est illum non habere quam me non reddere.* haud cælo tamen mss. meos quinque præterire: *vt quidam debeat, quod* Pincianus arbitrabatur corrigendum; *vt custodiam debeam eius quod a me accepit.* si quid mutandam, fecerim potius: *vt quidem id habeat, quod &c.*

Et creditori statim in macellum laturo quod accepit, reddam) idem ille quem tango, ait legi posse: *quod accepi reddam.* meo animo vix potest. hoc quippe innuit auctor, etiamsi creditor pecuniam quam ipsi daturus sum, statim cupediis inutilibus insumet, eam tamẽ reddam. posset tamen scribi cum Col. ac Palat. sec. *acceperit.* nam & in Naz. est *acceperat* veteri nempe scribendi consuetudine.

In sinum suum discinctum fundet, dabo) sic & Erasmi editio & Pal. sec. ac tert. at in Col. restat; *in sinum suum discinctos fundet.* a quo non ita longe abit Naz. *in sinum suũ discinctos infundet, dabo.* illud tamen *discinctos* ab alterius manu est, fuitque prius, *discinctus.* quo modo procul dubio legendum.

Reddendum enim mihi est, non seruandum cum reddidero, aut tuendum) mss. mei partim, *ac tuendum*, partim *at tuendum.* male. nam altera lectio prorsus sana. nam quid magis ridiculum quam legere, vti nõ nemo vult: *non obseruandum cum reddidero, an tuebitur*, id est, vt inquit, an seruaturus sit id quod reddidi. & licet quid subesset vini, non tamen *seruandum* mutari deberet in *obseruandum*; cum vtrumque verbum paris existat potestatis, vt prodidi in Suspic. ad Plautum. Sensus autem Senecæ hic est, nõ esse debitoris illud custodire; multo minus tueri, vt non nisi rebus impendat vtilibus.

Reddam bene cum expediet) mss. omnia. *Redde.* tantum apparet fuisse prius in Naz. *Redda bene.*

Talo, inquit, beneficium) auctior est voce Nazar. *T. i. illi benef.*

Imo redde illi quale nunc &c.) sic legit Muretus, carpitque Erasmum tanquam huius loci corruptorem. iniurie. nam illud *Imo*, in nullo est ms. neque ipse inuenit; sed mutuo sumpsit ab paraphrasi Erasmiana. cum enim passim legeretur: *Non redde illi quale nunc pot. acc.* scripsit ipse: Distinctio torsit me: legendum, *Non. Redde* &c. vt *Non*, sit improbantis argumentum, quasi dicat; non est ita; imo reddo quale potest accipere. sic Batauus noster. eiusque distinctio aperte extat in optimo Col. adpingiturque a nescio quo codici Naz Pal. sec. habet; *Nam reddo illi q. &c.* tert. *Non redde illi quale non potest acc.* Pincianus legẽdum putat: *Nunc reddo illi.* testatur tamẽ in mss. suis omnibus: *Non. Redde illi &c.* ego Erasmi punctioni lectionique acquiesco.

Nec per me sit deterius) Pal. sec. vocem addit: *sit quid deterius.* quæ & in reliquis meis; qui tamen inuerso prorsus verborum ordine: *nec per me sit quod deterius. id quod accepi reddam, sed per illum.* vlcus aliquod latet. in Naz. prius fuit: *sit quod deterius.*

Reddam quale accepi. dum malus est, reddam quale ab illo potest accipi) notat Erasmus alias legi; *dum in malis est.* sed mei hic aliquantum magis turbant. nam in Palat. sec. non sunt illa verba: *cui si ad sapientiam redierit*; sed ita omissis, refert: *id quod accepi reddam. Quale dum in malis est reddam quale ab illo potest accipe.* tertius seruat: *cui sed ad sapientiam redierit reddam Quale dum in malis reddã. Quale ab illo potest accipe.* Col. *cui si ad sapientiam redierit reddam Quale dum in malis est reddam? Quale ab illo &c.* Naz. ab alia manu ad eam formam interpolatus est, quã seruat Pal. tert. prius tamen ibi erat: *cui si ad sapientiam redierit. Reddam quale dum in malis est reddam quale in illo potest accipi.*

Apollodorus) sic Naz Pal. sec. *Appelidorus* Pal. tert. *Apolledoru* Col.

Nam in pessima) mss. quatuor: *Non in pess.*

Nunquam in tantum) sic & Erasmi editio. at mei calamo scripti non repræsentant voculam *in.*

Educata, cum in siluas eruperunt) mss. mei loco *cum* habent *sunt.* prope est vt putem fuisse, *educata, simul in siluas.*

Qui vnquam hasit sapientia) Pal. tert. *nusquam.* Nazar. *nunquam.* fingere quis posset *nonnunquam*, sed malim *vnquam.*

In colorem alium possit) pluteari codd. omnes, *in colorem malum*

Vtrum iste ferus sit animo tantum) scio qui diuinabãt, *amico tantum*, siue *domi tantum.* sed non admiserim. nam vulgato adstipulantur mss. omnes; & is non inepte dicetur *animo ferus*, qui intus crudelitate furit, nec ea adhuc aliis formidolosus, aut certe damnosus.

Proposuisti mihi Apollodorum & Phalarim tyrannum) Ita & editio Erasmi. at mei libri: *Proposuisti mihi Phalarim & tyrannum*, hoc tantum diuerse, quod quidam *Phalarum* repræsentet, quidam *Phalanum*, sed vltimus ille, ambiguis characteribus. de hoc loco sic monet in Appendice annotationum Erasmus: *Apollodorum & Phalarim)* codex Agricolæ habebat *pro halantum & Titanum.* ex priore fecerat, *Halantum.* nec abhorrebant vestigia vetusti

tusti codicis, etiamsi quispiam secerat ex *Phalanto Phalerum*. hæc ille; quibus quid velit, non satis capio.

Intra se malus) ita Naz. at pronomen *se* superuacuum est, ex vet. lectione Pinc. neque hercle vsquam extat in aliis meis.

Nō tantum gaudet & pascitur) prætulerim, quod mss. mei quatuor: *non tant. gaudet, sed pascitur.*

Sed & supplicius) sic quidem Pal. sec. tert. Naz. at potior mihi scriptura Col. *si & supplicius.*

Omnium at atum) Nazar. *atatium.* probo antiquitatis causa.

Si in ore parentum) sic Nazar. at alij *in ora*, nihilo deterius.

Si ara eius cruore semper recenti madet) coniectura est Mureti. olim excuti; *si ars eius est cruor, & semper recenti madet*; cui fauet Pal. sec. membranæ Col. & Pal. tert. *si arsit eius cruorem, & semper recentis madet.* suspicor legendū; *si arx eius cruore semper recēti madet*; ex dubiis literis cod. Naz. *arcemq.* capio pro rupe Tarpeia vnde homines deiiciebantur. vide me lib. 27. cap. 9 Suspic.

Et sepositus a mea gente) Naz. *positus a mea g.*

Abscidit nihilominus) mss. melius; *abscindit.*

CAPVT XX.

Et vestes desiderabit) sic & Col. reliqui *desiderauerit.*

Cui triremes) Pinc. vnus, *cui tyrrhenicas triremes* custodiunt Naz. Pal. sec. Col. solum tert. Pal. *cui tiremems.*

Cui triremes & cerastas) ita plane legendum notat Muretus, non vt antea: *ratas.* quod videlicet multis nauibus de nominibus animalium imponerent nomina, *cerastas, pristes, tigres, centauros, cercuros,* & alia eiusmodi. vix est vt probem. nam etsi ab animalibus nomina data nauibus, non ideo tamē ipsa illa cō muniter omni adtributa naui. Brodæus de hoc loco sic scribit lib. 4. Miscellan. cap. 13. Rostratæ naues, quas Græci χαλκεμβόλους & χαλκήρεις vocitant, vnde dictæ sint, nemo est vel mediocriter literis imbutus, qui ignoret: earum autem nauium rostra quia ex ære fiebant, æratæ etiam nominabātur. Cęsar: *Interim L. Nasidius ab. Cn. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus pauca erant ærata.* Virg. lib. 9. licet heroicis temporibus nullæ tales essent:

Quot prius ærata steterant ad littora puppes. Ceratæ vero naues a quibusdam dicuntur quasi cera & ebore, cistroque, id est vermiculo, pictæ: quos lib. 3n. in eam adduxit opinionem Plinius. Non sum nescius, Troianis seculis pictas etiā fuisse naues. siquidē eas μιλτοπαρῄους vocat Homerus. Monstrat & hoc Herodotus lib. 3. Hoc in præsentia asseuero, ceratas, quasi cera piceque simul confusis oblitas, a plerisque appellari: licet repugnent clari grammatici. Ouidius Metamorph. 11.

Iamq. labant cunei, spoliataq. tegmine ceræ
Rima patet. Idem lib. de remed. amor. 2.
Nec satis vna tenet ceratas ancora puppes.

Seneca lib. de benef. 7. *cui triremes & ceratas mitterem.* Mihi sane (ne mentiar) æratas non displicuisset. nihil tamen immuto. Græci quoque κηρὸν pro eadem ceræ picisque mixtura accipiūt. Lucian. in dialogo Mercurii & Charontis: καὶ κηρὸν εἰς ἐπιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα. cōsule lib. 16. cap. 12. Plin. hæc Brodæus. videatur & Baifius libro de re nauali. quod ad lectionem mss. attinet, remanet in Pal. tert. Naz. Col. *ceratas*; in Pal. sec. *caratas.*

Lusorias) de eis tractat Vegetius lib. 2. cap. 1. qui eiusmodi nauibus in Danubio ad quotidianas excubias veteres vsos lib. vlt. cap. 33. & cap. vlt. prodidit. Et certe in veteribus Theodosianis Codicibus lib. 7. titulus est, qui *de lusoriis Danubij* inscribitur. huiusmodi nauigiorū etiā meminit Amm. Marcellinus lib. 17. *Lusoriis nauibus discurrentes flumen vltro citroq. milites ordinauit.* & lib. 18. *collectis nocte prouecta impositisq. omnes, quos lusoria naues quadraginta, quæ tunc aderant sola ceperunt, decurrere iubetur per flumen* hæc Brissonius, qui & hunc auctoris locū addit libro 12. de verb. signif. rationem nominis vide infra Epist. 4.

Et cubiculatas) thalamegos designari putat Ioh. Baptista Pius ca. 182. annotat. posterior. ne Torrentius cōment. in Suet. Iulium cap. 3. quos sequitur Muretus. tali nimirū naui, vittata insuper, Platonem ad se venientem excepit Dionysius Tyrannus. Plinius lib. 7. cap. 30.

Quando ingenius talibus) Pal. sec. *quanquam ing* quomodo & omnia exempp. Pinc præposuerim. *quoniam ingenius*; suasu Pal. tert. Nazar. Col. Pincianus castigandum putat; *namq. ingen.*

Optimumq. est obiro) Col. & Naz. *abiro.* libenter huc reduxerim.

Sed hac rara nequitia est & semper portenti loco habita fuit) Pal. sec. destituitur vltima voce *fuit*. at tert. & Nazar. *Sed hac rare neq. est semper p. l. habita.* etiam sine *fuit*; vti & Col. qui tamen habet: *sed hac tute neq. est semper.*

Vt hiatus terra) mss. omnes; *fuit hiatus.* placet. itaque deinde etiam deleamus præcedens verbum *fuit*.

Itaque ab illa recedamus, de his loquamur quæ detestamur) Pal. sec. & Col. *de his loquamur. vt de his quæ detest.* Pal. tert. *Itaque ab illa rec. vt his quæ detest.* relectis, *de his loquamur.* Naz. *Itaque ab illa rec. ac vt loquamur vt iis quæ detestamur.*

Quod in me non est, redeat domum bonus an malus) sic & Erasmus. vetusta exempp. Pinciani, *quod meum non est redeat ad dominum bonus sit an malus*: cui accinit Pal. sec. tert. Col. Nazar. ego hic hæreo. nec est quod me ille soluat qui legi posse putat: *hoc ad me non est, redeat ad dominum bonum an malum.* nam quis vnquam adeo licenter grassatus est ad auctorum emendationem? nemo hercule, nemo.

Quam diligenter) mss. omn. *Quid diligenter.* notatque Pincianus verbum *Quam*, superuacaneum videri, aut certe legendum. *Quid nī? Diligenter. &c.*

Si non redderem, sed darem) sic Pal. sec. & Naz. at tert. *sed non darem* Col. *si non darem.*

Hic locus fabulam poscit) quid hic aliisq; pluribus apud hunc nostrum locis denotet *fabula*, dixi li. 18. c. 3. Suspic.

CAPVT XXI.

Exierat a sutore Phæcasia, rem magnam) ad hæc Lipsius lib. 1. Elect. cap. 26: Phæcasia inquit *rem magnam.* quare? nos scimus ita appellari Græcanicos calceos, & pretium eorum non plus tribus denariis, vt statim addit. dico ego: *rem magnam* glossema esse imperiti alicuius Macci ad Phęcasia vocem, quam ille nō magis intellexit quam Milphio Pœnulum Plauti. hactenus præceptor meus. at vero Ianus Dousa Præcidan. ad Arbitrum lib. 1. cap. 20: *rem magnam*, includit parenthesi, tanquam si hoc subdiderit Seneca εἰρωνικῶς, & suo more argutias faciens; quia pretiosiores fortasse quam pro persona Philosophi videbantur, quem crepidis potius vel baxeis calceatum incedere conueniebat. & tamen, inquit Dousa, idem ille quem dico Romanæ sapientiæ antistes lib. 20. Epist. 1. ipsius a *sole* hac quidem in te sensum mihi sētire videtur, quo loco monet: *puto quædam esse, quæ decent phæcasiatum palliatumq.* vnde in cōmuni etiam omnium philosophantium vsu fuisse videri possunt, haud aliter quā amictui pallium, peculiare huic generi gestamenticū quo Phæcasia coniunxit. vtut est Gręcanicum genus ex Plutarcho; ex Appiano coloris etiā candidi fuisse cōdiscimus. neq; enim iis assētior qui Phęcasia muliebre calceamenti seu inlcatum genus fuisse volūt, ac tantum non cū Sicyoniis confundūt. perperam. Sicyonia enim leuioris pretij (tametsi Lucretius reclamare videatur) ac duarum drachmarū opus: Phęcasia vero, vt ex hoc Senecæ loco patet, bis tāti. & illud doceo ex Dialogis Meretriciis Luciani: Δυοῖν δραχμαῖν ἡ Μυρτίον ... Σικυώνια τὰ πρῶτα δύο δραχμῶν. hæc nobilis ille meus amicus. cui omnino accedo: nisi quod suspicer *rem magnam*, addidisse auctorem, quod respiceret ad fortunas & animum Philosophi. sique id admittimus, non secum pugnabit noster Annæus. Colon. codex repræsentat, *rem non magnam*, sed ab illo abeunt Palat. tres & Nazar.

Quid perdis operam tuam?) sic mss. quatuor, at tamen vox vltima abest Nazar. & videtur posse abesse: imo potest.

Elatus, combustus est) Palat. sec. tert. Naz. *electus, comb.* Pal. pr. Col. *erectus.*

At Philosophus noster) ita mei quinque. vous Pinc. *At Pythagoricus noster.* male.

Tace-

Tacitam voluptatem) Erasmus mooet alias legi *vo-lentatem* & sic est in Pal. tert. sed tamen aliam seruant exemppl. reliqua quatuor.

Tu redde quod debes) vox prima *tu* oosquam est in chirographis.

CAPVT XXII.

Quod debes quare eis reddas) ita Pala. sec. tert. Nazar. at Col. *Quod debes quare eis*. sine voce *reddas*, quæ tamen hic videtur legitima: extatque in fragmentis Palat. pr. qui habet: *sic tu qui debes, quare eis reddas*.

Non oblitus quemad.) Naz. codex non habet primam voculam: sed eius loco vacuum quid est. nescio ao dicere ausim indicium vocis non intellectæ, an vero finitæ sententiæ. nam hic desinit pagina. sed & is præterea seruat: *Oblitus es quemad.* cui in omnibus fauent Pal. tert. ac Col. tantum in eo diuersi quod substantiuum *es*, non admittant.

Qui beneficium dedit) sic Pal. sec. ac tert. at Naz. & Col. *benef. reddit*. excerpta Pal. pr. *benef. reddat*.

Quadam praecepimus) sic Erasmus qui mooet aliter legi, *Qua ideo petimus*. quomodo e etat in aliquot Pinc. at mei; *Quæ præcepimus*. quod etiam in quibusdam Pinc. qui malebat vel *Quadam petimus*, vel *Quadam præcepimus*.

Vt ad verum & suum redeant) sic reposuit ex veteri lectione Pinc. neque aliter Pal. sec. Naz. Col. est in tert. *vt ad verum & ad suum red.* olim publicati, *vt aduersum suum redeant*. omnioo inepte. nam prior lectio probatur ex his quæ paulo post sequūtur: *In hoc omnis hyperbole extenditur, vt ad verum mendacio veniat.*

CAPVT XXIII.

Quibus imperas) Pal. sec. tert. Naz. *quibus imperes*. Palat. pr. Col *quibus impares*.

Omnis hyperbole excedit) omnis vetus lectio Pinc. *hyperb. extenditur*. & sic Pal. sec Nax. at Col. *omnes hyperbole extendit*, superadditumque *extenduntur*; sed placet mihi *omnis hyperbole extenditur*; nam & ei fauet Pal. pr. alluditque tert. in quo: *om. hyp ostenditur*.

Itaq. ille eum dixit) scripta lectio Pinciani partim *Itaque ille qui dixit*: partim *Itaque ille qui dixit*; cui vltimo adsensum præbent excerpta Palat. pt. reliqui vulgg. subscribunt. probo.

Ne hoc quidem se persuasurum) particula hæc negatiua est ab Agricola. nam scriptis Erasmi exulat, nec oon meis Pal. tribus ac Coloo. solum reperitur in Nazar. qui tamen prius habebat: *nomine*. exti itæque deinde litteræ tres a fioe.

Etiam bonis admonitore) sic Pal. sec. alij omnes *admonitione*.

Ignoranti non ostendam) haud aliter libri mei quatuor, at ecce exemplar vnum Pinc. *ignoranti illi non ostend.* credo id de numero fuisse qui flores, vti vocant, contioerent. nam solum quoque in Pal. pr. *ignorandi illi non ost.*

CAPVT XXIV.

A quo acciperet ambitus fuit) sic præter Erasmi antiq. codicem Pal. pt. sec. Naz. Col. solum erat in Pal. tert. *ambitus sum* patrum æuo vulgati, *ambiguus fuit*, male. sed & ille male, qui interpretatur; *ambitus*; id est, expetitus. dixi pridem quod male: nunc etiam stabilio: Fuscus Arellius apud Senecam lib. 1 Controo. 5. *Quid futurum est? in raptorem matrimonium ambitus erit.* Claudianus lib. 2. in Eutropium:

> --*aduolui genibus, contingere dextram*
> *Ambitus, & vetum deformibus oscula rugis*

Figere. Latinus Pacatus ad Theodosium. *repulsam patitur principatus, & vnus est ambitus candidati ne declaretur.* & vero mecum sentit Erasmus. inquit enim sentire Senecam, Socratis amicos inter se contendisse qui daret.

At multum erat fuisse a quo Socrates) Erasmi editio: *Aut multum erat emeruisse a quo.* positumque ad marg. alias legi; *Aut m. erat eum fuisse*. idque in cod. Longobardico: quæ lectio ei non absurda. vt velit, talem esse virum vt Socrates ab eo dignaretur accipere. alioqui, inquit, probabile est, *emeruisse* versum in *eum meruisse*. Palat. sec. vt & editiones ante Erasmum; *Nonne multum erat eum meruisse a quo Socr.* Palat. tert. Nazar. *Aut multum erat eum fuisse a quo Socr.* Col. *aut multum erat, cum fuisset &c.* Pal. pt. *aut non multum erat eum fuisse &c.*

Non illos castigare mollius pot.) sic Pal. tert. at in Pal sec. & Nazar. est, *nam illos*. Palat. quoque pt. & Colon. habent *melius*.

Post hac quisquis) malim quod mei: *Post hoc*.

CAPVT XXV.

Qui tam bellam admonitionem) sic Erasmus, neque aliter Pal. sec. tert. Col. at ego suspicor scriptum fuisse, *qui tam bellam rem, admonitionem, &c.* induxit me Naz. qui custodit, *quam bellarem admonitionem &c.*

Non conuitium est) Pal. sec. tert. Col. *imo conuitium est*. qood ferri posset, nisi & vox *non*, æque atque altera *imo*, Nax. meo abesset. & sane neutra multum quod hic agat habet.

Aut liceat aut iuuet) mss. mei omnes *aut libeat, aut iuuet*. considera lector.

A quo petissem, qui alterius beneficij loco) sic ex Longobardico suo Erasmus. nec aliter Pal. sec. aut Naz. tert. *a quo recepissem*. Col *a quo cum petissem*. &c. antiquitus editi: *a quo petissem alternis. Beneficio loco &c.*

Submissis & familiaribus verbis) Stephan. lib 2. Proodop. cap. 8. capitur sequi coniecturam Erasmi, nec illibenter scripserit, *submisse & familiaribus*. ego nihil mutauerim. nam *verba submissa* noo tam signant, quæ voce fiunt exili ac deducta: quam quæ nihil habent in se fastus, nihil arrogantiæ, quæ humile quid & demissum præ se feruot. sicuti probo lib. 28. cap. 4. Suspic.

CAPVT XXVI.

Nihil profecimus) scripta lectio omois; *proficimus*. placet.

Beneficij tui etiam) mss. vocem ioterserunt, *Benef. tui tibi etiam*. probo.

Tam firma voluntatis) vetos lectio Pinciani meorumque librorum: *tam firma mentis*. placet.

Lucri totus est) sic habeti in aliis libris adscripsit editionis suæ margini Erasmus, cum legeret ipse, *lucrosus est*. mss. mei quinque, *lucrtosus est*.

Cuius summam non vinces) ita & editio Erasmi. Palat. pt. *cuius summa non vices spectat*. Palat. sec. tert. *cuius summam non vices spectat*. Col. *cuius summam non ius spectat*. Naz. *cuius summam non vias spectat*.

In gladios ruento) Nazar. Coloniens. *in gladios irruente*.

Et huic contrariam, inquieti) Pal. pr. & Col. *& contrariam huic*. sec. tert. Nazar. *contraria huic, inquieti*. noo vitupero.

Semper alio transilientem) est hoc a coniectura Pinciani, cuius codd. vt & mei: *semper aliquo trans.* nisi quod est in Pal pr. & Colon. *super aliquo*, in Palat. tert. *semper ab alio trans.* vt conicere fere liceat fuisse, *semper ad alia trans.*

Quibus volumur) Pinc. quidam codd. *in quibus voluimur*. Col. meus vice vocis *quibus*, vacuum habet quod facile caperet sex literas.

Quæ consequi posse spes non fuit) sic & Naz. ac Palat. sec. at pt. tert. Colon. præponunt verbum: *Optare quæ consequi.* quod exosculor; nam & ita in oonnullis exempp. Pinc.

CAPVT XXVII.

Videberis tibi videre, capta) sic qooque Pal. sec. at tert. *videbis tibi capta*. Nazar. Col. *videberis capta*, sine dictiooe *videre*.

Cum maxime ciuitatis) sic monuit scriberemus ex antiqua lectinoe Pincianus; oec aliter mei. prius erat *quam max.*

Hic sacra rapit) sic & Erasmi editio; nec secus Palat. sec. tert. at enim melius, meo iudicio, Nazar. ac Coloniensis, *hic ex sacro rapit*; vt opponatur; *hic ex profano*.

Ipsa quibus arcetur euertit) sic Palat. sec. Nazar. Colon. at quidam libet Pinc. *arctatur*; & forte rectius, inquit; quia præcessit, *angusto itinere*. est in Pal. tert. *artetur*. vt vix ambigam quin *arcetur* retineri debeat.

Fff

Manu portat) mss. omnes, *manu gestat*.

Na tu nimis) *na* exulat Palat. sec. verum in reliquis est: *ono tu nimis*.

Inter rapientes venerentem) notat Erasmus fuisse in vet. cod. *referentem*. & sic profecto omnis mea scripta lectio. prorsus vere. miror que cur non placuerit Mureto.

CAPVT XXVIII.

Imbecillitatem tuam, inprimis fragilis est memoria) sic Pal. tres: nisi quod excerpta illa primi, addant, *memoria præteritorum*. at Naz. & Col. *imbecillitatem inprimis tuam. fragile est memoria*.

An omnium te beneficiorum) ita iussit corrigeremus ex vet. sua lectione Pinc. nec aliter mei quinque.

De quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies) similis gnome lib. 3. cap. 27. de ira: *Quicquid itaq. in alio reprehenditur, id vnusquisque in sinu suo inueniet*. explicat Erasmus adag. 94. Cent. 6. Chiliad. 1.

Quod etiam videtur) ita Pal. tres. at Naz. & Col. *quod iam videtur*. haud reiecerim.

Deprehensus pudor amittitur.) Pal. pr. *Deprehenso pudore amittitur*. sec. *deprehensus tumor emittitur*. tert. Naz. Col. *Deprenso pudore emittitur*.

CAPVT XXIX.

Bene conlocatum) Pal. pr. *male collocatur*. sec. tert. Naz. Col *bene conlatum*.

Simus quales fuimus nos) mss. Pinciani & mei ordine inuerso: *Simus nos quales fuimus*, quod reducendum.

Damnum tunc factum, nunc apparuit) venit hoc a Pinciani coniectura; quod inuenisset in exemplari vno; *Damnum nūc tunc factum apparuit*. eamque sententiam, inquit, repetit aliis verbis paulo post: *Stulte, non nosti detrimenti tui tempora perdidisti, sed cum dares*. bene forsan ille; sed non ideo quoque Mureti erat, coniectaneum alterius obtrudere lectori pro gemino germano auctoris. editiones priores retinent; *Damnum non tunc factum apparuit*, quod & est in Palat. sec. Naz. Col. sed aliter multo Pal. tert. nempe: *Damnum non tectum factum apparuit*.

Non bene dati signum est) sic etiam editio Erasmi. at enim nullus mss. meorum agnoscit negatiuam particulam *non*.

CAPVT XXX.

Sæpe quod explicauit mora, pertinacia &c.) ita & Erasmus & Pal. sec. verum Naz. *Sæpe quod explicari pertinacia*: Col. *Sæpe quod explicari mittitur pertinacia*. Pal. pr. sec. *Sæpe quod explicauit pertinacia*.

Nec desit qui dicat) non aliter Erasmi editio, aut Pal. sec. sed pr. sec. Naz. non seruant verba duo vltima *qui dicat*. eius loci habet Col. *ratio*; hoc modo: *nec desit ratio*.

Cum magnitudine mendaciis fidem quærat) retraxerim superioris æui scripturam, *magn. mendacij*. ipsa enim mēdacij magnitudine fidem quærit: qui nouit ita esse hominum ingenia, vt non putent quenquā adeo impudētem, vt tam multa & magna quereretur, nisi aliquantum saltem subesset veri. hinc & illud tritum: *Calumniare audacter: semper aliquid hæret*. vox *mendacij*, disertim etiam est in mss. quinque.

CAPVT XXXI.

Qua seruatur illa species amic.) notat Erasmus alias legi *illi spes*, qui insuper habet *illi species*, non *illa*. & vero, *illi spes* est in Pal. pr. sec. in tert. Nazar. Col. extat; *illi species*. legendumque omnino *illi*, siue retineatur vox *species*, siue vocula *spes*. vtra tamē præferri debeat nondum satis cum animo meo constitui.

Vt etiam vi tractus bonos nō amet) sic Mureti editio: cū tamē in notis ipse ille annotet corruptā esse vocem, *vitiatus*; nec habere se quomodo emēdet. quod factum proiectæ aduersus veterū scriptorum libros audaciæ insimulat Stephanus Epist. ad Dalec. 6. qui videatur. editio Erasmi præfert quidem, *vt etiam vitiatus*, sed notat idem, alios libros habere *iniuriatus*; Longobardicum vero *iniuriam*. vnde suspicatur fuisse scriptum; *vt etiam iniuriam passus*, siue, *post iniuriam* libri mei hic quoque variant. Excerpta Pal. pr & tert. *vt etiam iniuriatus bonos*. sec. *vt etiam iniuratos bonos*. Nazar. ac Col. *vt etiam iniuriam bonos*. equidem fingere quis posset, minima licentia; *vt etiam cum iniuria bonos non amet*; nisi forsan potius esset retinendus dictionem *iniuriatus*; quæ auribus meis non adeo insolens. si aliud quid hic subest vitij, suspicor antiquam latuisse vocem. quamnam? *ingratiis*. ea certe nihil Plauto & aliis vsitatius, hucque certe optime quadrat, vt simile fere sit illi Catulliano Epigr. 86:

Odi & amo: quare id faciam fortasse requiris?
Nescio. sed fieri sentio & excrucior.

Quibus hoc quoque) mss. fere omnes, *quibus hic quoq.*

Qui beneficia ignorantibus dare) sumpsit hoc a coniectura Rodolphi Muretus; qui sic legendum putauerat, vt responderet, inquit Erasmus, ad id quod sequitur, *ingratis*. antea legebatur *qui benef. ignorantes*; quod constanter custodiunt chirographi mei quinque. scribit Pincianus esse exemplaria, in quibus habetur *ignorati*.

Saxum aliquod aut fort.) ita Pal. sec. Nazar. Col. exemplar tamen vnum Pinciani: *saxum aliquod ignitum, aut f.* a quo non nimis abeunt Pal. pr. & tert. qui referunt; *saxum aliquod ignit fort.*

Interuentu leuiorum spiritus molliunt) Pal. pr. sec. tert. *int. leuiorum spiritus*. at Naz. & Col. *interuentu leuiore spiritu moll.*

In irritum data sint) mss omn. *data sunt*. Nazar. etiam non habet præpositionem *in*. scias inclusam prioribus literis verbi sequentis, *irritum*. vnde vel colligamus id scribendum non per literam caninam, sed per *n*.

Neminem ab excitanda demo) Pal. pr. *Neminem ad erigendas domos*. tert. *Neminem ad exercitandas domos*. editio Erasmi Palat. sec. Naz. Col *Neminem ad excitandas domos*. quod vix ambigo quin sit ipsius auctoris.

Sæpius eodem solo condimus, adeo ad bonas spes) sic & Erasmus & Pal. sec. contenderim quouis pignore legendum; *sæpius eidem solo credimus*. nam Palat. pr. habet *eod. solo proponimus. adeo credimus ad bon.* sec. autem: *eod. solo proonimus. credimus adeo ad bonas*. Col. ac Nazar. *sæp. eodem solo ponimus. credimus adeo &c.* sed illud *eodem*, in Naz. est a secunda manu; prius erat: *eidem*. quare cum ante paucas voces habuerimus verbum *ponimus*, verisimile est hic minime ponendum.

Nisi male cadentia iterum tentare lib.) Pal. sec. *nisi male ruentium iterum &c.* tert. *nisi male ruentia iterum tentare*. primi excerpta, *nisi male cedentia iterum tent.* Nazar. *nisi male temptare temptare lib.* Col. *nisi male temptata temptare lib.*

CAPVT XXXII.

Perit mihi benef.) sic legendum ex vetusto suo monuit Erasmus. prius excudebatur; *Perit*. quomodo & seruant mss. mei quinque.

Non est magni animi, dare & perdere) sic Muretus, Pincianum secutus, qui vocem *beneficium* plerisque codd. abesse prodiderat. at mei tamen quinque, & patrum æuo cusi, *Non est magni animi beneficium dare*. nec exclusferim.

IN SENECÆ EPISTOLAS ANIMADVERSIONES.

Nolim te fugiat, amice Lector, in codicibus manu descriptis, opus Epistolarum non esse distinctum libris: verum id studiosus aliquis reperit; qui & argumenta præfixit singulis Epistolis, & numerum. quanquam ne numerus quidem conuenit in codd. manu descriptis, nec idem in omnibus est Epistolarum ordo, & alicubi vnicam Epistolam reperias dissectam in duas. in cuiusdam medio deerant duæ Epistolæ; quod ex fide veterum exemplariorum restituimus. cetera non magnopere pertinent ad rem; nisi quod Epistolarum numerus commodus erit aliquid volentibus inuenire. hæc Erasmus.

EPISTOLA I.

Persuade tibi hoc sic esse) sic Pal. sec. tert. Colon. sed enim pronomen *hoc* abest Pal. pr. ac quarto.

Quo-

Quadam tempora eripiuntur nobis) ita & Palat. sec. ac Col. verum pr. sec. quart. *quadam enim temp.*

Eripiuntur nobis) sic mss. mei omnes, quidam tamen ex iis quos consuluit Erasmus; *surripiuntur*, qui addit: *eripi* illa quæ vi tolluntur; *subduci*, quæ clam.

Quæ per neglegentiam fit) sic Colon. Palat. sec. tert. *per negl. venit* est in Pal pr & quart. sicque in quibusdam suis fuisse testatur Erasmus.

Magna vitæ pars elabitur male agentibus) Pal. pr. & sec. *maxima vitæ pars.* videbatur tamen antea fuisse in pr. *magna vita.* Colon. ac Pal. tert. faciunt cum recepta lectione. quartus habebat, *maior vita.* quod mihi non ita blendum videbatur. illud *maxima vitæ pars* extitit in quibusdam libris Erasmi; sed male ab sciolis verborum illum ordinem inuersum inde vult, quod oratio gradibus crescere debeat, magna, maxima, tota. *magna* perit male agentibus, qui sic philosophantur, vt subinde relabantur ad vitia; *maxima* nihil agentibus, qui friuolis Philosophorum argutiis consumunt bonam ætatis partem. *nihil* enim *agere* dicitur qui friuolis occupatur. notum est illud Catonis. *Satius est otiosum esse quam nihil agere.* *Aliud agere* dicuntur qui non sunt attéti. quosdam enim sic obruunt humana negotia, vt ne cogitent quidem de vera felicitate. his nimirum *tota* perit vita. hæc Erasmus. de quorum etiam locorum intellectu non inepta Stephanus Epistola at. ad Dalechamp. qui consulatur.

Maxima nihil agentibus) Palat. pr. & sec. *magna nihil agentibus*; at pr. videbatur emendatus alterius manu, ac habuisse prius; *maxima.* sed nihil mutandum. etsi putet Stephanus incommodum illud quod Erasmus hic timet, vitari posse, tribuendo primum locum *nihil agentibus*, secundum *male agentibus*: ita, inquit, vt interim his, *maxima*, illis *magna*, sicut in veteribus libris iungeretur, hoc modo: *magna vitæ pars elabitur nihil agentibus, maxima male agentibus.* hæc Stephanus, qui addit tamen, antequam conuenire posset vitam sequi lectionem oporteat, decidendam hanc quæstionem plus ne temporis in male agendo, quam in nihil agendo consumatur &c.

Tota aliud agentibus) Pal. sec. ac Colon. *tota vita aliud ag.* quod idem appositum Pal. tert. sed ab alio quopiam. potest abesse. ceterum Erasmus hæc loquendi genera, tanquam obscuriora, reprehendit. quod tamen non tam propter seipsum dixisse, quam propter alios, credit Stephanus Epist. ad Dalech. at. cui assentior.

Quod mortem prospicimus) codd. quidam Pinc. *quod mortem procul esse conspicimus.* a quibus non longe recedunt aliquot mei. nam in Pal. pr. *qui* (annotatū tamē ad marg. legi alias; *quod*) *mortem quam procul esse conspicimus.* in tert. *quod mortem quasi procul esset prospicimus.* sed id tamen postea mutatum in *non mortem prospicimus*: quartus præfert idem quod primus, solumque ab eo differt, quod seruet illud *quod* non *qui.* Col. habet; *quod mortem non prospicimus.* tantum fauet vulgg. Palat. sec. quod sincerum visum Erasmo: ventura enim, inquit, *prospicimus*, & quæ procul absunt, at mors iam magna parte a tergo est.

Omnia mi Lucili) pronomen *mi* tantum est in Colon. Palatinis quatuor exulat.

In huius rei vnius fugacis) sic Pal. pr. tert. Col. at quart. *rei nimis fugacis.* fere probauerim. nam & sic Erasmi editio. neutra vox comparet in Palat. sec. illud tamen *vnius* tuetur se codd. Pinc. nec ille improbat, quia sequitur, inquit, *cum interim hoc vnum est.*

Ex qua nos expellit quicunq; vult) nescio cuius ista sit lectio: Pal. pr. sec. referūt: *ex qua expellitur quicunque vult*; sicque etiam fuit in tert. sed id mutatum postea in, *ex qua non expellitur quicunq; vult*, quomodo & est in quart. notatumque ad marginem primi. Col. custodit, *ex qua expellit quemcunque vult.* quod visum est argutum Erasmo. hoc sensu; natura misit in hanc possessionem, sed hac lege vt sit excundum quandocunque vult ipsa. antea vulgabatur: *ex qua expellitur quicunque vult.* Pinciani quoddā exēplar: *ex qua nemo expellitur, nisi quicūq; vult.*

Sed tanta stultitia) Erasmi editio: *& tanta.* cui adstipulatur Palat. sec. tert. Col. illud *sed* est ex vetere lectione mss. suorum, quam & defendunt pr. ac quart. Pal. me non volente.

Imputari sibi cum impetrauere) sic quidem editio Mureti, secuta Pincianum, in cuius mss. plerisque hoc pacto legebatur; non vt vulgo est *sibi cum petiere.* ex quo tamen aliquando fuit quod formatam; *cum quæsiere.* *quærere* enim idem quod occupare & acquirere. Propertius lib. 3. Eleg 17.

Hic vbi, mortales dextra cum quæreret vrbes,
Cymbala Thebano concrepuere Deo.

illud *impetrauere*, restat & in Pal. sec. quart. Col. adscribiturque oræ primi, in quo tamen, vt & in Palat. tert. *cum petere.*

Nemo se indicet) hæc ita scribuntur in editione Erasmi ac Mureti, vt adhuc pendeant a priori sentētia. at mihi placeret ante hanc primam vocem, finiri periodum scribique; *Nemo se indicat*; vti est in plerisque mss.

Sed diligentem euenit) Pal. pr. tert. Col. *sed se diligentem.*

Ratio mihi constat impensæ) Pal. pr. ac quart *constat expensæ.* alterum illud receptæ magis lectionis; dicitque ad has voces Turnebus, id est, scio quantum impendo. hinc traducto genere dicendi aliam in sententiam dixit Tacitus, *eam esse conditionem imperandi, vt non aliter ratio constet, quam si vni reddatur.* hæc Turneb. lib. 3. cap. 3. Aduers.

Et bono tempore incipias) Erasmi editio, necnon mss. mei quinque, voce auctiores sunt, *tempore vti incipias*: quod fere admiserim; imo omnino.

Sera in fundo parsimonia) Admonet in tempore parcendum rebus necessariis, neque imitādum profusorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, postcaquam viderint minimum superesse. prouerbium sumptum apparet ex Hesiodo, cuius hi sunt versus in opere cui titulus Opera & dies:

Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
Μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. id est.
Plena vbi dolia sunt, aut iam prope inania vini,
Tum satiare. Sed in medio tu parcior esto.
Absurdum siquidem & graue, in imo parcere fundo.

Allusit huc Persius Satyra 2:

—donec deceptus & exspes,
Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.

hæc Erasmus adag. 64. Cent. 2, Chil. 2. apud quem de hac sententia plura.

Sed pessimum remanet) fere est vt scribam; *sed & pessimum*, suasu membranarum Col. ac Pal. tert.

EPIST. II.

Ex his quæ audio) scribe *& ex his.* nam ita omnis scripta lectio.

Illud vides) interserunt voculam mss. iidem: *Illud autem vide.* placet.

Lectio multorum auctorum) sic & Pal. sec. ac Col nec nō tert. sed alterius manu, cum prius abesset; vti & abest Pal. quart. primus habet *multorum librorum.*

Et properantes) Pal. tert. *properanter.* nec displicet. nam non aliter etiam editio Erasmi.

In quo medicamenta tentantur) deest vox, quam restituo, iubentibus omnibus olim publicatis, *in quo crebra medicamenta tent.* Pal. pr. quart. Col. *in quo crebro medic.* sec. ac tert. *in quo medicamenta diuersa tentantur*, quod magis placet.

Non coalescit planta) editio Erasmi & mss. mei quatuor *conualescit.* *coalescit* solū erat in Pal. pr. nec repudiauerim.

Sat est habere) pleriq; mss. *satis sit.* quidā etiam, *satis est.*

Inquinant, non alunt) sic agnoscunt codd. Pinc. at Erasmi ac mei quinque *coinquinant, non.*

Ad alios diuerti libuerit) aliquot scripti & mei & Pinc. *ad alios transire lib.* exemplar vnū Pinc. *ad alios diuertere lib.*

Quod illo die concoquas) pleræque mēbranæ; *excoquas*, imo vero omnes, sed id quibusdā mutatum in *concoquas.*

Cui enim cum paupert.) codd. mei non habent *enim.* quidam etiam ex iis *qui cum.*

Aut foueret) malim; *quantum foueret*, cū Pal. quatuor.

EPIST. III.

Admones me ne omnia) sic solū Col. alij mei fere: *adm. me vt non omnia.*

Quia non soleas nec ipse quidem) sic Pal. sec. at alij, *quia nec soleas ipse* q. non displicet.

Quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus) hinc ergo discemus, hoc eos eloquio commendare consueuisse: eoque, ni fallor, allusit Maluginẽsis Scipio in eo festiuo & vrbano dicto, quod a Cicerone lib. 2. de oratore refertur in hunc modum: *Atque Maluginẽsem illum M. Scipionem, cum ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem; præcoq; dixisset: Dic de Lucio Manlio: Virũ bonum, inquit, egregiumq; ciuem esse arbitror.* Brisson. lib. 2. de Formulis.

Quomodo obuios, si nomen non succurrit, dominos salutamus) huc referendum Martialis lib. 1. Epigr. 113.

Cum te non nossem, dominum regemq; vocabam.

hinc vt arbitror natum, quod vox *Domini* in blãditiis regnaret, vt patet ex Suetonii Claudio cap. 21. Plane sic patres fratresque dictos docemur ca. 53. in Augusto eiusdem Tranquilli: *Dominum appellari se nec a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est, atque huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit.* De patribus quoque cognoscimus ex Lamprid. in Diadumeni Cæsaris Epistola ad matrem: *Dominus noster & Augustus nec te amat, nec ipsum se, qui inimicos suos seruat.* & clare Martialis:

E seruo scis te genitum blandeq; fateris,
Cum Dominum appellas Sosibiane patrem.

Sed & sic fratres dictos docemur loco Senecæ Epist. 104: *Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis, qui cum in Achaia.* &c. nã amantes imo & coniuges inter se eo nomine vsos satis constat. quin imo postea eo res rediit vt passim quisque Dominus appellaretur. Martialis Epigr. 58:

Cum voco te Dominum, nolo tibi Cinna placere.
Sæpe etiam seruum sic resaluto meum.

Et lib. 10. Epigr. 10.

Qui me respiciat dominum regemq; vocabo.

Ouidius lib. 3. Amor. Eleg. 6.

Et mihi blanditias dixit dominumq; vocauit,
Et quæ præterea publica verba iuuant.

Sic & Nesennius Apollinaris Iulium Paulum Consulem, in L. Nesennius ff. ad L. Falcid. *dominum* vocat. Inde festiuus ille iocus in Epigrammate græco:

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ, εὐθὺς ἔγραψεν·
Ἢν δ᾽ αὖ μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον.
Ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα. αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ ἐθέλω δόμινε. οὐ γὰρ ἔχω δόμινον.

At prisco æuo, *Domini* vox, nõ nisi in seruos, vt satis nocũ. atque inde factum, quod Augustus apud Suetoniũ d. ca. 53 Tiberius apud eundem ca. 27. & li. 2. Annal. Taciti, *domini* nomen adeo auersati sunt; inuidiam videlicet refugientes, ne populus Romanus ipsis seruorũ loco. hæc fere Torrentius in Suet. Augusto cap. 53 item Claudio cap 39. Lipsius comment ad lib. 2. Annal. Taciti. Brisson. lib. 8. de formulis. quod restat; in mss. meis plerisque est, *si nomen non occurrerit.*

Hoc abierit) duo illa verba non sunt in Palat. pr. tert. Col. habetque sec. ac quartus *hac abierit*. quod vltimũ adeo arrisit Fr. Modio Epist. a Nouant lect. vt hoc ipso auctori suæ locutionis elegantiã constare arbitretur; valere autem vult, *hac via, hac ratione, hoc modo excusari dictum tuum potest.*

Cui non tantundem credis) quædam ad ista probæ notæ Fornerius in l. 223. § amicos. de verb. sign.

Nullum habet) & hæc delenda vsque ad verba illa *Tu vero*, pridẽ monuit Muretus, quoniã trãsiecta huc ex Epistola XIX. verumque est. scito tamen lector, & ista, & alia hæc: *Errat & ille qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat*, disertim extare in mss. meis quinque. ita morbus vnus totum solet inuadere gregem.

Diu cogita) malim cum Palat. pr. tert. quart. *Diu delibera.*

Vt nihil committas) Erasmi editio, Palat. pr. sec. quart. Col. *vt nihil tibi committas.* Solum tert. habet, *vt nihil illi committas.* sed postea factum inde, *vt nihil cui committas.* lectio quam præfert Muretus elegans est, si modo tibicines haberet mss. quibus sustentaretur.

Toto pectore admitte) Prouerbialis sermo. Cicero lib. 1 de legibus: *vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, vt dicitur?* Quintilianus dialog. de caussis corr. eloq. *Quæ sinceritas ac disciplina eo pertinebat, vt sincera & integra & nullis prauitatibus detorta vniuscuiusque natura toto statim pectore arriperet artes honestas.* vide alia plura apud Erasmum adag. 26. Cent. 4. Chil. 1.

Et aliis ius peccandi) editio Erasmi, *& illis ius*, nec aliter Pal. quatuor. Col. retinet *falli illi ius*, forte, *& ius per*. excita litigiosa voce.

Coram amico retraham) insero vocem, *amico meo*, ex mss. meis.

Quid est ergo quare verba) mss. quinque *quid est ergo quare vlla verba.*

Quicquid illos vtis) sic sæpe loquuntur auctores. Symmachus lib. 5. Epist. 64: *Externos quoque & memoratis viri nescios causa vtis indignitas.* Ennodius ad Agapitum. *Non vtunt memoriam prima fronte negata beneficia.* Horatius lib. 1. Epist. 10. dixit calceum angustiorem *pedem vrere.* Et Liuius lib. 7. *bello vrere.* Plura Iuretus notis ad lib 5. Symmachi. vtitur hac voce & sæpius noster.

Sed alterum honestius dixerim vitiu, alterum tutius) duo ista verba, *dixerim vitium*, nusquã in excerptis illis quę supra laudo, comparent; sed tamen cum in Pal. quatuor ac Col. compareant, non ausim eas temere ablegare.

Itaq; hoc quod apud Pomponium) *hoc* non est in Palat. pr. aut tert. at Col. hic valde est interpolatus; habet enim: *Itaque si hoc quod sequitur, hoc quod apud.* diuinare lubet fuisse: *Itaque quod hodie apud.* certe in Pal. quart. est; *Ita quod hoc.*

Se & diem fecisse & noctem) in quibusdam Pinc. codd. *& diem fecisse se & noctem.* in aliis: *se & diem fecisse, se & noctem.* nec aliter variant scripti mei. vulgato adsentitur Pal. sec. ac Col. in pr. est, *& nocte fecisse & diem se.* Pal. quart. *& diem se fecisse & noctem*; quod mihi maxime omnium placet. neque aliter fuit in tert. sed id tamen mutatum ad eam faciem quam retinet lectio vulgata.

EPIST. XV.

Cum prætexta posita sumpsisti virilem togam, & in forum deductus es) ante annum XIV. expletum Romani posita puerili prætexta, candidam puramque vestem, id est, togam virilem, non sumebant. is vero erat forensis tirocinij dies, quo die in forum, indeque in Capitolium solenni officio iuuenes a patre proximisque deducebantur. eom probatur testimoniis Taciti lib. 3. & 12. Annal. Suetonij in Octauio cap. 8. ca. 26. Tiberio ca. 15. Nerone ca. 7. Papinij in Protreptico ad Crespinum: Plinij lib. 10. Epist. ad Traianum. Euolue L. 2a. Bayfium cap. 10. lib. de re vestiaria. Adr Turneb. lib. 12. cap. 6. Aduers Lipsium comment. ad Tacitum. P. Fabrum ad tit de reg Iur. l. a Aldum Manutium nepot. libro 2. de quæsit. per Epistol. Porro *prætextam* ne quis purpuream totam autumet, nihil aliud erat, quam limbus, extremam vestem ambiens, vnde ipsi nomen. eo autem quia communis toga caruit, pura dicta est. Liuius lib. 34. *Liberi nostri prætextis purpura togis vtentur.* Macrob. lib. 1. Saturn. *Putant Priscum Tarquinium instituisse, vt patricij bulla aurea, cum toga cui purpura prætexitur, vterentur.* Græci quoque omnes περιπόρφυρον appellantes, limbum solum non totam vestem purpurei coloris fuisse, satis ostendunt.

Et te in viros Philosophia) mss. omn *in virum.*

Transcripserit) sic Pal. sec. Col. emendaturque ad eum modum in tert. sed prius tamen fuit: *transsumpserit*, quomodo & restat in ceteris membranis.

Profice modo) sic tantum Pal. sec. reliqui quatuor. *prospice modo.*

Multum metus auferunt) mss. mei, & editio Erasmi: *metus afferunt.*

Nullum magnum malum quod) dictio *malum*, non comparet in plutearis libris; estque, vt puto, ab ingenio Erasmi: infit enim in notis suis: aut *nullum* hic significare idem quod *nihil*, aut deesse vocem *malum.*

Necesse est, aut non) Pal. pr. *Necesse est autem aut.* quod non paruifecerim.

Ad contemptum animæ) sic & editio Erasmi, præfertque tale aliquid ora Palat. sec. at is nihilominus, vt & reliqui mei

mei manu deſcriptis *ad contemptionem.* excipio Palat. pr. in quo *contemplonem.* quid dicam? an *contemtionem* hic auctoris legitimum? ſic ſane ſuſpicor, arbitraturque porro Modius Epiſt. 2.

Præcipitauit a tecto) mſſ. mei omnes; *pr. ex tecto* Modij membranæ non habent præpoſitionem, & placet ipſi; quod dicat Horatius:

Hic ſe præcipitem tecto dedit. ille flagellis
Ad mortem caſus, &c.

Qui a torrente rapiuntur, ſpinas) mſſ. mei omn. primum habent, *qui aqua torrente*, deinde remanet in eis partim, *rap. per ſpinas*, partim, *inter ſpinas* ſolum eſt Palat. pr. cui præpoſitio omnis deeſt, eamq; adſcriptam habet ad marginem. & vero abeſſe debet, legendumque; *qui aqua torrente rapiuntur, ſpinas, &c.* vt ſubintelligatur, *amplectuntur & tenent.* vti etiam legit ex mſſ. alijs Modius Epiſt. 2. nou. lect. Eraſmus illud vltimum ſic habet: *rapiuntur in ſpinas, &c.*

Etiam potentiſſimus) ſic Palat. ſec. correctumque extat ad eam formam in tert. qui antea habuerat, *potentiſſime.* vti & eſt in Col. ac Pal. quarto habet pr. *potentiſſima.*

Pupillus & ſpado tulere) non aliter quinque mei libri; tradit tamen Modius codd. ſuos tres malle; *puſio & ſpado.* quod quale ſit, ipſi ſane viderint.

Iuſſit Lepidum Decio Tribuno) notat Eraſmus codicem quendam ſuum prætuliſſe, *Dextro Tribuno*; neque alio continet modo Pal. pr. tert. quart. Col. in ſecundo videtur eſſe *Dexiro tribuno.*

Tribuno præbere ceruicem) Tribuni ergo interdum ſupplicium ipſi ſua manu ſumebant. Tacitus lib. 15. Annal. manu Statij tribuni trucidatur. iterum: pœna Flauij Veiano Nigro tribuno mandatur. notari volo. nam alias ſpeculatores fere alijs ſupplicijs deſtinati. Lipſius.

Quantum permiſerat) ſic & margo Eraſmi, in contextu vero eiuſdem editionis, *promiſerat.* quod & habet Palat. quart. reliqui tamen *permiſerat.* & eſt cur præferamus.

Noli huic tranquillitati) ſic & Palat. ſec. tert. Col. teſtat in pr. ac quart. *Nolite huic.*

Mare vertitur) calamo exarati; *mare euertitur.*

Vbi luſerunt nauigia) Tut. lib. 24. cap. 25. tradit nauem dici *ludere*, quæ huc & illuc velut laſciuia quadam currit. hinc ſupra habuiſſe nos *naues luſorias.* quibus nomen a diſcurſione. habebantur enim & tales in Danubio aduerſus Barbaros; niſi ſic potius dictæ, quod ludicræ, triremibus & æratis comparatæ, viderentur, & tanquam ad luſum haberentur. hæc fere Turnebus.

Nemo non ſeruus) ſic mſſ. omnes, abſque Pal. quarto, in quo, *nunquam non ſeruus.*

At ſi forte) ſumpſit hoc Muretus ex quodam Eraſmi codice. prius erat: *Aut ſi.* quod etiamnum in mſſ. meis cunctis.

Eo nempe quo duceris) ita Mureti editio. omnino recte. male prius publicati; *eo nempe momento quo duc.* hocque etiam male Eraſmus, quod inquiat, vocem *duceris* ſcribendam ſibi videri penultima circunflexa. nam & ſyllaba ſecunda, mihi hic breuis; eiciendaque inſuper dictio *momento*; cum neque conſpiciatur in vllo mſſ. prætetquam Pal. tert. & ad oram ſec. ſed nec eam agnoſcunt aliæ membranæ Modij, quod & eidem placet: atque hoc dicere Senecam, ſi in hoſtium manus incideris, extremum ſcilicet malorum hoc erit, quod te ad mortem duci iubebunt, ad quam alioqui natura ipſa te ducebat. nempe ignorabant vium verbi *ducere*, qui τὸ *momento* huc intruſerūt. de quo requiratur Muretus.

Contumelioſam etiam humanitatem) eleganter ſane. ſicque in Palat. ſec. & ad oram pr. habebat tert. ac quartus *humilitatem.* male; vt & Colonienſ. in quo, *etiam inhumanitatem.*

Et expoſitum) mutuum hoc ſumpſit ab Eraſmo Muretus. nam cum in mſſ. ſuis inueniſſet *appoſitum*, codexque vnus inſuper adiiceret; *appoſitum paruo conſtat*, ea, inquit, adiectiuncula opus non erat, ſi ſcriptum eſſet *expoſitum.* hæc ipſe. ego tamen non contempſerim *& appoſitum*, vt idem ſit, quod *ad manum eſt*

Quod ſat eſt) mſſ. *ſatis eſt*: addunq. alteram gnomam: *Cui cum pauper eſt bene conuenit, diues eſt*; agnoſcitq; eam editio Eraſmi: ſed bene abeſt. nam habetur in Epiſt. 2.

EPIST. V.

Aſperum cultum) & hoc a Modij manauit correctione, qui ita inuenerat in mſſ. antea legebatur: *Aſperum incultum*, quod tamen in nullo meorum.

Via ſequitur deuita) mſſ. vno quaſi ore, *euita.*

Quid ſi nos hominum conſuetudini corp. exerc.) ſic Pal. ſec. ac Col. reliqui: *nos a conſuetudine hom. c. ex.*

A qua profeſſionis diſſimilitudo ſepar.) eſt ab coniectura Eraſmi; qui ſic ſine dubio legendum contendit. id eſt, inquit, a qua congregatione, diſſimilitudo profeſſionis ſeparabit. vult enim nos intus habere philoſophiam, non profiteri. hæc ille. & vero in Pal. pr. erat *profeſſionum diſſ.* licet in margine adnotaretur, *a qua profeſſione, diſſimilitudo nos ſepar.* quod & in ſec. tert. quart. Col. inq. prius vulgatis; nec non in membranis quas excuſſit Modius, quam lectionem ipſus propugnat Epiſt. 130. nou. lect. vt ſit ſenſus; *ne profeſſione ab alijs diuerſi ſimus, ſed vita*: cumque eadem quæ alij profeſſi erimus, eodemque numero cenſi, ſolis moribus diſtinguamur. quod eſt vere philoſophicum: cum nebulones & ſcurræ contra, ſectarum oſtentatione tumidi, barbaque, pallio & ſqualore quodam philoſophum mentientes, vitam etiam communi flagitioſiorem ducant. videatur Epiſt. 14.

Non ſplendeat toga; nec ſordeat quidem) ſplendorem hic auctor in vitio ponit, tanquam qui a luxu & cultu effuſiore; ſicuti & Auſonius ad Gratianum: *Non poſſum oſtendere imagines maiorum, nec deductum ab Heroibus genus: ſed ea quæ nota ſunt dicere, patriam non obſcuram, familiam non pœnitendam: ſingalitatem ſine ſordibus, victum, veſtitum, ſupellectilem, munda, non ſplendida.* at Quintilianus lib. 11. cap. 3 *ſplendoris* nomine munditiam deſignat. poſtquam enim dixit; *cultū oratoris, vt in omnibus honeſtis, debere eſſe ſplendidum & virile*, ſtatim ſubdit; *togam, calceos & capillos tam nimia cura quam negligentia eſſe reprehendenda*: ſpledorem medium ponens inter extrema, luxum & ſordes notat Langlæus lib. 1. cap. 5. Ocij ſemeſtr.

Quos emendari volumus) ſic & Col. reliqui omnes, *quos emendare vol.* excepto Pal. ſec. in quo; *quos imitari nos volumus.*

Fugamus & a nobis auertimus) monet Pincianus legi in ſuis, alio ordine, *fugamus a nobis & auertimus*; ſicque eſt in Col. Pal. ſec.

Et odioſa ſiant) mſſ. *od. ſint.*

Et non magno parabiles) ſic Pal. ſec. & Col. correctumq; ita etiam in tertio, cum tamen fuiſſet ibidem *magno paratos* quod & reſtat in reliquis libris meis.

Suſpiciant omnes vitam noſtram. ſed & agnoſcant) ſic fere & editio Eraſmi; niſi quod non in ea dictio *&* pro qua quidam homo negationem immittit, legendo; *ſed non agnoſcant.* non potuit magis contra mentem auctoris. itaque cum illud ipſum in prioribus eſſet editt. ſuſtulit Eraſmus ſuā'u vet. codd. mſſ. mei hic mire turbant. pars enim pro *ſuſpiciant*, habet *ſuſcipiant*, & in fine quidam *ſed & cognoſcant*; alij, *ſed & agnoſcant*; nonnulli, *ſed agnoſcant.* & vero Col. præfert: *Non ſuſcipiant omnis vitam noſtram ſed & agnoſcant.* vt fere labat emendare: *Non ſuſpiciant homines vitam noſtram, ſed agnoſcant.* ſane illud *homines* alterius manu pictum extat in Pal. tert. prius argutum ſatis viſum Eraſmo: Suſpicimus, inquit, etiam aliena, ſed agnoſcimus noſtra, quæ & ipſi præſtare queamus.

Diſſimiles eſſe nos vulgo ſciat) melius Col. *Diſſimiles nos vulgo ſciat*, ſine verbo *eſſe.* monet Eraſmus forte legēdum in fine: *vulgus neſciat.* alias ei lectum *vulgus ſentiat*; habetque editio eius; *vulgus ſciat.*

Eadem catena & cuſtodiam & militem copulat) mſſ. mei quinque *& cuſtodem.* non bene tamen; quis enim hic cuſtos niſi miles? rurſus quis miles, niſi cuſtos? bene itaque membranæ quæ in Bibliotheca Witzeburgica: *& cuſtodiam & militem* quod publicauit dudum Modius Epiſt. 2. nec aliter legit Turnebus lib. 5. cap. 8. Adu. Lipſius ad 3. lib. Annal. Taciti. Scilicet ſolebat, Vlpiano teſte, æſtimari, eſſetne reus in carcerem conjiciendus, an militi tradendus, vel fideiuſſoribus committendus; fereque, niſi grauius ſcelus admiſſum eſſet, militibus ſontes aſſigna-

bantur. dicti autem *custodia*, ab eo quod patiebantur: toto titulo ff. de reorum custodia & exhibitione; nominatim ibi: *Si custodia se interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpa adscribitur.* Tibull. tamē maluit proprie magis dicere:

Sed pretium si grande feras, custodia victa est; pro iis qui obseruandis heris apponebantur. Plura de hoc more nos ad cap. 10. de tranquill. vitæ. videatur & Brissonius lib. 5. de Formul.

In malum versa est) Pal. pr. tert. quart. præponunt; *etiam in malum.*

EPIST. VI.

Quid ni multa habeam) Palat. pr. *Quin multa habeam.* sec. tert. *Quid ni quod multa habeam.* sed *quod* est assutum alterius manu in vtroque codice. quart. ac Col. *quod multa habeam.*

Quæ debeant corrigi) Col. Palat. sec. *colligi.* quod placet Modio; sparsa enim, inquit, & dissoluta colligūtur; tumida & grandia extenuantur; abiecta & demissa attollūtur.

Quæ extenuari, quæ attolli) sic est in Pal. sec. ad eundemque modum emendatum in tert. antea tamen erat, *quæ attenuari, quæ extolli,* quomodo etiam est in Palat. primo, quart. Col.

Cum se ipsos agros esse senserunt) malim eo ordine quo legitur in Pal. tert. *cum se ipsi agros esse sensero:* reliqui fere habent, *cum ipsi agros se esse sensere.*

Illius vero) Col. *vero.*

Pro qua moriuntur) aliquot mss. *& pro qua.*

Ego vero cupio in te omnia) scripti mei fere omnes: *Ego vero omnia ista in te cupio.*

Imponam notas) ita mss. omnia. Modius Epistol. 2. Nouantiq. reponit ex mss. aliquot, *imponam notulas.*

Vt ad ea ipsa) mss. meis abest, *ea.*

Viua vox & conuictus) melius mss. *& viua vox*: quomodo & Erasmi editio. de vi vero *vocis conuictusque* multa idem Erasmus adag. 17. cent. 2. Chil. 1.

An ex formula sua viueret) quidam codd. Pinc. *vt ex formula sua.* & sic quoque fuit in Palat. pr. sed mutatum deinde in, *an ex.* quomodo disertim reliqui scripti quatuor.

Metrodorum & Hermachum) ita legendum, non *Erymachum,* (vt fere est in mss. meis) scripsit Brodæus lib. 1. cap. 40. Miscellan. de eo siquidem mentionem facere in Epicuro Laertium: in lib. de Finibus Ciceronem. notauit idem antea Erasmus.

Interim quia) mss. *Interim quoniam.*

Quod me hodie apud Hecatonem) illud *hodie* est a mss. Pinciani. habentque mei. in olim vulg. sine voce *hodie,* est: *Quid me apud.*

Amicus esse mihi cœpi) vox *cœpi* tantum comparet in Pal. sec. in Pal. tert. ac Col. extat: *Amicum esse mihi.* in pr. ac quart. *Amicus esse mihi.*

Multum profecit, nunquam erit solus. Qui sibi amicus est, scito hunc) editio Erasmi: *Multum profecit, qui nunquam erit solus. scito, &c.* in Pal. pr. ac sec. prius fuit: *Multum profecit, nunquam erit solus. Scito hunc.* sed mutatū id in *Multum profecit qui nunquam.* prior tamen illa lectio restat in quart. altera etiamnum est in Pal. tert. ac Col.

EPIST. VII.

Nondum illi te tuto commiseris) Pal sec. *nondum tuto illi committeris.* sicque reliqui mss. quatuor, nisi quod interserant: *nondum enim tuto.* probo.

Aliquid ex eo quod composui turbatur) sic in Palat. sec. mutatumq. ad eam faciem in tert antea tamen ibi fuerat, *ex his quæ composui turbatur.* habet Pal. pr. ac quart. *aliquid ex his quæ composui turbatur.* at Col. duplicem videtur recepisse lectionem in contextum; habet certe: *Aliquid ex his quos* (notatum ad marg. *mores*) *composui turbant* (notatum supra, *turba*) *Aliquid ex eo quod composui turbatur.*

Vitium aut commendat) ita & in ora edit. Erasmi. contextus vero habet *commodat.* quomodo & castigatum est in Pal. tert. in quo antea *commendat,* quod concorditer in omn. mss. reliquis.

Spectaculo desidero) sic Pal. sec. tantum, reliqui omnes *resideo.*

Vt nunquam sine offensa) mss. mei, *nusquam,* vt & Modij. quod ipse probat, Nouantiq. Epist. 36.

Ex longo morbo reficiuntur) sic mss. mei & Pinc. omn. lectio tamen Erasmi: *insciuntur.* solum margo Palat. pr. alias, *morbo recreantur.* etiam Modij membranæ habent *reficiuntur.*

Quos longa imbecill. vsq. adeo affecit) Modius ex mss. reponebat *vsque eo affecit.* quod & est in Palat. sec. in aliis tamen quatuor restabat prius verbum.

Quia inter homines fui) sic mss. quinque. acuta plane sententia. cuius argutiam & antithesin vereor vt infringat conteratque ille qui emendat: *quamuis inter homines fui.* nisi si malis, inquit: *quia inter homines non fui.* vtrunque extra calcem. homines frequentando teditate debebamus mitiores: nunc contra est: adeo ipsi omnem cauerunt humanitatem, vt crudeliores redeamus; atque adeo palam faciant solo se homines nomine. de quibus vide iterum grauem querelam Epistol. 103. circa finem. Simile acumen est in Epigrammate 18. Martialis vbi de tigride agit quæ leonem lacerarat:

Ausa est tale nihil siluis dum vixit in altis.
Postquam inter nos est plus feritatis habet.

similis fere argutia extat Epist. 86. *Postquam munda balnea inuenta sunt, spurciores sunt.*

Casu in meridianum spectaculum) duplex erat spectaculum, *matutinum* & *meridianum.* mane cum bestiis depugnabant, post meridiem, ij qui superfuerant, inter se, & *meridiani gladiatores* vocabantur, a tempore scilicet, quia sub meridiem dabantur. Dio in Claudio: ἐπίδει δὲ συνεχῶς μονομαχιῶν ἀγῶνας. τοῦτο γὰρ ἐφίλει ἰσχυρῶς. ἔν τε γὰρ ἄλλα καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας περὶ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν κατακοπτομένους ἥδιστα ἐθεᾶτο. Cui velut interpres Suetonius cap. 34. *Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie, dimisso ad prandium populo, persederet.* nominat eosdem Tertullianus: *Risimus & inter ludicras meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem. vidimus & Iouis fratrem gladiatorum cadauera cum malleo deducentem.* non ergo hi, legitimi destinatique gladiatores, sed bestiariorum reliquiæ quædam & purgamenta. idemque nec docti factique ad pugnam erant, nec armis in ea vtebantur aut arte: cædes tantum promiscua, & velut laniena; vt & hic locus prodit, & alter qui Epistola 95. hæc fere Lipsius, a quibus non aliena Turnebus lib. 25. cap. 28. lib. 27. cap. 9. lib. 30. cap. 31. Aduers. Mercurialis lib 1. cap. 12. Gymnast. Faber lib. 1. cap. 6. Semestr. Torrentius ad Sueton. Calig. cap 35. item Claud cap. 33.

Acquiescant) præfero quod in Col. solo: *acquiescunt.*

Lusus exspectans & sales) ita maluit P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 6. cui adsensum præbuit Muretus. & iure. nam nec aliter inuenit in mss. Modius Nouantiq. Epist. 36. citatue Torrentius ad Suet. Claudium cap. 34. prius fuerat: *ludos spectans.* vide tamē num fuerit potius. *ludos sperans.* quo modo forte etiam emendandus Iustinus lib. 13. *Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant.* forte, inquam, reponendum *sperabant.* haud tamen pertendo. nam *spectare* idem valere quod compositum eius *expectare,* alibi probo.

Nunquam frustra manum mittunt) ab hoc est quod & conatus inuasionesq; singulas *manus* appellarint: Quintilianus lib. 5. cap. 14. *vt gladiatorum manus quæ secunda vocantur, fiunt & tertiæ, si prima ad euocandum aduersarij ictum prolata erat: & quartæ, si geminata captatio est, vt bis cauere, bis repetere oportuerit.* idem lib. 9. cap. 1. *Nam vt in armorum certamine aduersos ictus & rectas manus cum videre, tum etiam propulsare facile est, &c.* vide Lipsium lib. 2. cap. 20. Saturn. serm.

Hoc plerique ordinariis paribus) sic Palat. pr. sec. tert. quart. nec non editio Erasmi. Col. *hoc plerisque.* eligat lector quid velit. *ordinarij gladiatores,* illi, qui legitimo tempore, loco, & apparatu inducuntur. Sic & *ordinarios pugiles* nominat Suetonius Augusto cap. 40. qui videatur in Caligula cap. 26. hæc Lipsius lib. 2. cap. 16. Saturn. serm. cui adde quæ habet Lud. Cælius lib. 11. cap. 10. lect. antiq. nam inepte hos ipsos pro voluptificorum & mimicorum certaminum artificibus accipit Io. Baptista Pius Annotat. poster. cap. 190.

Et postula-

Et postulaticiis praferunt) vt hoc intelligatur, sciendum quod Principes ipsi proprios & peculiares gladiatores alebant, ad instruendum suas populique voluptates. Itaque recte Καίσαρος μονομάχους Arrianus dixit istos Libro primo Dissertationum: ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς Καίσαρος μονομάχοις εἰσί τινες οἱ ἀγανακτοῦντες, ὅτι οὐδεὶς αὐτοὺς προσάγει οὐδὲ ζευγνύει. *At in Cæsaris gladiatoribus quidam sunt quibus molestum est non produci, non componi.* Eadē sententia expressa in Seneca. *Myrmillonem e C. Cæsaris ludo audiui de raritate muneris querentem. Quam bella, inquit, ætas perit.* Ab his orti *Postulatitij gladiatores.* quia enim Cæsariani isti eximij viribus, arte, ornatu: sæpe postulari a populo solebāt, velut muneris auctarium, & ornamentum. Suetonius in Domitiano: *Quæstoriis muneribus, quæ omissa reuocauerat, ita semper interfuit, vt populo potestatem faceret bina paria e suo ludo postulādi, quæ nouissima aulico apparatu induceret.* Ad hoc gladiatorum genus referendi hi loci. Suetonij in Claudio cap. 21. *Palumbum* (ita gladiatori famoso nomen) *postulantibus, daturum se promisit si captus esset.* Calig. cap. 30. *Cum Tetrinius latro postularetur, & qui postularent Tetrinios esse ait.* Plinij in laudatione Traiani: *Impetratum est quod postulabatur, oblatum quod non postulabatur.* Martialis:

Cum peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum,
Promisit pariter Cæsar vtraque manu.

ex quibus etiam discimus, nominatim hunc illumve gladiatorem flagitari in pugnam solere, siue manu siue scelere notum. Hæc Lipsius.

Omnia istu mortis mora sunt) ita primum restituit Pincianus. deinde & Lipsius ex veteribus libris, cum antea haberemus. *mortes mora sunt*: confirmantque eandem membranæ meæ nec non aliæ, quarum meminit Modius Nouantiq. lect Epist. 58.

Quo munimenta? quo artes? ita & Col. & Erasmus. Pal. pr. *quo munimenta? quo gladij artes?* notatumque ad marg. *quo artes.* quod & est in Pal. sec. emendatumque quoque in tert. cum antea haberet *quo gladij artes.* Palat. quart. refert; *quo gladij? quo artes?*

Mane leonibus & vrsis homines, meridie spectatoribus obiiciuntur) hoc ita ceperim, quasi velit idem quod lib. 1. de ira cap. 2. *Quid de gladiatoribus? quare populus irascitur, & tam inique vt iniuriam putet, quod non libenter pereunt? contemni se iudicat; & vultu, gestu, ardore, de spectatore in aduersarium vertitur.* insulse itaque hic ille, qui emendat: *meridie confectoribus obiic.* dicit enim eos quidem mane rem habere cum feris quas tandem superarent; meridie vero cum ipsis tantum non pugnare qui considerent in theatro, spectatoribus; quos superare nullo foret modo, cum ita vili hoc delectarentur gladiatorum sanguine; vt tantum abesset voce aut manu intercederent; infesto potius gestu ac clamore pugnantibus instarent; vel eo, donec omnes ad vnum mutuis interiissent vulneribus. sic de eo loco censeo; censebitq; mecum, qui dignabitur videre lib. 1. de Ira cap. 2. & ibi me.

Interfectores inter se iubentur obiici) ita legit Muretus; cum prius legeretur: *interfectores interfectis iubentur obiici.* quod & habet Pal. tert. ac quart. in reliquis est. *interfectores interfectis iubent obiici.* Mureti lectionem fere est vt non damnet Stephanus ad Dalech. Epistol. 22. At mihi paulo magis placet: *Interfectores interfecturis iubentur.* quemadmodum se emendare testatur Lipsius lib. 2. Saturn. serm. cap. 15. neque aliter dudum ex ms. suo Pinc.

Exitus pugnantium mors est) vnde similis querela Epist. 95. *Homo sacra res, homo iam per lusum & iocum occiditur: & quem erudiri ad accipienda inferendaque vulnera nefas erat, is iam nudus inermisque producitur, satisq; spectaculi in homine mors est.*

Ferro & igne res geritur) de eo dicemus Epist. 37.

Vt suspendatur) cruci certe latrones affigi solitos indicat Arbiter: *Vbi cum interim Imperator prouinciæ latrones iussit crucibus affigi, secundum illam casulam, in qua recens cadauer matrona deflebat.* Sic duos latrones cum domino nostro Iesu Christo crucifixos legim^9. nec aliud volūt I.C. L. capitalium. §. pen. de pœnis nā quod *furta* eo loco nominantur, in eo Treboniani manū politiores & acutiores homines agnoscunt, &c. hæc Faber 2. lib. Semestr. cap. 8.

Occide, vre, verbera) mss. mei quinque alio ordine: *Occide, verbera, vre.* porro his vocibus sacramenti memoria renouabatur ignauo. in tria enim iurabant, *vstionem, verbera, necem*: quæ gladiator patiebatur ex more: *necem*, cum cecidissent, & ferrum iuberentur recipere: *flammam & verbera*, si quando timidius pugnarent, aut fugerent a ferro. Acron in Horatij illud:

Quid refert vri, virgis ferroq; necari
Auctoratus eas? an turpe clausus in arca?

Gladiatores, inquit, *ita se vendunt, & cautiones faciunt, vri flammis, virgis secari, ferroq; necari.* Quintil. in Gladiatore: *Fremebant vbiq; omnia apparatu mortis. hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas: hinc virga, inde flagella adferebantur.* item Tertullianus lib de spectaculis: *Imo quod propter homicidia pœnam ad spectaculum venias, idem gladiatorem ad homicidium, flagellis & virgis compellat inuitum.* hac fini Lorarij fuerunt, siue Mastigophori, vt videre est apud Xiphilinum in Nerone. plura vide, item auctores vnde ego hæc, Epist. 37. infra.

Quare tam timide incurrit in ferrum?) P. Faber ad L. 30. de reg. Iuris. locum hunc idem signare arbitratur, quod alter iste Senecæ Epist. 57. *alij gladium fractibus recipiunt, quam vident.* item qui cap. 11 de tranq. vitæ: *Viuet diutius, & morietur expeditius, qui ferrum non subductu ceruice, nec manibus oppositis, sed animose recipit.* a quo necesse est dissentiam, quod suspicer, ferrum tantum recepisse iam prostratos & victos. probat vel locus ille, quem ipse adducit, Ciceronis lib. 2. Tuscul. Quis cum decubuisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit? etiam alius Suetonij in Claudio cap. 34 *Quocunque gladiatorio munere vel suo vel alieno, etiam forte prolapsos, iugulari iubebat.* en loquuntur illi de eo qui procubuit, qui prostratus: at iste noster, adhuc erectus, fugaxque adeo pedibus, aut certe retrogradus. itaq; plagis & igne adigebatur ire in aduersarium. quod dum cogitur, non hoc es aliud, quam incurrere in ferrum; vtique cum iam impar resistere. mecum facit alter locus Senecæ infra Epist. 30. imitatusque idem videtur Tragœdiographus Oedipo act. 5. vbi rex ille oculos sibi eruit:

Manus in ora torsit: at contra truces
Oculi steterunt, & suam intenti manum
Vltro insequuntur: vulneri occurrunt suo.

Plagis aguntur in vulnera) Lipsius lib. 2. cap. 5. Saturn. sermonum, Muretus in Notis, Stephanus lib. 2. Prood. cap. 9. rident qui ad hunc locum margini adscripserant *plagis*, id est *retibus*. de verberibus enim omnino accipiendum. quod sane quiuis viderit, nisi qui iis dignus. porro mss. mei quinque, quasi de compacto retinent, *plagis aguntur*; cum tamen postea habeant *excipiunt*.

Interim iugulantur homines) prætulerim lectionē mss. meorum: *Interim iugulentur*; vt verba sint spectatorum qui in theatro.

Qui cum maxime concinnamus ing.) sic in Pal. sec. correctumq; in tert. quod prius habebat; *qui c. m. continuamus*, vti & est in reliquis exempp. meis; nisi quod & emendetur id ipsum in Pal. pr. ad hanc formam; *qua licet cum maxime continuemus.* equidem fere eo labor vt putem ferri posse; *qui cum max. continuamus ingenium.* id enim facere dici queat, qui porro vsque & vsque in eiusdem perstat consilij itinere quod semel ingressus.

Aut luxuria, aut auaritia) prior coniunctio *aut*, superfluit ex vet. lectione Pinc. nec est sane in Pal. sec. ac Colon. subductaque est lineis in tert. habetur tamen in Pal. pr. ac quarto.

Quid tu accidere his credis) Erasmi editio, Palat. sec. ac Col. *Quid tu accidere his moribus credis.* sicque rescribitor in tert. cum prius esset: *acc. his moribus putas.* quomodo est in Pal. pr. ac quart.

Necesse est aut imiteris aut oderis) sic Palat. omnes. Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 10. testatur vetus exemplar tiouam habere, sed non recipiendam vocem, *aut odiaris.* quis enim, inquit, *odiaris*, pro *odio habearis*, seu, *odio sis*, Latinum esse persuadebit? Equidem mi Stephane, eadem disertim inuenitur aliquoties apud Christianissimum scriptorem Tertullianum, Apologetico aduers. gent. *oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.*

& iterum

& iterum: *At enim secta oditur, in nomine vtique sui auctoris.* & hercle cum *odaris* diserte etiam habeat optimus Col. ac tale quid ipsa requirat auctoris sententia, imo vero efflagitet, non timide istud verbi receperim pro Latino, pro legitimo Senecæ.

Non est ergo) vocem *ergo* admisit Muretus, auctoritate Pinciani. at ea meis scriptis quinque abest.

Si haberes isti populo idoneam mentem) sic mss. quinque. positum tantum ad marg. tert. alias, *mercem*, quomodo & præfert ora editionis Erasmianæ. est quidam qui emendare se iactat; *si haberes in isto populo id mentem.* vel: *si haberent qui in isto populo idoneam mentem.* pax sit isti loco: nec tamen metuas, sicus metuis, vt tunc a Lucilio idoneam exigat mentem Seneca. nam verba hoc valunt, Lucilium, non sapere ad populi genium. quod omnes norunt, qui primoribus labris linguæ Latiaris degustarunt lautitias.

Cui ergo, inquit, ista didicit) vox *inquit* in nullo est mss. habentque Pal. pr. tert. quart. *Cui ergo ista didicisti?* quod non ego contemserim.

Ne operam perdideris: tibi didicisti) sequitur & hic Pincianum Muretus, qui sic legi volebat ex veteri lectione. at mei quinque, vt & Erasmi; *ne operam perdideris, si tibi didic* & hercle placet multum præ altero illo.

Et populus pro vno) in hanc sententiam Symmachus lib. 9. Epist. 105. *Quod si mihi vllus fauor testimonij publici affectandus foret, iudicio tuo & similium contentus esse deberem, vel Stratonici exemplo, qui indignatus consedentium turba, sibi & Musis cantū ciebat. vel secundum Heraclitum Physicum, qui summā laudis arbitrabatur placere vni, is esset optimus qui probaret.* communicauit mihi Fr. Iuretus.

Bene & ille, quisquis fuit) sic Pal. sec. at reliqui quatuor: *Bene & ille dixit, quisq.*

Egregium hoc tertium) notat Erasmus, ambiguam hic distinctionem: vt intelligamus & nullum sufficere sapienti; aut vt hoc tertium dixerit Epicurus.

Condenda in animā) sic & Pal. sec. reliqui, *in animo sunt.*

Vt contemnas voluptatem) ita & editio Erasmi, ac Pal. quatuor. at Col. *voluntatem.*

Si is est quem intelligant) vocem addit Erasmus, *quem multi intellig.* quæ & in mss. meis quinque.

EPIST. VIII.

Quid ego tibi videor interim sedere?) Erasmi editio: *Quod ego tibi vid int. suadere m. &c.* quomodo & Col. Pal. tert. quart. at sec. *Quod ego tibi videor dissuadere interim. in hoc, &c.* Palatinus pr. *Quid enim tibi videor interim suadere, &c.*

Partem noctium studiis) Pal. omnes, *partes noctium stud.* emendatum tamen in aliquibus *partem noctium.* at Col. *partem noctis studius.* scilicet scribendum, *partem noctis studiis;* vt verbum sequens absorbserit literam postremam, aut ea potius fuerit maiuscula; hoc est, quæ duarum impleret vicem.

Quantum plurimum potest) Col. *quanto plur.*

Quod habere nos putamus, habemur) nullus meorum mss. habet pronomen, *quod.* tantum erat in Pal. tert. *quod dum habere;* sed duæ illæ voces postea deletæ & vero *quod,* abesse debet. mss. quoque omnes habent, *haremus* non *habemur:* solum Pal. tert. scriptū retinebat *erramus.* quod tamē deinde mutatū in *haremus* placuitque sane Erasmo: qui voluit allusisse Senecam ad Græcas voces, ἔχειν, *habemus:* ἔχεσθαι, *haremus.* equidem nihil hic temere mutarim, etsi loca habeam, in quibus noster *habere* atque *haberi* connectat. monet tamen Pincian. suos mss. præt alisse *habemur.*

Aut rectus sta, aut semel finge) recipitur hic in contextum coniectura Mureti. Erasmi editio: *Aut rectus saltem, aut temet frange.* Pal. pr. tert. quart. *Aut saltem rectis, aut temet fruere.* sec. *Aut saltem rectis, aut temet fruere.* tert. Coloniens. *Aut saltem rectis, aut semel fuere.*

Cornulat) tollatur typographicum mendum, scribaturque *cernulat;* vti & extat in omn. mss. meis, si non a prima, certe a secunda manu. in Col. prius erat *tremulat;* in Pal. tert. *turulat.* Erasmi editio, *cernuat.* vide notas Mureti.

Teneto) mss. plerique; *tenere memento.* nō dubito quin recte. nam & illud *teneto* scribitur in Palat. pr. cum tamen prius fuisset; *tenere* m̄to. quæ compendiaria scribendi ratio, occasionem præbuit mutandæ lectionis.

Durius tractandum est) notatur ad marginem Colon. cod. alias legi *tertur andum est.* quid hoc sit, nescio.

Cespes erexerit) sic membranæ meæ omn. Pinciani quidam codd. *cesp extruxerit.*

Aut varius lapis) de iis etiam Horatius lib. 2. Sat.

Tum lapides varios lutulenta radere palma & Petron.

-Et dum varius lapis inuenit vsum,

Infernas manes cælum sperare iubentur hæc mihi suggessit Dousa quem vide Commentariolo in Horatium c. 9.

Scito hominem tam bene) Erasmi editio, *Scitote hominem.* nec aliter Col. aut Pal. sec. malim tamen quo ordine ponitur in aliis: *Scito tam bene hominem, &c.* aut si nona certe, *Scito te homini tam, &c.* nō tamē impugno *Scitote.*

Cogitans te præter animum nihil) ita & Erasmi editio. at Pal. sec. ac Colon. *Cogitate nihil præter animum.* quod & inuenit in suo Modius Epist. 36 Nouantiq lect. & probat. reliqui mss. tres, *Cogita nihil præter animam.*

Contemne omnia) Pal. sec. Col. *Contemnito omn.* nec aliter mss. Modij. alij mei vulg. fauent.

Si hoc mecum, si hoc) mss. pleriqne *si hac mecum, si hac.*

Aut tabulis testamenti annulum imprimerent) recte: nam testes annulo suo vel alieno, qui χαρακτῆρα haberet, signare debebant. L. ad testium. §. si quis ex testibus. ff. qui test. fac poss. §. possunt autem. Instit. de testam. requare Brissonium lib. 6. de Formulis.

In Senatu, candidato vocem & manum commodarem) Ratio assentiendi in Senatu, voce aut signo. signo dupliciter: pedibus aut manu. pedum in discessione vsus; manus etiam in sessione aut statione, cum ea exporrecta significarent talem sententiam se approbare. Tacitus lib. 4. Histor. *Ceteri vultu manuque; pauci quibus conspicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum erat, compositis orationibus assentiebantur.* Vopiscus in Aureliano: *Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est senatusconsultum.* Lipsius ad locum illum Cornelij.

Qui nihil agere videntur, maiora) sic mss. mei quinque. at Pinciani, *qui nihil vel minora agere videntur, maiora.*

Adhuc Epicurum compilamus) lectio hæc ab coniectura Erasmi; sensit enim, inquit, se suffurari ex Epicuro quæ tradit. libri scripti eius, habebāt *complicamus.* at bona pars scriptorum codd. Pinciani; *replicamus.* quod & mei quatuor; restatque tantum in Pal. sec. *complicamus.*

Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. non differtur in diem, qui se illi subiecit, &c. ita Mureti editio, quomodo etiam hic locus legitur ac dispungitur apud Politianum cap. 98. Miscellan. item apud Connanum lib. 2. cap. 4. Comment. Iur. ciuil. legendum vero dispungendumque monuit Fr. Modius Nouantiq lection. Epist 36 & quidem; diu est quod extrita etiam litera *differtur* legerit P. Faber Comment. ad tit. de orig. iur. Atque ne porro dubitemus amplecti hanc distinctionem, ecce alterum locum auctoris, argumētationis plane eiusdem. Epist. 81. *Nemo si ingratus est, non miser erit. non differo illum: statim miser est.* sed neque aliter etiam iste locus & scribitur & distinguitur in mss. meis quinque est tamen I.C. qui putat, apertiorem sententiam, si legamus: *vt tibi contingat præsens libertas, nec differatur in diem.* recte omnino si ex eius sensu loqui haberet Seneca, non ex proprio. at quod idem præterea autumat, retineri posse lectionem vulgatam (quæ habet, *vt tibi contingat vera libertas nec differatur in diem Qui se illi, &c.*) quod hic dici queat *vera libertas* quam manumissus præsentem consequitur, sicque accipiatur in §. 10. Cod. de Latina libertate tollenda, bis hallucinatur. nam nec verba quidem illa Imperatoris tantillum ipsi suffragantur. ibi enim *veram libertatem* opponi *Latinæ libertati,* vel subsequa eiusdē §. verba euincāt: *quemadmodo potest eum seruum iterum saltem moriturum habere?* & hoc omnes vident ac fatentur, qui non ex veruecum patria, aut certe

Pellem rodere quos pudet caninam.

Statim circumagitur) Apud veteres quoties manumittebant, alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant; vti cōmentatur Cornutus, ad illud Persij Satyr. 5.

-Quibus vna Quiritem

Vertigo facit. meminere huius moris Appianus lib. 4. bel-

4. belli ciuil. Arrianus in Epicteto lib. 2. cap. 1. Claudianus lib. de IV. consulatu Honorij. iterum Persius:

Vertet erit hunc dominus, momento turbinis exit.

Marcus Dama. clare etiam Quintilianus in declamat cui titulus: Ancilla in archipiratæ nuptias missa: *An vero manus lu hoc putamus esse momentum, si vindicta feriret, & circumuerteres mancipium, aut si vna voce liberum esse iusseris, quam si habitum dederis, stolam dederis?* De hoc Politianus cap. 98. Miscellaneor. Cuiacius lib. 5 cap. 13. Obseruat. Brissonius lib. 1. c. 11. select. antiq. Ræuardus c. 7. lib. de auctorit. prudent. P. Faber. Cōment. ad tit. de orig. Iur.

Aut dicenda, aut dicta sunt) sic & Erasmus. mea sententia male. fere scio auctorem scripsisse: *aut dicta sunt, aut dicenda.* hocque omnino postulat ratio. neque aliter vero mss. mei quinque.

Aut togatas) Pal. tert. Col. *nec togatos.* prim. quart. *vel togatos* retinuerim, *nec togatas.*

Versuum inter mimos iacet) sic Pal. sec. emendatumque etiam in Col. ac Pal. tert. quorum hic prius babebat, *versuum ad mimos interiacet*, quomodo & est in Palat. pr. ac quart. illes *versuum inter nos iacet.*

Non excalceatis, sed cothurnatis) Cothurni tragica calceamenta sunt, subleuato altius subere, vt mimi priscorū heroum in scena personas induentes, grandiores apparerent. *Soccus* vero humile est calceamentorū genus, in modum crepidatū, comœdiis proprium: qui fortasse hic *excalceati*, cum tragicis histrionibus collati, a Seneca appellantur. idem Epist. 76. *vt cothurnati simul exierunt, excalceantur & ad staturam suam redeunt.* Lucianus in Menippo: καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, πένης καὶ ταπεινὸς περιέρχεται nec scio an rectius per *excalceatos* planipedes exposuerimus actores planis, id est, nudis pedibus proscenium introeuntes. hæc Brodæus lib. 2. cap. 18. Miscellan.

Qua modo fuit in manibus referam) Pal. tert. *fuit.* male. nam alterum illud in omnibus aliis: solus Col. addit: *qua modo fuit Saturnalium in manibus.*

In nostris habenda) Pal. pr. tert. quart. *in proprio habenda.* notatum tamen in tert. alias legi *nostru.* sed neque illud in Pal. sec. aut Col. qui seruant, *in nostro habenda.* quod & editio præfert Erasmi.

Optando venit) sic & Erasmus. item Palat. sec. tert. reliqui. *opt. euenit.*

Non paulo melius & astrictius) editio Erasmi, & quinque mei, *sed astrictem.* male. fefellit exscriptores quod inuenissent particulam & scriptam hoc modo; *ed.* quo nihil vsitatius antiquis.

Hoc non impute in solutam de tuo tibi) Suspicor interpolandum: *in solutum. do tuum tibi.* nisi si quis, prius etiam malit rescribi, *Hoc non puto*, vti est in Col. ac Pal. sec.

EPIST. IX.

Vno verbo scite voluerimus) est a coniectura Pinc. antea vbiq; legebatur; *vno verbo cito vol.* existimauitque idem, verbum *cito* aduentitium; & vel expungendum ex contextu, vel in locum eius substituendum *scite* vel *scite.* bene ille. istud tamen *cito*, in meis quinq; pertinaciter restat.

Animum extra omnem patientiam positum) animaduertendum est, *patientiam* hic non habere consuetam significationem, sed sonare τὸ πάσχειν, seu παθητόν. Stephanus lib. 2. cap. 12. Prood.

Nos enim eum) pleriq; mss. non agnoscunt vocem *enim*, & per me extrudatur licet.

Vide ergo ne fatius) Col. habet *ergo vtrum fatius*; annotatum tamen ad marg. alias legi, *vestrum fatim*, vel *ne fatius.* ego non insuper habuerim, *ergo vtrum fatius.* nam & in Pal. tert. *num fatius.* quod & ferri posset.

Illud nobis cum illis) mss. aliquot, *nobis & illis.*

Casus excusserit) vetus lectio Pinc. *casa exc.* & probat, sicque Col. ac Pal. tert. malim tamen *casus.* quid ni enim hic æque locum habeat atque supra *morbus?*

Et erit imminuto corpore & amputato) sic omnes mss. mei, & ferri potest, vt *imminutum* respiciat excussum oculum, *amputatum*, incisam manum. Modius tamē Epist. 36. Nouantiq lection duas illas voces *& amputato*, nescio an data opera, an vero memoriæ lapsu, non citat.

Tam lætus quā integro fuit) Pal. pr. tert. quart. *quam cum integro fuit.* sec. Col. *quam in integro.* Pinc. quidā; *tam lætus anim⁹ quā integro fuit.* alij eius. *tā læt. quā quū integer fuit.*

Quæ sibi desunt non desiderat: sed non deesse, &c.) Pal. pr. sec. quart. *Sed quæ sibi desunt, non desiderat, non deesse.* tert. *Sed quæ s. desunt non desiderat, dum non deesse.* Col. *Sed quæ sibi desunt, et non desiderat, non deesse mauult.* legit Modius ex ductu literarum qui in mss. eius: *& vt quæ sibi desunt, non desiderat, sed non deesse mauult; ita sapiens, &c.* prius vulgg. *Sed quæ sibi desunt num desiderat? Nō deesse mauult.* at Pinc. quod omnia exempp. pro particula illa *num* legerent *non*, putabat per transpositionem verborum scribendum: *Quæ sibi desunt non desiderat, sed non deesse mauult.* quam transpositionem Romana editio pro legitima Senecæ exhibere nobis non erubuit.

Æquo animo fert) Col. ac Pal. tert. *feret.* placet.

Reparet) ita etiam dudum editio Erasmi, postulatque ipse sensus. Itaque miror vnde illud *raperet* eruerit Modius Epist. 36. bene tamen quod illud mutat. nam & *reparet* diserte in mss. meis quinque.

Habet autem non tantum amicitia vsus veteris & certæ magnam voluptatem, sed etiam initium & comparatio novæ) sic editio Mureti. Erasmi vero, *Habet autem non t. am. vsum vet. & c. m. volup. sed etiam initium & comparationē novæ.* cui adstipulantur fere mss. mei quinque. nisi quod vnus *cetera* babet, loco *certæ.* Pincianus testatur emendare se partim ex coniectura, partim ex veteri lectione; *Habet autem non tantum vsa amicitia veteris & certam. vol sed etiam initio & comparatione novæ.*

Attalus Philosophus) monet Erasmus, habuisse exempp. quædam *At Thales.* sed deprauate, inquit. nam *Attalum* frequenter citat alias. & mei mss. *Attalū* seruāt; nisi quod quidam aspirationem post tertiam ponant literam; quidam literam quintam geminent.

Si ob nihil aliud) ita Pal. sec ac Col. alij: *& si hoc ob nihil aliud nisi vt exerc.* Modij membranæ, omisso vel *ob*, legunt *si nihil aliud.* & probat Epist. 130.

Ne tam magna virtus iaceat) sic mei omnes, excepto Col. in quo *lateat.*

Non ob hoc quod Epicurus) & hic dictio *ob* exulat mēbranis Modij. quod nec carpserim. at mss. mei, *nō ad hoc quod.*

Et propter hoc ad amicitiam venit) sic mei. quidam Pinc. *hoc amicitiam iniit.* non admiserim.

Hac re florentes) ita Mureti editio: nec aliter Erasmus, aut mei scripti. notatq; Batauus ille, *hac re* valere *ideo.* sicque etiā Modij mss. explicatq; ipse, *ob hanc rē, hac propter.*

Qua causa vtilitatis assumptus est) sic omn. mei. iubet tamen Pincianus scribamus; *Quæ causa vtilitatis assumpta est*, ex vetere, inquit, lectione, vt referatur ad amicitiam. minus placet.

Et inde amici fugiunt) Pal. sec. Col. *exinde amici.*

Vbi probantur) mss. plerique *vnde.*

Hac re ista tot) ita editio Erasmi. at maxima pars meorum exempp. *Hac in re ista.* male.

Præter ipsam) sic etiam voluit legeremus Erasmus; licet editio eius retineat *præter illam.* & vero *ipsam*, est in melioribus chirographis meis.

Si nullum in illa placet pretium præter ipsam) sic mss. mei, at Modio videntur melius scripti codd. qui Herbipoli; *si vllum in ipsa placet præter ipsam.*

In quid igitur amicum paro) *igitur* abest omn. mss. quorum plerique habent; *In quis amicum.*

Consecutura sit spectat) mss. quidam mei, *expectat.*

Non sine spe mutuæ charitatis) suspicor fere legendum, *non sine specie.*

Qui illam parat ad casus) mss. mei partim. *parat ad hos casus*, partim *ad bonos casus.* & vltimum istud probo. probauitque etiam Erasmus. scio tamen quid hic Muretus.

Incipit fortunæ esse subiectum) ita & Erasmus. at mei omnes. *esse subiectus.* nec displicet, vt referatur ad sapientē.

Et Diis in vnum confusis) est quidam, qui legit, *& omnibus in vnum con.* inuitis sane omn. mss. sed ignoscendum arcana hæc Philosophorum minus intelligenti.

Nunquid perdidisset? Omnia inquit) mss. fere omn. *nunquid perdidisset omnia? Omnia inquit.*

Etiamsi hunc diem iam expunxi) illud *si*, delet cum vett. suis Pinc. me nolente. & repugnant alioqui omnia mea exemplaria.

Si cui sua non videntur) bene hic abest vox, *bona*, quam infarciunt alij: nam nec illa vsquam in melioribus mss. quos euolui. idemque de suis testatus olim Pincianus; nuper etiam Modius, Epist. Nouantiq. lect. 130.

Non est beatus esse se qui non putat) quædam ad hanc Comici sententiam Erasmus adag. 4. cent. 5. Chil. 4.

EPIST. X.

Tunc quicquid aut metu aut pudore animus celabat, exprimit) vox vltima est a coniectura Erasmi. legitur enim passim; *exponit*, etiam in Palatino secundo ac quarto, etiam in aliis; sed ij longe plura infarciunt; hæc scilicet; *tunc q. aut metu aut pudore manus celabat, animus exponit.* quod vt perpendant acutiores volo. nam ego hæc verba non puto a mala manu.

Perit stulto) Erasmi editio *perit*. male. nam alterum illud in omn. meis, etiam Modij.

Quam roboris) mss. *quantis roboris.*

Non a summis labris ista veniunt) ad eundem modum D. Hieronymus in epist. ad Rusticum monachum: *vt non leui citatoque sermone, & vt ita loquar, summis labiis hospites intuitemur.* vide Erasmum adag. 94. cent. 9. Chil. 1.

Iste homo non est vnus e populo) sic & Erasmus, item Palat. tert. ac quart. at enim pr. sec. *iste homo non est vnus e populo.* Colon. *iste homo non est e populo.* scripserim; *iste non est vnus e populo.* nam suspicor illud *homo* natum a compendiaria scribendi ratione dictionis *non*. & certe ea vox punctis subducta est in Pal. tert.

Votorum tuorum veterum licet Diis gratiam facias) ita sæpius loquitur. quid velit, exponit ipse Epist. 20. *hoc cura, hoc opta; omnia alia vota Deo remissurus.* Sic Suetonius in Augusto cap. 16. *Gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis.* ad quem locum consule Torrentij Comment. addas licet Brissonij extrema lib. 7. de verb. sign.

Deinde corporis) Colon. optimus: *deinde tunc corporis.* Pal. sec. ac tert. *deinde eius corporis.*

Vota diis insusurrant) de eo scripsi lib. Suspic. 6. cap. 15.

EPIST. XI.

Quantum iam etiam profectus) plerique mei. *Quantum etiam iam profectus.* Palatinus secundus. *quantum iam esses profectus.* scripserim libens, *quantum etiam profectus*, iudicio Pal. tert. vbi *iam* illud non comparet.

Dedit enim nobis) *enim* nusquam est in manuscriptis meis.

Vbi se collegit, verecundiam, bonum in adol. sign. vix p. excutere) sic legeremus volebat Erasmus; nisi quod retineret *colligebat*. quomodo nulla litera minus seruat Palat. quart. nisi quod habet *Ibi*. reliqui omnes; *Ibi se colligebat verecundia bonum, &c.*

Et illos vitij sui) sic & Erasmus, at mei ad vnum: *illos vitio sui.*

Nunquam magis quam cum erubuerunt, timendi sunt) non adiuersa mente de Domitiano Plinius in Panegyrico: *ira in oculis, pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore suffusa.* & de eodem Tacitus in vita Agricolæ: *præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre & aspici: cum suspiria nostra subscriberentur; cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sæuus ille vultus & rubor, a quo se contra pudorem muniebat.* ibi Lipsius.

Nunquam non coram) sic & Palatinus secundus ac tertius, sed emendatum; cum prius fuisset, vt & est in primo ac quarto, *nunquam nec coram.* Colon. *nunquam nisi coram.*

Hac vt dixi) Colon. Pal. pr. quart. *Hoc vt dixi.*

Nihil horum) mss. aliquot: *Nihil enim horum.*

Deiiciunt vultum) mei: *Deiiciunt enim vultum.*

Vtique & in concionibus) deleuerim particulam &; turbat enim sententiam. & alioqui non eam recipiunt mss. quatuor qui de Bibliotheca Palatina.

Nihil horum vetari potest) sic quidem Colon. at quaternio Palat. codd. *vetari.* quomodo manifeste legendum. nec aliter censet Modius Epist. 36. Nouant. lect. sequitur enim inquit: *nec prohibetur hic, nec adducitur.*

Artifices scenici) *artificum* nomen iis etiam tribuit Cicero Orat. pro Archia sub initium, Liuius lib. 7. & 39. Vitruuius lib. 5. notat P. Faber lib. 1. cap. 2. Agonist.

Accipe & quidem vtilem & salutarem) mss. mei: *Accipe equidem & vtilem & salutarem.* placet.

Si peccaturis testis) ita & Erasmus, emendatumque in Palatino tert. in quo antea; *si spectator testis.* alij habent, *si peccatori testis.*

Qui non aspectus tantū, sed etiam cogitatus) huius lectionis fabrū nescio. Erasmi editio ostendit: *qui non actus tantum.* notatque ipse in vetustissimo suo codice fuisse: *qui non præsens tantum*; adiicitque vtramque lectionem probabilem; argutius tamen videri, *qui non præsens*, vt *cogitatus* participium sit, non nomen. & vero in Palatino primo ac quarto extat; *qui non tantum actus.* in secundo; *qui non præsens tantum*, sed. in tertio ac Col. *qui non præsens tantum factum, sed.* emendationem habeo sub ictu, sed iam non promo.

Et ipsius animum ante te ferens & vultus) sic Erasmus ac Palatinus quartus at Palatinus primus: *& ipsius animo ante te ferens vultus*: secundus, *& ipse amicum ante ferens vultus.* tertius: *& ipsius animo ante se ferens vultus.* emendatum tamen; *& ipse animum ante se ferens vultus.* quæ lectio mihi proba; vt & Modio: qui legit; *& ipsius ante se ferens animum vultus.* qui enim, inquit, potest quis animum alterius ante se ferre? turbauit bonos viros insolens illud *ipsius*, antiq; pro *ipse* positum. hæc ille Epist. 130.

Se ipsi exigant) sic etiam, non *erigant*, legit Modius Epist. 36. mss. mei pleriq. *se ipsos erigant.* Pal. tert. habuit: *se componant*; sed correctum postea, *se ipsi erigant.*

EPIST. XII.

Si iam putria sunt atatis) mss. & editus ab Erasmo; *si tam putrida sunt at.*

Occasionem stomachandi arripio) ita & Erasmus, & Pal. quatuor. at correctum in tert. *arripui*, sicuti & est in Col.

Et retorridi rami) mss quinque. *& retorti rami.*

Iurat per genium meum) ita & alias legitur in Pal. tert. in quo; *genium suum*: vti & membranæ aliæ quatuor. sed male illud *suum*.

Quod inter nos dictum sit: ego illas) sic quidem fidenter editio Mureti. at editio Erasmi *quod inter nos sit.* moneteq; Pincianus veterem lectionem habere. *Quid inter nos sit*, scribendumque putat; *quid interim nobis sit*? nollem dictum. nam etsi in plerisque quinque meis lectio codicum eius; emendatur tamen in Palatino tertio: *Quod inter nos sit*; neque aliter libri quos excussit Modius. id ipsum significat; quod soli tibi a me dictum sit, quod tu solus mecum scias. locutionis eius plura ego lib. 18. cap. 11. Suspic.

Ego illarum primum v. folium) sic mei omnes; at Pinciani, *primus vel fol* non probauerim.

Et merito ad ostium admotus: foras enim spectat) hoc dixit, quod olim cadauer post efflatam animam cubiculo efferrent, & in vestibulo ædium collocarent ad ianuam ipsam. id proprio verbo dicebatur *collocatio.* glossæ priscæ *Conlocatio, θέσις νεκροῦ.* Suetonius Aug. cap. 100. *A Bouillis equester ordo suscepit; vrbique intulit, atque in vestibulo domus collocauit.* In hoc ritu collocandi, cæremonia hæc addita. seruabant vt corpus mortui foras spectaret, & facie pedibusque esset in publicum versis; fortasse eo situ abitionem illam postremam significantes. Persius:

–tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Homerus item claro in funere Patrocli; Iliad. 7.

Ὅς μοι ἐνὶ κλισίῃ δεδαϊγμένος ὀξέϊ χαλκῷ
Κεῖται, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος. ibique interpres: ἀνὰ τὸ πρόθυρον, inquit, βλέπων. τοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα τῶν νεκρῶν προκειμένων. Bene igitur Seneca, qui ait illum senem *merito ad ostium admotum.* quare? quia ludere ei visum & in officium hominis: ostiarius enim erat: & in senium; quasi iam in extrema tegula staret semimortuus, & ideo iure ad ianuam collocandus. Ait etiam *foras* illum *spectare*: quid, nisi alludens ad illum corporis mortui situm, foras & in publicum obuersi? hæc fere Lipsius lib. 1. cap. 6. Elect.

Vnde istum nactus est) mss. omnes *istic* non *istum.* putauerim fuisse: *vnde istunc.*

Non cognoscis me) sic & Erasmus & pleriq; codd. calamo descripti. malim tamen cum Col. cod. *non agnoscis.*

Cui

Cui solebas sigillaria offerre) libri quidam Erasmi; *sigillaritia*. male. verum est *sigillaria*, & sic omn. mei. Scilicet, non tantum dies Saturnalibus adiecti, *sigillaria*, sed & ipsa munuscula sic vocabantur. docet Suetonius in Claudio cap. 5: *Id solum codicillis rescripsit quadraginta aureos in Saturnalia & sigillaria misisse ei.* quem morem Spartianus in vita Caracallæ ostendit: cum ait: *quæ a parentibus grata sigillariorum acceperat, vel clientibus vel magistris sponte donauit.* idem Hadriano: *Saturnalia & sigillaria frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab eis libenter accepit.* vide Macrobium lib. 1. Saturn. c. 10. & 11. & de vico qui *sigillaria* aut *ad sigillaria* vocabatur, Scæuolam L. penult. §. pater ff. de legat. 3. Suetonium Claudio cap. 16. Nerone 28. Gellium lib. 2. cap. 3. lib. 5. cap. 4. hæc Alexand. ab Alexand. lib. 3. cap. 4. Genial. diei. & Torrentius ad Suetonium.

Ego sum Philositi villici filius) editio Erasmi; *Philositi*. prius illud fuit & in aliquot Pinc. scriptis. alii eius, legunt *Philosoti*. ipse mallet, *Philisti*, vti Græcam referret indolem. mei plerique habent *Philophiei*. vnus etiam *Fillosite*. quod etiam Græcam saperet originem si suis scriberetur literis.

Profecto inquam iste delirat. Pupulus etiam deliciolum) emendatio est Mureti; cui fauere videtur Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 10. quem adi. mss. mei retinent *Profecto*, & pro *pupulus*. habent *vetulus*: etiam Colon. nisi quod apparet antea ibi scriptum fuisse, *pupulus*. scribit Erasmus: *Perfecte inq iste delirat vetulus: etiam delic. &c.* notatur tamen ad oram. legi alias *Perfecto*. ego acquieuerim coniecturæ Lipsianæ, quæ ait: *Perfecte, inquam, iste delirat. pupulus etiam deliciolum, &c.* habet ipse libro 1. Elect. cap 6.

Dentes illi cum maxime cadunt) de eo nos nonnulla Suspic lib 16 cap. 9.

Quocunque aduerteram apparuit) sic & Colon. castigatumque ad eam formam in Pal. tert. vbi prius, *auerteram*, quod & in editione Erasmi, & in ceteris mss.

Gratissima sunt poma) Col. auctior est voce: *Gratissima autem sunt*.

Deditos vino potatio extrema) sic & Erasmi editio ac Pal. pr. quartusque. at reliqui, *potio extrema*, quod mihi hic magis concinnum.

Summam manum imponit) mirum ni metaphora ab artificibus translata, qui primum rude quoddam operis simulachrum effingunt, atque hanc *primam* appellant *manum*: deinde formant expressius, postremo summa cura expoliunt, atq; hanc *supremam seu summam manum* vocant. Ouid.

Nec tamen illa legi poterant sapienter ab vllo,
Nesciat his summam siquis abesse manum.

mox pro eodem dixit: *vltimam limam:*

Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis vltima lima meis.

Erasmus adag. 34 cent. 2. chiliad. 1.

Quod in se iucundissimum hominis voluptas habet &) scil cet metus erat ne traheretur ad voluptatem peculium, aut Deorum. falsa, meo iudicio, lectio. scripserim contra omnia exemplaria, *iucundissimum omnis voluptas*. non opus exemplis, sic omnes fateantur oportet cui vlla vnquam voluptas gustata.

Et illam quoque in extrema tegula stantem) omnes mss. mei, *regula*. etiam Colon. qui seruat amplius; *in extrema tantum regula stantem*: quæ vox, adiecta quoque ab secunda manu, Palat. sec. Erasmus quidem notat alias etiam legi *tegula* pro *regula*: sed non ego id admiserim.

Cupiditates fugasse ac reliquisse) est hoc a quibusdam codd. Pinc. Erasmi editio ac mss. mei omnes: *cupid. fatigasse ac reliq.* quod suspicor auctoris germanum. vt sit metaphora a cursu, quo relinquitur fatigatus.

Primum ista tam iuueni ante oculos debet esse, quam seni) sic & Erasmus. item Palatinus primus. at sec. *Primum ista tam seni quam iuueni ante oculos esse debet.* quomodo & fere muratum est in tert. hoc scilicet modo; *primum ista tam seni ante oculos debet esse quam iuueni*; cum prius fuisset eo ordine quo publicatum est. & vero Colon. quoque peruersam illam seriem verborum obtinet, habetque, *Primum ista vatro seni debet ante oculos esse quam iuueni*. equidem, cum veoit in mentem figuræ qua sæpius delectatur auctor, vix ambigo quin restituendum sit: *Primum ista tam seni ante oculos esse debet quam iuueni*. vt sic loquendo alterum tamen intelligat; *Iuuenibus* videlicet *tam habendam mortem ante oculos quam senecta ætatis hominibus*.

Non enim citamur ex censu) sic & antea Erasmus, & probo. libet tamen enotare varietatem librorum. habet Pal. pr. *Non enim viuimus ex proprio concensu*; atque ita etiam fuerat in Palatino tertio. sed muratum deinde in *Non enim citamur excessu*. quod etiam retinet Palatinus secundus. at tertius vtramque admisit lectionem, bis verbis: *Non enim citamur excessu: viuimus ex proprio consensu*. Colon. seruat: *Non enim viuimus ex proprio censu*. sed vox ista vltima, est ab alterius manu: quá item annotatum ad oram eius libri: *non citamur ad mortem ex censu*, id est *ex numero annorum*.

Vt improbe vnum diem speret) sic voluit Muretus; ideo forte, quod monuisset Pincianus ex nonnullis exemplaribus negationem *non* superuacuam. prius siquidem passim legebatur; *vt non improbe vnum diem speret*. quæ lectio non erat sollicitanda. inepte nihilominus ille, qui *improbe* hic interpretatur *pertinaciter & perpetuo*. nam, vt sciat; *improbe* hic idem notat quod Epistola 92. *Nemo improbe eo conatur ascendere, vnde descenderat.* item Epistola vltima; *Hoc bonum adeo non recipit infantia, vt pueritia non speret; adolescentia improbe speret.* interpretatur ipse lib. 1. cap. 9. *Callidis non difficilem aditum præbet immodica cupientibus; spesque improbas, nihil re adiuturus, verbis fouet.* improba ergo spes, quæ immodica, quæ impudens. sed quid ego hæc Midæ auribus?

Hic pertinet a die natali) sic omnes mei. nec carpo. pars tamen codd. Pinc. agnoscit, *Hic pertingit*.

Est deinde ipse annus) sic libri Pinciani. mss. mei quatuor; *Est deinde per se annus* vel alio ordine: *Est deinde annus per se.* in Pal. quart. est: *Est denique annus per se.*

Præcingitur cingulo) mss. quioque *præc. circulo.* & puto reuocandum.

Cui cognomen Scotino fecit) tertia vox conspicitur in omnibus meis, excepto Palat. tert. cui tamen oræ, licet vitiose, appingitur, *Scotonemium*. sed nec recta ea in aliis. nam primus habet *Scotomion*. quam & exhibent Palat. quart. ac Colon. etiam tert. sed a secunda manu; prius habebat *Scotmon*; vti est in editione Erasmi. Pincianus legendum ietur *Scotinu*: vt sit genitiuus Græcus. Modius putat illam vocem commode omitti posse, vt glossam literatoris alicuius; vtique cum non fuerit in membranis Herbipolitanis.

Quod non in vno die inuenias lucem & noctem & alternas mundi vices) legerim cum omnibus meis, excepto Palat. tert. *quod non etiam in vno die inu. l. & noctem, & inalternas mundi vices.* vtique cum & sic inuenerit in codd. trib. Modius, sicuti testatur Epist. 130. Nou. lect.

Planiora facit ista nox alias) Erasmi editio; *Planeta facit ista nox alias.* at monet Pinc. exempp. sua habere vel *plura facit*, vel *pluralitas* & prius illud quoque in meis.

Alias productior) addidit Erasmus vocem *dies*, quæ solum in Col. meo. sed neque vsquam est in Pinc. libris.

Et illis funereis epulis se sepelisset quasi sibi parentaret) editio Erasmi: *sepelisset, & quasi sibi parentauerit.* Pinciani vero lectio, *& illis funebribus epulis sibi parentauerit.* quomodo fere Pal. pr. sec. quart. alii adstipulantur lectioni Erasmianæ. quam & tuetur Modius; nisi quod malit cum suis mss. *illis funebribus.* quæ vox & in Palatino primo, sec. locus non mihi habetur pro plane integro. nec habeo tamen quo medear.

Vt inter exoletorum plausus hoc ad symphoniam caneretur) quam fatue ex hoc loco quidam introducat, symphoniam in funere, dixi infra cap. 1. de tranquill. vitæ.

Βιώσεως) Turnebus libro 12. capite secundo Aduers. ita hunc locum citat, vt videatur legisse *βεβίωκε*. & certe in mss. scribitur Latinis literis *Bebioto*. alterum illud extat in editione Erasmi.

Debeo epistolam cludere) ita & Erasmus. verum enimuero mss. mei *includere*. nec improbo.

Quidni nulla sit? Patent, &c.) sic quoque distinguitur in plerisque meis, vti hic distinguit legitque Muretus, ex auctoritate codd. Pinciani. prius erat, *Quid ni nulla, si patent, &c.*

Epicurus, inquis, dixit) mss. fere omnes; *inquam*, tantum *inquis*, correctum in Pal. tert.

Vt isti qui in verba iurant) iusiurandi in verba, meminit Horatius Ode 15. Epod. & Epist. 1. lib. 1. Tacitus lib. 1. histor. Brissonius lib. 8. de Formulis.

Nec quid dicatur æstimant) mss. mei omnes *æstimene*. suspectus mihi locus. nam & pro eo quod habemus: *sciant quæ optima sunt esse communia*; libri iidem, *sciantque quæ optima sunt*.

EPIST. XIII.

Nam etiam antequam instruerem te) aptius plane quod præferunt plerique mss. mei ac Modij: *antequam instruerit te*, quod valebit, antequam Philosophiæ te dedisti. neque adeo absurdum fuerit; quid ni enim se ipsum instruere potuerit Lucilius? sed viderit lector. nam idem etiam propemodum magis Modio placet, Epist. 130. Nou. lectionum.

Hinc & illinc apparuerint) ad hæc Erasmus, alij aliud habebant. sed legendum *apparuerint*, vt opponatur illi, *propius accesserint*. apparent & quæ procul absunt. hæc ille. & vero ista lectio in meis quinque.

Hac eius obrussa est) sic ex vetusto codice Erasmus. antea erat; *hac eius probatio obstrusa est*. videtur tamen inclinare Erasmus, vt legat; *hac eius obrussatio est*. quod nolim. nam etsi mei partim; *hac enim res eius probatio est*, partim *hic eius probatio obscura est*, vel *obtrusa est*, aliique etiam olim vulgatis consentiant, retinendum tamen *obrussa*, siue *obriza* nam vox hæc etiam in L. 12. de susceptoribus in Cod. Theodos. L. 2. L. 3. de ponderatoribus eod. Plin. lib. 33. cap. 3. *Aurique experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis. atque ipsum obrizum vocant*. in cuius verbi notatione B. Hieronymus & Isidorus dissentiunt. ille in Hieremiam *obrizum* quasi *Ophirisum* appellatum tradit; quoniam ex Ophir insula laudatissimum aurum aduehetetur. hic vero lib. 16. Etymolog cap. 17. ab eo quod obradiet splendore & coloris sit optimi, nomen ductum putat. est & tertia opinio, existimantium a Græco originem hoc nomen trahere; & *obrizum* quasi ἄϋρυον dictũ, quoniam purum sit & sincerum aurum. qua in sententia Hermolaus Barbarus: at vero Erasmus vocem hanc excludit ab vtraque lingua, cumque sequitur Hotomanus libro de re nummaria cap. De aureis inclinato imperio, &c. vultque verbum istud natum in officina monerali, idque non obscure innuere Plinium, vbi complura eiusdem modi vocabula monetalis & metallariæ artis propria cõmemorat. sic denique nautarum, & singulorum fere artificum atque opificum propria quædam vocabula fuisse. dictũ vero *obrizam*, probationem siue examen per ignem acerrimum, cuiusmodi hodie est quod vulgo *cineritium* appellant, vt apparet ex Lege vlt. Cod. Th. de ponderat. &c. eum vide, nec non Alciatum lib. 5. c. 9. Parergon; Budæum ad L. in naue ff. locati; Brissonium lib. 13. de verb. sign. Torrentium in Suet. Neron.

Qui nunquam sugillatus est) pugillatitium verbum. Glossarium Latinogrӕcum; *Sugillat, ὑπωπιάζει, ὑπώπια ποιεῖ. sugillatum ὑπωπιασθείς. sugillatio, ὑπωπιασμός*. vtitur ea voce D. Paulus, cuius expositionem require a P. Fabro lib. 3. cap. 14. Agon.

Ille qui vidit sanguinem suum) inficetum hoc præ eo, quod ad marginem Pal. pr. *qui vidit sang.* quod idem videtur Modio Epist. 130. cuius scripti itidem habebant illud *videns*. neque aliter legere se e manuscripto Moniusij cod. testatur P. Faber lib. 3. cap. 14. Agon.

Ille qui supplantatus) quod proprie luctatorum. *Supplantare, ὑποσκελίζειν, πτερνίζειν*, supposito pede disiicere, humique affligere. Gallice, *donner la iambe*. P. Faber lib. 1. cap. 10. Agonist. vbi de hac voce plura.

Acrior constitisti) Col. *extitisti* legerim, *acrior restitisti*, quod & in Palatino tertio ac quarto, nec non ad oram primi.

Certe nondum venerint) est hoc fere a Pinc. manuscript. in quibus, *nõdum venerunt*. antea erat, *certe nunquam venerint. nondum venerunt* est in plerisque meis.

Aut præcipimus, id est occupamus, inquit Erasmus.

Illud præsta mihi) Palatinus secundus, tert. Coloniens. *Istud*. placet.

Quasi transire calamistas) Erasmi editio, & schidæ meæ pleræque, *transilire*. egregie.

At enim futurum est. Primum) sic & Erasmi. nec aliter Palatinus quartus. reliqui *Aut enim futurum est aut non. Primum*.

Lymphatici metus sunt) Erasmus ad oram; forte *Panici met.* male.

Inquiramus itaque rem diligenter) mss. quidam mei, *itaque in rem dilig.*

Satis cito dolebit) sic Col ac Pal. sec. at codd. Pinciani, ac Pal. pr. tert. quart. *cito dolebis*.

Quid facies lucri) sic quidem ex suis Pinc. nec aliter Pal. pr. tert. quart. at duo alij, *faciet*.

Interim dum non est) sic Muretus ex iudicio Pinciani, in cuius libris erat illa vox *dum*. meis tamen quinque abest, legiturque, *interim non est*, vt & habet editio Erasmi.

Si plures habebit) Pinciani vetus lectio *habes*, vel *habebis*, & obuiis vltimum amplector vlnis. nam & mei quinque *habebis*.

Cum cœperit impelli) malo, vt est in aliquot meis, *cum cepit*.

Cum illi nec sit) sic Pinciani, non *illis*, vt habebat Erasmus. & mei quidem Palat. tres *illi* habent, verum sec. ac Col. *illis*.

Te remediis refocillare) Pinciani lectio vetus *focillare*. & sic fere etiam mei. sed ij tamẽ habent, *remediis te focillare*. vt forte illud, *te*, mutandum sit in *re*. Modius illud *focillare* probat Epist. 130.

Fortasse hoc non veniet) mss. mei *fortassis non*, absque voce *hoc*. quæ nec in membranis Modij.

Videbimus vtrum veniet) sic editio Erasmi. at Pinciani membranæ, *videbimus vtrum vincat*. quod idem supernotatum Col. codici. at is tamen seruat *vtrum veniat*, quomodo & reliqui mei omnes. Modij codd. habent: *videbimus vter vincat*. quod ipse probat.

Mors vitam honestabit) Erasmus, *& mors istam vitam honestabit*, vt & habet Palatinus primus, tertius, quartus. at Pinciani codices, & Colon. meus ac Palatinus secundus, *& mors ista vitã*. sciat tamen lector esse libros Pinciani vbi nec *ista*, nec *istam* conspiciatur.

Magnum Socratem fecit) sic Muretus, nixus arbitrio Pinciani, cum huius libri omnes haberent *Socratem confecit*. & sic sane etiam est in Erasmi, inque meis. solus Pal. tert. prius habuit *fecit*; additaque deinde præpositio, *con*.

Habet stultitia, semper incipit viuere) ita & Erasmus nec non Palatinus sec. est in pr. tert. quart. *habet stultitia proprium; semper*. quod admiserim. nam & Colon. etiam, *stultitia proprium, quod semper incipit*.

Qui se cum maxime ad ambitionem) ita Muretus ex vet. lect. Pinc. antea erat *se quam maxime*. vt & habet Palatinus primus, tertius, quartus. Pincianus tamen malebat, *se tunc maxime* ego *cum* retineo, quod & superpictum Palat. tert. scribiturque in Palatino sec. *qui se cum maxima ambitione*: in Colon. *qui te cum magna ambitione*. quod vtrunque vitiosum putauerim.

Non adiicerem) sic Colon. Palatinus secundus ac quartus. & adiectum ab alia manu tertio. sed enim antea ei deerat negatiua dictio, quæ neque in Pal. pr.

EPIST. XIV.

Nec nego) mss mei omnes; *non nego*.

Et turbam ferarum, quam in viscera) sic schidæ meæ quinque. Pinciani tamen quidam codices; *& turbam sicarum*.

Et crucem & eculeos) sic etiam in omnibus meis libris nisi quod & alia lectio in Pal. tert. nempe *& culeos*. quam cum & Pinciani scripta exemplaria agnoscant, hic non inuitus admiserim; vt oratio eius crescat. de *culeo*, quid fuerit, & quibus puniendis adhibitus, norunt omnes. de *eculeo*, siue adeo *equuleo*, consulatur Brodæus lib. 2. cap. 9. Miscellaneorum. Turnebus lib. 15. cap. 16. Aduersar. inprimus

mis vero Sigonius lib.3.de Iudiciis cap.18.cuius interpretationi acquiesco.

Vncos) *vncus* fustis erat ab vno latere incuruus, ac sese retorquens. ita Brodæus d.cap.9. putarim potius instrumentum ferreum instar hami, quod eis impingebatur, quos in carcere necatos vel in ignem, vel ad Gemonias scalas, atque inde in Tiberim pertrahebāt. impingebatur autem gutturi. vnde a Iuuenale Sat. 1. scriptum: *qui fixo gutture fumant*. & a Propertio lib.4. Eleg.2:

Et bene cum fixum mento discusseris vncum,
Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo.

etiam in barathio vnci erant, & abiecta in id cadauera his adfixa hærebant, vti discimus ex Suida. de hoc Turnebus lib. 13 cap.9. Aduers. selectiora alia P. Faber lib.2. cap. 9. Semestr.

Et adactum per medium hominem, qui per os emergat, stipitem) adigere per medium hominem, id est, per hominis sedem (honor sit auribus) stipitem, Galli, *Empaler*: Itali, *Impalar* vocant. hoc supplicij genus Turcis peculiare est. Brodæus d.cap.9.

Et distracta in diuersum actis curribus membra) Scinis latro importunus, quos superasset, hoc cruciatu excarnificabat, teste Pausania in Corinthiacis. Brodæus dicto ca.9.

Illam tunicam alimentis ign.) *tunicam molestam* ex hoc Senecæ sermone explicandam putat Brodæus d. ca.9.

Specie enim vincuntur qui patientia vicissent) sic & editio Erasmiana, ne sibi hoc forte arroget nuper Senecæ emendator, qui tamen absurde satis alteram etiam fabricat lectionem: *specie enim vincunt, quem patientia restitissent*. quo quid sibi velit, ne ipsum quidem scire arbitror. lectio vulgata extat in Pal. meis quatuor. est solum in Col. *vincuntur, qui patientia restitissent*. quam scripturam, habeo quomodo defendam; vt videlicet *patientia* sumatur pro illo quod patimur. quid diducis os Grammatice? non ego hæc tibi dico; sed Senecæ familiarioribus.

Et præcordiorum suppurationes) ita Erasmus, nec non aliæ editt. at membranæ meę quinque *suspirationes*. quod velim examinent medici.

Quod præferant) sic & Erasmus. at mss. fere omnes *proferant*. non reiecerim.

Interdum populus est quem timere debeamus: interdum &c.) sic pertinaciter quintuplex scriptura librorum meorum. at tamen lectionem hanc vitij manifesti arguit Modius restituitque pristino, *est quem timeamus. interdum &c.* indicauit Lect. Nouantiq. Epist.130.

Gratiosi timeantur in eo viri, idē eiicit & istud *timeantur*. quod quoque exulare suis, testatus est dudum Pincianus, omisitque Duarenus in tit.4 de constitutionib. Princip. cap.1. neque est in Pal. pr. sec. quart. Iure itaque probo.

Contemnet Austri minas) Erasmus *contempsit*. neque secus est in meis quinque.

Qui Siculum pelagus exasperet) Col. addit *Siculum etiā pelagus* laudo. Erasmus, item Pal. pr. tert. quart. adiciunt: *pelagus interdum etiam plusquam timere debeamus exasperet*. sed bene quod cum Pinc. mss. id eiecerit Muretus. nam nec in Pal. sec. aut Col. apparet.

Nec ex professo eam fugere) sic quidem Muretus, nescio vnde nam Erasmi editio, & mss mei omnes: *eam petere*. quod non temere mutauerim. potius enim est vt suspicer aliquid deesse. quippe post hanc vocem, habentur in aliquot mss. *eam petere. Non nostræ professionis vulgi fauores appetere quia quæ qui fugit damnat*. cū tamen in nullo meorum illæ voces, *Non nostræ professionis vulgi fauores appetere*. putetque etiam Erasmus ac deinde Modius, abiecta ab interprete vel ab annotatore: quanquam, inquit Erasmus, inepte. neque enim hoc sentit Seneca non esse expetendum vulgi fauorem; sed Philosopho dissimulandum, quod amore quietis fugiat Principum commerciū: quoniam si præ se ferat affectum suum; hoc ipso damnat principum consuetudinem, quod profitetur se fugere. hactenus Erasmus.

Quibus potestas populi & in populum data est) hæc & præcedentia exponit Duarenus d. cap.1. item lib.2.cap.19. disput. anniuers.

Nihil inde concupiscamus, vnde rixa est inter competitores) falsa sane lectio. vbicunque competitor, ibi etiam rixa. & sic est: nō debebat adeo temere in contextum recipere lectionē codd. Pinciani Muretus. testor enim & editionem Erasmi, measq; adeo membranas omnes; nec nō quas euoluit Modius, non agnoscere verbum *vnde*. at habere, *nihil inde cōcupiscamus. Rixa est inter competitores*. recte omnino. itaque alterum illud ad scalas ablegetur Gemonias.

Plures computant quam oderunt) sic & Palat. sec. ac Col. emendatumque ad eam faciem in Pal. tert. qui prius habebat, *oderint*, quomodo edidit Erasmus, & testat in Pal. pr. ac quarto. Pincianus prodit codd. esse in quibus extet *quam occiderint*. quæritque num legi possit. *Plures computant, quam occiderint*. equidem; defendi nuper hanc scripturam *Plures computant quam oderunt*, reiecta emendatione eiusque adeo interpretatione quam oggerebat IC. quidam, hoc modo: *pluris computant quod oderunt*, hac sententia, inquit; nemo alium interficit, vt sanguinem ipsum aduersarij ebibat; sed vt solatium potius det vindictæ atque odio: hoc pluris computat, quam ipsum sanguinem fudisse. sic ille noster: quæ forte criticis his indignationem mouebunt, illis risum, mihi neutrum; gnaro non esse cuiusuis recte condire. quin itaque retineamus receptam scripturam. vtique eum & Erasmus ei suum adiciat calculum, noletq; *quam oderint*, alias *oderunt*. hoc ad sensum minimum refert. *oderunt* tamen cōmodius est. sentit enim plures supputatis emolumentis accedere ad homicidium quam odio gratuito. sic Erasmus. Audio tamen maximæ spei iuuenem Matthiam Clocium alibi in Epistola ad Dionys. Gothofredum emendare: *plures zonam petunt quam oderint*. ingeniosa profecto coniectura. Sed quid ea nobis opus? sane illud *computare*, hac etiam notione aliquoties vsurpat noster. vnum adducam exemplum similitudinis plane geminæ, quod est lib.5. de beneficiis cap.17. *Quotusquisque vxoris optimæ mortem timet, vt non computet?* sententiam huius loci fere germanam inuenio apud Ciceronem: *Latrones ignotos sibi viatores non iugulant, quod eos perisse velint, sed lucri cupiditate adducti: in quo plus inesse boni credunt, quam in ipso latrocinio mali.*

Ne in contemtum nos inuidia timor transferat) ita Muretus, quod babuit ab Erasmo, qui sic rectius fuisse in veteri codice tradit; adiicitque sentire auctorem, fieri vt dū præ nobis ferimus quod contemnimus inuidiam, incidamus in aliud malum, vt contemnamur. magnis enim inuidemus, abiectos contemnimus. timere autem humilis est animi. hactenus Erasmi, in cuius editione erat, *ne in contemtum nos inuidia & timor transferant*. quomodo etiamnum in Palat. sec. ac quart. item pr. tert. Col. nisi quod isti seruent *transferat*.

Ne dum calcare nolumus, videamur posse calcari) sic & Erasmus ac Palat. pr. sec. quart. Col. neque aliter est in tert. sed is tamen prius babuit; *ne dum calcare volumus*. quod probum putarim, si modo mutata etiam altera scribamus litera: *ac dum calcare nolumus*. quomodo & voluit Modius Epist.130.

Ha litera non dico) mss. quatuor *hac litera*. videtur tamen loco *litera* aliud quid fuisse in Col. sed quod penitus erasum. Pal. sec. custodit: *Huius litera*. quod scio quid sibi velit, sed non puto etiam germanum auctoris.

Insularum loco sunt) sic fere mei mss. omnes & editio Erasmi. Virgil. *nec Apollinis infula texit*. vult nobis venerationem ac securitatem addere.

Aduersarium habet) sic & Pal. pr. ac quart. reliqui *aduersarios*.

Quid tua vter vincat? melior vincere non potest. potest esse peior qui victus fuerit: nō potest melior qui vicerit) editio Erasmi: *Quid tum? alter vincere potest; melior vincere non potest. Non potest esse peior qui victus fuerit, melior qui vicerit*. ad quæ verba sic notæ eius queruntur: hic locus mire variabat in exemplaribus. vetustus codex habebat, *Alter vincat, potest melior vincere, nō potest nō peior esse qui vicerit*. alius; *Potest melior vincere, non potest peior esse qui vicerit*. vetus lectio mihi magis arridet; *Alter vincere potest, melior non potest*: reliqua videntur adiecta ab interprete. nempe hæc; *Non potest esse peior, qui victus fuerit, melior qui vicerit*. In hoc est argutia sententiæ; non refert, vter

vincat, quum ambo sint æque mali. aliter vincere potest, quia duo sunt, melior non potest, quia neuter vir bonus. hæc Erasmus, ex cuius paraphrasi videtur fabricasse lectionem suam Muretus. at Pinciani castigationes sic habent: *Quid tum? alter vincere potest, melior vincere non potest: non potest esse peior qui victus fuerit, melior qui vicerit.* Sunt exemplaria inquit in quibus sic legitur vt recitaui. in aliis diuerso modo: *Quid tu alter vincat. Potest melior vincere, non potest non peior esse qui vicerit.* in quibusdam ita: *Quid tibi an alter vincat? Potest melior vincere, non potest non esse peior qui vincit.* quæ lectio videtur rectior, modo legatur nō, *vincit*, sed *vincitur*. & sunt quędam exemplaria vbi sic habeatur; *Quid tu alter vincat. Potest melior vincere, non potest peior esse qui vicerit.* hactenus Pincianus. & vero libri mei eandem fere seruāt scripturam, quæ in Erasmi, nisi quod plerique habeant *Quid tu?* non *Quid tum?* Hanc enotaui vett. librorum varietatem, vt vel lector optimum eligeret, vel adeo ex compositis scripturis, nō secus atque ex lapidum flictu, veritatis eliceret ignem. Est quidem I.C. qui has omnes siue Erasmi, siue Pinciani lectiones, arroganti difflat spiritu; tanquam si ineptæ essent. adiicitque se huiusmodi varia, contra quā alij multi, non numerare, sed pōderare. verum ego illi homini nullus credo: vtique cum norim eumdem ne in somnis quidem, Critolai illam vidisse libram. si hæc forte in æs graue mutarentur, probum satis arbitrarer libripendem: nunc qui possim!

In illam ruinam reip. admitterent) male ita Muretus. editio Erasmi mss.q; mei omnes, *in illam rapinam*.

Obrutus sputis extra forum traheretur) sic satis confidēter Muretus, eiectis iis quæ repræsentāt mss. mei quinq; omnesque adeo quos cōsuluit Pinc. item quos supra editione sua Erasmus; *obrutus sputis & portandus extra forum*. vitiose hoc quidem; sed vel sic præstat edimus Senecam, quam vt ad libidinem nostram mutiletur. Pincianus scribendum rebatur, *sputis deportandus extra*; siue *sputis exportandus*; quod postremum fere admiserim, sed fere tantum.

An sapienti opera perdenda sit) codd. quidam Pinc. *an sapientiora opera perpendenda sit*; vt putet forte fingi posse: *an sapienti opera P.R. impendenda sit*: quod vt acutum & verum, Iurisconsultus quis, non aliter atque si Iupiter enuntiasset, arripuit, omnino præter auctoris mentem, qui inquit, se alio tempore disputaturum an sapiēs se immittere debeat Reipubl. quæ eius non est auscultatura consiliis. sed nec agit Seneca, vti ipse vult, in Epist. 68. an sapienti capessenda sit Resp. atque vt ageret, non ideo ad talem faciem interpolandus Philosophus noster.

Interim ad hos te voco) mss. mei amplius; *ad hos te Stoicos voco*.

Qui hoc propositum sequatur) Col ac Pal. tert *sequitur*.

Quam homini temperante) mss. mei Pal sec. Col. *quam in homine temperante*. in aliis est: *quam in homine temperato*.

Denique initium omnium rerum) monet Erasmus in quibusdam rectius fuisse, *Denique consilium omnium*. quanquam vtraque lectio, inquit, proba. bene ille. sed tamen *consilium*, auctoris habuerim germanum. nam id in mss. meis quinque.

Initia in nostra) mss omnes: *Initia tamen in &c.* forte fuit; *Initia tantum in &c.*

Qui per ornamenta percussus est) de iis ago in procemio lib. 4. natural. quæst

Ede inquis auctorem) ad hæc notat quidam, ad euitandam furti suspicionem rei alienæ, possessores *edidisse auctorem*. bona verba: sed quę nihil ad Baccbum: fingit enim Seneca, requiri auctorem dicti, quoniam minus esset vulgatum sic fine Epist. 13. *Non adiicerem auctorem huic voci; nisi esset secretior, nec inter vulgata Epicuri dicta.*

Aliena laudare) Pinc quidam; *aliena dare*. mei omnes vulgato subscribunt.

Adiicere illa aliquid) Pal. tert. ac Col *adiic. aliquid illi*.

Kalendarium versat) librum fænebris pecuniæ creditę significat, in quo nomina scribebantur l. penult. ff. si cert. pet. l. vlt. ff. de pecul. l. 88. de legat. lib. 2. &c. nomen ex eo descendit quod in Kalendas olim fænerari solerent: & ideo Kalendarium nomine libris suis præposito, quæ deinde nomina fecissent, subscriberent. vnde Martialis lib. 8. Epigramm.

Superba densis arca palleat nummis;
Centum explicentur pagina Kalendarum.

Ouidius lib. 2. de Remed. Amor.

Qui puteal Ianumque timent celeresque Kalendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui.

vbi *celeres Kalendas* vocat, quod voto & desiderio debitorum celerius redeant, & vsurarum incrementum adferāt. de hoc Budæus ad L. tali §. Socer ff. de Iure dotium. Alciatus lib. 2. Parerg. cap. 23. Brissonius lib. 3. de verb sign & lib. 6. de Formul. Pamelius Adnotat. in Tertull. lib. de cultu fœm. cap. 9.

EPIST. XV.

Si vales, bene est) ita quidem Mureti editio; at Erasmi, & mss. mei quinque: *si vales, bene est: ego valeo*. verum dicere Senecam, vel ex Plauto liquet Persa act. 4. Sc. 3. quod & Metelli, Vatinij, Cassij, Lepidi, Treboniique epistolæ Ciceronianis familiaribus infertæ testantur. Cicero etiam passim hoc procemio vsus est. idq; fuisse vetustorū literarū exordium testatur Plinius lib. 1. Epist. 11: *Nihil est, inquit, quod scribam. at hoc ipsum scribe, nihil esse quod scribas; vel solum illud vnde priores incipere solebant: Si vales, bene est: ego valeo. hoc mihi sufficit. est enim maximum* Symmachus li. 3. Epist. 40: *Recte valeo. hoc enim scribendi debet esse principium, quod maxime expetūt vota lectoris.* idem lib. 4. Epist. 23. *Nunc redeo ad verba solennia, quibus tibi salutationis officium de more persoluens, mutuum munus exposco.* Iuretus notis ad Symmachi d. lib 3. Brissonius lib. 8. de formul.

Animus eliditur) haud secus etiā editio Erasmi; ad orā tamen, alias legi: *animus læditur*. & sic Pal. pr. tert quart.

Subtilitas animi impeditur) ita & Erasmi. at nulli mearum membranarum adest vox *animi*. & abesse potest.

Mancipia in magisterium recepta) sic quidem Pal. sec. ac Col. at pr. tert quart. *in magistratum*; quod ego non temere eiecerim, motus ea ratione quam pronto lib. 1. Suspic. cap. 9.

Homines inter oleum ac vinum) non aliter Pal. pr. tert. quart. at sec. ac Col. *inter vinum & oleum*.

Dies est actus) Col. Pal. sec. *dies est aptus*.

Si in locum eius quod effluxit, multum potionis altius ieiuno gutture ingesserunt.) Pal. quart. *multum potionis altius ieiuno gutture incesserunt.* quomodo fere Palat. pr. ac tert. nisi quod ij *ieiunio* habeant atque *ingesserunt* emendatum tamen in tert. *regesserunt*. quod *regesserunt*, etiam est in Colon. sed ita vt videatur prius fuisse *regresserunt*. idem Col. præterea habet: *potionis altius in ieiunio iterum regesserunt*. Pal. sec. refert *potionis altius in ieiunio guttere gesserunt*. inuenit & Modius in membranis aliquot; *in locum eius quod effluxerit, multum potionis altius in ieiunium guttur regesserunt* Epist. 127. nnuantiq lect.

Qua corpus & sine mora laxent) Colon. non habet particulam &; estque adscriptum ei *lassent*. quæ vox & in tribus Palatinis. primus tamen & quartus repræsentant *corpus & sum mora*. at sec. *qua corpus & sine mora lassent*. vt non temere putem hic locum habere posse *lassent*.

Et tempori pareant) Pal. pr. tert. quart. *parent*.

Qui corpus in altum leuat, vel ille qui in longum mittit) de hisce saltandi generibus Mercurialis lib. 2. cap. 11. artis gymnasticæ.

Vel illo, vt ita dicam, Saliaris) Col. ac Pal. sec. *saltatoris* reliqui *saltatricis*. omnes male. *de Saliari saltu* actum mihi lib. 24 cap. 12. Suspic.

Fullonius) Varro lib. 5. de ling. Latin. *Apud fullonem vestimentum cum cogitur, concilari dicitur.* imo *conciliare* a ciliis: & græce πιλεῖν dicuntur ex iis coacta vestimēta: vulgo *Feltra* vocamus: nempe τὰ ἐκ τριχῶν συμπεπιλημένα. vnde *conciliare* fullonium verbum, τὸ συμπιλεῖν, πιέζειν, ἑνοῦν καὶ συμπυκνοῦν. a quo & Galli quoque *Fouler* dicunt. hoc intellexit Titinnius Fullonibus:

—Terra hæc noua est
Quasi vbi tu solitus pedibus argutarier,
Dum compescis cretam, & vestimenta eluis.

vnde Senecæ *saltus fullonius*. hæc Scaliger coniectaneis in Varronem.

Quod

Quodlibet ex his elige: vsu sit facile.) sic Erasmus, nec aliter Col. supernotatum tantum alias etiam legi: *elige rude sit facile.* quod ego nauci putarim. Pinciani tamē vetus lectio: *Quemlibet ex his elige vsu rudem facilem.* quomodo & in Pal. tert. ac quart. nisi quod alio ordine, *vsu facilem rudem.* vt & Pal. pr. nisi quod habeat *vsum facilem rudem.* Pal. sec. retinet: *Quod licet ex his elige, vsu sit facile.*

Dandum & aliquod interuallum animo) exponit plunibus Fornerius ad leg. 2 ff. de verb sign.

Sed vt remittatur) Pinciani libris abest, *vt.* nec comparet in vllo meorum, nisi a secunda adfictum manu.

Quod si velis deinde quemadmodum ambules discere) ait Pincianus scribendum cum distinctione: *Quod si velis. Deinde quemadmodum ambules.* ita, inquit, erit sensus apertior, & fauet etiam vetus lectio. quid his velit nondum percipio. nam lectio altera plana & plena; nec abeūt mss. mei, quam quod quidam custodiant *Quid si velis.*

Et buccas edentu obserues) ita & Erasmus. sed quid? an hic erit prima in *edentis* longa, an breuis? si longa, vereor vt satis dicatur Latine: si breuis; non video quid hic faciat. nam sane agitur hic de ambulatione, non de conuiuio. & vero *edentu* extat in omnibus meis mss. sed tamen videbatur prius fuisse in Pal. tert. *& buccas idem obserues.* in Pal. vero sec. margini adscribitur; *& denses obserues.* quod omnino admiserim. nam & decorum etiam circa eas partes obseruare inter orandum, nemo est qui nesciat.

In quantum eius audaciam patientia lenitate produxeris) ita & Erasmi editio. at longe alia scriptura est in Pal. pr. sec. tert. talis nempe; *audaciam eius patientia credulitate produxeris.* in Palat. quart. & Col. est: *audaciam eius patientia crudelitate produx.* ego habeo fere quo illud *credulitate* defendam.

Vsq; adeo naturale est) mss. mei quinque *vsq; eo.* quod non video cur reiiciamus.

Nemo flatum Quiritium fidem implorat) hæc sic videntur intelligere alij, tanquam hic agat Seneca de iis qui in vi maiore fidem populi Romani inuocarent: quod non puto. loquitur enim adhuc de oratoribus; eosque negat principio statim orationis ea verba vsurpare quæ voce magna efferebātur, quibusque Iudicibus vim ac iniuriam inculcarent. atque ita censeo. ductum tamen hoc inde quod moris esset vt populi indigentes auxilio, *Quirites* conclamarent, indeque *Quiritare* & *Quiritari* dictum, quemadmodum Arnobius, Donatus, & Nonius testantur. exemplorum copiam suppeditat Liuius. vnum producam: *Nutrix puella fidem Quiritium implorat.* Quintilianus in declamat. cui tit. Diues a parasito sacrilego reus cædis: *Deinde quemadmodum rapio? de publico? non clamat, nō Quiritium fidem inuocat.* Nec aliud est quod de eo Vlpianus scribit, *qui turbam cōcitauit, dum misericordiam prouocat* leg 3. §. 4. ff. vi bon. rapt. de hac re Ræuardus ad L. 109. de reg. Iur. Briss. lib. 8. de Formulis.

Impetus animo suaserit) sic Pal. etiam quatuor. at in sec. ac tert. additum *per.* & sane *persuaserit* est in Col. vetum istud leuiculum est.

Fac vitus conuiuium) sumpsit hoc Muretus a Pinciani melioribus codd. alij eius. *fac vicinus conuit.* quod & quidam libri Erasmi, omnesque adeo mei. olim edebatur: *fac in cines conuiuium.*

Modesta, cum receperis) ita Mureti editio. nec reiicio. Erasmi illud *modestu* coniūgebat cum præcedentibus. qui tamen fatetur sese ita scribere de coniectura: nisi, si mauis, inquit, *molesta.* ante enim fuisse passim: *prout vox quoque te hortabitur in id valebit,* in alus vero. *in id latus modesta.* in alus aliud. sed nihil horum ipsi placuit, quod putaret imperitum quempiam, tanquam lateris mentio absurde fieret, vbi de pronuntiatione agitur, corrupisse scripturā. scribit Pincianus veterem omnem lectionem agnoscere: *in id latus modesta. Cum receperis.* & sic quoque Palat. sec. tert. Col. alij duo seruant *prout vox tua in id valebit.* quis hic legit, *& latus insta. Cum,* nescit quid dissent æra lupinis.

Cum receperis) sic Pal. pr. sec. tert. quart. at Col. *receptus.*

Detraxi tibi non pusillum negocium. Mercedula & munus gratum ad has beneficia accedet) ita etiam olim emēdauam ante visam Mureti editionem. itaque ne illum audiamus qui mauult: *Contraxi tibi non pusillum negotij: sed mercedula & munus gratum ad hoc, benefica accedent.* hoc enim vere est palpare in tenebris, aut verius euertere mētem auctoris; quæ hæc: se Lucilio, monitis illis suis supra non parum prospexisse; si eis obsequatur: sed non ideo tamen minus consignaturū Epistolam clausula aliqua Philosophica. editio Erasmi habebat: *Detraxit tibi non pusillū negotiū mercedula, & munus gratū ad has beneficia accedet.* notatumq; ad marginē: pro *munus gratū*, alias legi *munus gratus.* vexauit & hic locus Pincianum: nam cum scripta eius exempp. legerent, modo, *Detraxit tibi non pusillum neg. merc. & unum gracum ad has beneficia accedet*; (vti & habet meus Coloniensis) modo; *& unus gracus,* legi posse putauit: *Detraxit mihi non p. neg. mercedula vnus Gracus ad has beneficia accedens.* vt pro *vno Græco* Epicurum accipiamus, a quo has sententias Lucillio debitas mutuabatur. satis absurde. mss. mei Palatini repræsentant; primus quidem; *Detraxit tibi non pus. neg. mercedula & munus gratum ad has &c.* sec. *mercedula & vnum gratum ad hac &c.* tert. ac quart. *mercedula & vnus gratus ad hac, &c.*

Quis has inquis) mss. mei, *Quis hoc.*

Baba & Ixionis) sic & editio Erasmi, notatque idem legi forsan posse, *Babys & Ixionis*; vt intelligamus *Babym* Marsiæ fratrem qui ipsum Apollinem ad canendi certamen euocauit, & *Ixionem* qui nubem pro Iunone constuprauit. addit idem: indicare scholium: *Babam & Ixionem fuisse duos Senecæ temporibus nota fatuitatis homines.* cui, inquit, quantum tribuendum sit nescio. at ego quidem ei multum tribuerim. nam loqui Senecam de stultis qui suo viuerent æuo, euincunt satis quæ præcedunt: *Quam tu nunc vitam dici existimas stultum? nunc* enim præsens signat tempus. nuperus Senecæ emendator, dum Erasmi notas compilat, & pro suis obtrudere querit, quid nisi risum mouet? quippe scribit: Legendum fortasse *Babys,* frater Marsiæ, qui ipsum Apollinē ad canendi certamen euocauit. De *Ixione,* hoc cōstat; nubem pro Iunone stuprasse. itaque *Babyis & Ixionis* exemplis vtitur, tanquam notæ fatuitatis hominum. hęc ille. at cedo mihi aliquem qui *Babym,* qui *Ixionem* pro fatuis traducat; talibus inquam, quales hic requirit Seneca. nā quid de Baby Athenæus, quid de Ixione poetæ narrent, satis scio. sed nimis exorbito. mss. mei habent partim *Laba,* partim *Raba.* plerique etiam *Isionis* retinent, Pal. vero tertius *Isimonis* Col. *Isonis.*

Discedent aliquando) inepte. lege *discedant* sic Erasmus, sic mei.

Et inuitant speciosi apparatus) sic & Erasmus. nec reprehendo. at Col. *& imitantur speciosi appar.* quomodo & Pal. pr. ac quart. excepto quod eis absit particula *&.* quæ ceteris meis etiam exterminatur; qui tamen præferunt: *imitantur speciosos apparatus.*

Quod futuri temporis incerta sors voluit &c.) totam hanc periodum emendauit distinxitque non Muretus, sed Erasmus; cum prius nullo sensu legeretur: *& inuitant speciosi apparatus, & quod futuri temporis incertu sors voluit. Quare potius u fortuna &c.* mss. meis omnibus adest *& quod futuri.* itaque videndum, an non transformari possit in *id.* Pal. pr. retinet: *& quod futuri corporis incerta sors induit,* quart. vero, *& quid futuri temporis incerta sors induit.*

EPIST. XVI.

Perfecta sapientia effici, tolerabilem etiam inchoata) Erasmi editio auctior est voce: *perf. sap. effici, ceterum tolerabilem etiam inch* ad quæ notat, hunc locum nō scribam quemlibet, sed eruditulum aliquem deprauasse. sic enim inquit mutarat scripturam; *ceterum nec tolerabilem sine ipsa etiam inchoari:* quum Seneca senserit, a sapientia perfecta præstari beatam vitam; ab inchoata, hoc est, imperfecta, tolerabilem. hæc ille. Pal. pr. seruat, *effici. Ceterum nec tolerabilem sine ipsa etiam inchoari*; cui subscribunt tert. ac quart. verum Col. atq; Pal. sec. consentit publicatæ ab Erasmo lectioni.

Quotidiana meditatione) libri quidam Pinc. *quotid. lectione.* sicque & Pal. tert. sed deinde correctum.

Itaque tibi apud me pluribus verbis opus non est, aut affirmatis

matis, aut tam longis) hæc sunt a coniectura Erasmi, qui aliquot voces deesse putabat, cum esset in veteri lectione: *Itaque tibi apud me pluribus verbis haud affirmatis, nec tamen longis intelligo te multum profecisse.* miror itaque cur Muretus hariolationem incertam pro legitimis Senecæ nobis obtrudat. lectio quam e scriptis suis adfert Erasmus est in Pal. sec. quart. ac Col. nisi quod Palat. vterque habeat *aut.* non *haud.* est in pr. *Itaque tibi apud me pluribus hac assumatis nec tam longis intelligo.* in tert. *Itaque t. ap. me pluribus verbis haud assumatis, nec tam ligis.* codd. Pinc. habent etiam *tam longis.*

Intelligo enim te multum) illud *enim* est ab Mureti, vt puto, diuinatione.

Dicam tamen quid sentiam: iam de te &c.) & hoc est ab ingenio vt suspicor Mureti. nam Erasmi libri *Dicam tamen sententiam, quod iam de te.* quomodo & est in Col. Pal. sec. tert. quart. nam pr. hic lineas duas transilit. in Pal. tamen tertio correctum est a quopiam: *Dicam tamē quod sentiam quod iam.* Pinciani quibusdā deest vox *iam*; quibusdam vox *quod.*

Non in verbis sed in rebus est) ad hanc sententiam præclara quædam P. Faber commēt. ad L. 10. de iustic. & iure.

Vt aliqua oblectatione) mss. mei, *vt cum aliqua oblect.* sicque nonnulla exempp. Pinc.

Vt habitus fiat) mss. *vt animi habitus fiat, quod est.*

Si repentina aut subita dominatur) Pinc. quidam *si repentina vi & subita dominatur.* sicque Pal. pr. tert. quart.

Si bene te nunc circumspicis) Pal. sec. *circumspicies*, quod & editio Erasmi. videturque fuisse in tert. sed id deinde mutatum in *circumspexisti*, quod in tribus reliquis extat exempp. in Pinciani autem omnibus.

Locupletes possederunt) Pal. pr. *locupl. desiderāt.* sec. tert. Col. *locupl. possederant.* quartus hic hiatum habet duodecim plus minus verborum.

Via eunti aliquid extremū est) Pal. sec. *Viā eunti.* placet.

Retrahe te a vanis) mss. *Retrahe ergo te a vanis.* quod idem Pinc. exempp.

Considera an possit) sic est in Pal. pr. quart. fuitque in tert. sed *an* mutatum in *num.* sec. scribit: *Considera si non possis.* Col. *Considera si poss.*

EPIST. XVII.

Vt sufficere nihil agenti possit) quædam exempll. Pinc. *officere*: alia; *vt sufficere in hoc agenti possit.* alia; *vt suff. hoc agenti possit.* & quidem *sufficere in hoc agenti* est in Pal. pr. ac tert. reliqui tuentur vulgatum. si quid mutandum, procliue esset rescribere: *vt sufficere vnum hoc agenti posset.* & vero fere est vt suspicer sic reliquisse auctorem.

Cum hæc dicis) mss. *cum hoc dicis.*

Summam quidem rei peruides) Pal. pr. tert. quart. *quidem rei non prenides.* sicque & sec. sed tamen sine negatiua voce. Col. *rei prenides.*

Suadebit tibi ne ad calculos sedens) sic epist. 48. dicit: *sedere ad album.* qui hoc trahit ad nescio quem calculorū lusum, ludos facit nō viris dico, sed pueris, suo more. *Calculi* hic quibus numeramus vtimurque in computando, vti aperuit lib. 29. Suspic. cap. 10. & pluribus probat Erasmus adag. 55. Cent. 5. Chil. 1. atque ei rei doctores fuisse, haurio ex hisce Martialis lib. 10. Epigr. 62:

Nec calculator, nec notarius velox,
Maiore quisquam circulo coronetur.

Cum classicum cecinit, scit se non peti) Lipsius Comment. ad lib. 2. Annal. Taciti, putat Senecam respicere ad signum quod dabatur, cum ciuis capite plectendus. ego suspicor potius referendum ad bellicum signum. de quo Vegetius lib. 2. cap. 22. & noster Epist. 52: *Quid ni malit, quisquis vir est, somnum suum classico quam symphonia rumpi.* nam ecce idem fere quod auctor noster, dicit Petronius hoc disticho:

Cum cecinere tubæ, iugulo stat diuite ferrum.
Barbara contemnit prœlia pannis habet.

exemplo est Abdolominus regiæ stirpis vir; de quo, ob inopiam exigua stipe hortum suburbanum colente, sic scribit Q. Curtius lib. 4: *intentusq. operi diurno strepitum armorum, qui totam Asiam concusserat, non exaudiebat.*

Cum aliqua conclamatio est.) sic & Erasmus. Pinciani vett. *cum aliqua vi conclamatum est.* vnde scribendum retur: *cum alicubi conclamatum est.* mei Palat. quatuor vulgg. fauent, solum Col. *cum aliqua vi conclamata est.*

Non perstrepunt portus) Pal. pr. *non strepit portus.* ceteri quatuor, *non strepunt portus.*

Nec vnius comitata) fortius mihi videtur: *non vnius.* sicuti est in Col.

Non circumstat illam) Col. *illorum*: reliqui *illum.*

Bene mori non vetat) iussit nos Pincianus legere ne claudicaret sensus: *non vetet*; idque ex veteri suorum lectione. sed nemo audire visus. ego iterum insusurro vobis sic & habere Col. codicem. sed heus; mi lector, nō cælo te esse in Palat. pr. ac tert. *bene mori vetat.* quæ lectio mihi tantum non germana auctoris.

Et dicta fœdam tulere famem) placet quod est in Col. *& dicta fœdus tulere famē.* nā & aboqui in aliis omnib. est; *& dictu fœdius tulere famē.* Modio etiā placet *fœdus* Epist. 127.

Non est ergo prius acquirendum) ita & Erasmus & Pal. sec. at reliqui quatuor; *Non est ergo plus acquirendum.* quod nemo deinceps dubitabit recipere in contextum.

Hac erit vltimum) mss. mei, *hoc erit vltimum.* & admiserim.

Iamdudum exiliet e vita) ita & Erasmus. at quinq. mei constanter: *Iamdudum exibit e vita.* nec ambigo quin potius sit altero illo.

Aut ex merce compēdium) sic Muretus, auctoritate aliquot codd. Pinciani. quomodo extat in omnibus meis excepto Pal pr. Erasmi editio ostentat: *ex mercede compendium.*

Sæculum muta) mss mei omnes: *Seculum muta.*

Inest omni sæculo quod satis est) sic semper legendum putaui, non vt alias vulgatur: *id est omni sæculo.* Pal. pr. habet; *idem ante omnia secula quod sat est*: sec. *id est autem omni seculo quod sat est*; sed alius quis inde fecerat, *id est ante omnia secula quod sat est.* quod vltimum etiam habet tert. sed adscriptum: superflua esse. Pal. quart. *id est ante omnia secula quid satis est.* Col. *Id est autem omni seculo quod satis est*, sed alterius scriptum manu, cum prius fuisset: *id est ante omnia secula quod satis est.* idem ille tamen notatum habet ad oram: *Inest autem omni seculo &c.* duo libri Modij referūt: *id est ante omnia secula quæ sata sat est.* aitque in altero non comparuisse ea verba; vnde suspicatur glossemata hæc esse legendumque eis omissis, *Hæc ad alios permeat; tu locupletibus propior es. Seculum muta. nimis habes. Poteram &c.* redeamus, inquit, ad Fabriciorum & Curiorum tempora; immodice diues es. hæc Modius lect. nouant. Epist 127.

Quid istuc?) non aliter quoque cui præponitur nomen Erasmi. at mei omnes. *Quid istic?*

Sed mutatio) Pal. pr. *sed mutuatio.*

Non hoc miror) mei vno ore: *Nec hoc*: laudo.

Illud quoq. quod paupertatem) sic Col. ac Palat. tert. nec non ora Pal. sec. at Pal. pr. vocem *quod* non habet. quartus vero destituitur dictione *quoq.* quam tollendum e veteri suorum lectione monuit Erasmus.

In ligneo lecto) sic & ad marginem Col. in cuius æquore erat *in lineo.* sed mei alij omnes *in ligneo.*

Malum suum illum sequitur) sic & Erasmus & Palat. sec. tert. quart. transposita tamen voce: *Malum illum suum seq.* probo. Pal. pr. non habet vocem *illum.* Col. vero exhibet *Malum suum ille sequitur.*

EPIST. XIIX.

December mensis est quo maxime) mss. mei concordi calamo; *est cum maxime.* quod idem seruant codd. Pinciani. Modius rescribit ex tribus mss. *Decemb. m. est, quo cum maxime.*

Tanquam quicquam inter Saturnalia nunc intersit, & dies rerum agendarum) Pal. pr. tert. quart. *inter Saturnalia sit & dies rerum ag.* sec. ac Col. *inter Saturnalia intersit & dies*; prorsus in eo consentientes quod non habeant vocem *nunc.* quæ in Mureti editione, contra omnes impressos: in quibus palam. *non intersit.* quo motus P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 14. restituendum duxit: *modo intersit.* siue hoc siue illo modo legamus, non multum interest. Putauerim tamen Fabri istud germanius esse auctoris, quam illud Mureti: vtique cum propositus aliquot scriptorum

ptorum locis demonstret in eo ipso verbo crebrum & frequens librariorum peccatum. Si quis tamen contenderit, eiiciendam vocem litigiosam, ei facile suffragabor: præcipue cum eam quoque non extare in mss. aliquot refletur & Erasmus in appendice notarum suarum, & Modius Epist. 127. nouant. lect. ceterum qui de *Saturnalibus* multa quæret, adibit Macrobii libros & Lipsii, item Brodæi scholia ad lib. 1. Epigramm. Græcor. extremo.

Et hilarius cœnandum) sic Pal. pr. sec. tert. in quarto ac Col. *& hilaribus cœnand.*

Et exuendũ togã) ex hoc lux affulget Martiali li. 6. Epig. 24:

Nil lasciuius est Carisiano:
Saturnalibus ambulat togatus. Item,

Lib. 11. Epigr. 7: *Vncta Falcifero senis diebus,*
Regnator quibus imperat fritillus,
Versu ludere non laborioso
Permittis puto pileata Roma.

Denique lib. 14. in princip.

Synthesibus dum gaudet eques, dominusq. Senatus,
Dumq. decent nostrum pilea sumpta Iouem:

Nec timet ædilem &c. Faber li. 2. Semestr. ca. 10. & plenius Lipsius lib. 1. Saturn. Sermon. cap. 2.

Quod fieri nisi in tumultu & tristi tempore &c) puta propter exercitus cladem, aut seditionem in vrbe, aut ob Imperatoris primariæue personæ alicuius obitum. quod ipsum quoque Plutarchus asserit in Cæsare & Cicerone, post Lucanum, quo loco inquit lib. 2. Pharsal.

--plebeio tectus amictu
Omnis honos: nullos comitata est purpura fasces.

de hoc vide apud diligentem illum Fabrum d. cap. 10.

Vestem mutamus) mss. omnes: *vestem mutauimus.* sicque & editio Erasmi.

Per omnia similes pullata turba) ita quidem Romana editio. vellem scire causas. nam prius editi, *pullata turba*, cui suffragantur Palat. mei quatuor, nec non ora libri Col. in cuius tamẽ cõtextu *palliata turba.* quod hercle nõ ita insubidũ, vt possit eiici absq; S.C. Criticorum. nã *palliũ* certe inter eas vestes quib. frequẽs inter conuiuandũ vsus.

Et in luxuriã crabentia) ita Pall. quatuor, & margo Col. qui tamẽ loco vltimæ illius vocis retinet: *lux. recũbentia.*

Tentare animi tui firmitatem) sic Palat. omnes, at Col. *temperare*, minus recte.

Miles in media pace decurrit sine vllo hoste) notat ad ista IC. vnus: Decursiones, inquit, militares fiebant in funeribus clarorũ virorũ, quasi illi in procinctu essent milites, adiicitq; plura exẽpla eius moris quæ mutuo sumpsit a Turnebo lib. 5. ca. 8. aduersar. sed quid ista quæso ad hũc Senecæ locũ? nec per somniũ quidẽ de tali decursione agit. eã siquidem tangit, qua milites se per otiũ æque exercebãt atq; si in manibus & oculis hostes. Facit hoc omnino Tertullianus lib. ad Martyres cap. 3: *Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit: sed de papilionibus expeditis & substrictis: vbi omnis duritia & imbonitas & insuauitas consistit. Etiam in pace, labore & incommodis bellum pati iam ediscunt, in armis deambulãdo, campum decurrendo, fossam moliendo. testudinem desiccãdo &c.* vbi noto in mss. plerisq; legi voce vltima *desudando*, quod singulariter placet. adde Vegetium lib. 2. ca. 23. Decurrere autem dicebantur, cum in armis ordinem seruantes pleno passu incedebant, aut currebant, vti recte ad hanc vocem d. cap. 8. Turnebus.

Vallum iacit) I.C. ille qui supra, scribit se hic legere: *palum iacit*, quoniam & infra sit, *exerceamur ad palum.* Nisi, inquit, *vallum iacere* hic idem sit quod Vegetio lib. 3. cap. 4: fossam aperire. nec *vallum iacere*, idem, mi homo, quod aperire fossam; neque tamen quid hic mutandum. scilicet antiquitatum ignarus iure ab his abstineret vngues. nam etsi vallum sæpius capiatur pro omni munitione castrorum: non tamen etiam lata illa significatione venit fossa hinc toties apud auctores coniungitur fossa ac vallum. legatur Renatus ille lib. 1. cap. 21. lib. 3. cap. 8. li. 4 cap. 28. de re militari. *Iacere* igitur *vallum* dictum eadem ratione, qua *Iacere aggerem.* quod vsurpat Lucilius lib 26. Satyr. *Aggere in iaciundo si quod est in vineis actis opus, primum id dant operam, vt quam primum appellant.* at *Iacere palum*, Latinum nõ est: vtque sit, non hic tamen magis conuenit, quam Asino Cumano exuuiæ Leonis:

Non est quod nunc existimes me ducere te ad modicas cœnas & pauperum cellas) Erasmi editio, *ducere te admoneas cœnas*; quomodo & habuit liber primus cusus. adiicitque, alium cod. repræsentare; *me dicere admoneas*; alium, *me ducere te vt te moneam*: at ipse, si expungas inquit *te*, & reponas *vt*, tolerabilis erit sensus: *me ducere te vt admoneam.* verũ hanc ipsam lectionem damnat in posterioribus annotationibus, & placet ei lectio quam habet editio hæc Mureti. ambigo tamen an ipsam mss. quis codex ei suggesserit, an amicus aliquis sed verba magis sonant, vt liber scriptus: inquit enim: non displicebat quod quidam habebat, *me ducere te ad modicas cœnas.* Pal. pr. ac tert. retinet: *me dicere, admoneas cœnas.* sec. *dicere, an moueas cœnas.* quart. *me ducere admoneas cœn.* Col. *me dicere te moneat cœnas.* a quo minimum abibat antiquus Turnebi codex, qui voce vna, *me dicere Temoneas cœnas &c.* vnde putat idem, verum esse *Timoneas cœnas*, quibus nomen a Timone, qui humanum genus exosus erat, vitamque quandam inhumanam & feram sequebatur, in cibisque non modo vulgaribus, sed etiam vilissimis, & ab reliquis hominibus prope damnatis acquiescebat. hæc Turnebus, lib. 24. cap. 33. nec potuisset verius Appollinis tripus.

Grabatus ille verus sit) alias legitur: *ferus* in Erasmi exemp. sed *verus* restat in Pinciani libris & Pal. sec. infit Erasmus, forte legendum *ferus*: vt commendet vigiliam. non male. in Col. est *versus fit.* superscriptumque *verus sit*, quod item seruant Pal. pr. tert. quart. nec hercle exsibilauerim. diu tamen est quod excogitaueram; *ille sanctus sit.* sic libro de vita beata cap. 25: *Nihilo miserior ero, si lassa ceruix in manipulo sani acquiescet &c.*

Dupondio stetur) antea *dispendio*, quod & in mss. meis. sed maluit Erasmus *dupondio.*

Et intelliges ad satietatem) Pal. pr. sec. quart. *securitatem.* quod cũ & in suis inuenerit Modius, ita omnino scotiti emendandũ. tota enim, inquit, præcedens epistola versata est in eo, vt Lucilio quẽ a Philosophia abstinebat rea familiaris, quã ita se prius disponere velle dicebat vt posset sufficere nihil agẽti, ac sic animo otioso, & de rebus ad vitã necessariis securo studiis daturum se promittebat, vt huic, inquam, Lucilio persuaderet, posse iam tũ eum de paupertate securũ hoc agere. atq; hoc est quod iterũ hic repetit. hæc Modius nouãt. lect. epist. 127. cui fere assentior.

Debet etiam grata) Pall. quatuor destituitur voce *etiã.* at eius vice est in Colon. *debet licet grata.* scito, nec hanc, nec illam auctoris.

Tam facile erit &c.) in Pal. sec. ac Col. etiamnum hæc pendent a superiorib. repetitoq; verbũ; *quod tã facile &c.*

Exerceamur ad palum) emendationem hanc debemus Erasmo. nam mss. mei eiusque, *ad paululum.* voluit autẽ auctorem alludere ad militiæ morem, de quo apposite Vegetius lib. 1. ca. 11. *Palorum vsus non solum militibus, sed etiam gladiatoribus plurimum prodest. Nec vnquã aut arena, aut campus inuictum armis virum probauit, nisi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum. A singulis autem tyronibus singuli pali defigebantur in terram, ita vt nutare non possent, & sex pedibus eminerent. Contra illum palum, tanquam contra aduersarium, tyro cum crate illa & claua, velut cum gladio se exercebat, & scuto: vt nunc quasi caput aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur, interdum contenderet poplites & crura succidere, accederet, recederet, assultaret, insiliret, & quasi præsentem aduersarium, sic palũ omni impetu, omni bellandi arte tẽtaret. In qua meditatione seruabatur illa cautela, vt ita tyro ad inferẽdum vulnus insurgeret, ne qua ex parte ipse pateret ad plagam.* hæc ille: ad quæ videantur commentaria Stevvechij. sed & his affinia multa Lucianus in Demonacte.

Quod quis magno labore) est in solo Col. *quis maligno labore.*

Scripsit Carino magistrata) Erasmi editio; *Carino, de magistrata.* quod idẽ in aliquot meis a secunda repositum manu prius fuerat, *Carino magistratui.* in Palat. etiam sec. extitit: *a Carino magistratu.*

Non toto asse se pasci: Metrodorum qui nondum totum profecerit toto. In hoc) distinctio hæc acuta Erasmo accepta ferenda; cum antea legeretur, *non toto*

asse pasci Metrodorum qui nondum tantum profecerit. toto in hoc &c.

Saturitatem non putas esse? & voluptas est.) mss. meis omn. abest vox *non*. adduntque Pal. pr. tert. quart. *& quidem voluptas* prius illud admiserim.

Non enim iucunda res est) ita membranæ meæ omn. monet tamen Erasmus alias legi, *enim horrenda*, etsi prior lectio est argutior. vt velit; ipsam rem per se non esse iucundam, sed animi sic instituti summam esse voluptatem.

Et ad id se reduxisse) sic & Erasmus. at calamo exarati quinque, *ad id se deduxisse*.

Liberaliora sunt alimenta) & ab Erasmo editus & iidē mei quinque. *Liberiora*. probo. nam & mox ait; *Non tam anguste &c.*

Non tam anguste quam occisurus est pascit) Ræuardus li. 2. cap. 18. Varior. assentitur quidem Pomponio l. 2. §. 16. de orig. Iuris, dicēti *Triumuiros constitutos, qui carceris custodiam haberent, vt cū animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret*: sed ea verba sic accipit, vt tantum curam habuerint carceris, non etiam ipsi fuerint custodes; probatque ex hoc Senecæ loco; qui innuit carnificem carceris fuisse custodem. quod præterea confirmat libro 6. Liuius dum scribit: *Eum pati vinctum in carcere in tenebris, obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam?* Et id quidem adeo verum est, vt in carcerem & ad carnificem trahere vno eodemque sensu frequenter posuerint veteres. Plautus Rudente: *Inbellos en vrbem ire obuiam ad portū mihi, Quos mecum duxi, qui hunc ad carnificem trahant.* Sed & Val. Maximus lib. 5. cap. 4. triumuirum a carceris custode distinguit: eoque sensu accipiēdum etiam est, quod idem lib. 8. cap. 4. scribit, *Alexandrum Fannij seruum a L. Calpurnio triumuiro in crucem actum*: quasi scilicet interuētu Calpurnij a carnifice crucifixus sit. hæc Ræuardus quem consule. quomodo carnifex carcerem custodierit, eum tamen Cicero pro Rabirio Perduellionis reo, ipsum illum vrbis domicilio carere censoriis legibus faciat, explico alibi.

Quod nec ad extrema quidem redactis timendum sit) editio Erasmi: *ad extrema quidem decretis tim.* vti & est in Col. & fere quoque in Pal. sec. nēpe, *extr. quidem de ceteris tim.* item quart. *extremum quidem decretis timendum*. at pr. & tert. referunt, *quod ne extremis quidem decretis timendū sit*. idque scio fere auctoris purum ac putum. vltima sane sententia Iudicum hoc nomine eleganter designabitur. cum enim illud *decretum* censeatur quod caussa cognita statuitur, pronuntiatur, l. 1. ff. de off. adsess. l. 9. §. vbi decretum ff. de officio Proconsul. l. 3. ff. de minoribus &c. haud vllum illi patebat effugium qui hoc modo damnatus. inquit enim Donatus in Andriæ Act. 1. Sc. 3: *Decernere est de magnis rebus certam proferre sententiam.* certe etsi vox *decerno* tum maxime in vsu apud veteres cum in alicuius honorem quid censebant, de quo exempla multa Brissonius li. 2. de Form. at sæpius etiam inuenitur aliis in rebus. Salustius in bello Catil. vbi Iunij Silani de coniuratis sententiam refert: *De his qui custodiis tenebantur, & praeterea de L. Cassio, P. Furio, P. Vmbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreuerat.* quin imo noster videtur id verbi peculiariter accommodare rebus tristibus & funestis. vnde Epist. 117. *Quam stultum est, cum signum pugnæ acceperis, ventilare? Remoue ista lusoria arma; decretoriis opus est.* iterum lib. 1. de Clem. cap. 14: *Numquid aliquis sanus filium ad primam offensam exheredat? Nisi magna & multa iniuria patientiam euicerint; nisi plus est quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium stilum.* quo quid velit postea explicat, cum subiicit: *Multa ante tentat, quibus dubiam indolem, & peiore loco iam positam reuocet; simul deplorata est, vltima experitur.* sed & alibi *decretorium diem* eum appellat, quo nobis moriendum.

Quarum possessione tibi non interdico) non secus quidem editio Erasmi. at mei quinque quasi de compacto: *possessionem tibi non interdico*. & amplector.

Delegabo tibi Epicurum) hoc est, dabo eum tibi, vt pro me dependat, sicuti loquitur Epist. 20. ludit autem in ea conuentionis specie de qua diximus aliquam multa lib. 6. de benef. cap. 5. interim sciamus eusos ab Erasmo, item chirographos meos quinque, aliter legere: *Deligabo te ad Epicurum.* quod miror cur mutatum voluerit ille qui Romanæ editioni præfectus.

Cum habueris seruum & inimicum) Pal. sec. ac Colon. nec non ora tertij: *cum hab. & seruum & inimicum.* impensius placet.

EPIST. XIX.

Iam non promittunt) scripserim, *& iam non pr.* nam libri quatuor, *etiam non.* solus Palat. quart. *nam non promitt.*

Incipiamus in senectute vasa colligere) metaphora a re militari. cum castra mouenda erant, *vasa colligi* iubebantur. Cic. lib. 6. in Verrem: *Ille ex Sicilia castra iam mouerat & vasa collegerat* Liuius li. 21: *Itaque proxima nocte iussis militibus vasa silentio colligere.* Donatus ad ea verba Terentij Phorm. Act. 1. Sc. 4. *aliquid conuasassem*, ait. *Figuratum est, a colligendis vasis.* hæc Brissonius, apud quem plura exempla lib. 4. de Formulis.

Latebram parari ad obliuionem) Col. ac Pall. quatuor *parari & obliuionem*, sicuti & excudi iussit Erasmus.

Tanta notitia te inuasit) sic & Erasmus. at mei, *Tam notitia.* excepto Pal. quart. in quo *Tanta.*

Licet in extrema) Erasmus addit, *vt licet in extr* quomodo & alia manu scriptum in Pal. sec. cum prius ibi; *vt in extrema*, quod & extat in Col. sed enim Pal. pr. tert. quart. *vt sim in extr.*

Non potest paruo res magna constare) quidam reponit: *non potest paruo hac alea constare*. sed interpolatura hæc minus placet; cui non solum refragantur mss mei quinque, sed & ipse Seneca. vide me lib. 29. ca. 12. Suspic.

Vtinam tibi quidem senescere) notat Pincianus verbū quidē non extare in aliquot schidis scriptis; & laudat. nollem factum. nam ea particula hic tantum non requiritur & repræsentatur ab mss. meis quatuor, abest tantummodo Palat. tert. sed tamen alterius deinde reponitur manu.

Nunquam erit tempus) Pal. pr. tert. *nunquid.* Pinc. quidam addunt, *desinendi.* vix probarim.

Talem dicimus esse cupiditatum) nullus mss. meorum habet verbum, *dicimus.* quidam etiam ex iis custodiunt *cupiditatem.*

Subduc ceruicem iugo: semel illam) ita & Erasmus. at Pal. pr. tert. addunt *iugo: tibi eam semel illam.* emendemus: *Subduc ceruicem iugo tritam. semel illam &c.* sic certe extat in Pal. sec. quart. Col.

An in copia famem?) sic quoque Erasmus, mss. q; mei excepto Col. in quo, *an ex copia.*

Vtcunq.) sic & mei. at id mutatum in Col. in *vtique*, annexumque verbo subsequenti.

Accedet ad metum) sic fere voluit rescriberemus ex vet. lect. Pincianus, scilicet, *accedet ad motus*; cū prius vulgaretur *accedet & metus.* vltimum istud est in Palat. pr. ac sec. in tert. Col. *accedet & ad metus.* quod recipio. quart. *accedat ad metum.*

Nec voles quod debeo in aspero & probo accipere) scribit ad hæc Erasmus: Considera, lector vtrum malis, *Asperum & Probum*, Grammaticos accipere, an addere voculam, *nisi in aspero & probo accipere*, vt sit allusio ad monetam. nummus probus est qui non peccat in materia: asper, quū nondum est detritus vsu; siquidem videntur esse verba forēsia, siue Iurisconsultorum; *nec voles quod debeo, nisi in aspero & probo accipere* hæc Erasmus. cuius correctionem recepit & Turnebus lib. 18. ca. 28. Aduersar. huncque subesse putat sensum: Voles, inquit, habere ac requires asperum Philosophiæ nummum, non fugientem ac tritam Mæcenatis monetam. Sic ille. neque aliter isthæc Senecæ citat Hotomanus lib. de re nummaria cap. 2. at ecce tibi nuperum hominem qui magno fastidio sese hunc locum leui sanatione restituere iactat; nec vna literula discedit ab emendatione quam nobis communicarunt tres viri illi quos laudo. non ausim in ipsum iacere tritum illum, *Occidit miseros crambe repetita*; ne contra audiam Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. solum libens percontarer, an cum pace eius, hanc correctionem in dubium vocare possim. si sic dixerim minus Senecæ conuenire sententiæ illud *nisi*. ea quę sit, satis aperte tradit in notis suis Muretus.

quia

quia tamen non addit rationem, cur veteres nummi magis desiderarētur ab thesauros cumulantibus quam ij qui nouiter percussi; & eam quidem putarim, vel quod nummi posterioris qui ex impuriore conflarentur metallo, vel quod eorundem æstimatio multo grandior, quam cum primum cuderentur. certe primum illud suo inualuisse seculo, conqueritur Prologus in Casina Plautina:

Antiqua opera & verba cum vobis placent,
Æquum placere est ante veteres fabulas.
Nam, nunc noua quæ prodeunt Comœdiæ,
Multo sunt nequiores quam nummi noui.

de altero, pleni sunt omnium auctorum libri. nec ego sum qui meridie faculam. At de *aspero nummo* si absoluta quis cupit, consulat Turnebum d. lib. 18. Hotomanum libro de re nummaria. Franciscum Iunium notis suis ad Curopalatem.

Vt se res habet) geminauerim voculam: *Vt vt se res habet.* sic certe loquimur; imo sic loqui debemus. mss. mei non variant, nisi quod Pal quart. habet: *vt si.* primus vero ridiculum quid interfarcit: *vt edas & bibas se res habet.*

Leue æs alienum debitorem facit, graue inimicum) Pal. tert. ac Col. *grauem* habet, sed male. concipiunt etiā quidam hoc modo: *Leue æs alienum debitorem, graue facit inimicum.*

Ad conciliandos amicos) ita & Col. at Pall. quatuor, *ad concil. animos*; quod & erat ad oram edit. Erasmi. laudo.

Itaque dum incipis esse mentia) sic & Erasmus. Pal. pr. tert. quart. Colon. *dum incipies.* quod meo animo proprie facit.

EPIST. XX.

Qui iuuenum otiosorum aures) Stephanus lib. 2. cap. 1. Proodop. perstringit Muretum quod nobis persuadere velit primum sese edidisse hanc scripturam. non autem *occisorum*: cum nec Pincianus, nec ante eum Erasmus in superioris temporis editionibus illam vocem *occisorum* eo loco legi permiserit. sed & mallet idem Stephanus legere *aes*, vti est in quibusdam cusis, *qui iuuenum & otiosorum.* quam scripturam & mihi approbat; cum & sic quoque mss. mei quinque.

Ne orationi vita) præposuerim scripturam mss. *nec orat.*

Vt ipsa inter se vita vnius, sine actionum dissensione, coloris sit) Erasmi editio alteram admittit vocem: *sine omnium actionum*: quæ & in Pall. quatuor. Colon. liber hic ita a secunda manu interpolatus est, vt scire nequeam quid prius ibi fuerit. habet autem: *vt ipsa intra se vita vnius sit omnium actionum differentium color.*

Est difficile hoc: nec dico sapientem) mss. plerique *Difficile est hoc. nec hoc dico.* estque etiam in Pal. pr. ac quart. *nec hoc dicas.* forte. *Difficile, hoc est, nec hic dico.*

Domusq. dissentiat) Erasmus mss. omn. *dissentiant,* quod reducatur.

Itaque vt relinquam) Erasmus *relinquam.* etiam Pall. quatuor. *dereliquam* Col. quod probo.

Licet illam exceptiunculam non adiiciam, nō potest &c.) P. Faber ad L. 164. tit. de reg. iur. monet veterem librum habere, *non adiiciam.* probauerim. nam non aliter mei quinque.

Quæ dicit, Demetrius) alius codex Erasmi: *quod dicit.* at mei omnes *quæ dicit.*

Non potest vsquam) melius multo quod in meis verbo amplius: *non potest enim vsquam.*

Itaque plerisque) Erasmus; *atque plerisque.* mss. quinque: *ac plerisque.* miror igitur vnde eruerit Muretus illud *itaque.*

Ipsa se pascet) sic & Palat. pr. tert. quart. duo alij: *ipsa te pascet.* quod veluti argutum exque auctoris mente huc reduxerim. perpendant modo sequentia, Ælij ac Persij.

Aut quod tu) sic & Col. ac Pal. sec. at pr. sec. *at quod tu.* quart. *ac tu quid.*

Non est autem &c.) sic & editus ab Erasmo, ac Pal. pr. sec. quart. verum non est in Colon. ac Palat. tert. vox *est.* & certe erectior mihi videtur sententia si legamus; *Est autem vel ob hoc vnum amanda paupertas, quod a quibus ameris, ostendet.* scripsit *ostendet*, quod & sic membranæ omnes, non vt vulgg. *ostendit.*

Deo remissurus) bene; sicque Pall. quatuor. est in Coloniensi: *Deo commissurus.* quod docti alicuius figmentum.

Quæ potest esse felicitas Deo propior) Erasmi editio: *Quæ potest esse fel. propior.* absque dictione *deo.* quæ nec vsquam in vllo mss. meorum.

Cum illum vidi nudum, quanto minus quam stramentis incubantem) ita Mureti editio; sicuti & vetustissime cusi; nisi quod ij quoque, *quam in stramentis* publicatus ab Erasmo continet; *cum illum, inquit, vidi nudum, quanto minus quam in stramentis incubantem.* adnotat tamen idem, fuisse in alio libro; *Cum illum vidi nudum.* in tert. *cum in stramentis vidi illum incubantem.* adiicitque neutram lectionem carere scrupulo. his nihil subuenit Pincianus; nisi quod ait verbum, *inquit*, abesse scriptis suis omnibus: quod idem ego testor de meis Pall. quatuor: habentque, *cum illum vidi nudum, quanto minus quam in stramentis incubantem*: hoc tantum differt quart. quod iunctim exhibeat *instramentis.* at Coloniensis præfert, *cum illum vidi quam nudum, quanto minus instramentis incubantem.* si recedere licet a mss. lubens legerim; *cum in illum incido nudum, quanto minus quam instramentis incubantem?* Vt vt est, illud *instramentis* hic omnino inculcauerim, vnica dictione. de qua dico in Suspicion. meis.

Tunc enim non præceptor) illud *tunc enim,* non extat in Erasmi editione, nec vllo mss. quem euolui.

Non licet diuitias in sinu positas contemnere?) dictum eadem propemodum ratione, qua illud Epist. 105. *si scieris in sinu gaudere.*

Nec ego Epicuri angelus scio an pauper iste &c.) ita Muretus. Pincianus emendat, ex mss. suis: *Nec scio, inquit Epicurus, si iste pauper.* quod palato meo non satisfacit. Stephanus ad Dalech Epist. 13. quod alibi extet: *Epicuri amulus,* id libenter mutaret in *amiculus.* primum quod multis de causis se Seneca potuerit, iocose tamen, Epicuri vocare amicum. deinde facilem librario vocis *amiculus* in *amulus* mutationem postremo, & Latinissimum esse hoc diminutiuum, & aliquid blandimenti adiunctum habere. editio Erasmi, item Palat. pr. & tert. habent: *Nec scio ego Epicuri angelus, si iste pauper. &c.* sec. *Nec ergo Epicuri angelus si iste &c.* quart. *Nec ego scio si iste pauper.* Colon. *Nec scio ego Epicuri angulus si iste.* quomodo idem fuit in vno quem consuluit Erasmus. qui etiam notat, fuisse in altero: *Nec ego Epicuri angelus.* item, *Nec scio ego Epicuri amulus.* quod postremum hic facile quis tueatur, tanquam positum pro *antagonista* & *aduersario.* Tacitus sub initium lib. 16. Annal. vbi de Musico Agone: *Sed Nero, nihil ambita, nec potestate Senatus opus esse dictitans, se æquum aduersus æmulos, & religione iudicum.* sic ergo vocabit Epicurum, quod non minus ipsius atque ille ad vnam rem adspirarent, licet alia atque alia via. sed ne sic quidem lectio mihi integra.

Sed preparare tanquam) ita & Erasmi editio. testatur auctoritate omn. mss. *sed præparare tanquam.* sic certe postulat auctoris mens.

Iussus est lacte & panno esse contentus) oppido bene. sicque mss. quinque. scilicet *lac* ventri sufficit: *pannus* scapulis. hincque illud non modo venit potus nomine, sed etiam cibi. Ouid. in Ibin:

Gutturaq. imbuerunt infantia lacte canino.
Hic primus pueri venit in ora cibus.

certe aliquem simplici *lacte* nutriri posse, neminem credo dubitare, si tamen, legat mihi lib 1. cap. 17. Artemidorum de somniorum interpret. apage itaque eum qui inquit, pro *panno* fortassis legendū *pane.* quid enim hoc frigidius? sed & idē quoque vltima huius Epistolæ verba perperam interrogatoria ornat nota. nam paristimum fere illi quod apud Plinium libro 12. in Procemio: *Quo magis admirari subit, ab his principiis cædi montes in marmora, vestes ad Seras peti &c.*

EPIST. XXI.

Melius probas honesta quam sequeris) mss. mei omnes; *sequaris*; sed & in contextu Col. est *probas bona quam*. alterum tamen illud adfixum margini.

Hac qua fulgore extrinsecus) Palat. sec. ac Col. non habent dictionem *qua*. at est ea in aliis, sed alio situ: *Qua hac fulgore*.

Illa vero suo lumine) aduerbium *vero*, non est in vlla mẽbranarum. solum eius vicem scribit Pal. tert. *illam suo*.

A vita speciosa) ita & Pall. quatuor; sed tamẽ ad oram f. c. adlinitur, *vitu spinosa*. quod expresse in Col.

Rigida tunc potentia ministrum) Lipsius lib. 5. Epist. quæst. 5. monet omnino legendum, *regia tunc pot.* nam *Idomeneus* ille, minister regis. alterum illud constanter in meis quinque perscribitur.

Nisi Epicurus illum suis literis incidisset) sic & Erasmus & Pal. pr. tert. at sec. ac quart. *literis suis indidisset*: quod & in quibusdam Pinc. codd. & superscriptum Col. qui alias habet: *literis suis vidisset*. ad marginem vero: *nisi Epicuri literis incidisset*; quod idem adnotatum ad oram Pal. sec. ac tert. Pincianus testatur exemplaria alia habere, *indicasset*. suspicabatur fuisse: *insignisset*.

Omnes illos Megistanas) sic primum restituit ex mss. Erasmus. antea erat, *magistratus*. *Megistanes* sunt Græcis viri summi ac proceres cuiusque regni, quibus permissum vt cum regibus epularentur. quo vocabulo vsus etiã Tacitus & Suetonius cap. 5. Caligulæ. vnde & D. Marci Euangelistę locum cap. 6. de Herode scribentis, rectius intelligimus: δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσι. & Danielis Prophetæ cap. 3. Erasmus ac Torrentius.

Et regem ipsum) Pal. pr. tert. quart. *regem suum*.

Nisi Cicero illũ aperuisset) sic editio Mureti. priores, vt & mss. quinq; *Illum applicuisset*. quod absit spernã. sic statim *nec ipsis tantum honor habetur, sed quicquid illorum memoriæ adhæsit, excipitur*. & geminum huic quod est Epist. 2: *Idem accidat necesse est, qui nulli se ingenio familiariter applicant*. nec abludunt illa ca. 22. lib. 2. de Ira: *Proximis applicatur omne quod tenerum est, & in eorum similitudinem crescit*. multo minus, istud quod ait lib. ad Marciam cap. 17: *Illi quantum potes te iunge; illius arctis amplexibus alliga*. abiiciamus itaque fictitiam Mureti lectionem *aperuisset*: quæ alias etiam barbara.

In idem quãdoque silentium abiturus) Pal. pr. tert. quart. *sil. obitura*. quart. ac Col. *obitura*: quod postremum ne cõtemnamus.

Vt Pythoclea) tradit Erasmus, reperisse se in scriptis suis; *vt Pithoclea*. & sic quoque Pal. sec. at alii mire variãt. pr. *Phythodeam*. tert. *Phitoclea*. quart. *Phitocleum*. Col. *Phytocleam*.

Sed cupiditatibus detrahendum) mss. mei, *sed cupiditati*, excepto Pal. tert.

Iubeo illum diuidere sententiam & sequor) quoties sententia sua duas pluresve res quis complectebatur, eæ si non omnes probarentur, postulabatur vt diuideret, id est, vt de singulis rebus referretur. non erat autem longa oratione vtendum ei, qui hoc postulabat, ac ne consurgendum quidem. multi enim sedẽtes hoc vnum verbum pronuntiabant, *Diuide*: quo audito liberum erat ei qui faciebat orationem diuidere, prout Asconius in Milonianæ commentariis tradit, in qua diuisæ sententiæ fit mentio. huius moris exemplum præbet Cicero Epist. 11. lib. 1. famil. in qua sententias de rege Alexandrino reducendo in senatu dictas narrans, postulatum fuisse ait, *vt Bibuli sententia diuideretur, qui censuerat vt tres legati regem reducerent*. Aliud exemplum petatur a Plinio lib. 8. Epist. ad Aristonem, in qua scribit eum, qui libertos relegandos, seruos supplicio afficiendos censuisset, coactum fuisse diuidere sententiam, quia duas res comprehendebat. meminit iterum huius moris noster lib. de vita beata. Brissonius libro 2. de formulis. Stephanus lib. 2. Prosodóp. cap. 11.

Eo libentius) mei quinque præponunt vocem, *Pro eo libent.* quam etiam expressit Erasmus.

Vt isti qui ad illa confugient) editio Erasmi; *vt isti qui.* nec aliter mss. mei omn. nisi quod Col. item Palat. pr. ac quart. habeant etiam, *isti qui ad illam conf.*

Qui velamentum se ipsos suorum vitiorum habituros existimant) mei quinque: *qui velamenta ipsi suorum vitiorum habituros exist.* ab Erasmo editi, *qui velamentum ipsos suorum vit. hab. exist.*

Probem quocunque) Erasmus, *probent quocunq;* quod & in Palat. pr. sec. tert. at in quart. & Col. est *probant*.

Cum adierint hos hortulos & audierint inscriptum hortulis) ita & Erasmus. at Pal. pr. ac tert. *Cum audierint ista, audient ortulos & inscriptum ortulis*. sec. *Cũ adierint ista, audiet istic orticulos & inscriptum ortulis*, quart. *Cũ audierits ortulos & inscriptũ ortulis* Col. *cũ audierint ista, adient istic ortulos, & inscriptum hortulis*. quod vltimum vero, mea sententia, non longe abest. itaque rescripserim: *Cum audierint ista, adeant istinc hortulos & inscriptum hortulis*, HOSPES HIC BENE MANEBIS.

Paratus erit istius domicilij custos, hospitalis, humanus, & te polenta excipiet) sic Erasmus, nec non Col. at Palat. pr. tert. quart. *hospitalis humanus te quoque polenta accipiet*. sec. vero: *Paratus erit ist. domicilij hospitalis custos humanus & te polenta excipiet*. quod certe omnino admiserim, si modo vice vltimæ vocis reponamus, *accipiet*. posset etiam legi, *humanus, teq; polenta accip.* sed res eodem redit. haud tamen te cælo lectum repositum in Pal. tert. a secunda manu: *Parasitus erit*. quod profecto quis valde probabiliter defenderit. sane ego.

Et aquam quoque large administrabit) mei habent, *ministrabit*. Palat. quoque quart. insuper scribit; *& large quoque animam ministr.*

Ecquid bene acceptus es?) sic Erasmus. Palat. pr. *Hic & quid? bene acc.* sec. *Hec quid bene*. tert. *Hac quid? bene* quart. *Hac & quid bene acc.* Col. *Hoc quid bene*. In tertia fuit: *Hic quidem bene acceptus es*. quod paulo melius meis sonat auribus quam alterum illud *Ecquid*.

Non irritant, inquam) vox postrema nusquam est in vett. libr. Pinc. nec hercle etiam apparet in Pal. tert. nisi alterius assuta manu. at enim Erasmi editio, meæque adeo reliquæ membranæ quatuor custodiunt, *Non irritant, inquit*. quod probo. nam hæc pol dicuntur ab Epicurei horti custode, non a Seneca.

Vt deficiant) sic quidem etiam Erasm. sed male. mei omnes; *desinant*. bene.

Illa voluptas non naturalis est, non necessaria) negatiuam vocem priorem puto natam e Mureti capite. nam ea nusquam in Erasmi editione, nusquam in meis quinque.

Venter præcepta non audit, poscit, appellat. non est tamen molestus creditor &c.) eadem figura alibi Plinius. *Venter instat vt creditor, & sapius dio appellat*.

Si modo das illi quod debes, non quod potes) est IC. quidam, qui confidenter legit: *si modo das illi quod potes, non quod debes*. adiicitque scholij vicem: Et vero molestus alioqui creditor est, cui id ipsum a debitore dandum est, quod debetur: contra gratiosus, qui eo contentus est quod præstare possit debitor. Interim tamen hæc, *quod potes*, ex mente Senecæ, referenda sunt ad eos qui minimum quod ventri præstent. hæc ille. quibus nihil ab auctoris sententia aut alienũ magis, aut cõtrarium. nam, vt noris, hoc volunt verba vulgata, Si ventri das quod debes, hoc est panem & aquam, contentus est paruo. non etiam si das quod potes, ganeatas forte ciborum delicias. atque hæc ipsa millies inculcat Seneca lectoribus. quæ ita passim obuia, vt vel Thamyræ omnes non possint non videre. quare vnum tantum adducam locum qui Epist. 119. *Nec illud præcipio, vt aliquid naturæ neges: contumax est; non potest vinci; suum poscit: sed vt quicquid naturam excedit, scias precarium esse, non necessarium. Esurio? edendum est, vtrum hic panis sit plebeius, an siligineus, ad naturam nihil pertinet. illa ventrem non delectari vult, sed impleri. Sitio? vtrum hæc aqua sit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa niue incluso, vt rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. illa hoc vnum iubet, sitim extinguere. Vtrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murreum, an Tiburtinus calix, an manus concaua, nihil refert. Finem omnium rerum specta, & superuacua dimittes. Fames me appellat: ad proxima quæque extendatur manus. ipsa mihi commendabit quodcunque comprehendo; nihil contemnit esuriens.* plura adscripsi

scripsi, tum quia prioribus explicandis proprie nata videantur, tum vt meoda aliquam multa extirparem. quæ in his egerant radices.

EPIST. XXII.

Vena tangenda est) sic & mei quoque. at in alio libro Erasmi, *vena tentunda*.

Gladiatorem in arena capere consilium) citat Erasmus adag. 47. Cent. 6. Chil. 1.

Illud autem quando fieri) sic & Erasmus, pessime. nam istud *autem* solum est in Pal. pr. ac quart. sec. vero & Col. referunt, *Illud alterum*, habentque ad marginem *scilicet medicinale*. hinc & Pal. tert. exhibet: *Illud medicinale autem quando*; sed superpictum tamen, legendum *alterum*. & hercle prorsus rescribendum: *Illud alterum quando fieri*; & referendum ad ea quæ non nisi a præiente monstrantur.

Dummodo si ulla soluendi ratio non erit, vel abrumpas) est & hoc in Erasmi editione. sed miror doctissimos illos viros nõ olfecisse horum verborum sordes. extant isthæc quidem in Palat. pr. tert. quart. sed enim cum nusquam compareant in Col. & tantum adscribantur ad marg. Pal. sec. omnia ad vnam vsque literam fidenter ablegauerim in malam rem; cum sint tantum sententiæ turbandæ.

Vel quod videri mauis, incidisti) ita quidem editio Mureti, sed ex coniectura, vt puto, Lipsii. Sic enim potius legendum quam; *vel quod videri potest manus incidisti*. tradidit dudum lib. 1. Elect. cap. 16. ansam ei præbuit quod libris aliquot abesset *vi potest*, nec id hercle in vllo meorũ quam in Palat. quart. eratque adeo *manus* aperte in Col. ac Pal. tert. Acute autem ludere Senecam, in vocibus *descendere* & *incidere*, cuiuis patet.

Si non repugnare, sufsistere) sic Pal. quatuor. Col. vocem appingit *repugnare*, *saltem subsistere* est a glossargo.

Fortuna ferente) sic quinque mss. tantum adnotatur ad oram Col. alias legi *fauente*. quod respuo.

Et quidem prudentiores quam ipse sum, ad quos soleo referre. si quid delibero) ita & Erasmus, nisi quod ipse, *deferre* habeat: quod & est in omn. mss. excepto Pal. tert. qui retinet *referre*, vocemque insuper addit initio: *sed aduoco alios. & quidem pr. &c.* Pinciani quidam habent *sunt*, non *sum*: quod & videtur esse in Palat. sec. quidam eius alij: *Equidem ad prudentiores quam ipse sum soleo deferre, si quid delibero*.

Epistolam legi. Idomeneo scribitur) ortum hæc babet scriptura a Mureto. olim excusi, nec non membranæ meę: *epist. legi, Idomeneo quæ scribitur*. & sic debet.

Dormitare de fugu cogitantem vetat) sic Erasmus, sic Pal. pr. ac tert. sed in reliquis est, aut certe fuit: *Dormitantem de fugu cogitare vetat*.

Vt tibi hæc dicantur) sic solum videtur esse in Pal. sec. in ceteris est: *vt tibi hoc dicam*.

Qui laborem fugit: verum vbi crescit illi animus ipsa rerum difficultate. Pall. quatuor *fugit*, *verum est nisi crescet*. Col. *fugit*, *crescet*. Modius Nouant. lect. Epistol. 127. corrigit ex membranis suis; *qui laborem fugit, nisi crescet illi animus ipsa difficultate. Dicentur*. Silius ita de Hannibale cecinit:

-*gaudetque nitescere duris Virtutem*.

Sed cum videris bruma in quibus volutatur, incerta ancipitia) mss. omn. *viderit gruma in quibus voluptatur*; sic. solum *volutatur* est in Palat. quart. notatumque ad Col. libri oram.

Si occupationum præmia) mss. omnes *pretia*. recte.

Ab ipsa messe discedam) recenset inter ea quibus est prouerbii species, adag. 90. Cent. 5. Chil. 4. Erasmus.

Quomodo de amicis queruntur: etsi verum affectum) admodum elegans hoc visum Mureto, quod sic ex mss. suis nonnullis referret Pincianus. at meo animo longe elegantius erat quod præferebat editio Erasmi, *queruntur*; *id est, si verum, &c.* sicq; etiam offendit in schidis aliquot Modius Epist. 127. Nouant. lect. estque adeo in omnibus meis, nisi quod vitiose pleriqoe, *idem*.

Non oderunt sed litigant) ita quidem Pal. sec. ac Col. at Pal. pr. tert. quart. *non oderunt*. quod Criticus vt examinet velim. nam mihi non ita prorsus displicet.

Sed deponere illam in animo est) sic & editio Erasmi. male: rescribamus auctoribus mss. meis: *Sed si deponere*.

Et libertas bona fide placuit) hoc est, *reuera & ex animo*. Plura collegit exempla, etiam nostri auctoris, P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 24.

In hoc autem vnum aduocationem) sic solus Pal. pr. alij omnes: *in hoc autem vnde aduoc.*

Vt circumspicias) membranæ quinque *circumuspicias*.

Nemo cum sarcinis enatat) id est, nemo sese recipit in libertatem, nisi contemptis præmiis seruitutis. non enim potest euadere occupationes, qui curarum auctoramentum non potest negligere. congruit cum eo Martialis: *Totis pilea sarcinis redemi*. Erasmus adag. 91. Cent. 5. Chil. 4.

Hoc vno excusati) videtur Muretus sibi assumpsisse reformare Senecam. ita passim multa interpolat. nam habet hic & Erasmi editio & turba mss. meorum; *ad hoc vnum excusati*.

Et ecce occurrit mihi nescio) Palat. pr. tert. quart. Col. *& occurrit mihi: ecce nescio*. sec. *& occurrit mihi nescio ecce*. coniiciebam; *& occurrit mihi haccce; nescio, &c.*

Quales intraslis, tales exite. Percepit sapientiam, si quis tam securus) sic etiam Erasmus. at vox *tales* non extat in vllo chirographorum. & certe non admodum requiritur. Col. meus hic valde discedit a scriptura aliorum. habet enim: *Quales intrastis præcipio exite. Sapiens est si quis tam securus, &c.*

Omnium bonorum sumus, quorum in fine vita desiderio laboramus) architectatus est hanc lectionem Pincianus, sed non sine adminiculo membranarum, in quibus, *omn. bon. sumus, cum in fine vita desiderio lab.* at habet editio Erasmi; *omn. bon. sumus, vita desiderio laboramus*. & profecto ab ea lectione non abit Pal. quart. aut Col. qui habent; *omn. bon. sumus, vita desiderio laboramus*. verum Palat. pr. sec. tert. abest etiam vox *desiderio*, leguntque: *omn. bon. sumus. vita laboramus*. quid dicam? an fuit? *omn. bonorum, summus vita desiderio laboramus*.

EPIST. XXIII.

Fundamentum hoc esse dixi: etiam culmen est) Modius Nouant. lect. Epist. 127. inquit hęc venustius legi in membranis: *F. hoc esse dixit culmen est*. & certe ita scribit & animat hæc interrogatione Pal. tert. neque extat illud *etiam* in vllo prætetea mss.

Quid sit quod gaudeat) sic & Pal. pr. at alij quatuor; *scit quo gaudeat*, quod & habet editio Erasmi.

Persusorium voluptatem) Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 4. ac 10. hanc lectionem probat præ altera *persunctoriam vol.* & iure. nam & eadem figura obuia Epist. 110. *Si quis hanc humanorum diuinorumque notitiam acceperit, si illa se non perfuderit, sed infecerit*. est tamen in Palat. pr. & tert *supersusoriam volupt*. in quart. *fusoriam volupt*. reliqui vulgg adsentiuntur.

Et quodcunque inuectitium gaudium) est qui legi cuperet: *quodcunque receptitium gaudium*, vt sic vocetur quod vulgus recipit ac probat. at multis partibus potius *inuectitium*. ita vocatur quicquid nobis domi non nascitur, sed aliunde inuehitur. & quin ea vox genuina sit præ illo *quodcunq; inuentitium* (quod est in editione Erasmi, in Col. ac Palat. quart.) nulla relinquitur dubitatio Henrico Stephano lib. 2. Proodop. cap. 10. Pal. pr. retinet *quodcunq; viuentium gaudium*. sec *in venticum gaud.* tertius, *quodcunque aduentitium*, sed alterius scriptum manu. haud tameo scire est, quid prius ibi scriptum. & hercle *aduentitium* non ita fatuum esset, nisi ad alterum illud magis inclinarent exempp.

Fac ore te) sic & Erasmus & Pal. sec. at Col *fac igitur oro te*. Palatinus tertius ac quartus: *fac ergo oro te*. primus, *fac ergo rogo te*.

Dissice & conculca) ita & Erasmus. Palatinus primus; *Disce & conculca*: secundus, *Dissice*, & ad oram *Despice*. quartus: *Dissipe & con.* tert. ac Coloniens. conspirant cum secundo.

Quæ tibi promittuntur ab alio) auctiores sunt tribus verbis Pal. pr. sec. quart. Col. *quæ tibi promittuntur ab alio, vel ex alio*. & sane vix ista excluserim. dispiciant tamen docti. nam non ego ille qui iudicium suum pro lapide venderet Lydio.

Ita dico: in præcipiti est voluptas, ad dolorem vergit) est & hæc a Mureto lectio. nam Erasmi editio, & mei scripti quinque: *Ita dico, in præcipiti voluptas ad dolorem vergit.* & defenderim ego; vt *in præcipiti* idem notet, quod *præcipitanter.*

Veri boni aviditas) sic & Erasmus, & bene. exrat tamen in omnibus membranis (excepta Pal. quart.) *veri boni.*

Et continuo tenore) Palat. sec. ac Col. *& congruo tenore.* alij accedunt vulgatis.

Quæ fluminibus innatant) sic & ad oram editionis Erasmianæ, quæ habebat; *qui flum.* sed alterum illud *quæ* in aliquot exempp. Pinciani, inque meis adeo quinque.

Ex quibus alia) sicque mei, ac Pinc. cusi ab Erasmo *alios.* male. quare generis mutatio hic etiam deinde aliquoties admittenda, ex consilio mss. nostrorum.

Proxime ripam) editio Erasmi *proxima ripa.* cui adstipulantur calamo exarati quatuor, ac vehementer placet. solum Pal. pr. exhibet, *Proxima e rupe cursu long. reposuit.* quam lectionem scio natam a veteri ratione scribendi, qua *æ* binis exprimebatur literis.

Deiecit in mare) est in aliquibus codd. Pinciani *proiecit;* & ita Palat. pr. tert. quart. alio tamen ordine, nempe; *proiecit in mare.* habet sec. *in mare eiecit.* videtur Pinciano fidelior lectio *deuexit.*

Qui orditur cum maxime vitam) sic & Erasmus. at Pal. pr. tert. quart. Col. *qui ord. tunc maxime.* sec. *orditur tamen maxime.*

Quidam viuere tunc incipiunt) Pal. pr. tert. quart. Col. *Quidam vero tunc incipiunt:* eiecta voce *viuere.* at sec. vtrunque admittit; hoc modo: *Quidam vero tunc viuere incipiunt.*

EPIST. XXIV.

Vt meliora tibi ipsi) mei concordi voce: *tibi ipse.*

Mala accerfere) Palat. sec. tert. Colon. *mala arcessere.* approbo.

Nunquid vltra quicquam corpori timendum est quam) sic Erasmus, sic Palat. tert. at reliqui: *Nunquid vltra quicquam illi timendum est.* eruit nobis genuinã Senecę lectionem Pincianus ex aliquot mss. *Nunquid vltra quicquam illi timendum est.* quam cur non recipimus? sic sane etiam est in Col meo.

Quam vt pereat) Romana editio omisit hic tria verba quæ in libris cusis quibus præfuit Erasmus, nec non in mss. meis, *quam vt vrater? quam vt pereat?* ea auctori redonanda.

Iam mihi cum ad &c.) Pal pr. tert. quart. *Mihi tu cum ad &c.* sec ac Colon. *Tu mihi cum ad. &c.* quod probauerim.

Videret ab hostibus) Palat. pr. quart. *vidit ab host.* sec. tert. Col. *vidisset ab host.*

Imperator inquit bene se habet) vocem eam immortalitati sacrarunt plerique historicorum.

An aliter debebat Imperator, & quidem Catonis, mori?) I. C. quis audacter emendat: *& quidem Cato mori?* de Catone enim, inquit, loquitur. Supine erras, mi homo: imo loquitur de Scipione; quod non solum tota oratio quæ præcedit, euincat; sed etiam illa vox eius celeberrima, *Imperator bene se habet.* Sane bello illo Africo, prætulisse L. Scipionem non modo noster scribit, sed id vno ore clamitant Paterculus lib. 2. Hirtius bello Africo. Dio. Val. Maximus, Epitoma Liuij, Appianus lib. 2. de bello ciuili, Plutarchus in Catone, Florus lib. 4 cap. 2. denique omnes omnes: quorum aliquem euoluisse debebat Historicotum concinnator.

Nihil anteferendum sit) desunt tres dictiones ex veteri lectione Pinc. *nil il anteferendum timendumue sit.* & adsunt eædem in meis quatuor, Pal. pr. sec. tert. Col.

Quod est iniquissimum compara) ita & editio Erasmi: ad oram tamen eius: *iniq. præpara.* quod & in Col. prius exrat in Pal. pr. ac quarto. habet sec. ac tert. *iniq. para.*

Nisi ipsum timorem) sic Pal. pr. quart Col. reliqui; *ipsum timere.* quod non inficetum auribus meis.

Circa te frementium) lectio omnis scripta: *frementem.*

Quibus extorquentur aptae) sic solum Pal. quart. reliqui *aptata.* Col. *apta.*

Quem stomachicus ille) Pal. pr. ac Col. *stomachus ille.* sec. tert. *stomaticus ille.* solum extat scriptura publicata in Pal. quart.

Quod facere te moneo, scio certe fecisse) sic Muretus monitu Pinciani. cum enim esset in edit. Erasmi; *Quod facere te moneo, sed scio certe fec.* tradidit vocem *sed.* eradendam suasu mss. & certe nulla etiam extat in mss. meis.

A priuata caussa ad publicam) notat Erasmus antiquam editionem habuisse *a prima caussa.* at haud scio, inquit, an scripserit; *a prima caussa,* pro *priuata;* quam vocem lector non agnoscens verterit in *prima.* sic ille. at tamen mss meis quinque scribitur, *a priuata.*

Sed ipsæ voluptates) ita & Erasmus. male. eiiciamus particulam *sed,* ita hortantibus membranis; in quibus nusquam locum habet. & sane absque ea maior est orationis vigor.

Quid enim? nunc solutus sum) Palat. pr. tert. abest aduerbium *nunc.* habet sec. *Quid nunc sol.*

Humero Sisyphi trudi) mei quatuor Pall. *humeris Sisyphi.* Col. *humeros.*

Et laruarum habitum) scripta lectio omnis: *& laruales habitum.*

Mors nos aut consumit aut emittit) sic Muretus iudicio acquiescens Pinciani; qui sic malebat quam, *aut exuit;* quod alterum illud restaret in aliquot mss. suis, sequeturque porro infra: *emissis.* & vero illud *emittit* conspicitur in ipsum oræ libri Col. item Pal. tert. qui tamen, vt & reliqui mss. mei & editus ab Erasmo: *mors nos aut consumit aut exuit.*

Consumptus nihil restat) sic etiam omnes mei. sed tamen adiicitur Pal. tert. alias legi: *consumptus minus reste.*

Demitur aliqua pars vitæ) Pal sec. *dimittitur.*

Vsque ad hesternum) sic & Erasmi editio & Col. at Pall. quatuor, *ad extremum.*

Mors non vna venit) sic voluit Muretus. at tamen Erasmi editio & membranæ meæ quinq; *Mors non vltima venit:* tantum prius fuerat in Col *Mors vero vltima venit.*

Mittetur aliquid) notatur ad oram Pal. sec. ac tert. alias legi, *mutuetur aliquid.*

Vel ad vita patientiam. In vtrunq, monendi ac firmandi sumus) vetus lectio librorum Pinc. *patientiam, aut in vtrumque monendi enim ac fir. f.* Erasmi editio; *patientiam. At in vtrumque emonendi ac firm f.* Pal. pr. ac quart. *patientiam: ad vtrunque enim monendi ac confirmandi sumus.* sec. *patientiam. At in vtrumque enim monendi ac confirm sumus.* tert. *patientiam. Ad vtrumque enim monendi & confir. sumus.* correctum tamen ab alio quopiam; *patientiam. In vtrunque ergo monendi ac firmandi sumus.* Col. idem refert quod Palat. sec. nisi quod habeat absque præpositione addita, *firmandi.* mihi prior lectio Pal. tert. non ita mala videtur, si modo etiam fustuleris præpositionem a voce *firmandi.* sed nec difficulter quis fecerit: *patientiam: ad vtrunque enim muniendi ac firmandi sumus.* quam vocem & hic inculcat (ne quem laude primæ inuentionis fraudem) Dionys. Gothofredus, qui tamen legit: *at in vtrunque muniendi ac firm. sumus.* quod displicet.

Etiam cum ratio suadet finire, non temere) periodum babet ante has voces Muretus; aliter quã Erasmus, mss. q; mei omnes, qui eas adhuc applicant priori sententiæ, legũtq; insuper: *etiam cum ratio suad. finire. Sed non temere.* quod mihi non prorsus ineptum; cum & sic Pinciani habeant codd. quippe norat; vbi legit Erasmus, *Sed non temere, nec cum procursu capiendus est impetus,* particulam *nec,* desiderari in quibusdam libris, & quidem, vt ipse sentit, recte. at illa tamen vox diserte in mss. meis quinque: & vero adesse debet. aliud enim est *temere* facere, aliud *cum procursu.*

Libido moriendi) sic Palat. pr ac quart. et editus ab Erasmo aliquique mei scripti: *libido scilicet moriendi.* quæ tamen vox tolli potest sensu manente.

Eadem faciendi videndique) antea inepte erat: *vinendique.* Primus ita restituit, quod sciam, Modius Epist. 127. Nouant. lect. sicque etiam legitur in Col. at Pall. quatuor prius illud pertinaciter propugnant. sed temere. nam noster infra id ipsum repetens, infit: *nihil noui facio, nihil noui video.*

Vita

Vita non odium sed fastidium) hoc verbo & Suetonius vtitur in Tiberio cap. 49. *Satis constat Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuit, metu & angore ad fastidium vitæ, ab eo accitum, & vt ne quo nisi ipso herede moreretur.* vide vt hanc sententiam explatione sua ornet P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 10.

Fit aliquando & huius rei nausea) sic etiam omnes scripti. sed non absurde quis defenderit: *Sit aliquando*, vt adhuc loquatur fastidiosus ille, non Seneca. verum non pugno.

Sed supernacuum) sic solus Col. at Pal. sec. reliqui omn. *superfluum.*

EPIST. XXV.

Nisi offendo) chirographi quinque, *nisi offendero.*

Nec vllum tempus aggrediendi melius fuit) scripti omn. *fuit melius.* scripserim; *aggrediendi fuerit melius.*

Tanquam spectet aliquis) sic Pal. tert. at reliqui mss. mei quatuor; *tanquam spectet Epicurus.* notatum tamen in quibusdam alias legi, *spectet aliquis.* quod verbum ego nulla hic ratione admiserim. aut si, scripserim; *tanquam spectet Epicurus aliquis.* nam Epicurum nō locutum promiscue de quolibet homine, inde liquet, quod inferat Seneca deinde: *Hoc quidem longe magnificentius est, sic viuere tanquam sub alicuius boni viri, ac semper præsentis oculis: sed ego etiam hoc contentus sum, vt sic facias quæcunq; facies, tanquam spectet aliquis.* Cur pronior sum in eo: *tanquam spectet Epicurus aliquis*, facit Palat. sec. in quo prius scriptum fuerat. *tanquam spectet Epicurus cuius aliquam.* Suspicor enim vocem *cuius* natam ab vltimis literis dictionis *Epicurus*, quæ vox ibidem primum scripta erat ad hanc faciem *Epic* De hoc loco dixi quod potui. si bene; est quod quis debeat meæ curiositati.

Omnia nob. mala) sic mss. mei omn. quidam Pinc. *nob. vitia.*

Coram quo peccare non audeas) Erasmi codd. meique adeo omn *cum quo peccare.*

Dum tibi tutum non est) calamo exarati omnes: *non sit*, nec aliter editus ab Erasmo. & quæ hæc supina superbia, aliquid de suo appingere operi non suo?

In te ipse secede) Pal. pr. ac quart. *in te ipso secede.* tertia vox non est in Col.

Si bonus, si quietus, si temperans es) retrahit Col. vocem *est*, legitque *si bonus vir es, si q. si temperans.* at mss. reliquis vox *est* nusquam comparet, vti nec in libris a Modio perlectis. scito insuper lector in Palat. sec. tert. quart. esse; *si temperatus* Erasmi editio habuit. *si temperans vis esse.*

Multo viro propius es) Colon. *propior es.* Palat. pr. ac tert. *propitius.*

EPIST. XXVI.

Aliud iam his annis, huic corpori, vocabulum est) nihil certius quam interserendam dictionem quæ in mss. meis quinque, aliisque quos consuluit Modius. *Aliud iam his annis, certe huic corpori.* hæcque castigatio satis euincit, tam grande nō fuisse æuum Senecæ, quā nonnulli volūt.

Magnam partem oneris sui deposuit) mss. quatuor, *posuit.* probe. Pal. pr. *sui imposuit.*

Quæ non possim facere, quæ nolim: possimne aliquid quod nolim. nam si quid non possum; non posse me gaudeo) sic præfert Mureti editio: longe sane aliter atque superiorum temporum impressi, in quibus, *quæ nolim, prosime habiturum aliquid, si quicquid nolim, quicquid non possim, non posse me gaudeo.* Pincianus conqueritur in nullo alio loco maiorem esse exemplarium suorum dissonantiam. discussis tamen & diligenti censura perpensis scriptorum codicum verbis, hanc lectionem elicit: *prosimne habiturum quæ velim. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio gaudeo.* vellem equidem vel vitiatas membranarum nobis proposuisset lectiones. meæ certe sic habent. Palat. pr. *quæ non possum facere. quæ nollim prodesse habiturus. Atqui si nolim quicquid non posse me gaudeo.* sec. *quæ non possim facere quæ nolim, prosit ne abiturum aliquid si nolim, quicquid non posse me gaudeo. atqui si nolim quicquid non posse me scio gaudebo.* hæc sec. sed alterius manu. priora prorsus erasa erant. tert. *quæ non possim facere: quæ nolim. prosit ne abiturum aliquid* (notatumque ad oram pro *abituro*, alias legi, *arbitror*) *si quicquid nolim: non posse me gaudeo. Atqui si nolim quicquid non posse me scio: gaudebo.* ita Pal. tert. in quo secunda manus deinde illud *abituro* mutauit in *habituro.* quart. *quæ non possum facere quæ nolim prodesse habiturus, atqui si noli quicquam non possem, non posse meo gaudeo.* Col. *quæ non possum facere, quæ nelim posse habiturus. atqui si nolim quicquid non posse me scio gaudeo.* hactenus membranæ meæ. verba vix restituo. sententiam videor satis percipere. a qua nimium quantum abit I.C. ille qui emendate se iactitat, hoc modo: *quæ n. p. f. q. nolim, prosicere abitura aliquando: & si quicquid velim, id non possim, non posse me gaudeam.*

Si quod debet desinere defecit) Erasmus: *si quicquid debet desinere defecit.* Pal. pr. tert. Col. *si quicquid debeat def. deficit.* emendatum tamen in tertio a secunda manu: *si quicquid debebat def. defecit.* est in quart *si quid debeat def. deficit.*

Natura soluente dilabi) verus lectio Pinciani: *delabi.* nec aliter Pal. pr. tert. quart. at in duobus aliis remanet alterum illud.

De me pronuntiaturus sum) sic & editio Erasmi; at omnis scriptura meorum, *de me iudicaturus sum.*

Totam vitā tracta) sic & mss. mei quinque. plana animo meo sententia. at ecce censet legendum Pincianus, *tota vita tractata.* hoc ideo quod duo eius exempp. præferrent *tractata*, non *tracta.*

Accipio conditionem, non reformido iudicium) sic & mss. mei quinque, & alii quos excussit Modius. at ab Erasmo editi: *Accipio conditionem humanam. non reformido iud.* prorsus male.

Iunior es) Pal. sec. Col. scriptique lustrati Modio, *Iunenior es.* nec sugillauerim.

Frui re iam volebam) putat Pincianus fideliorem veterem lectionem quæ repræsentabat: *Desinere iam vel* probauerim. nam non aliter mss. quinque.

Manus spectabat ad clausulam) iidem scripti omnes; *manus expectabat ad clausf.*

Sed conficienda sunt sagmata) editio Erasmi, mssque mei quinq., *conf. sunt sacra.* vellem scire vnde illud suum sumserit Muretus.

Expecta pusillum & de domo fiet numeratio) Ræuardus lib. 1. Varior. cap. 15. & post eum Brissonius lib. 6. de Formulis, alludere putant Senecam ad morem antiquum. quia enim apud *mensam* veteres magnam pecuniæ partem deponebant, idcirco eueniebat sæpenumero, vt a debitoribus interdum quidem *de domo*, interdum vero *de mensa* creditoribus satisfieret. Sique in foro ab argentariis pecuniæ fieret numeratio, in tabulis addebatur: EX MENSAE SCRIPTVRA; sin vero domi, syngraphæ adscribebatur. DE DOMO siue EX CISTA, vel EX ARCA. auctore Donato in Adelph. Terēt. act. 2. Sc. 4. ad versum: *Ego ad forum ibo.* iterum Phorm. act. 5. Sc. 8. ad hæc verba. *Iube rescribi.* eoque referendum est L. 26. ff de constit. pecun. L. 38. in fine. ff. mand. L. lecta. ff si certum petatur. nihil his verius. sed enim quo minus in animum inducam eo respicere auctorem, faciunt & verba ista proxime præcedentia: *puta me non dicere, Vnde sumpturus sum mutuum. scis cuius arca vtar.* & illa quæ mox sequuntur: *Interim commodabit Epicurus.* Suspicor igitur eum hic numerationem de domo, mutuo commodatoue opponere, vti facit certe lib. 3. cap. 8. de benefic. *Hic pecuniam pro addicto defendit, sed cum illam domo protulisset: ille dedit eandem. sed mutuam sumpsit.* nec aliud vult Epist. 23. *Volo lætitiam tibi domi nasci.* vt nec Epist. 94. *possumus felicitatem domo prouidere.*

EPIST. XXVII.

In eodem valetudinario) de ea voce nonnulla nos lib. 1. cap. 16. de Ira. & notat Erasmus designari νοσοκομεῖον.

Hoc denique tibi citra diem mortis) Erasmi editio: *circa diem m.* aliquot Pinc. codd. *Hoc denique tu tibi ante diem mortis.* quomodo fere Palat. tert. hoc solum minus, quod absit ei pronomen *tu.* reliqui quatuor referunt id quod expressit Erasmus.

Magno luendus) est a coniectura Pinc. qui hoc potius consistere posse putabat, quam quod exstat in mss. atque impressis, *magno leuandus* Equidem cum illud *leuandus* etiam meos occupet scriptos, vide sis lector, an non locum

cum suum tueri possit, si eam accipiat interpretationem, quam ista Accij Meleagro.

Cano lassitudo poplitum cursum leuet; item illa Varronis περὶ ἐξαγωγῆς: *Quemnam te esse dicam feram, qui manu corporis fermidos aperis lacus sanguinis, teque vita leuas ferreo ense?*

Etiam post ipsius pœnitentia est) sic Palat pr. tert. quart. Colon. nec demo eis fidem. at in sec. *post ipsius remanet pœnitentia.*

Non quidem cessatur adhuc, sed non festinatur) posteriorem negatiuam interposuit Muretus, cum sit in editis ab Erasmo, item in mss. meis omn. *Non quidem cessatur adhuc, sed festinatur.* Silo ille qui rescribit: *Non quidem cessandum ad hoc, sed festinandum*: non attendit sermonis contextui atq; adhæsioni; multo minus literarum ductibus. *Festinare* hic eum habet significatum, quem prodit Cato in Oratione de suis virtutibus: *Aliud est properare, aliud festinare. qui vnum quid mature transigit, is properat: qui multa simul incipit nec perficit, is festinat.*

Ipso vigiles, ipse laberem) sic & Erasmus. male. restituo fideiubentibus mss. meis: *ipso vigiliam, ipse lab.* nec aliter exhibent Pinc exempp.

Si effici cupis) sic lectio omo. calamo exarata. at quidam corrigit; *si perfici.* quare? an vt se audacionem probet?

Clausisius Sabinus) nõ displicet quod inuenit in mss. aliquot Fr. Modius Epist. 127. *Caluisius.* nam & sic Col. Pal. sec. quart. erat in pr. ac tert. *Calcusius.*

Et patrimonium habebat liberum & ingenuum) mendam & hic hærere arguunt membranæ meæ, in quibus partim, *libertini & ingenui*; partim, *libertini vel ingenui.* & sic est: nihil verius aut expeditius eo quod inuenit in aliquot mss. Modius: *& patrimonium habebat libertini & ingenium.* inuidiosæ enim sub Tiberio, & maxime Claudio, libertinorum opes, vt ex omnibus omnium historicorum eius temporis constat scriptis. & videt quilibet acerbe hic notari ingenium Sabini, tanquam seruile & obtusum quid sapiens. Modius Epist. 127. Nouant. lect.

Nunquam vidi hominem beatum indecentius) bona dicuntur ex eo quod beent, id est, beatos faciant. L. 49 ff. de verb. sign. vnde & *beatos* Latini appellant diuites atque locupletes. Plautus in Pænulo: *Bonam ego quam beatam esse primo dici mauelo.* &c. Brissonios lib. 2. de verb. sign. vtitur & alias auctor noster.

Tam perperam quam ille) corrigunt mss. Pinciani, *tam perperam tribus quam illo.* quod valde placet. nam membranæ meæ, *tam properanter quam.*

Non inuenerat facendos locauit) Pal. tert. ac Col. *non inuenerat faciendos sed locauit.* quæ lectio etiam adscripta oræ Pal. sec.

Sæpe in medio versu excidebat) Pinciani codd. nec non mei quinque: *in medio verbo.* quod Senecæ genuinum.

Quadratus stultorum dimidium arrosor) sic Pal. sec. at pr. quart. Col. *adrasor.* tert. *abrosor.* retineamus *arrosor*, & ei dictioni lumen requiramus a Iureti notis ad librum Epistolarum Symmachi.

Vt grammaticos haberet analectas) sic vnus liber Erasmi, sicque omnis lectio Pinc. nec aliter Palat. sec. reliqui mei *analectos.* quidam ms. Erasmi habebat *analetas.* sed prius illud ipsi magis arridebat, vt intelligeremus eos qui minutissima quæque colligunt ex auctoribus. nam ἀναλέγειν dici reliquias decidentes e conuiuio. sic Erasmus. hancque lectionem probauit Lud. Cælius lib. 13. cap. 30. lect. antiq. qui tamen *Grammaticos analectas* nuncupari contendit, qui lectione multa exercitati, memoria essent firmissima & indubitata; quoniam ἀναλέγεσθαι significet Græcis ἀναμφιβόλως ἔχειν καὶ ἐννοεῖσθαι, id est, *firmiter retinere ac concipere.* vel quia memoriæ subsidium & ingenij domino essent futuri: sicuti *analectides* dicuntur, quibus e xylino lino, vel quauis materia tanquam puluillis constipant scapulas prominentes puellæ, vt videri habitiores possint. quod Ouidianum carmen comprobat:

Conueniunt tenues scapulis analectides altis,
Angustum circa fascia pectus eat.

sic Rhodiginus ille. at Alciatus lib. 8. cap. 25. Parerg. iocum hunc sic capit, tanquam suaserit Sabino Satellius iste, vt *Grammaticos* haberet *analectas*, id est qui sub specie colligendarum reliquiarum, essent illi a memoria. *analecta* certe signare reliquias seu micas, aut ossa quæ de mensa cadunt: vnde & *analecta*, serui, qui sub mensa incuruati eas asportabant. quod enim pretiosiora fierent pauimenta, serui collectis reliquiis, non scopis sed spongiis extergebant. L. quæsitum. §. item spongiæ. ff. de fund. instr. Martialis,

Ocia sed scopis nunc analecta dabunt. est enim ἀναλέγειν *dispersa colligere*, sicut auiculæ faciunt, cum semina de areis rostro excerpunt. hæc Alciatus. a quibus diuersus abit Turnebus lib. 24. cap. 33. Aduersar. potiusque existimat sanna quadam derisum ab eo Sabinum fuisse: vt enim Analectæ serui dicuntur, qui reliquias cœnæ, aut ea quæ ceciderant de mensa, colligere solebant; ea autem analecta dicebantur: sic cum ipse Sabinus inter cœnandum in versibus, quos sublectos referebat, subinde excideret, Quadratum festiue dixisse, ei *Grammaticis analectis* opus esse, qui colligerent eum cadentem, & verba quoque ei excidentia inter cœnam redderent. sic Turnebus: cuius sententiæ ferme accesserim; imo vero omnino.

Minoris, inquit, totidem scrinia emisset) huc ideo dixit arrosor ille, quod in scrinijs libros reponere soleamus. & Sabinus iste seruis, quos ediscere memoriter poetas aliquot iusserat, tanquam eorum poetarum scrinijs vteretur. Turnebus d. cap. 33.

EPIST. XXVIII.

Non ante tibi vllus placebit locus) legendum *vllis*, ex Erasmi editione, omnibusque mss.

Magis quis veneris, quam quo interest) sic Pinciani, sic mei. sic margo edit. Erasmianæ. prius cusi: *quis veneris.*

Non admirareris nil adiuuari te regionum var.) Colon. *non admitteres quicquam adiuuari te regionum var.* quæ lectio non ita insipida. at altera est in Pall. quat.

Etiam firmissimam valetudinem) sic Col. ac Pall. tres. verum emendatum est in Palat. tert. *etiam firmitudinem validissimam.*

Magno animo colluctantur) Pal. pr. ac quart. *magno opere colluctantur.* tert. *magnopere colluctantur.* neutrum damnauerim.

Portorium soluere) bene. sicque emendatum in aliquot meis; qui tamen prius fere antea habebant, *portarium*, siue *portatorium solu.*

Te ipsum coargue) Pall. quatuor: *te ipse coargue.*

Inquire in te) notat Pincianus fuisse in antiqua lectione: *Inquire te in te.* mei retinẽt vulgatum, nisi quod vnus atque alter habeat, *inquirere in te.* vnde suspicor alterum illud Pincianorum codicum duxisse originem.

Nouissime deprecatoris) sic mss. quinque. scribit I. C. quis ad isthæc; posse nos *deprecatoris* verbo interpretari reum ipsum, non tantum confitentem, sed & pœnam deprecantem. ita certe est. quare quod idem subiiciat; quid tamen si legas; *nouissime percussoris.* vt hæc se mutuo consequantur, accusator, iudex, percussor; satis ille profecto rigide, verum tamen ridicule. non enim tale aliquid vult Seneca; sed hoc abunde autumat pœnarum, a vitiis illis deinde abstinere. inde idem scribit lib. 3. cap. 36. de Ira: *Totum diem meum scrutor, facta ac dicta mea remetior, nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo. quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cum possim dicere: Vide ne illud amplius facias, nunc tibi ignosco.*

EPIST. XXIX.

Nulli enim nisi audituro) sic Colon. reliqui; *nisi auditori.* perperam.

Sed in ipsa desperatione) sic maloit legere ductus coniectura sua Pincianus; cum olim vulgg. & mss. eius haberent; *& in ipsa.*

Et in se primũ, deinde in nos iocabitur) Huc spectat illud cap. 15. lib. In sap. non cadere iniuriam: *Materia petulantibus & per contumeliam vrbanis detrahitur, si vltro illa & prior occupes. nemo aliis risum præbuit qui ex se cepit.*

Ostendet mihi lepidum Philosophum) sic placuit Erasmo: etsi non neget fuisse libros in quibus: *ostendet mihi Marci Lepidi Philosophum.* quod ego sane hic non ausim eicere. vtique cum & in Pal. pr. quart. Col. aperte extet; *ostendet Marcum Lepidum Philosophum.* in secũdo vero ac tert.

ostendet

offendet M. Lepidum Philosophum. habuerim hunc Lepidum cum eodem cuius meminit noster supra Epist. 4.

EPIST. XXIX.

Hoc enim ad edendas operas tempus acceperit) notat hic edere operas sumi pro præstare, vti & L. 9. L. at. ff. de oper. libert. Brissonius lib. 5 de verb. sign.

Iulius Gracinus) de quo sic noster lib. 2. de Benef. *Si exemplo magni animi opus est, vtemur Gracini Iulij; viri egregij, quem C. Cæsar occidit ob hoc vnum quod melior vir esset, quam esse quenquam tyranno expediret.* item Tacitus in vita Agricolæ: *pater Iulius Gracinus senatorij ordinis, studio eloquentiæ sapientiæque notus, iisque virtutibus iram C. Cæsaris meritus. namque M. Silanum accusare iussus, et quia abnuerat, interfectus est.* sic enim locum illum legetum. Scripsit de re rustica, aut certe de vineis ex Columella lib. 1. cap. 1. *Iulij Attici velut discipulus, duo volumina præceptorum De vineis, Iulius Gracinus composita, facetius & eruditius posteritati tradenda curauit.* citat & Plinius eundem inter scriptores; Indice libri XIV. & XV. Lipsius.

Nescio enim quid de gradu faciat, tanquam de essedario interrogaretur) tangit hunc locum P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 11. ac Lipsius lib. 2. cap. 12. Saturn. serm. & quidem *essedarij* sunt qui ex essedo pugnant. mentio eorum Suetonio cap. 35. iterum Claudio cap. 21. ex quibus liquet inter legitimos gladiatores fuisse. quanquam mixtim, modo e curru, modo pedites præliari solitos opinetur Lipsius. nam desiluisse eos & pedibus pugnasse, præire ad suspicandum isthæc Senecæ; in quo tamen idem legerit; *nescio quid de gradus faciat.* alterum illud in omnibus meis remanet, qui etiam cuncti habent *assodario* vel *assedario*, absque Pal. sec. qui secta voce legit; *esse dario*, notatumque ad marginem, alias legi *aletario*.

Aut si ridere perseuerabit) sic Pal. sec. ac quart. ceteri, *at si ridere*.

Quod illi genus insania hilare contigerit) sic nobis eruit Erasmus ex libro vno, nec dubitat quin germanũ sit auctoris; præcipue quod eam quoque lectionem sua mano notasset Agricola. prius publicabatur; *quod illud genus insania enatare contigerit.* sicuti & constanter membranæ meæ quinque.

Acerbe ridere, & acerbe rabere) hunc locum sic citat in annotationibus suis Erasmus: *acerrime ridere & acerrime tabere*: & adiicit: pro *tabere* quidam habebant, *rabere*, quidam *rubere*, quidam *rabere*. pro *rubere* puto scribendum, *rudere*. lusit enim Seneca vocum affinitate, quæ est in *ridere* & *rudere*. rident qui gaudent. rudunt irati. vnde Persij illud:

-*pecuaria rudere credas.* hæc Erasmus. itaque stupeo ad proiectam supinitatem nean malitiam cuiusdam, qui ad hunc locum sic argutatur: Erasmus ex mss legit, *tabere*, alias *rabere*, alias *rabire*: sed tamen impressa lectio magis mihi probatur, propter elegantem hanc pugnam ꝑ ridere & rudere. hactenus ille. huius loci meminit & Stephanus lib. 2. cap. 8. Proodop. reprehenditque Muretum ineptiarum incusantẽ Erasmum, quod *rudere* illud mallet, quam alterum istud *rabere*. eum vide.

Quum multis minoris videretur. Colon. *quam quando multis.* Pall. quatuor: *quam multis.* quidam etiam ex iis retinent *videbatur*, item *videbitur*, pro eo quod extat passim *videretur*. sed id tamen remanet in optimis membranis, Pal. nempe sec. ac Col.

Fortasse autem & desinent) ferri potest hæc scriptura; atque si, *autem*, ornatus gratia hic conspiciatur: nam omnino apparet in mss. meis quinque. haud tamen repudiauerim quod censebat Colutius notis in 1. Apolog. Apuleij: *fortasse an & desin.*

In fanore aris alieni) sic & Erasmus. at mei quatuor: *in finem æris alieni.* solum Pal. quart. *in fine, alias fanore æris alieni.*

Si te videro celebrem secundis vocibus vulgi) eas faustas nominat Tacitus lib. 12. Annal. ad finem: *Mouente Præfecto, faustis vocibus exceptus inditur lectica.* P. Faber ad tit. 2. de orig. Iur.

EPIST. XXX.

Et exsucci fuisse) sic & Erasmus. at mei omnes, *& exhausti fuisse*, sine indicio lituræ, nisi quod aliud quid prius extitisse videretur in Palatino secundo.

Omnis iunctura dilabitur) tradit Erasmus alias legi, *iunctura deducitur.* & ita mei omnes, excepto Pal. sec. qui hic aliquot vocibus destituitur.

Nec deficientem quamuis deficiat) non aliter quoque Erasmi editio, item Pal. tert. aut Col. reliqui, *quamuis deficiatur* quod & in Modij schidis videturque probare.

Magnus gubernator) aut *magnus* hic ad animum artisue peritiam referatur oportet; aut rescribendum. *Gnauus gubernator.*

Et si exarmauit) ita & Erasmus, qui tamen annotat, codicem quendam habuisse adscriptum, *etsi exarmauerit eum tempestas.* alioquin, inquit, videtur *exarmare* positum neutraliter Pal. pr. habet, *& si exarmetur.* adpictumque margini alias legi: *examinetur.* secundus habet *exarmatur*, in cõtextu: *exarmauit* in margine. quod vltimum etiam in Pal. tert. at Colon. custodit, *exarmauerit.* quart. *exarmatur.*

Nimis securi esse putarer) Col. abest vox *esse.* nec est vsquam in vllo Palatinorum, qui tamen habent partim, *nimis securum put.* partim, *nimis secure.*

Ruina quos videbatur oppressura deposuit) sic membranæ meæ quinque. at Stephanus ad Dalech Epist. 36. huic loco particulam *tantum* deesse, librarij negligentia existimat, vel potius persuasum habet; scriptumque ab auctore: *oppressura, tantum deposuit.* rationes eius vide. si & mihi licet; vix literam admiserim amplius quam vulgatiæ præferunt lectiones. nam *deponere*, hic est in terram ponere sine succussu magno, nedum vulnere: cũ ruina alioqui, fere illud ipsũ degrauet quod sustinuit. estque trãslatio ab oneribus, quę poni deponique dicũtur. sic Plauti Menęchm Sc. Beue obsonaui, inquit seruus, *hoc ponã interim.* sic vtitur Epist. 23. *Ceteri eorum more qua fluminib. innatant, non eunt, sed feruntur: ex quib. alia leuior vnda detinuit, ac mollius vexit: alia vehementior rapuit; alia proxima ripa cursu languescente deposuit.* iterum cap. 32. ad Polyb. *imo re desecit quidem, sed impulsum a fortuna & cadentem sustinuit, & in praceps euntem leniter diuina manus vsus moderatione deposuit.* etiam lib. 3. nat. quæst. præfatione: *nunc cum maxime Deus alia exaltat, alia submittit: nec molliter ponit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias iactat.* denique Epist. 74. *Paucis deponere felicitatem molliter licuit: ceteri cum his inter qua eminuere labuntur, & illos degrauant ipsa qua extulerant.* exque his lucem accipit illud Epist 13. *Incendium ad fugam patuit: quosdam molliter ruina deposuit.* neque enim est cur cum Stephano eundem etiam locum reuocemus in dubium.

Eadem vi qua sorbebat) Stephanus lib. 2. Proodop. cap. fere mallet, *qua sorbuerat.* & sic Pal tert.

Bassus noster videtur) ita editio Mureti; quod non displicet Stephano Epist. ad Dalech. 20. quoniam sequatur, *loquitur*, item *agit.* olim publicati: *noster videbatur.* quibus adstipulantur mss. mei quinque.

Prosequi se & componere) notat hanc locutionem Stephanus tanquam acutam simul & audacem, quæque omnino respiciat ad illa quæ subiunguntur. quum enim prosequamur & componamus eos quibus sumus superstites, ipse autem Bassus superstes sibi sit; cur non metaphora ab officiis quæ mortuis præstantur, sumpta, *se* ipsemet *prosequi & componere* dicatur?

Et sapienter ferre discidium sui) sic quidẽ editio Mureti. at Erasmi, *decidium*; notatum tamen ad oram: alias, *desiderium sui.* quæ lectio in mss. meis omnibus, nisi quod & quædam scribant: *& sap. sufferre desiderium.* & illud *desiderium*, dudum defendi contra aliquem qui id impugnabat, malebatque alterum *decidium.* nam quod ille idem inquiat; *decidium sui*, nihil aliud esse quam vitæ nostræ defluxionem & velut deluuionem quandam; nugatur solens. nam si Bassus iam sibi superstes erat, quomodo vitæ ipsius aliquid decidere poterat aut defluere? quare retineamus *desiderium*: præsertim cum a meis quoque partibus stare videãtur Modius Nouant. lection. Epist. 70. Stephanus Epist. ad Dalech. 20. ita enim scribendo in audaci metaphora, vel potius metaphorico sermone persistet, quo tria quæ de mortuo dicuntur, ad viuum transferet.

Qui timet quod non est sensurus, quam qui timet quod

non est passurus) agnosco & hic manum Mureti. nam editio Erasmi, scriptaque omnis lectio, ordine inuerso seruant, *qui timet quod non est passurus, quam qui timet quod non est sensurus*. per Deum, relinquamus suam sibi auctori scripturam, aut prodamus causam cur possit quis in opere alieno esse ingeniosus.

Vt per quam fit vt nihil sentiatur) sic & Erasmus. at ego malim; *vt per quam nihil sentitur*. nā nec aliæ voculæ in reliquis chirographis, in quibus, *vt per quā nihil sentiatur*.

Cum audirem his dicentibus) vetus lectio Pinciani; *aud. ab his dic.* in ss. quinque, *audirem Diis dicentibus*.

Dicam enim quid sentiam) Palat. tert. *Dicam ergo quid sent.* reliqui: *Dicam etiam quid sentiam*.

Iugulum aduersario prabet) dixi quædam de hac gladiatorum firmitate in lib. 1. de Ira, cap. 11. & lib. de Tranquill. vitæ, cap. 1.

Lentam animi firmitatem) Palatinus primus ac tertius, *latam animi fir.*

Nam quemadmodum senectus adolescentiam sequitur) iterum pro iuuenture *adolescentiam* ponit Epistol. 50. & 121. alibique centies. causa itaque non erat cur tam odiose nomen istud mihi obiiceret quidam, nondum iterum puer; sed in quo tamen vera puerilitas. vt enim viginti aliquot exierim annos; at longius tamen ab iis absum quos habebant Curij, Crassi, Sulpicij, cum nunc *iuuenes*, nunc *adolescentes* itentidem appellarentur M. Tullio. Sed taceam optimum est quid ni enim? pro me loquitur Ianus Dousa Nordouix, in Schediasmate succidaneo ad Tibullum. quod ego hianti Cerbero saporatæ offæ loco libens obiecerim.

Vita enim cum exceptione mortis data est) sic Col. Pal. tert. quart. at pr. *cum expectatione mortis*, quomodo & emendatum postea in tertio, ac sec. qui tamen habebat *cum receptione mortis*. quod ego tenere amplecterer nisi *expectatione* hic melius quadraret. Erasmianæ editionis ora indicat alias legi *donata est*, pro eo quod habemus *data est*; sed id nusquam extat in membranis meis. & alioqui est leniculæ rei.

Prima enim pars aquitatis est, aqualitas) gnomen hanc illustrat Duarenus lib 1. cap. 49. anniuers. disputat. porro mss. mei retinent: *Prima autem pars*.

Na ille gratias agere) probauit hoc Erasmus in notis suis, cum præferret editio. *nonne ille gratias*. quod & habet Col. Pal. pr. tert. quart. in sec. est: *o ne ille*.

Quam rogari solet vita) Pal. sec. *soleat vita*.

Hilares quieteque opperiuntur) ora Erasmianæ edit. *latique opp.* prius illud retinent mei scripti; quidam tamen ex iis: *quieteque experiuntur*. vnus etiam, *excipiunt*.

Venit aliquis ad mortem iratus: mortem venientem nemo hilaris excipit, &c) exibit gemma orationis si legamus cum mss. meis quinque, iisque quos Modius citat Epist. 70. *Venit aliquis ad mortem iratus mortis: venientem nemo, &c.* & sic fuisse etiam in vno Erasmi libro, notæ eius fidem faciunt.

Cum septimo spatio palma appropinquant) Curulium ludorum curtium septimo apud Romanos spatio finitum, docent Propertius lib. 2. Eleg. *Vnica nata meo*. Lactantius lib. 5 & vlt. Diuin. Instit. Sidonius in Narbon. cap. 23. vt annotant Lazius lib. 10. Comment. cap. 5. Beroaldus ad Sueton. Philander ad Vitruuium lib. 5. cap. 9. quibus addit P. Faber Cassiodorum lib. 3. Variar. Epist. 51. Hieronymum in vita Hilarionis, Xiphilinum ex Dione in Commodo & Seuero, Iulianum in Misopogone, Varronem apud Agellium cap. 10. lib. 3. Ausonium in Heroum Epitaphiis Epigr. 35. vbi ait:

Prospera clamosi spatiosa per aquera circi
Septenas solitus victor obire vias.

plura apud eundem Fabrum lib. 1. cap. 28. Agon.

In ipsa distractione anima) Col. *in ipsa destructione*. alterum tamen illud margini adscriptum.

Inueniemus alias esse, alias videri) sic Palat. pr. sec. tert. Col. sicque vnus tantum codex Erasmi. alij omnes consentiebant, præferebantque, *inueniemus alias videri*; exclusis duabus vocibus. ad quæ notat idem; videri sibi aliquid deesse; nisi hoc inquit sentiat, discrimen non esse in re, sed in opinione.

EPIST. XXXI.

Nisi contemptus est labor) Col. *nisi cui contemptus est lab.*

Modo leuis & perferenda) Col. *modo lenis & perf.* quod fere arridet.

Minusq. sibi vinci ac strigare permiserint) Gulielmo Pelisserio accepta ferenda hæc lectio, qui eam sic restituit ex mss. codicū fide. nec aliter sane editiones Erasmiana priores: reperitque ita etiam in aliis aliquot membranaceis libris Fr. Modius Nouantiq. lect. Epist. 2. Erasmi editio præferebat, *minimque sibi vitia respirare permiserint*. quod ipsi fere placebat: monet tamen codices alios habuisse, *minimq. sibi vitia consurgere permiserint*. alios, pro *strigare* exhibuisse *restrigare*. & hercle Pall. quatuor atq; aliquam multa Pinciana exemplaria concorditer seruant, *minimq. sibi vitia consurgere perm.* solum Col. scribit; *minimq. sibi vitia astrugare perm.* notatum tamen ad oram alias legi *consurgere*. Pal. tert. annotarat legi posse; *minimq. sibi vitia insurgere*. ego hic plane taceo. Porro quid sit *strigare* docet nos Turnebus lib. 24. cap. 1. Aduersar: & perspicue magis Scaliger in Parodiam Virgilij, his verbis: Strigare dicuntur equi, quoties interquiescunt. Dictum a *striga*, quod erat μετώχμιον, & spacium turmarum, in quo equi stringebantur, a quo nomen habet, vt docet Charisius. Hinc factum, vt, quoties interquiescunt equi & iumenta, dicantur strigare. sicut in vulgari sermone Thusco & Germanico stallare equos dicunt Perorigæ, quum ad vrinam emittendam quiescunt: quia cum recenter veniunt in stabulum (quod nunc *stallam* vocant) tunc fere vrinam solent emittere. Ergo strigare a striga: quod est castrense vocabulum. nam etiam rustici *strigam* vocant in arando sulcum, qui vno ductu prorsus peragitur in longitudinem, vt *stamnum* in latitudinem.

Tanto melior surge & respira) ita Mureti editio, sicuti & aliquot quæ præcesserunt: at in chirographis extare; *surge & inspira*. testantur, quos modo dixi, Turnebus & Modius; testorque adeo de Palatino secundo, tertio, quarto, Coloniensi. (nam in primo est: *surge & spira*.) quod ipsum damnat Iosephus ille Scaliger castigationibus in lib. 4. Propertij, ac reponit: *surge & restriga*; vultque istud verbum contrarium esse voci *strigare*.

Quod optes: & in totum iam per maxima acto viro turpe est, etiamnum Deos fatigare) sic fere etiam editio Erasmi; nisi quod referat *& nunc Deos*, non *etiamnum Deos*. idem tamen annotat Rod. Agricolam pro, *iam per maxima*, diuinasse: *impar maximo*. id si, inquit, recipimus, ita legendum est: *& in totum impar maximo viro optio est, turpe etiam nunc deos fatigare*. Prior tamen lectio magis ipsi arridet; nisi quod pro, *& nunc*, legendum inquiat, *etiamnum*, hæc Erasmus. est in Colon. *quod optes, & in totum iam per maxime apto viro turpe est etiam nunc deos fatigare*. nec aliter Palatinus secundus, qui adscriptum habet, alias legi, *iam proxime apto*. Palatinus primus refert, *Quid optes petis? Et in totum per maxime apto viro. turpe est etiam nunc D. fat.* sicque videtur fuisse in tert. qui tamen deinde correctus ad hunc modum, *quod optas & in tantum iam per maxima acto viro turpe est, etiam nunc Deos fat.* quartus, *quod optes. & virorum iam per maximam acto viro turpe est etiam nunc D fat.*

Ille prudens atque artifex) nonnulli codices Pinc. tantum legunt; *Ille prudens artifex*. at Palatinus primus ac quart. voce insuper auctior est, *Ille prudens vtique atque artifex*. reliqui tres: *Ille prudens vtique artifex*, quod mihi satisfacit.

Laborem si non recuses, parum est. posce) sic Palatinus secundus, tertius, quartus. & sic voluit legeremus ex veteri lectione Pincianus, & deinde Modius Nouant. lect. Epistola 70. at est I. C. cui ex displicet distinctio, legitque vel, *laborem ne recuses. Parum est? posce.* vel, *laborem ne recuses. Parum est? posce.* nam hoc vult, inquit, Seneca, ne minimum quidem laborem defugiendum esse. ipse dicis. sed non ego tibi credulus; quia sutor vltra crepidam.

In quem humiles causa vocauerint) mss. meis quinque abest prima vox *In*, scribuntque vltimam *vocauerunt*. forte, *Quem humiles causa euocauerunt*. sed hic nihilominus suspicor aliquam multa deesse.

Hu

Huc & illud accedat) Col. *Hunc & illuc accedat*. Palat. tres: *Huic & illud accedat*. quart. *Huic etiam illud acc.* prætulerim vtrunque Muretianæ editioni. nam & Erasmus habuit: *Huic & illud*.

Nisi rerum scientia contingat & ars) sic Pall. omnes. at Col. *scientia contigerit*.

Non per Apenninum, Graiumue montem) notat Erasmus, indicare eum *Graias Alpes*. nec audiendum scholiasten qui hic adscripserat; *Graium*, id est Græcum, adieceratque *montem* Olympum significari. Modius Nouant. lect. Epist. 70. tradit membranas aliquot habuisse, *non per Pœninum Graiumue m.* quod probat accipitque de Pœninis Alpibus. at mss. mei quinque constanter custodiunt *Appenninum*.

Ad quod natura te instruxit) Pal. sec. ac quart. *te instituit*. prius retinuerim.

Parem autem Deo pecunia non) Pall. inseruot pronomen: *Pacem autem Deo te pec.*

Prætexta non faciet) tu mihi Critice obserua, *prætextatum* opponi *nudo*; oe forte somnies nescio quam prætextam Magistratuum. nam *prætexta* hic tantum nõ simpliciter *vestis*. sic dicta quod prætexta corpori. vise me lib. 14. cap. 7. Suspic.

Non turba seruorum lecticam tuam &c.) nimirum serui lecticam gestabant & portabant, eam humeris subeuntes. L. 3. §. vlt. ff. de legat. lib. 1. L. 65. ff. de leg. lib. 2. L. 49. ff. de legib. lib. 3. L. 14. de auro arg. nam ita diuites Romani vehi solebant. Brissonius lib. 10. de verb. sign.

Deus ille maximus) sic mss. mei omn. at Modius tradit concinniorem scriptam lectiooem quorũdam librorum: *Deũm ille maximus*.

Beatum te facere possunt) sic & ad marginem edit. Erasmi, in qua, *bonum te facere*. alterum illud etiam est in mss. meis.

Nihil horum non patitur vetustatem) sic membranæ quatuor. at Palatinus primus: *nihil horum patitur vetustatem*.

Quærendum est ergo quod non fiat in dies deterius, cui non possit obstari) sic & Erasmus. Palat. pr. *quærendum est quid nam fiat in dies cui non prosit obstari*. sec. *Quærendum est quod non fiat in dies? eius quo non possit obstace*. tert. habet, sed emendatum a secunda manu: *Quærendum est quod non fiat in dies eique non possit obstari*. prius ibi erat: *Quærendum est quid nam fiat in dies cuius non possit obst.* quart. *Quærendum est quod non fiat indiges eius, cui non possit obstari*. Col. *Quærendum est quod non fiat in dies ei quo non possit obstaci*. sed erasum aliquid est, inter dictionem *ei* ac *quo*, superpictumque minutis literis *deterius*. putarim ex lectione Palat. quarti reformandum hunc locum; nisi potius illa ipsa puta pura auctoris. ego sane tantum non id suspicor.

Quo uel melius possit optari) mss. suis aliquot verba ista quinque abesse scribit Modius Epist. 70. suspicaturque aliquid latere vitij. & hercule io eadem ego sum sententia. nam oec illæ qoinque voces vsquam io meis exempp. quinque.

In corpore humano hospitantem) sic voluit scriberemus ex vet. lectione Pincianus, oeque aliter mei omnes. prius edebatur *hospitam*.

Nomina ex ambitione aut iniuria nata) isthæc sublustri interpretationis face decorauit P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 3. pete etiam quædam ex lib. 7. controu. 6.

EPIST. XXXII.

Inquiro in te) sic rectius fuisse in alio exemplari, quam quod édidit, *Inquiro a te*, ipse fatetur in notis Erasmus. at illud *Inquiro a te* extat tameo in omn. meis; habet tantum superscriptum Pal. tert. *Inquiro de te*.

Quid agas, & cum quibus moreris) tritam ac peruulgatam fuisse interrogationem, *quid agis!* quamplurimis exemplis probat Brissonius lib. 8. de Formulis. iterum noster Epistol. 50. *Epistolam tuam accepi post multos menses, quam miseras Superuacuum itaque putaui ab eo qui afferebat, quid ageres quærere*.

Non conuersari cum dissimilibus) nec mei libri, nec Pincianiagooscunt præpositionem *cum*. itaque libenter erasam velim.

Multum autem nocet, & qui moratur) mei: *Multum autem nocens etiam qui morantur*.

Diducimus illam in particulas ac lancinamus) lectio Pinciaoorum codd. *Lancamus*. scribendum mihi videri *lacinamus*, ostendi lib. Suspic 7 cap 6. & vero *lacinamus* extat in Palat tert. io pr. vero: *Lanciamus*. quæ scripturæ non ita longe a mea abeunt coniectura. Coloniensis lectio; *lancinamus*, additam habet acutissimam glossam, quam, vt rideat lector, profero: *Lancinamus, id est, diuidimus; a lance, quia lance diuidimus*.

Fit hoc premeris. accelera, &) sic & Erasmus, ac Palat. secundus, tertius, quartus. at in primo videtur esse *præter hoc premeris*. in Colon. vero scribitur, *sic hoc premeris*. sed enim glossa ad id scribit, *posthac; in hac vita*. quod non video quomodo applicetur voci, *sic*.

Securum reliquam temporis sui partem, in possessione beatæ vita positum qua beatior non fit, si longior) sic editio Romana. Erasmi habet: *rel. temp. sui partem, nihil sibi in possessione beata vita positum, &c.* Colon. *reliquam sui temporis partem. nihil sibi in poss. beata vita ponit, qua beatior non fit si longior* Palat. pr. sec. ac tert. consentiunt Erasmianæ editioni, nisi quod primus non habeat vocem *securum*, & legat in fine: *quam beatior non fit*. secundus vero custodiat *secure*, item, *quo non beatior fit si long* tertius denique scribat *securam*. exhibet quartus: *securam reliquam temporis sui partem, nihil sibi in possessionem beata vita positum, &c.* acquieuerim scripturæ quam exhibent editi ab Erasmo libri. mirorque cur eam interpulauerit Muretus.

Nemo sibi contigit) putat Erasmus adag. 81. Cent 6. Chil. 4. respicere Senecam ad illam senteotiam Platonis: quæ *neminem sibi nasci volebat*, quamque adducit lib. 1. offic. Cicero. at miror, inquit, cum eam dilucide commodeque & eleganter verterit Tullius, quare dicere maluerit, *contigit*. nam videtur exprimere voluisse illud ἰδίᾳ γέγονεν. videtur enim hoc imputare parentibus quod non statim expetimus optima. hæc Erasmus. mss. lectio codd. Pincianorum refert, *Nemo sibi contingit*. sicque Palat. pr. tert. quart. Col.

Optauerunt tibi alia parentes tui) Erasmi editio, *Optauerunt itaque tibi alia par.* cui calculum suum adiciunt mss. mei; nisi quod in Palat. pr. *Optauerunt itaque tibi talia* suspicari quis posset scribendum: *Optauerunt vtique tibi alia*. sic certe fuisse io Palat. sec. lituræ propemodum arguunt.

Et intellectus verus bonis) sic & Erasmus, nec vitupero. significo tantum io omnibus scriptis meis extare; *intellectus verbis bonis*; tantum alterum illud conspicitur in Pal. quart. hoc ordine: *& intell bonus veris*.

Qui viuit vita peracta) sic Colon. Pal. tert. quart. at pr. *qui viuit via vel via peracta*. sec. *qui viuit vita perfecta*. adiectumque margini, alias *parata*.

EPIST. XXXIII.

Sed in illo magis annotantur) sic & Erasmus. Pal. sec. ac Colon. *Sed illo magis*. pr. ac quart. *Sed illa magis*. tert. *Sed illi magis*. adpictumque *illic*.

Quia rara interueniunt) Erasmi editio. Palat. pr. quart. Colon. *quia rara interim interueniunt*. sec. ac tert. *quia rara interim interueniunt*.

Quia insperata) sic & Erasmus. mei, *inspectate*. excipio Pal. pr. in quo *expecte*.

Licet manuleatus sit) conuenit cum iis, quæ scribit cap. 13. de vita beata: *Hoc tale est, quale vir fortis stola indutus*. vide Stephanum lib. 1. Proodop. cap. vlt. quis manuleatus dicatur, docebit te Gellius lib. 7. cap. 12.

Et industria, & ad bellum prompta) sic & Pall. quatuor, nisi quod adiciatur ab alio quopiam tert. *& industria & labor arte quæsitus, & ad bellum*. quæ verba etiam comparent in contextu cod Col.

Non habemus itaque ista oculifera) monuerunt & Lipsius lib 1. Elect. cap. 16. & Modius Nouant. lect Epist. 70. in membranis extare, partim *oculifera*, partim *oclifria*. & religio sane mihi sit, nisi vltimum istud, siue mauis immissa litera, *oculiferia*, purum putum arbitrer. ista quidem vox, siue adeo *oculifera*, valde noua Stephano lib. 2.

Proodop. cap. 10. nec videt ipse, quomodo de tam insitato verbo, fides vnico habenda sit exemplari, miraturque porro Epistol. 17. ad Dalech. Mureto non displicuisse. Sed enim vix ambigo quin *oculifera* facile admissurus sit; si rationem compositionis tantum non ab ipso nostro aequiuero auctore. eam profecto prodere videtur tum e-pist. 88. vbi de ludicris loquitur artibus: *hi imperitorum feriuntur oculi, omnia subita, quia causas non nouere, mirantium*, tum etiam Epist. 92. vbi agit de auro & argento. *Non hoc aestimant splendere, quo imperitorum verberant oculos, & auerterunt a calo.* sic ergo appellat significanter illa, quæ ad speciem in fronte tabernarum cum titulis exponuntur; quæ incutiunt in transeuntium oculos, & emptorem alliciunt. mss. mei tamen omnes habent *odorifera*, nisi quod appareat fuisse in Pal. sec. *odifera*; annotatumque ad oram Col alias legi *oculifera*.

Vnde velint sumere exemplar) Erasmus *exemplaria*. neque aliter mss. quinque.

Non possumus, inquam, ex tanta rerum aqualium copia, licet temtemus, aliud educere) Pal pr. tert. quart. *Non possumus vnquam, licet tentemus, educere aliquid ex tanta rerum aqualium multitudine.* neque secus est in Palat. sec. ac Col. nisi quod retineant, *inquam*. quæ lectio non video cur debuerit mutari. prius illud tamen extat etiam in editis ab Erasmo.

Non est formosa mulier) vox vltima nusquam conspicitur in mss. meis.

Non tam mendice tecum agam) sic mei quatuor. nam Col. habet. *non tamen tecum agam*. Erasmi margo alias legit, *tam medice* quod displicet.

Inter se connexa sunt) sic & Erasmus. mei omnes; *inter se contexta sunt*. quod scio genuinum auctoris.

Circumscriptu & carminu) sic mei, excepto Pal. sec. qui habet. *circumspectu*. forte fuit; *circumseptu*. sed forte. nam illud prius, æque elegans.

Et has quas Graci Chrias vocant) Quid eæ sint, tradit Quinctilianus lib. 1. cap. 15. latius vero de iis Paulus Leopardus lib 3. cap. 7. Emendationum & Miscellan.

Quo plus ndlue) Erasmus, & mei codd. *quo plus*. placet.

Est sua facere quonque) sic Erasmus. at mei: *quaque*.

Mulinum inquit viua vox) Pal. pr. tert. Col. *inquis*.

Non quidem hac qua alienis verbis commendatur) sic solum Pal. pr. itaque reducamus quod in mss. meis inuenio. ...que Modius Epistol. 70 quodque agnoscit Lipsius Comment. ad lib. 5. Annal. Taciti, *verbis commodatur*.

Et actuarij vice fungitur) sic dicitur. qui acta Senatus excipiebat velo... ilo. Glossæ græcæ: *ὑπομνηματογράφος, Actuarius, memorialis.* adi Beroaldum & Torrentium ad Suetonij Iulium cap 55. Langlæum lib. 7. cap. 19. Otij semestr. Lipsium Comment ad Annal. Taciti.

Quis aliud sequitur, nihil sequitur, nihil inuenit) nec editio Erasmi, nec mss. mei quinque recipiunt duas voces, *nihil sequitur*.

Sed si propiorem inuenero, hanc mutuam) facinus hoc arbitrarium Mureti aliæ editt. meæque membranæ quinque voce auctiores; *Sed si priorem planioremque inuen.* at ipse tamen Muretus de hoc ipso loco sic prodidit lib. 15. cap. 16. Var. lect. libri vett. inquit: *sed si priorem vel planiorem* ego *sed si planiorem inu.* hæc ille. mutauit sententiam, puto, motus correctione P. Fabri, qui sic hæc constituebat lib. 1. cap. 10. Semestr. *Priorem*, ait, reiiciendum esse Erasmus vidit, & alicubi *apertiorem* legi ait: ipse vero vel *potiorem* vel *primiorem* mauult. ego *propiorem*, ratione ad veritatem ductus nunc primum restituo; quæ ipsa patebat quidem omnibus, vt Senecæ verbum vsurpem, nondum erat occupata. hactenus vir ille consultissimus. suspicabar olim non insulse hic restitui posse antiquius verbum: *sed si pruiorem*, vti indico lib. 29. Suspic. cap. 11.

Qui ante nos ista mouerunt) ita & Erasmus & Palat. sec. nec non Col. nisi quod præponat voculam, *Et qui antenos, &c.* quæ etiam extat in Palat. tert. qui tamen legit, *ista monuerunt*. pr. ac quart. depromunt: *Qui autem ista nos monuerunt*.

EPIST. XXXIV.

Nam turbam olim reliqueras) retinent hic plerique libri mei; *nunc turbam quam olim reliq.* an scribendum: *nam turbam iam olim*, vel, *turbam quoque olim*.

Ad fructum perducta) sic etiam maluit Erasmus, licet præferret editio eius: *producta*. & vero alterum illud restat in omn. Pall.

Sed subinde incitaui) sic quatuor mss. at Pal. sec. *sed subinde tonus & incitaui*.

Principia totius operis dimidium occupare) Ἀρχὴ ἥμισυ παντός. hoc adagio significatum est, maximam difficultatis partem in aggrediundo negotio sitam esse. Hemistichium est Hesiodi, citante Luciano in Hermotimo; refertur & ab Aristotele lib. 5. Politic. item Platoni lib. 6. de Legib. Horatius lib. 1. Epist. 2.

Dimidium facti qui cœpit habet. sapere aude.

Ausonius,

Incipe: dimidium facti est cœpisse. superfit
Dimidium, rursum hoc incipe, & efficies.

Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto sint audiendi poetæ, citat ex Sophocle carmen hoc:

Ἔργου δὲ παντὸς ἤν τις ἄρξηται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκός ἐσθ᾽ οὕτως ἔχειν. id est:
Negotij cuiusque si bene cœperis,
Et finem item bonum fore est probabile.

Erasmus adag. 39. Cent. 2. Chil. 1.

Ita res animo constat) quidam hic legit, interrogatoria addita nota, *ita res in animo constat?* vellem illum hominem Grammaticorū prius didicisse præcepta, priusquam prosiluisset ad Senecæ eneruationem.

Pars magna bonitatis est) eiecit Muretus ab initio verbum, motus eis quæ scribit Pincianus de suorum codd. lectione. at Erasmus, & mei quinque, *Itaque pars magna*.

Cuius acta discordant) sic Pall. quatuor. at Colon. *cuius facta discord.* Pinciani aliquot mss. *cuius dicta acta discordant*. nihil mutandum.

EPIST. XXXV.

Cū te tam obnixe rogo vt studeas) ita & Erasmus. at Pal. pr. ac quart. *Dū te valde rogo vt studeas*. nec aliter Col. nisi quod addat particulam, *Dum te tam valde rogo vt st.* Pal. sec. *cum te valde rogo vt stud.* tert. *Cum te tam valde rogo.*

Si nihil aliud) sic & Erasmus, & Pal. sec. at reliqui; *si ad nihil aliud*. vel, *si ob nihil*.

Sed tamen te quoque) sic vetus lectio Pinciani, & recepit Muretus. editio Erasmi: *si tamen*. prius illud extat in quinque meis.

Affer itaque te mihi ingens munus) sic Pall. tres. secundus: *Affer itaque te ingens munus*. adscriptum tamen alias legi: *Affer itaque mihi ingens*. quod remanet in Col.

Cogita me senem esse, te mortalem) sic & Erasmus. at mei omn. vno calamo: *Cogita te mortalem esse, me senem*.

Propera ad me) editio Erasmi: *Propterea ad me*. sed aliud istud in mss. meis quinque. sicque alias legi. indicauit etiam Erasmus in notis suis. miror itaque quare Muretus istud *Propera* coniecturæ suæ adscribat.

An aliquid actum sit) sic solum Col. ac Pal. quart. reliqui, *an aliquid aptum sit*.

Animum natare alibi, atque alibi apparere) traiecerim distinctionem; *an. natare: alibi atque alibi app.* vt instabilitatem illam insulæ comparet vagantibus in vndoso mari. de quibus ipse lib 3. cap. 25. nat. quæst. & sic sane postea interpunctum vidi in Pal. tert.

Illud sapienti perfecto contingit) notat Erasmus, alias legi; *sapienti perfecto*. quomodo & mei: nisi quod nonnulli *profecto*.

Et proficienti prouectoque) sic Pal. sec. tert. at ista vltima vox non comparet in Col. Pal. tamen pr. ac quart. legunt, *proficienti profectoque*.

Sed suo loco nutat) Pal. pr. tert. quart. *sed vno loco nutat*. Col. *sed suo loco micat*. sec. consentit vulgato. nisi quod repræsentet ad oram, alias legi; *suo loco mutat*.

Nec commouetur quidem) tollatur typographi mendum; adiiciaturque dictio: *ille nec commouetur quidem*. nam sic Erasmus, sic mei quinque.

EPIST. XXXVI.

Quem exhauriunt & turbant) lectio nihili. repono indicio mearum membranarum: *quem qui exhauriunt & turbant*.

Et signare

Et figurare contraria) mſſ. mei, *& significare*. excipio Pal.pr.in quo *significatione contr.*

Sine eum tristem) ſic & Eraſmi ora: editio, *Sin eum*, quod & in pleriſque mtis. Col.tamen *ſi eum tr.* Pal.quart. *ſi non eum tr.*

Bene ſe dabit in vetuſtate ipſa triſticia) ſic mſſ. omn. niſi quod Pal ſec.ac quart. *in vetuſtate vr.* at I.C. quis corrigit, *bene ſedabit, vetuſtate ipſa, triſtitiam.* laudo hercle quod ſemel inſiſtat veſtigiis prioris ſcripturæ. ſed tamen abſtineat, quiſquis eſt, acumen ſtili. niſi ſi, talis donari cupiat qualibus olim a Perſarum illo rege Demetrius. nã ſimili fere modo dicit noſter ca.3.de Trãq.vitæ: *vtcunq. ergo ſe Reſpub. dabit, vtcunque fortuna permittet, ita aut explicabimus nos, aut contrahemus.* planius paulo Epiſt.78: *Omnibus præterea feliciter hic locus ſe dedit &c.*

Perbibere liberalia ſtudia) ſic etiam adducit P. Coluius notis in Apuleij lib.de Philoſoph. ſicq; ad oram Eraſmianæ edit.quæ tamen repræſentat *perhibere*: quomodo mei quinque, niſi quod mutatum id in Pal. tert. & certe ad alterum illum modum loquitur noſter Epiſt 94: *Hæc cum perſuaſi mihi & perbibi, quid iſta præcepta efficiunt, quæ eruditum docent?* notat Eraſmus alias etiam legi *prendere liberalia.*

Turpis & ridicula res eſt elementarius ſenex) idẽ Epiſt. 73: *Turpe eſt ſeni aut ſenectutem proſpicienti ex commentario ſapere.* & iterum Epiſt 14: *Fœda eſt hominum leuitas, nouas ſpes etiam in exitu inchoantium. quid enim eſt turpius quam ſenex viuere incipiens?* ſuggeſſit mihi Langlæus lib. 1 cap.7. Ocij Semeſtr. apud quem huius formæ plura.

Iuueni parandum, ſeni vtendum eſt) ita repoſuit lib.2. cap.15 Semeſt. P.Faber: quod paratis vtamur, & paremus vnde vtamur. antea loquit ſuit: *parendum*. at *parandum* etiam habet editio Eraſmi, eſtque adeo in omn. meis ſcriptis.

Denique nihil illi iam liberum eſt, ſpopondit) ſic Eraſm. mei quatuor, *nihil illi iam liberi eſt. ſpop.* Pal.tert. *nihil illi iam liberi eſt qui ſpopondit.* tradit Pinc. veterem ſuorum lectionem referre: *denique nihil illi iam liberum eſſe ſpopondit.* quæ lectio non ita fatua. haud tamen ſollicitauerim prioiem.

Quocunque res cadent) mſſ quatuor: *quomodocunque res cedunt.* Pal tert. *quocunque res cedant.*

Si in Germania, protinus puer tenerum haſtile vibr.) ſic & Eraſmus ac Pal.ſec. at alij omnes duas addunt voces, *Si in Germania natus eſſet, protinus puer ten. &c.*

Nec eum neceſſe eſſet) Eraſmi editio non habet pronomen *eum* at mſſ. mei omn. *nec enim opus eſſet.* quod miror quur homines male feriati mutarint. vtique cum eandem ſcripturam agnoſcerent Pinc codd.

Ex qua prodierunt ac mox proceſſura ſunt, reconduntur; conſumi) verbum *ſunt* non reperitur in Pal.pr.

Deſcendere ac reſurgere) mſſ.omn. *ac ſurgere.*

Stellarum iſte diſcurſus) ſic & Eraſmus, nec non Pal.ſec. ac Col.reliqui tres, *iſte decurſus*: quod mihi ſane ſaliuam mouet: vt ſcilicet alludat ad decurſum militarem.

Pars tali leuatur aſſidue) ſic omnes mei, præter Pal. tert. in quo *leuatur cotidie.* quod neſcio quomodo magis mihi placeat.

EPIST. XXXVII.

Promiſiſti virum bonum) Caſellius Durantius li.1.ca.8. Variarum, notat hic: *virum bonum* Latinis dici ἀγαθὸν ſolitum, ſicut Græcis virum ſcilicet ſtrenuum & Martiũ. hinc Hiero a Senatu vir bonus ſociuſque egregius appellatur; Titus Liuius: *Ab Senatu,* inquit, *ita regi, virum bonum egregiumque ſocium Hieronem eſſe, atq; vno tenore &c.* itaque *promittere virum bonum.* ex ſolennibus ſacramenti militaris verbis tractum. hæc Durantius quem videbis non ſine fructu.

Sacramento ligatus es) indicat hunc locum Briſſonius lib.4.de Formulis initio, videturque legiſſe, *ſacram. rogatus es.* quod cum habeant etiam exempp. Pinciani, hic ei omnino dederim locum; præſertim cum & ſic ſeruent Pall.quatuor.

Decipit ſi quis tibi) hoc ſumpſit ab vno codice Pinciani Muretus. cuius reliqui; *Deridebit ſi quis tibi.* quomodo & editio Eraſmi. at mei voce adhuc amplius. *Deridebit ſe, ſi quis.* vt ſuſpicer forte ſcribendum; *Deridebit te ſi quis &c.*

Turpiſſimi auctoramenti) duplex genus fuit inter gladiatores: *coacti & voluntarij. Coacti,* ſerui, damnati, captiui: *Voluntarij,* liberi, quique pretio ſe addicebant. hi poſtremi, proprie *Auctorati* dicti. vetus Horatij interpres: *Auctorati vocantur qui ſe vendunt ludo. Auctoratio enim dicitur venditio gladiatorum.* Gloſſæ priſcæ: *Auctoratus, ὁ ἐκμισθώσας εἰς ἆθλον ἑαυτὸν ῥαίδιον. καὶ μονομάχος.* Iude *auctorandi* verbum, notione pari. Quintilianus: *Quidam vt patrem ſepeliret, auctorauit ſe.* Aſinius Pollio ad Ciceronem: *Fadium quendam, quia cum depreſſus in ludũ bis gratis depugnaſſet, auctorari nolebat, viuum combuſſit.* Plinius lib 14: *vineam tantum ſublimes, vt vindemiator auctoratus rogum & tumulum excipiat.* Ab eodem & *auctoramentum* pretium ipſum gladiatoris, & merces. Paterculus. *In ea iugulatis cuius publice conſtitueretur auctoramentum.* Seneca: *Quocunque ſe verterit, pretium aliquod præſens occupationi ſuæ inueniet. nullum ſine auctoramento malum eſt* Cicero: *merces ipſa in mercenaria, auctoramentum eſt ſeruitutis.* iterum Seneca: *Hominem venalis anima crebrius incitabat auctoramentis.* hæc Lipſius lib.2.cap 5. Saturn.Serm.quibus ſimilia prius promſit P. Faber lib. 2. cap 11.Semeſtr.poſtea etiam Briſſonius lib.8.de formulis.

Vri, vinciri ferroq; necari) Lipſius noſter verbũ *vinciri*, ſuſpectum habet, nec diſpliceret *virgari.* hoc ideo, quod in tria iurarent, verbera, vſtionem, necem, vti auditum ſupra Epiſt 7. Alluſit & Tibullus.

Vre meum potius ferro caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

Plenius Arbiter. *In verba Eumolpi ſacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferroque necari: & quicquid aliud Eumolpus iuſſiſſet. tanquam legitimi gladiatores domino, corpora animoſq; religioſiſſime addicimus.* hæc aliaque huius rei ſubminiſtrauit Turnebus lib 2. cap.20. Aduerſ. P Faber lib.2 Semeſtr cap.11. item ad l.70.ff. de reg.Iuris. Briſſonius lib.8 de formulis. Durantius lib 1 ca.8.qui tamen legendum putat; *vri virgis ferroque necari*; non *vinciri*: vt auctor alludere videatur verbis Horatianis de quibus nos ſupra.

Qui manus arenæ locant) id eſt, *operas*, vti interpretatur d cap.11 Faber.

Illi licet arma ſubmittere) dico cap. 3. libro de Prouident.

Miſericordiam populi tentare) omnino: nam ab eius nutu pendebat plerumque mors eorum vel ſalus. Horatius:

Ne populum extrema toties exoret arena.

extrema, quia rogaturi admouebant ſe ſpectaculis, vnde audiri poſſent. vt annotat lib. 2. cap 22. Saturn.Serm. Lipſius. Ius quidem eos mittendi penes editores; vt idem ibidem docet. ſed enim ij ipſi plebem reſpiciebant, ad eorumque arbitrium ſe conformabant. quod probant præter illa capitis 1.lib.de tranquill. vitæ, Tullij iſta, ex oratione pro Milone: *Etenim ſi in gladiatoriis pugnis & in infimi generis hominum conditione atque fortuna timidos atque ſupplices, & vt viuere liceat obſecrantes, etiam odiſſe ſolemus: fortes & animoſos, & ſe acriter ipſi morti offerentes ſeruari cupimus: eorumque nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant, &c.* iterum lib 2. Tuſcul. *Quomodo illi qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare: quam ſæpe apparet nihil eos malle, quam vel domino ſatisfacere vel populo.* Iuuenalis.

Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter.

Lactantius lib 6 ca.20 diuin.inſtitut. *Quæro nunc an poſſint pij & iuſti homines eſſe, qui conſtitutos ſub ictu mortis, ac miſericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, ſed efflagitant; feruntque ad mortem crudelia & inhumana ſuffragia: nec vulneribus ſatiati nec cruore contenti &c.* hæc P.Faber d.cap.11. Lipſius d. libro 2. cap. 23. apud quem plura.

Sine miſſione naſcimur) ſic Eraſmi etiam editio, ſic Col. ſic Pal.pr. ſic quart. nec longe abit ſec. qui habet *ſine miſſione naſcuntur*; notatum tamen ad marginem alias legi

nascimur. solum Pal. tert. scribillat, *sine intermissione nascimur.* quod ineptum est. sed & nihilominus iure meritoq; reprehendi Iurisconsultum lib. 4. cap. 11. Suspic. qui verba hæc diceret facere ad L. 5. & 6. ff. de statu hominum; quasi Seneca vellet, liberos esse nos a natura non seruos aut libertinos. quid enim quæso, aut absurdius dici queat, aut a mente auctoris alienius? qui vult; non, vti gladiatores submissis armis & exorato populo missionem impetrāt, (hoc est, ab imminente periculo in aliquot forte dies liberantur) ita etiam bonæ menti addictis hominibus cōtingere posse. sic fere hunc locum interpretatur P. Faber d. cap. 11. Lipsius d. lib. 2. cap. 22. nimirum metaphora est ab illis quos dixi arenæ auctoratis; quam neque refugit Petronius: *Donec Quartilla balenatam tenens virgam, altequesuccincta, iussit infelicibus dari missionem.* Eiusdem: *Inhibuitque Tryphana tam grande facinus, non dissimulata missione.* Spectasse vero missionem ad læsos victosque tantum, nec confundendam cum rude, præceptor meus egregie demonstrauit. itaque *sine missione dare gladiatores*, (de quibus Liuius vbi de Perseo lib. 41. & Tranquillus Augusti cap. 45.) & *pugna sine missione*, (de qua Florus in pugna cum Spartaco) nō aliud ei est, quam ad certam mortem dari, nisi vincas; ius non esse vulneratos supplicesque liberandi atque idem ego, cur non censeam?

Sine missione nascimur) interpretatur sine spe missionis P. Faber d. cap. 11. vt alibi in Senecæ Controuersiis: *Abscissa missione gladiator, quem armatus fugeras, nudus insequitur.*

Fiat via, & hanc tibi viam &c.) sic Erasmus & Palat. sec. at reliqui quatuor, *Fit via, & hanc.* vnde venit in mētem vsum hic auctorem verbis poetæ optimi; & scripsisse adeo: FIT VIA VI. *Et hanc tibi &c.* correctionem hanc non allaboro vt probem Senatui populoque literario; adeo omnibus se ipsam insinuat.

Interdum alternis vicibus imperantes) tertia dictio *vicibus* nusquam comparet in chirographis quos adiit Modius, neque ea quicquam opus putat. nam & Virgilius:

Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ.

non improbo. mei tamen mss. quatuor verbum *vicibus* ostentant. quod si quid mutandum, non recusauerim admittere quod est in ms reliquo, Palatino inquam sec. *interdum alternatim imperantes.*

Non consilio adductus vllo) sic & margo Col. contextus tamen; *non concilio ductus illo.* nisi reliqua mea exempp. vulgatum propugnarent, facerem, *nō consilio ductus vllo.*

EPIST. XXXIX.

Irrepserit animo) sic & Erasmus. melius membranæ quinque: *irrepit animo.*

Effusa audiente populo) sic & mss. mei. vellet tamen Pinc. legeremus *audiente.*

Consilium nemo clamore dat) puto hāc lectionē agnoscere parentem Muretum. Erasmi certe editio, meique omnes: *Consilium nemo clare dat.* quod non erat profecto eiiciendum. vtique cum mox dicat; *ad hæc submissiora verba veniendum est.*

Facilius intrant, sed hærent.) aut defectum locum primus suppleo ea membran. Colon. *intrant & fortius hærent*; aut legendum *sed & hærent* nam Pal. quatuor, *intrāt & hærent* cur de illo *fortius*, nihil dicam confidentius, est quod conspiciatur margini adtextum, additumque ei sed minutioribus literis, *in cor audientium.* videtur tamen adpositum ab ipso libri illius scriptore.

Et ex minimo in maximos actus diffunditur) Brissonius li. 1. de verb. sign. interpretatur hic *actum* pro spatio quod in agris est, de quo apud Varronem lib. 4. de ling. Lat. Boetium lib. 2. Geometr. Festum lib. 1. Isidorum lib. 15. ca. 15. aliosque. equidem cum Pal. secundus alterius manu scriptum habeat. *in maximos auctus*, sicque omnino sernent tert. ac Col id hic fidenter admisero: præsertim cum & eam scripturam, nescio an ex mss. an ex ingenio, exhibeat Modius Nouant. lect. Epist. 70. sicq; Lucretius lib. 2: *Hilarem grandescere ad auctum.* aliique omnes.

Idem facit ratio) iubet Pincianus ex veteri scribamus lectione *idem facit oratio.* & sic certe in Pal. pr. tert. quart. at alterum illud tuetur se auctoritate Pal. sec. ac Col. nec non editione Erasmi. placet mihi tamen *oratio.*

Sed si illa animus bene exceperit) mss. omn. *excepit.* Pal. quoque tertius, *sed eum bene animus excepit.*

EPIST. XXXIX.

Diligenter ornatus) sic mss. mei quinque. malim tamē quod inuenit in suis exempp. Modius. *diligēter ordinatos.* sequitur enim statim: *Inter multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent.* & sequenti Epistola 40: *Nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur & properat.*

Vulgo breuiarium dicitur) eius vocis mentio apud Suetonium in Augusto cap. 101. Galba cap. 12. Plinius lib. 18: *vt omnis cultura quoddam breuiarium peragatur.* sic *breuiaria rationes* apud Scæuolam l. vlt. ff. de pecul. leg. Torrentius.

Tu a me non es) sic Pal. sec. & Col. qui tamen adscribit margini, alias legi, *Tuum a me.* quod diserte in reliquis tribus.

Qui notorem dat, ignotus est) de eo dico in ludo de morte Claudij. estque ea vox etiam in edit. Erasmi; cuius ora retinet *vocatorem.* at mei fere omnes *notorem* habent, nisi quod Palat. pr. ac sec tres postremas literas a prioribus separēt. quart. habet *notiorem.* Col. *voto rem.* adque oram alias legi, *mortem dat.*

Habet enim hoc in se generosus animus quod excitatur) sic Erasmi etiam editio. at mei quinque voce auctiores: *Habet enim hoc optimum in se generosus.* quod non video cur ita omnino displicuerit Erasmo. nam abfuisse eam vocē scriptis eius exempp non fit verisimile.

Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi) sic & Pal. sec. reliqui, *Quemadm. flamma quæ surgit.* Col. quoque insuper habet *latere* non *iacere.*

Secunda temperabit) Col. *secunda bene temperabit.* at ea voc Pall. quatuor eaulat.

Alia admiranda desp.) reduco vocula suasu quinque membran: *& alia admir.*

Illa enim vtilia sunt) iniurie hic vocem eiicit Romana editio, quæ & in Erasmi, & in mss. meis omn. *Illa enim vtilia vitaliaq; sunt.* & hercle agnoscitur etiam ab Turnebo lib 18. cap. 27. Aduers. qui eam multum lucis adferre vult his Horatianis: --*amicum*

Mancipium domino, & frugi quod sit satis. hoc est

Vt vitale putes-- Simile est & illud Lactantij libro 6: *Vnum est enim sapientis & iusti & vitalis viri opus, diuitias suas in sola iustitia collocare.* hæc Turnebus, apud quē de huius dictionis significatione plura. Pal. pr. tert. quart. Col. etiam, præterea aliam admittunt vocem: *illa enim bona vtilia vitaliaque sunt*; sed in quibusdam tāquam superuacua punctis subducitur. in Palat. vero secundo nusquam comparet.

At hæc eo quod superfluunt, nocent) In hominum quidem, imo vero in omnium rerum natura nocent: non etiam in iure, vti eleganter docet pluribus P. Faber ad L. 94. de reg. Iur.

Sed etiam in suam vtuntur) sic quidem & ora edit. Erasmi; contextus vero *vertuntur*; quod & retinet Pal. pr. ac Col. neque omnino spreuerim.

Necesse est in immensum) omnes fere mss. *Necesse est enim in immensum* & præ altero probauerim.

Inania & ex libidine orta) Pal. pr. ac tert. *Ignauia enim & ex lib.* quod *enim* perstat etiam in aliis qui seruant *inania*, excepto Pal. quarto.

Voluptatibus vitque se immergunt. Palat. sec. ac Col. *Volupt. itaque se immergunt.* reliqui: *Voluptatibus itaque se mergunt.*

Voluptatibus suis) pronomen non est in vllo mss.

Vbi quæ fuerant vitia, mores sunt) Tacitus similiter in Germania: *corrumpere & corrumpi seculum vocatur.* signauit Lipsius.

EPIST. XL.

Magno cursu) Pal. sec. *magno impetu.*

Verba conuoluere) sic & Erasmus. mei quinque *verba conuellere*

Quæ non effundit, sed premit & vrget) Erasmi editio: *quæ non effundit vna, sed premit, &c.* sicque etiam Pal. pr. ac quart. at reliqui, *quæ non effundit vna vox, sed premit &c.* quæ lectio & in vno Pinciani libro, quam & ipse probat; quia subiiciatur statim: *Plura enim veniunt quam quibus*

vna

vna vox sufficiat. alia eius exemppl. habebant, *qua non effundit immo premit &c.* scriptura Erasmi concinnior mihi videtur.

Vim dicendi rapidam) mss. omnes *vim dic. perrapidam.* excepto Col.

Sic itaque habe vt istam vim) sic omnes mei, præter Col. qui omittit particulam *vt.*

Atque abundantem, aptiorem esse circulanti iudices, quam agenti) Palat. pr. tert. quart. *aptiorem esse credas circulanti quam agenti.* sec. *atque abundantem cognoscas aptiorem esse circulanti quam agenti.* Col. *aptiorem esse circulandi iudices quam agenti.* suspicari libet hæc omnia rescribenda ad hanc formam: *Sic itaque habe; istam vim dicendi rapidam atq; abundantem, aptiorem esse circulanti iudices, quam agenti rem magnam.* vt *iudices* sit nomen, iungaturque verbo *circulari.*

Æque stillare illum nolo quam currere) Palat. pr. *Æque stillare eum illum nolo quam currere.* sec. tert. *Æquo stillare illum nolo quam curr.* quart. *Æquo stillare istum nolo.* Col. *Æque stillare illum volo quam currere.*

Inanitatis & vani) Col. *& vacui.*

Sine delectu ruentium strepitus) mss. aliquot mei, *sine dilectu,* quod verum est. Col. *sine distinctu ruent.*

Ita istos qui verba exercuerunt) sic omnes mss. præter Pal. tert. in quo, *ita istos qui per verba exercuerunt.*

Quorum oratio perturbata & admissa est) mutuo sumpsit vocem *admissa* a coniectura quam ad oram editionis suæ posuit Erasmus, quæ habebat *& immissa est.* quod idē in membranis quinque; & vero oppido huic loco conuenicus est: quod quiuis nouit cui venit in mentem *immissarum habenarum.*

Quem violenta ista & nimia vis exuit) ita Romana editio at Erasmi; *quam violenta ista.* sed & præterea monet Modius Nou. lect. Epist. 70. libros aliquot scriptos pertinaciter seruare, *sed inimica,* quod nos cōsiderare voluit. equidem confirmat editionem Erasmi Pal. sec. nisi quod habeat *nimia vix exuit.* at Pal. pr. tert. quart. refert: *quam violenta ista vis exuit,* exclusis *& nimia.* Col. seruat: *quam violenta ista & nimia vis exuit.*

Aut affectus impetum sui) Pal. sec. ac tert. *aut affectuo impetus sui:* reliqui, *aut effectus impetus sui.* labor fere vt suspicer, *aut affectus impetus vt.*

Tantum festinet atq; ingerat. Pal. pr. ac tert. *festinet aut ingerat.*

Quantum aures pati possunt) ita & Erasmus & Pal. tert. at reliqui mei quatuor *quantum aures pati non possunt.*

Si non videris istos) Pal. tert. *si non audieris istos.* quod & ad oram Pal. sec.

Vel iuxta P Vinitium dicere) notat Erasmus quosdam codd. habuisse *discere,* sed displicet, inquit, & addit, Videtur deesse præpositio *iuxta*: nisi forte sic locutus est Seneca, *Publium dicere*; quemadmodum Virgilius dixit, *vox non sonat hominem.* deinde *itaque* superest. sic Erasmus. Pal. pr. ac quart. retinent: *vel per Mucium P. dicere.* sec. *vel P. Vinicium diceret.* tert. *vel P. Vinitium discere.* Col. *vel P. Vicinium dicere.*

Qui cum quæreretur) sic & Erasmi editio, cum tamen notæ eius indicent vocem *itaque* ibidem quoque habuisse locum. & sane mss. mei omn. exhibent, *qui itaque cum quæreretur.* mutatumque id in Pal. tert. ad hanc formam, *quid itaque quia cum quæretur.* lineæ bie aliquot, meo animo, plane insanæ.

Qui illi singula verba vellenti) sic & Erasmus. mei omnes præponunt verbum vnum; *quam qui illi &c.*

Et non diceret, aut; Dic vel numquam dicas) in bis vocibus, queque eam precedunt, nihil est liquidi: has tamen quis sic tranquillauerit, *& non diceret: Aut dic, vel numquam dicam.*

Namq; Haterij) ita emēdasse sese inquit Muretus, cum antea esset: *Namque Echery.* non abnuo. sciat tamen, *Nāq; Atery* præferre oram editionis Erasmianæ. sed & diu est quod legendum: *Nam Quinti Hatery,* monuit Lipsius ad lib. 4. Annal. Taciti. quod placet. huius hominis crebra mentio in Declamationum libris. Pal. pr. ac Col. habent, *Namque Herere.* sec. *Namque Hacteri.* tert. *Namque Theri.* quart. *namque Herennij.*

A quo Rom. eloquentia extitit) sic Romana editio: Erasmi, *exiluit.* quidam codd. Pinc. *exiluit.* mei fere *exilijt.* nō displicet *exiluit;* sed ita vt interim non damnem *exiuit.* nā illud *extitit,* ne vitiosa quidem emerim nuce.

Expedite magis quam concitate) Pal. pr. *quam cogitate.* male.

Hanc ego in viro) Pal. pr. ac tert. *Hanc ergo.*

EPIST. XLI.

Nec exorandus aditum, vt nos ad aures simulachri admittat) de eo more quædam dixi lib. 6. cap. 15. Suspic.

Bonus vir sine Deo) Pal. pr. ac quart. *Bonus enim vir.* reliqui tres: *Bonus vere vir.*

Quis Deus incertum est; habitat Deus) Erasmus: *habitat tamen Deus.* Pal. tert. quart. *quis Deus incertum est habitat,* sine altera voce *Deus;* quæ nec in Pal. sec. aut Col. qui habent: *quis incertum est habitat Deus.* nec in pr. quæ retinet: *quis Deus incertum est habitat.*

Si tibi occurrit vetustis arboribus) lucos plerumq; Romanis sacros vel Plinius fidem fecerit lib. 12. cap. 1. vbi de arboribus: *Hæc fuerunt numinum templa; priscoque ritu simplicia rura etiam nunc DEO præcellentem arborem dicant, nec magis auro fulgentia atque ebore simulachra, quam lucos atq; in iis silentia ipsa adoramus.* Vnde Ouidius libro 3. Amor. Eleg. 1.

Stat vetus & multos incedua sylua per annos:
Credibile est illi numen inesse loco.

exēpla alia habebis in Notis Coluij ad lib. 6 Metamorph. Apuleianæ, Lipsiique ad Taciti Germaniam.

Si quis specus) obserua pariter cum Coluio, specus speluncasque vetustiores sacras Diis. Apuleius lib. 1. Florid. *Neque enim iustius religiosam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frōdibus obumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata &c.*

Magnorum fluminum capita veneramur) de his ceremoniis Plinius lib. 8. vbi Clitumni meminit: *Pons terminus sacri profaniq;: in superiori parte nauigare tantum; infra etiam natare concessum* imo in quibusdam aquis nauigare etiam vetitum. idem lib. eod. de lacu Vadimonis: *Nulla in hoc nauis; sacer enim est: sed innatant insulæ.* recte itaque emendat hæc Taciti lib. 14. Annal. *Iisdem diebus nimia luxus cupido, infamiam & periculum Neroni tulit; quia fontem aquæ Martiæ ad vrbem deductæ nando incesserat: videbaturque potus sacros & cærimoniam loci tota corpore polluisse. secutaque anceps valetudo. iram deûm affirmauit.* recte inquam Lipsius corrigit *loto corpore.*

Subita ex abdito) sic & Erasmus & Colon. at Pall. quatuor *Subita & ex abd.* quod reduxerim.

Et stagna quædam vel opacitas &c.) non aliter Erasmi editio aut Pal. sec. sed frigide, præ eo quod est in aliis quatuor: *Coluntur aquarum calentium fontes & stagna, quæ vel opacitas.*

Sed hæret origini suæ) mei, *sed adhæret orig.*

Qui nullo bono nisi suo nitet) sic & Palat. sec. & quart. ac Col. qui tamen ad oram, alias *vtitur.* forte exprimere voluit *mittitur.* nam sic diserte in reliquis meis membranis duabus.

Aliter leo aurata iuba nitet, dum contrectatur, & ad patientiam &c.) illud *nitet* non est Senecæ, sed Erasmi; qui & ipse fatetur in omnibus alioqui libris, aut *mittitur,* aut *dimittitur,* reperiri. atque vltimum illud reponēdum putat P. Faber lib 2. cap. 7. Semestr. cum e caueis proprie *dimissa* & *emissa* dicantur animalia. Virg. libro 4. Georg. de apibus:

Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cæli.

Modin Epist. 70. placebat; *mittitur,* quam lectionem aliquot eius membranæ constanter præferebant. mss. mei fere habent *demittitur;* Pal. sec. *mittitur:* Col. *mititur.*

Cuius hic decor est non sine timore aspici) Faber hæc omnia parenthesi putat includenda.

Illi languido & bracteato) sic mss. mei quinque: vetustiores editi, *languento.* ex quo formabat idē Faber: *languidulo.* nimis exile putarim.

Nemo gloriari nisi suo debet.) sic & Pal. sec. reliqui: *nisi de suo debet.*

Familiam pulcram habet & domum pulcram) sic &

Era-

Erasmus. at mss. quinque: *Familiam formosam habet &c.* quod non improbauerim.

Quod nec eripi potest nec dari: quod proprium est hominis: Quaeris quid sit?) Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 6. probat hanc distinctionem, quod ista: *quod proprium est hominis,* ad praecedentia spectent. antea legebatur: *quod nec eripi potest nec dari. Quod propriū est hominis quaeris quid sit? Animus & ratio in animo perfecta. &c.*

Si id adimplevit cui nascitur) sic solum Pal. pr. at sec. *si id impleuit.* tert. *si id implet.* quart. *si id adimplet.*

EPIST. XLII.

Eximia vero ipsa raritate commendat) sic Colon. sic omnia bibliothecae Pal. exemplaria; adscriptum tantum a secūda manu tert. *ipsa raritas commendat.* scribit Erasmus, legendum aut *commendantur,* aut quod in quodam repererit, *ipsa se raritate commendant.* putarim vulgatum retineri posse, si dicamus illud *commendat,* respicere ad vocē *fortuna,* hoc modo, Fortuna raritate ipsa cōmēdat eximia.

Magna potentia insolenter vtuntur) recta lectio. sed quā tamen venustiorem fore existimem, si ex membranarum Pall. quatuor auctoritate reponatur: *potentia impotenter vtuntur* idemq; Modio Epist. 70. videtur, cuius scriptis sic similiter extabat. neque aliter etiam Coluius notis in lib. 10 Metamorph. Apuleii.

Idem faciet cū idem poterit) mei omn. *cum idē potuerit.*

Multorum quia imbecilli sunt latent vitia) mei omnes aut *imbecillia,* aut *imbecilla.* & habuit quoque editus ab Erasmo *imbecillia.*

Ne paria possimus audeat.) Erasmi editio & mei quinq; *vt paria poss.* quod non debebat sollicitare Muretus. significat enim vox, *vt,* idem quod *licet,* ac *quamuis forte.*

Quam remisit & fugit) sic mss. etiam omnia. miror itaque cur I.C. quis hic legat *remisit vt fugit,* cum altero illo nihil planius, nihil explicatius.

Sed hac non praeuidemus) mēbranae omnes *prouidemus.*

Ad ea parate sumus) eaedem omnes, *paratissimi sumus.*

Saepe maximum pretium est pro quo nullum datur) sic Pal. pr. tert. quart. Col. at sec. *Saepe pretij est maximi pro quo.* videbatur tamen prius in eo fuisse; *Saepe pretij esse maximi.* Stephanus lib. 2. Proodop. ca. 4. annotat haec non alio dici sensu, quam dictum antea erat, gratuita nob. videri quae carissime constant. sed si, inquit, verborum habenda ratio, & ipsis insistendum; quonam illud *quo,* referri dicemus? an ad *pretium?* at inepte dictum videtur, saepe maximum esse id pretium pro quo pretio nullum datur. nihil tamen aliud video quod dicere possimus, nisi vel *maximum pretium est,* in *maximi pretij est,* mutemus, vt subaudiatur *id* vel *illud.* vel retinentes nostram lectionem, subaudiamus genitiuū, cuius duriuscula est omissio: vt perinde sit, ac si locutus esset, saepe maximū pretiū est eius pro quo nullum datur. haec ille. mihi oriebatur suspicio fuisse, *maximum pretio est.*

Sed etiam vbi de iactura) hoc est a codd. Pinciani, firmantque Col. Pal. sec. prius cuil: *sed etiam de iactura.* at Pal. pr. ac quart. *sed vbi de iactura.* sec. *sed etiā vbi detectatur.*

Perdis postquam satiatus) & hoc a codd. Pinciani Muretus. nec aliter mei quinque. editio Erasmi *perdidisti.*

Sed quoto cuique habere se contigit?) sic & Erasmi editio, sic Pal. quart. at tert. ac Col. *contingit.* sec. *sed quanto cuiq; hab. se contingit.* pr. *sed quoto cuiq; habere se contingat.*

EPIST. XLIII.

Quid ergo inquis) sic Pal. sec. tert. & recte; reliqui male, *Quis ergo.*

Quod nam alteri magnum, alteri exiguum est) scribendum monet ex scripta lectione Pinc. *alteri magnum est, alteri exiguum est* sicque omnes mei excepto Palat. sec. vox tamen *nam* non est in Pal. quart.

Nam magnitudo non habet certum modum) sic alias legi annotat ad oram editionis suae Erasmus: inde sumpsit editio Romana. prius scribebatur; *Nam magnitudo habet certū modū.* absq; negatiua voce. quod & retinet Pal. pr. sec. quart. Col. nisi quod ipsi alio ordine, *Nā magn. habet modum certū* Pal. tert. praefert: *Nam magnitudo habet modicū certū.* repositū tamē ab alio quopiā *non modicum certum.*

Eo tibi diligentius viuendum est) sic & Erasmus, itē Col. Pal. tert. quart. at alij, *Eo tibi dee diligentius vid.* vnus Pinc. codex pluscula addit, hoc modo: *quanto diligētius vita tua pro beatis fastigio quaeritur, tāto tibi diligētius viuendū est.*

Tunc felicem te esse iudica) interponunt aduerbium mss. quinque, *Tunc autem felicem.*

Non superbia oppositus) Col. *superbia compositus,* quomodo & a secunda emendatum manu in Pal. tert. non probauerim.

EPIST. XLIV.

Ad felicitatem omnium maxima) editio Erasmi, meique scripti Pal. pr. sec. tert. Col. *hominum max.* quod non ita insulsum mihi.

Perduxit industria) sic & mei. legitur tamen alias in Erasmo: *perduxit cura.*

Si ad primam originem reuocentur) mss. iidem, nec non etiam Pal. quart. *reuocantur.* placet.

Omnes hi maiores tui sunt) sic & Erasmus. at Pal. pr. tert. Col. interponunt negationem: *Omnes hi maiores tui non sunt.* habuit sec. *Omnes hi parem maiores tui sunt.* sed illud *parem* punctis deinde subductum veluti spurium. est in quart. *Omnes hi omnes tui non sunt.*

A nullo te nobilitate superari) sic & Pal. sec. ac tert. verū pr. quart. Col. *nobilitate posse superari.*

Omnibus nobis totidem ante nos sunt) sic Palat. sec. tert. quart. Col. in quo tamen notatur alias legi: *nobis totidem ante nos:* quod exprimit Pal. pr.

Quis ergo generosus) Pal. sec. ac Col. *Quis est ergo generosus.* reliqui: *Quis est generosus.*

Nemo non inde est ante quod nihil est) sic Pal. sec. quart. Col. at pr. *nemo non idem est, ante &c.* quod & in tertio fuisse videtur. qui tamen ait, alias legi *vnde* pro *ante,* item *quid* pro *quod.*

Alioquis si ad vetera reuocas) sic ex Pinc. codd Muretus. nec aliter Pal. pr. tert. quart. Col. at sec. *Alioquis si ad vera.* editio Erasmi: *Alioqui si ad vetera te reuocas.*

Non esse equitem Romanum sed libertinum) Equites quondā intellectos, qui lecti essent a censoribus, quibusq; equus publicus attributus esset, nō libertinos qui ius annulorum, id est, equestrem dignitatem impetrassent, dilucide probat P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 6.

Potes hoc consequi) sic mei omnes; nisi quod altera manus addiderat Pal. tert. *& tamen potes hoc consequi.*

Solida tranquillitas) ita etiam Erasmus. at mei quinque; *solida securitas.* quod probo.

Impediunt, feruntur retro) mss. iidem: *impediunt & feruntur retro;* nec aliter editus ab Erasmo.

EPIST. XLV.

Vellem, inquis, magis libros mihi quam consilium dares) Abigamus hanc correctorum praeposterā diligentiam. sic quippe haec primum inuertit Pincianus, non auctoritate calamo exaratorum, sed ingenij proprij; arripuitque mox hiantis instar caniculę Muretus; nobisque adeo, si Diis placet, pro legitimis Senecae oggessit; cum vbique tamen extaret in editis olim; *Vellem, inquis, magis consilium mihi, quam libros dares.* quod genuinum esse auctoris nemo ambiget, cui inuersi ordinis in mentem venerit modo. neque aliter certe membranae meae quatuor. tantum extat alterum illud in chartaceo Pal. tert.

Sperarem impleturum) sic quidē ad orā editionis quae nomen praefert Erasmi. haud tamē adeo calide id admittere debebat Muretus; nam illud *sperarem impetraturum,* quod est in cōtextu edit. Erasmi, occupatq; omnes meos, Senecae magis cōuenit. quid enim opus sperare quod certo euēnturū est? quin imo impetrādū erat Lucillio ab Imperatore vt ipsi mitteretur successor: de quo ego li. 2. Suspi.

Fabulosum illud fretum) sic vocat, non quod fidem nō haberet eis quae de eo narrabātur; sed id *fabulosum* appellat quia de eo frequenter loquerentur homines; vti alibi doceo in Suspic.

Deterrere potuisses) mss. mei *potuissent.*

Dūmodo te cōplecti possem) sic Pall. quatuor. Col. *potuissē.*

Et si modo iudicij est) sic Pal. sec. ac Col. ceteri, *modo iudicium est.*

Tu illos sic lege) Pal. tert. *leges.*

Me cuiquam mancipaui) mei omn. *cuiquam emācipaui.* praeter Pal. quart. & hercle illud *mancipaui* retinendum.

Aliquid & meo vindico) sic & Pal. sec. emendatumque

uteret. qui tamen habebat, *aliq ex meo vend.* quod in ceteris tribus, nisi quod Col. altera manu vltimam vocem diuiserit, hac forma, *aliquid ex in eo vendico.*

Nisi & superflua quæsissent) mei omn. *& superuacua quas.*

Verborum cauillatio eripuit) sic & Erasmus ac Palatinus secundus alij: *verborum cauillatio & deceptio eripuit.*

Verbis alligamus) Pal. quart. *allegamus.* alii quatuor, *illigamus.*

Deinde dissoluimus. ac tantum nobis vacat iam viuere, iam mori scimus.) Stultissima lectio atque interpunctio, a qua nihil fere abit editio Erasmi ceteræque. scribamus sic consuadentibus membranis Coloniensibus: *Verbis illigamus ac deinde dissoluimus. tantum verbis vacat. tam viuere, tam mori scimus.* hæc vel puero plana. nihil itaque adiicio interpretationis.

Nisi dum disputat) sic & ora edit. Erasmi. contextus vero: *nisi quis disputat.* quod damnant vno ore scripti mei quinque.

Eo ipso gratiosa quo lædit) Colon. *gratiosa quod lædit.* placet nam in Palat. est etiam *grat. quo de lædit.*

Sub virtutum nomine) Col. *virtutum specie.*

Tam ineptus aut hebes, vt non habere se nesciat, quod tu illi subtiliss.) sic editio Mureti, sic Erasmi. at longe diuersum Pall. tres. consonis siquidem vocibus; *tam ineptus aut hebes vt nesciat. Tu illi subtilissima &c.* sec. vernac Col. *aut hebes vt nesciat. si tu illi subtilissima coll. &c.* Pal. tert. tamen adsitum habebat a secunda manu: *Tu tamen illi &c.*

Præstigiatorum acetabula & calculi) nonnulla de iis Beroaldus cap. 16. Annotationibus poster. ad Suetonium. Lud. Cælius lib. 13. cap. 32. Lect. antiq. Stephanus libro 1. Pseud. cap 7.

Quæ mala in bonum vertit) Palat. tert. ac Colon. *conuertit.*

Cum in eum quod habuit) omnis scripta lectio meorum, *cum quod habuit*, sine voculis *in eum.* & non prorsus sane requiruntur.

Quem tu ipse pseudemenon appellas) sic & Erasmi editio, additumque significare *mentientem.* bene. at Palat. pr. ac Colon. habet, *ipse eudemonem app.* sec. *eudemenon.* tert. *eudemona*, sed ex interpolatura alicuius. quartus, *endemonem.*

At proiicimus bonum) sic & Erasmi. mei fere omnes, *Aut proiicimus bonum.* repositum tantum in Pal. sec. alias legi *Ac proiic.* habebatque tert. hæc omnia penitus erasa, eiusque loco: *ac protinus bonum.*

Eadem vilissima) Palat. tert. *eademq. viliss.* quod & annotatum ad sec.

Et multos transisse vitam) ita & Erasmus; & Pall. quatuor at Col. *transire.*

Quæ non debet sinistram manum legentis implere) hoc referendum ad angustias & minutam libelli formam, monet Lipsius cap. 1. Epistolicæ institutionis. Veterum enim siue tabella siue charta paulo alia erat, quam hodie, forma. pagellæ erant, & species minuti libri. hinc Ciceronis illa capies libro 2. ad Cœlium Epist. 13. *Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.* & libro 2. ad Brutum Epist. 25. *Altera iam pagella procedit.* Excipio quod publicas literas ad S. P. Q. grandiore forma & transuersa charta scribebant: scilicet quasi historias. Suetonii hæc mens in Iulio cap. 56: *Primus epistolas ad Senatum, ad paginas & formam memorialis libelli conuertisse fertur, cum antea Coss. ac duces non nisi transuersa charta mitterent.* cui Isidorus dat lucem: *Quædam nomina librorum apud gentiles certis modulis conficiebantur. breuiore forma carmina atq. epistolæ; at vero historiæ maiore modulo scribebantur.*

Et hoc solum curantibus. non & hoc.) sic & mei omnes, nisi quod Pal. quart. *non & hic.*

EPIST. XLVI.

Breuis mihi visus est, cum esset nec mei, nec tui temporis) sic & Erasmus. vellem tamen aliquis mihi diceret quidnam signet nomine *temporis.* hic certe facinus aliquod latet librorum quibus vsus Erasmus. nam mei quinque tanquam vno ore: *Leuis mihi visus est, cum esset nec nec mei nec tui corporis.* quæ si auctoris germana; innuunt tantam molem fuisse libri, vt pondere superaret & Senecæ corpus & Lucilii. quod non damnauerim. dispiciat tamen lector. Pal tert. superscriptum habebat alterius manu, *tui operis.* sed displicet præ illo *corporis*; quod meis auribus magis ac magis blanditur.

Virilis & sancta) Pal. pr. ac tert. *& severtia.*

Interueniebat dulce illud & loco lene) hoc sic quidam explicat: *loco* dixit, id est, *in tempore.* imo *loco* dixit, id est, *loco.* nam quantum idem a *tempore* differat, discimus a Seneca Epist. 85: *Maius aut minus sit quamuis idem sit, tempore, loco, causa.* plura exempla non adduco. cui enim bono? istud quippe emblema mutuo sumptum ab Erasmo qui ad hunc locum sic olim notarat: In quibusdam erat; *leno. Loco* dixit, pro *in tempore.* interueniebat lenitas; sed in loco. Bene Erasmus; male alter ille: vt fiat illud Iurisconsultorum. *Cum duo faciunt idem, non est idem.*

Grandis & vectus es.) sic & Erasmus. mei quatuor, *grandis erectus es.* Pal. sec *grandis erectus est.*

Quæ excitet) melius omn. mei: *quæ incitet.*

Nunc vero parum mihi) meis abest dictio *vero.*

Nisi quod etiam vbi causa sublata est meminimus, & consuetudinis causa) prætulerim scripturam quæ in quinque meis; *nisi quod iam etiam, vbi causa sublata est, meminimus, consuetud. causa.*

EPIST. XLVII.

Quia te veniunt) editio Erasmi; *qui ad te veniunt.* male. nam & Pinc. & mei quinque *a te* habent, quamuis Pal. pr. tert. quart. male præferant, *qua a te ven.*

Cœnantem dominum stantium seruorum) sic & Erasmi editio; quæ tamen annotat alias legi: *cœnanti domino*, quod, cum sit in Pall. quatuor, alteri illi prætulerim, cui solum fauet Col.

Omnia egerat) Col. *omnia digerat:* adscriptum tamen margini alias legi *egerat.*

Magno malo vlla voce interpellatum silentium luitur) scripti duo: *interpolatum* quod amplectitur Modius Nouant. lect. Epist 58. sic enim & Curtius lib. 4. *vixdum tamen silentium, & si nihil aliud, certe gemitu interpolabo* est & vltima illa vox in Colon. meo. at Pall. quatuor custodiunt *interpellatum*; præterquam quod tert. habeat *interpellantum.* Porro qui in familia ceterorum seruorum cohibebant murmur, *Silentiarios* dictos eruitur ex Saluiano Massil. lib. 4. de vero Dei iudicio, cum ait: *Pauerit quippe actores, pauerit silentiarios, pauerit procuratores.* monet Brissonius lib 18 de verb. sign.

Sic fit vt isti de domino loquantur) Pal. pr. ac quart. destituuntur dictione *isti.*

Totidem esse hostes quot seruos) pleraque huius epistolæ verba sublegit Macrob. in Saturnalib. cœnis libro 1. cap. 11. ceterum meminit & prouerbii huius Sinnius Capito apud Festum, & existimat errorem hominibus interuenisse præpostere plurimis enunciantibus: vero enim similius esse dictum initio; *Quot hostes, tot serui*: quod captiui fere ad seruitutem adducebantur &c. adi Erasmum adag. 31. Cent 3. Chil. 2.

Qui cum ad cœnandum) mss. mei plerique: *Quod cum.*

Pretiosas aues scindit, pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in frusta excutit) sic Mureti editio. at Erasmi pr. *aues scindit per pectus & clunes certis ductibus circumferens erudita manu frustra excutit.* ad quæ idem: Alius habebat *in frusta*, alius *frusta*, omissa præpositione opinor legendum; *erudita manu frusta excutit*; quod & hodie faciunt aulicorum ministri in quadris panariis. sic Erasmus. at Pincianus inquit in aliquot libris fuisse; *eruditam manum in frusta excitat.* habet Palat. pr. *scindit per pectus & clunes. certis ductibus circumferentes eruditam manum in frustra excutit.* sec. *scindit. & pectus & clunes certis duct. circumferens eruditam manum frusta excutit.* tert. *& per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum, in frusta excutit.* quart. *per pectus & cl. c. duct. circ. erudita manum in frustra excutit.*

Coloniensi *per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum frusta excusit.* Ianus Dousa lib. 1. ca. 16. Præcidan. ad Arbitrum; putabat forte excidisse copulam. legendumque: *per pectus & clunes; certisque ductibus &c.* quem operæ est visitare, si scite aues quæ de carptoribus passim legantur. multa etiam de iis Fuluius Vrsinus in Appendice libri de Triclinio, qui est Petri Ciaconij. sugillat iterum has anxias lanienas noster lib. de breuit. vitæ. Interim quia licet dissētiīe a viris doctissimis, libenter aliam sententiam elicuerim ex istis verbis. quam & quilibet intelliget, si mihi permiseris reponere: *pretiosas aues scindit; & pectus & clunes certis ductibus circumferens, erudita manu frusta excutat.* vt scilicet voluerit Seneca, illos & pectore & clune inter carpendum, nescio quam præ se tulisse gesticulationem.

Qui hæc voluptatis causa docet) ergo doctores in pergulis prostitisse, qui dædalæ huius structuræ scientiam profiterentur, facile est nobis persuadere; vtique cum sic canat Satyr. 5. Iuuenal.

Structorem interea (ne qua indignatio desit)
Saltantem spectas, & chironomonta volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores & quo gallina secetur.

Item Satyr. 11.

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Tryphera doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus atque aper, & pygargus
Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens,
Et Getulus oryx hebeti lautissima ferro
Cæditur, & tota sonat vlmea cœna Suburra.

Adtexam quædam Petronij: *Processit statim scissor, & ad symphoniam, ita gesticulatus laceranit obsonium, vt putares Darium hydraule cantante pugnare. Ingerebat nihilominus Trimalcio lentissima voce, Carpo, carpe.* Sed tu consule Dousam meum & in Epistolis Saturnalitiis Lucianum.

Effugit pueritiam, sed retrahitur) sic de coniectura, puto, Muretus. nam Erasmus: *Non potest effugere pueritiam, sed retrahitur.* quod certe se tuetur auctoritate quinque mss. tantum in Palat. sec. deletum erat a secunda manu illud *sed,* me profecto valde volente. erit enim sine eo sententia multo clarior.

Iamque militaris habitus glaber destrictis pilis) Erasmi editio *restrictis pilis.* nota vero eius, *retritus,* quod & in Pal. sec. nisi quod prius fuerat *retritus.* at quart. *tritis.* qui tamen, vt & tert. & Col. seruat, *Iamque militari habitu glaber. &c.* pr. *militari habitu glaberie tritis pilis.* vix mihi dubium sit quin ista hæc debeant annecti superiori sententiæ, rescribique: *iamque militari habitu glaber retritis pilis &c.* dicit fuisse militari habitu, quoniam indutus veste militari, de qua nos libro De tranquill. vitæ infra.

Adiice obsonatores) de iis seruis etiam l. 65. ff. de legat. lib. 3. & lib. 14. Athenæus

Quibus dominici palati notitia) vnde lepide Martialis: *Namque cocus domini debet habere gulam.*

Maiestatis suæ diminutionem putat) lepida me hercle figura. nam alioqui, ait in Rhetoricis Cicero, *maiestatem minuere,* esse, de dignitate aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare.

Dii melius, quod ex istis dominos habent) ingenue fateor me non intelligere quid hisce propriе velit Seneca. nam etsi hoc velle videatur, bene factum a Diis quod Domini isti insolentes, aliis tamen seruis se submitterent; non memini tamen eo significatu legisse formulam illam *Dii melius.* ea quippe tunc solum vsos veteres cum aliquid abominarētur; plurimis docet exemplis Brissonius, lib. 1. de Form. quid igitur? si mss. mei aliquantum variarent, dicerem aliquid deesse. nunc cum vulgg. subscribant, non habeo quod dicam; nisi videri restituendum, *Dii melius! Quot ex istis Dominos habent?* vt priora illa verba fingat auctor proferri ab delicatulis hisce & arrogantibus; ipse vero inferat, Ita ne vero? quasi non multi sint vestrum qui seruili etiam hominum generi, tantum non seruiatis? subiicitque deinde exemplum. geminum huic illud quod hac Epistola infra: *Hoc loco acclamabit mihi tota domus delicatorum: Nihil hac re humilius, nihil turpius. Hos ego eosdem deprehendam alienorum seruorum osculantes manum.* hæc habui quæ potui. addo tantum, Palat. quartum in eo variare ab impressis quod præferat, *Dii quod melius ex istis &c.* id volebam monitum, ne quis argueret (vt hodie sunt nomina) falsi.

Stare ante limen Callisti dominum suum vidi) obseruat hoc loco P. Faber lib. 2. cap. 12. Semestr. *domini* appellatione significari eum qui quondam dominus fuerat: quomodo etiam dixit lib. 2. histor. Tacitus: *quanquam id omnino seruilia ingenia corrumpebat, auditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus: & quidem in domum Cæsaris transgressi atque ipsis dominis potentiores.*

Et eum qua illis impegerat, titulum) hoc eo refert Brissonius libro 6. de Formulis, quod olim titulum singulorum seruorum scribi, ita vt intelligi recte posset quid morbi vitiiue cuique esset, Ædiles curules edicto præceperant: cuius caput ad hanc rem pertinens citat Gellius. lib. 4. cap. 2.

Qui inter vencula mancipia) proba lectio præ illo *ridicula.* quod tamen & in edit. Erasmi & omnibus mss. sic in commentario de Breuit. vitæ, cap. 7: *Distringe, inquam, ac recense vitæ tuæ dies: videbis paucos admodum & reiiculos apud te resedisse.* cum itidem scribendum sit, *reiiculos.* Stephanus ad Dalech. Epist. 22. De hoc vili mancipio, vt apud Caium Caligulam in gratia potentiaque fuerit, vide Dionem lib. 59. vbi de Domitio Afro. Iosephus quoque lib. 19. cap. 1. eius necis conscium participemque arguit. Sed non minus magnum fuisse apud Claudium hausimus ex Tacito lib. 11. Annal. estque ille ipse cui Scribonius Largus medicus eius æui opus suum inscribit, & appellat C. Iulium Callistum. Lipsius.

In primam decuriam coniectus) sic Pal. sec. & Col. at pr. tert. quart. *in primam curiam deiectus.*

Et ipse illum inuicem apologauit) parum placet dictio hec vltima Stephano ad Dalech. Epist. 34. imo ipsi suspecta est, licet & Romana ista editio eam receperit, & nonnulli significare putent *conuicio affecit,* vel *conuicio notauit.* crediderit igitur scriptum potius *ablegauit,* quod ad marginem editionis Erasmianæ; item, *& esse non iudicauit domo sua dignum.* ego diuinabam olim: *illum inuicem apolactizauit* bilingui coniugatione: quod verbum a Plauto esse posui lib. 24. cap. 21. Suspic. extat tamen *apologauit* in omn. meis mss. tantum Palatinus quartus habet *apologat.*

Et ipse non iudicauit) Palat. pr. tert. quart. abest prima vox &. ego vix mihi possum persuadere hic non latere caecum vlcus.

Tam tu illum videre ingenuum potes, quam ille te seruum) iubet Pincianus legamus cum mss. mutatis dictionibus: *tam tu illum videre ingenuum potes &c.* leue hoc & vtroque modo extat in meis. turbat tamen Palat. sec. in quo: *Tu illum tam vel sic ingenuum potes, quam &c.* item Col. qui habet: *tam quam tu illum videre ingen potes &c.* Connanus lib. 2. cap. 11. ex hoc loco probare videtur, ingenuos postea cœptos dici Romanis, qui seruitute exierant. quod vix est vt probem. puto enim potius velle Senecam; si domini eos, quos pro seruis habent, animo magis æstimarent quam corpore, fore vt æque frequenter seruos suos vere viderent ingenuos, quam ipsi serui dominos suos vident animo seruos. verum tamen de hoc loco nihil pronuncio. nam vox, *seruum,* oppido mihi suspecta si deleretur, omnia procliuia essent. sed extat pertinaciter in meis quinque.

Mariana clade multos) ad hæc Lipsius ad librū 1. Annal. Cladēne Mariana? vbi ista aut quando? nam C. ille, Marius victor vbique, si memini, & fecit seruos non dedit. quod de ea accipias, quam Germanis intulit; nugæ. An Germani Senatorium per militiam auspicantur gradum? certissime rescribendum: *Variana.* eamque intelligit, quæ contigit imperante Augusto: & opportuno recentique exemplo admonet, posse e summa fortuna labi ad imam. hæc fere meus ille præceptor: ad quam formam vocem istam quoque mutat Iacobus Scheckius Nepos suis ad Velleium Notis. & placet. mei tamen omnes peruicaciter *Mariana.*

Nam

Hac tamen precepti mei summa est) sic Pal.pr.sec.quart. at Col.*hac ergo*.tert. *hac tantum precepti*. quod hic proprie consensu, repositumque etiam a secunda manu in Pal.sec.

Superiorem velles vivere) mei, *velis vivere*.

Bona atas est, forsan habebis) intelligendum non de felicitate seculi; sed de annis eius quem alloquitur auctor. *bona* siquidem *atas* malæ opponitur: ea autē est senectus, vt vel ex Plauto notum. videatur Nonius.

Comiter quoq.) sic etiam fuisse in vno codice prodidit Erasmus, & placuit ipsi, quanquam & visa tolerabilis scriptura quam admisit in contextum editionis suæ: *In iter quoque*. est in Pal.pr.tert.quart.Col.*Comitē quoq.*sec.*Committere quoque*.

Hoc loco acclamabit mihi.) sunt qui tentant *acclamabit*, sed nihil tentandum monet amicus Acidalius argutis suis ad li.1.Vellei lectionibus. *ob* enim & *ad* vicissim inter se cōmeare; quod vel e Festo discam⁹. sic Cicero in L.Pison: *Da te populo, committe ludis. sibilum metuis? vbi sunt vestra schola? ac acclametur, ne id quidē est curare Philosophi &c.*

Osculantes manū) cum tamen hoc seruorum. Arrianus lib.2.Dissertat.cap.20: *Tribunatum adeptus est? ecce obuij omnes gratulātur. alius oculos osculatur, alius collum, serui manus.* quinetiam Homerus iam olim Eumæum osculantē facit Telemachi heri sui manus, Odyss.16. Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ, χεῖράς τ' ἀμφοτέρας. Postea tamen inualuit vt & potentiorum manus osculo libarentur. Plutarchus de Catone: *non votis neque laudationibus eum dimisere, sed cum lacrimis multis & complexibus, vestes pedibus eius substernentes qua incederet, & manus eius deosculantes.* Sueton. Tiberij ca.72. *Chariclem medicum, quod manum sibi osculandi causa apprehendisset &c.* Apuleius Apolog.2. *Pontianus pedes nostros aduolutus flens, & manus nostras osculabundus.* Martialis: *Basia das aliis, aliis das Postume dextram. Dicis, vtrum mauis elige. malo manum.* qui locus in hominem non puri capitis; & ex inopinato, poeta præfert manuum osculum illi honestiori oris. hæc N.Hotomanus lib. singulari obseruation. quæ ad veterum ritum nuptiarū pertinent cap.11. Lipsius lib.2.cap.6.Elector.

Dominū patremfamilia appellarunt) idē notat in Apologetico Tertullianus: *Gratius est nomen pietatis quā potestatis: & iam familia magis patres quam domini vocantur.* hinc Martialis iocus lib.1.Epigramm.

> *Vxorem habendam non putat Quirinalis,*
> *Cum vult habere filios, & inuenit*
> *Quo possit istud more. futuit ancillas,*
> *Domumq. & agros implet equitibus vernis.*
> *Paterfamilias verus est Quirinalis.*

Brissonius lib.14.de verb.sign.plura N.Hotoman.lib.singulari obseruat.ad vet.rit.nuptiar.

Seruos, familiares) confirmat Plautus Amphitruone: *aduenisse familiares dicito*. item Epidico: *Quis properantem me reprendit pallio? TH. Familiaris.* quædam ab his non aliena videantur apud Brissonium li.6.de verb sign. Dousam lib.2.præcidan. ad Arbitrum cap.11. Fornerium ad l.195.§.seruitut.ff.de verb.sign.

Quod etiam in minus durat) plerique mei *minimis*. Pal. sec.*nimis*.sed tamen annotatū ad orā Col.alias legi *nimis*.

Instituerunt diem festum, quo non solum cū seruis domini vescerentur) Lipsius lib.1.Saturn.serm.ca.2.reponit ex veteri suo libro vti & est in Col.meo, *nō quo solo*; cum totius, inquit, sententiæ medicina.sed & locū hunc non iniuriam traxerit ad Saturnalia.iis quātum seruis permissum. ibidē vise. mentio eius rei Connano lib.2.ca.2.Comment.Iuris ciuil.etiam mihi lib.3.Suspic.ca.9.Pal.pr.ac tert.quart.hic scribit *non solum quo cum seruis*. sec.*non quo solum cū seruis*.

Sed vtique honores illis) Erasmi editio, scriptique mei omn. *sed quo vtiq.* placet.

Omnes seruos adhibebo mēsa mea) est I.C.qui ait, videri innuere Senecam *Latinos*, qui ex seruis liberi fiebant *conuiuij adhibitione*. imo nihil innuit minus. ea tantū mente est, vt plerosque seruorum mensæ admotos velit, non semel modo, sed semper. vnde supra Epist.49: *Itaq. rideo istos qui turpe putant cū seruis suis cœnare*. sed vel hoc ipsum tota hæc Epistola acuta vociferatur tuba, cui modo sunt aures.

Honestiorū conuictus) sic Pall.omnes. at Col. *conuictu*.

Seruus est: hoc illi nocebit: aliis non nocebit. ostende quis non sit) ita editio Mureti. insigni satis cōfidentia: quæ inde forsan nata; quod prodidisset Erasmus fuisse ins. in quo: *Seruus est. hoc illi, aliis non nocebit.* sed non admodū ipsi placuit. vulgauit autem, *Seruus est. hoc illi non nocebit. ostende &c.* est in Pal.pr. tert. quart. *Seruus est. hoc illi non nocebit. ostende quis non sit seruus.* sec. *Seruus est; hoc illi nocebit. ostende &c.* Col. *Seruus est hoc illi nocebit. ostēde &c.* notatum tamen ad oram; alias legi: *hoc illi non nocebit &c.* cuius priorem scripturam amplector. *Seruus est. hoc illi nocebit? ostende quis non sit.* reperit eādem lectionem probauitque in aliquot etiam veteris notæ libris Modius Epist.123. Nou.lect.

Nobilissimos iuuenes mancipia Pantomimorum) Magnū studium, vt video, Romanorum in has nugas hominum, imo furor. vestibula eorum quasi principum frequentabantur: adhærebant egressibus, non vulgus modo sed eques Senatusque. Plinius; *Nullius histrionis equorumve trigarij comitatior egressus in publico erat; cum Crinas Massiliensis &c.* Tacitus libro 1. Annal. extremo: *De lucaris modo, & aduersus lasciuiam fautorum, multa decernuntur; ex quis maxime insignia; ne domos Pantomimorum Senator introiret, ne egredientes in publicum Equites Romani cingerent, aut alibi quam in theatro spectarentur.* notat idem damnatque Tertullianus libro de Spectaculis: *Etenim ipsi actores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xysticos, arenarios illos amantissimos, quibus viri animas, feminæ autem illis etiā corpora sua substernunt, propter quos in ea committunt quæ reprehendunt, quam magnifaciunt? deponunt & diminuūt ignominia & capitis minutione.* hactenus ille, in quo legerim; *quibus viri animas, fœmina autem illis &c.* cum Lipsio meo; a quo ego isthæc omnia. Dicebatur autem *Pantomimus* tanquam personarum omnium imitator effictorque. Cassiodorus lib.4.Variar. Epist. vlt. *Pantomimo a multifaria imitatione nomen est. idem corpus Herculem designat & Venerem, feminam repræsentat & marem, regē facit & militem. senem reddit & iuuenem; vt in vno credas esse multos, tam varia imitatione discretos.* de iis plurima Lucianus tit. de saltatione. huc vero faciunt quæ habet Seneca lib.& cap.vlt.Natur.quæst. *At quanta cura laboratur ne cuiuslibet Pantomimi nomen intercidat? stat per successores Pyladis & Bathylli domus. harum artium multi discipuli sunt, multiq. doctores. priuatum vrbe tota sonat pulpitum. in hoc viri, in hoc fœmina tripudiant, mares inter se vxoresq. contendunt, vter det latus illis. deinde sub persona cum diu trita frons est transitur ad ganeum.*

Non superbe superiorem) sic Palat.sec. castigatūq; in tert. qui habebat; vt & reliqua tria exempp. *superbum superiorē*.

Me vocare ad pileum seruos) obseruari solebat, vt seruis simulatque manumissi essent demerētur capilli, & capiti caluo imponeretur *pileus*. Plautus Amphitr. *Quod ille faxit Iupiter, vt ego hodie raso capite capiam pileum.* Liuius lib.24. *Postero die serui ad pileum vocati, & carcere vincti emissi* idem lib.29. *Secutus Scipionem triumphantem est, pileo capiti imposito Q. Terentius Culleo, omniq. deniq. vita, vt dignum erat, libertatis auctorem coluit.* plura exempla suppeditat Erasmus adag.27.Cent.1.Chil. 2. Laz. Baifius de re vestiar.ca.20.Schottus notis ad caput 69. Aurel. Victoris de viris illustrib aliique passim.

Quod dixi; colant potius dominum quam timeant) has septem voces a glossatore appictas, parum abest quin affirmem. pro talibus sane mihi habentur habebunturque, quamuis illa ipsa in omn. scriptis meis; qui tamen excepto Pal.sec.voculam interserunt, *colant eo dominū potius.*

Ita ne, inquit, prorsus) Erasmus.*Itaq. inquit.* Princ.codd. *Ita inquam prorsus* sicque mei Pall. at Col. *ita inquam.*

Hoc qui dixerit, obliuiscetur id dominis parum esse, quod Deo satis est locus clarus: qui, inquit, eo venerit arrogātiæ, vt coli se a seruis fastidiat; ille dementem oportet, plura se arrogare dominis, quā vel ipse postulet Deus. habet & hanc lectionem Erasmus. at mei quatuor, legunt: *id dominis parum non esse, quod.* nisi quod in Coloniensi vice *dominis* extet *dicimus.* Palat. sec. refert: *Hoc qui dixit obliuiscetur dominis id vel parum parem esse quod deo.* deletum tamen postea, *vel parum*; repositumque *pa-*

rem non esse. I.C. quidam legit: *Hoc cui dixi, obliuiscetur id dominis parum non esse, quod Deo satis est q. c. & a.* & τὸ *obliuiscetur*, inquit, est idem quod, *num dissimulabit?* non intelligo satis quid velit. nam & alibi ille idem hũc ipsum locum pro germano Senecæ ad istum citat modum: *Hoc qui dicit, non obliuiscatur id dominis parum non esse, quod Deo satis est qui colitur & amatur.* si beccule sic pergitur; si hoc actũ est de bonis auctoribus; parietque Seneca non alterum se, velut Sosia ille Plautinus, sed monitium sui.

Quod verborum castigatione vteris) castigationem non modo verberũ sed verborum etiã dici, vt reprehensionẽ & increpationem notet, a Nonio quoque apud Virgilium, Terentium, & Ciceronẽ animaduersum est. nec aliter Tacitus li. 3. Annal. *per literas castigatis oblique patribus.* & in Agricola: *laudando promptos & castigando segnes.* Iuuenalis Satyr. 2. sub initium, & Satyr. 14. *Et castigabis acerbo clamore.* alia etiam ex Cæsare lib. 1. & 3. de bello Gall. Lucano lib. 8. Pharsal. citat P. Faber lib. 2. cap. 6. Semestr.

Verberibus muta admonentur. nõ quicquid nos offendit & lædit) monet Pincianus legi in veteribus, *ververibus multa amonentur*, putatque corrigẽdum, *verberum mulcta amonetur.* adiicitque: quid si legas: *Verberibus muta admonentur* seu *amonetur.* hæc ille. Pal pr. tert. quart. *verberibus multa admonsantur.* sec. *Verberibusque multa admonsantur.* Col. *verberibus multa admonentur. &c.* Faber dict. cap. 6. restituendum putat: *verberibus muti admonentur. at nõ quicq. &c.* hoc sensu. tu melius, quam alii, Lucili, erga seruos te geris: quod eos increpas: illi verberant ob leuem offensiunculam, etiamsi reuera læsi non fuerint, dũ præ deliciis, iracundi animi rabiẽ cõpescere non possunt.

Non quicquid nos offendit & lædit,) sic omn. mei. præterquã Col. a quo abest copula *&*. scribit Erasmus in alio cod. fuisse *non quod nos offendant, quo i[illegible] ad &c.*

Sed ad rabiem cogũt venire deliciæ) sic Erasmus. mei tres, *sed ad rabiem cogunt peruenire delitiæ.* Pal. sec. ac tert. *sed ad rabiem nos cogunt peruenere delicia.*

Ex voluntate respondit) Col. *respondet.* emendatum in Pal. tert. *responderit.* quod fere probauerim.

Sic exardescunt, sic saeuiunt) antiqua lectio Pinc. meorumque quatuor: *sic excandescunt.* etiam Palat. pr. sed is omittit duas voces *sic saeuiunt.* miror non admisisse lectionem omnium mss.

Tutissimus præstat) sic Erasmus & Palat. sec. at reliqui quatuor: *tutiss. reddit.* quod æque hic conuenit atque alterum illud.

Placent sibi & permanent) non habetur coniunctio *&* in mss. Pinc. neque hercle extat in vllo meorum. quare trucidetur.

EPIST. XLVIII.

Et quod suadeam circumspicere) sic & Pal. sec. ac Colon. emendatumque in tert. qui tamen seruat, vt & pr. *& quid suadeam rescribere.* est in quarto, *& quid valeam rescribere.*

Diu an consuleres) sic & Pal. sec. ac Col. reliqui tres, *diu vt consuleres*: repositumque eius loco in Palat. tert. *diu antequam consuleres.*

Iterum ego tanquam Epicureus loquor) sic & Erasmus. Col. *Epicurus*, quod etiam in aliis omn. sed in Palat. pr. restat *Ideo ego.* & *loquar.* quod vltimum in Pal. tert. ac quart. qui tert. insuper habet. *Interim ego.*

In commune viuitur) Pal. pr. *vitatur*: tert. *vertitur.*

Aliquid esse commune ius generis humani) ius gentium intelligit, quod idem *commune omnium hominum ius* vocant nostri L. omnes populi in pr. iũcta. L. 1. in fine ff. de iustic. & iur. *commune ius gentium* Æmil. Probus in vita Themistoclis, atque Lactantius in lib. acephalo ca. Superest: *communem omnium legem* Quinctilianus lib. 7. Instit. orat. cap. 1. *commune ius humanitatis* Apuleius lib. 3. Metam. & Apolog. 2. hæc P. Faber lib. 1. cap. 7. Semestr.

In diuersum ecce sap. & stult. discedunt) sic legit ex mss. Pinciani Muretus, sicque Pal. tert. etiam distinguit alii omnes sequuntur dispunctionẽ editionis Erasmi: *in diuersum. Ecce sapientia &c.* retinent illi tamen: *discedunt*, non *dissident*. quod in Erasmo.

Mendacium adstruxero) sic & Erasmus, item Pal. quart. at pr. *mendac. adstruero.* sec. vero nec non tert. ac Col. *mendacium austruxero.* quod putauerim legitimũ auctoris.

Inter tam seria senes ludimus) sic, secutus exẽplaria Pinciani, Muretus. nec aliter mea omnia. adscriptum solummodo, illud *quod sare* in Pal. tert. sed a secunda manu. sic tamen antea editio Erasmi. male.

Mus syllaba est) de hac cauillatione Fornerius ad L. 177. ff. de verb. sign. At bonum factum Mureti, quod hæc monitu Erasmi & Pinciani superiori epistolę annectat nihil enim insulsius quam hic principiu epistolæ XLIX. statuere. nec sane difugit Veneta editio vetus, aut antiquioris notæ codices. ide scotit Stephanus li. 2. Proodop. ca. 7.

Syllabas capiam) Col. *syllabas colligam.*

Vis scire quid Philosophia promittat generi humano? Consilium. sic ipse Erasmus monuit interpungendum ex quodam ms. cum editio eius cõnectat vocem *consilium* prioribus, eidemque includat interrogationi.

Alium paupertas vrit) omisit huc editio Mureti tres totas dictiones, quę præponendæ, hoc modo: *Alium mors vocat; alium paupertas vrit &c.* quæ sane & in Erasmi conspiciuntur editione, & in plutearüs codd. Bibliothecarum quinque. scito tamen alias legi in Pal. tert. *Alium mors venit.* in Col. vero: *Alium mors necat.* quod postremum hic non facile excluserim.

Succurre quisquis eloquentior es: perentium pœnis) fatetur Erasmus se hic secutũ codicẽ Anglicum, non quod per omnia, inquit, satisfaciat, sed quod minimum displiceat. prius legebatur: *Succurre, quid quod laqueatis respondens in pœnis.* in aliis mss. erat, *Quisquis eloquentior es in pœnis: quicquid laqueatis respondentium pœnis.* hæc fere Erasmus, qui adiicit, si pro *respõdens*, legas *despondens*, pro eo quod est desperant, tolerabilis erit lectio. Pal. pr. seruat: *succurre quisquis laqueatis respondent in penis.* sec. *Succurre. quid est quod laqueatis respondens in penis.* tert. ac quart. *succurre. quid quod laqueatis respondes in penis.* Col. *succurre quicquid laqueatis respondent in pœnis*, notatumque ad oram, pro *respondent* alias legi; *respudens.* tert. quoque habebat adscriptum ab alio quopiam *quid quia*, pro *quid quod.*

Quam faciles leges posuerit) sic Pall. quatuor at Col. *quã faciles necessitates*, adiutumque margini alias legi *leges.* illud *necessitates* etiam est ad oram Erasmi edit.

Quam expedita illas sequentibus) sic & Erasmus, item Pal. pr. sec. quart. at tert. ac Col. *expedita illam seq.*

Plus quam natura crediderunt) Pal. pr. tert. *crediderint.* Col. etiam *vero* haber, loco *natura.*

Quid istorum cupiditates) omisit hic multa Muretus quæ in editione Erasmi; hæc scilicet: *si prius docueris qua* (alias *quam*) *partem eorum leuatura sint.* & sane ista quoque conspiciuntur in omn. meis, varia tamẽ scriptura nã est in Pal. pr. *si prius docueris quam partem leuature sint.* sicque Col. nisi quod habeat *qua*, & *leuatura* at sec. *si prius docueris quam partẽ eorum leuatura sint.* sicq; tert. nisi quod præferat *qua.* quart *si pr. doc. quã partem eorũ leuatura sint.*

Disputationes istæ vtinam tantum non prodessent: nocet) priores duas voces nusquam reperio nisi in Pal. tert. adiectas a secunda manu. certe nec in aliis etiam edit. vsquam extant, quæ tamen perperam habent: vt & Pal. sec. *vtinam tantum prodessent, quantum nocent.* sed & male Col. codex. *vtinam non tantum prodessent, nocent.* legendum enim indicio membranarum, *vtinam tãtum non prodessent: nocet.* prodidit dudum ipse Erasmus, atq; vim coniunctionum supplere pronuntiationem. sicque Pal. pr. tert. quart. item aliquot mss. quos adiuit Modius, vt scribit Epist. 129.

Cum voles manifestissimum faciam) sic & Erasmus & Pal. sec. ac Col. reliqui tres: *manifestum faciam.*

Etiam ad album sedentibus) *Albũ* tabula erat dealbata, vel vt Theophilus in §. pœnales Instit. de action. scribit, albis literis notata, in qua prætores edicta sua, quo omnib. innotescerent, actionesq; & interdicta proponebant l. 2. §. eod. ff. de orig. Iur. l. 7. & l. 9. ff. de iurisdict. l. 1. Cod. de interd. l. 1. §. cũ quoq; ff. de edẽdo d. §. pœnales. & apud Paolũ lib. 2. sent. tit. 3. & li. 5. tit. 24. Hesychius [illegible] λευκὰς vocat. Deq; hoc albo Senecæ isthęc accipiẽda, vt & illa Quinctiliani li. 12. ca. 3. *Quorum alij se ad albũ ac rubricas transtulerũt.* quo respexisse credo Plautũ in Persa act. 1. Sc. 2. cũ ait: *si id fiat, ne isti faxim nusquã appareãt, Qui hic albo pariete aliena oppugnãt bona.* nã in *albo* prætor propositas perscriptasq; habebat actiones, vt ex d. l. 1. Cod. de interd. liquet. Eodẽ referendũ est quod Quintilianus Declã. 374. scribit.

petom-

potentius esse, quod in albo legitur, quam quod in testamento. hęc Brissonius: cuius omnia valde proba mihi: illud tantum Plauti aliter & lego & interpretor lib. 25. Suspic. ca. 12.

In fraudem inducitur) Palat. pr. tert. Colon. *in fraudem ducitur*. non displicet.

Quam vt formula cecidisse videatur) *cadere forma* in vett. libris dicitur, qui non vt oportuit, actionem instituit. Quintilianus lib. 3. cap. 8. *In omnibus fere causis in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sunt quæstiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere.* adeatur & Paulus lib. 1. sent. tit. 10. L. 1. & 2. de calumniatorib. ex corpore cod. Hermogen. Eusebius Emisenus Homilia x 1. de Pascha; *Nam sicut in negotiis gerendis quatuor modis plus petendo subiro periculum pro iuris ratione perhibetur. Quibus quatuor? id est, loco, tempore, genere, qualitate. Loco, si alibi forte sibi debitum improbus fœnerator extorserit, quam vbi cautio designabat. Tempore, si citius: quantitate, si amplius petierit. Genere, si alterius rei, ac melioris materiæ mercem, quam scriptura continebat, exegerit.* Porro locus hic Senecæ facit, vt non x i i. tabulis, sed Prætoris edicto, plus petendo veteres causa cecidisse credat Ræuardus lib. 3. cap. 14. Varior. Plane hinc probari liquido posse asseuerat, fuisse in albo Prætoris scriptum, vt is qui non quemadmodum oportet, egisset, qualis est qui plus petit, causa caderet. Exceptiones enim, quas ideo infames, quod captiosæ sint, appellat Seneca, huc referendas esse, indicare hæc subsequentia verba: *Quid enim aliud agitis?* eo que etiam referri posse illud Plauti in Mostell. *Nihil plus pete. T R. velim hercle vt vno nummo plus petas, &c.* vide enim ibidem plura. Item lib. de auctorit. Prudentum cap. 2. Sed nec interim prætereas Cuiacium & Hotomannum ad §. 28. si quis agens. Institut. de action. Brissonium lib. 3. de verb. sign. item Torrentium Comment. in Suetonij Claudium cap. 14. & Stephanum lib. 2. Prouidop. cap. 11.

Sed quemadmodum illum Prætor, &c. in integrum) Qui ex supradictis causis litem perdiderat, interdum a Prætore in integrum restituebantur. Minori quidem x x v. annis in integrum restitutionis auxilium indultum: Maiori etiam ob iustum errorem subuentũ fuisse tradit Iustinianus in d. §. si quis agens. fertur & Claudius Cæsar iis qui plus petendo apud priuatos iudices causa ceciderant, actiones restituisse: quemadmodum Suetonius in eius vita scribit d. cap. 14. Hæc Brissonius lib. 5. de Formulis, quem consulas vlterius.

Quid discedetis ab ingentibus) sic Erasmus. sicque etiam ad marginem Palat. sec. ac tert. licet hic habeat: *Quid degentes ab ing.* ille: *Quid discentes ab ing.* quod etiam est in Col. Palat. pr. *Quia discentes ab ing.* quart. *Quid discentibus ab ing.*

Effecturos vos vt non magis, &c.) hæc & sequentia vsque ad vocem: *ad Grammaticorum*, vna litura non nemo merito censet dispungenda. non poterat sane facilius. sed sciat idem, illa omnia extare in quinque mss. meis, & vero hac parte sui castrandus non erat a veruece Seneca. nam isthęc verba maxime spirant ingentia illa magnidicorum istorum promissa.

Quam gladij perstringat) reduco iterum priscam vocem, *quam gladij præstinguat*. nam Pal. sec. expresse *præstinguat*. pr. vero, item tertius ac quartus, *præstringat*.

Fidem præsta. Quantum potes ergo) sic dispúxit primum Pincianus. antea perperam, *Fidem præsta quantum potes. Ergo, &c.*

Ab istis exceptionibus) Palat. pr. tert. quart. Colon. *deceptionibus*.

Parto iam dispensandum erat) sic & Erasmus. at temporis illud aduerbium non est in vllo ms. meo.

EPIST. XLIX.

Seruuli familiaris admonitio) ita edit. Mureti. aliæ: *fam. amissio*, quod & extat in Pall. quatuor. placet mihi tamen *admissio*; quod & sibi placere indicauit Pinc. *admittitur* seruus qui in colloquium venit. sicque habet Col. repositumque alia manu in Pal. tert.

Inter ipsam coercionem) Palat. primus ac quartus, *cohabitationem*.

Non satis resistentem) mss. quinque; *nobis satis resist.* quomodo habet & editio Erasmi; ad oram tamen: *nouis satis*. illud *non* inuenit in nonnullis libris codd. Pincianus: inde huc adduxit Muretus.

Qua tota breuis est) sic mei omn. editio Erasmi *tota vix est*.

Natura diuisit) Pal. pr. sec. quart. *derisit*.

Ab adolescentia ad senectutem) Palat. tert. ac Colon. *in senectutem*.

In quam anguste quot gradus posuit) sic & Erasmus. at Pal. pr. *In quem angusto quodam quot grad. p.* tert. ac quart. *In quam angusto quodam quot gradus posuit*. Col. *in quam annos totus quosdam quidem gradus posuit. In quam anguste quot gradus posuit.* sic Col. sec. hic ita scalpello acceptus est, vt quid prius ibidem exaratum fuerit, nemini liqueat. repositaque eius loco lectio Pal. tertij ac quarti.

Ætatis nostra bona pertis est) accepimus hoc ferendum Pinciani mss. & sic etiam membranæ meæ. prius desiderabatur vox *bona*.

Sine quia admoueri lineas sentio) non aliter legitur in Val. Maximo lib. 1. cap. 7. *Properitibus tamen, vt ita dicam, lineis Aterij Rufi equitis Romani somnium certo euentu admotum est*. sic certe ibidem legendum monuit Lipsius lib. 2. Elect. cap. 11. *admouere lineas*, pro vrgere, accedere. Metaphora ducta *a lineis Circensibus*, quas in Spectaculis suis Deo volente, explicabit. videatur interim Scaliger in lib. 2. Manilij ad illud:

-mittunt in tempora signum.

Si duplicetur sibi ætas) Col. *dupletur*.

Eodem modo dialecticos) Modius Nouant. lect. Epistol. 123. repræsentat ex codice vno Herbipolensi. *eodem loco Dialecticos*. quod omnino rectum, si *loco* accipiamus pro verbo, non pro nomine. nam & extat in Pal. sec ac Col.

In hoc vnum, ne verba) sic mei tres. at Palat tert. inserit aliam vocem, *in hoc vnum consero ne verba*. quod & est ad oram Col. qui tamen in contextu: *sentio*.

Et mouere se iussus est miles) Colon. indicat alias legi, & *inducere se*. alterum est in Palatt. quatuor.

Cornua autem non perdidisti, &c.) de Ceratinis hisce Politianus Miscellan. cap. 54.

Externum immineret) Col. *externum non immineret*. quomodo & ab altera manu rescriptum in Pal. sec. ac tert. forte reponendum: *externum modo immineret*.

Non vaco ad istas ineptias sic mss. mei quinque; & hoc melius etiam visum Erasmo, quam quomodo edidit, *Nunc vaco*. quanquam, inquit, alterius lectionis idem est sensus si legatur per interrogationem.

Aduersus hæc me doce: aliquid affer, ne mortem fugiam, vita me non effugiat sic editus ab Erasmo. sed bene corrigit ex mss. Pinc. *adu. hæc me doce aliquid. Effice ne mortem fugiam, vita me non effugiat*. sicque fere mss. Modij Epist. 123. & mei. interposuerim tamen indicio membranarum Palat. & Col *effice vt ego mortem non fugiam* sciat etiam lector Pal. pr. tert. quart. Col. insuper interserere: *efficio ergo vt ego*. quæ vox aut reformanda, aut certe minus vulgari accipiẽda intellectu, vt idem videlicet notet quod *deinde*. Palat. sec. habet: *effico vt nego*. scito & hoc denique lector Palat. pr. tert. quart seruare tantum, *vita me non fugiat*, haud, vt est in sec. ac Col *effugiat*.

Imo sæpe fieri) mss. omn. *imo sæpissime fieri*.

Quo a morte vita diducitur) Erasmicæ editioni, item meis quinque abest præpositio *a*. sed & Pal. pr. ac tert. interponunt negationem, hoc modo: *quo morte vita non deducitur*. sic, inquam, pr. ac tert. nam quart. *diducitur*. Col *quo morte vita deducatur*.

Veritatis simplex oratio est) de eo non contemnenda Erasmus adag. 88. Cent. 3. Chil. 1.

EPIST. L.

Aliquid ex erroribus pœnas) sic & mei scripti. Erasmus ad marginem editionis suæ scribit, alias legi: *terroribus*.

Harpasten) sic in sec. Pal sed ab altera manu. nam prius fuerat: *Harspatem*. reliqui mei quatuor, *Arpesten* vel *Harpesten*.

Ipse enim auersissimus ab istis prodigiis sum) editio Erasmi: *amarissimus*: quod concorditer in meis quat. nam Pal. quart. *amarissimus* & fuisse etiam in iis quos examinauit Erasmus, *amariss.* annotationes eius testantur. ma-

lebat ille *alienissimus*. nisi quod magis placebat istud *auersissimus*, quod annotarat Agricola. sed sciat lector membranas meas Pall. quatuor & Erasmi præferre. *ab istis prodigus sumpsi*, non *sum*. solum vltimum illud erat in Col.

Ait demum tenebrosam esse) Pal. tert. & Col. *ait domum nigram & tenebrosam esse*.

Non ego sumptuosius) mei omn. addunt vocem a fine: *sumptuosius sum*.

Si curari cœperimus) sic margo Erasmianæ editionis; nec aliter mei quatuor. solum id quod præfert editio e; ie., restat in Pal. sec.

Tantasue ægritudines discutiemus) monet Erasmus alias legi *tantasue res discut.* & sic sane in cunctis meis. nisi quod & in Pal. *excutiemus*.

At me hercules turpe est magistrum huius rei quærere) duæ illæ voces *huius rei*, non sunt in Palat. pr. tert. quart. restant tamen in sec. ac Col. qui & voculam amplius habet; quam puto hic omnino requiri ad loci huius integritatem. scribamus itaque: *At mehercule si turpe est magistrum huius rei quærere, illud desperandum, &c.*

Formare incipimus & recorrigere) sic Pal. pr. ac quart. at sec. ac tert. *inceperimus* idem & Col. qui tamen insuper habet, *formare inceperimus & rectum gerere*.

Et omni humore obsequentior) ita Palat. quatuor: etiam ora Col. cuius textus habet *& omnium more obsequens*. at est quidam I. C. qui conicit *& omni robore obsequens*. persuadeat hoc mulis. nam proxime sequentia aperte clamant Senecam ita vocare siue *aquam*, siue potius *ventum & aerem*: argumentaturque a minori ad maius: si robora, si trabes aliam accipiunt formã; cur non & animus recipiat, qui longe magis flexilis atque obsequens; vtpote nihil aliud, quam quodam modo se habens spiritus. ista rationibus palam facerem non Physicis: sed isti non est necesse, vtpote homini Platonico.

Quod semel traditi boni) mei quinque augent voce; *quod semel nobis traditi boni*. editio Erasmi, *quo semel traditi boni*.

Expelli & extirpari possunt) ora edit. Erasmi; *& exturbari* quod in meis quatuor. nam Palat. pr. male *excubare*. sed & mei quinque data quasi opera repræsentant, *depelli & exturb.*

Virtutes recepta) mei omnes *virt. recta*: emendatumque in Pal. tert. *virt. retenta*. illud vltimum est in editione Erasmi; duæ aliæ lectiones affiguntur eiusdem editionis oræ.

Deinde non est acerba medicina) Palat. sec. *Deinde opus non est acerba*. quod & a secunda manu adfictum tert. reliquis ea vox abest.

EPIST. LI.

Ætnam illum nobiliss.) sic voluit scriberemus Pinc. ex scriptis, cum haberet editio Erasmi, *Ætnam & illum*. quomodo Pall. quat. & Col.

Quam alии) mei omnes, *aliqui*. correctum tamen ad priorem formam in Pal. sec. tert. ac Col.

Baias quidem; diuersorium vitiorum) sic Palat. pr. tert. quart. nisi quod habeant *diuersorum*: at sec. & Col. addũt: *quidem qua diuersorum*. Modius Epist. 123. Nouant. lect. inquit in aliquot calamo scriptis exstare, *deuersorium* & probat.

Perstrepentes lacus) mei quinque *strepentes lacus*.

Vim Hannibalis hyberna soluerunt) editio Erasmi, *Vino Hannibalem hyberna*. quod & in omnibus meis; nisi quod emendatum in Pal. tert. ab alia manu: *Vna Hannibalem*. quod cum & in vno membranaceo inuenerit Modius, mihi æque atque ipsi perplacet. neque enim tam vinum quam Venus, pluma, deliciæ illum fregere: vt bene meus ille quem dixi, Nouant lect. Epist 58.

Et quidem genere militia) sic & Erasmus & Palat. sec. at ceteri alii, *eo quidem genere*. Col. insuper, *ab eo quidem genere*. scripserim: *atq; eo quidem genere*; vel certe, *eoq; quidem genere*.

In qua siccus vapor corporis exhausturus includitur) monet Politianus lib. Miscellan. cap. 28. nihil aliud hic insinuare Senecam, quam Laconica: de quibus eum vide.

Non est emolliendus animus) mei omnes, *emoliendus*. at alias legitur ad oram edit. Erasmi: *Non est emori iudicij animus*.

Effeminat animos amœnitas nimia. nec dubie aliquid) sic rectius legi tradit Erasmus; cum eius editio præferret, *Effeminat animos amœnitas. Amœna sine dubio aliquid, &c.* annotatumque alias legi: *Inimica nec dubie.* mss. mei quinq; confirmant primam lectionem quam habet editio Romana.

In asseres vngula est) Pal. pr. ac tert. *in asserum vngula est*. non extruserim.

Literni honestius) sic & Palat. pr. ac sec. at tert. habet emendatum alterius manu, *Vulturni*, quod & ad oram Col. cuius textus *Bitrini* quart. *hec iterum honest.*

Exulabat) plerique mei *exultabat*.

Ruina eius non est tam mollior) sic in Pal. sec. emendatumque in tert. ac Colon. qui tamen antea, *Quies eius non est*: quod & in Pal. quar.

Illi quoque ad quos primos fortunæ) Pal. sec. *ad quos plurima*, adtextumque margini *prima*. at illud *primos* remanet in ceteris; exulat tamen omnibus illud *ad quos*, excepto Pal. tert. quidam Erasmi: *ad quos primos fortuna publica resp. opes*. sed placuit illi magis vulg.

Et Cæsar extruxerunt quidem) apte ad hunc locum Tacitus lib. 14. Annal. *leuem tumulum accepit, viam Miseni propter & villam Cæsaris Dictatoris, quæ subiectos sinus editissima prospectat* ibi Lipsius.

Videbatur hoc magis militare) solus Col. non habet vocem *magis*.

Quam positionem elegerunt) malim cum meis mss. *elegerint*, item mox *excitauerint*.

Scias non villas) mei, *scies*. placet.

Fuisse in Vtica Catonem) sic Pal. sec. tert. Col. at pr. *fuisse in numinis Catonem*: quart. *fuisse in villa Catonem*. annotatumq; in Pal. tert. ad vocem *Vtica*: *falsum puto* prodit Modius, etiam in suis mss. pro illo *in Vtica*, fuisse, aut *in vnica*, aut *minacu*, aut *inimica*. putatque *Vticam* ab illis, qui Vticę sibi Catonem manus intulisse meminerant. quare leui coniectura ductus reponit; *fuisse in Varia Catonem*, subintelligitque *villam*, de qua noster Seneca Epistola 55. sed vide Modium pluribus Epist. 123. Nou lect.

Et aspiceret tot genera cymbarum) dictio *aspiceret*. non est in vett. Pinciani, aut adeo meis. extat tamen in editione Erasmi.

Et fluitantem) sic mei, editioq; Erasmi ad oram: in contextu vero *fluctuantem*.

Et audiret canentium nocturna conuicia) sic & ad marg. edit. Erasmi, quæ tamen admisit: *nocturna commercia*. quod non minus mihi placeret quam Modio nisi mei scripti omnes contrairent; in quibus etiam *conuicia*. hocque retinebimus; & eis intelligemus varios illos & absonos clamores ac cantus, qui ex pluribus simul tollebantur cauponis. nam *conuicium*, vt Labeo vult, *vel a concitatione, vel a conuentu & collatione vocum. cum enim in vnum complures voces conferuntur, conuicium appellatur, quasi conuocium*. L. 15. §. 3. ff. de iniur.

Nonne manere ille intra vallum maluisset, quam vnam noctem inter talia duxisse?) Sic Mureti editio. at vulgares, item Erasmi habent: *quam ibi vnam noctem anxius ipse duxisset?* nec aliter Pal. sec. Pinciani vero & Modij codices antiqui longe aliam extrudunt lectionem; hanc nempe; *maluisset, quod in vna nocte, manu sua ipse duxisset?* quam ego probo. nam non longe ab hac Pal. pr. ac quart. in quibus, *maluisset, quam in vna nocte manu sua ipse duxisset?* tert. ac Col. nihil sani habẽt, sed; *maluisset, quam vnam noctem inter talia duxisse?*

Voluptates præcipue exturba) Pinciani scripti, *exterpa*. sicque Palat. etiam sec. at reliqui quatuor stant pro priore, me volente.

Inuisissimas habe) sic Pal. tert. reliqui aut *vilissimas*, aut *inimicissimas*.

Quos Philotas Ægyptij) sic voluit Muretus. editio Erasmi *Philistas*. cui adstipulantur Palat. sec. tert. Col. at scribunt pr. ac quart. *Prestilistas*.

EPIST. LII.

Et eo vnde recedere cupimus) notat Erasmus, in medio huius Epistolæ, defuisse finem, tum alias duas integras

quarum

quarum posteriori finis erat: *Quid enim refert.* hæc ille. Ceterum Pal. pr. tert. quart. scriptum exhibet *& in ad vnde recid.*

Sine vllius adiutorio exisse, fecisse sibi ipsos viam) sic & Erasmus. nec non Pal. sec. tert. quart. Col. solum erat in pr. *ad veritatem contendere adiutorio ex his se fecisse sibi ipsos via.* a quo non longe diuertit exemplar vouiii Pinciaoi, in quo: *ad veritatem contendere sine vllius adiutorio. ex se fecisse sibi ipsis viam.* vnde ipse Pincianus legit: *ex his se fecisse sibi ipsi viam.* (nã Epicurus, inquit, gloriabatur auctore etiam Cicerone nullo vsum fuisse præceptore.) tanto magis quod secundæ notæ exemplum attulit Metrodorum, tertiæ Hermachum: vt veri simile sit primæ notæ exemplum non fuisse prætermissurum. sic Pincianus.

Quibus ex se impetus fuit) sic & Erasmus, & Pall. quat. at Col. *quibus ex se ipsis ad benefaciendum impetus fuit.*

Qui se ipsi protulerunt) sic solum Pal. sec. reliqui, *se ipsi protul.*

Hermachũ) sic voluit legeremus Erasmus, nõ *Hermarchũ*, quod tamẽ in Pal. tert. ac Col. est in quart *Hermarcũ.*

Ambo paria) sic & Erasmus. mei quoque, *ambo dispaira.*

Alterum dura area accepit) ita excusus Mureti: quomodo scribendum arbitrabatur olim coniectura tantum ductus Pincianus. priores impressi: *alterum puram aream accepit*, quod in omnibus meis præterquam Palat. quart. qui seruat, *puram arenam*; & Palat. pr. qui, *puram archam.* restituerim *puram aream*, nec mutauerim cum I.C. quodam *in puram glaream.* rationes promo Suspicion. lib. 28. cap. 3.

Alterius fundamenta lapsabunda in mollem) illud *lapsabunda* mutuo babet ab Rod. Agricola Muretus; qui sic annotarat, cum esset *sapalunda.* prodit hoc Erasmus, cuius editio habet *fundamenta lassauerunt.* quæ, inquit, vox proculdubio supposititia. habet Pal. pr. tert. quart. *alterum fundamenta laxa habet in mollem* sec. *alterum fundamenta laxabant in molem.* Colon *alterum fundamenta laxabunda in mollem.* quomodo & correctum in Pal. tert.

Ac fluidam demissa humum) Pal. sec. & Col. *missa.* reliqui tres *immissa.*

Multumque liberis exhaustum) sic Pal. sec. & Col. at pr. tert. quart. *Multum quidem laboris.*

Secum habuit) Pal pr. sec quart. *secum habuerit.*

Sed extraxit) sic Palat. sec. & Colon. at pr. & tert. *sed abstraxit.* quart. *sed traxit.*

Hoc durum & laboriosum nobis datum) exclusit vocem Muretus quæ in editione Erasmi, *& laboriosum negotium datum.* quod & agnoscit Modius. margo tamen dictæ editionis adducit aliam lectionem, nempe, *& laboriosum ingenium.* quod præferunt libri mei scripti quinque. & hercle placet.

Datum scias licet. imus per obstantia) egregia lectio; quæ mirum nisi manauit ab diuinatione Modij. sic profecto prodidit dudum Nouantiq. lect. Epist. 123. nec aliter manuscr. mei quinque. editio Erasmi: *datum scias; scilicet imus. &c.*

Sed eos qui vita docent) editio Erasmi, & mei omnes vno ore; *vitam docent.*

Nunquid æger laudat medicum secantem) sic mss. Pall. quatuor. at interserit dictionem vnam Col. *laudat medicum facete secantem.* quod sapit glossam. notandum tamen idcirco ignobilius medicorum fuisse munus, quod ipsimet manibus suis olim venas inciderẽt, medicamenta præberent, clysteres, emplastra, collyria admouerent, iisdemq; omnibus, quibus hodie chirurgi, partibus fungerentur. cuius rei ex libris quoque I.C. non dubia argumenta promi possunt, vel illud inprimis, *quod aduersus medicum qui imperite seruum secuerit, ex locato vel ex lege Aquilia actionem dari traditur* in l. qua actione §. vlt. & l. idem iuris. ff ad leg. Aquil & quod in instrumento medici *collyria, emplastra, ferramenta* a Paulo poni legimus, in l. cum de lanionis § in instrumento. ff. de instructo & instrum. & lib. 3. Sentent. tit. 10. sed & idem aliorum quoque auctorum testimoniis perspicue comprobatur. Cicero in Piso: *sed ei medico, quem tecum duxeras, imperasti vt venas hominis incideret.* Lampridius in Commodo: *Imitatus est & medicum, vt sanguinem hominibus mitteret, scalpris feralibus* accedat & Suetonij in Nerone cap. 37. locus; & quod Plinius lib. 29 cap. 1. scribit, *Archagathum medicum a sauitia secandi vrendique in carnificem transisse.* Galenus plane ipse in lib. de curat. per sangu. mission. *venas se aperuisse aliquoties* narrat. hinc *& forcipes secandi causa*, medicis a Sosipatro tribuuntur; quos præterea *vulneribus manus attulisse & iniunxisse, virilitatem excidisse, aliaque omnia per se expleuisse*, ad quæ aliena nunc opera vtuntur. Plinius lib. 7. cap. 3. Seneca lib. 3. de Ira; Gellius lib. 12. cap. 5. Paulus lib 5. Sentent. tit. 24. Vlpianus in L. 4. §. vlt. ff ad leg. Cornel. de sicarus, probant. Brissonius lib. 2. cap. 4. Select. antiq.

Tacete, sanete, & prabete vos curationi) sic mei omnes, nisi quod ambiguum fere est an extet in Pal. sec. ac quart. *curatori.* est tamen I.C. qui malit: *Tace, sane, & prabe te curationi*; hoc est, inquit, æger medicum amat qui interim dum paucis verbis vtitur, sanat; non vult declamatorem, sed qui his tantum vtatur paucissimis, *Tace, sane, prabe te curationi.* bellæ quidem voces, sed nihil ad Parmenonis suem. nam dicit Seneca, quemadmodum ægri eos non laudant qui ipsis medentur remediis acrioribus; ita nec nostrum esse applaudere & fauoribus prosequi qui Philosophia nobis medicinam faciunt. sed quid ego hæc? *Vmbret* ferme addidissem quod sequitur, verum vel sic satis scitur quid velim.

Etiamsi exclamaueritis) sic & editio Erasmi, & Pal. sec. tert. quart. Col. solum est in pr. *exclamaueris.* male.

Quod hominibus iis laudaris quos non potes) mei quatuor: *quod ab omnibus iis laudatus es quos non.* Palat. sec. *quod ab hominibus iis laudatus et quos.*

Lapsa orationis) mei, *orationis elapsa.*

Omnia rerũ omnium indicia) Pal. sec. abest vox *Omnia*: legitq; *Omnium rerũ indicia.* adest tamen ceteris quatuor.

Ex minimis licet capere) melius mei *ex minimis quoque licet cap.* sicuti & est in edit. Erasmi.

Et relatus ad caput digitus) Lucianus in Rhetorum præceptore: *Inter hæc ante virum quendam egregie sapientem, atque insignis formæ, lubrico incessu, fracta ceruice, muliebri aspectu, voce mellita, olentem vnguenta, caput summo digito scalpentem.* Iuuenalis Sat. 9. *Qui digito scalpunt caput vno* plura Erasmus Chil. 1. Cent. 8. adag. 34. & 35.

Supra caput mirantium turba consistit, Palat. pr. ac sec. *turbam consistit.*

Non laudatur ille nunc si intelligas. sed conclam.) *intelligas* habet lectio meorum. sed & in Pal. pr. est *si conclamatur.* in Col *Num laudatur ille nunc non si intelligis si conclamatur.*

Tunc autem hoc ex impetu facient, &c.) falsa lectio. scribamus minore litera, vt pendeant hæc a præcedentibus; *tunc autem, cum hoc ex impetu facient, cum, &c.* sic certe iubent scribamus mss. quinque. neque aliter fere Modius Epist. 18. Nouant. lect.

Differam hoc in præsenti) mei Pall. *Differam hoc in præsentia.* Col. *Differentia hoc in præsentia.*

Postquam prostituta est) sic mei quatuor. at Pal. pr. *postquam prosecuta est.*

EPIST. LIII.

Ad Nesidia direxi) Erasmi editio, meique omn. *ad Nesida.* nisi quod in Pal. sec. *Nexida direxi.*

Præcisurus omnes sinus) quidam I. C. id est *euitaturus*, inquit. non sic decebat paraphrasten agere. *debet enim quod illustranda alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo quod illuminat.* itaque adeas nobis Solem illum Galliæ Budæum ad L. qui cum eo. ff. de re militari. & vbi aliquandiu in eius illic adytis somniaueris, redi ad nos instructior.

Petus autem vexabar) sic ad oram Erasmus. editio eius *ferebar.* alterum illud *vexabar* solum est in omn. meis.

Coegi vt peteret littus) sic solum Pal. sec. at reliqui quatuor *coegi petere littus.* arridet.

Vt ancora de prora iactatur: sed memor artificij mei veteris, frigida cultor, &c.) Modius Epist. 123. legit: *iactatur memor artificij mei vetus frigida cultor.* & sic omnino Pal. sec. aliis quidem etiam abest vox, *sed*, verum tamen *veteris* retinent non *vetus.* & placet magis.

Quomodo

Quomodo psychrolutam decet) vide me infra Epist. 83. scribitur hæc vox varie in meis. Pal. pr. ac quart. *phicrolutam*. sec. *ficiclutam*. tert. *psycrolutam*. Col *psychoreclucam*.

Dum per aspera erepo) sic & ad oram editionis Erasmi; quæ tamen habet *erepser*. quod & in chirographis quinq;.

Illud scite Vlyssem) Palat. pr. tert. quart. *Illud scio*. malim alterum, quod & adpictum tert. & testat in sec. ac Col

At ego quocunque nauigare debuero) Veneta vetus, *Ergo & ego quocunque*: quod fere est damnem. nam etsi in Palat tert. sic omnino correctum sit; antea tamen fuerat *Et ego quocunque nauigero*. quod animo meo proprie placet. est 10 Pal. pr. ac quart. *nauseator erat, & ego. Quacunq; nauigauero*. sec. *Et quocunque nauigaro debeo*. Col. *nam & ego quocunque nauigaro debuero*. Erasmi editio, *Et ego quocunque nauigare debuero*.

Vt primum stomachum (*scis non cum mari nauseam effugere*) *collegi*) collyria hæc, vt opinor, Mureti. nam aliæ editiones *vt primum stomachum* (*quem scis non cum maris nauseam effugere*) *collegi*. annotauit Erasmus, rectius esse: *non cum mari nauseam*. & sic habet Palatinus pr. sec. quart. etiam tert. sed alio ordine: *quem scis cum mari nauseam nō effugere*. Col. *quem scis cum mari nauseam non confugero*. miror tamen verba isthæc Senecę. ego enim qui iam sæpius vnum atque alterum nauigaui Oceanum, expertus sum statim cessare nauseam, atque altero pede terræ institi. idemque affirmant de se aliquot alij qui periculum simile fecere. quid suspicabor? an delendam vocem *non*? scribendumque: *quem scis cum mari nauseam effugere* dictio illa certe nusquam reperitur in Veneta editione annorū centum. sed nihil etiamnum suspicor quod promtum velim.

Leuis aliquem motiunculа) sic Palat. pr. sec. tert. quart. item ad oram edit. Erasmi: ipsa vero: *leuis saltem mot*. at Col. *leuis aliqua*.

Sed cum creuerit & vera febris exarserit) sic solum Pal. sec. quatuor alij: *creuit, & vera febris exarsit*.

Duro & perpessitio confessionem extorquet) & hoc Mureti crediderim Prioris æui codices editi: *perpessitio conf. accepit*. notatque ad id Erasmus in alio fuisse *excepit*, proque eo legisse Rod. Agricolam *exprimit* quod & ipsi probatur. restat in Pal. pr. tert. Col *etiam duro & perpesso sui confess. excepit*. sec. *& duro & perpesso confess. excepit* quart *equo duro & perpesso conf excepit*. Col. idem habet quod Palat. pr. notatum tamen ad marginem pro *excepit* alias legi *exprimit*. Stephanus lib 2. Prood. cap. 10. vix vllum esse credit vocabulum quod potius οἰκοθεν tulerit Seneca, aut saltem cum paucis commune habuerit, quam istud *perpessitium*; quamuis tamen malit scribi; *perpetitium*. si quis tamen inquit alterum illud propugnet, verbale *perpessio*, pro illo facere videri poterit.

Et aut talum extorsisse) sentit credo de hoc Lud. Cælius, cum infit lect. antiq. lib. 4. cap. 11. *Talum* in homine agnoscit in Epistolis Seneca: quin & Herodotus lib. 3. negat cum Aristotele Plinius. Est autem eo nomine rectum in articulo pedis os, ventre emineus concauo, in vertebra ligatum.

Qui vbi ad talaria cepit tendere, necesse est podagram fateri) Mureti putarim diuinationem, sed admodum licentiosam. nam vulgati & alter & amplius. *qui vt talaria ceperit intendere, & vtrosque dextros pedes fecerit, necesse est, &c.* ad quæ sic Erasmus: In aliis pro *talaria* erat *calcaria*. pro *fecerit* vero *fecit*. nam Grammaticorum filij negane *ferio* habere præteriti vocem. Podagra autem ioco dicitur vtrunque pedem fecisse dextrum, quod sic æquasset vt nihil interesset. hæc Batauus ille. Pal. pr. *qui vbi & talaria ceperit intendere, & vtro sed dextros pedes fecit, necesse est*. sec. *qui vbi & talaria ceperit intendere & vtrosque dextros pedes fecerit, necesse, &c.* tert. *qui vbi iam talaria cepit intendere, & vtrosque pedes fecit dextros, necesse est*, & ea lectio mihi probatur. sicq; fere etiam quart. nisi quod non habeat vocem *iam* Col. retinet; *Qui vbi ad talaria cepit intendere, & vtrosq; dextros pedes fecit, necesse, &c.* Veneta vetus: *qui vbi iam calcaria cepit intendere, &c.* Stephanus ad Dalechamp. Epist. 8. innuit *talaria* intelligenda de tumoribus quos in talis gignit podagra. tangit etiam Moretum, quod ita Senecam suo tantum non mutilet arbitrio.

Grauis somnus etiam somnia extinguit) sic & Erasmus at mei, *Grauis etiam sopor somnia ext.* nisi quod nonnullis *Grauis sopor etiam somn. ext.* scio melius vtrumq; eo quod vulgatur.

Quam vt vti vllo intellectu sinat. Col. *quam vt vllo intellectū sinat*. Pal pr. *qui nullo intellectu sui est*. sec. *quam vt vllo intellectu sui est*. tert. *quam vt nullo intellectu sui est*. quart. *quod nullo intellectu sui est*.

Omnibus alius te nega) mei omn. *Omnibus aliis rebus te nega*.

Nec quemquam) Pal. tert. quart. *quicquam*.

Cui aduocatus in causam descenderet) ita & Erasmi editio. at mei Pall. quatuor, *cui aduocatus in remissione descenderet*: solum Palat. tert. habebat *remissionem*, add. tumque deinde a secunda manu *remissionem tui desc.* Col. præfert *cui aduocatus tui remissione desc.* legerim *cui aduocatus descenderet*.

Non vt id acciperem) editio Erasmi, & membranę meę *vt non id accep.*

Itidem Philosophia) sic annotarat Agricola, sicuti prodit Erasmus. at edidit ipse, *Idem Philosoph.* & addit in alio fuisse *Id est Philos.* extat illud *Idem* in meis quinque.

Quod ipsa erogauero) sic & Agricolæ codex, & mei quatuor. male autē Pal. sec. *quod ipsa re egero, id est erogauero*. quomodo fere in editione Erasmi, nempe, *quod ipsa redegero erogauero*.

Omnes mortales multo antecedes, non multo te Dij antecedent) sic & editio Erasmi, & Col. meus. at Palat. pr. tert. quart. *Omn mort. animo antecedas, non m. te Dij antecedant*. sec. vero: *Om. m. animo antecedes, n. m. t. D. antecedent*. receperim lectionem mediam.

Inter te & illos interfuturum sit) sic & margo Erasmi; at textus, *illos interim futurum sit*. quod est etiam in Palat. sec. reliqui habent alterum illud, absq; Pal. pr. qui, *quod te & illos interfuturum sit*.

Tantum sapiens sua) sic Palat. sec. ac Col. reliqui tres, *Tantum sapiens vita sua*.

Ille natura beneficio, non suo sapiens est) sic Muretus at Erasmus: *Ille natura beneficio non timet, suo sapiens* nec aliter mss. mei quinque. & sic hercle scripsit Senec

Laxo sinu excludit) inepte sic Muretus. repone *elidit*. sic Erasmus. sic Colon. ac Palat. sec. nec abeunt longe alij, qui; *elidit*.

EPIST. LV.

Longū mihi commeatum) ita Lipsius lib. 5. Epist. quæst. 5. prius erat *comitatum* non modo in Erasmi libris, sed & Pall. meis quatuor. solum habet alterum illud Colon. At *commeatum dare*, honeste ductum a re militari, id est, dare me morbos dimisisse, nunc repete auctorem. dabatur enim commeatus ab Imperatoribus vel domus reuisendæ, vel priuati negotij gerendi causa. postea quoque a Cæsaribus petebant Roma abituri viri principes, vt notum est. hac tralatione vox ista frequens Tertulliano. Apolog aduers. gent. c. 46. *Quid enim Thales ille princeps Physicorum sciscitanti Crœso de diuinitate renunciauit, cōmeatus deliberandi sæpe frustratus?* lib. de Pœnitent. cap. 6. *Certe enim indubitata venia delictorum, medium tempus interim furantur et commeatum sibi faciunt delinquendi*. vbi sic Rhenanus: *Commeatus est venia quo miles datur, vt possit ad tempus abesse a castris, vel negotiorum, vel valetudinis causa*. vide & eo loco Pamelium, item eiusdem adnot. in Tertull. lib. de Pœnitent. cap. 6.

Dici suspirium potest) anhelitus hanc difficultatem grauissimam, quam Græci ὀρθόπνοιαν vocant, primus Seneca Latino hoc nomine donauit; quo deinde etiam in brutis vsi veterinarij medici. sed cum is malum suum, quod sic vocauit, intra horam desinere cōsueuisse tradat, certumq; sit *orthopnœam* multo diutius protrahi, valde sum anceps, quæ proprie illa fuerit ægritudo: nisi tamen dicere placeat fuisse quidem ipsissimam spirandi difficultatem, sed in ea suffocationis periculum haudquaquam plus hora durasse. quanquam & cordis palpitationem fortasse quispiam fuisse existimauerit, quod in ea non modo grauissima anhelandi difficultas, quasique suspiratio adsit, verum etiam suffocationis periculum vsque adeo præsentaneum, vt nisi intra spatium horæ prorsus finiatur,

omnino exitium afferat. quis enim ait ipse, diu exspirat? cui autem medici morbum hunc *mortis meditationem* vocauerint, non satis assequor. nam qui id de Philosophia scripsit, apte quidem locutus est: at de anhelitus difficultate, aut si mauis palpitatione cordis, in quibus via cuiquam mens superest, idem asserere præter rationem & vsum esse videtur. vnde fortasse melius dixissent, *exercitationem*, cum (vt in antecedentibus verbis ait Seneca) huiusmodi ægritudo nihil aliud sit, quam animam agere. Mercurial. lib. 6. cap. 16. Var. lect.

Facit aliquando spiritus ille quod) mss. mei. *facit enim spiritus ille aliquando.*

Si hoc sine quasi bona valetudine) allegat hæc verba Duarenus lib. 1. cap. 12. anniuers. disputat. docturus in his duabus dictionibus, *quatenus* & *hactenus*, ablatiuum *sinu* vel *sine* subaudiendum esse.

Quasi bona valetudine delector) Veneta editio, *delectet*. fortitan *delecter*. sic certe est in Col.

Mors. est non esse. id quale sit iam scio) sic etiam Erasmi. at Palatinus primus. *Mors est non esse id quod ante fuit. sed quale sit iam scio.* sicque tertius. item quartus. at Col. *Mors est non esse idem quod ante fuit. sed id quale sit, iam scio.* quomodo & emendatum in tertio. secundus, *Mors non esse id quale sit iam scio.*

Antequam accenderetur) quatuor mei *accendatur*, sed correctum in tertio *accenditur*, quod etiam manet in Palatino secundo.

Quid enim refert, vtrum non incipias an desinas) vox *vtrum* non est in Palatino primo aut secundo: restat tamen in tert. ac Col. at quart. habet, *refert, an incipias an desinas.*

Vtriusque rei hic est effectus) est hoc a Mureto. mei & editio Erasmi. *cum vtriusque rei hic sit eff.* reducatur.

Exhortationibus tacitis (nam verbis &c.) ita quidem etiam Erasmi editio. sed cum tradat Pincianus in suis fuisse: *tacitis scilicet (nam, &c.* & sic restet in meis quinque, id libens hic introduxerim.

Alloqui me non desij) sic & manuscripti mei quinque, & margo edit. Erasmi. eius vero contextus: *alloqui me desij.*

Hoc tibi de me recipe) sic Col. ac Pal. sec. at alij tres: *de me suscipe*. vnice placet.

Iam preparatus sum) sic quoque Col. ac Pal. sec. at reliqui *paratus sum.*

Nihil cogito de die. Illum lauda) omisit elegantissimam vocem Muretus, quæ & in editis ab Erasmo & in meis manuscr. quatuor. & in Pinciano: *Nihil cogito de die toto. Illum, &c.* præferunt primariæ editiones, *de die tuto*, quomodo & Col. male.

Cum nolat viuere) Palatinus secundus; *cum iuuet & viuere*. Col. ac Pal. quart. *cum iuuet viuere*. reliqui *dum iuuat*. quod mihi placet.

Quod ipsa coactura est) quinque mss. non habent pronomen *ipsa*. nec requiro.

EPIST. LV.

Non minus fatigatus quam si tantum ambulassem) sic & Erasmus. mei omnes: *fatigatus sum quam*. Mercurialis lib. 6. de arte gymnica cap. 9. hanc Senecæ orationem interpretandam de eo solo putat, qui valetudine offensus ab omnibus fere turbatur. nam alias non ingenerare in sanis corporibus lassitudinem.

Labor est enim diu ferri) restituerim, *est enim & diu ferri*, ex mss.

Indixere delitia) ita Muretus indicio librorum Pinciani, neque aliter mei quinque. Erasmus ediderat *seduxere*, quod efficax quidem, sed non tamen vt eum altero contendat, cuius origo a sacris. Seruius ad illud lib 3. Æneid. *Meritos indicit honores*: *Sacrorum*, ait, *verbo est vsus. nam supplicationes & dies festi indici dicebantur.*

Siue bilis insederat faucibus) excutit hunc locum illustratque medicorum ille quem dixi princeps, d. libro 6. cap. 10.

Erat enim a recenti tempestate maris spissius.) Palatini quatuor, *erat enim mare recenti tempestate spissius*. solum Palatinus tertius addit; *mare a recenti*. Colon. *erat enim a recenti tempestate spissum.* quod vltimum sane mihi blanda suspicione percutit animum, atque si genuinum esset auctoris.

Fluctus autem illud) sic mei quinque at I.C. quis legit, *Fluctus enim* relegauerim eum ad Orbilium.

Amicitia Asinij Galli) sic voluit legeremus Pincianus ex manuscr. suis; quomodo & Palatinus primus, tertius, quartus: sed tamen Pal. sec. ac Col. retinent *amicitia*, quomodo publicarat Erasmus.

Amor merserat, Pal. pr. ac tert. *emerserat*. quart. *amore emerserat.*

Æque enim offendisse illum quam amasse periculosum fuit) agnoscat lector artificialem verborum ordinem, iuber P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 23 & agnosce quæso lector, agnosce.

Laxo atrio paries manu facta) lectio ista ab ingenio Mureti. publicatæ antea: *laxo atrio, paries manu factus*. mss. quinque verbo sunt auctiores: *cuius laxo atrio paries manufactus*. solum Pal. sec. *pares manufacta*, quod & ad oram edit. Erasmi. vix mihi dubium sit quin legi debeat: *cuius laxo atrio pares manufacta*. Lipsius lib. 1. Elect. cap. 16. item Comment. ad 4. annal. Taciti, legit, *laxo atrio pares manufactis*. speluncas enim, inquit, natiuas fuisse vult, sed tam eleganti ingenio loci, vt prouocare possent omnes manufactas.

Altera vsque in occidentem torretur) editio Erasmi nec non Palatinus quartus, ac pleraque exemplaria Pinciani *occid. tenet*. secundus, *vsque ad occid. noctem tenetur*. primus, tertius, Colon. *in occid. tenetur*. reduxerim *tenet*. nam illud *torretur*, quod Muretus noster sumpsit a dubia suspicione Pinciani, prorsus insulsum est. nec enim sol semper torret; certe non bruma.

Platanona medius riuus) & hoc sumtum ab Pinciano, sed meliore iure. nec enim id carpserim. sic autem ipse legendum putauit, cum esset in vno suo, *platanas medius riuus*; in altero; *Plata nona medius*. antiquitus excusi; *prata noua*. ab Erasmo orti; *prata bona, medius riuus*. sicut & extat in Palatino primo, tertio, Colon. at secundus, *prata bona*. quartus, *platano prata bona vina medius riuus*. correctus est tertius ad hunc modum, *prata bina, medius riuus, &c.*

Manus ad parata porrigitur) quidam Pinciani codices *priuata*. at alterum est in omnibus meis. solum quoque Pal. sec. ac Col. *porriguntur*.

Trans parietem habet) Palatinus primus, tertius, quartus, *habeat*.

Nunc esse villam totius anni credo) & hoc Muretus, puto, inuenit. olim enim excussi; *nunc esse illas totius anni credo*. annotatumque ad oram editionis Erasmi: *esse illam totius amœnitatis credo*. retinuit Palatinus primus, tertius, quartus, Coloniens. item quos excussit Lipsius, *nous, esse illam totius anni credo*. secundus, *Has laudes eius esse, illam totius anni credo*. sed emendatum in margine sicut est in primo. Lipsius insistens vestigiis scripturæ suæ lectionis rescribit: *Has eius laudes ipse noui; esse villam totius anni credo*. sic ille lib. 1. cap. 16. Elect. at ecce tibi I.C. qui tanquam corniculæ confixurus oculos, emendat: *Has laudes eius* (subaudi, inquit, *villa*) *ipse noui. Nunc esse primas totius anni credo.* equidē vellem scire, quid hic notet voa *primas*, vel ad quid referatur.

Vt Baiis neget) sic iussit scriberemus ex ver. lect. Pincianus. neque aliter in meis quatuor, solum illud, *vt Baias neget*, quod refert editio Erasmi, restat in Palatino secundo.

Animus est qui commendat omnia) bene & hic editio Mureti, secuta aliquot codices Pinciani, diuertit a vulgatis, quibus adest *animus est qui sibi commendat omn.* quomodo tantum restat in Palatino secundo ac Col. qui tamen habet, *sibi commendet omn.* quod vltimum etiam in aliis manu exaratis Modij Epist. 132. idque probare videtur. ego alterum retinuerim, quod & remanet in Palat. pr. tert. quart.

Ferre debemus absentiam) Palatinus secundus addit, *absentiam amicorum*. primus, tertius, quartus, refert tantum, *absentem*.

Vtrinque diuersas) Palatinus primus. tertius, *vtrinque*. reliqui, *vtrinsque diuersas*

Quotidie videt) ita mei quinque. Erasmi tamen editio refert ad oram, alias legi *quotidie cogitat*.

An incipiam non Epistolas, sed codicillos tibi scribere) sic manuscripti mei, vno consensu, quinque. at tamen mirabiliter hæc & præcedentia inquinauit I. C. quidam qui lutulento sermone nuper rescribi curauit: *Video te mi Lucili cum maxime animo. Adeo tecum sum, vt dubitem, an incipiam non epistolas tibi scribere; sed colloquio serio.* merum pus & venenum, vti assero lib. 25. cap. 16. Suspic. sed & dixi ibidem, *codicillos* post... hoc æuo literas illas proprie dictos, quas alter ad alterum scribebat, constitutus in eadem vrbe; nunc addo etiam, in eodem consessu. Conuitiorum plaustris (nam hoc hodie vocatur, defendere se) ea propter ad me itum est. Sed ecce exinde prodiit Lipsii libellus, cui titulus Institutio Epistolica: atque eiusdem capite secundo, idem prorsum de hoc loco sentit quod ego. itaque vapulet nouorum Ædilium arbitrariu Senecæ refictor.

EPIST. LVI.

Peream si est) recepta ea verba in priuatis & vulgaribus adiurationibus, vt patet ex Epist. 23. lib. 3. & 19 lib. 15. famil. Ciceronis. Varrone lib. 3. de re rustica cap. 3. Brissonius lib. 8. de Formulis.

Supra ipsum balneum habito) hanc Senecæ querelam de variis eorum qui balnea frequentabant clamoribus veram asserit aliis auctorum locis Mercurialis lib. 1. cap. 7. artis gymnasticæ.

Quoties retentum spiritum remiserunt) sic & editionis Erasmianæ margo, sicque Palatinus secundus, adque oram tertii ac Colon. in quibus sicut in aliis meis & in editione Erasmi: *recentem spiritum*. solus Palatinus quartus exhibet *retento spiritu*. sed & primus ac ... scriptum habent *omiserunt*.

Cum in aliquem alipten inertem) nescio ... de vox, *alipten*, irrepserit in editionem Mureti; nisi si a coniectura Pinciani, qui tamen paulo aliter; nempe, *aliquem* mutandum sibi videri in *aliptem*, quod herele magis probauerim: vtique cum passim retineant libri; *cum in aliquem inertem*. Aliptarum munus tangit Cicero libro 1. Epist. ad Lentulum: *Vellem non solum salutis meæ, quemadmodum Medici: sed etiam vt aliptæ virium & coloris rationem habuissent.* de hisce digna lectu multa Fornerius tit. de verb. sign. L. 203. §. quid autem.

Et hunc plebeia vnctione contentum) ita primitus enucleauit Turnebus lib. 7 cap. 4. Aduers. cui adstipulantur manuscr. Pinciani, & Palatinus secundus. item margo Colon. reliquæ enim meæ membranæ *plebeia vnitutione contentum*. solum Col. *functione*, quod & in Erasmo. Sed tu, mi lector, vide sis, num possit præterea rescribi: *& hunc plebeia vnctione fungentem*. ita certe mihi propemodum videtur, si modo retinemus vocem, *alipten*. nam sane manuscriptus Col. habet: *plebeia functione contemptum*. sed mi lector, non iubeo mihi assentiaris. nam alteræ illi lectioni etiam sua est Venus.

Si vero pilicrepus superuenerit) alter codex Erasmi *pellicrepus*; editio vero eius *pelicrepus*. primus Cælius putauit legendum *pilicrepus*. quod non omnino displicebat Erasmo. intelligebat autem eum qui *pilas*, hoc est sphæras aut glomos pice illitos, in ignem balneorum siue vaporarii conicceret, sicubi forte restingueretur. In hanc sententiam vt pedibus eat, Papinius facit primo Syluarum in Balneo Etrusci:

Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantis
Auditura pilas, vbi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem voluunt hypocausta vaporem.

Meminit huiusmodi *pilarum*, vt opinor, & architectus Vitruuius lib. 5. *Suspensura caldariorum, ita sunt facienda, vt primum sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum, vti pila cum immittatur non possit intus resistere, sed rursus redeat ad præfurnium ipsa per se; ita flamma facilius peruagabitur sub suspensione.* sic Rhodiginus lib. 30. cap. 19. antiq. lect. Huius sententia atridet etiam Mercuriali lib. 1. artis gymnasticæ cap. 12. Turnebus lib. 7. cap. 4. aduersar. hanc quidem Cælii sequitur lectionem, sed non ex toto; scribit enim: *superuenerit pilicrepus, & pilas numerare cep.* interpretaturque, qui pilas crepat, aut pila crepante lusitat: nam pila strepitum facit. hocque, inquit, facere solebant paulo ante balneum, vel dum hypocausta & sudationes calescerent. Martialis lib. 14. Epigr 163.

Redde pilam, sonat æs thermarum. ludere pergis?
Virgine vis sola lotus abire domum. eodemque modo accipit versus illos Papinii ab Cælio productos. In mittenda autem & remittenda pila, cum pilicrepus plures quam essent manus & vices numerarat, maximus excitabatur clamor ab aduersariis. hæc Turnebus. quæ sane non absimilia vero. at Pincianus tradit duos manuscriptos, eosque antiquissimos atque correctissimos, legere, *pelicerpus*, vt sit is qui pilos euellit. ludunt & hic mei codices. nam habet Palatinus primus: *si vero peligrens superu.* secundus. *Si vero pelincrepus.* tertius. *pellicre, su.* quartus: *si vero pellicrens*. Coloniensis, *Si vero pelicrepus.*

Et numerare ceperit pilas) Erasmus & mei quatuor *& numerare cepit pilos.* quintus, qui est Palatinus quartus *& num. cepit per illas.* illud *pilos* primum mutauit Cælius.

Adiice nunc scordalum) editio Erasmi *sordalum*, margo eius *scordulum*. & scribit ipse ad istam vocem, his verbis: Scholium quoddam indicabat, *sordalum* dici qui sordes efferret a balneo, aut qui sordidaret balneum huic commentulo quantum tribuendum sit nescio. omnino significat aliquem molestum lauantibus; quandoquidem mox adiicit, *furem deprehensum*. Forte balneari verbo *scordalus* dicebatur, qui oleret allium, quasi *scorodalus*. sic vsurpare videtur Epistola 84. quanquam Græcis σκὼρ sonat stercus. Sed probabilius est vt mutata literula legamus *scordylum*, siue *scordulum*; vt conuicium sit in hominem ingrati odoris postea quam incaluit; quod accidit pisci scordulo. hæc Erasmus; quibus Turnebus non omnino alludit, dum scribit, se existimare veriorem scripturam *scordalum*, eumque interpretandum velut *scorodalum*, id est hominem alliatum & illuuie squaloreque fœdum & sordidum & impurum, vt de quod. in seruo apud Plautum in Mostellaria dicitur: *Germana illuuies obelusti allium* talis enim cum balneas inibat, & in elegantes lautosque inciderat, magno clamore & vociferatione excipiebatur. nisi forte, inquit, ab immunditia & fætore excrementorũ alui nomen habet. hoc verbũ etiam extat in Petronio: *Ego nactus occasionem vindictæ Eumolpum excludo, redditaque scordalo vice, sine æmulo scilicet, & cella vtor & nocte.* vt tamen vere fatear, *scardalus* in Petronio scribitur, vt existimo, perperam. est & hodie Græcis *scordalus* morbus in oculis equorum, in angulo crescente caruncula. hactenus Turnebus. Palatini mei quatuor custodiunt *Sordalum*. Col. *Sardalum*.

Et furem deprehensum) de *balneario fure* velim adeas Alciatum lib. 2. cap. 38. Parerg. P. Victorium lib. Varior. Cuiacium ad Sententias Iulii Pauli, Langlæum lib. 8 cap. 2. Ocii semestr. Dousam præcidan. ad Arbitrum lib. 2. cap. 2. alterum illum me Freherum libro 2. capite 12. Parerg.

Cui vox sua in balneo placet) recitatores ibidem ponit & Horatius in Satyris:

- in medio qui
Scripta foro recitent, sunt multi quique lauantes:
Suaue locus voci resonat conclusus. inanes
Hoc iuuat. indicauit Dousa commentariolo in illum Poetam cap. 8. quem etiam non inutiliter consules capite vlt. lib. 1. præcidan. ad Arbitrum.

Alipilum cogita) editus ab Erasmo *alipedum cogita* quomodo est in Pall. quatuor, & Colon. at Ludouico Cælio lib. 30. lection. antiq cap. 19. *alipilus* est, qui alas vellit, cui etiam hæc vox debetur: antea enim *alipedum* legi solitum, ipse ibidem tradit. eodem significatu artifex hic venit Mercuriali dicto cap. 12. nisi velimus, inquit, vt docti viri censuerunt, *pedicrepos*, & *alipedos* apud Senecam legere, quasi in gymnasiis essent qui a

pediculis

pediculis homines purgarent, & inter occidendum ipsos, magna voce singulos enumerarent, ita vt Seneca ab huiuscemodi vocibus offenderetur. quorum tamen sententiam non probo, quod Iuuenalis certo testatum faciat, fuisse in thermis, qui ab aliis pilos auellerent, vbi seruos suos describens Persico ait:

Nec pugillares defert in balnea raucus
Testiculos, nec vellendas iam praebet alas.

Atqui hos modo *volsellis* ad id obeundum vsos esse; nunc *resina*, (hanc enim in euellendis virorum corporibus pilis maximum honorem obtinuisse confitetur Plinius) nunc *psilothris*, opinor, quādo narrat Suidas in Collectaneis, Ephoros, morum apud Lacedæmonas censores, coactos aliquando fuisse, lege & edicto cauere, ne in balnea inferretur pix, vtque omnes depilatores exploderentur. sic Mercurialis. at Fuluius Vrsinus in appendice sua ad librum Ciacconii de triclinio, citat hic ex Seneca: *aliptam cogitat*: quod si non est Typographi mendum, minus sincerum arbitror. si forte dubitat an *pilare* latinum sit; audiat hæc Martialis:

Teq; pilare tuas testificere nates.

Iam libarij varias exclamationes) ita se legere, non *librarius*, testatus & Cælius & Turnebus, hic lib. 7. cap. 4. ille d. lib. 30. & interpretātur qui vendit liba. de quibus in Fastis Ouidius. Probatur & istud d. cap. 12. Mercuriali. nec omnino improbauerat olim Erasmus. qui notat alias legi *Iam libare*, alias *iam liberi*. meus Palatinus primus seruat, *iam librari*. quod idem in tert. ac quart. habet sec *Iam librarij*. Col. *Iam liberari*.

Et botularium) de hoc Cælius dicto cap. intelligo, inquit, verbo isto venditores confectoresque *botulorum*. ea erant farcimina, Festo tradente, de quibus hæc Apicius, quisquis is est; *Botellum sic facies. ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis, cepam addes, porrum concisum, sebus crudum. miscebis piper minutum, & sic intestinum farcies; adiecies liquamen & vinum, sicque coquas.* Erat quidem botulus mensis omnibus gratus, sed in Saturnalibus celebrabatur præcipue, dum ex eo corona fieret pulti. Propterea libro quinto Valerius Martialis forma tamen deminuta,

Et pultem niueam premens botellus.

Sed & in Distichis idem poeta sic cecinit,

Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies.

sic Rhodiginus ille. & vero *botularium* seruant Palatini mei quatuor. Col. vero exhibet & *voluptarium*.

Et Crustularium) videtur hic Cælius pro *crustularis* legisse *distillarios*, de quibus sic præterea inquit. Sciendum *distillationem* quandoque pro liquamine capi, quo vtimur ad intinctus, siue (vt Græce dicam) *embammata*. Hinc Seneca scite admodum & docte *distillarium* vocauit, qui id genus concinnaret distraheretque. hæc ille. sed meo iudicio male. nam etsi in Palatino tertio ac Colon sit; & *dustularium*, tamen a *crustulario* non nimium recedunt alia scripta exemplaria, ostenduntque errorem mendæ: in Palatino quippe secundo; & *clustularium*. pr. vero ac quārt. & *exustalarium*. retineamus itaque *crustularium*, quod & Erasmo placebat, accipiebatque pro eo qui crustula venundabat. fuisse ea enim pistoris operis edulia mellita, innuit Horatius lib. 1. Sat. 1. & noster Epist. 99. *consolamur crustulo pueros.*

Omnes popinarum institores, mercem sua quadam & insignita modulatione vendentes) videtur primum fuisse in Palatino tertio, & *omnium popinarum*. sed mutatum tamen deinde ad eum modum quo hodie publicatur. cetera illa nobis emendauit Erasmus, cum priores editiones haberent: *suam quandam insignita*. manuscript. vetero eius, *suam quadam & insign.* quomodo & Palatinus secundus ac Colon. nam alii, *suam quadam insignita*. quod probare quis posset, nisi me induceret Erasmus. si enim Lutetiæ qui viuunt, facile ex ipsa cognoscunt vocequis quid habeat venale, quum tamen innumeræ sint voces, quid ni potuit tale aliquid obtinuisse Romæ? vtut est, etiam alias per vicos Romæ clamatas fuisse merces argumento est quod Cicero lib. 2. de diuinat. refert quendam in portu qui *caricas Cauno aduectas vendebat*, CAVNEAS clamitasse. Brissonius lib. 8. de Formulis. noto de *lacte* hoc Calphurnii Ecloga 4.

Dic ad mulctra greges, & lac venale per vrbem
Non tacitus porta. ad quæ addatur illud Persianum: *Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis, Cum bene discincto cantauerit ocima vernæ.* item quod ait Martialis: *Quod fumantia qui tomacla raucus Circumfert tepidis coquus popinis.* rursus, *Surgite iam pueris clamat ientacula pistor.* hæc fere Titius ad illud Calphurnii.

Perducat ad mortem) sic Pal. pr. tert. quart. at Colon. ac sec. Pal *perduxit*.

Et ferrarium vicinum) sic habebant scripti codices Pinciani, non *ferratum*, quod præfert editio Erasmi, estque in Palatino secundo. *ferrarius* tamen occupat reliquos quatuor.

Animum enim cogo) sic iussit restitueremus Pincianus ex scripta lectione, & seruant istud etiam mei omn. Erasmi editio male, *Animum non cogo*.

Aut hanc qui ad Metam sudantem tubas experitur & tibias) nescio an ex antiquo exemplari hauserit vocabulum *tubas* Muretus, an vero persuasus a Pinciano, qui sic forte legendum annotarat: cui videtur assensus etiam Cælius lib. 28. cap. 12. lect. antiq. in vulgatis manuscriptis meis quinque est *tabulas*. ex eo fabricauerant olim *tambulas*, vt videre est libro 27. cap. 12. vbi certas etiam sedes *Metæ sudanti* attribui, ne aliquis cum nescio quo L.C. *etrei metam* hic somniet, & miserabiles extundat horum verborum interpretationes, hoc est tales quæ vel lacrymas ipsi excutiant Democrito. vnde vero nomen habeat *Meta* hæc *sudans* expedit Cælius dict. cap. 12 & Marlianus lib. 4 cap. 13. topogr. vrbis Romæ.

Vel pausarium possum) scribit hic Erasmus, notatum hoc esse ab eruditis in Seneca, quod a vocabulis sordidioribus interdum non abstinuerit: quo de genere suus sere habet & istud. at Iac. Durantius Casellius lib. 2. cap. 12. Variarum non miratur quidem Erasmum *Pausarium* agnoscere, vt vocabulum vile ac sordidum; cum hunc nullus optimæ notæ auctor locum fecerit; legitque ex manuscripto suo, *vel Palinurum*; vt alludat auctor ad illum ipsum de quo toties Virgilius noster. Exosculor certorenerum os viri huius ingeniosissimi, qui nihil in optimo ausit auctore, nisi vsus manu exarato codice, tanquam, vt inquit ipse, mystagogo; exosculor, inquam, & constitutum velim Dictatorem iis ardelionibus qui in literis tanquam censores pro ingenio ac libidine quicquid non satis intelligunt, vel delent vel interpolant. haud tamen ab animo meo impetrare possum vt istum *Palinurum* in Senecæ admittam contubernium præterquam enim quod alter ille *Pausarius* familiaris Philosophi nostri reputetur a Palatino meo tert. a Col. & alludant fere Pal. pr. in quo, *audire pausare non possum* item quar. qui *pausari non possum*: etiam *pausarium* isto legisse loco Politianum, cōnicio ex istis quæ scribit lib. 2. Epist. de Pico Mirandula: *Ipse quasi pausarius modos & incitamento dat nobis laudandi tui.* *pausarius* igitur a *pausa*; de qua consulatur Gellius lib. 9 cap. 13.

Et solicitudines mutat) Henricus Stephanus in lib. de Criticis dissertationibus legendum putat: *Sol. simulat.* mihi publicatum magis est ad gustum. idque habent mss. mei quatuor. solum erat in Colon. *immutat.* vide me lib. 25. Suspic cap. 9.

Ad rerum actus excitandi) sic ex suis Pincianus; sicque mei omnes: nisi quod in Colon. *rerum auctus excitandi*. Erasmi editio habebat; *exercitandi*.

Tamen in illa latebra) melius Pal. pr. tert. quart. *tamen & in illa latebra*.

Aut etiam abiecta) manuscripti aliquot *aut etiam abstrata*. rectum putat *abnirata*, Epistol. 58. Nouant. lect. Modius. cuius sententiæ fere pedarius accesserim Senator. mei tamen quinque retinent illud *abiecta*.

Quod ad vocem ex accidenti erigitur) idem Durantius longe melius putat quod legitur in manuscripto suo, *ad vocem & accidentia erigitur*. & verum est, sicque etiam Palatinus tertius, quartus, Colon. nec longe abit Pal. sec. qui *vocem & accidentia exigitur*. pr. scribit, *ad vocem & accidentiam exigitur.*

Vt ait Virgilius noster) poto non absonum visum iri lectoribus, si dixero suspicati me legi posse : *vnde ait Virg.*

Non arietata inter se arma agminis densi) sic quidem commodius fore annotauit Erasmus ; nescio tamen an & sic libri eius scripti, vulgauit: *nō arietata a ia arma agm.* Pinciani codd. leguat *arietata inter arma*: sicq; mei omn. nisi quod Col. *arietata mœnia inter arma.*

Non si vnans sono varia circumstrepet) sic & Erasmus. editionis eius margo: *vana*: sicque Pal. sec. ac Col. at reliqui duo *vacua circumstr.* pr. *sono superuacua circumstr.*

Quid ergo? non aliquando commodius est carere conuicio? fateor) Durantius ibidem prodit addere his vetustum suum librum, *& carere conuicto.* putatque legendum; *non aliquando commodius & carere conuinio, & carere conuiuio.* his enim, inquit, verbis vetus verbum tangitur, quod extat apud Ausonium:

- Sex enim conuiuium

Cum rege iustum: si super, conuitium est. quippe conuiuarum numerus vltra septem immenius & immoderatus habebatur. *& conuitium* potius quam *conuiuium.* hæc amœnissimi ille ingenij Calelius. Pinciani codd. quidam hic tantum habet *conuicta*, pro *conuitio*, . quod & in Col. qui tamen insuper habet *carere & conuictu.* quę copula in omn. meis alijs; qui tamen *conuitio.*

Sed experiri & exercere me volui) sic fere Pinciani mss. nisi quod iis ablit vox *sed.* nam publicati ab Erasmo: *& experiri & exercere me volens.* quomodo & mei omnes, nisi quod nullus agnoscat coniunctionem priorem *&*; Pal. q; sec. ac Col. alterā etiam excludat. solum emendatur in Pal. tert. *& experiri & exercere me volens.*

Etiam aduersus Sirenas inuenerit) Col. *aduersus etiam Sirenas.* sed heus lector, habe tibi multo meliorem lectionem Pal. tert. *aduersus Sirenas et dederit & inuenerit.* vere. socijs aures obturauit cera, se malo alligauit. & sic quoq; scribit Pal. pr. nisi quod destituat ut primo illo *&*. sic scribit Pal. quart. prætetquam quod pauperetur vtraque illa coniunctione, hoc nempe modo, *etiam aduersus Sirenas dederit, inuenerit.* quod hercle etiam concinnum est. nostram istam scripturam aguoscit & ora Pal. sec.

EPIST. LVII.

Cum Baiis deberem) sic & Erasmus. mei scripti omn. *Cum a Baiis.*

Sed tantum luti) sic voluit tepooeremus ex suis Pincianus. editio Erasmi, *& tantum luti*, quod & mei quinque.

A ceromate nos aphe excepit) de ceromate dico cap. ta. de breu. vitæ & eo quidem inuncti luctatores, quo facilius alter alterum comprehenderet, aut quo minus elaberetur, vel alias ob causas proditas ab Beroaldo ad lib. 9. Apuleianæ Metam. item Mercuriali lib. 1. cap. 8. art. gymnast. puluere ac arena (quam ἀφὴν dicebant) aspergebantur ac propemodum fœdabantur in conisterio seu coostro palæstræ, imo in ipso scammate. quamobrem qui oon certasset, ἀκονιτὶ superasse dicebatur. hæc fere Faber, apud quem plura huius rei lib. 3. cap. 22. Agon.

Non vt per tenebras videamus) sic & Pinc. codd. meiq; omnes. at tamen vulgatus ab Erasmo, *non vt nos per tenob.*

A quibus incitatus est) sic & Erasmus. mei quinque; *a quibus excitatus.* quod non excluserim.

Et sine motu mutationem) Palat. pr. ac tert. *sine motu mutat.*

Non de me nunc tecum loquor qui multum) sic mss. mei vno ore omnes. Scribendum tamen putat Stephanus lib. t. Proodop. cap. 6. *Non de me tantum nunc loquor.* valde male, meo animo. nam proxime sequeotia satis arguunt ipsum sese eximere de numero.

Quædam enim sunt mi Lucili, quæ nulla virtus eff. &c.) sic & Erasmus. at quinq; mei, *Quædam enim mi Lucili, nulla effugere virtus potest.* probo.

Itaque & vultum adducet ad tristiciam & inhorrescet ad subita) Pincianus castiorem putat lectionem *abducet.* at Stephanus Epist. 17. ad Dalech. duo verba superesse credit, hæcque, *ad tristiciam*, dicit additamentum expositorium (aut ἐξηγητικὸν, si latino illo vti non licet) quod ex margine irrepserit. parcius egerim cum eis ; caudaq; tantum mulctauero; rescribendo nimirum, *vultum adducet ad tristia.* hoc sensu, vbi triste quid ei nunciabitur, aut adeo occurret, frontem contrahet. hancque ausim præstare geminam germanam Senecæ lectionem. mss. mei tamen Pall. quatuor seruant vulgatam. Col. vero habet, *adducet & tristitiam.*

Non est hic timor) fere est vt malit Stephanus dict. cap. 6. *Non est hoc timor.* sicque Pal. pr. ac Col. expressis prorsus literis.

Ac linquuntur animo) sic Pal. sec. quart. Colon. reliqui duo, *ac relinquuntur animo.*

An mons an turris? Nihil inuenies) videtur notare Erasmus, fuisse alibi amplius, *an turris non erat.* sed duas postremas voces voluit officere sensui. equidem arbitror ego duas illas dictiones adscriptas fuisse ad verba illa, *aut turris*, vt haberentur pro superuacuis. nam ea sane nusquam locum habent in aliquo meorum. Palatinus primus seruabat *mors* vice *mons.*

Mortifera aqua sit) sic iussit Erasmus corrigeremus. oam editio eius *aque fine.*

Sed efficientia timor spectat.) sic etiam melius putabat Erasmus; hoc est, ea quæ adferunt exitium, quam quomodo præfert editio ipsius, *sed efficientiam.* tradit Pincianus esse exempp. in quibus; *sed efficaciam.* opinaturque scriptum fuisse, *non effectum sed effectus causam timor spectat*; deinde librariorum inscitia duas dictiones in vnam coaluisse; scilicet *effectus causam* in *efficaciam* siue *efficientiam* ingeniose hercle. & cum perpendo veterem scribendi rationem, vix vllum mihi fit dubium quin scripserit Seneca; *sed effectus causam timor.* considerentur modo literarum apices. illud *efficaciam* extat etiam in Pal. pr. tert. item ad oram Col. cum tamen in nullo sit *efficientia*, sed *efficientiam.*

Permeare non posse) sic Moretus. sed ex coniectura Pinciani cum esset in Erasmo *permanere*, testetque adeo idem in omnibus meis.

Cum latissime percussit ac fulsit) sic editio Erasmi, quæ tamen appingit alias legi *percucurrit* & *percurrit* quidem est in Col. sed alij omnes *percussit.* Pal. tert. superscriptum habet, loco *fulsit*: alias legi *fluxit.* & sic est in Col.

Corpori propter hoc illum nullo genere posse perire) sic & Erasmus. at Palatinus primus, ac tertius: *corpori mors propter illud nullo genere posse.* sicque fere est in Colon. sed alio ordine, *corpori propter illud nullo genere mors posse* quomodo & Pal. sec. sciat tamen lector Colon. non exprimere satis vocem *propter*; sed repræsentare, *pme.* est in quart. *corpori peritus illud genere nullo posse.*

EPIST. LVIII.

Paupertas, imo egestas) Plinius lib. 4. Epistola 18. *inopia ac potius, vt Lucretius ait, hac egestate patrij sermonis.* Symmachus libro 10. Epistola 10. *Sed inopia, vel potius egestas ordinis Formiani, etiam curationis impatiens est.* ibi Iuretus.

Asilum nostri vocabant) de ea voce multa Brodæus scholiis ad lib. a. Græcor. Epigr.

Inter se dicebant) malim *dicebantur*; qoomodo habent mss. mei quinque.

Hoc nolo mihi credas, sit fides Virgilio) a coniectora est, vt puto, Mureti. publicatur passim: *credas: sed fideli Virgilio.* Modius Nouantiq. lect. Epistol. 132. vult omnino emendandum: *sed fidem Virgilio.* vt subintelligatur: te adhibere volo. verum videtur hoc mihi nimis contra consuetudinem orationis qua vtitur noster. est in Palatino primo ac quarto, *sed fide Virgilio.* quod certe non ita ingratum cuiusquam queat esse auribus. reliqui tres retinent illud *fideli Virgilio.* pro quo pridem ostendi lib. 24. Suspicion. cap. 12. legendum potius videri : *Sed fidem Virgilio?*

Cetera quæ iusse) omnes mei *quæ.*

Essentiam dicere) antea legebatur, *quid sentiam dicere*, estque adeo in membranaceis meis quinque. sed primum Muretus alteram istam architectatus est scripturam, quod alioqui nihil esset cuius illos verbi habere diceret auctores ; idque manifeste declarent quæ statim sequuntur.

Quid

Quid enim fiet, mi Lucilli, quomodo dicetur ουσία? &c. vide Muretum lib. 15. Var. lect.

Ciceronem auctorem huius verbi habeo) sic etiam quinque scripti. at castigandum existimat Pincianus; *Ciceronem auctorem vsia verbi habeo.* nihil eo erat opus. ceterum quod hic de Cicerone Seneca, vsum eum voce *essentia*, ne quis calumnietur, alium testem in eandem rem dabo. is erit Sidonius Appollinaris; cuius hæc sunt ex Epistola quadam ad Poleinium: *Lecturus hic etiam nouum verbũ, id est* essentiam. *sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem. nam essentiam, nec non & indolentiam nominauit, addens: licet enim nouis rebus noua nomina imponere.* & recte dixit. nam sicut ab eo quod est, verbi gratia, *sapere* & *intelligere, sapientiam* & *intelligentiam* nominamus regulariter, & ab eo quod est *esse, essentiam* non taceamus. At quod de Fabiano hic etiam Seneca, adeo verum est, vt licet Cicero istam vocem finxisset, origo tamen ad Fabianum referretur; quod eam primus videlicet triuisset, aliasque multas fabricatus esset. ita certe Quintilianus credidit. qui libro secundo cum Rhetoricam a quibusdam Latine loquentibus Oratoriam aut Oratricē vocari dixisset, *& has*, inquit, *interpretatio non minus dura est quam illa Flauii Essentia.* & lib. tertio: *Vsiam quam Flauius Essentiam nominat, neque sane aliud est eius nomen Latinum.* & libro octauo: *Multa ex Græco formata noua, ac plurima a Seruio Flauio: quorum dura quædam admodum videntur, vt Ens & Essentia. quæ cur tantopere aspernemur nihil video; nisi quod iniqui iudices aduersus nos sumus: ideoque paupertate sermonis laboramus.* hæc fere Muretus lib. 15 cap. 20. Var. lect.

Fabianus disertum & elegantem orationis etiam ad nostrum fastidium attida) illud *elegantem* est in ora editionis E... [illegible] inianæ, quæ præfert, *eloquentem* at in membranis Modii, quas laudat Epist. 132 legitur: *disertum & orationis ad nostrum fastidium nitidæ*; exclusis ceteris. nec carpo, nec probo. nam illud *elegantem* in omnibus meis comparet.

Naturam continens fundamentum omnium) sic Muretus, ex aliquot scriptis Pinciani. ab Erasmo editus, *natura, continens fund. &c.* quod vltimum est in Palat. pr. ac tert. tres reliqui alterum illud seruant.

Duri tibi videbor ingenii: in medio positum esse posse sic transferri) ita editio Romana: Erasmi vero: *Duri tibi videor ingenii, in medio positam posse sic &c.* nec aliter Pal pr. sec. quart. probauerim quod est in tert. ac Colon. *Duri tibi videor ingenii, in medio positam possem sic transferre.*

Sed id si necesse est, ponam Quod est) sic Erasmus. at iubet legamus ex veteri lectione Pincianus, *sed ita necesse est, ponam Quod est.* quomodo extat in chirographis quatuor, solum Pal. sec. *sed id necesse est ponam quod est.*

Esse aliquid genus) amplius habere codices suos Pincianus ait, nempe; *esse aliud genus, esse & speciem.* antiquitus editi, inquit, habebant: *esse aliquid genus & speciem.* vltimum istud est in Palat. sec. nisi quod præferat *aliquid.* quatuor reliqui legunt, *esse aliquid genus, esse & speciem.* idemque erat in aliis scriptis, vt prodit Modius Epist. 58. Nou lect.

Nunc enim primum illud genus quærimus) sic etiam Erasmus; at melius mei; *Nunc autem primum illud genus quærimus.* sic, inquam, Pal pr. ac tert. reliqui *quæramus.*

Singula retro legere) ita margo editionis Erasmi; ipsa vero, *singula recolligere.* prius illud *retro legere* occupat omnes meas membranas.

Canis species) addiderat substantiuum verbum Erasmus, *canis species est*: & sic mei omnes. sed sublatum illud auctoritate scriptorum quos tractauit Pincianus.

Hoc quid est? animal.) non aliter Erasmus. præposuerim scripturam meorum quinque, *hoc quidem est animal.*

Sed sunt quædam quæ animam habent) est in Palat. pr. emendatumque in tert. *sed quædam animam habent.* non displicet.

Quædam anima carent) placet, si retinemus illud proxime præcedens quod retuli ex Pall. duobus. inquit tamen Pincianus exempp. eius habere. *Sed sunt quædam quæ anima carent.* mei quinque præferunt: *sed quædam anima carent.*

Aut animata esse aut inanimata) eædem Modii membranæ, *aut animalia esse aut inanimalia.* nec displicet ei sic. Pal. pr. tert. Col.

Corpus quomodo diuido?) mss. mei, *diuidam*; præter Pal. sec.

Itaque quæ multa continet, in genus cadet; quæ sub alio &c.) ita Mureti editio, credo instructa iis quæ indicat Modius Epist. 132. qui tamen pro prima voce ponit *Ita*, antea legebatur: *Itaq. quia m. c. in g. c. quia sub &c.*

Aut animantia sunt, aut inanimata) Colon *aut anim. sunt, aut inanimantia.* nec aliter mss. illi Modii, quod non improbat.

Rursus animantia quemad. diuido?) sic solum Pal. pr. alii omn. *diuidam.*

Primum genus Stoicis videtur, sed quare videatur subiciam.) exemplar optimum Pinciani habebat loco *sed*, vocem *quod*; quæ & in Pal. pr. tert. Col. vnde putat legendũ, *Primum genus Stoicis quibusdam videtur, quod. Quare videatur, subiciam.* hoc, inquit sensu; visum esse Stoicis primum genus non esse, *quod est*, quia natura complectatur, etiam quę non sunt, sed tantum *quod*. sic ille. est in Pal. sec. *Primum genus Stoicis quibusdã videtur natura, quod quia videatur subiciam.*

Tanquam Centauri Gigantes) huc pertinet §. 1. Instit. de inutilib. stipulationib. L. 30 §. 1. de iureiurand. Ræuardus ad L. 135. de reg. Iuris.

Et hæc autem quæ non sunt) elegit hunc locum Brissonius lib. singular. Parergon, vt probet particulam *autem*, ad elegantiam tantum quandam & ornatum adhiberi, subditam præcipue voci *Et.*

Sed iam apud Græcos) sic & Erasmus. perperam. emendemus suadentibus mss. meis; *sed tamen apud Gr.*

Homerum intelligis cum audieris poetam) nõ aliter fere Iustinianus: *Quoties non addimus nomen cuius sit ciuitatis, nostrum ius significamus: sicuti cum poetam dicimus, nec addimus nomen; subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius.* §. sed ius quidem Instit. de iure nat. gēt. & ciuil. similiter Cicero in Topicis: *vt Homerus propter excellentiam commune nomen poetarum efficit apud Græcos suum. sic cum omnis senteatia &c.* Hotomanus ad d. §. sed ius Faber ad L. 32. de reg. Iur. Stephanus Epist. ad Dalech. 23. Scip. Gentilis lib. 2. cap. 3. parerg. quorum duo postremi ita Senecæ assentiuntur; si articulus modo poetæ nomini addatur.

Propria Platonis supellex est) voces has debemus diligentiæ Pinciani qui reduxit ex exemppl. mss. e gastulis, cum eas exclusisset editione sua Erasmus: minus sane recte. nam & eæ in aliquot mss. Modii, nec nũ in meis omn. solum loco *propria*, habet Pal. pr. *Prima.* vt subeat suspicari hic primum a Seneca scriptum: *Prima Platonis sup.*

Ex quibus omnia quæ fiunt, & ad quas &c.) hæc sic exarantur in libris scriptis Pinciani & Modii: *ex quibus omnia quæcunq. videmus fiunt, &c.* sicque Pal. pr. sec. quart. at Pal. tert. Col. item margo sec. *ex quibus omnia quæ sunt, quæcunq. videmus fiunt.*

Quæ natura fiunt exemplar æternum) sic Muretus indicio exempp. Pinciani. editio Erasmi, *quæ naturaliter fiunt*, cui consentiunt Pal. sec. ac tert, reliqui tres alterum illud *natura*, propugnant.

Exemplar picturæ te habeo) sic iussit scriberemus ex mss. suis Pincianus. sicque Palat. sec. at alii quatuor, *picturæ tuæ hab.* quod & in Erasmi edit.

Et assidua diminutione) mss. mei *& in assidua dim.*

Tanquam inane, tanquam tempus) sic Epist. præcedẽt. *tanquam homo genus est.* & Epist. 66: *tanquam modestus incessus ac compositus.* his aliisque multis locis, particula *tanquam*, non iungitur voci quæ proxime sequitur, vt cũ dicimus, *Ridet, tanquam stultus*: sed ita ponitur vt a Græcis οἷον, ante id quod in exemplum affertur. Latini autem particula *velut* vel *vti*, vti hic consueuerunt. hæc Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 9.

Atque adiectione sunt) sic Pal. pr. quart. Col. at tert. *additione sunt.* sec. *abiectione.* fere diuinauerim *atque adfectione sunt*; verumtamen haud vulgario intellectu: sed eo quo vox *defectus* mihi explicatur hac Epistola infra.

In idem flumen bis non descendimus) est hæc lectio ab opinatione Pinciani: cum enim Erasmi editio, aliiq; pas-

ſim libri præferrent, *In idem flumen bis deſcendimus & non deſcendimus*, bonaque pars exemplarium eius breuius loquerentur; *in idem flumen deſcendimus*, putauit legendum addita negatione eadem forma qua expreſſit Muretus. mea ſententia male. nam illud Eraſmi extat in Pal. pr. tert. quart. nec longe abeunt ſec aut Col. quorum ille *in ipſum flumen bis deſcendimus & non deſcendimus*; hic vero; *in ipſum flumen bis deſcendimus & non aſcendimus*. Scilicet hoc vult Seneca, vtrumque dici poſſe. & bis nos deſcēdere in idem flumen, & ſemel tantum. bis; reſpectu nominis quod flumen habet; ſemel tantum, reſpectu aquæ quæ in ipſo flumine.

Nemo noſtrum idē eſt in ſenectute qui fuit iuuenis) acuta quædam circa hunc locum Duarenus in tit. de iudiciis cap. 4.

Vis tu timere ne ſemel fiat) ſic & Eraſmi editio, & Palat. ſec. at quatuor reliqui ſcripti, interponūt negatiuam particulam, hoc modo: *Vis tu non timere ne &c.*

Remittit, atque aduocat) ſcriptura chirographorum quinque *aduocat*.

Inuenies quod poſſit fieri) ſic & editus ab Eraſmo, qui tamen ad oram annotat, alias legi: *fumes quod*. quomodo mei omnes, excipio Pal. ſec.

Ex omni vacatione) legendum putauit Muretus: *omni tribulatione*. melius mſſ. mei quinque & vnus Modii Epiſt. 132 *ex omni natione*, quod valet ex omni ſecta & genere hominum. ſic enim & Satyrographus: *Natio Comœda eſt; rides? maiore cachinno Concutitur*. ſciat tamen lector dicere Pal. tert. alias legi, *ex omni oratione*.

Aut ſemper futurū) illud *aut* eſt a vet. lectione Pinciani, extatque etiam in omnibus meis, ne quis forte reformidet admittere.

Et prouidentem) editio Eraſmi, *& hoc prouidentem*. neque ſecus ſcripti mei omn.

Hac conſeruat artifex) ita etiam veteres editi ita Palat. ſec. tert. quart. Col. ſolum pr. *hic conſeruet*. eſt tamē IC. qui legit: *Hac conſeruato artifex*. quare? forſan ne deinceps ſua lingua nobis loquatur Seneca. omnino tamen legendum *conſeruet*, non vt vett. editi, *conſeruat*. vide me libro 25. Suſpic.

Poſſe tandem aliquatenus noſtra quoq; prouidentia longiorem prorogari huic corpuſculo moram) recepit hic in cōtextum meram Pinciani cōiecturam Muretus noſter; cum priusculi prætulerant, *Poteſt tamen aliquatenus noſtra quoque prouidentia prorogare huic corpuſculo moram*. neque aliter mei quinque, niſi quod Pal. pr. pro *aliquatenus*, tenet *aliquat*.

Detraxerimus viribus) mei *detraxerant*. non diſplicet.

Producere ſenectutem) ſic Pal. ſec. ac tert. reliqui omnes *perducere*.

Prope eſt a timento) Palat. pr. tert. *prope eſt augmentum a timente*.

Qui fatum ſegnis expectat) ſic mei omn. alias tamen in Pal. ſec. *fatum ſenis*. delibero vtrum probaturus ſim.

Vtrum fax hæc ſit) ſic fere Pinciani, nempe, *vtrum en fex ſit*. quomodo Colon. ac Palat. tert. reliqui *vtrum en hæc ſit*.

Nec defectum & præmortuum corpus) IC. quidam cupit, *nec effœtum*. ſcire licet non intellexiſſe vim vocis, *deficere*. vt norit deinceps, legat velim l. 8. §. hoſtes ff. de pœnis. l. 32. § ſi ambo ff. de donat. inter vir. l. 12. §. de illo ff de viuſr. l. 3. § ignoſcitur. ff. de Senatuſc. Silaon, quę ſuggeſſit B. Briſſonius. at & Seneca ſuam hic vocem tuetur dum ait alibi lib 4. cap. 10. de Benef. *Non dabit ſic affecto vt ſpes ei nulla ſit conualeſcendi non dabit ipſe deficiens*. Ergo *defectū corpus*, quod animam vixiam ſummis retinet in labris. reſtatque id in Palat. quatuor: ſolum Col. retinebat *defunctum*.

Si inutile miniſteriis eſt corpus) ſic Pal. ſec. reliqui tres, *ſi inutile ſine miniſteriis*: Col. *ſi inutile in miniſteriis*.

Quæ ducere diem poſſit) ſic Pal pr. ac quart. at ſec. addit *quā ducere diem merito poſſit*. Col. ac Pal. tert. *quæ deducere diem merito poſſit*.

Quam mortus meras) correctio hæc Lipſio potius debita quam Mureto, vtpote quam prius prodidit, libro 5. Epiſt. quæſt. 5. *mortus* autem vox quarti eſt caſus, numeri pluralis: ſic vocat acutas has de morte diſputationes. hancque ſcripturam deinde confirmauit membranarum teſtimonio Modius Epiſt. 58. ſicque profecto Palat. quart. a prima manu; ſec. ab ſecunda. reliqui fere ſcripti, & prius editi, prætulerunt; *quam mortis moras*. inepte. illi tamen ineptius, qui *mori es meas*, quod tamen & in Pal. tert. at omnium ineptiſſime qui; *quam mortis oras*. vtique cū interpretationis hæc adiiciat emblemata: Oram legere quid, ſatis notum. ludit autem Seneca ambiguitate verbi *lecturus es*. Legimus epiſtolam & oram. *ora mortis*, mors inſtans. acutas, ita me Muſcarius amet Hercules. ineptias! notat Eraſmus fuiſſe qui pro *moras* haberet *conſulta*.

EPIST. LIX.

Voluptatem) conſtat cum talia de hoc vocabulo dicuntur, ei dari Græci ἡδονὴ ſignificationem. nihil autem æque odioſum reddidiſſe hanc vocem videtur ac Philoſophia Epicurea, quæ ἡδονὴν ſummum bonum ſtatuebat; a qua & ἡδονικοὶ Philoſophi fuerint vocati. Stephanus libro 2. Proodop. cap 6.

Si ad noſtrum album) quin de Stoicorum albo intelligat minime dubitandum videtur Stephano. ſic ſane eſt. nam & idem quoque ſenſit Eraſmus nec non Agricola, qui auctor huius lectionis: olim enim cuſi *noſtrum alueum*, vt & Pall. quatuor. Col. *noſtrum animum*. IC. quis ſcribit Agricolā hic legere *noſtrum alueum*. ſed ego ei tātam fidē non habebo quam Eraſmo; niſi ſi ſe probauerit Mercuriū & reducem nuper ab Elyſiis campis.

Nec in contraria verti) mſſ. mei melius *nec in contrarium verti*.

Ex iuſta cauſa imperitus homo gaudeat) editio Eraſmi *ex iſta cauſa*. ſicque membranæ omnes excepto Palat. ſec. qui *ex homine iſta cauſa*. quod credo ex mente eius debuiſſe ſcribi *ex minime iuſta cauſa*, niſi ſi potius fuit *ex nomine iuſta cauſſa*, quæ vox ſuperpicta lineis Pal. tert.

Opinione falſi boni motam, immoderatam & immodicam) ſic reſtituit ſuaſu mſſ. ſuorum Pincianus. alius editionibus aberat verbum *motam*; quod tamen adeſt Palat. ſec. ac Col. item alterius manu tert. erat in primo: *falſi bonotam immoderatam & immod.* in quart. *opin. falſi boni & immodicam*, etiam abſque vocibus, *& immodicam*.

Vt non temerarias, ita non indecoras, ita quæ periculum ſui fecerint) Pinciani codd. plerique omittunt verba illa, *ita non indecoras*. non ſunt in Palat. pr. aut quart. ſed tamē & iidem habent: *vt non temerarias neq; periculum ſui*. habet tert. *temerarias ita non indecoras, atque quæ peric.* ſicque ad oram etiam Eraſmianæ editionis. ſec. *temerarias. Itaque pericul.* ſed tamen margini adſuta illa alia, quæ omnia repræſentat Col. quidam Pinc. codd. *temerarias itaque non peric.* Modius Nouantiq. lectionum Epiſt. 132. tradit etiam in aliquot ſuis omiſſas fuiſſe tres illas voces; & ſic omnino ait legendum, aut; *vt non temerarias, vt non indecoras, ita quæ &c.*

Infeſti aliquid oritur) ſic ſolum Palat. ſec. alii quatuor *orietur* placet.

Vt ſignum ab vno) facit hoc Vegetius lib. 3. cap. 5. de re militari: *Sed inter reliqua nihil magis ad victoriam proficit, quam monitis obtemperare ſignorum. Nam cum voce ſola inter præliorum tumultus regi multitudo non poſſit, & cum pro neceſſitate rerum plura ex tempore iubenda atq; facienda ſint, antiquus omnium gentium vſus inuenit, quomodo quod ſolus dux vtile iudicaſſet, per ſigna totus agnoſceret & ſequeretur exercitus &c.* plura ibidem legas.

Sequuntur pericula & occurrunt) adducit hunc verſum Senecæ Fornerius ad L. 110. ff. de verb. ſignif. vt eos compeſcat qui his litem mouent: *Sequeſter dictus ab eo quod occurrenti aut quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur*: quaſi videlicet, quis abſurde iiſdem occurrere atque idem ſequi videatur. cum in illis quæ coniunctim dicuntur, ordo nullus obſeruetur, nec quicquam vtrum prius poſteriuſve ſcribatur aut dicatur interſit L. 14. quidam ff. de pecul legat.

Elui difficile eſt) ſic Palat. ſec. & ſic fere retinendum nobis innuit Col in quo: *lauari elui difficile eſt*. at in Palat. pr. tert. quart. *erui*. etſi in duobus illis oræ adſcriptum alias legi *elui*.

Tam

Tam pertinaciter vacat) Pal. pr. ac quart. *tenet.*

Quantum satis sit) Palat. pr. tert. quart. *satis est*, magis placet quam alterum illud.

Qui quantum a vitiis vacat discit?) sic in Pal. sec. ab alia manu. prius fuerat, *qui quantum vitiis vacat discit.* at Pal. pr. ac tert. *qui quātum a vitiis vacat non discedit.* quart. *qui quantum vacat a vitiis non discit.* Col. *qui quantum a vitiis vacat desert.*

Optimos nos esse) verbum *esse* non est in Col. *nos* vero in Palat. pr.

Affirmantibus assentimur) Palat. pr. tert. quart. *assentimus.* retineo vel antiquitatis gratia.

Cui contraria cum maxime facimus) Pal. sec. *tam maxime.* legerim cum pr. tert. quart. *cum contraria tamen maxime.*

Ac libidinibus temperantissimum) mei omnes *temperatissimum.* probo.

In obsidione cuiusdam vrbis) Pal. pr. tert. quart. *& in obsid. cuiusdam ciuitatis.* probo.

Dum circuit muros) nulli meorum habent particulam *dum.* leguntque *circuit* vel *circumiuit.* placet *circuit.*

Diu persedere & incepta agere perseuerauit) puto esse Mureti post visa quæ edidit Modius Epist. 132. Erasmi editio: *diu perstitit in re.* quomodo fere interpolatus Col. dum præfert: *diu perstitit ire.* quid prius ibi fuerit non licet coniectari, nisi quod *ire* illud ibidem primitus perscriptum. alii mei Pall. quatuor seruant *persedere.* & recte. *diu persedit*, in equo scilicet, quem accepto vulnere admoueri sibi iussit. Curtius Rufus libro 8. *Hac munimenta contemplantem Alexandrum, consilij incertum (quia nec cauernas nisi aggere poterat implere, nec tormenta aliter muris admouere) quidam e muro sagitta percussit. Cum forte in suram incidit telum: cuius spiculo euulso admouere equū iussit: quo vectus ne obligato quidem vulnere haud segnius destinata exsequebatur. Ceterum cum crus saucium penderet, & cruore siccato frigescens vulnus aggrauaret dolorem, dixisse fertur, se quidem filium Iouis dici, sed corporis agri vitia sentire. Non tamen ante se recepit in castra quam cuncta perspexit, & quæ fieri vellet dixit.* vrbs porro hæc Mazagarum metropolis fuit, de qua vide præterea Arrianum.

Sapiens ille est qui plenus gaudio) mss. mei: *Sapiens ille plenus est gaudio.* bene.

Animi tenor erecti) mallet quis *tenor animi erecti.* quomodo est in Pal. pr. tert. quart. sed præposuerim alterum ordinem; quem & seruant sec. ac quart. nam sic sæpe solet noster.

Inter honores gaudium. id est, inter sollicitud.) mei omn. alio ordine: *inter honores id est, inter sollicitud.* hinc plerique legunt *idem* pro *id est.* estque etiam in Pal. quart. *inter homines vides gaudium.* sed & *homines* est in Pal. pr.

Qui magna sollicitudine & partus est) sic Pal. tert. at pr. *& paratus est.* sec. & Colon. *& expertus est.* quart. *comparatus est.*

Gaudii æqualitatem) editio Erasmi, meique omnes, quod miror, *gaudii qualitatem.*

Qualis mundi status super lunam) ita & publicatus ab Erasmo & Col. at Pal. pr. sec. tert. *qualis mundus super Lunam.* sine dictione *status*, quæ nec in quart. qui scribit; *qualis mundi super lunam.* quod fere probauerim.

Non nascitur nisi ex virtutum conscientia) sic Palat. sec. tert. quart. Colon. at pr. *non nascitur sine virtutum conscientia.*

Cum fatigauerunt) malim cum mss. plerisque, *Cum fatigauerint.* nam in solo Pal. sec. restat alterum illud.

Cum illos nox inter viam defecit) sic quidem ad oram editionis Erasmi: ipsa tamen *inter vitia:* quod magis mihi arridet, si modo insuper scribamus, *cum illos nox inter vitia defecit.* sicque mss. quatuor. Pal. sec. *cum illos nox in vitia def.*

Suppurare cœperunt) sic & Erasmus, ad marginem tamen, *superare.* quod & in Col. Pal. pr. tert. quart. est in sec. *suppurare*, & sic alias legi, notatum in tert. sciamus *suppurare*, auctoris germanum; nisi si malimus *suppurari cœp.*

Egerimus nostis Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia & quidem tanquam supremam agunt) ita Muretus ex emendatione codd. Pinciani. neque aliter Palat. sec. vt nec Col. nisi quod is, *suprema.* emendatumque sic quoque in tert. qui prius *Omnem luxuriosi nocte inter falsa &c.* quomodo & Pal. pr. absque eo esset quod & retineat *supremas* quod & in quart. qui præterea habet: *Homines luxuriosi noctem &c.* editio Erasmi: *Egerimus. Nostis nos totam luxuriosi noctem inter falsa gaudia, & quidem tanquam supremam agunt.* male.

Sed quia non est) ita & Erasmi editio; at meis quinque abest particula *sed.* me non inuito.

EPIST. LX.

Etiam num optas) sic & ad oram editionis Erasmianæ: in illa vero, *etiam nunc*, quod & seruant mei quinque.

Exaudiant Dii quandoque nostram vocem gratuitam) mala lectio. Erasmi editio & mei omnes: *Exaudiant quoque Dii nostram pro nobis vocem gratuitam.*

Quasi non dum ipsi alere) sic solum Col. at alii quatuor *quasi ita nondū ipsi.* nisi quod videatur esse in Pal. pr. *ira.*

Quamdiu fatientibus implebimus &c) sic correctum in Pal. tert. nec scire licet quid nam prius ibi fuerit. at pr. ac Col. *quamdiu rationibus.* sec. *orationibus.* fingi posset *arationibus*, nisi esset in quarto *sanctionibus*

Vnius mensa frumentum multa nauigia) sic omn. mei, nisi quod Col. *messe frum.* at manu exaratus quem consuluit Modius, *mensa strumentum.* vt fortasse, inquit, scripserit Seneca *instrumentum*; apparatumque conuiuiorum intellexerit, qui fere peregrinis delitiis instruebatur. ipse noster alibi, plenissimeque Petronius; omnesque certatim cum alii scriptores tum inprimis Satyrographi. hæc Modius Nouant. Lect. Epist. 58: cui assentior, quod quidem ad sententiam attinet Philosophi. at eandem manere retenta voce *frumentum*, latius disputo Suspic. libro 12. cap. 16.

Paucissimorum iugerum pascuis) reposuerim cum meis quinque *pascuo.*

Vt ait Salustius) initio historiæ Catilinariæ.

Viuit is qui se vtitur) sic Palat. pr. sec. quart. Col. at tert. *viuit is qui multis vsui est. viuit is qui se vtitur.* quod primum membrum ad oram editionis Erasmianæ. equidem ii adstipularentur aliquam multa exemplaria, ausim vtramque recipere sententiam, oune mihi tantum est pro alicuius interpretamento.

Quasi in conditiuo) miror cur ita Muretus. editio Erasmi, meæque membranæ omn. *quomodo in conditiuo.*

Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas) sic consone lectio mss. quinque. qui hic *nomen* in *mortem* mutatum volunt, nihil nisi inscitiam suam produnt. *nomen* enim mortuorum *marmoribus* incidi solitum, notius est quam vt exemplis firmetur. vnde argute nimis vanicus ille animo meo Mimographus apud Macrobium li. 2. Satur. cap. 7.

Vt hedera serpens vires arboreas necat;
Ita me vetustas amplexu annorum enecat.
Sepulchri similis nil nisi nomen retineo.

quod Seneca hic dicit opere fieri posse, hoc se præstitisse ore arguit Epistola 56. vbi et de simili homine sermo: *Nūquam aliter hanc villam Vatia viuo, prætereibam, quam vt dicerem* VATIA HIC SITVS EST.

EPIST. LXI.

Desinamus quod volumus velle) Pal. quart. *quod voluimus velle*, sicque correctum in tert. & fere est vt corrigi debeat.

Ego certe id ago senex ne videar eadem velle quæ puer volui) sic quidem Romana editio sed adiuta ab Erasmo. nam cū editio eius; *Ego certe id ago senex, eadem velle quæ puer volui*, ad ea annotauit Batauus ille. erat inquit in alio, *ne eadem velle videar.* mea hic valde turbulentant. Pal. pr. ac sec. *id ago senex eadem velle quæ puer volui.* sec. tamen emendatus est ad eam formam quam præfert editio Mureti. tert. habet: *ne eadem velle videam, quæ puer volui.* quart. *Ego certe id agam senex eadem nolle quæ peruolui.* Col. *senex eadem velle ego quæ puer volui.* suspicor scribendum: *Ego certe id ago senex eadem nolo, quæ puer volui.*

Tanquam cum maxime scribentem) sic ex ms. Erasmus, cuius editio, *tanquam max.* quod minus ipsi placebat. at tamen mei quinque, *tanquam me max.* sed cum & prio-

rem lectionem in mss. aliquot offenderit Modius Epist. 132. eam hic libens recipio.

Minimum pendo) est & hæc lectio ab ingenio Pinciani. cum enim esset in editione Erasmi *quamdiu futurum hoc sit non minimum pendo*; & scripti eius quidam pro tribus postremis vocibus haberent, *nemini pando*; quid si, inquit, scribas, *non animi pendeo*, vel certe *minimi pendo*. diuinabat Erasmus; *hoc fit non nimis pendo*. quomodo fere Palat. sec. tert. scilicet, *hoc fit, non nimis pendeo*. sciamus tamen sec. habere non *quamdiu futurum*, sed *quanquam diu*, quæ vox & in Pal. pr. ac quart. qui nihilominus exhibent: *quia quanquam diu futurum hoc fit non minus pendet*. Col. *quia quamdiu futurum hoc nemini pando*.

Quicquid necesse est, futurum est. Repugnanti, non volenti necessitas est: in volente necessitas non est. Ita dico. sic & editio Erasmi. at Pal. pr. *Quicquid necesse est, venturum est repugnanti; nam in volente necessitas est. Ita dico.* sec. *Quicquid necesse futurum est repugnanti, in volente necessitas nõ est*: sed vox ista *repugnanti* interpolata erat a secunda manu. tert. *quicquid futurum necesse est, venturum est repugnanti. nam in volente necessitas non est.* quart. *quicquid necesse est, venturum est repugnanti. nam in volentem necessitas non est. Ita dico.* Col. *quicquid futurum est, necesse futurum est repugnanti, in volentem necessitas non est.* vix ambigo quin scribendum sit: *Quicquid necesse est, venturũ est repugnanti. in volēte necessitas non est. Ita dico.* abiectis aliis omnibus. ms. quidam Modij omnia habet quæ vulgaris lectio, nisi quod legat coniunctim: *Repugnanti inuolenti necessitas est &c.* vt *inuolens* dicatur quemadmodum *imparens*, quod valet, *non parens, inobediens, improbus, iniecur* & similia. sic ille Nouantiq. lection. Epist. 58. lectio quam ego eruo, videtur simplicior, & proposito conuenientior.

Et in primis finem nostri) sic & Pal. sec. ac Colon. reliqui tres, *finem nostrum*. & implet vtcunque aures meas.

Sed nos instrumentorum eius auidi sumus) sic quidem propagatus ab Erasmo. at Pal. pr. sec. tert. Col. *sed nos instrumento eius auidi.* quod velim ad obrussam exigant Critici. mihi quippe nitet. quartus Pal. nec ista verba habet, nec quatuor illa priora quæ ab hac dependent sententia.

Nec dies faciunt) lepidius mihi, *faciant*, vti est in Palat. sec. tert. quart.

Mortem plenius expecto) membranæ omnes *plenius*, nisi quod fortan Pal. quart. *plenus*. scriptum enim illic compendiaria via.

EPIST. LXII.

Rebus me non trado sed commodo) recte Seneca. minus est enim visu dare quam mancipio: minus est vtendũ aut mutuum dare quam alienare. hoc facto nostrũ esse quod desinit, & nunquam repetitur illo. cum libet, nisi quid cõtra cõuenerit. quo respexisse Lucretium arbitror, cum ita cecinit: *Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus vsu.* & Albinouanũ Pedonem ad Liuiã Eleg. de morte Drusi Neronis:

Vita data est vtenda: data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluenda die.

Senecam ipsum denique ad Polybium cap. 29. *Rerum natura illum tibi sicut ceteris fratribus, non mancipio dedit, sed commodauit cum visum est, deinde repetiit; nec tuam in eo satietatem secuta est, sed suam legem.* P. Faber ad L. 163. tit. de reg. Iur. quidam mei male referunt, *sed commendo.* quãuis, si subtilius velimus, lectioni etiã illi suus sensus.

Nec consector perdendi temporis causas) sic & Erasmus, reliquique mei, exceptis Pal. pr. ac quart. in quibus *perditas temporis causas.*

Et quocunque constiti loco) ita mei omnes. inclino tamen vt legam *sed quocunq;*; vt videlicet absumpta fuerit litera a fine verbi præcedentis.

Aut causa ex officio nata sed cum optimo) P. Faber ad L. 2. ff. de reg. Iur. auget Senecam verbo, reponitque *ex officio nata ciuili, sed cum &c.* ex vetusto eruditissimi & clarissimi Monlusii cod. ms. neque aliter sane mei quinque calamo exarati. quid vero hic significet *officium* & circa quæ versetur, haurire est ex his Tertulliani cap. 16. de Idolol. *Circa officia vero priuatarum & communium solennitatum, vt togæ puræ, vt sponsalium, vt nuptialium, vt nominalium, nullum putem periculum obseruari de flatu idololatriæ quæ interuenit. causæ enim sunt considerandæ quibus præstatur officium.* elegans certe locus, & qui multa paucis dicit, quæ tamen nunc non diduco.

EPIST. LXIII.

Moleste fero discessisse) Pal. pr. ac quart. *Grauiter fero.* vnde hæc quæso diuersitas? an sua pro libidine quiduis reformabant isti, exscriptores ne dicam an exceptores? sic certe videtur. & *Grauiter* quidem magis mihi sapit ad genium Senecæ.

Vix audeo exigere) Erasmi editio & mei quinque *vix audebo.* recte.

Etsi esse melius scio) Erasmi edit. iidemque mei, *& esse melius.* probum & istud.

Si ipsi illas repressimus) sic solum Pal. tert. alii quatuor, *depressimus.*

Duram tibi legẽ videor) lectio nihili, nisi animetur nota interrogatoria. & sic requirere Senecæ mẽtem, prodit vox *duntaxat.* miror neminem vnquam istud perpendisse.

Qualibet fortuita res transferet) mei *transfert.*

Etiam acerrimus luctus residunt) Stephanus ad Dalech. Epist. 17. vocem vltimam defendit contra illud editionis Erasmi, *recidunt*, quæ nata ex eo quod eandem fere habeat pronuntiationem cum altera, vt quidem hodie Latinam linguam pronunciamus. & vero *residunt* est in meis omnibus, nisi quod Pal. quart. habeat *resident.*

Nemo libenter ad id redit) sic Pal. tert. ac Col. alij tres, *tendit.*

Si tamen illud fieri necesse est) publicatus ab Erasmo *sic tamen* at mei quinque: *sic illud fieri necesse est.*

Hic quoque morsus) Erasmi editio, *Sed hic quoq; morsus.* neque aliter mei quinque.

Quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat) vnde Catullus apud Gellium lib. 7. cap. 20.

Minister vetuli puer falerni
Ingere mi calices amariores.

Plura Brodæus lib. 1. cap. 3. Miscellan.

Quomodo poma quædam) similitudinem istam alteri illi quæ de *vino*, præponit membranarum quintuplex supellex. & vero sic decet.

Ego non idem sentio) Pal. pr. ac quart. *Ego vero idem sentio.* tert. *Ego vero non idem sentio.* quod amplector.

Desine beneficium naturæ male interpretari) monet Pincianus omnẽ antiquam lectionem agnoscere *beneficium fortunæ male.* quæ scriptura, inquit, videtur confirmari verbis sequentibus: *Maiorem ipsi nobis iniuriam fecimus, quam a fortuna accepimus* sic ille. meo animo, bene; nam & *fortuna* in meis quinque.

Intelligemus plus nos temporis perdidisse in viuis) sic mss. quoque; sed hoc ordine: *in viuis perdidisse.* plano sensu. at I C. quis legit: *intelligemus pene nobis periisse in vitiis.* male. nam vult Seneca nos dum viuerent, multo maximam temporis partem abfuisse amicis. Hucque spectant illa extrema Epistolæ 55: *Æquo animo ferre debemus absentiã; quia nemo non multum etiam præsentibus abest. pone hic primum noctes separatas; deinde occupationes vtrique diuersas, deinde studia secreta, suburbanas profectiones: videbis non multum esse quod nobis peregrinatio eripiat.*

Nisi cum perdiderunt) Stephanus Proodop. lib. 2. cap. 4. inquit, nisi cum interrogatione hæc legantur, contrarium eius a Seneca dictum iri quod expectãt lectores. ipsi assentior. sed & legerim; *nisi perdiderint*, ex membranis meis quinque.

Sera indicia sui affectus quærunt) redono Senecæ voces duas beneficio Pal. tert. ac Col. *Sera indicia affectus sui relinquunt, & quærunt.* adscriptumque etiam sic ab altero quodam Pal. sec.

Illa vnum abstulit, nos quemquam non fecimus) sic & Erasmi lectio; sed quam falsi conuincunt scripti mei omnes, nec non Modij: *nos quemcumque non fecimus.* quod magis sententiam Philosophi explicat: quæ est, fato nobis erepto aliquo amico, vno quidem eius culpa nos priuari; at nostrapte omnibus iis carere, quibus nos non insinuamus, Epist. 132.

Ne vnum quidem amauit) mei omnes: *ne vnum quidẽ amauit.* & sic editio etiam Erasmi.

Nem-

Nonne tibi videatur stultissimus?) plerique mss. mei *stultus?*

Satius est amicum) Pal. tert. *Sanctius est.* & sic hercle solet illa vox scribi in vetustissimis membranis. ¶ *Scio pertritum iam hoc esse*) potius habeo quod Palat. pr. tert. quart. Col. *Scio quidem pertritum &c.*

Qui consilio non fecerat, tempore inuenit) Pal. pr. & quart. *non fecerit.* quod melius videtur. est in tert. *no fecerit tempore inueniet.* nec hoc etiam bliteum.

Annum fœminis ad lugendum constituerunt maiores) hoc de anno Romuli, qui decem duntaxat mensib. constabat, vt fuse a Macrobio tractatum lib. 1. ca. 12. proditq. Ouidius 1. Fast. non de anni sui temporibus ordinaria dimensione accipiendū esse. eodemque modo *legitimum luctus tempus* in Iurisconsultorum scriptis interpretandum adfirmo. Primi namq. Gratianus, Valentinianus, Theodosius Impp. luctus tempus duobus mensibus auctū, anno definiere, vt ex eorum constitutione in Cod. Theodos. relata constat L. 1 de secund. nuptiis. hæc Brissonius, a quo plura impetrabis libro de iure Connubiorum. vide etiam eunde lib. 10. de verb. sign. & Ræuardū lib. 1. ca. 20. Varior.

Vix a cadauere reuulsis) sic omn. scripti mei præter Pal. tert. qui *a cadauere auulsit.* nescio quid probem.

Satius est amicum reparare quam flere) vtitur hoc versu Duarenus lib. 1. cap. 10. anniuers. disput. vbi docet *reparare* apud I.C. idē notare, quod iterū parare seu comparare.

Annaeum Serenum) ipse est cui noster inscripsit libros suos de Tranquillitate vitæ, monumentum amoris. præfectus fuit vigilum Neronis. Plinius lib. 22: *Fungi familias nuper interemere & tota conuiuia. Annaeum Serenum præfectum Neronis vigilum, & Tribunos & Centuriones. quæ voluptas tanta ancipitis cibi?* meminit eius & Tacitus li. 13. Annalium; vbi ista Lipsius.

Tunc ego dicere debui) Pal. pr. tert. quart. *Tunc ergo.*

Et mortalia esse & incerta lege mortalia. Hodie) & hoc forsan a Modio mutuo sumpsit Muretus. sic enim ex scriptis codicibus tribus sese restituere tradit Nouant. lect. Epist. 58. vulgatæ habent: *Mortalia esse & incerta lege mortalis hodie &c.* insulso sensu. quem spernunt a se mss. mei omnes, qui priori illi accedunt.

EPIST. LXIV.

Qui hospites venisse significaret) Pal. pr. tert. quart. Col. *significet.* placet. est in sec. *significat.*

Vsq. ad exitum adducens) Pal. pr. tert. quart. *ad exitum ducens.* nihilo deterius priori.

Magni, si quid mihi credis, viri) Palat. pr. tert. quart. *si quidem mihi cr.*

Et licet negēt Stoici) sic quidem Palat. sec. ac Col. at impensius mihi placet, *& licet neget, Stoici.* quomodo est in tert. & pr. nam quartus a secunda interpolatus manu, præfert *negant.* scilicet vult Seneca, a se amoliri Stoici nomē ipsum Sextium. vide me lib. 26 Suspic. cap. 5.

Quantum in illo, Dii boni! vigoris est) sic quoque Erasmus. verum quinque mei, *Quantus in illo, Dii boni, vigor est!* solum Col. abest verbū *est*, quod vellem & aliis abesse, nisi legamus cum Pal. tert. *vigor est, quantum animi.*

Hoc nō in omnibus Philosophis inuenies) sic Pal. sec. quart. Col. etiam Pal. tert. sed a secunda manu. pr. retinet: *hoc nō etiam omnibus fidelibus inuenies.* lectio nō satis mihi sana.

Cetera exanguia sunt) Stephanus Prodop. 2. lib cap. 3. notat illud *cetera* ita dictū esse vt a Virgilio, *cetera Graium.*

Cum lego hunc, fatebor tibi) Pal. sec. ac Col. *cum hunc legero, fatebor tibi.* pr. tert. *cum hunc lego, fateor tibi.* quart. *cū hoc lego, fateor tibi.*

Paratum vides) sic Pal. sec. quart. Col. at pr. ac tert. *paratum non vides.* quod meo stomacho facit; roboretur modo interrogatoria nota: *Paratum non vides?*

Cuius patientia exerceat) notet hic mihi lector insolentem *patientiæ* significatum. ¶ *Scies illam esse in excelso*) Pal. pr. & tert. *Scias illam esse.* ¶ *Hoc quidem virtus tibi ipsa &c.*) male. rescribe cū meis quinque: *Hoc idem virtus.*

Tanquam spectator nouus) Pal. tert. ac quart. *speculator.* sicque alias legitur in Col. vehementer placet.

Multumque restabit) Pal. pr. tert. *multum:* quod melius.

Hæc tantum morbis & temporibus aptanda) dicit Pincianus legendum ex vet. scriptura *tantum modis.* idque etiam, inquit, indicant auctoris verba paulo post: *Teras ista oportet & eligas tempus, adhibeas singulis modum.* Pal. pr. tert. Col. *Sed hæc tamen morbis.* sec. *Sed hæc tame moe: is & temporalib. apt.* quartus, *Sed hic tamen morbis & temp.* solum extat illud *modis* ad marginem Colon. ego hic nihil mutauerim nisi quod reduxerim vocem *Sed:* adiecerimque prioribus. cum in omn. restet mss. item in editione Erasmi. ¶ *Multū egerunt qui ante nos fuerunt*) Col. *egere & fuere.* ¶ *Eaque illis præceptoribus*) abest vox *illis* Pal. pr. tert. quart. ¶ *Omnia quibus honor haberi solet*) nō displicet Modio Epist. 58. quod erat in vno veteri, *quibus honor haberi honores*, vt *honor* loco posteriore pro *magistratu* accipiatur, solēni I. C. nostris more. & vero mihi etiam blanditur. nam sic Pal. tert. quart. Col.

Equo desiliam, clarū id ex Liuii, Valerii, Plutarchi historia de Q. Fabio; etiam ex Dione, apud quem lib. 36. Pōpeius descendere sibi equo Tigranem regem iussit per lictorē. Apuleius li. 3. Floridorū. *Si qui eos salutantur ex principalibus viris, bene eū, ubi eum bene egerint, quanquam oppido festinat, tamen honoris eius gratia et, tilent cursum, relenato gradū, retardans equū, & iste compedes desiliens fruticem quē verberans equo gestans. cam virgam, ... leuam manū tradi fe... riunt, itaq. expedita manu adeunt ac salutant.* Simile fuit in curru. Festus. *Viri sedentes cū vxoribus in vehiculo, desiedere non cogebantur.* Lipsius li. 1 Elect. ca. 23. ¶ *Caput aperia*) quod caput aperuerit Plutarchus etiā testis in Pompeio, cui venienti ait Sullā solium assurgere, & aperire caput, quasi Imperatori. & ad hanc historiā pertinet Salustii fragmētum illud: *Quibus de causis Sullam in victoria Dictatorem, equo descendero, sibi vnus assurgere de sella, caput aperire solitū.* loquitur enim ipse Pōpeius. Quæri potest, quomodo caput aperuerint, si vulgo Romani capite incedebant? id prodit in Caussis Plutarchus, οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀξίους τιμῆς ἀπαντῶντες, κἂν τύχωσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον ἔχοντες, ἀποκαλύπτονται. intelligit lacinias togæ, quā in caput sæpe reiiciebāt contra ventum aut æstū, eamq. detrahebant in honorati alicuius occursu. Plutarchus idē cū habitum expressit in Gracchis, de Nasica· τὸ κράσπεδον τοῦ ἱματίου ἐπιβαλόμενος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. & passim nummi & marmora præferunt, quoties repræsentant sacrificantes. Atqui hæc vulgaris lectio & sine nota. alia etiā erat, delicatorum aut imbecilliū propria, quæque sæpe cū suspicione luxus erat, vt capite incederent palliato. Seneca Epist. 114. De Mæcenate: *Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico sic apparuerit, vt pallio velaretur caput exclusis vtrinque auribus &c.* vide me ibi, & eū a quo ego ista hæc habeo.

Marcum Catonem vtrumq. & Lælium) Pal. pr. tert. *Marcum Catonem, Mutiūq. & Lælium.* sicque etiam annotatū ad oram Pal. sec. non ausim tamen alterū illum Catonem excludere, in eiusq. locū recipere Mutium hunc, licet Iuriscōsultum, singularique adeo morū fama. quidni enim arbitrer hic eū designari de quo scribit Valerius Maximus li. 8. ca. 1. *Asiam ex consulatu tam sancte ac fortiter obtinuisse, vt Senatus deinceps in eam prouinciam ituris magistratibus, exemplar atque formā officii Scæuolam decreto suo proposuerit.*

EPIST. LXV.

Ante meridianum illa sibi vendicauit) sic solum Pal. sec. quatuor alii interiiciunt voculam, *illa me sibi vend.*

Cum difficili materia contendo) iidem quatuor *contēdi.*

Donec interuenerunt) Col. *interuenirent.* Pal. sec. *interuenerint.* reliqui tres aut *interuenerint*, aut *intrauerunt.*

Te arbitrum adegimus) ita fere reposuit Lipsius lib. 1. Elector. ca. 16 antea fuit: *arbitrum adduximus.* *adigere arbitrum* phrasis sonat veteris, quæ nota iā ex Cicerone & I.C. at tamen mss. mei quinque illud *adduximus* defendunt. itaq. suspicor potius rescribēdum *addiximus.* quod verbū æque probæ inter I.C. monetæ. *addicitur* enim iudex arbiterve qui ex formula a prætore dabatur, vel ex conuentione litigatorum sumebatur. l. 39. l. 46 & l. 80. ff. de iudic. vide de eo Brissonium lib. 1. de verb. signo.

Triplex causa est) perperā hic satagens quis: *Vna causa est*, nam & prius illud agnoscunt calamo exarati quinque. & nihil absurdius est, quam vocem istam trahere (quemadmodum ille vocaliter satis contendit) ad nescio quam causam Physicam. cū innuat auctor, sumptum Luciliū arbitrū de trium inter se dissidentiū sententiis quod vel hæc verba confirment: *Plus negotii habes quam existi-*

mas item ; *Fer ergo iudex sententiam, & pronuntia, quæ tibi verissimum videatur dicere. Causa* igitur hic sumitur, pro *bte*; quo nihil auctoribus frequentius. vide Notas Mureti.

Cessatura si nemo moueat) sic etiam Pal. sec. ac quart. at alij tres: *cessatura etiamsi nemo.*

Deinde a quo fiat) sic Pinc. mss. sic mei. antea erat *deniq.*

Ad hæc transfer quæ ab homine) Palat. pr. tert. quart. *transferunt.*

Causa artifex) membranæ quinque, *causa opifex.*

Ex eo constant quod fit, & ex eo quod facit) editio Erasmi, & chirographi mei quinque: *ex eo constat quod fit*; solum repositum erat a secunda manu in Palat. tert. *constat quo fit*. I. C. tamen alicui illud *constant* placet, idque refert ad illa, *rerum omnium*. vellem persuaderet Prisciano. nã vel pueri videant omnino referendum ad verbum *conditio*. teneamus itaque *constat.*

Aut Diadumenos) Pal. pr. tert. quart. *aut Dyaudumeros.*

Id quod destinabat efficit) libri mei fere omn. *effecit.* nec displicet.

Homines quidem pereunt: ipsa autem humanitas, ad quã homo effingitur, permanet) Petrus Faber lib. 2. Semestr. ca. 2. obseruat *humanitatem* hic notare ideam quandam hominis. quin & Stephanus lib. 2. Proodop. cap. vlt. ait verbum hoc non id sonare, quod passim apud Latinos eo significatur; sed id quod Græcis sonat *αὐθρωπότης*: adque eius adeo exemplar effictum.

Nouissime id quod ex his est, tanquam in statua) damnãt hanc interpunctionem Pal. tert. quart. Col. scribuntque; *nouissime id quod ex his est. Tanquam in statua.* & recte. neque aliter distinguendum putauit Gothofredus noster lib. 2. Coniecturarum & Variarum in Senecam. cuius distinctionis palmam, ei eripere non est mihi animus.

Id quo forma est) editio Erasmi; *id in quo*, neque aliter Pal. quatuor ac Col. sicque iterum seruant postea, vbi hæc postea enumerat auctor.

Quæris quid sit propositum Deo?) ita & Erasmus; & Pal. pr. ac quart. sicque fere sec. nempe, *Qu quod sit propositum Deo?* tert. ac Col. *Qu. quod sit propositum Dei?*

Bonus est, bona fecit, bono nulla cuiusquã boni &c.) ModiusEpist. 132. monet, mss. duos iubere vt inducamus ista, *bona fecit.* cum & alioqui sequatur immediate; *fecit itaque quam optimum potuit.* & hercle non agnoscit illas voces Pal. pr. sec. quart.

Non quis verũ dicat) mei omn. *non quis verissimũ dicat.*

Quod effici nõ potest) abest negatiua dictio Pal. pr. ac tert.

Nihil sine tempore potest fieri) sic Palat. pr. sec. quart. at Col. interserit: *nihil enim sine tempore* Pal. vero tert. habet a secunda manu; *nihil enim sine ipso pot.*

Nulla mutatio est) sic & Erasmus. at quidam libri Pinc. *nulla imitatio*, & id quoque in Pal. pr. ac quart.

Quærimus quid sit causa) Pal. sec. ac Col. *Quærimus quæ sit causa*. alij tres: *Quæris quid sit causa.*

. *Ratio faciens id est Deus*) Pal. pr. ac sec. *Ratio scilicet faciens, id est Deus.* Col. *Ratio scilicet faciens id est ipse Deus.*

Ita enim quæ nunc retuli) Pal. pr. sec. tert. quart. *Ita enim quæcunque retulistis.* Col. *Ista enim quæcunque retulistis.*

Pars est, non causa) mss. mei planius; *pars causæ est, non causa.*

Nos de causa quærimus generali) Palat. sec. *Nos de causa quærimus generalissima.* pr. tert. quart. Col. *nos de causa generali locuti sumus.*

Hæ autem innumerabiles sunt) sic mss. mei, neque aliter decet. at tamen I. C. quis mandat legamus: *Hæ enim.* persuadeat eis qui nondum Alphabetum triuerunt.

Nega tibi liquere, & nos reuerti iube) Solebant iudices in re ambigua & dubia ita se iudicandi necessitate expedite, si pronunciarent *sibi non liquere.* L. 13 §. vlt. ff. de arbitr. l. 36 ff. de re iud. Asconius in Diuinat. & 3. in Verrem. Donatus in Eunuchum Terent. act. 2. Sc 3. Nec in publicis tãtum iudiciis, sed in priuatis hanc pronũciandi formulam locũ sibi vindicasse arguit locus iste Senecæ. Atque adeo priuatis iudiciis addicti iudices, & si qua de re cognouissent, de ea pronunciare necesse haberent, iureiurãdo tamẽ dato huiusmodi, *sibi non liquere*, pronunciandi necessitate soluebantur. Agellium certe iudicem datum sic seruauit Apollo, vt ipse de se testatur li. 14. ca. 2. noct. attic. Arbitri quoque ex compromisso sumpti, licet arbitrio recepto sententiam dicere a prætore cogerentur, si tamen cum a prætore ad sententiam dicendam vrgerentur, iurarent sibi de causa nõ dum liquere, æquũ censebat Vlpianus, spatiũ eis ad pronuntiãdum dari L. Pomponius in fine ff. de recept. qui arbit. Brissonius li. 10. de verb sign. lib. 5. de Formulis.

Quibus pacatur) sic Pal. sec. ac Col. correctũq; in tert. quã pri' ; *pascatur*, quod in pr. ac tert. neq; prorsus dãnauerim.

Ne hoc quidẽ tempus, vt existimas) legit Pinc. ex veteri scriptura: *Nec ego hoc quidem.* at Pal. pr. tert. quart. Col. stãt pro vulgg. solum sec. *Ne nunc quidem tempus &c.*

Nec in hanc subtilitatem inutilem) sic & Erasmus. at præoptem: *nec in subtilitatem vt inutilem.* quomodo seruant Pal. pr. tert. quart.

Ex alicuius rei subtilioris inslectione quæ oculos defatigat) sic editio Erasmi. I. C. enidam magis placebat: *subt. inspectione*; ignoratione scilicet receptæ vocis; quam defendo lib. 23. Suspic. 14. altera illa tamen etiam erat in aliquot mss. Pinc. quorum tamẽ alii habebant, *artifices cum alicuius rei subtilioris intentione oculos defatigant.* est in Pal. pr. *& alicuius rei subtilioris quæ intentione oculos defatigat.* sicq; etiam tert. additum tamen deinde ab altera manu; *subtilioris inspectores, quæ &c.* quod & est in Col. at Palat. sec. *ex alicuius rei subtiliores intentione oculos defatigant.* quart. *ex al. rei subt. quæ intentione oculos defatigat.*

Si malignum & non præclarum lumẽ habent) ita & Erasmus. at Pal. pr. tert. quart. *si maligne nil habent & præclarum lumen non habet.* emendatum tamen tert. a secunda manu ad eundem modum, quo publicatum est. sec. *si non malignum habent præclarum lumen.* Col. *si non magnum habent & præclarum lumen.*

Adfectatorq; sapiẽtiæ) Pal. tert. *affectatorq.* Col. *adfertorq.*

Et cogitationes suas ad sublimia intendit) ita & Erasmus. nec non Pal. sec. tert. quart. Col. at pr. *& cogitatio ad sublimia intendit.*

Et velut sacramento ligatus) Modius Epist. 58. probabat scriptã lectionem codd. Pinciani: *sac. rogatus*; me profecto volente, cum & eam hic agnoscant membranæ meę quinque; agnoueritque Brissonius li. 4 de Formulis. nam *Sacramento rogari*, & *Sacramentum dicere* milites dicebãtur. quo genere loquẽdi prętet Liuiũ li. 4. 24. & 25. vtũtur Plin. lib. 10. Epist. & Tacitus lib. 1. Annal. & 4. Histor.

Patiturq; mortalia) Pal. pr. *partiturque mors.*

Interdices mihi inspectione rerum naturæ) sic primũ Mureti editio, meo iudicio perperã nã Erasmi, nam Pinciani, nam mei codd. *inspectionem.* & sic certe loquimur Latini.

Quis omnia in vna massa & materia inerti) videtur & hoc Mureti. nam publicatus Erasmo; *qui omnia in vno mersa*: & ad oram, alias legi, *in imo mersa.* quomodo & est a secunda manu in Pal. tert. cum prius fuisset; *in vno mersa*, quod & repræsentant Pal. pr. ac Col. est in sec. *in vnum mersa.* in quart. *in vna mersa.*

Nimia deformitate latentibus faciem dimiserit) ita & editio Erasmi; ad oram tamẽ, alias legi *in vna deformitate.* quomodo est in Pal. sec. ac quart. nec secus reliqui tres, nisi quod ii *demiserit.*

Semel hæc mihi videnda sint, an sæpe? nesciam quo hinc iturus sim!) recepit & hic Muretus coniecturam Pinciani. eius quippe codd. adstipulabantur scripturæ quam edidit Erasmus; *videnda sint, an sæpe nascendum? quo hinc iturus sim?* & sic quoque omnino Col. ac Pal. sec. nec nimium recedunt alij. nam in pr. *videnda sunt mihi an sæpe nascendũ. Quod hinc iturus sum.* tert. *videnda sunt. an sæpe nascẽdum? quomodo hinc iturus?* neque aliter quart. nisi quod habeat *nascendum, & iturus sim!*

Quã vinculum libertati) mss. mei *vinculũ aliquod lib.*

Distrahãm cum illo societatem) distrahitur societas, quę voluntate, renunciatione vel alia qualibet ratione dirimitur l. 63. §. vlt & l. 65. ff. pro socio. eodem sensu & *distrahi matrimonium* dicimus l. 2. ff. de diuort. Brissonius lib. 4. de verb. sign.

Et nunc tamen dũ haremus) sic ex vett. Pinciani Muretus. Erasmi editioni aberat *tamẽ*, habebatq; *cũ hæremus.* prior lectio extat & in Palat. sec. ac Colon. quin & pr. tert. quart. verbo amplius habẽt: *& nũc primũ tamẽ dũ hærem'.*

Potentius autem est quod facit quod est Deus) longe aliter

ter mei, Pal. pr. tert. quart. Col. *Potentius autem ac pretiosius est quod facit qui est Deus.* sec. *Potentius autem est ac pretiosius quod facit, quod est Deus*; quomodo correctum ab alio quopiam in Pal. tert.

Quam materia patiens Dei) sic Pall. quatuor. at Col. deest vox *Dei.*

Quod est illic materia) Pal. pr. tert. quart. *est illi mat.*

Mors quod est? aut finis aut) sic & Erasmi editio. at mei quinque: *Mors quidem est aut finis &c.*

Idem enim est quod non cepisse) sic quid. Pal. sec. quart. Col. at reliqui: *idem enim est vel quod non cepisse.*

EPIST. LXVI.

Claranum condiscipulum meum) Lipsius ad lib. 15. Annal. Taciti ambigit, an hic simul & in Cornelio *Claranus* legi possit; an vero *Caranus.* sane *Claranum* est in membranis meis quinque.

Aut fortasse voluit) sic & Pal. sec. & Colon. at Pal. pr. ac tert. *ac fortasse.* quart. *hac fortasse.*

A contemptu sui venit) Col. *A contemptu sui corporis venit.* at Pall. quatuor; *ad contemptum sui corporis venit.* excipio sec. cui deest vox *corporis.*

Nullo enim honestamento eget: ipsa & magnum) Pal. sec. ac Col. *Non enim ullo honestamēto eget. Ipsa magnum &c.* reliqui tres, *Non enim honestamēto ullo eget ipsa. magnum sui decus est.* quod vltimum probo.

In exemplar editus) Pal. pr. tert. quart. *in exemplum editus.* non displicet.

Paucissimos vna egerimus dies) sic quidem Mureti editio: at Erasmi, ac mei mss. quinque, *vna fecerimus.*

Et ad te mittam) & hoc Mureti est. nam ab Erasmo vulgatus, meique omnes: *& ad te permittam.* placet.

Hoc primo die quæsitum est) Pal. pr. ac tert. *Hoc primum quæsitum est.*

Quomodo possint paria bona esse) & hoc a Mureto. Erasmus & membranæ meæ: *quom. possint tria bona esse.* quod sane non ita temere sugillauerim.

Quædam vt nostris videtur) sic & Erasmus meique quatuor sed tamen videtur esse in Pal. quarto: *quoniam,* vel *quia,* vel certe *qua.*

Illa bona directo optamus nobis) mss. quatuor *optabimus nobis.* Pal quoque tert. *directe optabimus,* absq; voce *bonis.*

Quomodo ista inter se paria esse) & hoc Mureti est. nam Erasmus: *Quomodo ista inter se tria esse.* notatumque ad marginem alias legi *vtraq. bona,* pro *inter se paria,* & sane *inter se tria esse,* extat in chirographis meis quinq; tātū exulat Pal. pr. vox *se,* habetq; pro *Quomodo* vocē *Quādo,* quę & videtur fuisse in Pal. tert. at quart. etiā habet *istic* pro *ista.*

Alia optanda sunt, alia auersanda) mss. mei quinque *aduersanda.*

Ad primum reuertamur) mss. iidem, *ad primum bonum reuertamur.*

Totis se inferens mundo) Modius Epist. 132. Nouantiq. lect. inquit liquido liquere scribendū, idq; ipsum clamare antiquos codd. *toti se inferens mūdo,* & sic sane Pal. sec. tert. Col. alij tamē duo *inferens,* neq; pertinaciter dānauerim.

Pulcerrimus cum decore) Pal. pr. tert. quart. addunt, *pulcerrimus ordinatissimus cum decoro.*

Cum viribus sanus ac siccus) sic omnes, præter Pal. tert. qui *tum viribus.* fere suspicor hæc omnia sic reformanda; *pulcerrimus, ordinatissimus: cum decore, tum viribus, sanus ac siccus.* quid enim vetat sic loquamur?

Quē nec attollāt fortuita) Pal. tert. ac quart. *nulla attoll.*

Talis animi virtus est, hæc eius facies) idē Modius tradit consentire membranas in *Talis animus virtus est, hæc.* & sic plane legendū putat; vt inquiat Philosophus noster, animus asperis blandisque pariter inuictus, supra omnia quę contingunt acciduntque eminens inperturbatus, intrepidus, quem nulla vis frangat, quem nec attollat fortuna nec deprimat; hic ille talis animus est decātata illa virtus, quæ oculis subiici alioqui nequit. equidem cum mss. mei omnes præter Col etiam illud *animus* retineant, accedo sententiæ Modianæ. est tamen amicus meus cui veniebat in mētem: *Talis auis est virtus*; vt simile sit illi Iuuenalis:

Rara auis in terris nigroque simillima cygno.

Quicquid attigit) Pal. pr. tert. quart. Col. *quicquid attingit* probo.

Adducit & tingens) ita fere & ora edit. Erasmi, nempe *tingit.* textus vero *tingit,* quod & in Col. at alterū illud in Pal. sec. ac quart. nā pr. ac tert. reseruāt; *add. & tangit* Pinc. autumat veriorē lectionē *abd. & fingit.* est in Pal. tert. *adicit.*

Quando incrementum maximo non est) sic solus Pal. sec. reliqui quatuor, *quia increm.*

Honestū est enim propter quod illa quæ retuli) sic & Erasmus. at Pal. pr. *honestū enim recipit est propter ista quæ retuli.* sed illud *recipit* deinde damnatum pro adulterino. recte. nām reliqui mei quatuor: *honestū est enim propter ista quæ retuli.*

Inuicta est priuata) sic & Erasmus: mei scriptura concordi; *inuicta est.*

Mortalia eminent, cadunt &c.) recepit & hic hariolationem Pinciani Romana editio. cū enim in editis ab Erasmo; *Mortalia minuuntur. cadunt. &c.* mallē, inquit Pincianus, legeres, *eminent.* nam & quæ sequuntur continuo per oppositū dicta sunt, *deteruntur, crescunt: exhauriūtur, implentur.* ingeniose ille. sed tamen non erat aliorum id ipsum inculcare nobis pro legitimo Senecę: pręcipue cū illud *minuūtur* in omnib. restet mēbranis, etiā meis quinq;.

Itaq. illis in tam incerta sorte) Pal. pr. habet: *Itaq. vitā incerta illis forte.* quart. *Itaq. ita incerta.* mendose. nainm illud *vita* & *ita* ab istis, *in tam.*

Paria itaq. sunt gaudium) Pal. pr. tert. quart. Col. *Paria itaq. sunt inter se & gaudium.*

Sed in altero remissa) Col. *& in altero.* at Pall. quatuor & *sed* illud, & *&*, abest. neque improbo.

Et Magnus Scipio qui) est in Col. *vt Magnus Scipio,* atq; ita etiam emendarum in Pal. tert. fere receperim; sed ita vt hæc adhuc pendeant a verbis quæ præcesserunt.

Et magnus ille obsessorum) meis abest coniunctio *&.*

Qui scit nihil esse clausum cui mors aperta est) mei quinq; *qui scit se nō esse inclusum.* editio Erasmi, *qui scit nō esse clausū.*

Et in complexu liberi atus) Pal. pr. ac tert. *in complexum liberi.* quod non auersor.

Et dolorum inflexibilem patientiam) sic Muretus ex vno exēplari Pinciani. Erasmi editio, *& dolorem inflexibilemq; patientiam.* mei quinq;, *& dolorē & inflexibilem patientiā.*

Libertas, constantia &c.) vett. libri Pinciani, *liberalitas,* & sic quoque mei omnes præter Pal. sec.

Plurimum quantum ad illa) mss. Pinciani, *plurimum inter illa.* nec aliter omnes mei.

Quia nec hic potest se melius) mss. omnes excepto Palat. sec. *Itaque nec hic.*

Duo vero quibus) mei omnes *Duo autem.*

Malum non putas. Omne honestum &c.) omisis hic iterū aliquot voces Muretus quæ in omnibus & editis & calamo exaratis. illi enim: *malum non putat, velut libens faciat omne &c.* at hi diuersimode. nā Pal. pr. tert. *malum non putet vel libens faciat. Omne* sec. Col. *malum non putet velit, libens faciat.* quart. *malum non putet, & libens faciat.*

An in eculeo taceat) mei quinq; *an in eculeo iaceat.* nec temere admiserim alterum; etsi argutus ei sensus.

Vnius in conuiuio iacētis, alterius) sic quidem dixit extare in exēplari vno peruetere Pincianus. nec improbo. at Erasmus, *alterius in gaudio positi. alterius &c.* quod in Pal. pr. tert. quart. Col. solum sec. exhibet lectionē illam *vnius in conuiuio iacentis* quam puto mutatam a tanorum æuo, quod mensis ipsi adsiderent, nec perciperent quomodo quis etiam in conuiuio iacere posset.

Dicat Epicurus dulce esse torqueri, sic & Erasmus. at mei quatuor de cōpacto; *dulces esse tortores.* quod valde placet. nā nec ab eis longius abit Pal. sec. qui; *dulces esse terrores.*

Cum vero ad virtutē) Pall. quatuor omittūt vocē *vero.*

Quemadmodum minora lumina claritas solis) sic ora editionis Erasmianæ; ipsa, *minuta lumina.* quod retinuerim; vtique cum propugnent mss. mei omnes.

Hoc vt scias ita esse, sic legendum contendit Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 5. cum legamus in omn. editt. quæ Romanam præcesserunt: *Hoc scias ita esse.* & verum est. nam & primum illud in meis mss. quinque.

Sine vlla cunctatione percurret) idem Stephanus suspicatus *percurret* murandum in *procurret.* bene. nam in Pal. sec. ac Col. extat *procurret.*

Æque laudabilis est virtus in corpore valido ac libero po-

sita. quam in morbido ac vincto) absit hic quicquā inuertamus, etsi omnino velit auctor æque laudabilem virtutē in corpore morbido ac vincto, quam in valido & libero. quid ergo? notetis tantum hoc artificioso verborū ordine delectatum Senecā. videatur P. Faber li. 1. ca. 23. Semestr.

Ergo tua quoq; virtus non magis laudabilis) sic Muretus ex veteri lectione codd Pinc. at mei omn. nec non Erasmi: *Ergo . . . virtutem non magis laudabis.*

Quam si ex aliqua parte mutilatum) Pal. pr. ac quart. amplius; *ex aliqua parte mutilatum vel mulctatum.* quod ego sane temere non eiecerim. aliud enim *multare*, aliud *mutilare*. itaque velim diiudicent Critici an non vtrunque illud hic locum habere possit.

Ergo ne rem quidem magis appetes hilarem aut pacatā) Pal. pr. sec. tert. & quart. *magis appetes aut amabis hilarem. &c.* Col. *magis appetes, non amabis hilarem.*

Quam recaluastrum) exulat illa vox Palat. quart. sed & adiecta ab alia manu Pal. pr. ac tert.

Nam quis tam iniquam cēsuram) sic & Erasmus. at melius hæc per interrogationem Pall. quatuor; *Numquis tam iniquam.* Col. *Numquid tam.*

Procerum ve & excelsum) Col. *procerum vel exc.* Pal. pr. *procerum vero & excels.*

Quam breuem & modicum) sic ex Pinciani scriptis Muretus. antea erat *quam breuem aut modicum.* quomodo & Pal. sec. ac Col. sed alij tamen tres retinent, *ac modicum.*

Quorū miseretur inclinat) mss mei quinq; *inclinatur.*

Magis cōplectitur) vox *magis* requiritur in Pal. pr. ac tert.

Non potes dicere, hoc magis par est alicui) mss. mei fere omnes, *Non potes dicere hoc magis par esse alicui.*

Velamente maioris boni tegitur) sic & Erasmus & Palat. sec. alij quatuor *in tanto maioris &c.*

Falsa multum habent vani) Pinciani mss. omnes, nec non mei: *illa falsa multum.*

Ergo & virtus quæ non aliud est quam recta ratio) meis plerisque abest particula *quæ*. habetq; Pal. sec. *ergo & virtus non aliter quam ratio recta.*

Omnes virtutes rationes rectæ sunt. si rectæ &c. transiliit hic quædam Muretus. nam Erasmi editio, *Omnes virtutes rationes sunt. Rationes sunt, si rectæ sunt. Si rectæ &c.* sicque Pal. pr. tert. quart. Col. notatum tamen in tert. *si rationes sunt, & rectæ sunt.* vnde subit suspicari legendū: *Omnes virtutes rationes sunt. Rationes sunt? rectæ sunt.* neque aliter fuit in Pal. sec. nisi quod ei abesset interrogatoria nota.

Quod optimum est, par est: tanquam viri boni) auctiores sunt vocibus duabus mei. nam Palat. pr. tert. quart. *par est. honesta sunt tanquam.* at Pal. sec. *par est. Honesta sunt tanquam &c.* Col. *par. Honesta tanquam.*

Omnes pares sunt quæ boni sunt) illud *quæ* est a coniectura Erasmi. cum enim edidisset *qui boni sunt*, annotauit, alibi fuisse *quia boni*; vnde arbitratus est scribendum *quæ boni*, vt *quæ* sit pro *quatenus*.

In perfectā itura) sic Pal. sec. at ceteri quatuor, *ad perfectū.*

Accessiones minimas ac leuissimas iudicat) illa *ac leuissimas* non sunt in Pal. pr. aut tert.

Ceterum quædam prima existimat) mss. *Ceterum bona quædam prima exist.* recte.

Duo illa superiora diuersa) mei: *Duo illa bona superiora &c.* & hoc planius.

In quo bonum illud existit) Pal. pr. ac tert. *consistit.*

Quam multo reparata sanguine) castigandum censet Pincianus, *quam multorum parta sang.* non est necesse. alterum istud æque elegans, æque apertum: & tuetur illud alioqui quintuplex mss. concordia.

Vt quædam & patientia educta) Pal. pr. tert. quart. *ducta.* exemplar vnū Pinciani præfert, *vt quadā patientia inducta.*

Quā obnoxius animus ad perpetiēdos cruciatus) qui hāc retinuerunt lectionem, parum videntur vidisse in sensu. legerim cum optimo Pal. sec. *quam obnixus animus.*

Hoc in omnibus par est) Muretus hic resecit vocem quæ & in Erasmi editione & in cunctis mss. meis: *Hos contingere in omnibus par est.*

Cum alicuius in Senatu sententiam sequimur) Palat. pr. tert. quart. *Si alicuius in Senatu sent.* Palat. sec. *cum alicuius Senatus sententiam sequimur*, quod & Muretus reperit in Siculo suo codice, eique melius videtur. at mihi cōtra est. quei enim quis sequi posset sententiā Senatus & nō potius Senatoris alicuius, cum non singuli sed tota multitudo hominum in curia alibive congregata, Senatus primum nomine veniat!

Omnia natura assentiuntur) sic & Erasmus & Pal. pr. ac reliqui quatuor: *Omnes natura assent.*

Cui nihil amplius contigit quam prospicere vitam) sic & Pal. sec. ac Col. sed enim tres alij: *nihil aliud contigit quam conspicere vitam.*

In medio flore præcidit) Palat. pr. ac tert. non agnoscunt præpositionem. nec ego requisiuerim.

Id in quod desinunt vnum est) abest præpositio *in* Palat. sec. quatuor alij legunt, *In id quod desinunt vnum est.*

Nec est quod hoc intra nostra placita) sic solum Pal. sec. ceteri, *nec est quare hos.* probo.

Ex quibus summum illud beatumq; componitur) Pal. pr. tert. quart. *ex quibus summum illud bonum componitur.*

In sincerissimum nitorem repurgata) iidem Pall. tres. *in serenissimum.*

Dabo apud Epicurū tibi etiānū simillimā huic nostræ diuisionē) sic & Pal. sec. itē Col. nisi quod hic habeat *tibi nūc simill.* at Pall. tres alij: *Dabo apud Epicuros tibi omnē etiā nūc simill.*

Bonorum suorum contemplatione) Pal. pr. tert. quart. *bonorum operum contempl.*

Ac fortunatissimo die) sic margo editionis Erasmi. neq; aliter mei præter Pal. pr. qui *fortissime*, quod Erasmus habet in contextu.

Sūt hæc bona quæ malles) sic solum Pal. sec. reliqui quatuor: *sunt hæc omnia bona.*

Et exæquanda summis sunt) Pal. pr. tert. quart. addunt, *summis bonis sunt.*

Si vlla bona maiora esse aliis possent) est illud *possent* a Pinciani libris. vulgati prius *possunt*. quod & in omnibus meis, excepto Pal. sec. ac quart. in quibus etiam *possent.*

Maius est enim difficilia perfringere quam) mei quinq; *perstringere.* Erasmi editio *perstrinxisse*: ad marginem tamen *perstringere.*

Et calamitatem fortiter ferat) Erasmi editio *& vt calamitatem*, quod delebat suasu mss. suorū Pincianus, quē sequitur Romana editio. extat tamen illud *vt* in Palat. sec. quart. Col. qui vltimus etiam habet *ferat fortius*, alij duo repræsentant, *& non calamitatem fert.*

Macte virtute esto) virtutem hic significare fortitudinem pluribus demonstrat exemplis P. Faber li. 1. Semestr. ca. 19. Huius vero formulæ complura in Liuio testimonia extant. sic enim lib. 2. *Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret.* lib. 4: *Tum Dictator: Macte virtute, inquit, C. Seruili esto liberata Republica &c.* adi Brissoniū lib. 4. de Formulis. Pal. pr. sec. hic habēt *macte virtutis esto.* sed & sic videtur fuisse in Pal. tert. ac quarto; quorum hic *macte virtutis*; ille *magne virtutis.*

Bona exercitata & fortia) Pal. tert. *bona exercita*; quod impensius placet.

Ego dubitē quin maius laudē) Pal. sec. Col. *Ego nō dubito*, sicque editio Erasmi. Pal. pr. tert. quart. *Ego nō dubitē quin.*

Quid ni inter prima numerem) sic Pal. sec. & fere Col. nā ei abest dictio *ni*, quam tamen requiri apparet ex glossula alterius manu superpicta voci *inter*, id est, inquit, *cur nō.* Pal. pr. tert. quart. seruāt: *quid ni inter prima non numerem.*

Vt malacissandos articulos) sic annotarat Rod. Agricola, & vehementer placuit Erasmo; cum eius haberet editio *male laxandos.* notat Pincianus quędam eius exempp. habuisse tantum *vt laxandos*, sine voce *male.* & certe Pal. pr. tert. quart. Col. illam alterā vocem etiam respuunt; solum Pal. sec. *vt manu laxandos.* de dictione *malacissare* quædā ego lib. 8. cap. 4. Suspic. Pinciano tamen melius videtur *malaxandos*; hoc est molliendos.

Quasi illā manū tractatori præstitisset) sic Pal. pr. ac sec. in tertio est *trāctatori.* in quarto *truncitatori.* quod & ad orā Col. qui *finctatori.* male. nā *tractatores* videntur fuisse quī manu mēbra tractarent, & leniter fricarent. Martialis li. 3. Epig. 40: *Percurrit agili corpus arte tractatrix.* Turneb. li. 24. ca. 3. qui tamē legisse videtur: *qui sic tentauit ignem*, pro quo nostri: *sic tractauit.* nec aliter mss. mei quinque.

In integrū restituit, quæ quod errauerat) Quod ad mouēdas actiones attinet; cū nō videantur cōsentire, qui errāt, nihil

mirum

mirum est restitutionē in integrum a Prætore indulgeri ob iustum errorem: cum in omnibus negotiis contrahēdis, si error aliquis interuenerit, nihil valeat quod actum est: quia nihil sit consensui tam contrarium, quam error, qui imperitiam detegit. l. si per errorem in f. de iurisd. omn.iud. Hinc explicandum quod μεταφορικῶς hic dicit Seneca. P. Faber ad L.116.tit.de reg.Iur.

Et illa manu trunca duos reges vicit) sic mss. mei omn. ne quis forte audiat emendationē cuiusdam quam producit Gothofredus: *illa manu trunca regem duello vicit.* imo duos vicit reges, Porsenam & Tarquinium illum Superbum.

EPIST. LAVII.

Nondum me committo frigido aeri: adhuc rigorem eius infringo) sic editio Mureti, secuta partim lectionem quæ ad oram editionis Erasmianæ, partim exemplar vnum Pinciani quod, *frigido aeri*, eum cusi scriptique alij etiam mei quinque, *frigido veri.* sequens membrum publicatur passim, *adhuc vigor est eius in frigore* Pincianus corrigendum putabat; *rigore eius infringor.* Modius vero reponit ex membranis vnis; *nondum me committo frigido, adhuc rigorem eius infringo.* est in Pal.pr.tert. Col. *adhuc rigor est eius in frigore.* sec. *adhuc rigore eius infringor.* quart. *adhuc rigorem eius infringo, rigor eius est in frigore.*

Nec calidum nec frigidum pati) sic & Erasmus & Palat. sec.at alij quatuor. *nec frigus nec calorem pati.*

Maior pars in stramentis degitur) I.C. quidam legamus iubet: *in stratis.* non ego ei obsequiosus. tueor enim vulgatam scripturam examinoque lib.12. cap.16. Suspic. nunc tamen non cælo lectorem, inductum me fuisse fraude maligna istorum hominum quibus illa audacia, vt coniecturales emendationes quorumlibet in contextum recipiant, & lectoribus deinde pro legitimis Senecæ venditent. vt enim accessi mss. vt editionem Erasmi, eiusq; priores, offendo in omnibus, non illud *stramentis.* sed *vestimentis.* vnde ergo, quæret aliquis, alterum illud nobis obuenit? a Pinciani correctura; vti ipse de se fatetur in castigationibus. non male ille, qui opinionem suam tribus verbis annotauit. at pessime illi nebulones, qui eam tanquam cælo delapsam suspexerunt. certe *vestimentis* huc prorsus retinendum. neque aliter Terentius Heauront.im Scena *Ego me non:*

Est in vltimis conclaue in ædibus quoddam retro,
Huc est intro latus lectus, vestimentis stratus est.

quem locum mihi communicauit Modius, qui eiusdem mecum sententiæ, Nouant.lect. Epist.21. in mss. meis non satis sana vox postrema. habent enim partim *regitur*, partim *tegitur.* correcta tamen in Palat.tert, ad eam formam qua vulgauit Erasmus aliique.

Quod me lectulo affixit) Palat.pr.tert.quart. *qua me lecto affixit.*

Tanquam tibi non rescribam, sed respondeam) notat ad hunc locum lib 12. cap.8. Obseruat. Cuiacius, proprie nos *respondere* præsenti, *rescribere* absenti. eum vide.

Quasi colloquar tecum) sic ex Pinc. libris Muretus. Erasmi editio, *colloquor.* quod & in Palat. sec. at reliqui *colloquar* nec displicet.

Fortiter honeste animose geram) placet quod in Col. *fortiter honesteque ac animose geram.*

Sed virtus qua perferuntur incommoda) abest Col. vox *incommoda.* comparet tamen in aliis quatuor.

Omnino asperorum fortem tolerantiam, &c.) manauit hoc purum a Mureti ingenio. nam est in editione Erasmi *omnium nostrorum fortem toler.* annotatumque ad oram alias legi: *omnium asperorum.* Prodit Pincianus scribendum *omnium tormentorum fort.* tum ex veteri lectione tum quod subiciat auctor; *tormentorum fortis patientia.* assentior ei. membranæ tamen meæ quinque, *omnium nostrorum fortem.* sed compendiaria scribendi ratione; quæ potuit dedisse occasionem corrumpendi sententiam.

Bona quidem sit, sed optabilis non sit) sic & Erasm. malim tamen quod in meis quinque: *si optabilis.*

Deinde etiamsi tormentorum fortis patientia optabilis non est, sic & Erasmi margo & Palat. sec. at pr. *Deinde si & tormenta tam fortis pat.* tert. *Deinde si etiam tormentorum tam fortis pat.* quart. *Deinde etsi tormentum tam fortis pat. optabilis est.* editio Erasmi: *Deinde etiamsi tormentorum fortis patientia optabilis est.*

Nec tamen ideo solummodo ferre tormenta optabile est) Modius dicta Epist. dicit ista omnia abesse aliquot mss. arbitraturq; a bono aliquo viro adscripta, qui monere vellet, patienter ferre tormenta non ob hanc tantum, quam adferret Philosophus causam, esse optabile, sed ideo quoque quod homini Christiano religionis causa quiduis fortiter perpeti cælum aperiat, & apud Deum eum gratiosum faciat. verum dicere arbitror. nam & voces eæ nusquam sunt in Pal.tert aut Col. sed nec sunt in Pal. sec. nisi adscripta ad marginem ab aliena manu.

In hac est Reguli arca, Catonis, &c.) Pal.pr ac quart. abest vox *arca*, habentque *In hac est Reguli ac Catonis.* sic & tert. sed ab alio quopiam repositū deinde illud *arca*, quod omnino in sec. ac Col. & vero requiritur.

Decius se pro Rep deuouit) sic Palat. sec. ac Col. at reliqui tres: *se Republ deuouit.*

Conceptis solennibus) certa plane fuisse & solennia verba, quibus Dictatores Coss. Prætores sese hostiumque legiones deuouebant, ostendit Cicero lib 2. de Nat. Deor. *At vero apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam Impp. etiam se ipsos Diis immortalibus capite velato verbis certis pro Republica deuouerent.* Et de his ipsis Deciis sic Plinius lib.28. cap.2. *Durat immēso exemplo Deciorum patris & filij, quo se deuouere, carmen.* Auctor lib de viris illustribus c.27. de P. Decio filio agens: *Exemplum patris imitatus aduocato M. Liuio Pontifice, hasta insistens, & solennia verba respondens, se & hostes Diis Manibus deuouit.* Quale vero carmen esset, aperit Liuius lib. 8. Brissonius lib.1. de Formulis.

Ac iam familiaribus verbis) cur *familiaria* exposui, lib. 7. Suspic. cap.9.

Optabilem rem putans bonam mortem) notat Erasmus legi alias: *Optabilem rem putas mortem?* & sic fere Pal.pr. tert.quart. nempe, *optabilem rem putas bonam mortem?*

Omnibus virtutibus vtitur fortasse; cum vna in promptu) in nullo meorum extat vocula *cum.* addita tantum a secunda manu Pal.tert.

Sed de consilij sententia) mei quatuor, *sed ex consilij sententia.* & sic quoque Erasmi editio. Palat. sec. *sed ex consilij ceterorum sententia.*

Quæ excipiuntur foribus ornatis) hoc dicit quod in omni publica priuataq; lætitia receptum, ianuam ornari lauro & lucernis. Tertullianus Apologetico. *Cur die læto non laureis postes adumbramus? nec lucernis diem infringimus? Honesta res est solennitate publica exigente inducere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris.* Apuleius lib. 4. Metam. *Domus tota lauris obsita, tædis lucida strepebat hymenæum.* Nec aliter explicandus Xiphilinus in Nerone de aduentu Teridatis: Καὶ πᾶσα μὲν ἡ πόλις, inquit, ἐκεκόσμητο, καὶ φωσὶ καὶ στεφανώμασι. & post de reditu e Græcia Neronis, Ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὸ παλάτιον, πάσης μὲν τῆς πόλεως ἐστεφανωμένης καὶ λαμπαδευούσης καὶ θυμιώσης. intelligit enim vrbis ædes ornatas lauru & lucernis. Iuuenalis Sat.12.

Hic nostrum placabo Iouem, Laribusq; paternis
Thura dabo, atq; omnes violæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

bene emendat Lipsius *operitur.* a quo & ego hæc sumsi. vide lib.1. cap.3. Elect.

Sunt quædam tristes voluptates, sunt quædam vota) interserunt Pal.pr.tert.quart. Col. *Sunt quædam tristis voluptatis bona. Ceterum illius est fortitudo, eius patientia. Sunt quædam vota.* inepte. nam intermedias voces paulo ante habuimus.

Vellem quæ velles) non auscultauerim Mureto lib. 9. cap.8. Variar. lection. aliisque quibus sic placebat. malim quod eruit ex melioribus codd. Erasmus: *Nollem quæ velles.* rationes quære lib. 6. cap. 10. Suspic. scito tamen lector in meis quinque primam manere lectionem.

An feliciter quod agis) sic & Erasmus, & Pal. sec. ac tert. at quart. *quicquid agis.* nō male etiam. sed male lectio Pinciani, quæ, *Feliciter quædam agis.* item Pal. pr. in quo *Feliciter quid agis.* quæ duæ scripturæ natæ a compendiosa

ſcribendi ratione. ſed & male hæc interrogatoria inſigniuntur nota. eam illic delebimus, collocabimuſque ante vocem *an*? nam illud *Feliciter quod agis*, eſt extimulantis & bene precantis. vide me dicta cap. 10.

Sine vllis fortunæ incurſionibus) prætulerim quod in Pall. quatuor, *fortunæ occurſionibus*. nam & ſimile quid fuiſſe, docet Col. *qui occaſionibus*.

Non eſt tranquillitas, malacia eſt) ita legendum, non *malitia* monet hic & Agricola, & Eraſmus, & Ludouicus Cælius lib. 6. cap. 1. antiq. lect. qua & vtitur Cæſar 3. Comment. bell. Gall. videturque interpretari, *tranquillitatem maris*. at amplius aliquid eſſe Senecæ. locus iſte prodit. at tamen recte eadem vox redditur Aurelio Victori cap. 22. de viris illuſtribus: *Antium prouecti ſunt: vbi per malaciam maris, anguis proximum Æſculapij fanum petiit*. ſic, loco *mollitiem*, reſtituit And. Schottus: quem vide in Notis ad eundem auctorem.

Ego tam honeſta rei ac ſeuera nunquam molle nomen) ſcribendum minuta litera, vt pendeant iſta a prius dictis; *ego enim tam hon. &c.* ſic ſcribit Palat. ſec. interim ſcito lector Pal. pr. habere *rei ac deuota nunquam*, non *ſeuera*. an eſt monachi hallucinatio, cui in memoria vocabatur vitæ ſuæ conditio? ſic ſane puto. nam alij conſtanter, *ſeuera*.

EPIST. LXVIII.

Conſilio tuo accedo) Col. *conſilio tuo accede*.

Sed & ipſum otium abſcondo) ſic & Pal. ſec. ac Col. verũ pr. ac quart. *ſed & otium tuum abſconde*. tert. *ſed etiam otium tuum abſconde*. emendatum tamen ab alio, *ſed otium ipſum abſconde*. quod omnium maxime mihi adblãditur.

Stoicorum etiamſi non præcepto, at exemplo licet ſcias) ſic voluit ſcriberemus ex mſ. vno Pincianus, & valde placet. nam editio Eraſmi *ad exemplum licet ſcias*; quod & retinent omnes mei. qui etiam priora illa ſic concipiunt, *etiam ſine præcepto*.

Id tibi cum voles approbabo) ſic Muretus. at Eraſmi editio: *& tibi cum voles approbabis*, quomodo & Pal. ſec. at tert. *& tibi etiam cum voles approbabis*. pr. quart. Col. *& tibi cum voles approbabis*. aliquid latet vitij occulti: quod nunc non retego. I. C. quis legit, *& tibi cum voles imperabis*. niſi malis, inquit, *& tibi cum voles appropinquabis*. mi homo abſtine manum. nam ex arena non nectitur funiculus.

Ad omnem Remp. mittimus) plerique mei, *mittimur*.

Tribunal aſcenderat) mei *aſcenderet*.

Etiamſi ſeceſſerit) mei *receſſerit*. nec culpauerim.

Depono hoc apud te) tradit Pinc. quoſdam codd. ſuos habuiſſe. *Depone hoc*. & ſic certe omnes mei præter Palatinum ſecundum.

Atque etiam aliud propoſito tuo) vetus lectio Pinciani: *Atque aliud propoſ.* prius illud fuit in Pal. pr. tert. quart. reſtat in ſec. *atque otium; aliud propoſito tuo, &c.* quod verum eſt. ſicque correctum erat in tert. iſthæc igitur continuari debent cum antecedentibus. ſcito tamen lector eſſe in Col. *inſcribas tibi Philoſophiam & Ethicam atque etiam aliud propoſito. &c.*

Imbecillitatem vocato & deſidiam) ſic Pinciani mſſ. cum copula abeſſet Eraſmi editioni. neq; aliter mſſ. mei, quorum Pal. pr. tert. quart. Colon. habent *imb. vocitato & deſid.*

Cum ſellam aut tribunal aſcenderis) de his Ræuardus lib. pro tribunal. cap. 7.

Aperta effractarius præterit) de his plurima lectu digna Langlæus lib. 8. cap. 3. Ocij ſemeſtr.

Non iactare ſuum) omiſit editio Romana vocem. nam in Eraſmi & meis, *non iactare otium ſuum*. & iſthic certe vox ea requiritur.

Ille Neapoli incluſus eſt) Pal. pr. tert. quart. *Neapolim*.

Quod in te eſſe infirmiſſimum) ſic Pal. ſec. & tert. at quart. *quod in te firmum*. quart. *quod in te infirmum*. Col. *quod in te firmiſſimum*.

Vomitu leuat ſtomachum) Pal. pr. tert. Col. *leuat*.

Quaſi cauſſariæ partes) *cauſſarij* dicuntur tum ij qui leui qualibet de cauſſa morbos incurrunt, tum qui aliquo pacto male habent. Plinius lib. 25. cap. 5. *minime ſanguinem exſcreantibus, cauſſariis vel latere vel faucibus*. Spartianus in Hadriano: *Omnes cauſſarios liberalitatibus ſubleuauit*. Marcellus quoque empiricus *dentem cauſſarium*, & *oculum cauſſarium* dixit; quo pacto Vegetius *in cauſſa eſſe* pro male affici vſurpauit. puto autem inde huius modi appellationem acceptam eſſe, quod ita affecti habeant ſemper cauſſas, quibus ſeſe apud omnes excuſent. atque huic aſſentiri videtur Gellius lib. 20. cap. 1. vbi huncce in modum loquitur: *Atque id fecerunt, ne cauſſatio eſſet ægri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus*. Mercurialis lib. 6. cap. 1. Var. lect.

Digerere in literam ſenes orbes) ſic omn. mei, niſi quod Col. habeat, *digere in literam ſenes paſcendos orbes*. poſſet quis facile, *digerere in literas*. ſed quomodo a tam vulgari voce aberraſſent librarij? quidam fingit, *in lineam*. non placet.

Illi clientum turba. huius turba par eſſe non poſſum, huius gratia. Tanti eſt ab hominibus vinci dum a me fortuna vincatur. Vtinam quidem, &c. ſic editio Mureti, nimis profecto licentioſe: ſed ſecuta tamen fere opinionem Pinc. qui cum inueniſſet in editione Eraſmi, *Ille clientum turba. tanti eſt ab hominibus vinci, dum a me fortuna vincatur, cuius turba par eſſe non poſſum, plus habeo gratia. Vtinam quidem, &c.* cum, inquam, ſic inueniſſet, prodidit, inuertendas eſſe dictiones: *Eſt tanti ab hominibus vinci*. ex veteri lectione, etſi nonnulli codd. haberent *omnibus* non *hominibus*. ſed & emendat iiſdem libris auctoribus *plus habet gratia*. addit denique, putare ſe ordinem verborum hoc loco perturbatum haberi, legendumque: *ille clientum turba. cuius turba par eſſe non poſſum, plus habet gratia. Eſt tanti ab hominibus vinci, dum a me fortuna vincatur, &c.* ſic Pincianus. & vero codd. mei habent illum ordinem verborum qui apparet in editis ab Eraſmo, diſſentiunt tamen in iis verbis quæ Pincianus enotauit ex ſuis. ſolum Pal. ſec. retinet *plus habeo gratia*.

Sed nunc quoque non moremur) ſic & Eraſmus & Palat. quart. nam pr. & tert. *quoque non moriamur*. ſec. ac Colon. *ſed nunc quoque moramur*.

Credituri ſuimus rationi) ſic mei quinque. tantum Palat. tert. adſcriptum habet aliena manu, *crediturs non ſumus rationi*.

Iam deſpumauit) & hoc eſt a coniectura elegantis Pinciani, cum & Eraſmi editio, & mei quinque habeant *diſputauit*. venit huius emendationis in mentem, quod ſubdat noſter, *primo feruore adoleſcentiæ*. eſt enim, inquit, metaphora ſumpta a muſto.

Non multum ſupereſt vt extinguat) ſic & Eraſmus; ſic Pal. pr. at quart. at reliqui, *vt extinguatur*.

Rerum patientia domuit) ſic fere ad oram meorum, quã tamen omnes, præter Pal. quart. *pœnitentia*.

Hoc eſt breuis huius boni tempus) ſic & Eraſmus. Pal. pr. *hoc eſt boni breuis tempus*. tert. *hoc eſt breue boni tempus*. ſec. quart. Col. nec non codd. Pinc. *hoc eſt huius boni tempus*. notatum tamen in ſec. legendum: *hoc eſt breue huius boni tempus*.

Quiſquis ſenex ad ſapientiam peruenit, annis peruenit) ſic & Palat. ſec. at alij mei *peruenitur*, Eraſmi margo & Col. *præuenitur*. Palatinus quartus non habet duas illas voces, *annis peruenit*.

EPIST. LXIX.

Tranſilire nolo) ſic Pal. ſec. ac Col. reliqui tres *tranſire*.

Coaleſcere otio non potes, niſi deſinas circumſpicere) Pal. pr. quart. *Coaleſc. otio non poteſt, nec deſiit circumſp.* ſec. tert. *Coal. otio non poteſt niſi deſiit circ.* ſolum Colon. facit pro vulgato.

Vt animum poſſis continere, primum, &c.) Pal. pr. *vt animi ratio poſſit contineri*. & ſic tert. niſi quod habeat *continere*. quart. *vt animum poſſit cont*. Pal. tamen ſec. ac Col. fauent publicatis.

Nullum ſine auctoramento malum eſt) dictum de hac voce Epiſt. 37.

Vix effici toto ſeculo poteſt) Palatinus tertius, *effici vel toto ſeculo*.

Nedum ſi tam breue tempus per interualla diſcindimus) Exemplar antiquum Pinciani, *breue temporis interuallum diſcindimus*. ſicque etiam Palat. quart. niſi quod habeat *breui*. at pr. tert. Col. *tam breue tempus ex interuallo diſcidimus*. ſec. *breue tempus diſcidimus interuallo*.

Et si ita res suadebit accersas) Pal.sec.ac Col. *accersias.*

Bella res est mors sua morte) hoc est non manu facta nec biothanata, vt loquitur Iul. Firmicus, egoque quidem hic interpretor, alibique etiam in Suetonij Iulio cap. vlt. vbi est: *percussorum fere neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est.* Consule ad eum locum Beroaldi Comment. nam ille qui, *suam mortem,* spontaneam interpretatur, vereor ne erret. sic ea potius dici videtur, quam quis sibi infert. Tacitus lib. 2. Annal. de Archelao: *Finem vitæ sponte an fato impleuit.* iterum lib. 5. *nisi si negatus alimentis adsimulatus est finis, qui videtur sponte sumptus.* lib. 14. *& pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret.* Plinius lib. 1. Epist. 122. *Vt si valetudo esset insuperabilis, spõte exiret e vita.* quod mox ita reddit: *ne spes nostras voluntaria morte desereret.*

Nemo nisi suo die moritur) ad hæc sic commentatur I.C. quidam: *Suum diem* appellat præsentem: *præteriti* enim *dies* haud nostri sunt, sed alieni; alieni inquam, quia nobis ita periere vt reuerti, parari, aut restitui nobis non possint. quid ego ad hæc? equidem nihil nisi ridere.

EPIST. LXX.

Prænauigamus mi Lucili vitam) editio Erasmi; *Prænauigamus, Lucili, vitam.* sicque in Pal. sec. ac Col. est in pr. *Prænauigaui, mi Lucili.* in tert. *Pernauigamus Lucili.* in quart. *Prænauigamus, Lucili, vitam.*

Quemadmodum in mari, vt ait Virgilius noster) sic voluit scriberemus ex mss. suis Pincianus, nec aliter mei quinque. Erasmi editio: *quemadmodum Virgilius noster ait in mari.*

Deinde quidquid est illud inter iuuenẽ) sic & Erasmus. & mei tres. in Pal. pr. extat: *deinde quicquid aliud est inter iuuenem.* Col. refert: *deinde quicquid est inter iuuenem.*

Scopulum esse illum putamus dementissimi? portus est) forsan & hoc a Modio venit, qui male legi, *putamus? clementissimus portus est:* monuit Epist. 58. alterumque illud ex libris scriptis substituit. quod & conseruant Palat. pr. tert. quart. Col. sed & sic emendatum in Pal. sec. qui prius *clementissimi.*

Quæ vt sola non semper retinenda est) sic mei quatuor. at Pal. pr. *quæ vt sit non semper.* correxerim, *quæ vtus sit, &c.* geminata particula.

Nunquid illo die desinendum sit) non est vox *die* in Erasmi editione, aut vllo mss. meorum. bene. *illo* enim locum designat, non tempus. est in Pal. sec. *illi.*

Nemo multum ex stillicidio potest perdere) IC. quidam, istud ad *stillicidiorum* seruitutem refert. mea sententia præter mẽtem auctoris, qui tale nihil per somnium. nam si, videatur hic magis asserere *stillicidium* quam auertere. quo quid ineptius? consulatur Hadr. Iunius Centur. 3. adag. 26.

Citius mori vel tardius) mei, *citius mori aut tardius,* nisi quod Pal. pr. ac quart. *an tardius.*

Quis cum in caueam coniectus) Pal. sec. *iniectus.*

Non commodabit pœnæ sua manum) Pal. pr. tert. quart. *commendabit.*

Stultitia est timore mortis mori) monet Pinc. exempp. mss. præmittere hæc complusculа verba: *Si sibi commodaret stultitia esset. Stultitia est timere, &c.* & sic mei quoq;: qui tamen plerique *Si sibi com.* sed & Palat. sec. abest illud *stultitia est,* habetq; *Si is commodaret sibi stult. &c.* videntur e glossa.

Triginta tamen dies in carcere) propterea videlicet quod illo mense Delia festa peragerentur: lex vero non sineret palam in quenquam animaduerti, antequam oraculi consultores Delo reuerterentur: Xenophon. lib. 4. quod animaduertit P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 9.

Non hoc animo tanquam omnia fieri possent) sic & editio Erasmi, & mei quatuor. at enim cum extet in Pal. sec. *non hoc odij animo, tanquam omnia fieri possent;* non dubitauerim rescribere: *non hoc Rhodij animo, tanquam omnia.* eleganter sane; vt dicatur alia de causa prorogasse vitam suam Socrates, quam Rhodius ille, de quo modo dictum est. qui respondebat suadentibus mortem, *omnia homini speranda dum viuit.* cur confidentius de hac lectione loquar, facit Palat. quart. qui supra, loco *Rhodij,* præferebat *odij* hoc vnum; deinde quod licet vox illa *odij* deleta sit in Pal. isto sec. ad marginem eius tamen annotetur *Rhodij.*

Scribonia grauis femina) *quæ quondam Augusti coniunx fuerat,* vt loquitur Tacitus libro 1. Annalium apud quem vide & digna lectu de hac re.

Drusi Libonis) eius etiam mentio apud Suetonium in Tiberio cap. 25.

Adolescentis tam stolidi) restitutio hæc debita Torrentio, qui pridem sic legendum monuit Comment. ad Tranquillum. prius erat: *tam solidi.* male. nam de hoc ipso sic Tacitus; vbi sermo de accusatore eius: *protulit libellos vecordes adeo vt consultauerit Libo, an habiturus foret opes queis viam Appiam Brundusium vsque pecunia operiret. inerant & alia huiusmodi, stolida, vana, si mollius acciperes, miseranda.* mss. etiam mei habent aut *solidi,* aut *soli.*

Sperare poterat, aut ipse vllo. Cum ager a Senatu) imputant hanc nobis lectionem codd. Pinc. quos adiuuant mss. mei quinque, tantum amplius habet Colon. *maiora sperantis quam moratus quam illo, &c.* editio Erasmi: *quisquam sperare poterat. At ipse eum æger, &c.* male.

Non sane frequentibus obsequiis) ita omnino legendum cum editione Erasmi; non vt male quidam reponunt *exequiis,* contendit P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 20. clientes enim necessariique & alij tenuiores, qui officij causa deducebant atque comitabantur potentiores in publicum, ij & *obseruare,* atque etiam *obsequi* dicebantur. Marcellinus lib. 15. rerum gest. vbi de Leontio præfecto vrbi loquitur: *rogabatur enixius ne in multitudinem se arrogantem immitteret, & minacem ex commotione pristina sanientem, difficilisq; ad pauorem recta tetendit: adeo vt eum obsequentium pars desereret.* illud *exequiis* est in mss. meis quinque, & Pinciani omnib.

Persuasit. manus sibi) editio Erasmi: *Non persuasit illi. manus sibi attulit, &c.* neque aliter quinque mei scripti. quare suspicor legendum: *Non persuasit est? manus sibi attulit.*

Ita mortem vtique qua sum exiturus e vita meliorem) sic & Erasmus. at mss. meis omn. abest vltima vox *meliorem.* neque sane valde requiritur. nam vox *eligam* quæ præcessit, alterum illud satis subindicat.

Ad quod fama non pertinet) sic debet legi. nam illud *petinet* typographi vitium. loco *fama,* est in Pal. pr. tert. *forma.* & sic etiam ad oram Col. libri. tertius ille adnotatum etiam habet *fortuna.*

Expectandum esse exitum) sic solum Palat. quart. alij quatuor, *expecta nonnum esse exitum.*

Hoc qui dicit non videt) Palatinus pr. tert. quart. *dicunt non vident.*

Si libertati viam claudere) mei *libertatis viam.* quod est melius.

Placet? viue. non placet? licet) sic Pal. quart. & fere pr. in quo: *viuere non placet.* alij habent: *Placet? viue. si non placet, licet.* quomodo & editio Erasmi. etiam priorem propugnant membranæ quas lustrauit Modius Epist. 21. Nouant. lect.

Etiam inter iniurias detinet) sic omnino chirographi quinque. est tamen I C. qui inquit se legere *inter ruinas.* legat licet; dum modo id ipsum aliis non obtrudat, neq; adeo postmodum (vti fere solet) pro Senecæ producat gemino germano in libris alibi Aureorum.

Tanquam migraturus habita) Palat. pr. tert. quart. hæc coniungunt superioribus, leguntque *& tanquam migraturus habitare.* non tamen probauerim; & custodiunt priorem scripturam Pal. sec ac Col.

Suis finis veniet in mentem) malim quod restat in Pal. tert. *veniat in ment.*

Alia enim exercentur fortasse) sic mss. Pinciani, & consentiunt mei omn. Erasmi editio *exercent.* minus bene.

Nunquam a nobis exiget) sic mea exempp. sic Pinciani, qui tamen contra ea, vti inquit ipse, omnia legit: *exegit.* hoc ideo, quod præcedat *permansere diuitiæ,* & sequatur *superstites fortuna seruauit.*

Huius vnius rei vsum qui exigat dies) sic ex vno exemplari Pincianus. at nec aliter editio Erasmi, & plerique mei, quidam tamen *exequat.*

Quæ seruitutis humanæ claustra perrumperent) sic Palat. sec. &

sec. & Col. at alij tres, *quod seru. h. cl. perrumperet.* neque contemno.

Cumq; commodo mori non licuisset) sic Pal. sec. ac Col. P. Faber lib. 1. cap. 4. Semestr. scribit malle se: *cumq; suo modo mori.* ei subscribo, vtiq; cum scribat Pincianus suos omnes habuisse; *quo modo;* quod & ego testor de meis Palat. pr. tert. quart. ipse tamen putat verbum aliquod omissum ad sententiæ supplementum incuria librariorum.

In ludo bestiariorum) vtitur hoc nomine noster iterum lib. 2. cap. 19. de Benef. Tertull. Apologetico cap. 43. Brissonius lib. 2. de verb. sign. *Bestiariorum* nomen proprie conuenire putat qui citra damnationem cum bestiis depugnandi causa in arenam intromittebantur; siue id facerent dominis cogentibus serui, vt innuit L. 11. §. 2. & §. vlt. ff. ad leg. Cornel. de sicar. L. 4. ff. de accusat. L. 1. ff. de Ædil. edicto. L. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus. siue essent qui operas suas vltro locarent, de quibus L. 1. § qui operas. ff. ad Tertullianum. videatur & Marcilius ad primum Epigramma Martialis.

Ad matutina spectacula) quænam ea sint diximus Epist. 7.

Et vi præclusis faucibus) Pinc. codd. aberat illud *vi*, siue vt est in Erasmo *in*: habent tamen illud *in* Pall. quatt.

Iam ego istam virtutem) Pal. pr. tert. *ergo.*

Inter custodias quidam) sic appellantur ipsi qui sub custodia tenentur L. 6 ff de offic. procons. L. penult. ff de seruis L. 12. ff. de custod. reor. L. 18 §. pen. & vlt ff. de quæst. L. 12. ff. de publ. iud. L. 2. §. in bonorum ff. quis ordo in bon. poss. vide alia bonorum auctorum exempla apud Brissonium lib. 3. de verb. signif. item apud me supra Epistola 5.

Ceruicem circumactu rota frangeret) sic Pal. sec. ac Col. alij tres *ceru. circumactam rota frangerent.* non dissimile prorsus factum Herennij Siculi, qui cum in carcerem duceretur, in postem illiso capite in ipso ignominiæ aditu concidit. auctor Val. Maximus lib. 9 c. 12. Narrat & Symmachus lib. 2. Epist. 46 de seruis quibusdam, qui cum intelligerent parari se spectaculo, fauces sibi effregerunt. Iuretus ibidem.

Secundo naumachiæ spectaculo) quod *duæ* essent Neronis *Naumachiæ* vt refert in vita eius Dio, ambigit Marcilius notis suis ad Martialem, num de secunda hic sentiat Seneca, an vero *alterum* eiusdem naumachiæ intelligat *spectaculum.*

Iugulo suo immersit) mei omnes *iugulo suo mersit.*

Quare ego mortem) Pal pr tert *ergo.* non displicet.

Eadem illa ratio monet, vt si licet, moriaris sine dolore: sin autem non potes, fac quemadmodum potes. & quicquid obuenerit ad vim afferendam tibi, inuadas) sic & editio Erasmi: nec carpo. dico tantum nullum e quinque meis isthæc omnia habere: adscripta tantum ad oram Pal. sec. ab aliena manu, *sine dolore; si autem non potes fac.* cum sit in contextu: *Eadem illa ratio monet, vt scilicet moriaris: quod quemadmodum potes & quicquid obuenerit, &c.* est in Pal. pr. *Eadem illa ratio monet, vt scilicet moriaris potes & quicquid aduenit admin. afferendam tibi inuadas.* tert. ac quart. *Eadem illa ratio monet, vt scilicet moriaris quemadmodum potes, & quicquid aduenerit ad vim aff. &c.* Col. *Eadem illa ratio monet vt moriaris, quemadmodum vt scilicet moriaris, quemadmodum primo & quicquid obuenerit ad vim afferendam, &c.*

EPIST. LXXI.

Res nostra feruntur, imo voluuntur) notantur ad isthæc in Col cod. versus illi ex Tragœdiographo:

Res Deus nostras celeri citatus

Turbine versat. apposite profecto.

Consilium nasci sub die debet) videtur Pinciano venustior lectio vett. codd. *sub diem.* & eam repræsentant mei quinque.

Sub manu, quod aiunt, nascatur) Tranquillus in Augusto cap. 49. *Ærarium militarium cum vectigalibus nouis constituit, & quo celerius ac sub manu annunciari cognoscique posset, quid in prouincia quaque gereretur, &c.* Erasmus adag. 92. Cent. 1. Chil. 1. Cælius lib. 30. cap. 32. lect. antiq. Beroaldus & Torrentius ad Sueton. Porro legunt hic Pal. sec. ac Col. *sub manu quoque, quod aiunt, nascatur.* at pr. tert. quart. *sub manu quoque, sub manu, quod aiunt, nascatur.* quæ repetitio aures meas ne hilum quidem offendit.

Totius vitæ respice) mei, *totius vitæ tuæ respice.*

Quod sit summum bonum colliges) mei quinque, *colligis.*

In particulas illud deducere) sic solum Palat. sec. reliqui *deducere.*

Summum bonum est, quod honestum est) sic omnis scripta lectio libr. Pinc. & meorum edidit Erasmus: *Summum est quod honestum est.*

Falsa & adulterina bona sunt) Palat. pr. tert. quart. *& adultera bona.* non ausim reiicere.

Hoc liqueat, nihil esse, Palat. tert. quart. Col. *Hoc liqueat nobis, nihil esse.*

Istum ludum literarium Philosophorum) P. Faber ad L. 1. de iust. & iure, reponit ex manuscripto Montousij codice *literatorum.* prorsus bene annotatur in Pal. pr. alias legi *literalium Phil.* in quart. *veterarium Phil.*

Minuta docendo diminuunt) editio Erasmi *dimittunt.* legit Pincianus *demittunt*, sic volentibus libris scriptis suis, quibus accedunt Pal sec. tert. quart.

Fies similis illis) placet Fabro, quod in vetere est: *fies sim.* & porro mihi perplacet. idemque videri Stephano haurimus ex lib. 1. cap. 2 Proodop. qui vel ita emendandum putabat. extat & id in Pal. sec. conieceram olim *Fi assimilis.*

Sequere illos si quid apud te habeo auctoritatis) verba hæc omnia habentur in edit. Erasmi & mss meis quinq; post illas demum voces *bona malaque distinguere*; concipiunturque dictione addita: *bona malaque distinguere. Sequere, inquit, illos, &c.* equidem, etsi sic collocata non adeo elegantem præ se ferant sensum, quam quo produxit Muretus; at non ideo etiam eius erat, nullo verbo huius transpositionis meminisse. certe ordo ille alter verborum, etiam fuit in mss. Pinciani; nam maluit ipse illud *inquit*, & hic, & infra, mutari in *inquam.*

Summam dixit esse sapientiam) probo hariolationem Stephani lib. 1. cap. 2. Prood. legentis *summam dixit esse sapientia.* sciat tamen lector omnia exempp. mea habere, *& hanc summam dixit esse sapientiam* (quomodo & Erasmi editio) primumque visum Pinciano coniunctionem *&* hic superuacuam. quod oraculi vice amplexa est, vt videmus, editio Romana.

Vt sis beatus, inquit) inquit illud hic ponitur a Mureto. nusquam vero est in meis aut Erasmi.

Quisquis volet tibi contumeliam facere, faciat; tu tamen, &c.) Erasmi editio ditior est vocibus duabus, *contumeliam facere, faciat & iniuriam, tu tamen,* & Muretus, & iste, perperam. scribe hortatu membranarum quinque: *quisquis volet, tibi contumeliam faciat & iniuriam; tu tamen, &c.* cum Muretus semel atque iterum in leuiculis admodum rebus Siculi sui libri meminerit, exque eo enotarit nescio quam varietatem scripturæ, miror in his tc grauioribus non magis eius meminisse atque si scriptus non esset. certe vox *iniuria* eiici nulla debet ratione, cum longe aliud hic denotet quam *contumeliam.*

Si vis, inquit, beatus) voluit hoc rursus mutatum in, *inquam,* Pincianus, vt hæc scilicet dicantur a Seneca Lucilio, non a Socrate.

Virtus autem non potest maior aut minor fieri) Palat. pr. tert. quart. Col *non potest bona vel mala fieri.* sed id tamen correctum in tertio, annotataque alia etiam lectio in Colon.

Cn. Pompeius) sic solum Pal. quart. reliqui *sed Cn. Pompeius*, & sic editio Erasmi. illud *sed* mutatum erat in *Si* in Pal. tert. a manu secunda.

Sed illo pulcerrimus resp. prætextus optimates) ad coruos libido editionis Mureti, a qua nobis hæc obtrusa; contra libros Erasmi, contra mss. meos omnes, imo contra Latinitatem. redeat antiqua lectio; *sed illud pulcerrimum resp. prætextum optimates.*

Et tam magni ruina imperij) sic Palat. sec. et Col. *& tam immanis ruina imperij.* alij tres inepte: *& tam magni imperij Romani.*

Malis fracta deficiat) sic Colon. ac Pal. sec. at pr. *malis pressa fracta desinat.* tert. & quart. *malis passa & fracta deficiat.* sed illud *deficiat* in tert. est ab aliena manu, videturque prius

quæ prius fuisse *desinat*. forte *malis quassa & fracta desinat*. sed tamen & *passa* illud mouet saluam. cogitabo.

Ne quid Cato detrimenti capiat) mei quinque, *detrimenti caperet* & probauerim.

Eodem loco habuit prætura & vita excedere) miror hactenus nulli suspiciunculam natam de huius loci vitio. mihi verosimile fit postremam vocem vna litera mendosam. purgare tentabam rescribendo: *vita excidere*. lepido, mehercle, & planissimo sensu, qui in ambiguo vocis *excedere*. *excedit vita*, qui ab ea deuoluitur: *excedit prætura*, qui ab ea repellitur. & sic postea inueni in Palatino quart. ac Col. emendatumque ab aliquo in tert.

Quibus innexi atque impositi sumus) mei quinque *immixti*: solum conspicitur *innexe* ad marg. Col.

Eadem natura demittit) tradit Pincianus vett. lectionem agnoscere *dimittit*. & sic sane etiam mei quinque. correctum tantum *demittit* in Pal. tert.

Omne humanum genus, quodque est, quodque erit, morte damnatũ est) sic mss. mei quinq.. I.C. tamẽ quidã dicit se legere: *Omne humanũ genus quodcumq. est, quodcumq. erit, morti damnatum est*. euge euge, sic decet. at mi homo si nõ ters *quodq. est, quodque erit*, cur etiam corrumpis auctoris mentem? quid? an nullum tibi discrimen est inter *damnare morte*, & *damnare morti*? si sic, doce nos, magister, alterum illud tuum isthic proprie habere locum. ¶ *Alias desidia, paxq. ad inertiam*) vox *paxque* non est in Pal pr. aut tert.

Et magnis opibus exitiosa) Pal. pr. tert. quart. *magn. operibus*. sciri posset. sed alterum tamen præposuerim.

Cesidentis solo lapsus abducet) annot. Erasm. ad orã edit. suæ forte legendũ, *lapsus abdet* est in Pal. pr. tert. Col. *adducet* in sec. ac quart. *abducet*. fere probauerim illud *adducet*.

Sine vllo futurus incommodo natura sua remiscebitur) sic Col. at Pal. pr. tert. *sine vllo futurus incommodo si non remiscebitur*. sec. *incommodo si natura remiscetur*. quart. *incommodo sin natura commiscebitur*.

Et quæ subita res tulit) sic Pal. pr. tert. quart. at sec. atque Col. *& quæ sitta res tulit*. quod annoto, quia scriptum est in tert. a manu secunda, *& quæ si ita res tulit patienda*.

Vt fortiter torqueri in minoribus) sic etiam Erasmi editio. at enim quinque mss. mei, *& fortiter*. nec temere.

Sed non ad perfectum, nec ad plenum) Pal. pr. tert. quart. *sed non iam ad perf.* forte, *sed non tamen ad perfectum*.

Si beatus est, in summo bono est) & hoc facin⁹ putauerim Mureti. nam edit. Erasmi, & quintuplex scriptura mearum membranarum seruãt: *Nisi beatus est, in summo bono non est*. abite Harpyiæ & alia fœdare. ¶ *Si manet etiam comminuto corpore*) mss. iidem omn. *sed manet*. recte. ¶ *Profecto sapientia infundet ac tradet*) Palat sec. ac Col *sapientia infundet ac trad.* pr. tert. quart *prof. sapientia non infundet*. ego, quid hæc vel illa lectio sibi velit, oon satis percipio.

Non magis quam regulam, &c.) Pal. pr. tert. quart *non magis quam si regulam, &c.* ¶ *Probari solet: quam si flectes quicquid, &c.* Pal. pr. sec. quart. Col. *prob. solet flectes. quicquid, &c.* sieque etiam Pal. tert. nisi quod habeat *inflectes*.

Quicquid ex illa mutaueris, iniuria est recti) hæc ipsa felicissime perscrutatur P. Faber fine l. 1. tit. de reg. iur.

Rigida est: amplius intendi non potest) ita Mureti editio, secuta, credo, fidem perpaucorum codicum, in quibus sic extare testatus erat Pincianus. quamuis tamen idem non neget in plerisque exemplaribus reperiri quod extat in editis: *rigidari quidem, amplius intendi non potest*. quam vocem Stephanus lib. 2. cap. 10. hic noo grauate excluserit, reposito eius loco: *rigida esse; non amplius intendi potest*. videatur ille. nam ego omnino defenderim lectionem vulgatam; quæ extat in Palat. sec nec nimium abludunt quart. aut Colon. in quo, *rigidari quidem amplius nec intendi potest*. vt nec pr. ac tert. qui: *ridari amplius nec intendi*. defenderim, inquam, *rigidari quidem amplius, non intendi potest*. hoc est, rigidior fieri. est autem figura sumpta a metallis, quæ crebro mallei ictu magis ac magis indurantur. eandem vocem memini me alibi legere apud Plinium, sed nunc noo occurrit.

Nec quæ ab illa quodo fiunt) sic monuit corrigeremus cũ mss. Pinc. prius aberat præpositio *ab*, quæ tamen in omn. meis. ¶ *Quid ergo inquis?* Stephan⁹ lib. 2. c. 4. Prood. monet male verbum *inquis* duabus his particulis iungi, cum *inquis* per parenthesim interiiciatur, & *Quid ergo*, sit eius a quo obiectiooem sibi proponi fingit. perinde ac si ita locutus esset, At tu hic, inquis, Quid ergo! iacere in conuiuio & torq. ¶ *Illud licet magis admireris*) sic quidem Pal. sec quart. Col. sed enim cum vox *admireris* non conspiciatur in Pal. pr. ac tert. puto eam legitime abesse posse, vt repetatur, *illud licet tibi magis videatur mirum*.

Nunc mihi manus intentat, Pal. pr. tert. *intendat*.

Quod dicam paria bona esse, aduersa fortiter portantis, & prospera honeste iudicantis) sic quidem editio Erasmi. at Modius Epist 21. prodit ista omnia abesse membranis; & nescio quomodo mihi hic etiam abesse posse videntur; præsertim cum & exulent Palatino primo ac quarto, nec consentiant sec. ac Colon. ille enim amplius habet: *quod dicam bonum in eculeo iacere, quod dicam paria bona esse, aduersa fortiter, &c.* fuit primum in Pal. tert. *quod dicam paria bona esse honeste iudicantis*, sed postea id deletum est, repositaque ab alio quodam illa ipsa omnia quæ restant in Pal. sec.

Delicatus misereretur industrij. sic etiam Erasmus & Col. at Pal pr. ac tert exhibet *delicatis miseria continentia industris*. sec. *Delicatis miseria est continentia, miodlis industria*, quart. *delicatis miseria continentia industri*.

Obliti quam mul:u tormentum sit. Palatinus primus, tertius, quartus, hæc ita distinguunt, vt vocem *obliti* verbis prioribus adiungãt, oouam vero incipiant periodum a voce *quam*. hoc modo. *Dura atque intoleranda credimus obliti. Quam multu tormentum est.* ego nihil temere mutauerim. videtur nihilominus planior exoritura sententiæ facies, si legamus cum cod. Col. *Eodem modo, hæc ad quæ omnes imbecilli sumus, dura atque intoleranda, credimus obliti. Quam multis tormentum est vino carere?* sic, inquam, Col. nisi quod ipse scribat *obliti*. item *sit* pro *est*, quod vltimum tamen esse in tribus Pall. modo dixi. Sed nihil etiamnum temere mutauerim. imo ne omnino quidem.

Onera rigida ceruice sustulit) mss. mei *sustollat*. oec vituperauerim.

Quam qui supra fortunam extat) itane vero? atqui quid est amabo aliud omnia rerum aduersarum onera rigida ceruice sustollere, quam supra fortunam suam extare? omnino insane bene abest a scripto cod. illud *quam*; quod inepti sycophantæ alicuius elegantissimam hanc locutiooem non intelligentis, stabiliendo loco, quem ruere alioqui existimaret, commentitium fulcrum est. sic Modius Nou lect. & verum est. particula *quam* abest editioni Erasmi: neque extat in Palat. pr. tert. Col. estque in quart. *quoniam supra fortunam extat*. sed videtur tamen mihi sic satis arguta sententia lectionis vulgatæ, quæ omnino restat in Pal. sec & in mss. omnibus Pinciani. vt videlicet ille alter a fortuna ipsa premarur omnibus modis, iste vero fortunam adeo habeat obnoxiam sibi vt tantum non supra eam consistat. certe requiri hic aliquem qui cum altero comparari debeat, quiuis vider. atq; de hac re, sic suspicor.

Vt opiner succedere mentem) Pal. pr. *hoc vt opiner est, succedere mẽtem*. at Pal. pr. tert. Col. *vt hoc opinor succed.* vt vix dubitem quin scribendũ sit, *hoc vt opinor, succed. mentem*.

Incuruari & succumbere) simili figura Xenarchus:

Πελοπιδῶν ἄψυτος οἶκος, κ' οὔτι βυσαύχην. id est, *Pelopidarum mutabunda gens, nec tamen incuruiceruica*. vti vertit Hadrianus Iunius.

Scit se esse oneri ferendo) sic Erasmus ex mss. additq. hoc ita dictum, quemadmodum dicimus, *est soluendo*. editt, exoletæ *scit se esse natũ oneri ferendo*. quomodo Pal. quart. adscriptumq. alia manu tert. nã sec. & Col habebant, *sed* ab aliena etiam dextra, *scit se aptum esse oneri ferendo*.

Altera est irrationalis) Pal. tert. ac Col *irrationabilis*. itẽ mox *rationabilis*. pro quo alij, *rationalis*. ¶ *Quod antequam impleatur*) abest quinque meis pronomen *quod*. considerẽt Critici quid opus facto. ¶ *Ibi interim cessabit, & remittet aliquid*) Pal. pr. *interim cessim & remittet*. sec. quart. *interim cessit, &*. tert. *interim cadet & rem.* Col. *iterũ ibi cedet*. notatũq. ad orã alias legi *Ibi interim cessabit*. illud *cedet* extat a secũda manu in Pal. pr. tert. quat. quid est? an licet suspicari *ibit int. cessim, & remittet*, &c sic certe suspicor. vos q. b. melior ille vt⁹ Apollo certius aliqd diuinate,

Vbi ergo est origo calamitatis? vbi illud malum verum est?) ait Pincianus scribendum ex codice antiquo: *Vbi ergo est calamitas? vbi illud vestrum malum est?* at mei fere omnes retinent: *vbi origo calamitatis, vbi illud malum verum est?* solum Pal. sec. scribit; *vbi origo calamitatis, & ibi illud malum verum est.*

Illic scilicet, si ista animum, &c.) Colon. codex hic iterum inculcat nugas illas supra eiectas, hoc modo: *illic causa aduersa fortiter portantis & prospera bona esse honeste iudicantis. Quod si ista animum distrahunt, &c.*

Si ista animum distrahunt) Modij membranæ referebant: *animum detrahunt:* quod præ vulgato probat. possunt enim etiam sapientis animum fortasse afficere variæ hæ, de quibus agit, turbationes; sed sic vt nihil pudendum in se admittat, aut vllo modo concidat, malisue succumbat. & *detrahunt* quidem est in Palat. quatuor & in editione Erasmi. editiones illæ quæ præferunt *distrahunt*, id hauserunt ex mss. quos producit in castigationibus suis Pincianus.

Multoque audire mauult, tanto melior quam tanto felicior) ita editio Mureti. bene quidem meo animo a sententia, non etiam forte a verbis, nisi si nititur mss. codicum fide. alias enim vulgatur: *quam felicior*; quod stabiliunt Palatinus primus, tertius, quartus, Colon. solumque sec. *quanto felicior*. & potest certe vox, *tanto*, facile subintelligi. Lipsius lib. 5 Epistol. quæst. 5. videtur legisse, *multoque audire mauult tanto melior, quam fortior*. illud tamen *tanto* putabat monachale glossema, legendumque: *audire mauult melior quam fortior.* at ego quocunque legamus modo, non etiam excluserim dictionem *tanto*. nam in ea huius sententiæ omnis posita vis & argutia; quemadmodum dilato lib. 29. cap 13. Suspic.

Si ad confessionem seruitatis adducunt) Pal. pr. tert. quart. *alliciunt*.

Quis quod dicitur de sapiente exigimus & a proficiente) sic & Erasmus & Colon. at Palatini quatuor: *quis de sapiente exigimus & a proficiente*. emendatumque ab alio quopiam in Palatino tert. *qui idem a sapiente exigimus et a proficiente*.

Vt ad omnes casus procurrerem) sic & Erasmus. at Palatinus pr. tert. quart. *percurrerent*. reduxerim *procurrerent*. quod ro Pal. sec. ac Col.

Animum non colorauit sed infecit. nihil ex his, &c.) auctior est coniunctione Pal. pr. tert. quart. Colon. itaque libens eam restituerim, legerimque vno quasi spiritu, *& animum non colorauit, sed infecit, nihil ex his, &c.* ootoque iterum, vti hic peruerso verborum ordine Senecam; nam certe plus est habere animum *infectum* quam *coloratum*. vide me lib. 27. cap. 9. Suspic.

Ab hoc enim impetus veniet meatis) Pal. tert. quart. Col. *venient*. & sic quoque sec. sed is non habet vocem *meatus*, proque *ab hoc*, refert *ad hoc*. Pal. pr. horum omnium verborum nihil habet.

Ab hoc omnis species qua imp. mouet, redigetur) Pal. sec. *ad hoc omnes species q. imp. mouent redigentur*.

Redigetur ad liquidum) Pal. pr. *redigetur ad nichilum liquidum*.

Quæ virtute contracta sunt) Pinc. quædam & Palat. pr. tert. quart. *coatenta sunt*. annotatumque ad pr. alias legi, *contracta sunt*. est in Col. *coacta sunt*.

His pretium quidem erit aliquod) Pal. pr. ac tert. *quidem curris aliquod.*

Cedunt enim nimio fulgore præstricti) Pal. pr. tert. *cedit enim*. sicque etiam quartus; sed is etiam habet *præstricti*. videtur fuisse in Palatino sec. *præstincti*. quod hic libens reduxerim.

Necesse est labent) Palatinus sec. tert. quart. *labantur*. pr. *labeatur*.

Et modo prodant) Erasmi editio, nec non omnes mei, *prodeant*. vellem scire cur id mutatum voluerit Muretus.

Properemus. ita demum vita) mei quinque, *itaque*.

Et sub arbitrium addactis) mei omnes: *arbitrium suum adductu*. habet Colon. *arbitrium suum abductu*. quod mihi abblanditur.

Nec si quid vltra Dacas bellicosum) Modius, quod esset in scripto codice, *Adahas*; legit, *vltra Dahas*. sunt enim *Dahæ* cum Sacis, Massageris, alijsq. interioris Asiæ populi, Persis quondam tributarij; cum quibus postea a Magno Alexandro, vt & alij multi, subiugati sunt. Strabo, Curtius, & quis non? est in meo Palatino primo ac quarto, *Clachas*. in secundo ac Colon. *ad has*. notatum tamen in secundo, alias legi *Dacas*. quod testat in tert. emendatum tamen ab alio *Dacas*.

EPIST. LXXII.

Liquebas mihi si reminiscerer: sed diu, &c.) ita editio Mureti. at Erasmi; *si rem edicerem per se; sed diu:* notatumque ad marginem, alias *ediscerem*. vnum exemplar Pinciani, *sic rem edidicerem: sed diu*. Palat. pr. tert. quart. *si rem edificarem per se*. sec. *si rem edidicerem per se*. Colon. *si rem ediscerem per se*.

Sed diu non retentans memoriam) sic & liber ille Pinciani; cui adstipulantur Pall. quatuor. nam Col. *non tentans*. Erasmi editio *retentante*.

Cum primum longiorem eodem loco sperauero moram) non damnat isthæc quidem I.C. quidam, sed inquit, apertius tamen quodammodo futurum, si legamus: *spectauero moram*. imo obscurius dixerim. nam vult Seneca, tunc alia aggressurum se, cum ipsi spes certior longioris eodem in loco mansionis. at quid hic *spectauero* faciat, ne suspicando quidem assequi possum. est in Palat. pr. ac tert. *sperauit moram*. sed alterum illud restat in tribus alijs.

Quædam enim sunt quæ possis & in cisio scribere) sic primum emendauit Pincianus ex aliquot scriptis. est enim, inquit, *cisium* genus vehiculi gestatorij, auctore Nonio Marcello. qui insuper ait legendum *quæ posses*. duo cum codd. habebant. *& in circo scribere*. publicatus ab Erasmo præfert; *quæ posset & succedende scribere*. non dissimulat tamen fuisse & qui legerent, *quæ possis & incise scribere*: & addit, scriptum forte fuisse, *incessim scribere*, quemadmodum dicimus *cursim*. nisi, inquit, *incise* dicitur *scribi*, quod ex interuallo scribitur. hæc ille. est in Palatino pr. *quæ possit & inscisie scribere*. sec. *& in scessionem scribere*. tert. *in circe scribere*; quod & supernotatum quarto, in quo, *in circo scribere*. Colon. *& in arto scribere*. cum omnia bene considero, elegerim illud *in circo scrib.* de quo vide me lib. 25. cap. 9. Suspic.

Non cum vacaueris philosophandum est) sic & Palat. sec. & Colon. nisi quod hic habeat ad marginem, alias legi: *nam cum*. quomodo repræsentat Palatinus quartus. primus siquidem ponit: *Nam vacaueris*. tertius vero, *Nam vacaueris*.

Vita protenditur) Colon. *vita producatur*. Palat. pr. sec. quart. *vita perducitur*. tert. *vita producitur*. an forte hisce mutandis causam præbuit vox insolens? *procuditur*. sic certe libet suspicari.

Sed eorum more) sic & vulgatus ab Erasmo & omn. mei mss. innuit tamen Modius Epist. 21. alibi publicari *& eorum*. quod improbat; insuperque pro eo quod habemus, *a continuatione sua discessit*, legendum putat *contin. discess.* omisso pronomine *sua*, quomodo & mei scripti quinque.

Imperfectis adhuc, interscinditur lætitia: sapienti vero contexitur gaudium, nulla rumpitur, &c.) Erasmus, *interscinditur lætitia. sapientis vero*. libri Pinciani: *interscinditur lætitia. Sapientibus vero, &c.* Pal. pr. tert. *Imp. adhuc interciditur: sapientis lætitia vero contexitur, cogitur gaudium. nulla, &c.* sic etiam quart. nisi quod ille, *interdicitur*. at sec. *Imperfectis adhuc interscinditur lætitia: sapientis vero contexitur. pura & perfecta conscientia. Gaudium nulla, &c.* Colon. *Imperf. adhuc interscinditur lætitia; sapientis vero contexitur. Gaudium nulla, &c.*

Nulla rumpitur causa, nulla fortuna) sic vetus lectio & Pinciani codicum & meorum. quod placet præ illo quod ostendit Erasmi editio: *contexitur gaudium, nulla rumpitur fortuna*, exclusis duabus alijs vocibus.

Aliquando extrinsecus quo admonemur mortalitatis interuenit) sic & Erasmus, sic Pal. sec. ac quart. & fere tert. ac Col. qui habent, *mortalitas*. est in pr. *quo admon. tranquillitas interu.* verum nihil horum mihi satisfacit. puto absorptam vocem propter affinitatem literarum quam habebat

bebat

bebat eum sequenti dictione; scriptumque *Aliquid aliquando extrinsecus, quo admoneatur mortalitatis, interuenit, &c.* perspicuo sensu, & illud *aliquid*, ne quid dissimulem, extat a secunda manu inter *aliquando* & *extrinsecus* in Pal. tert. quod dico, ne plagij, vt hodie sunt rerum nomina, conueniar de suspiciuncula quæ orta mihi ante visos mss. & habeo profecto aliqua de quibus dignius pararragœdiem.

Aliquo, inquam, incommodo afflatur) mallet Pincianus *Aliquando*. ooo & ego. nam alterum illud pertinaciter in meisquinque. & optime conuenit, meis quidem auribus.

Maximum enim illud bonum est fixum) sic fere ora editionis Erasm. *maximum enim bonum est fixum*. ipsa enim præfert: *afflatur maximus is, illud bonum est fixum*. quod vltimum fere in Pal. pr. ac tert. qui, *maximus hic illum bonum fixum*. est in sec. *maximus intus illius bonum est fixum*. quart. *maximum illud bonum est fixum*. videtur fuisse in Col. *maximum illud bonum intus est fixum*. sed postea fuit qui primam vocem mutaret in *maximus illis*.

Ac diutino emergentem, mei omnes excepto Pal. sec. *ac diuturno*.

Etiam si reddidit, non præstat) sic Pal. sec. ac Col. at mihi magis ad gustum quod in pr. tert. quart. *quam etiam medicus si reddidit non præstat*. de significatu vocis *præstare* ego lib. 2. cap. 15. Suspic.

Sæpe ad eundem quem excitauerat aduocatur) hoc est Mureti facinus. nam editus ab Erasmo *quem aduocauerat excitatur*. neque aliter membranæ meæ quinque, nisi quod in Pal. quart. *auocauerat*.

Animus semel in totum sanatur) & hoc a Mureti coniectura. nam nec Erasmi edit. nec vllus de meis quinque habet vocem *Animus*. aliquid ergo deest, inquies. fieri potest. sed præstat repræsentare mancum Senecam, quam. sed taceo.

Cui quid accedere) Pal. sec. Col. *aliquid accedere*. alij tres *aliquid accidere*. emendatum tamen in tert. *accedere*. & ita decet.

Cui quid abscedere non potest, id perpetuum est) lectio hæc, opinor, a Mureto. nam in prius vulgg. *id imperpetuum est*. omnino inepte. quid enim magis contra rem, quam cui aliquid abscedere non potest, *id imperpetuum*, hoc est, minime perpetuum esse? at tu dices forte legisse te disiunctim: *id in perpetuum est*, hoc est æternum. vade qua dignus es ongo. & Senecæ suam relinque sententiam, qui scripsit: *cui quid abscedere potest, id imperpetuum est*. hæc Mod. Epistol 21. & vltima isthæc lectio clare extat in Col. sed nec quisquam Palatinorum agnoscit vocem *non*. tantum in pr. ac tert. diuisim scribitur *in perpetuum est*. in quart vero *id imperfectum est*. at in sec. *id perfectum est*, additum tamen *im* ab alia manu. iure itaque amplector illud *imperpetuum*. scito tamen lector annotare Palatinum tertium hæc omnia adulterina. credat qui Senecam non nouit.

Nihil dat fortuna mancipio) Stephanus Proodop. lib. 2. cap. 11 notat opponi his ea quæ perpetua sunt, vsumque & hoc loquendi genere Lucretium hoc versu:

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.

Hac est etiam qua externa commendet) est hoc a mss. Pincian. nam Erasmi editio *æterna*. quod in nullo meorum. qui fere: *Hæc est qua etiam externa comm.*

Quorum auidus vsus ingratus est) Pal. tert. *auidius*. sec. *audis*. Col. ad oram, *auidis*. quod fere admiserim.

Missa a domino frusta panis) sic Pall. quatuor. Col. *a domino missum frustum*.

Erecti & attenti) hoc habet Muretus ab aliquot mss. Pinciani. Erasmus *attoniti*. quod solum extat in Pal. tert. ac Col. male.

Cui multum desit a summo?) Stephanus lib. 1. cap. 4. monuit & hic interrogationis notam collocari posse.

In cælum allenatur) sic videtur etiam fuisse in Pal. sec. alii quatuor, *in cælum eleuatur*. quod probo.

Imperitis ac rudibus) sic ad oram Erasmianæ editionis: ipsa vero *Impeditis*. quod in plerisque meis.

Quam non quidem attigerunt) vetus lectio Pinc. *contigerunt*. & sic omn. mei; nisi quod Pal. pr. ac tert. *quam vt quidem contigerit*.

Inane sine termino. Adhuc est genus) sic Muretus. nec displicet. Erasmi editio. *termino est. Adhuc est genus*. Pal. pr. tert. *termino est. Adhuc ergo tertium*, sine voce *genus*. sec. *sine termino est. Adhuc genus tertium*. quart. *inane sine termino Est ergo adhuc genus tertium*. Colon. *termino est, adhuc est genus tertium eorum*.

Sub ictu habent) a gladiatorum arte traductum videtur, qui sub ictu habent aduersarium, cum intectum & nudum iam iam icturi sunt: diciturque sub ictu esse, qui ictui se alterius exposuit. Et ab ea mente Lactantius quoque forsan lib. 7. cap. 12. diuin. institut. *Corpus igitur, quia factum ex ponderoso & corruptibili elemento, & tangibile est, & visibile, corrumpitur atque occidit, nec vim repellere potest, quia sub aspectum & sub ictum venit.* hæc Acidalius lect. Velleian. lib. 2.

Cum medios quoque sequatur fructus suus) sic & Erasmi editio. at ea priores *fluctus suus*, quod non displicebat Pinciano, quia præcessisset, *iam in portu sunt*. in Palat. pr. ac quart. *sequatur fructus suus*. in tert. *sequentur fructus suos*. sec. *sequatur fluctus suus*. Col. *sequatur fluctus suus*.

Periculum ad deteriora redeundi) sic Pal quart. at pr. & tert. *periculum & ad deteriora*. sed in textu correctum est, *dexteriora*. quod & seruat secundus. at Col. *periculum ad exteriora*. mihi nec isthæc, nec superiora aliquam multa satis sana videntur. certe suspicor hic alludere Senecam ad illud Virgilij lib. 5. *Quo tantum mihi dexter abis?* & si aspiraret minima aura antiquioris ms. rescripsissem: *periculum ad dexteriora abeundi*. nunc musso tantum.

EPIST. LXXIII.

Aditum confert securitas publica) ita & editio Erasmi. *securitas*, id est, tranquillitas. sic Cato ad Ciceronem: *vale & nos dilige, & institutio tenere, securitatem diligentiamque socijs & Reip. præsta* hæc Duarenus lib. 2 disput. anniu. cap. 22. apud quem de voce *securitas* plura. nostri libri hic nihil habent sani. nam Palat pr. ac quart. *quibus altum ad propositum bene viuendi confert securitas* sec. *quibus in altum propositum bene viu. confert secur publ.* tert. *quibus alterum ad propos. bene viu. confert sec publ.* emendatumq. ab alia manu: *quibus altum ad propositum bene viuendi aditum confert securitas publica*. Col *quibus aptum ad propositum bene viuendi aditum confert securitas publica*.

Vlla liberalitas potest) Palatinus primus, tertius, & ora Col. *libertas*.

Nec vllum habet malum cupiditas maius) Palat. pr. tert. quart *cupiditas peius*.

Habet hoc vitium omnis ambitio non respicit) ridicule quidam I. C. hic mauult *non retro spicit*. nam nihil aliud significat ipsum *respicit* noster Epistol 48. *Infinita est velocitas temporis, quæ magis apparet respicientibus.* item Epist. 92. *Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. quid facturi simus cogitamus: quid fecerimus non cogitamus.* iterum cap. 10 de breuit. vitæ *occupatorum animi velut sub iugo sunt, flectere se & respicere non possunt*, & alibi frequenter.

Quia incipit semper a fine) & hanc lectionem stabilio lib. 23. cap. 12. Suspic. contra assultus I. C. eiusdem, qui non incommode legi posse arbitrabatur: *semper incipit auere*. prius certe extat planitus in mss. meis quinque.

Diligit eos per quos) Palatinus primus, tertius, *diligat eos*.

Quorum beneficio illis se virtus exit) sic Muretus. Erasmi editio, *quorum beneficio illis in viis exit*. ora vero eius: *quor. benef. inuiis exit*. Palatinus primus, tertius, quartus: *quorum benef. in viis exit*. secundus, *quorum benef. illi in viis exit*. Colon. *quorum beneficio illis inuiis exit*. locus fractus, quem ego non redintegro; nec ille profecto, qui se iactat emendare: *quorum beneficio ille in viam exit: sic & hos, &c.* vel, inquit, *quorum beneficio illi scientia illuxit*. *In vitam exire* interpretatur idem, in rectum virtutis iter. quis vnquam vidit Africam fertiliorem monstrorum! si licet suspicionibus grauare lectorem, arbitrarer stare posse illud, *quorum beneficio inuiis exit*. id est, quorum beneficio certam viam virtutis & vidit & iuit, relictis locis inuiis.

Sic & his sub quorum) sic & editio Erasmi; ora vero eius *& hos.* cui fere consentit Palat. sec. a quo tantum abest coniunctio *&.* consentit autem omnino Pal. tert. in quo sic emendatum est a manu secunda. & placet.

Verum quoque alios rex viribus suis protegit) Pal quart. *iuribus*, & idem videtur fuisse in aliquot aliis, sed scriptura ambigua. Col. quoque loco *rex*, aliud vocabulum habuit longius. sed ita omnia penitus erasa sunt, vt nec vola nec vestigium prioris verbi appareret. libet tamen suspicari fuisse *respublica.* quam hercle vocem non flocci fecerim.

Et animosius a mercatore) particula *&* in nullo est Pall.

Pacis beneficium ad omnes pertinens) multo melius scriptura codices quinque manu exaratorum *pertinentis*, quod dehinc auctori redonabimus.

Qui eam ebrietati) Palatinus pr. tert. quart. *eam aut ebrietati.*

Quamuis non in meum honorem descripta sint) sic & Erasmus at Pal. pr. tert. *quamuis nil meum honorem descripta sunt* sec. ac quart *quamuis nihil in meum honorem descripta sint.* Col. *quamuis nil ad meum honorem descripta sint* putabat coniectura mea suspiciosa scribi posse, *quamuis nil in meum honorem districta sunt.*

Stultu auaritia mortalium possessionem proprietatemq; discernit) per *proprietatem* intelligit dominium, vt obseruat P. Faber ad L. 159. de reg. Iur. quem super hac differentia consulas licet.

Quam cuius illi cum humano genere consortium est) sic & Erasmi editio. dono Senecam aliquot literis auro pendandis: *quam cuiusuis. illi cum humano generi, &c.* sic, inquã, scribo, sic distinguo, auctoribus membranis Col. cuius vicem repositum in Pal. tert. *quam cuiuslibet. illi, &c.* erat in sec. *quam id cuius illi cum.* quæ profero, vt constet quam licentiose boni illi patres auctoribus splenia allinerent.

Nec enim essent ista communia) mei quinque *ita com.*

Epulum & visceratio) Pal. pr. tert. quart. *& emisceratio.* Col. *comiseratio.* sed ad marginem *inuisceratio.*

Discedit in partes) emendatum ab aliena manu in Pal. tert. *distrahitur in partes.*

Per quam sibi horum vsusfructus contingit) sic arbitrator Erasmus scriptum fuisse a Seneca, quod nõ aliter loquantur I.C. non, vt præfert editio eius, *vsus fructusque.* & quidem in Pal. sec. ac Col. est; *vsus fructusque:* in tribus vero aliis *vsus fructus quoque.*

Contingit illi pingue otium) Pal. tert. ac Colon. *contigit.* quod hic mihi potius.

Non est verum maior qua longior) Pal. pr. tert. quart. *quia longior.*

Quod vtendi etiam omnibus causa est) aduerbium *etiam* abest mss meis quinque.

Ac deinde creat purgamenta pro frugibus) sic quidem etiam Pal sec. ac Col. verum cum extet in aliis tribus: *ac deinde curat purgamenta.* id verbi non omnino eiecerim. quid ergo? conuocetur Senatus literarius; eiusque arbitrio aut viuat, aut valeat.

EPIST. LXXIV.

Vnum bonum esse quod honestum est. Qui omne bonum honesto circumscripsit, intra se felix est. Nam qui alia bona iudicat, in fortuna venit potestatem alieni arbitrij fit) nusquam hic ordo in mss. meis, nisi Pal. tert. qui tamen eundem damnat. scribamus itaque deinceps cum membranis omnibus: *quod honestum est. Nam qui alia bona iudicat, in fortuna venit potestatem, alieni arbitrij fit. Qui omne bonum honesto circumscripsit, intra se felix est. Hic amissis, &c.*

Maxima est ex omni mortalium populo turba miserorum) sic fere voluit emendari ex mss. suis Pincianus. cum esset in editione Erasmi, *maxima est ex omni mortalium populorum turba miserorum.* solum retinuit Muretus illud *est*, quod nosquam in codd. Pinc. exulatque adeo omnibus meis, in quibus etiam constanter *populo.* eam igitur lectionem sequamur. nam I C. ille qui legere se iactat; *maxime est ex omni mortalium populo, turba miseru, quam expectatio, &c.* nihil mera videt dic. quid enim magis alienum ab auctoris mente, quam quod eius emendatio nobis obiicit? quin imo dicit Seneca multo maximam omnium esse turbam eorum quos mortis excruciet metus; scilicet neminem non fere mortalium: cum illa alia quæ prius enumerauit, ad omnes non spectent promiscue.

Et euoluti bonis) I.C. idem ait, forte legendum, *despoliati bonis.* non est. nam & sic Latinus Pacatus Paneg. ad Theodosium: *non contenti auitis euoluisse patrimoniis, calumniabantur in sanguinem, & vitas premebant virorum iam pauperum.* sed & quod ille idem retenta vulgari lectione, autumat *euolutum* accipi pro *non pleno* & *vacuo*, nimium quam est improprium, ne quid acerbius dicam. sic nec *inuolutus*, vti ipse vult, pro *pleno* dicitur. quod nemo non nescit, nisi qui se omnia scire persuadere nobis cupit. propria magis significatio vocis *Inuolutus* patebit ex hoc Senecæ lib. 7. cap. 1. de Benef. *Inuoluta veritas in alto latet.* nisi & hic quo est acumine, *inuolutam* pro *plenu* capiat.

Percusso similis obstupuit) Pal. pr. ac Col. *obstipuit.* quod scio probatum iri a plerisque.

Non enim beatum est, nisi quod intrepidum) Pal. pr. tert. quart. *Non enim beatum est quod trepidum est.* quod palato meo non insipidum.

Ingentem sibi materiam perturbationis & inexplicab.) Pal. pr. ac tert *materiam cum perturbationibus, &.*

Expandit, sollicitus missilia eius exp.) mss. mei omnes, *expandit, & sollicitus.* Pal. etiam sec pluscula verba addit, *expandit, & sollicitus non dona, sed tela missilia eius expectat.* subducta tamen ea punctis, tanquam si spuria essent. nescio an sint.

In quos deuenerant prensu) bene. sicque Palat. pr. tert. quart. at ecce sec. *pensa.* Col. *præcisa* vterque perperam.

Aude rapiuntur, excussa sunt) sic placuit, credo, Mureto. nam Erasmi editio, meique quinq; *expulsa sunt.* quod meo animo melius.

Circa primum rixa est) quid hic alii videant, nescio: ego sane nihil extrico quod sententiam habeat tolerabilem si reducere licet veterem membranarum mearum Palat. quart. ac Col scripturam, quam & repræsentauit Erasmus, *circa pramium rixa est*, vera, meo animo, reddetur auctori sua lectio; eoque innuet, munera illa, quæ desuper spargebantur in vulgus. certe *pramij* vox, latioris omnino significatus: nec solum id comprehendit, quod honoris ergo benemeritis datur: sed omne quod iuuat, siue detur, siue rapiatur. habes exempla apud Turnebum lib. 15. c. 4 Aduers. Torrentium Comment. in Suetonij Titum cap. 7. Gulielmum Quæstionib. in Plauti Menæchmos cap. 1. vox *primum* manauit a Pinciano, qui eam in suis extare scriptis indicarat, arripuitque mox, vt eius fere omnia, Muretus.

Modo in hunc modo in illum respicimus) & hoc Mureti est facinus. nam editus ab Erasmo, meique quinque, *modo in illam respicimus*: mei inquam quinque, nisi quod in Palat. pr. ac tert. videatur primum fuisse *nullam resp.* medium illud tectum est, & respiciũt ad fortunam raptores isti moræ omnis impatientes.

Inuasimus inuadendiq; aliquos spes vana delusit, &c.) sic legitur in editt. prorsus obsoletis. Erasmi habet *inuasimus; aliquos spes vana delusit, &c.* ora vero eiusdem, *inuasimus, inuadentq; alij quos spes vana.* sed & notat Erasmus etiam esse codd. in quibus, *inuasimus. alij quos spes, &c.* scriptora quę in editione Erasmi, remanet in Pal. pr. tert. Col. nec abit quartus, nisi quod ipse scribat, *alios* pro *aliquos.* at sec. seruat: *inuasimus inuadimusque. Aliquos spes vana delusit.* additum tamen deinde a secunda manu ante vocem *Aliquos, inuadendique.* I.C. quis expedit se ista lectione: *Gaudemus si quid inuadimus. Inuadendi sed cum spes vana allusit, aut vilem prædam magno incommodo tollimus, aut inde pellimur.* id est, inquit, aut vile aliquid, aut nihil reportamus. non ita solet distorquere verba sua Seneca, nec vero id vult quod iste Turbo fingit. scribendũ potius, nisi mea me decipit diuinatio: *Gaudemus si quid inuasimus, inuadimusque inuadentes. Aliquando spes vana delusit. Vilem prædam, &c.* sed non est, quod hæc solide speremus restituere, nisi allucentibus vetustioribus membranis vnam eandemque lectionem. itaque & ego abstineo ma-

num; contentus addidisse, notare Pincianum, legi in mss. quos ipse excussit; *innasimus; innadendique aliquos spes vana delusit.*

Magno aliquo incommodo luimus) Pal. pr. ac tert. *incommodo diluimus.*

Aut inde fallimur) sic omnia habere exemplaria præter vnum in quo, *aut decipimur aut fallimur*, tradit Pincianus. & vero mei quinque, tres tantum voces agnoscũt; adsutum tamen ab aliena manu Pal. sec. *aut decipimur aut inde fallimur.* tert. *aut decipimur aut inde fallimur.*

Quicunq; beatus esse constituet, vnum bonum esse putet) sic fere ex veteri lectione Pinciani Muretus noster, quę habebat: *Quicunque beatus esse constituet &c.* cum prius legeretur: *Quicunque beatum esse se constituet* quam lectionem omnes a se segregant quos ego lustraui scriptos. manet lectio librorum Pinciani in Palat. pr. tert. quart. Colon. tantumque sec. *beatus esse constituit.*

Vita nos odium tenet) sic & margo editionis Erasmi, cum ipsa: *& vita nos.* melius est alterum illud, cui & subscribunt mss. mei.

Nutat omne consilium) ora edit. Erasmi: *Natat.* Pall. quatuor *Mutat omne cons.* & sic quoque adfixum oræ Col. quod non nemo probabit.

Non pietas constabit, non fides) sic diserte Pal. sec. ac Col. neque aliter emendatum in tert. videtur tamen prius ibidem fuisse, *pietas non hortabitur nec fides*: quomodo diserte in pr. etiam in quart. sed alio ordine; *non pietas hortabitur nec fides.* adscriptum erat pr alias legi, *nõ pietas comabit.* scilicet vulgatum verius esse.

Quæ pro maximis vulgus optat) sic & ora edit. Erasmi. Pal. pr. tert. quart. *quæ proximus vulgus.* sec. vt & vulgatus ab Erasmo: *quæ proximus vulg.* male illi, sed libuit tamen prodere, propter causam.

Perit gratia & relatio gratia. Æstimatur labor, si quicquam) videtur mihi sic quasi per nebulam, distinguendum, adhortante me ad id Col: *perit omnis gratia; & relatio gratia æstimatur labor, si quicquam &c.* altera tamen illa interpunctio restat in Palat. quart. nam in pr. ac tert. remanet; *& relatio gratia æstimemus lab. si quicquam &c.*

Non habet in vsu Deus) non abhorreo ab eo quod in Pal. tert. *in vsum Deus.*

Ergo aut quod incredibile est, bona Deo desunt) & hoc suspicor manare ab audacia Mureti. nam & Erasmi editio & mei quinque, *Ergo aut incredibile est, bona deo deesse.* nisi quod conspicatur in Col. *autem* non *aut.* quid dicemus? hoc nempe vel scribendum aut *credibile est bona deo deesse*; vel illud *incredibile* poni pro altero, & *in* esse augendæ significationi; vel certe latere aliud quid virii.

Animalibus quam hominis plenera) Pal pr. tert. quart. interponunt vocem; *animalibus quidem quam homini.* & ei hic sua vis.

Et æquabilior firmitas) Palatini quatuor, *& æqualior firmitas.* attendat lector.

Summum bonum in animo constituamus) sic & editio Erasmi. mei tamen quinque, *in animo contineamus.*

Nec decrescere quidem, aut minui) Palat. pr. tert. quart. *quidem, nec minus* iure placet.

mittamus eum veris proprietas in illis boni) Stephanus Proodop. cap. 3. non dubitat quin librarius omiserit abulum vnum, ita vt legere debeamus; *proprietas tamen illis*: vel *sed proprietas.* sic ipse. at mihi vtraque particula videtur magis lutulandæ sententiæ quam illustrandæ. & sic alioqui noster millies.

Vt nostra lingua loquar) Stephanus lib. 1. Proodop. ca. 1. non dubitat quin hoc de Stoica lingua intelligendum sit, id est, de sermone quem Stoicorum Philosophia sibi peculiarem habebat. & sic est. porro malim hic legamus, *& vt nostra lingua loquamur*, vt est in Pal. tert. nam pr. ac Col. *loquatur.* quod & ferri posset.

Producta) Stephanus Proodop. ca. 6. li. 1. inquit Senecã hoc vocabulo interpretari Stoicorũ Gręcorum vocẽ *προηγμένα*; quam Cicero *promota* etiam, nec non *præposita* & *præcipua* gaudet interpretari: & his contraria *ἀποπροηγμένα, rejecta.*

Si abducantur) Pal. sec. *vt si abducantur.* pr. tert. Col. *vt si abducerentur.* quart. *vt si auerentur.*

Tanquam depositis) Pal. pr. tert. quart. *quasi depositis.*

Ipsa enim felicitas se, nisi temperat premit) sic iussit corrigeremus ex scriptis suis Pincianus; & fecit Muretus. Erasmi editio habebat, *felicitas se, nisi temperatur, premit*: Pal. pr. *Ipsa enim felicitas nisi temperetur premit.* neque aliter Pal. tert. ac quart. etiam sec. nisi quod scribat *temperatur.* habet Col. *Ipsa enim se felicitas nisi temperatur premit.*

Si fugacissi bonis credidit, cito deseritur) sic mei quatuor, solum Pal. sec. *si fugacissimis bonis credidit quis, cito deseritur.* emendatumque in Pal. tert. *credit.*

Et vt non deseratur affligitur) sic alias legi monet margo editionis Erasmi, in qua, *& vt deseratur*: quod ipsum constanter membranæ meæ quinque. tantum in Pal. tertio mutatum *vt* in *ne*, sed ab aliena manu.

Quarum in ipso) sic & ora Erasmianæ editionis, item mss. mei: editio vero ipsa: *quæ in ipso.* male.

Intus instruamur) Pal. pr. tert. quart. *intus instituamur.* optimus Col. *Intus scrutamur.* fere suspicor scribendum, *Intus struamur.* nam animo meo fere constitutum est, idẽ signare, *instruere* & *struere*; quemadmodum alibi memini adstruere.

Ad conseruationem vniuersi pertinere) sic iussit scriberemus ex veteri lectione Pincianus. Erasmi enim editio *ad conuersationem vniuersi.* quomodo & mei quinque, nisi quod annotatum ad sec. & tert. legendum *consummationem.* probo illud quod eruit e suis Pincianus.

Catulorum amor in venabula impingit feras, quas feritas & inconsultus &c.) Pall. sec. ac quart. *Catulorum amor feras in venabula impingit, quas feritas & inc.* Col. *Catulorum amor feras in venabula impingit, feras quas feritas & & inc.* Pal. pr. *Catulorum amor in venerabilia impingit, inferasque & inconsultus.* tert. hic literas ita habet erasas, vt diuinare non sit quid ibidem primitus scriptum fuerit: proximum tamen vero, fuisse, *Catulorum amor in venabula impingit inferasque & inconsult.* pro quibus repositũ a secunda manu, ea verba quæ in editionibus vulgg.

Tanto vehementior per metus) mei quinque *vehementius.*

Quod negatis vllum esse aliud ab honesto bonum) sic ex quibusdam exempp Pinciani Muretus. alia eius, *quod negatis vllum esse aliud bonum quam honestum.* quomodo habet Pal. sec. Erasmi editio; *vllum esse honesto bonum.* Palatini reliqui tres, *quod negatis vnum esse aliud ab honesto bonum.* Col. *quod neg vllum esse aliud ab honesta bonum.*

Non faciet hac vos munitio tutos) sic alias legi notarat & ad oram editionis suæ Erasmus, in qua: *hac vos mutatio.* quod & in Col at Pall. quatuor *munitio.*

Si amicum bonum amisi) sic Muretus ex vno exemplari Pinciani, qui etiam sic fere malebat, quam quomodo publicauit Erasmus: *Quare si amicum &c.* inquit, tamen; si sustinetur particula *Quare*, per interrogationem legatur sententia necessum erit, vt sit responsio: *Si amicum bonum amisi.* & vero cum vox *quare* in meis quinque planitus compareat, ausim ei hic iterum postliminij iure dare locum.

Quid sit quaris? quod illos bonos fecerat) sic scribendum monuit ex membranis suis Pincianus. nam Erasmi editio: *Quod si quaris quid illos &c.* quod extat in Pal pr. tert. quart. nisi quod ii *beatos* retineant non *bonos.* alterum vero illud in sec. ac Col.

Non dices virum iustiorem saluis) sic & ad oram edit. Erasmi. Pal. pr. *Non dices vitam iustiorem saluis liberis quã amicis.* sec. *Non dices vitam iustiorem tam saluis liberis quã amicis*: tert. quart. *Non dices vitam iustiorem &c.* sed emẽdatum in tert. *virum meliorem.* Colon. retinet vulgatum; nisi quod voces illæ *saluis liberis* a secunda manu interpolatæ. illud *vita* est quoque in cusis præside Erasmo.

Nec ordinatiorem) Stephanus Proodop. lib. sec. cap. vlt. monet, necesse nobis esse, cum hãc legimus vocem, Græcum *εὐτακτότερον* nobis in mentem veniat. nam illud, inquit, ad huius exemplum dictum est, vtroque eandem originem habente; cum illud sit ab *ordine*, hoc *ἀπὸ τῆς τάξεως*, quo declarari ordinem omnibus notum est.

Non facit collectio amicorum) sic ex mss. suis Pinc. editus ab Erasmo *collectio amici.* annotatumque ad oram, forte *collaudatio*, non, *collectio amicorum*, verum est; no-

que aliter mei omnes, excipio Palat. sec. qui repræsentat *olectio*.

Sine citra senectutem finitus est) sic legendum ex mss. duobus, non *circa*, quod est in edit. Erasmi. monuit Pincianus. & *citra* quidem in Pall. quatuor.

Quamuis ætatis diuersa sit) sic & Erasmus. & Pal. set. alii quatuor *quamuis ætas diuersa*.

In eum in quo scriptum est, puluerem solueris) Adolescentes olim, vt ad ceteras artes perdiscendas libero nuidem homine dignas, animum appellebant, ita Geometriæ plurimum operæ impendebant. Quare in gymnasiis præsto semper erat abacus *puluere* conspersus in quo lineas virgula describerent, ac figuras ducerent: quas commode, si quid displiceret, aut immutarent, aut delerent; aliaque ratione deformarent. Hinc *puluis eruditus*, pro mathematicis disciplinis, a Cicerone lib. de Nat. deor. 2. vsurpatur: *sed si hoc non videtis, quia illum nunquam eruditum puluerē attigistis*. Rursus Tuscul. quæst. 5. *Ex eadē vrbe humilem homunculum a puluere & radio excitabo.* plura Brodæus lib. 1. cap. 1. Miscellan. & Colvius notis in Apolog. 1. Apuleij.

In se recessit vndiq. exclusa) sic Col. & Pal. sec. ac quart. at alii duo *vndiq. reclusa*. male.

Et in vllo alta pigritia) sic voluit corrigeremus ex mss. Pincianus. neque secus mei quinque. Erasmi tamen editio. *& nullo actu pigritia*.

Hoc enim stultitiæ proprium quis non dixerit) sic Col. at Palat. set. ac quart. *quis dixerit*, sine voce, *non*. etiam sine ea Palat. pr. ac tert. *hoc enim stult. proprium quis dilexerit*. non displicet media lectio.

Contumaciter facere quæ facit) melius mei: *quæ faciat*.

Inter diuersissimos motus) Pal pr. *aduersissimos*.

Iam propter illa ipsa) omnes mei *Nam propter*.

Quemadmodū in corporibus futuri languoris signa præcurrunt) sic solum Palat. quart. nam pr. *corporibus insignī languore signa præcurrent*. sec. *in corporibus languoris signa præcurrunt*. Col. *corporibus infirmis languoris signa præcurr.* quomodo & emendatum in ser. ac tert. qui tert. antea videtur habuisse *in corporalibus insigni lāguore signa præcurr.*

Malis quatitur) Pal. pr. ac tert. *malis quibus quatitur*.

Vetera atque oblitterata contristent) notatum in Col. alias legi *oblita*: correctumque in Palat. tert. *consternant*.

Et quæ præterierūt & quæ futura sunt, absunt: neutra sentimus) sic scribendum contendit Stephanus Proodop. li. 2. ca. 3. nam est perinde inquit ac si particulam, *atqui*, huic posteriori periodo præfigens dixisset, *Atqui & quæ præterierunt &c.* verum cum hæc ellipsis non animaduerteretur, sed ea verba ex quibus posterior periodis constabat, prioris periodi posterius membrum esse existimarentur, ideoque verbum vltimum ad particulam *vt* itidem referri; ex *sentimus* facere *sentiamus* audaces [illegible] nō dubitarunt. hæc Stephanus. illud *sentiamus*, constanter perstat in Erasmi editione, membranisque meis quinque.

EPIST. LXXV.

Minus accurat) hæc Epistola in ms. Col est ordine LIX.

Neq. enim Philosophia ingenio renunciat) sic & Erasmi editio, sic Col & Pal. sec ac quart. fere etiam tert. qui habet *ingenium renunciat*. at enim pr. concipit: *Neq. enim Philosophia ingeniorum velut gelu renunciat*.

Multum tamen operæ impendi) sic eruit e mss. suis Pincianus. neque aliter mei. Erasmi editio tamen *operis*. non bene.

Non delectent verba nostra, sed prosint) sic & Pal. sec. alii quatuor aliam adhuc admittunt vocem, *verba nostra tātum, sed prosint*.

Aut si parata est) implet magis aures, *si aut parata est*, quomodo expressit Erasmus, seruantque Pal. pr. ser. quart. Colon.

Talis vt res potius quam se ostendat) Erasmi editio & mei quinque, *Sit talis vt res*. itaq; miror qua subnixus ambulauerit fiducia Muretus qui nobis commentitiam toties lectionem impingat.

Compte de his) Col. *copiose*. Pal. pr. *contempte*. retinendum *compte*. quod restat in aliis exemp. tribus.

Quid aures meas scalpis?) notat Pincianus in aliquot fuisse codd. *meas scabis*? & sic fuit etiam in Pal. tert. mutatum tamen postea a secunda manu in *scalpis*, quomodo habent set. quart. Col. nam pr. præfert *meas scribas*.

Aliud agitur) Pal. tert *Aliud hoc agitur*.

Vrendus secandus abstinendus sum) sic Pall. quatuor. at Steph Epist. 30. ad Dalec. hanc scripturam a Latinitate ducit alienam. nec etiam approbet quod ex quibusdam vet. exempl. affert Pincianus *abscindendus*: quod præcedat, *secādus*. nā vt forsan hoc de quauis sectione intelligi possit, at illud, *abscindendus sum*, abscindendū mihi est membrū, significet, dubitaturum nihilominus quempiam an Seneca ita loqui fuerit sibi permissurus. sic ille. in Colon. est etiam *abscindendus*; notatum tamen ad oram alias legi *abstinendus sum*. qua vox tantum abest vt ego tolerare nō possim; exosculor etiam atque vlnis amplector vlnis. vtque idem postea faciant Æsculapij mystæ, eos vnice obtestor. causas promo alibi.

Ita vt excidere non possint?) Stephanus Proodop. li. 2 ca. 4. videtur his demere interrogatoriā notā ait enim videri respondentis. meo iudicio, male. nam crescit Senecæ oratio. aliud est discere, aliud quæ didiceris animo affigere, aliud experiri.

Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt?) sic Pal. pr. quart. at set. *illum vlli gradus sunt?* tert. ac Col. *infra illum aperit gradum nulli gradus sunt?*

Statim ad sapientiam praceps est?) sic Palat. pr. sec. tert. quart. nisi quod medii dum emendarum habeant *præceps est*. sed & Col. item editio Erasmi, vulgatum defendunt. non possum tamen non probare quod refert nescio quæ membranæ excussæ Modio; *statim a sapientia præceps est?*

Tamen etiam quod prope est, extra est) sic alias legi notatur ad editionē Erasmi, in qua, *quod prope est ex hora est*. quomodo pertinaciter mss. mei quinque.

Quæ fugerunt recidere) iidem omnes *decidere*.

In quadam epistola scripsisse me memini) melius in Pal. pr. set. tert. *scripsisse memini*, reiecta voce *me*.

Iam effugisse morbos, animi affectus nondum) vitiosa interpunctio. constituebat Modius Epist. 21 *eff. morbos animi; affectus nondum*. & sic etiam interpungit Palat. sec. mihique valde placet.

Extra periculum malitia) malitia hic pro *vitiositate* dicitur: eodem modo, quo a Græcis κακία. nam vt hoc a nomine κακὸς, ita illud a nomine *malus* ortum esse manifestum est. Seneca eo passim vtitur, non etiam Cicero; qui eius loco vsurpat vocabulum *vitiositas*; quod & nomen vitiorum omnium. hęc fere Stephan. lib. 2. Proodop. cap. 12.

Morbi sunt inueterata vitia & dura) Palat. pr. ac quart. *sunt macerata vitia*.

Postquam hæc animum impliciuer.) nonnulli codd. Pinciani: *Hæc cum semel ceperunt animam implicuerunt*. at Pal. pr. *altius hæc animum implicuerunt*. set. *alta hæc animū implicuerūt* emendatūque deinde alterius manu *& luxuria hæc cum semel ceperūt animū implicuerunt* tert *vt ambitio nimia Altius hæc cum semel animū ceperūt, artius implicuerūt*. sed correctum etiam postea alia manu ad hāc formāt *ambitio, luxuria. hæc cum semel animū ceperūt, implicuerunt &c.* quart. *altius huius animi implicuerunt* Col. *altum hæc animum implicuerunt*, notatumq; ad vocem *altum*, id est *altius*. latet vitium quod alias detegam.

Sicut distillatio vna) Pal. pr. *stillatio vna*. set. *sicut distillatio vrina vna*. notatum tamen ad oram, loco *vna* alias legi *vna*. reliqui mei firmant vulgatum. Stephanus ad Dalechamp. Epist. 30. persuasum sibi habet scriptū fuisse *distillatio nona*; proque se facere vult & quod cum hoc vocabulo velut copulatur, *nec adhuc in morem adducta*, & quod ei opponitur. ei ego præbeo assensum.

Nec adhuc in morem adducta) sic vetustissima quæque editio. sic & Erasmi; ne nimium sibi placeat I. C. quidam qui hoc modo se rescribere iactitat, cum editio eius præferret *mortem*. idem dictum velim de sequenti illo; *perfectio proximi*. Ita quippe se quoque legere nobis persuadere cupit, nō *profecto proximi*: cū prior illa scriptura etiā Erasmi occupet editionē; etiā alias ea posteriores. sed & mox edidit ipse *affectus disposuerunt*. adnotatque forte legendum, *deposuerunt*, cum *deposuerunt* istud clare extet in libris

emen-

emendatis ab Erasmo, aliisque recentioris impressionis hactenus. In Pal. pr. extat *in morem educta*, quod & repræsentat tert. nam quartus habet *eductam*. reliqui duo seruant *adductam*, notaturque a Colon. *morem*, id est *consuetudinem*.

Perfecte proximi) Pal. pr. *profecto proximis*. sec. *profectu proximo*. tert. *profectus proximus*. quart. *profecte proximus sunt*. Col. *profecte proximus*.

Sollicitatur libidine, sed habet etiamnum ambitionem) sic & editio Erasmi. ea priores: *libidine, sed tolerat etiã nunc ambitionem*. quomodo est in Col. meo. Pincianus volebat corrigeremus: *libidine, etiam nunc ambitionem sentit*, ex veteri, inquit, lectione; etsi quidam codd. eius legerent; *libidine, at etiam nunc ambitione*. malim ego: *sollicitatur libidine, ut etiamnum ambitionem sentit*, suadentibus fere membranis Pall. quatuor, quæ; *& etiam nunc ambitionem sentit*.

Nec hic quidem contemnendus est color tertius :) IC. ait, apertius ita legemus: *contemn. est ordo tertius*. quid de eo dicemus? nihil certe: nisi agnoscere vocem *color* mss. meos quinque, & sic iterum loqui Senecam supra, Epist. 52. *Hic tertius color est*. si tamen ipse Aristarchus auctori nostro, cedat mandata.

Et mala tenacissima) Pal. pr. *tetrissima*. alterum tamen occupat reliquos quatuor, & vero debet.

Deos malos non esse) sic quidem etiam Pal. sec. ac Colon. at pr. ac tert. *Deos maiores non esse*. quart. *Deos malos malos non esse* repetita voce.

Tam imbecillum est quod nocet) nulli meorum agnoscunt verbum *est*. sed & Palatino primo ac quarto *Tam imbecillum quo nocet*. ego odoror in proxime præcedentibus & his secretum vlcus, quod aperiam alias.

Optima & noxia carentia expectat nos, si ex hac aliquando face in illud euadimus sublime & excelsum. Tranquillitas animi est, expulsis terroribus absoluta libertas) sic & Erasmus. at Pincianus iubet scribamus: *Optima noxa carent. Expectat nos, si ex hac face in illud euadimus sublime & excelsum tranquillitas animi, & expulsis erroribus absoluta libertas*. sic inquit sese nobis imputare ex collatione & diligenti excussione veterum codicum. est in Palat. pr. *Optima vi noxia carent. Expectant nos ex hac aliquando fere. In illud euadimus sublime & excelsum, quod est tranquillitas animi & expulsis erroribus absoluta libertas*. sec. *Optima & noxa carent, & expectant nos. Ex hac aliquando face in illud euadimus sublime & excelsum. Tranquillitas animi & expulsis erroribus absoluta libertas?* tert. *Optima vi noxia carentia expectant nos. ex hac aliquando fece in illud euadimus sublime & excelsum: quod est tranquillitas animi, & expulsis erroribus: absoluta libertas*. sicque etiam Pal. quart. nisi quod præferat, *Optima innoxia carẽt*. sicque porro Col. nisi quod is retineat *& expulsa erroribus*. de hoc loco, dicam etiam alio tempore.

EPIST. LXXVI.

Inimicitias mihi denuncias) solebãt veteres, si quæ graues inter eos inciderent simultates, amicitiam solenni quadam ratione renunciare, & inimicitias præsentibus superstitibus profiteri. Exprimit euidenter Suetonius in Claudio: vbi de Germanico loquitur: *Ac ne tũ quidem vltra progressus, quam vt amicitiam ei renuntiaret, mandaretque domesticis vltionem: si quid sibi accideret*. de hoc ipso sic Tacitus li. 2. Annal. *componit epistolas, queis amicitiam ei renuntiabat*. iterum lib. 6: *Morem fuisse maioribus quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere*. Ad hunc morem videtur etiam Val. Maximus respexisse lib. 4; ait enim *Tiberium Gracchum tribunum plebis inimicitias ex professo cum Africano & Asiatico Scipionibus gessisse*. idem Valerius in eod. libro sic de Metello Macedonico scribit: *Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus dissenserat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio ad graues testatasque amicitias progressa fuerat*. nec id ignorauit Sidonius Apollinaris, qui sic Epistol. lib. 7: *Inimicitias indictas honeste exercet, tarde credit, celerrime deponit*. multo minus Cicero; sic enim pro L. Flacco ait: *Etenim cum a clarissimis viris iustissimas inimicitias sæpe cum bene meritis ciuibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus quemquam amicum patriæ nouas huic inimicitias, nulla accepta iniuria, denunciaturum*. nec mos hic solum priuatim obtinebat, sed & publice. Liuius lib. 36: *Consulti feciales ii Ny. Acilio Cos. num prius Ætolis renuntianda amicitia esset, quam bellum inferendum*. lib. 42 *Missi legati Perseo amicitiam renuntiarunt*. plura Ræuardus lib. 5. cap. 15. Variorum. Durantius libro 2. cap. 11. Variarum. Lipsius ad librum 2. Annal. Taciti. qui mihi hæc suppeditarunt.

Et quidem quintum iam diem habeo ex quo in scholam eo) notat Pincianus in nonnullis exempp. extare; *& quidem quintum*. sed ei omnino suspecta lectio ista, mallerque: *& quidem quintus iam dies abiit, ex quo &c.* ego acquiesco scripturæ vulgatæ, nam auribus meis valde est dulcis, & patrocinantur ei alioqui mss. mei quinque.

Si hoc vnum senectutem meam dedecet) editio Erasmi, meique quinque, *meam decet*; nec aliter quos lustrauit Pincianus, qui primum istud *dedecet* excitauit, sed de ingenio suo.

Hanc vt iuuenes sequamur) sicquidem Muretus ex lectione vna quæ ad oram edit. Erasmi. at mei quinque non habent vocem *hanc*, neque reperitur etiam in editione Erasmi; qui præterea monuit, alias legi in *hac senescamus*. de isto loco dicam & alias.

Discendum est quamdiu viuas) ad verbum ex Platone. pete mihi ad hunc locum bona multa ab amico meo Scipione Gentili lib. 2 Parerg. ca. 21.

Ego tamen hic aliquid & doceo) Palat. pr. tert. *ego tamen aliquid doceo*. sec. quart, Colon. *ego tamen & illic aliquid doceo*.

Neapolitanorum) Faber lib. 3. cap. 26. Agonistic. arbitratur hæc Senecæ spectare ad Musicum agonem qui Neapoli, quo pithaulæ tibicines, atque adeo præcones in theatro decertabant. Sane ibi quoque sacrum musicum & gymnicum in plures dies quinquennale ludicrum celebratum, quod componi, hoc est de paritate contendere cum clarissimis Græciæ illis agonibus posset, discimus ex Strabone libro 5. Geographiæ. Νυνὶ δὲ πενταετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. quod in honorem Augusti non ibi tantum, sed & ab Herode in Iudæa conditum e Suetonii Octauio cap. 11. & 38. & Iosepho lib. 15. Lipsius animaduertit. Neapolitani ergo tam gymnici quam musici agonis Dio li. 60. mentionem facit, ipseque adeo Philostratus in præfatione quam inscripsit ἰκόνα ad Iconas, quo loco. ἦν μὲν ὁ ἀγὼν τοῖς νεαπολίταις ἀγὼν, ἡ δὲ πόλις ἐν ἰταλίᾳ ᾤκισται, γένος ἑλληνες καὶ ἀστικοὶ, ὅθεν καὶ τὰς σπουδὰς τῶν λόγων ἑλληνικοί εἰσι. βουλομένῳ δέ μοι τὰς μελέτας μὴ ἐν τῷ φανερῷ ποιεῖσθαι παρεῖχον ὄχλον τὰ μειράκια &c.

Metronactis petentibus domum) notat Erasmus alias legi *Necronactis*. habetque eius editio *petenti domum*. at mei quatuor, *Metronactis petentes domum*. solum Pal. sec. *petentibus*; quod & Muretus hausit ex mss. Pinciani, nec videtur improbasse P. Faber.

Illud quidem fartum est: & hoc ingenti studio, quis sit Pithaules bonus, iudicatur) sic etiam citat Coluius in Notis ad lib. 3. Florid. Apuleii, item Faber lib. 3. cap. 26. Agon. at tamen conabar pridem: *illic quidem fartum & ex ingenti studio, quis sit &c.* nec ita prorsus displicet, nisi si forte reducenda vetcrior lectio, quam subiicit ex membranis Pinciaous: *Illud quidem ingenti studio, quis sit pith. bonus iudic.* vt reliqua sint superuacua. sed vocem *farcire* hic potius retinuerim; memor eius quod scribit noster Epist. 80. *Cogito mecum quantus ad spectaculũ non fidele & lusorium fiat cõcursus, quãta sit circa artes bonas solitudo*. est in Pal. pr. *Illud quidem & ingenti studio, quis sit Phitalaus bonus*. sec. *Illud quidem fuctũ est & ing. studio quis sit Pytaulus*. & sic quoque quartus, nisi quod ipse; *Phitalaus*. tert. *Illud quidem ingentique studio quis sit Phitalaus bonus &c.* Col. *Illud quidem fanctum est, & ingenti studio quid sit Pithaule bonus &c.* editio Erasmi: *Illud quidem factum est, & hoc ingenti studio, quis sit Pitaules bonus indicatur*. ad quæ, eius notę: In aliis erat, *quid sit*; nam subaudiendum est *quæris*. non enim quæritur *quis homo sit*, sed *quid res*, cuius gratia factus sit cõcursus. & cum de hominis artificio percontamur, non dicimus *quis est*, sed *quid est*? & respondetur *musicus est*. hæc

Era-

Erasmus. IC. quidam legere se profitetur: *Illud quidem factum est & hoc ingenti studio. Quid sit quaris? Pitaules bonus auditur. Habet tibicen. &c.* quanto molimine, quātas nugas! imo vero *iudicatur*. quomodo te docebit P. ille Faber.

Pithaules bonus) monet Erasmus fuisse etiam in aliis *Pytholaus*, putatque forsan legendum *Physaules*, ab inflandis tibiis. quod improbat Brodæus lib. 2. ca. 13. Miscellaneor. & *Pithaulem* aut eundem esse cum *ascaule*, aut parum admodum differre iudicat; Latineque *vtricularium* appellari. quem vide. At Turneb. libro 11. cap. 25, Pythaulas capit pro *tibicinibus qui Pythia cantant. Higinus Mythologicon cap. 273: *His quoq; ludis Pythaula qui Pythia cantauerunt.* Horatius de arte:

--Qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitq; magistrum.

Et praco concursum) nempe qui musicis agonibus vicerant, ipsorum laudes publice proclamabantur atque decantabantur a præconibus; qui præcones etiam deinde inter se decertabant. Cicero lib. 5. Epist. 68. quæ est ad Q. Luceiū: *Accedit etiā vt minor sit fides, minor auctoritas: multi denique reprehendant, & dicant verecundiores esse pracones ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas imposuerunt victoribus, eorumq; nomina magna voce pronunciauerunt; cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, aliū praconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse pradicent.* hinc factum vt sic de Nerone scribat Suetonius ca. 24. *Victorem autē se ipsum pronunciabat. qua de causa & praconio vbique contendit.* Scilicet cum agonothetarum munus & iudiciū, vel præconis potius obtemperātis agonothetis inuasisset Nero, contendit & ipse cū ipsis præconibus. hocq; est quod apud Philostratum de illo principum Romanorum propudio scriptum legitur, *ipsum relicto Palatio, in Graciam venisse, vt se praconis Olympicis Pythicisq; subiiceret; sed & Isthmiis vicisse; victorias eius istas scilicet fuisse cantum ad citharā atq; praconiū. &c.* plura de hisce P. Faber lib. 2. ca. 14. & 15. Agonist. a quo ego istbæc mutuo sumpsi.

In quo vir bonus discitur) augeo Senecā verbis aliquot quantiuis pretii, quæ summa iniuria iam ætatem & amplius ei absuerant; scribo, inquam, *in quo vir bonus quaritur, in quo vir bonus discitur.* sic certe constanter in omnibus mss. meis, nisi quod pr. Palat. & sec. habeat *dicitur* pro *discitur*, Col. vero *nascitur*.

Contemnendus est ille contemtus) scribamus suasu mēbranarum Pall quatuor, earumq; quas visitauit Modius, *contemnendus est ipse contemtus.* quo longe plus dicitur.

Honor offeretur) sic dicit fuisse in castigato exemplari Pincianus. Erasmi editio, *honor afferetur*. mei quatuor *honor affertur*. solum Pal. tert. *afferetur*. mutatum id tamen a secunda manu in *offertur*.

Aut paruo labore) omisit hic vocem a siue Muretus. nā editio Erasmi, & mei scripti omn. *Aut paruo labore cognoscitur.* quam certe trudere in exilium non possumus sine causæ dictione.

Sed est tanti laborare omnia bona semel occupaturo) sic & editio Erasmi, sic & diserte Pal. sec. & fere quart. nisi quod desit vltima litera vocis postremæ; scribat, inquam, *occupatur*. illud *occupaturo* est in Pal. pr. sed is habet *labore*; vt & tertius, qui insuper *occupatur* est in Col. *sed est tāti labore omnia bona semel occupatio* ort* est nuper I.C. qui legeret: *sed est honesto laborandū, omnia bona simul occupaturo.* lōge aliter catuli olēt, aliter sues. itaque emaneat cum inficeta lectione, discatque velle Philosophum, esse tamen operæ pretium grauem illum & magnum subire laborem, vt omnium bonorum simul & semel fiamus possessores.

Vnum enim est bonum quod honestum) particula *enim* interpolita est a mss. Pinciani, extatque in meis. Erasmus *excudebat, *Vnum est bonum quod honestum.*

Et vt in arctum qua dicta sunt contraham) scribit Pincianus voculam *vt* redundare ex manu exaratis; idemque ego profiteor de meis quinque.

Sapor vinum) sic voluit scriberemus ex veteri lectione Pincianus; cum haberet Erasmi editio, *& sapor vinum*: quomodo mei quinque.

Quare fortia dorso iumēta sint) dicit Pinc. legendū *quā* non *quare* ex codd. scriptis: & sic profecto legendum esse ipse clamat sensus, poscuntq; idē chirographi mei omnes.

deleatur itaque a fine, nota interrogationis index.

Id in quoque optimum est, cui nascitur, quo censetur) *censetur*, hoc est, in pretio est & admiratione. Auctor de causis corrupt. eloq. *Huiusmodi libri eorum extant, vt ipsi quoq; qui egerunt, non aliis magis orationibus censeantur.* Plin. li. 33. ca. 58: *Hac ars ita exoleuit, vt sola iam vetustate censeatur.* idem lib. 37. cap. 1. *musica artis ostentationis censeri dixit.* hæc Duarenus in tit. de orig. Iur. cap. 5. at circa lectionē variant hic mei. nam Pal. pr. tert. quart. *Ad id quoq; optimum esse debeat cui nascitur, quo censetur.* sec. *Id quoq; cuiq; rei optimum esse debet, cui nascitur.* Col. *Idq; in quoque optimum esse debet cui nascitur.*

In homine optimum quid est ratio) sic quidem etiā Erasmus. at Pal. pr. tert. *In homine quidem optimum ratio.* sec. quart. Col. *In homine quidem optimum est ratio.* & præposuerim fere alterutram publicatæ.

Valet & leones.) hæc etiam cum interrogatione scripta volebat Stephanus lib. 2. Prood. cap. 4. cum Erasmi editio præferat. *Valet. & leones &c.*

Non dico in his omnibus vincitur) perperam I.C ille: *nile dico*. nam non solum tuentur alteram scripturā omnes libri scripti, sed & Senecę mens id ipsum postular. poteram, inquit, addere vel ex vero, superari ab his hominē: sed sufficiat dixisse, paria esse illi alia.

Dulciorem mobilioremque luscinia) sic quoque Erasmus. at quinque nostri constanter *luscinia*.

Nunc enim non quarimus quid sit bonum, sed quid sit hominis bonū) sic tres mēbranæ, at Pal. pr. ac tert. *Nunc enim nō quarimus quid sit bonum hominis*, resectis aliis vocibus.

Id ergo in homine proprium solumq; est) reduxerim quod est in mss. quinque. *Id ergo in homine primum solumq; est.*

Si quis omnia alia) Pal. pr. tert. quart. abest pronomen *quis*, & mallem abesse.

Malus ex confesso sit) Stephanus Prood. lib. 2. ca. 11: adducit ad hæc locum Quintiliani: *Nisi forte laudare qua constet esse honesta, & vituperare qua ex confesso sint turpia, non est oratoris officium.*

Deficiatur pecunia) sic & Erasmus, at mei cōmuni suffragio: *deficiat pecunia.* arbitretur Criticus.

Ergo est vnum bonum hominis, quod qui habet) melius mss. mei; *Ergo hoc vnum est bonum hominis &c.*

Nec cui argenteum aut aureum rostrum est) sic voluit rescriberemus ex scriptis Pincianus, cum Erasmi editioni abessent *aut aureum*. adsunt tamen Palat. sec. quart. Col reliqui duo, *aut areum*.

Nec cuius tutela ebore calata est) isti: vocabāt Latini τὸ παράσημον, Dei signum proræ impositū, naui nomen imponens, vti ex Plutarcho in Conuiuio septem sapientum, & Luciano in dialogo cui titulus πλοῖον ἢ εὐχαί, apparet. Silius: *Tutelaq; Deum fluitant.* Ouidius 1. Tristium:

Et pictos verberat vnda Deos. Valerius Flaccus lib. 1.

Visa coronata fulgens tutela carina.

D. Lucas Actorū cap. 18: ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ ἀλεξανδρίνῳ παρασήμῳ διοσκούροις. plura Brodæus li. 1. ca. 10. Miscell. Turnebus li. 19. ca 2. Aduers.

Velox & consentiens vento) assumpsit Pinciani dubiā coniecturā, cū esset in Erasmi libris, eiusq; adeo mebranis, *& non sentiens ventum.* quomodo etiam scripti mei quinque. quod hercle hic malim qualecunque est, quam supposititium Pinciani. quemadmodū enim homo dicitur *non ferre vinum* qui subito datur in ebrietatem, sic & nauis dici queat non sentire ventū, quæ a minima aura huc illuc impellitur, quæ priusquam verum sentiat iam est in cursu. vide me lib. 23. cap. 11. Suspic.

Non cui deauratus est baltheus) Pal. pr. tert. quart. *non cui auratus baltheus.* quod vtcunque placet.

Eo quodq; laudatur cui comparatur) Pal. pr. tert. *quidq; laudatur.* sec. *Eo solo quidq; laudatur.* quart. Col. *Eo quidquid laudatur.*

Si ratio explicita & recta est) mss. quinq; *explicata.*

Et ad natura voluntatem accommodata) mei omn. *natura sua volunt.* quomodo etiam editio Erasmi.

Sola ratio perfecta beatum facit) Pal. sec. *sola ratio perfectum beatumque facit.* quart. *sola ratio perfectam beatā facit.* forte, *sola ratio perfecte beatum facit.*

Hoc autem vnum hominis bonum est) Pall. quatuor exclu-

alludunt dictionem *hominis*. solum est in Colomensi.

Quæ a virtute profecta) sic Pal. sec. reliqui quatuor *p̄fecta*.

Faciet, etiamsi laboriosum erit &c.) sic & distinguit editio Erasmi ... te hoc sibi vendicet nuperus I.C. at mei libri hic aliud quid interfarciunt. nam Pal. pr. tert. quart. *faciet etiam sine pecunia laboriosum erit*. sec. *faciet etsi non pecuniam afferet, faciet etiamsi laboriosum erit*. Col. *faciet etiam sine pecunia, etiamsi laboriosum erit.*

Faciet etiamsi periculosum erit) sic & Col. at Pall. nullus agnoscit vocē *faciet*. sec. etiam insuper nō habet vocē *erit*.

Ad turpia nulla spe inuitabitur) haud aliter quidē Erasmus. sed tamen cum chirographi mei destituantur vocula *spe*, fere dixerim superfluam.

Nullum aliud bonū quam honestum) Pal. pr. tert. quart. nihil horum verborum habent. restant ea tantum modo in Col. nam Pal. sec. *nil bonum est nisi honestum.*

Cui iam accidere vt non sit bonum non potest) sic & Erasmi editio. at Pal. pr. sec. quart. Col. *cui iam accidere ne sit bonum*. quod malim. est in tert. *cui iam accidere bonum nō potest*. quod velim excutiant docti.

Mutationis periculum effugit. Sapientia non eripitur, sapientia in stultitiam non reuoluitur) longe aliter membranæ. perlonge *periculum effugit: stultitia ad sapientiā eripit, sapientia in stultitiam non reuoluitur*. sic libri quos euoluit Modius. at Pal. pr. & Col. *Mutationis periculum effugit. Stultitia ad sapientiam eripit. Sapientia in stultitiam nonne reuoluitur?* sec. *periculum effugit. Stultitia ad sapientiā eripit. Sapientia in stultitiam non reuoluitur*. tert. *effugit stultitiam ad sapientiam erigit. Sapientia ad stultitiam non reuoluitur*. quart. *Stultitia ad sapientia se non erigit: Sapientia in stultitiam non reuoluitur*. iudicent quibus est iudicii copia. nos enim ampliandum nobis cēsemus potius, quam temere alicui præiudicium afferendum.

Amor ira cupiditas pericula depoposcerūt) Pal. pr. *Amore ira a cupiditatis pericula depoposc.* sec. *Amor, cupiditas ira pericula depoposc.* tert. *Amor, ira & nimia cupiditas pericula depoposcerunt*. quart. *Amore nimio & nimia cupiditatis pericula depoposcerunt*. Col. *Amor & ira cupiditas periculosa depoposcerunt.*

Quod si hoc potest breuis obstinatio) mei quinque *Quod potest breuis*, sine vocibus *si hoc*. & abesse possunt.

Sed æqualiter valet) retineamus hanc lectionem cōtra IC. qui legit, *æqualiter vadit*. nam, quamuis id verbum, vt ipse vult, frequens satis auctoris, at non etiam frequens, *ex impetu vadere* & vt esset, tamen prius mutandum non erat cum id & agnoscant mei scripti quinque, & vero postulet sententia auctoris.

Quorum nullus Diis visui est) Palat. pr. pro his omnibus verbis habet. *quorum nullum est*. sec. ac quart. consentit vulg. nisi quod referat; *nullum Diis visui est*. tert. *quorum nullum in visu Diis eorū est*. Col. *quorū nullū Diis in visu est.*

Quam est dum versantur in corpore) Modio Epist. at. Nouant. lect. haud dubie melius est scriptura membranārum, *dum mersantur*. animæ enim corpus quasi tenebrosus & profundus quidam carcer est, communi omnium sententia. ego nihil ausim mutare. nam *versantur* perstat in Pal. pr. tert. quart. Col. tantum modo repræsentat Pal. sec. *mersantur in corpora.*

Nisi animum alleues) Pal. pr. quart. *alleuas*, & deinde etiam *interrogas* at tert. habet, *animum eleues.*

Et salutem omnium ciuium tua redimas) sic legendum omnino. neque aliter erat primum in Palat. sec. qui tamen affictum habet a manu secunda, *tua morte redimas*. quod & in Pal. tert. etiam Col. qui nihilominus superpictū habet voci *tua*, id est *salute*. vox *morte* abest Pal. pr. ac quart.

Etiamsi nō statim facturus hoc eris) sic rescripsit Muretus. suasu codd. mss. Pinciani. prius publicabatur: *etiāsi statim facturus hoc eris*. quod cōstanter remanet in meis quinq;

Cum scieris tibi esse faciendum) vox *tibi* non est in Col. aut Pal. tert. at vero pr. ac quartus annectunt eam prioribus hoc modo *etiamsi statim facturus hoc eris tibi, cum scieris &c.* latet hic aliquid vitii.

In sordum ex re pulcherrima) sic & Erasmus & mss. mei quinque. putat tamen Pincianus scribendum maiori litera *Interim ex re pulcherrima.*

Exemptum q; rebus humanis) de hisce mortuis, qui non in rerum natura, non mala quædam Ræuardus ad L. 187 tit. de reg. Iur. ¶ *Sed ille quoque*) Pall. quart. *Sed ille quoque*. sec. *Sed & ille quoq;* probo: eo etiam magis quod sic legendum ex mss. suis prodat Pincianus.

Operis maximum & vltimum præstat) sic & Erasmi editio. at in mss. meis quinque, *operis maxime & vltime.*

Et parum grata existimatio ciuium: respondebit tibi. Ista omnia extra) sic & Erasmi editio; nisi quod illa, *parū grato*. corrigendum vult ex membranis suis Pincianus, *& parum grata existimatio ciuium. Respōdebit tibi, Ista omnia* quod sane placet. nam sic diserte in Col. neque aliter distinguit Pal. sec. aut tert. nisi quod vterque, *Respondet tibi.*

Dominus suis incumbunt grauia) sic & Erasmus. ad orā editionis eius scribitur alias legi *incumbant*. prius restat in meis quinque.

Aliquando & elidunt) sic & alias legi refert margo edit. Erasmi; quæ habet *illudunt*. quod postremum perspicue in meis quinque. forte rescribendum *illidunt.*

Sceptrum & chlamydem) nonnulla de hoc lib. 14 cap. 7. Suspic. ¶ *Elati incesserunt*) mss. omnes, *lati*. vnde formabat Colnius *alti*, notis ad 10. lib. Meram.

Cum basi illū sua metiris) sic & editio Erasmi, & mss. mei ac Pincianī. prius editi, *metire*, male nam hoc inquit; non modo statuam metiris, sed & pedamentum eius & sustentaculum. de ea voce Alciatus lib. 4. parerg cap. 2.

Paruus pumilio licet in mōte constiterit) scriptus codex quem Modius lustrauit: *magnus pumilio licet*. vnde ait forte scribendum, *Magnus pumilio non est, licet in monte*. Et herle Pinc. lectio omnis vetus: *Nō est magnus pumilio*, nec aliter Pal. tert. quart. Col. duobus tamē reliquis extat *Magnus pumilio licet*. fecerim paulula licentia. *Nanus pumilio, licet.* ¶ *Neminem æstimamus eo quo est*) sic & Erasmus. at mss. mei *eo quod est.*

Atqui cum voles veram hominis æstimationem inire) Pal. pr. sec quart. *At quouncq; voles*. tert. *Atqui cum voles naturam hominis & extimationem inire.*

Quæ putauerant aspera, cum assueuere, patiuntur) ita quidem & Erasmus. mei tamen vna voce amplius, *quæ put. aspera, fortius cum assueuere patiuntur.*

Nesciebam hoc mihi restare) sic Muretus, cum legisset apud Pincianum id inuenisse se in quibusdam codicibus notatum ad marginem. at legitur passim, *sciebam hoc mihi restare*: quod & Hispanus ille putat tolerari posse, si legatur per interrogationem, ducētem ad negationem. equidem fere est vt illud admittamus. nam omnes mei peruicaciter illud *sciebam* retinent. posset tamen etiam talis admitti interpretatio, quasi dicant imperiti illi, sciebam hanc & hāc rē, sciebam illā & illam mihi instare; at de isto, at de illo, nūquam cogitaram. quod mihi probabilius videtur: vt voci *hoc*, certa aliqua res demonstretur, eique opponatur; *omnia.*

EPIST. LXXVII.

S. V. B.) sic Muretus. mei tamen omnes *Subito*, Pal. tantum primus *Subiti.* ¶ *Alexandrina naues*) harum nauium classis instituta ab Augusto, vt quotannis aduehere frumentum. Ægyptus enim, vt facta tributaria, vnicum fuit subsidium habitum annonæ. Plinius in Panegyrico: *Percrebuerat antiquitus vrbem nostram nisi opibus Ægypti, ali sustentariq; non posse. superbiebat ventosa & insolens natio, quod victorem quidem populum pasceret tamen, quodq; in suo flumine, in suis manibus, vel abundantia nostra vel fames esset. Refudimus Nilo copias suas, recepit frumenta quæ miserat, deportatasq; messes reuexit. Discat igitur Ægyptus credatq; experimento, non alimenta se nobis sed tributa præstare* plura Lipsius lib 1. cap. 8. Electorum.

Omnis in pilis Puteolorum turba consistit) ita legendum non *pyris*, prodidit Brodæus lib. 1 cap. 40. Miscell. confirmatq; Lipsius Commentario ad 14. li. Annal. Taciti; vbi de his ipsis scriptor ille: *Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu euenisset, vt quisque acceperat, decurrere ad litus: hi molium obiectus, hi proximas scaphas scandere.* De iisdem Cassiodorus Variar. li. 9 *Quantis ibi molibus terminū decenter inuasi sunt? quātis spatiis in visceribus æquoris terra promota est?* Strabo lib. 5. ἡ δὲ πόλις ἐμπόριον γέγονε μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους, διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου. ὥσπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν, προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν Virgilius:

Qualis in Euboico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit. Ausonium in ea re corrigit Lipsius:
Vel qua Baianis pendent fluitantia pilis.
male enim hactenus, *palis*. enim vero *pilæ* illæ e saxo, vt Virgilius. quod restat in Pal. tert. legitur, *in pilis Puteolanorum*, neque aliter emendatum erat in sec.

Supparum intendere) *Suppara* non tam vela fuisse videntur, quam velorum quædam supplementa, & summæ partes, quæ supra ipsa vela & antemnam expandebantur: quod (vt opinatur Turnebus lib. 21. ca. 4. Aduersar.) sursum pararentur. Lucanus lib. 5.
--summaq; pandens
Suppara velorū perituras colligit auras Papinius 5. Sylu.
--vos summis annectite suppara velis. hæc Turnebus. videatur & Ios. Scaliger castigationibus quæ ad Festum.

Itaque quoties ventus increbruit) sic maluit etiam Modius Epist. 111. Nou. lect. habeturque in Pal. tert. mutatūq; est in sec. at vulgatur *increbuit*. præfert Palat. pr. ac quart. *quoties ventus incumbit*. quod non ita ineptum.

Cum intrauere Capreas & promontorium ex quo &c.) Misenī videlicet, vt Puteolos venirent. illic enim Alexandrinarum nauium portus, vt indicat Strabo li. 17. Infame naufragiis. colligas etiam ex Statio:
Prima salutauit Capreas, & margine dextro
Sparsit Tyrrhena Mareotica vina Mineruæ.
libabant procellosæ illi Palladi nautæ periculo maris defuncti. tangit & Tacitus lib. 15. Annal. *Ergo gubernatores, quamuis sæuiente pelago, a Formiis mouere & graui Africo, dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti, triremium plerasq; & minora nauigia passim amiserunt.*

Quia quantulumcunq; haberem) Pall. quatuor non habent vocem primam, *quia*.

Nam nec hæ maxima sunt quæ nos tenent) sic Erasmus. vox *hæ* non est in Pal. sec. eiusque loco est in Pal. pr. tert. *nā nec & maxima*. Col. *Nonne & hæc maxime sunt.*

Alioqui tam mali exempli esset prohibere dominum quā occidere) ita Muretus aliæque aliquot edit. quæ secutæ Erasmi iudicium, asseuerantis isthæc ita inuertenda. at tu mihi lege: *exempli esset occidere dominum quam prohibere*. perperam enim hęc verba loco mouisse, iure queritur Faber lib. 1. ca. 23. Semestr. & semel atque iterum cōmentar. ad reg. Iuris. quidni enim? cum alibi haud infrequenter sic loquatur Seneca.

Cœna peracta reliquiæ circumstantibus diuiduntur) ministris nimirum. Suetonius in Galba cap. 22: *Inter cœnam vero vsque adeo abundanter vt congestas super manus reliquias circūferri iuberet, spargiq; stantibus ad pedes.* ibi Torrentius. addo egregium Athenæi locum ex lib. extremo: Ἔθος δ' ἦν ἀναστᾶσιν ἐκ δείπνου καὶ σπείσασι, τὸ λοιπὸν τοῦ ἀκράτου τῷ διδόντι παιδὶ ἐκπιεῖν διδόναι.

Minutas igitur summulas distribuis) adducit Brissonius lib. 7 de Formulis, vbi agit de mācipiis, quib. cibaria præstari patresfam. testamento cauere solebant, de quo Scæuola in L. a filio §. 1. ff. de alim. leg. item L. seruos. ff. eodē.

Solium deinde) ita Mureti editio, ita Erasmi; aliç nescio quæ *solum*. Prorsus inepte. alterū illud stabilit & Modius membranarum auctoritate Nouant. lect. Epist. 111. neque abeunt Pal. pr. sec. quart. indico tamen referre Pal. tert. ac Col. *Dolium deinde* prius præposuerim. nam certe & *solium* in balneis.

Calida subinde suffusa) *aquam* subintellige. cuius locutionis exempla multa suppeditat Lipsius lib. 1. Elector. cap. 4. mēbranæ Modii Epist. 111 repræsentant *calda*. quod idē videtur restare in Pal. sec. reliqui tamē quatuor *calida*.

Lenis dissolutio animi) etiam Modius in mss. reperit vocem *lenis* nō *leuis*. Sed & iisdem aberat vltima vox *animi*. quorum vtrumque meis firmatur membranis. certe in nullo apparet illud *animi*. & pleriq; plenis literis *lenis*.

Et vita elapsus est) Palat. tert. ac Col. *& vita elapsus est*. sec. *& e vita elapsus*.

Nonne tibi videbitur stultissimus) sic quatuor mei, at Pal. tert *videtur*.

Qui fleuerit quod ante) Pal. tert. *qui fleuit*.

Quod vt extendas, quousq.) sic solum Col. emendatum tamen ad eam formam in Pal. tert. qui primum: *quod no extendas*, quomodo est in Palat. sec. ac quart. nam præfert pr. *quod non extendis quousq; extendas.*

Illigat ac trahet) sic solum Col at Pal. sec. *illigauit*. tert. *alligat ac trahit*. pr. quart. *alligauit*.

Quantus te populus morientium sequetur) sic quidem Muretus; at Erasmi editio: *te populus moriturorum sequatur*. neque aliter Pal. tert. quart. Col. est in sec. *mortuorum*. in pr. vero; *quantus te populus moribus horum sequetur*. vulgata Erasmo scriptura mihi sincera.

Impubes adhuc) Pal. pr. tert. quart. *impuber adhuc*.

Non sumes pueri spiritum, vt dicas, Non fermo: infelix) Modius Epist. 111. ait verā scripturam quæ in membranis: *Non sumes pueri spiritū? Dices, non fermo. Infelix*. at altera in Erasmi editione meisque quinque. forte fuit: *at dices, Non fermo. Infelix &c.*

Centum per vesicam tuam an mille amphoræ eant, saccus es) sic quidem Col. at editus ab Erasmo, Pall. que quatuor, *sac: us est*. quod non displicet; vt vesicæ accommodetur. & alludere eum puto ad morem Romanorum, quā per *saccum* vina transmittebant vt liquaretur. de quo videq; quæ scripsit Turnebus lib. 13. cap. 14. lib. 17. cap 18 lib. 23. cap. 25. adde notas Colui in lib 9. Metam. Apuleii.

Amicos & patriam?) sic in Pal. quart & Col. emendatumque ad eum modum in Pal. sec at pr. *Amicus esse patriam* tert. *Amicos an patriam?* est ad marginem edit Erasmi: *Amicus et patria?*

Tanti enim illam putas, vt tardius cænes? solem si posses, extingueres) forte & hoc Muretus a Lipsio; qui ex impura illa vulgari: *vt tardius cænes solemque si posses extingueres?* effinxit: *vt tardius cænes? sole quoq; si posses extingueres?* ita ipse li. 3. Epist. quest. 23. quā distinctionē probat etiam Stephanus li. 2. ca. 4. Prood. & acceptam fert nescio cui veteri exēplari quidā I.C. dicit legere se ac rescribere: *Tanti enim illam putas, vt tardius cænes? solam quā si posses, extingueres?* nam confestim, inquit, illud legitur: *Compesce, nō curia te, non fors, nō ipsius rerum natura desiderio tardiorem ad moriendum fieri. Inuitus relinquis macellum*. hæc ille. quę non magis intelligo quam si Vtopica essent scripta lingua. interim cedo mihi peluim, puer. nā altera lectione nihil est planius; cuius hic sensus; tantum abest vt propter desiderium patriæ tardius instituas cęcam, vt etiam, si fieri posset, Solem extingueres, maturioris cœnæ causā. est in Pal. pr. *vt tardius cænes post solem quam si posses extingueres*. reliqui quatuor stant a vulgata lectione.

Ista vita non mors est? Pal. tert. ac Col. *ista vita mors est*.

Quibus succursura mors est) Pal. sec. tert. *successura*. alterum melius est. ¶ *Non enim certus numerus quem debeas explere finitur*) Pincianus emendandum retur: *Num enim certus &c.* vt sit interrogatio. nihil mutauerim. nam, & priorem scripturam firmant mss. mei quinque.

Et Statilia breuis est) iubet Erasmus videamus Pliniū lib. 7. cap. 8. scribitur in Pal. pr. *& facie br.* sec. *& sane breu.* tert *& Sathena*. quart. *& Sara*. Col *& Satina*.

Qua inscribi monumēto suo iussit, annis se nonaginta nouem vixisse) solenne etat titulis sepulchrorū, spatiū vitæ eorum quorum corpora ibidem condebantur, exiliter ad calculos reuocare: & quot annos, menses, & eo amplius dies vixissent, cōplecti, in hunc modum: *vixit annis tot, mensibus tot, diebus tot*, vt ex antiquis monumentorum inscriptionibus, quæ in omnium passim manibus versantur, liquet. Brissonius lib. 7. de Formulis.

Quomodo fabula sic vita &c.) vnde Apuleius li. 3. Florid. *Deinde regressi ad populum, renuntiauere Philemonem poetam qui expectaretur, qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam consummasse.* vide plura apud Lud. Cœlium libro 19. cap. 22. lect antiq. non tempero tamen me quin adscribam isthæc Epicteti: Μέμνησο ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ. ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην· σὸν γὰρ τοῦτ' ἔστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου. id est; *Memineris te actorem esse fabulæ, quæ talis futura sit qualē magister esse voluerit si breuē, breuis: si longum, longa. Si mendici personam tibi dederit, fac eam scite repræsentes: si claudi, si principis, si hominis priuati. Tuum enim officium hoc est, datam personam*

nam belle repræsentare: eam autem eligere alius est. communicauit Stephanus, quem vide lib. 1. Proodop. ca. 7.

EPIST. LXXIIX.

Vt ipse distillarem) sic quatuor scripti; inque Pal. quart. *vt impedi stillarem* Criticus quidam imperiosus, & a quo discrepare contumacia est, melius censet: *distillarer.* licet inuitus, tuebor receptam. nam sic noster Epist. 24: *Mutius spectator in hostilis foculo distillantis dextra.* iterum de codē Epist. 66. *Manum suam in hostilis foculo distillantem spectauit.* denique Epist. 120. post med. *nunc destillatio, nunc distillatio.* & Lucanus lib. 8. Pharsal.

Carpitur & lentum Magnus distillat in ignem.

Patruo me indulgētissimi) sic & Modius Epist. 111. & chirographi quinque. prius male erat: *mei.*

Sed quam ille fortiter desiderare non posset) sic quidem Muretus, sed nescio quo iure. nam editio Erasmi, *desiderare non posset.* quomodo & scripti mei quinque. & sic retinendum clamitat sententia auctoris.

Hæc mihi dederūt voluntatē adiuuandi me & patiēdi) sic mei quatuor & editio Erasmi: eiusdem tamen ora; *voluntatem ad viuendum & pat.* quod etiam præfert Pal. tert.

Modicus tibi quantum ambules &c.) egregia ad hæc Mercurialis lib. 5. cap. 11. artis gymnast.

Vt legas clarius & spiritum &c.) Modius Epist. 111. promit ex mss. *& aut legas clarius, & spiritum.* quod ei plane bonum, si tantū pro *& aut legas*, legatur *sed aut legas.* mss. mei quinque propugnant alteram illam scripturam. at de *lectionum* differentiis, accommoda multa idem Mercurialis lib. 6. cap. 6 artis gymnast.

Vt impingas) Modius membranarum suasu legere monet: *aut massages.* prios illud tamen restat in meis quinque.

Contemnas mortem) Pal. pr. *contemnis mortem.* Col. *contēnere mortē.* vulgata lectio ruetur se tribus mss. reliquis.

Dolor corporis intermissio voluptatum) sic mei quatuor, at Pal. tert. *dolor morbi.* vitiosum putauerim.

Nam summi doloris intentio inuenit finem) Stephanus ad Dalecb. 35. dicit hic deesse particulam *cito*, legendumq; *cito inuenit finem.* alioqui autē dicere, *summi doloris intētio inuenit finem*, quid erat nisi quod lippis & tōsorib. notum est dicere? quis enim hoc nescit, quis aliquid esse putat, quod finē non inueniat? recte ille quidē: sed videtur verbū *inuenire* eam hic habere vim vt obuium quid esse, & breui aliquid repertom iri significet. sic certe omnino scribunt exemplaria exarata quinque, vtiturq; iterum noster ca. 3. lib. de vita beata. *Quæramus aliquid non in speciem bonum, sed solidum & æquabile, & a secretiore parte formosius. hoc inueniamus. nec longe positum est; inuenietur.* quare non est quod vel ibidem illud *cito* appingat Stephanus.

Istorū prima verminatio) Pal. pr. *primis verminatio.* sec. tert. Col. *prima germinatio.* quart. *prima minacio.*

Non minus hercle quam capitis ipsius Sed quo incitatior est, eo citius in alienationem) vetus lectio codd. Pinciani; *quam capitis ipsius si incitatior est.* Pal. pr. *quā capitis ipsius. sed incitatior est in alienationem.* sec. *cap. ipsius. sed incitatior est, sed alienationem* tert. *cap ipsius. Sed si incitatior est, in alienationem.* solum restat vulgata lectio in Col. cui soli non facile crediderim. ¶ *Stuporemq; conuertitur*) quatuor mei *soporemq;*, quintus *saporemq;*.

Quod imperitos in vexatione corporis male habet.) Pal. pr. *quod imperitis.* tert. *quod imperitis in vex. corp. male habēt.* quart. *quod imperitus in vexatione corporis male se habet.* Col. *quod imperitus quisq; in vex. corp. male habet.*

Animum deducit a corpore) tradit Pincianus veriorē lectionem esse, *diducit.* & sic Palat. tert. reliqui *deducit.* nisi quod quart. *deducat.*

Abstinere cibo, sitire, esurire) sic Erasmus, sic Pall. quatuor. at Col. *abstinere a cibo, sentire esuriem.*

Inde quorum fuit auiditas odium est) Pall. quatuor; *Inde quibus fuit auiditas cibi, odium est.* quomodo & Erasmi editio. Col. *inde quorum fuit auiditas cibi, odium est.*

Tolerabilis est morbi præsentia) Erasmi editio, & mei quinque, *morbi patientia.* miror vnde natum alterum illud, nisi sit a Mureto.

Tam miser est quisque quam credit)' sic solum Palat. sec. quatuor reliqui, *quam credidit.*

Detrahendas præteritorum dolorum conquestiones puto, & illa verba) sic Pal. tert. ac Col. Stephanus lib. 1. Prood ca. 2. dicit scribere se, *puta.* est in Pal. pr. *Detrahenda sunt præteritorū dolorū & questiones puto* sec. *Detrah præt. dolorū quæstiones puto.* quart. *Detrahēdas pr. dolorū & quæstiones puto.*

Feruent tamen omne tormentum gloriæ cupiditate) elegāter Chrysostomus in sermone de mansuetudine, sub finem: *Absurdū est quod Athleta in gymnicis agonib. & puluerib. verbora & vulnera ferūt, propter vana gloriam. coronā nullius momenti spectantes: nos autē coronandi a Christo nō imperamus ira, nec omnia fortiter toleramus.* Cicero etiā li. 2. Tuscul. quæst. *Tunc cum pueros Lacedæmone adolescētes Olympiæ barbaros in arena viderit excipientes grauissimas plagas & ferentes silentio &c. Videmusq; apud quos eorum ludorū qui gymnici nominantur magnus honos sit, nullū ab iis qui in id certamen descendant, deuitari dolorem.* vide & eundem lib. 5. Tuscul. quæst. sed magis P. Fabrum libro 2. cap. 13. Agon. qui hæc mihi suppeditauit.

Exercitatio ipsa tormentum est) intelligit eam, quæ fiebat in gymnasio & palæstra, quo deinde inter legitimos athletas in stadio pro corona decertare possent. de qua curate & prolixe P. Faber lib. 3. Agonist. ca. 5. aliisque.

Non corona nos palma est) cū aliæ atque aliæ in ipsis ludorū locis coronę præmii loco tribuerentur, æque tamen in omnib. *palmam* Hieronicis cōcedi solitam, ab auctorib. proditum est. Iul. Pollux cap. 30. li. 3. Onomast. ὁ ἢ νικήσας ἀθλα ἀνεῖλεν τὸν στέφανον ἀνεῖλεν τὴν ῥάβδον τῦ φοίνικ☉, ἢ τὸν φοίνικα ἔλαβεν. quo etiam respexit Virgil. lib. 5. Æneid.

Munera principio ante oculos circoq; locantur;
In medio sacri tripodes viridesq; coronæ
Et palmæ pretium victoribus.

Idem obseruat Plutarchus li. 8. Sympos. probl. quæst. 4. vide Natalem Comitem lib. 5 ca. 4. Mytholog. sed in primis P. Fabrum lib. 1. cap. 25. Agon.

Nec tubicen) Itaque de Hieronicis dicitur ἐστεφανώθη, ἐκηρύχθη, ἀνεκηρύχθη, ἀνηγορεύθη, ἀνεδήθη τῷ στεφάνῳ, ἀνῆκεν αὐτὸν ὁ κῆρυξ apud Pollucem ca. 30. li. 3. Onomast. Quo spectās Philo vbi de Iacobo luctatore ei sermo: [illegible] ... στεφάνοις. [illegible] ... Sic & Chrysost. in Epistola quadā ad Episcopos & Presbyteros carcere inclusos: [illegible] ... hucque referendū istud quod Theodoretus ca. 9. circa finē Epistolæ prioris B. Pauli ad Corinthios; illud Pauli explicās; Nescitis quod qui in stadio currūt, omnes quidē currunt, sed vnus accipit brauium *Illic cum multi certant*, inquit, *vnus solus a præcone renuntiatur: hic autē eorū qui recte certant vnusquisque renunciationem assequitur.* hæc fere P. Faber lib. 2. ca. 13 Agonist. apud quem videātur plura.

Quid mi sentias, si illum) sic solum Col. at Pall. quatuor: *Quid ergo non sentis si illum.*

An concitatum & breuem) Pal. pr. sec. *an cogitatum & breuem.* Pal. tert. quart. Col. *an coarctatum & breuem*

Cū ob hoc ipsum irati tortores) insulse prius; *mirati tortores.* quod primū prodidit, quod sciā, Modius Nouant. lect. Epist. 111. sed tamen præstat legamus, *cū hoc ipsum irati tortores*, eiecta præpositione quæ nec in Erasmi editione, neque adeo in vllo mss. meorum nisi Pal. tert. qui tamen cōsentit cum aliis, quod legat *irati.*

Corpus tuū valetudo tenet) liber vnus Pinciani, *Corpus cum valide tenet.* alii eius, *Corpus valetude tenet.* quod ipsi placet. generalis enim, inquit, est sententia. meis quinq; adest pronomē *tuum.* ¶ *Non animum*) ora editionis Erasmi; *non & animum.* Pal. sec. *num & animum?* ¶ *Itaq; cursoris moratur pedes*) sic iussit scriberemus ex vett. libr. Pinc. non *morantur*, quemadmodū editio Erasmi. & prius illud sane pertinaciter in meis quinq;. ¶ *Et in vestimentis vir fortis apparet*) noret mihi hic lector *vestimenta* pro stragulis quæ circa lectum ægrotātis. ne forsan nouus aliquando superueniat ardelio substituatque *in stramentis.*

Si nihil exorauerit) ita & Erasmus; nec nō Pal. pr. quart. Col. at sec. *si nihil te exortauit.* tert. *si nihil exorbitauerit.* quod hercle fere putarim auctoris germanū. ¶ *O quā magna erat gloriæ materia*) ita etiā Erasmi editio, ita & Modi' loco citato, nō *magna erit*, quod præferūt aliquot cus.

extatque in Palat. pr. quart. retinet Palat. sec. *magna esset.*

Præterea duo sunt genera voluptatum: corporales morbos inhibet &c.) Pal. tert. *duo genera voluptatum: corporales morbi inhibent, non tamen tollunt.* & mox *incitans*, non vt vulgatur *incitat*. sed nihil mutandum. nam ansa ei data hæc corrigendi, quod *morbus* scriberetur per *o* hac forma, *morbos*. sic sane exhibent Pal. pr. ac quart. qui tamē retinent numerum, vt loquimur, singularem, *inhibet*, & *tollit*, & *incitat*.

Quicquid ex abstinentia contigit) quinque mei, *contingit*. & placet.

Quantumlibet sit illud) quidam codd. Pinciani; *Quantum liceat sit illud.* & sic quoque Pal sec. ac quart.

Quam imperiit) Pal. pr. sec. quart. Colon. *quam imperit orium.*

Interim tene hoc interdictus, aduersis non succumbere) credo isthuc esse ab ingenio Mureti. Erasmi enim editio & omnis scripta lectio: *Interim hoc tene, hoc morde, aduersis &c.* quod omnino rectum; vti latius docebo lib. 4. cap. 6. Opinionum.

Omnem fortunæ licētiam in oculis habere) de hac phrasi quædam ego lib. 16. cap. 9. Suspic.

Leuius accedit) sic & Erasmi editio, sic mei quatuor. at Pal. tert. *leuius accidit.* quod probauerim.

EPIST. LXXIX.

Nam Scyllam saxum esse, & quidē non terribile nauigantibus, scio) sic editio Erasmi: annotatq; videri negationē redundare, vt intelligamus hoc scire Senecam, Scyllam respōdere fabulis, de Charybdi dubitare. alioqui, inquit, hęc vox, *& quidem*, augere solet, non excipere aut imminuere additque, quendam codicem habuisse: *Nam Scyllā quidem saxum esse & quidem nō terribile nauig.* vnde dubitat, num forte scriptum fuerit, *Scyllam quidem saxum esse, sed æquis terribile, non nauigantibus*; vt intelligamus hactenus Scyllam respondere fabulis. sic ille. at concinnabat P. Faber lib. 1. ca. 14. Semestr. *nam Scyllam saxum esse, & quidem modo terribile*: qua voce id significet Seneca, suis etiam temporibus Scyllam respondisse fabulis, & periculosissimum fuisse nauigātibus. inde illud crebro iactatū est. *Incidit in Scyllam.* sane Plinius *in freto Siculo esse scopulū Scyllam, item Charybdim, mare verticosum, ambo clara sæuitia,* testatur lib. 3. ca. 8. meminit iterum noster Epist. 14. & 45. hæc Faber. cui libēs assentiret, nisi putarem me æque bono sensu reponere posse, *& quidem omnino terribile*; aut rescribendum potius omissa negatiua vocula, *Nam Scyllā quidem saxum esse terribile nauigātibus*, vti clare est in Pal. tert. quart. neque fere aliter Col. in quo: *Nam Scyllam saxum esse quidem terribile nauigantibus.* negatio tamen extat in pr. ac sec.

Vtrum vno tantum vento) sic & editio Erasmi; ne putemus manasse a Modio Nou. lect. Epist. 111: qui libros videtur habuisse cusos, in quibus, *vtrum non tantum vento*. quod ineptum. prius illud est in meis quatuor. nam quintus voce illa minuitur; repositaque tantum deinde a secunda manu.

An omnes tempestas aquæ mare illud contorqueat) sic reposuit ex veteri lectione Pincianus, cum esset in editione Erasmi; *atq; mare*. quod concordi calamo expresserunt mei chirographi quinque.

Quicquid illo freti turbine) annotat Pincianus libris aliquot scriptis abfuisse dictionem *freti*. & abest sane Pal. pr. sec. restatque tantum in quart. nam tert. ac Colon. habent *quicquid illo fero turbine.*

Quod aliquanto longius nauigantibus) sic solum Palat. tert. reliqui *aliquando*, vt & Erasmus. facit huc Æliani illud li. 8. ca. 11. τὴν γοῦν Αἴτνην φασὶν οἱ πλέοντες, ἐξ ἱκανοῦ ὁρᾷν, ἢ αὐτὴ ἐθέλοιτο.

Nauigantib. solebat ostēdi) sic voluit reponere mus Pinc. nam Erasmi editio *soleat*. alterum illud restat in meis omnibus.

Ac largius effertur) quisquam ne dubitabit, tantū non ex illis qui iurati semper & vbique dubitare, quin membranarum lectio, præ vulgata auro redimenda sit, quę habet: *ac largius efferunt* Si quis hercle, si quis; huic ego mētis igniculos euanuisse iāpridē contēdo. hæc Modius. mss. tamē mei quinq; scripturę olim causæ fideliter patrocinātur.

Ob eam causam fumo quoq; per diem segnior) sic putauit legendum Pinc. coniectura ductus. nam scripti eius, & editio Erasmi, *fumo quoque per diem segnior*. quomodo & præfert Palat. pr. sec. quart. Colon. solum erat in tert. *fumus quoq; per diem segnior*. quod certe non ita sordidum mihi.

Nec ignem non manere eundem qui non ipse ex se est) sic quidam codd. Erasmi; alii vero, *nec ignem manere eundem.* quanquam, inquit, vtriusq; lectionis idem est sensus. quale est illud Maronis: *Nec sales tāgere curas.* mei scripti mire hic tumultuantur. nam Palat. pr. *nec manere eundem; quia non ipse ex esse, sed &c.* sec. *nec manere eundē, quia non ipsum ignem ex se esse, sed.* tert. *nec manere eundem, quia non ipsum ex se est, sed.* quart. *nec ignem nec manere eundem, quia ipsum non ex se esse.* Col. *nec ignem non manere eundem, quia non ex se ipso enim esse credendum est, sed &c.*

In aliqua inferna valle conceptus exæstuat) hocque fere est quod etiam auctor ille Carminis de Ætna; vbi canit:

Sed summus si forte putas concredere caussis
Tantum opus, & summis alimentum viribus oris,
Quis valida in promtu cernes validosq; recessus;
Fallere. sed nondum tibi certa hac lumine recto.
Namq; illud quodcunq; vacat specus omnis hiatu,
Et res introrsum soluunt, adstuq; patenti
Conuersa languent vires, animosq; remittunt &c.

ad quæ videantur notæ Iosephi Scaligeri.

Et alibi pascitur) sic editio Mureti. at Erasmi, *& aliis pascitur*, quomodo Palatini mei quatuor, notatumq; idē ad oram Col. in cuius contextu, *& alias pascitur.*

Perforatum pluribus locis solum) sic dixit fuisse in aliquot suis exempp. Pinc. ab Erasmo editus, *feratum pluribus*. sicuti etiam est in Pal. pr. sec.

Morbo enim tuo daturus eras, etiamsi nemo mādaret tibi donec Ætnam describas) sic & editio Erasmi, nisi quod addat voculam, *nemo quod mandaret*. & annotat ipse, variarę lectionem, sed nihil tamē arridere. Si cui, inquit, displicet vulgata, perpēdat num ita legi possit: *Morbo enim tuo daturus, etiamsi nemo.* vt hic per aposiopesin subaudias *rogat*. mox. *Quid? mandem tibi, vt Ætnam describis in tuo carmine, & hunc solennem &c.* sentit enim illum morem poetarum nō omissurum in descriptione locum quem libenter tractent, qui facile splēdescat. sic Batauus ille. est in Pal pr. *morbo enim tuo daturus eras, etiasi nemo quod māducare tibi donec Æthnam describas, nec tunc solenem &c.* sec. *morbo enim tuo dat. eras, etiasi nemo mādaret tibi quid donec describas Æthnā. nec pudor obstat Æthnā describo in tuo carmine.* tert. *etiāsi nemo quod mandaret tibi. Ne pudor obstet Æthnā describi tuo carmine, dū hunc solennem &c.* Pal. quartus destituitur vocibus fere tredecim, pręfertque, *ab igne vicino. Et etiam si nemo dabit quid manducatione tibi, donec Æthnā describas, in tuo carmine, ne hunc solennē &c.* Col. *morbo enim t. d. eras etiasi nemo dabit quid manducare tibi, donec Æthnā describas in tuo carmine, ne hunc solennē &c.* locus de quo tria verba non hiscam. videor tamē agnoscere aliquid quod alludat ad *manus ductionem.* ¶ *Et hūc solennē*) ita editio Erasmi: ad marginem tamē notatum alias legi, *ne hunc solennē &c.* ¶ *Seuerum quidē Cornelium*) et adserit opusculū de Ætna, quod Virgilio quidā adscribunt, idem Scaliger. ex quo, inquit, poemate, quod nobis ex omniū illius scriptoris operum naufragio reliquum est, potes aduertere, quantus fuerit ille vir in penetralibus Heliconis; quamque melius nobiscū ageretur, si ille potius iniuriam temporis effugisset, quā isti pingues Cordubenses poetæ, Musarum ὀψιμαθεῖς, qui non tam meruerūt vt in loco legitimorum habeantur, quā ipsi, vbi legitimos desideramus, in vacuum venerūt. ¶ *Omnibus præterea feliciter*) Pal. tert. *Omnib. postea.* ¶ *Crescit in dies, & inuenturis*) sic etiam Erasmus. at Pal. tert. *Crescet in dies scientia & inuenendis.* sicque etiā margo Col. qui tamē ipse, *crescit indies scientia & inuenturis &c.* ¶ *Quæ aliter instructa*) Stephanus Prood. lib. 2. ca. 11. suspicatur legendum: *aliter structa*. meo animo male. nam *struere* & *instruere* vnū & idem denotare, conatus sum alibi probare in libris Suspic. & alioqui hic *instructa* exquisite conueniret; quod omnino defendant meæ mēbranæ quinque. ¶ *Sunt enim publica*) sic certe sibi hodie multi serio persuadent, aliorūq;

ideo

ideo inuentis passim vtuntur, tăquam suis: præcipue ouperius Senecæ corrector. ¶ *Iurisconsulti negant quicquam publicum vsucapi*) videtur tantum non malle Stephanus: vel, *at Iurisconsulti negant*, vel, *Iurisconsulti antĕ negăt*. ego nihil temere addiderim. nam particulas noster nimium quam frequĕter negligit: admiserim potius locum illŭ similĕ, qui est Epist. 88. *Negant I.C. quidquam vsucapi quod publicum est &c.* ¶ *Saliuam mouit*) Scaliger ad Virgilij appendicem interpretatur *gustum facere*. vnde etiam Persius *—surdorum nosse saliuam*. & *saliuatum* Columellæ quicquid ἀναμψοῖ, hoc est quicquid gustum reficit. vide & Turneb. lib. 10. ca. 7. Aduersar. ¶ *Retracturus ingenij tui vires* sic ex Pinciani lectione veteri Muretus. neque secus est in meis quatuor. editi ab Erasmo, *retractaturus ingenij*, item Pal. sec.

Hoc habet boni sapientia, nemo ab altero potest vinci) sic Erasmus, Palat. pr. & sec. at alij tres: *sapientia, non potest vinci. Nemo ab altero potest vinci, &c.* & sane ego istius vocem litem peregrinitatis temere non mouerim.

Nisi dum ascenditur) Pal. sec. *dum incenditur*. forte *dum inscenditur*. sed alterum illud mihi satisfacit.

Deterat assidua vis ignium) iussit nos expendere Pincianus an hoc modo legi non posset, cum extaret passim in cusis & calamo exaratis, *detrahat assidua*. eius iudicium vt secutus sit Muretus, videmus. at mei tamen omnes habent illud *detrahat*. & locum certe suum defendere potest; imo defendit. sequitur enim: *virtutem non flamma, non ruina inferius adducet. hac vna maiestas deprimi nescit, &c.* ergo reducatur.

Inferius adducet) vetus lectio librorum Pinc. *abducet*. sicque Pal. sec. alij quatuor vulgato fauent, me volente.

Cælestium stata magnitudo est) sic & Erasmi editio, ac placet. quatuor tamen mei *statuta magn.* Pal. vero pr. *calfata magnitudo*.

Qui suspicentur diem quibus sol) non possum non amplecti quod Modij obtrudunt mss. Epist. 111. *qui suspicetur diem, cui sol, &c.* quod in Pal. pr. ac sec. nam & sic quoque mei quinque, nisi quod in Pal pr. ac sec. *quis suspicetur*.

Hoc nos oportet agere. Lucili carissime, in hoc ire, &c) sic quidem Erasmus. at dictio *oportet* nusquam comparet in mss. meis. nec quicquam tamen est eius vicem. solum Pal sec. repræsentat, *Hoc nos agere Lucili karissime, in hoc ire toto impetu decet, licet pauci, &c.* at alijs quatuor illa vox *decet*, deest.

Licet nemo videat) ita legitur alias ad marginem edit. Erasmi. at ipsa, *nemo viuat*. quod & in meis quinque, nisi quod Pal. tert. præferat *vinat* Col. hæc sic distinguit: *Licet nemo. Viuat Gloria, &c* Stephanus lib. 2. cap. 6. Prodop. putat fere aptiorem futuram interpunctionem; *in hoc ire impetu toto. Licet pauci sciant, licet nemo videat, gloria vmbra virtutis est*: quod si, inquit, legeretur, *quæ vmbra virtutis est*, affirmarem quod alioqui affirmare non audeo. hæc ille. ego suspicor fere quomodo isthæc emendanda, leui admodum mutatione. sed cum mihi ipsi coniectura non satis arrideat, ne promam quidem.

Respuit, nec intellexit) ita Erasmus meique quatuor. at in Pal. tert. initio fuit *spreuit, nec, &c.*

Vides Epicurum, quantopere non tantum) sic & Erasmus. at Pal. pr. *quanto tempore*. reliqui quatuor; *Vides Epicurum, quem tantopere non tantum*, &c. quę scriptura mihi vegeta & sana, si modo roboret eam a fine interrogatoria nota.

Circa quas delituerat) scribit Pincianus codd. suos emendatiores habuisse, *apud quas delituerat*. at hoc mihi valde ineptum præ altero illo, quod ne deinceps dubitemus pro germano auctoris, testor extare in mss. meis quinque.

Inter bona tanta nocuisse quod ipsos) sic constanter mss. mei quinque. at I.C. quis legit, *inter bona tanta profuisse, quam quod ipsos*. insignem hominis impudentiam! nam quid præterea dicam!

Nunquid ergo non, posteaquam esse desierat, inuentus est?) notet & hic mihi curiosus lector (nam porcos Vmbros, nihil moror) inusitatum significatum vocis *inuentus est*. idem cum propemodum hic notat quod supra Epistola præcedenti. *Nam summi doloris intentio inuenit finem.*

Nunquid non opinio eius emicuit; sic Pal. pr. quart. Col. alij tres vt & Pinciani codd. *enituit*.

Qui voluissent per eadem) pr. eponendam vult particulam, consilio mss Pincianus: *& qui voluiss.* sicque Pal. sec. ac tert. at deest tribus alijs.

Si modo illam bona secutus est fide) de ea locutione dictum Epist. 22. alia exempla affert Iuretus notis ad lib. 4. Symmachi Epist. 52.

EPIST. LXXX.

Ad sphæromachiam auocauit) ita certo legendum, non: *spyromachiam*, vti placebat Pinciano, & deinde alteri cuidam I.C. nuper contendi. & vero non ego primus ille aduocatus Philosophi: ita etiam superiore æuo legendum sensit Phil. Beroaldus, vti videre est cap. 8. libelli quem vocat Appendicem annotamentorum in Suetonij Cæsares. meminit etiam horum Papinij, in Epistol. ad Marcellum: *Sed & sphæromachias spectamus, & pilaris lusio admittitur.* & prodit, alibi scribere Sidonium, *vti certamine sphæræ se primum fuisse signiferum*. quin & locum huuc minime mutandum prodidit etiam Stephanus Epist. ad Dalech. 34. item Petrus Faber lib. 1. cap. 6. Agonisticōn, quem videat curiosus lector. nam mss. mei sic habent; pr. *omnes molestos ad spero in athenia aduocauit*. sec. tert. *ad speromachiam aduocauit*. quart. *ad speram eterina aduoc.* Col. *ad speram methemam aduocauit* vt forte legendum sit, *ad sphæremachiam aduocauit*. Stephanus quidem dicta Epist. dubitat num potius scribendum sit, *euocauit*. verum siquid mutandum, fere est vt fuerit *abuocauit*. quod idem cum vulgato.

Cogitationem meam impedit) sic solum Pal. sec. quatuor reliqui *impediet*.

Non alleuatur velum) intelligit velum quod prætentum foribus. Suetonius cap. 10. Claudij, *prorepsit ad solarium proximum, interque foribus prætenta vela se abdidit*. & Eligabalus narrante Lampridio: *Subito militum strepitu exterritus, in angulum se condidit, obiectuq; veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, se texit.* Iulius Pollux describit lib. 10. αὐτὸ μὲν τὸ ... ἐπὶ ταῖς θύραις, παραπετάσματα ... [illegible] ... πολύχρουν. id velum leuabatur in admissionibus, vt patet ex loco isto Senecæ, item altero Lampridij in Alexandro. *Salutabatur quasi vnus de Senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis.* Inde apud I.C *causas cognoscere leuato velo*, id est palam omnibus admissis. L. 5. cod. de naufragiis: *De submersis nauibus decernimus, vt leuato velo ista causa cognoscantur.* Ad hæc & talia vela facit lapis vetus Romæ: TI. CL THALLVS PRAEPOSITVS VELARIORVM DOMVS AVGVSTIANAE. Erant tamen & alia *vela* in cænationibus arcendi frigoris, itemque ornatus causa: de quibus noster lib. 4. Quæst. natur. & Tertullianus de habitu muliebri. Lipsius ad lib. 13 Annal. Taciti. Erasmi editio præfert: *non alleuabatur velum*. at Pincianij & mei quatuor, *allenabitur*. Palat. tert. *non elenabitur*. pr. & quart. habent *celum*.

Licebit vni vadere, quod magis &c) recepit hoc ab Erasmi suspicione Muretus. nam editio eius; *licebit vno vadere*. Pal pr. *licebit vno euadere, quod*. tert. *licet vno vadere, quod*. quart. *licebit vno vadere quo magis*. Col. *licet vno vadere quod*.

Et sine interpellatore secretum) mei fere omnes, *interpellatione*.

Ex stadio profertur) sic plane Colon. Pal. tert. ac margo Pal. sec. in quo est, *studio*. quod & in quart. & ad oram pr. cuius textus, *ex fastidio*.

Et in huius rei contentionem) Pal. pr. *sed in huius ipsius re contentione*. sec *sed in huius ipsius re contemplationem*. tert. *sed in huius ipsius rei contentionem transfert*. quod sequor. nam & sic quart. ac Col.

Non fidele & lusorium fiat) sic solum Pal. sec. & ora Col. nam in contextu eius *& luxuriosum*, quod occupat reliqua exempp. vix admiserim.

Qua Solem ardentissimum) Cicero de claris Oratoribus: *pugiles inexercitati, etiamsi pugnos & plagas, Olympiorum cupidi, ferre possunt, Solem tamen sæpe ferre non possunt* subministrat Faber lib. 3. cap. 6. Agon. apud quem plura.

Vt proiectus, vt conculcatus.) sic solum Palat. sec. reliqui *proi. & conculcatus*. quod malim.

Illi multo cibo, &c.) sic mei omnes præter Palat. tert. in quo *Illis multo, &c.* quod non ita displicet.

Multo oleo) olei nomine impensam significari sumptumue, qui fit ad scientiam artemue aliquam perdiscendam, ducta scilicet ab athletis, quos aliptæ ac pædotribæ inungere solebant, metaphora, cum ex eo quod ἐν γυμνασίοις διὰ τῆς ἀλοιφῆς διαπονεῖσθαι Dionysius Halicarnasseus in arte περὶ τῶν πανηγυρικῶν tradidit, manifesto colligitur: tum etiam ex iis veterum testimoniis intelligitur, quæ ad parœmiam illam, *Operam & oleum perdidi*, ab Erasmo prouerb. 62. Chiliad. 1. Centur. 4. adferuntur. Faber lib. 1. cap. 14. Agonist.

Longa denique opera) ita quatuor scripti. at Palatinus secundus: *multa denique & longa opera*. quod non ita insulsum.

Peculium suum, quod comparauerunt ventre fraudato) de hoc late Ræuardus ad L. 19. tit. de reg. Iur. Lipsius ad lib 14. Annal. Taciti. Brissonius lib 6 de Formulis. nimirum moribus receptum erat vti seruus interdum cum domino quasi pacisceretur in certum pretium: quod si exoluisset, liber esset. id pretium e peculio serui, vel aduentitio lucro. Virgilius eo respiciens:

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. & vetus sane ille mos, cuius vestigia plura in Plauto. vt Asinaria, Strobilus reperto thesauro:

Quom ego illi inuenisse me hanc prædam dico, atq; eloquor?
Igitur orabo vt manu me mittat, ibo atq; eloquar.

Gripus seruus Rudente.

-ad herum veniam docte atq; astute
Pauxillatim pollicitabor pro capite argẽtum, vt sim liber.

& clarius in Casina:

Quid ista tu me libertate territas?
Vobis inuitis atq; amborum ingratiis,
Vna libella liber possum ego fieri. quod non aliter intelligendum, quam vt cum hero iam ante pactus fuerit in libram. Et in hanc sententiam scripsit Hermogenianus aduersus dominum consistere seruis licere; *si suis nummis redemptos se, & non manumissos contra placiti fidem adseuerent.* L. 53. ff. de iudiciis. item Vlpianus: *Qui se dicit suis nummis redemtum, si hoc probauerit, exinde liber erit ex quo redemtus est? &c.* quædam & ego ad hanc rem lib. 8. cap. 6. Suspic.

Pro capite numerant) *pro capite dare, numerare* seruus dicitur, qui pro libertate dat. L. 51. § vlt. ff de pecul. L. 10. ff pro empto. coniuncta. l. 4. §. de illo. ff. de vsucap. velut alias dicitur, *ob pactionem libertatis*, l. 9. ff. pro empto. Sic Plautus compluries loquitur, vt in Persa. act. 1. Sc. 1.

Vt des mihi nummos sexcentos, quos pro capite pendam.

idem Pseudolo act. 1. Sc. 2. *Tu autem quæ pro capite argentum mihi iam iamque sæpe numeras: Eaq; pacisci modo scis, sed quæ pacta es non scis soluere.* idem Pœnulo act. 3. Sc. 1.

Cum argentum pro capite dedimus, nostrum dedimus, non tuum.

Liberos nos esse oportet, &c. Brissonius lib. 3. de verbor. signif.

A te petas) Pal. tert. *abs te petas.* fere placet.

Illa nobis primum iugum imponet) vox *primum* excest Pal. sec. tert. Col. habent tamen alij duo, hoc ordine. *primum illa nobis iugum imponet.*

Nulla sollicitudo in alto est) pridem defendi hanc lectionem contra nugas I. C. cuiusdam reponentis *non alta sollicitudo in arcto est.* addentisque; *in arcto* dixit, hoc est in paupere ac paupertate. nihil pote insulsius; imo *in alto est.* hoc est, diuersi sunt pauperes ab eo qui *spem vultu simulat, premit alto corde dolorem*; nec enim sollicitudo eorum penitus adacta, superficiem tantum, vt ita dicam, occupat, non iecit interius fundamentum. nec aliter sane hunc legisse locum P. Fabrum, liquet ex lib 1. Semestr. cap. 24. maioris fidei causa addo hæc Senecæ Epist. 23. *leuissimum metallorum fructus in summo est: illa opulentissima, quorum in alto latet vena.* rursus Epist. 71. [*Extrinsecus aliqua sunt incommoda, veluti in corpore interdum robusto solidoq; eruptiones quadã pustularum et vlcuscula: nullum in alto malum est.* iterum cap. vlt. lib. de Prouident. *Non in alto latet spiritus, nec vtique ferro eruendus est.* hactenus. in Pal. tert. ac Col. legitur *in altero est.* prius tamen custoditur ab aliis tribus.

Hilaritas ficta est, aut grauis & suppurata) bene. Pal. pri. *hil. ficta est, aut grauis & subpruata* sec. ac tert. *aut grauis aut suppurata.* quart. *aut grauis & subpurpurata.* Col. *aut grauis & soporata.*

Et quidem grauior) melius mei quinque, *eo quidem grauior.*

Quæ nobis partes quas male agamus assignat) adiicit voculam ex mss. Pincianus *partes has quas male ag.* at ea non est nisi in Col. meo.

Ille qui in scæna elatus incedit) ita Mureti editio. & sic ora edit. Erasmi, nec non Palat. tert. non male. superioris æui edit. *latus*, quomodo & Palat. pr. ac quart. reliqui *latus.* diuinaui olim inuersis literis: *altius*, vt respiciat ad cothurnos. Pincianus malebat *laxius.*

Et hæc resupinus dicit) sic constanter mss. nec iniuria. est tamen qui rescribit *& honore supinus.* quia, inquit, *honore supinum* dixit Iuuenalis. bona verba. quasi vero non etiam dicat Martialis lib. 5. Epigr. 8. *Hæc & talia dum refert supinus.* sed quid huiusmodi, quæso, inferunt? *ô seculum insipiens & infacetum.*

Ex impero Argis) videtur typographi mendum. nam voluit Muretus *En impero*, ex libro suo Siculo. neq; aliter Pal tert. aut Col. restatque adeo in cæteris editionibus, *En impero.* sed & sic legendum iampridem monuerat Gallica illa Siren Turnebus lib. 12. cap. 11. Aduersar. quandoquidem idem putaret etiam reponendum Quintiliani lib 9 cap. 4. vbi legebatur monstroso vocabulo. *Hyperoargue sceptra mi liquit Pelops.* Lipsius lib. 5. Epist. quæst. 5. inquit se versus causa emendare: *Imperito Argis.*

Qua ponto ab Helles, &c.) puto ex his Ciceronem emendandum in Oratore ad Brutum: *Verba legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non vt poetæ exquisita ad sonum, sed sumpta de medio: Qua Pontus Helles, &c.* legendumque *Qua Ponto ab Helles.* siquidem ad huius versum respexit. sic Lipsius.

Seruus est, quinque modios accipit. &c.) Coluius notis ad lib. 9. Apuleianæ Metamorphoseos scribit forte reponendum *quaternos modios accipit.* quod inquiat alibi Donatus in Phormionem Terentij: *Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, & id Demensum dicebatur. vtrum a mense, an a metiendo, incertum est.* nisi si forsan, inquit, in Donato potius scribendum *quinos.* nihil horum. nam non hic forsan agit de cibariis menstruis seruorum Seneca, licet id ipsum adstruere etiam visus lib. 1. cap. 8. Electorum Lipsius & innuat Commentario ad lib. 1. Annal. Taciti; vbi de modo lucaris agitur. & de eo hercle hic etiam agit Philosophus noster. videturque *merces* vulgaris *actoris*, fuisse *modij quinque & totidem denarij.* quod vtrunque Lucianus septem æstimat denariis. sic de eadem inquit re in Icaromenippo: ἐοικότες μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν ἢν ἀφέλῃς τὰ ἐμβάτα, καὶ τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην στολήν, τὸ καταλειπόμενον [illegible] γελοῖον ἀνθρώπιον, ἑπτὰ δραχμῶν ἐς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον. non aliter hęc certe ceperim, vt cõsentiat cum Seneca nostro risor ille hominum Deumque. dubito tamen cum Lipsio, an vterque de diurna agat mercede. vtique cum Capitolinus ita scribat de M. Antonino Philosopho: *Temperauit scenicas donationes, iubens vt quinos aureos scenici acciperent, ita tamen vt nullus editor decem aureos egrederetur.* aut igitur historicus iste de menstrua agit, aut certe productione tota, aut denique merces tam ampla ad principes scenæ pertinet, non ad pueros histrionum. vide præterea Lipsium.

Ille qui superbus atque impotens) duo ista simul quoque iunxit Valerius Max. lib. 9. cap. 5. *Iam Xerxes cuius in nomine superbia & impotentia habitant, &c.*

Diurnum accipit) cur superius confidentius paulo *quinque* illos *modios* attribuerim seruo actori, tanquam actori, faciunt isthæc verba Senecæ; quæ videntur proprie spectare ad alimentum seruile, sed videntur tantum; non etiam fortassis spectant.

In cœnaculo dormit) allusit Iupiter ille Plautinus primaria comœdia:

Ego sum ille Amphitruo, cuius seruus Sosia:
Idem Mercurius qui fit, quando commodum 'st;
In superiore qui habito cœnaculo.

Quos

Qui interdum fit Iupiter, quando lubet. ita putat quidem Coluius notis ad Apuleij Apolog. 2. non ego. reuocauerim potius lectionem quę ad oram editionis Erasmi, *in centunculo dormit.* sic sane omnino legendum, vt doceo lib. 24. cap. 5. Suspic. sicq; fere omnes mss. mei. certe Pal. tert. pr. quart. *centunculo.* sec. *centaculo* Col. *centuculo.*

Quot supra capita hominum) scilicet, serui plurimum sex, lecticam illam sibi in collo collocabant. vnde frequēs mentio *hexaphori*. & ideo poeta:

cum iam sexta ceruice feratur. item alter:

Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat? Interdum octo; quod genus, *lecticam octophoron*, raro viris vsurpata, nisi in supinis delitiis aut morbo. Suetonius Caligula cap. 43. *Iter confecit modo festinanter & rapide; interdum adeo seguiter vt octophoro veheretur.* Martialis:

Octophoro sanus portatur, Auite, Philippus.

Hunc tu si sanum credis, Auite, furis.

sæpius, vt opinor, feminis, & minore probro. Apuleius 2. Apologia: *Vectabatur octophoro. vidistis profecto ipsi qui adfuistis, quam improba iuuenum circumspectatrix, &c.* Martialis: *Octo Syris suffulta datur lectica puella.* Qui ferebant, serui. Seneca alibi: *Non turba seruorum lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina portantium.* dictique *lecticarij.* Seruius Sulpitius: *Coactus sum in eadem lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in vrbem eum referre.* Inscriptio vetus Romæ: TI. CLAVDIO AVG. LIB. TIGRANO EX CORPORE LECTICARIORVM CAESARIS. sæpius & ea vox in Pādectis. vnde & Martialis *lecticariolam* finxit, quæ cum lecticariis, vti honeste dicam, soleret. Epigramma eius est lib. 12.

Ancillariolum tua te vocat vxor, & ipsa

Lecticariola est. estis, Alauda, pares.

hæc fere Lipsius lib. 1. cap. 19. Electorum. vide & infra Epist. 110. citat & hunc locum Pamelius adnot. in Tertull. lib. 1 ad vxor. cap. 4. qui & videatur.

Equum empturus solui iubet stratum) notat Brissonius lib. 6. de Formul. illustratque Coluius notis ad lib. Apuleij de Deo Socratis; vbi ille: *Neque enim in emendis equis phaleras consideramus, & baltei polimina inspicimus, & ornatissimæ ceruicis diuitias contemplamur, &c. Similiter igitur & in hominibus contemplandis noli illa aliena æstimare, sed ipsum hominem penitus considera, &c.* Horatius 1. Sermon.

Regibus hic mos est, vbi equos mercantur, apertos

Inspiciunt, ne si facies, vt sæpe, decora

Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem. Macrobius Saturnal lib. 1. cap. 11. *Quemadmodum stultus est, qui empturus equum, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenum: sic est qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ modo vestis nobis circumdata est, æstimandum putat.*

Nudari iuberet & ipsum sibi corpus ostendi) Claudianus lib. 1. ad Eutropium:

Si pelagi fluctus, Libyæ si discis arenas,

Eutropij numerabis heros; quot iura quot ille

Mutauit tabulas, vel quanta vocabula vertit?

Nudatus quoties, medicum dum consulit emptor,

Ne qua per occultum lateat iactura dolorem?

Omnes pœnituit pretij, venumq; redibat.

Dum vendi potuit. Lucianus in Eunucho: *verum aliis quidem vt usu est, vt nudato illo, quemadmodum in emptitiis seruis fieri consueuit, inspicerent num in iis quæ ad penem pertinent, philosophare possit.* Suetonius Octauio cap. 69. vbi obiicit illi inter alia Antonius: *conditiones quæsitas per amicos, qui matresfamilias et adultas ætate virgines denudarent, atq; perspicerent, tanquam Thoranio mangone vendente.* idem Caligula cap. 30. *Non temere vlla illustriore femina abstinuit: quas plerumque cum maritis ad cœnam vocatis, præterque pedes suos transeuntes diligenter ac lente mercantium more considerabat.* Brissonius lib. 6. de Formulis.

Vides illum Scythiæ Sarmatiæque regem) sic mss. mei omnes, nisi quod quidam varient in vocē *Scythiæ*. quidam scribunt *Scothia*, quidam *Sithia*. I C. illum, qui *gregem* legit, & Senecam adhuc loqui putat de venalibus, notabiliter errare probaui lib. 24. Suspic. cap. 5. si negat, at noucrit saltem ide sentire de hoc loco quod ego, Philip. Beroaldum ad Suetonij Iulium, Lud. Cælium lib. 24. cap. 6. lect. antiq. Iust. Lipsium ad lib. 6. Annal. Taciti. cum quibus decuplo malim delirare quam cum ipso sapere.

Insigni capitis decorum) sic solum Pal. tert. reliqui *capitis decore*, perperam. nam *insigne capitis*, vocat insigne regium quod capiti circumligatum.

Fasciam solue: multum mali sub illa latet) *fasciam*, id est, *diadema*. de qua etiam non aspernenda Alex. ab Alexandro lib. 1. cap. 28. Genial dier. ne quis forte motus auctoritate I.C. illius, somniet, nescio quam *fasciam*, solui mancipiis solitam a mercantibus. quod nunquam scriptū est, nusquam pictum, nusquam, nisi nunc primitus, fictum. idem fere quod hic, dixit noster Epist. 115. *omnium istorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas est, inspice & disces sub ista tenui membrana dignitatis, quantum mali lateat.* at de *diademate vero*, capio illud Tragœdiographi in Troade versu 273.

Ego esse quidquam sceptra, nisi vano putem

Fulgore tectum nomen, & falso comam

Vinclo decentem? Casus hæc rapiet breuis. nam *diadema*, nihil nisi *fascia*; nihil nisi *vinculum*. vide me, si tanti est lib. 24.

Quid de aliis loquor?) sic restituit ex mss. suis Pincianus, & est fere in omnibus meis. Erasmi editio sine interrogatione: *Quod de aliis, &c.* male.

Nunc qualis sis, aliis credis) sic mss. mei quinque, nisi quod addat Pal. quart. *aliis credis, non tibi.* habeatque Col. ad oram, *Non tunc qualis sis, &c.* notat Erasmus alias legi, *non qualis sis aliis credens.*

EPIST. LXXXI.

Apud te peribant) etiam Stephanus lib. 2. Prandop cap. 5. isthæc pronuntiatiue efferri mauult, perinde ac si diceret; *atque ita fiet vt apud te pereant, dum times ne apud alium pereant.* legit interrogatiue editio Erasmi, *apud te peribunt?* meo quoque animo male.

Feneratorem non fugat a foro decoctor) Ita habere veterem vnum librum testatur Muretus; melius, vt opinatur, quam alij *coactor.* quod tamen & in Erasmi editione, & in mss. meis quatuor, Pal. nempe sec. tert. quart. Col. solum erat in pr. *tortor*, quod & fuit in aliquot exempp. Pincianis vnde ille finxit *coctor*, voluitque idem valere quod *decoctor.* at illud *coactor* probum Alciato visum, & lib. 1. cap. 24. Parerg. & alibi. traditque; argentarios qui mutuam pecuniam fænori locabant, solitos ipsos eam exigere. verum, inquit, quandoq; accidebat, vt reliquatores aliquos haberent, vel propter paupertatem, vel alia caussā difficiles exactu. huiusmodi nomina per licitationem vendebant. hi emptores videntur Latine *coactores* dicti, quod & cogere sit pecuniam corradere, & exigere. Terentius Heautontim. *Quasi talenta ad quindecim coëgi.* Horatius auctor est patrem suum coactorem fuisse Sat. 6. *Si præco paruas, aut (vt fuit ipse) coactor Mercedes sequerer.* quo loco Porphyrion *humile fuisse ac turpissimum quæstus genus*, auctor est. Acron diffusius interpretatur; *Argentarios esse diuites ipsos, qui summam rerum possident, a quibus foranei accipiant: coactores vero ipsorum argentariorum mercenarios, qui a foraneis exigunt, qui & collectarij dicuntur.* hæc Alciatus, apud quem de hac re plura nam quid de his sentiam, prompsi lib 2 cap. 12. Opinion.

Alterum ab altero absoluet, & docet) perperam antea absoluetur; quod & notauit Modius ex mss. Epist. 120. Nouant lect. est etiam *absoluet* in Pal pr. tert. quart. sed in sec. ac Col. *ab altero soluet.* quod mihi aliquāto magis placet.

Quamuis iniuria præponderet, tamen, &c.) hæc & sequentia legit Muretus & distinguit vt promsit ex mss. suis Pincianus, cum esset in Erasmi editione: *quamuis iniuria præponderent; tamen beneficiis donetur, cum quod ex iniuria superest plus nocuit, sed prius profuit.* & quidem ita etiam legunt Palat. sec. tert. Col. eiecta voce *cum.* eædem tamen retinent: *Quamuis iniuria præponderent*; variantque in illo, *sed prius profuit.* nam ita solum extat in Col. fuitq; in Pal. sec. sed correctum postea, *sed primo profuit*, quomodo & tert. Scribitur in pr. *Quamuis iniuria præponderent, cum beneficiis iniuria superest, plus nocuit, sed plus profuit.* in quart. *Quamuis iniuria præponderent, cum beneficiis donetur quod ex iniuria superest, plus nocuit, sed plus profuit.*

Nos

Nec quantum sed a quali profectum sit voluntate) vocē Muretus transposuit. eam restituo auctoritate editionis Erasmianæ & mss. quinque, *nec quantum sit, sed a quali profectum volunt.*

Interim oblivisci debebit) est quidam qui mallet *oblivisci iubebit*. at alterum illud in omn. mss. nec debet hercle sollicitari. nam infra: *vir bonus iudicabit quidem quod erit æquissimum, &c.*

Non omnes sciunt referre beneficiū) ita editio cui præfuit Muretus. aliæ; *Non omnes grate sciunt debere beneficium.* quod & agnoscunt chirographi quos excussit Modius, item Palat. pr. sec. tert. Col. nam quartus horum verborum nullam habet literculam.

Poterit etiam imprudens) sic & mei quatuor. Palat. tert. *Poterit hoc etiam impr.*

Vnus e turba) Pal. quart. Col. *vnus de turba*. Pal. pr. *vnus turba*.

Vtique dum prope est ab accepto, reddere beneficium & pensare, ignorat autem quantum debeat) ita se emendasse auctoribus duobus vetustis libris prodit Muretus, cum sit in vulgg. item Pal. sec. *utique dum prope sibi est, reddere beneficium, & pensare ab accepto: ignorat autem quantum pro re debeat.* ad quæ dictaverat Erasmus, loco, *utique dum prope sibi est*, forte legendum, *dum proba fides*. addit tamen illas voces *pensare ab accepto*, quibusdam libris afuisse. Modius scribit scire se ista, *reddere beneficium*, inepti alicuius esse additamentum, neque enim aut in membranis eius, aut in duobus aliis scriptis quibus vsus Pincianus, reperiri: non magis quam, *& pensare* quod sequitur, & in suis rursum solis τὸ *pro re*. quibus omnibus consideratis, ita locum hunc constituendum arbitratur: *utique dum probe est ab accepto: ignorat autem quantum debet.* etiam vnus e multis, inquit, potest esse gratus quidem, recenti præsertim beneficio. scire autem quantum debeat non potest, quod hoc tantum in eum cadat qui res singulas sua æstimatione metitur. hæc Modius Epist. 120. Pinc. codex unus, vt auditum est, habuit; *utique dum prope est ab accepto. ignorat, &c.* reliquis insuper habitis. & sic quoque Palat. pr. ac quartus, nisi quod hic habeat *ignorant*. est in Pal. tert. *utiq; dum prope est: ab accepto pensare beneficium, ignorat.* Col. *vtique dum prope est sibi reddere beneficium & pensare ab accepto. ignorat.*

Ignorat autem quantum debeat) sic & Pal. pr. & quart, nisi quod is, vt dictum, *ignorant*. Erasmi editio: *ignorat autem quantum pro re debeat.* Pal. sec. *quantum pro illo debeat.* tert. *quantum pro eo debeat.* Colon. *quantum pro hoc debeat.*

Quadam efficacissimis & officia decentibus notis signat) sic Palat. pr. tert. Col. nisi quod vltimus ille, *quidam*. est in Pal. sec. *quadam efficacissima est & officia decentibus notis.* quart. *quadam efficacissimum & off. &c.* Stephanus Epist. 11. ad Dalech. putat desiderari aliquam vocem quæ illi *efficacissimis* iungebatur: atque hoc vel simili modo scripsisse; *quadam efficacissimis & aptissime officia decentibus notis signat.* vel, *significantissime officia doc.* Sed, inquit, quod sequeretur, *signat*, illo fortasse vocabulo aut alio huiusmodi vti maluerit quam isto. valde autem proprie ipsemet vtitur verbo *signare*, dum de proprietate loquitur, vnde recentiores (& inter hos A. Gellius) *signate* vel *signanter* loqui dixerunt. hæc Stephanus, qui addit posse aliquem etiam suspicari scriptum a Seneca fuisse, *quadam efficacissime officia decentibus notis signat.* ita certe scribendo, adiectione nulla opus.

Referre est ad eum, a quo acceperis, ferre) sic quidem Muretus, at vulgatus ab Erasmo, *acceperis rem ferre.* ad quæ sic Stephanus. Sed quis hoc Senecæ concedet, *referre* esse *rem ferre*? non alius certe quam qui de verbo *reddere*, illi assentietur, esse *rem dare*. eiusdem est enim de hoc & de illo assentiri. Imo vero non tantum scribit, *rem dare*, sed *rem pro re dare*, libri de Benef. sexti capite 5. *Est enim rem pro re dare*. ita enim & in Romana editione scriptum est: nec in annotationibus tacetur, esse subsfugidam vocabuli notionem: quales frequentissimæ sunt apud Stoicos, &, Stoicorum hac in re imitatores, Iurisconsultos Romanos. Quum autem hæc fateri hic necesse fuerit, mirum est in altero illo de verbo *referre* loco, non secutam esse hanc editionem aliarum scripturam, *a quo acceperis ferre*, non autem *rem ferre*. hoc, inquam, non immerito quis miretur, quum non minus κατάχρησις aut etiam ψευδὲς sit, scribere, *reddere*, esse rem dare, aut etiam rem pro re dare, quam scribere, *referre* esse rem ferre. non dubium sane est, quin si vnum excusari potest, nempe *reddere* esse rem dare, excusabile sit etiam *referre* esse rem ferre. hæc Stephanus Epistola ad Dalech. 11. Extat in Palat. pr. *Verbum referre est ad eum a quo acceperis referre.* sicq; Pal. sec. nisi quod desit ei vox initialis *Verbum*, quæ nihilominus iterum in Pal. quart. qui scribit, *Verbum referre, est ad eum a quo ceperis ferre.* tertius ac Colon. *Referre est ad eum a quo acceperis afferre.*

Videmur inopinata omnibus dicere) Stephanus lib. 2. cap. 5. Proodop scribit mirum esse Senecam παράδοξα interpretari *inopinata*, cum Latini *inopinatum* vocem potius quod Græci ἀπροσδόκητον. vt tamen, inquit, minus hanc interpretationem miremur, facere potest hic Ciceronis locus Paradoxis; *Nec hoc tam re quam dictu inopinatum atque mirabile, &c.*

Quisquam scit alius? Stephanus lib. 2. Proodop. cap. 4. notam hic interrogationis tollit, vti & mox a verbo *persoluere?* vt pronuntiatiue legantur, hoc sensu: Itane vero, nemo præter sapientem gratiam scit referre? si hoc ita est, certe nec creditori suo quicquam aliud quod debet scit reponere, nec, cum emit aliquam rem, pretium venditori persoluere.

Sed ne nobis fiat inuidia) Pal. pr. priores voces *sed ne* non agnoscit. sec. ac quart. solum abest prima, *sed*. quæ & exulat Col. qui tamen habet *iniuria* loco *inuidia*. tert. *Et ne nobis fiat iniuria*.

Sapiens inter se omnia comparabit) sic & Erasmi editio. at mei quinque, *Sapiens inter se omnia*. quod mihi magis fere placet. nam mox infra: *Alia deinde per quæ procedit omnis collatio prosequitur, &c.*

Maius enim aut minus sit, quamuis idem sit, tempore loco causa) lepide subiectæ applicat materiæ P. Faber Comment. ad tit. de reg. Iur. l. 42. Pal. pr. consentit vulgato. refert sec. *maius enim aut minus opus sit.* tert. *maius enim opus eius aut minus sit.* quart. *maius enim opus aut minus sit.* Col. *maius enim opus aut minus.*

Quantum autem existimas interesse, vtrum aliquis quod dederat, sumpserit, an beneficium acceperit vt daret?) recepit hic puto in contextum annotationem suam Muretus. nec tamen insulsam. nam Erasmi editio, *interesse. vtrum aliquis quod dederat, receperit, vel quod præstarat sumpserit, an beneficium acceperit vt daret?* notatque idem, alias legi, & nisi fallitur vere, *vtrum aliquis de rata quod præstarat sumpserit, an beneficium &c.* Pincianus inquit fuisse in vett. libris & breuius & correctius; *Quantum autem putas interesse vtrum aliquis quod deerat, sed quod præstabat, sumpserit. an benef.* est in Palat. meo pr. *Quantum a. existimas int. vtrum aliquis quod dederat, sed quod præstabat, sumpserit, an &c.* sec. *Q. a. existimas interesse, vtrum aliquis quod præstabat resumpserit, an benef.* tert. *Quant. a. existimas interesse vtrum aliquid quod dederat vel præstarat sumpserit, an benef.* quart. *Q. a. existimas int. vtrum aliquis quod dederat, vel quod præstaret sumpserit, an. &c.* Col. *Q. a. existimas int. vtrum aliquis quod dederat, quod vel præstarat sumpserit, an beneficium acceperit vt daretur?*

In hanc erit partem proclivior) Pal. tert. ac Col. *& in hanc erit* quamuis, ne quid taceam, in Col. *erit* non erit.

Per quæ procedit omnis collatio) sic solum Pal. sec. bene tamen alii quatuor, *consolatio*. male.

Etiamsi multum fuerit, si id donari salua pietate ac fide poterit remittet, &c.) sic Muretus. Erasmi editio *sed si id donari*; quomodo etiam Pal. pr. tert. quart. Col. etiam sec. sed is non agnoscit vocem *remittet*. eum omnia bene pensiculo, fere suspicari libet scriptum fuisse, *& si quid pusillum erit, quod intersit, dissimulabit, dissimulabit, etiamsi multum fuerit, si id donari salua pietate ac fide poterit, sed est. si, &c.* certe vocem *remittet*, hic nullus admiserim. liberum tantum cuique remitto an velit bis exprimi vocem *dissimulabit*, an semel tantum, & tamē deinde subintelligi. quod mihi videtur verosimilius.

Quam qui cum maxime obligatur) sic & Erasmus. ne iussit

iussit Pincianus legeremus, *quam qui eum maxime accipiens obligatur*; ex exempl domestico. est in Pal. pr. *quam qui eam maxime colligatur* sec *quam qui illud accipiens maxime obligatur*. tert. *quam qui accipiens maxime obligatur*. quart. *quam qui accipiens sic maxime obligatur*. Col. *quam qui accipiens maxime colligatur*. ad oram tamen adiectum alias legi *obligatur*.

Et illa crescunt mora) Pinc. scribit videri sibi emendandum, *At illa crescunt*. ego retinuerim vulgatum: ita tamẽ vt *et* denotet *etiam*, dicatq; auctor, non solum morã onerare debitorem; verum etiam ipsa beneficia, promerituum ad ampliorem obligare remunerationem. illud *et* est in Palat. quatuor eius loco habet Col. *etiam*.

Nostram enim hoc bonum est, non quemadmodum iustitia, vt vulgo creditur, ad alios pertinens) hoc ordine verborum rescribendum forte tradidit Pinc. neque dubitauit mox sequi recentior quęq; editio, nec nõ Romana, contra Erasmi lectionẽ, quæ: *Nostrũ enim in hoc bonum, quemadmodum iustitia, non est, vt vulgo creditur, ad alios pertinens, &c.* a qua nihil fere abeunt mss. mei, nisi quod repræsentent: *Nostrum enim hoc bonum est. Quemadmodum iustitia non est, vt vulgo creditur, ad alios pertinens.*

Quod velit adiuuare adiutus) Erasmi editio *quo velit*. neque aliter mss. quatuor. nam Pal. quart *quo nolet*.

Contingit his qui patiuntur iniurias) sic & Erasmus & scripti mei quinq. at legendum existimat Pincianus *cum patiuntur*; alias, inquit, nullum elicias sensum. at mihi alterum illud, clarum præbet sensum.

Nemo si ingratus est, non miser erit) ita & editio Erasmi. tradit Pinc. codices fere omnes hic deprauatos: corrigendum tamen ex eorum vno; *Nemo si ingratus est, miser erit*. acutus ille quidem sensus; sed magis lenocinatur auribus meis, *Nemo non si ingratus est, miser erit, &c.* quod est in Pal. tert. nam in pr. sec quart. *Nemo non sibi gratus est, miser erit*. Col. *Nemo si ingratus est miser erit*.

Et, vt ita dicam, spississimum) sic Pal. sec. tert. Colon. & probo. vide rationes lib. 24. cap. 5. Suspic. est in Palat. pr. ac quart. *pessimum*. Pincianus legendum retur; *vt ita dicam pessissimũ*, vt formauerit superlatiuum a superlatiuo. vt apud Græcos *primissimum, ipsissimus*. non, non. sed est metaphora a vasis sumpta in quibus liquor aliquis, vt docui.

Non aliena causa sed nostra) Modius narrat ms. vnũ habuisse, *non aliena causa, quã nostra*. qua locutione, inquit, Comicus dixit: *Tacita mulier bona est quam loquens*. mei quinq. seruãt illud *sed*, neq; vnus collegio illi cõtrauenit.

Illud venenum) sic voluit scribi Pincianus, sicq; etiam omnes mei Erasmi editio *Illud autem venenum*.

Sed nec quærit cui imputet casum & peccata &) sic Erasmi editio. at Pinciani libris ac meis quatuor abest coniunctio *sed*. & vero deleri debet. est in Pal. sec. *sed ne quærit*. male. quin & nescio quæ fatuitas rapit manum, vt capiat distinguere: *nec quærit cui imputat. Casum & peccata*. sic scilicet interpongit Pal. tert. ¶ *Nec offensa potius*) scripti mei quinq. *ne offensa*. proboq;. ¶ *Et manifestum etiam conniuentis discrimen est*) sic Erasmus, nec carpo mss. tamen mei omnes *continentis*. ¶ *Reus paribus sententiis absoluitur*) simile dictũ lib. 1. Controu. 3. lib 3 Controu. 1. de hoc more quæcunque aliquis plenis tibiis dicere posset, inueoire est apud Fabrum ad L. 125. de reg Iur. Ræuardum eiusdem tituli L. 20. L. 67. L. 125. item lib. Protribunalium.

Humanitas inclinat in melius) Pal. tert. *declinat*.

Et hoc facit quod qui post tabulas nouas soluunt) sic Muretus Pinciani secutus mss. duos, in quibus ista tantum. nam Erasmi editio: *& hoc facit quod qui post tabulas accepto quidem præstauerant vsuram, vel hi remittunt, vel tabulas nouas soluunt*. quod esse a Glossargis quilibet videt, proditq; se alioqui diuersitate scripturę. nam Pal. tert. *& hoc facit quod qui accepto quod præstauerant vsuram vel huiusmodi remittunt, vel post tabulas nouas soluunt*. sicque ad marginem Pal. sec. & Col. at quart. *& hoc quidem facit ille quia accepto quod præstauerant vsuram vel eius modum remittunt, vel tabulas nouas solunt*. perperam. nam illa Pinciani lectio perstat in Pal. pr. ac sec.

Cogitamus non quid impetratum, sed quid impetrandum sit) sic exempl vnum Pinc. ex quo hausit Muretus. nã Erasmi edit. *sed quid petendum sit*, quomodo & Pal. sec. tert. Col. solum quart. habet illud *impetrandum*, neq; dissentit nimiũ pr. qui *perpetrandum*. ¶ *Sic et in hoc fide populo demus*) vetustũ exemplar Pinc. & Pal. sec. *sic et hoc fidei populi credamus*. Pal. pr *sic & hoc fidem populo credamus*. tert. *sic et hoc fide populi credamus*. quod ego amplector. quart. *sic & hic fide populi credamus*. Col. consentit olim vulgg. quos secutus hic est Muretus. nam editio Erasmi; *sic & hoc populo demus*. annotatumque alias legi *populo credamus*.

Vae tibi, quod aiunt, ore) de hoc prouerbio Erasm⁹ adag. 17. Cent. 9. Chil. 1. ¶ *In hoc tam discors turba consentiet*) quædã huc spectantia ego lib. 24. c. 5. Suspic. ¶ *Vt perniciosissima res sit*) sic & ora edit. Erasmi: ipsa, *perniciosissi*. at Pal. pr. tert. quart. Col *periculosa*. sec. *periculosissima*. male.

Quam beneficij violati pudere) sic Muretus. sed auctiore vocula Erasmus. *quam me benef.* quomodo & Palat. sec. ac Col. prodit Pinc. codd. suos castigatiores prætulisse. *quam beneficij oblati pudere*. neq. aliter Pal. quart. est in pr. *quam me beneficium violati petere*. in tert. *quã beneficij violati nõ pudere*.

EPIST. LXXXI.

Male mihi esse malo quam molliter) notat ad hoc Erasmus illud quod apud Epictetum [Greek, illegible]. est in Palat. pr. *Male tibi esse malo quem malum*. in tert ac quart. *male tibi esse malo quam molliter*. & sic quoque legerim. ¶ *Male nunc sic ex. ipe*) nescio a quo originem habeat lectio, nisi forte a Mureto. nam Erasmi edit. *Nunc sic excipe*. absq; dictione *Male* sed & Pinc. solum monuit fidelius fuisse in quodam suo exemp. *Nunc sic accipe*; quomodo est in Col. ac Pal. sec. naro pr. ac quart. adhærent olim publicatis, *Nunc sic excipe*. omnino me titillat quod remanet in Palat. tert. *Hoc sic excipe*, &c quo sententia auctoris adeo illustratur, vt illud Mureti *Malum* iure merito que in malam proripere se possit mansionem.

Dure asserere laboriose) adi super his P. Fabrum lib. 3. c. 6. Agonist. ¶ *Hoc dicunt Malus est*) & hoc videtur a Mureto. nam edidit Erasmus, *mollis est* cui auctoritatem suam accõmodant Pal. sec. tert Col. at id tamen *malus* probum mihi videtur, extatq; in Pal. pr ac quart.

Vtraq; res letalis est) Erasm. edit. & scripti mei quatuor; *vtraq; res detestabilis est*. Pal pr. *vtraq; res de talibus est*.

Sollicitudinum causa persequantur) sic solum Col. quat. Pall *prosequantur*. nec præfracte reiecerim.

Quæ ta minuta) Pal. pr. *quæ tam omni vita* sec. ac quart. *quæ tam eminuta*: sed adscriptum sec. legi alias *eminuta*. idque hercle hic receperim. nam & sic Pal. tert.

Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus) sic Erasmus. at Pal. pr tert. ac Colon. *Philosophia circumdanda sunt inexpugnabilis murus*. sicque Col. nisi quod addat *e. sunt, inexpugnab. murus est* sec ac tert. scribũt: *Philosophia circumdanda est inexpugnabili muro*.

In insuperabil. loco stas animus) sic voluit restitueremus ex vett. libris Pinc. neque aliter est in Pall quatuor. solum Col. *Insuperabili loco*, quod præfert editio Erasmi.

Quas nondum quamuis mirer excussi) sic Pal. pr. sec. tert. Col. solũ quart *quamuis euitet* Lipsius lib 3. Epist quæst. 23. recte quærit qui conueniat id miretur Philosophus noster quod irridet, legitque, *quas nondum quamuis iners*. nascebatur mihi sub manu: *quamuis impiger*: quod alii vẽ excutiant velim. nam illud quod I. C. quidam *quas nondum, quod mirer, excussi*, ineptum est: quomodo enim hic mirari possit Seneca quod sua culpa neglexerat, quæro qui me doceat. ¶ *Nec morituro risum*) ita Erasmi editio habebat. ad orã alias legi, *sed morituro*. Pal quatuor prius illud habẽt, Col. alterum. ¶ *Et cum dicit indifferens*) Pall: iidem, *& cum dicis*. ¶ *Indifferentia esse dico nec bona nec mala*) Pal. pr. ac quart. amplius habent, *tanquam indifferentia esse dico, idem nec dico bona nec mala*. sec. tert. Col. *tanquam indifferentia esse dico, id est nec bona nec mala*.

Tanquam morbum dolorem, &c. Pal. pr. tert. quart. Col. non est hoc loco vox *tanquam*. at eius vicem habet sec. *scilicet morbum*. &c. ¶ *Laudatur enim non paupertas sed is quem, &c.*) Colon. *laudatur enim pauper voluntarius non paupertas, sed quem ipsa non &c.* Palat. pr. *nil tamen sine his laudatur. Paupertas non submittit sed incuruat*. tert. *laudatur enim pauper voluntarius, non paupertas, sed ille quem non*. & sic fere quart. solum restat pura lectio in sec. adfixa tamen glossemata illa oræ eius.

Laudatur non exilium, sed qui hoc non doluit) sic & Erasmus. at monet Pincianus legamus cum scriptis suis, *Laud. non exilium, sed is qui patienter tulit.* non eclat tamen nos, legi in aliquot exempp. *Laud. non exilium, sed qui non doluit quamuis isset;* pro quo forte putat reponendum; *sed qui non doluit cum exulasset* est in Pal pr. *Laudatur non exilium nunquam misisset.* sec. *Laud. non exil. sed qui patienter tulit.* tert. ac Col. *Laudatur enim non exil. sed qui hoc non doluit; quamuis iuisset.* quart. *Laud. non exil. sed is qui fortiter tulit exilium.*

Sed ille quem nihil coegit dolor) horum verborum nihil est in Pal. pr extant tamen in Pal. tert. ac Col. est in sec. *sed eum queta coegit nil dolor* quart. *sed is nil coegit dolor.*

Sed eam cui mors ante abstulit) mss. omnes, *cuius mors.* estque in Pal sec *sed eum cuius mors aon abstulit.*

Interest vtrum malatia illi) sic primum, quod sciam, Muretus olim impressi: *malitia.* & posterius istud Stephano etiam displicet Epist. ad Dalech. a6. nam *malacia* illi hic conuenientissima videtur, vt intelligamus quam Latini *mollitiem* vel potius eum adiectione, *mollitiem animi* dixerunt. quamuis autem a Plutarcho *μαλακία* & *ἀνανδρία* copulentur, tamen minus illud quam hoc esse videri. &c. Pall. mei ac Col. nec nõ Erasmi editio, præferũt *vtrũ malitia illi* & posset hic defendi. sed nũc propero.

Mortis moras peteret) Modius monet scriptos quosdam habuisse *mortis moras quæreret.* quod probum est & conueniens illi; *Quærebam tardas anxius vsque moras.* sed nec aliter quinque chirographi libri. itaque deinceps sic reponatur.

Ad exonerandum ventrem) simile exemplum de Cn. Carbone pete a Val. Maximo lib 9 cap. 13.

Prabebo, inquit, ita viuam) de hoc solide arguta quædam d. cap. Valerius. at de huius dicti verbis, tractat Stephanus Epist ad Dalech. a5. etiam Brissonius lib. 8. de Formulis, qui liquido probat iusiurandi recepti formulam fuisse: *Ita viuam* quo & vtitur Cicero lib. a. Epist. fam. 13. *Nam, ita viuam, putaui* idem lib. 5. ad Attic Epist. 15. *Quæris quid hic agam? ita viuam, vt maximos sumptus facio* lectio vulgata remanet in Pal. tert quarto. Colon amplius habet: *Prabebo, inquit, vt ita viuam.* pr. legit: *terminum, inquit, ita viuam* sec *prabebo, inquit, vt viuam.*

Vt vita dederetur) sic & Erasmus. item Pal. pr. sec. quart. nam tert. *qui vita dedatar* Col. *qui vita dederat.* annotatumque alias legi, *qui vita dedignatur*, quod & ad oram Pal sec. nisi quod ibi *dignatur.*

Vt des ipsam mortem) monuit pridem Modius Epist. 120. membranas aliquot dictionibus in vnum contractis legere, vna litera leuiter immutata: *vides ipsam mortem.* & ei placet. placet & mihi. nam sic Pal. tert. quart. Col. alterũ illud solum restat in pr quippe sec. *vel des.* repetit illud *vides* etiam in vett. exempp. sed vtramque tamen ferri posse putat Stephanus Epist. ad Dalech a5.

Omnis res quod non habuit decus) sic & Erasmi editio & Pal. tert. & Col. at pr. *qui non habuit.* sec. ac quart. *qua non habuit* male.

Quæq; alia aut minus aut magis pert.) sic Pal. sec. quart. Col & fere pr. in quo, *quæq; alia aut minus pertimuimus.* at tert. *omnibusq; aliis quæ aut minus aut magis.*

Aut malitia aut virtus) & hic locus facit cur supra non omnino admiserim illud Mureti ac Stephani, *malacia.* quoq; magis in rẽ deducor præsentem, eo min' placet.

Id est virtus & animus externa contemnens. Est & horum, &c.) sic forte legi posse arbitrabatur Erasmus, admisitq; in contextum Muretus. lectio recepta habet, *extrema contemnens.* & ita est in Pal. sec. ac pr. qui tamen paulo aliter isthæc concipiunt. nam pr. *id virtus & animus extrema contemnens sunt. & horum, &c.* sec. *id est virtus & animus extrema contemnens. Sunt & horum.* tert. respondet lectioni quam sequitur Muretus. quart. *id est virtus & animus contemnens. Est & horum* Col *Idem virtus & animus externa contemnens Sunt & horum.*

Vtrum capillos pares habeas) sic & Erasmus, & Pal. pr. ac quart. alii tres, *vtrum capillos pares habeas nec ne.* quod mihi hic tantum non requiri videtur.

Atque aspernatio dissolutionis) sic & Erasmus & Col. at quat. Pall. *atque aspern.* quod ego non asperner.

In quas adductura mors creditur) non aliter Erasmus, vt nec Pal. pr. ac Col. nam Pal. quart. *in quas adducta mors cred.* sec. ac tert. *in quas adductura nos mors creditur.*

Non tamen inter ea est qua facile negligi possint) ita quoque Col. sed enim Palat. quatuor, *non tamen ea est qua facile negligi possit.*

Descriptus est carcer infernus) Pal. pr. sec. quart. Colon. *inferus:* forte *inferna.*

In qua ingens ianitor Orci) sic etiam quatuor mei. at in Pal. pr. *in qua ingerens ianitor.*

Exangues terreat vmbras) sic antiquus codex Pinc. editio Erasmi, *terreas:* cui accedit quadriga mss. meorum; solumque in Pal. tert. illud *territat.*

Persuaseris ista fabulas esse) sic voluit scriberemus Pinc. ex veteri libro, non vt est in Erasmo, *persuaseris istas.* quomodo habent mei quinque.

Æque enim timent ne apud inferos sint quam ne nusquam) vt se profanæ ab isto loco abstineret manus olim monui, nunc itero. abstinete manus profanæ vngulas vestras, tuq. inprimis I.C. qui clamas necessario legendum: *Æque enim timent ne nusquam sint, quam ne apud inferos.* vult quidem auctor noster *aque eos timere ne nusquam sint quam ne apud inferos;* sed nihil tamen inuertendum contra exempp. omnia manu descripta; vtiq; cum ordine isto verborum oppido delectatum Senecam liquido constet, ostendatque P. ille Faber 1. Semestr. lib. cap. 23.

His aduersantibus) quod notetur ad marginem alicuius editionis *obseruantibus*, ait Modius, non difficile, etsi libri nulli monerent, facere *His obuersantibus*, quod valeret, in oculos animumque incurrentibus. & ita sane ad oram edit. Erasmi. libri mei tamen omn. *aduersantibus.*

Qua nobis infusit longa persuasio) sic editus ab Erasmo. Pal. pr. ac quart. *quæq; nobis offendat longa persuasio.* sec. *qua nobis effundit longa.* tert. & Colon. *qua nobis ostendit longa.*

Aut peiorum metu fit, aut spe, &c.) ita editio Erasmi. & cod. Col. notatumq; ad oram Pal. sec. qui scripserat, *metu, aut spe*, eiecta voce *fit.* & hercle eum eadem nusquam compareat in reliquis tribus, animus est sic & legere & interpungere; *Vbi autem ad malum acceditur, aut peiorum metu, aut spe bonorum (ad qua peruenire tanti sit, deuorata vnius mali patientia) dissident inter se iudicia facientis.*

Ab re suspecta ac periculosa fugat) sic maluit legere contra mss. sua Pinc. & adeo arrisit Mureto, vt in contextum reciperet nam prius erat *periculosa fugiat.* quod peruicaciter restat in quinque meis.

Non ibis audentior) sic etiam Muretus ex Pinc. libris, neque recedunt membranæ meæ quat. Palat. hoc tamen moneo, omissum hemistichium a Mureto, conspici non modo in Erasmi edit. sed etiam meis omn. hoc tempe modo:

-tu contra audentior ito

Quam tua te fortuna sinet. *Non ibis audentior, &c.*

Aliquis hasitabit impetũ moratura suspicio) sic forsan legendum videri, timide indicauit Erasm'. arripuitq; mox pro oraculo Dodonæo, vt video, Muretus. at non video quomodo Latine satis dicam' *hasitare impetum alicuius.* præferunt cusi: *aliquem hasitabit impetum mor.* restat in Palat. pr. *aliquis excitabit impetum, &c.* sec. *aliquis hasitabit: impetum moratura est suspicio.* tert. *aliquis exhitabit impetum moratura suspicio.* quart *adhasitabit impetum moratura susp.* Col. *aliquando hasitabit impetum moratura susp.* equidem, nisi admittamus scripturam Pal. sec. ausim suspicari legendũ, *aliquis hebetabit impetum moratura suspic.*

Ad illos artificij veternosissimi nodos) sic Erasmus; sic Pal. pr. sec. quart. duo alij: *veternosissimos.*

Et ad confessionem perductus) Pal. pr. ac quart. *confes. deductus.* tert. *conf. deductus.* quod vltimum placet.

Nec victoriam sperantes) ita ex vno Pinciani codice Muretus, Erasmi editio *sperant.* quomodo est in Pal. pr. ac Col. nam quart. *sperent.* reliqui retinent illud *sperantes*, & reuocandum est.

Ille locus illi sepulcrũ futurus est) sic Erasmi edit. sic mei quoq; at castigatissimus cod. Pinc. *sepulcrum funditus est.*

Et vita potius quam loco cedant) non dissimilis allusio illa quæ supra Epist. 71. *Eodem loco habuit pratura & vita excidere*, vt ego quidem emendandum existimo.

Et flam

Et stans mori) sic & Erasmus. at ora eius innuit, alias legi, *statim mori*. quod in nullo meorum, & alioqui friget

Alacres illi & ad prandium processerunt & ad cœnam) multo efficacius & argutius quod Modius egerit e mss. *prand. promiserunt*. sicque fere Pal. pr. ac quart. nempe, *Alacres & ad prandium illi promiserant, & ad* neque abludit Pal. sec. *Al. & ad prandium illi processerunt*. tert. *illi accesserunt*. Col. *illi cesserunt*. legamus itaque, *Alacres & ad prandium illi promiserunt & ad cœnam*.

Ire commilitones illo necesse est: redire non est necesse) sic quidem editio Mureti, sed nullis adiuta Atlantibus. nam auctior est voce cusus ab Erasmo: *necesse est, vnde redire, &c.* quem subleuat membranarum mearum quintuplex auctoritas.

Quem mortalium circumscriptiones nostra fortiorem facere) Pal quart. ac Colon. *circumscriptiones vestra*. quod & offendit Modius in aliis scriptis, probatque; quia non de se, inquit, loquitur Seneca, circumscriptionibus semper vbique omnibus merito infensissimus, sed Dialecticorum aut Sophistarum potius vulgus alloquitur. sic ille, Nou. lect. Ep. 120 cui non accedo nam etiamsi quæ dicat de Seneca, vera fatear, potest tamen consistere illud *nostra*, & quidem admodum venuste.

Obnixam contra te) sic & Palat sec. tert. quart. sic & pr. nisi quod is *obnixum* Col *obnexiam*, male.

Serpens em illum in Africa saeum) mss. Monīusij, item Herbipolensis, nec non Pal. pr. ac sec. habent: *illam in Africanam*. quod probat Petrus Faber lib 2. Agonist. cap. 24. præsertim cum & lib. 1. cap. 25. de Clement. similiter dicatur; *Serpentes paruula fallunt, nec publice consequuntur*, &c item sit apud Ouid. lib. 1 Metam.

Neve operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros celebres certamine ludos
Pythia, perdomita serpentis nomine dictos. bene. nam moris apud Romanos, animalia hoc compellare genere, vt alibi doceo.

Ne Python quidem vulnerabilis erat) ita fere membranæ aliæ at Palat. pr. *Nephitio quidem vuln fuit*. tert. quart. *Ne Phiton quidem vulnerabilis fuit*. Col. *Ne Pluton quidem vulnerabilis erat*: at Palat. sec. *Nephitio quidem pilo vulnerabilis erat*. Erasmo legendum videbatur: *ne pilo quidem*, aut *ne pilis quidem*: vt intelligatur post sagittas & fundas adhibita pila. at Pincianus scribendum censebat: *ne Python quide inuulnerabilis* etsi in eo sit vt arbitretur quinque ista verba Senecæ non esse, sed studiosi. Senecæ verba refellentis exemplo Pythonis, qui fuerat ab Apolline sagittis confectus; quæ verba postea per errorem a librariis in ordinem contextus tracta fuerint. ego quondam suspicabar: *ceu Python quidam inuulnerabilis erat*. quo innueret visam eam humanę manui inuulnerabilem, & expetiisse tantum non alterum Apollinem nunc fere est vt accedam coniecturæ P. Fabri quam recens prodidit d lib. 2. Agon. *ne Pythio quidem vulnerabilis erat*. inuenit enim discriptum in ms. Moniusij *ne Ph tio*: vnde vnius literulæ traiectione faciebat *Pythio*, quo nomine Apollo (qui Pythone interfecto dict' *Pythius*, ostenditur; & hac appellatione serpentis mentionem excitante commodius quam alia vlla designatur. huic igitur vulnerabilem non fuisse, nedum vlli homini non Pythonem, sed illam alteram prægrandem cxx. pedum magnitudinis Africanam serpentem intellexit atque ὑπερβολικῶς asseruit Seneca. de hoc monstro mentionem faciunt Florus lib. 2. cap. 2 Plinius lib. 8. cap. 14. Val Maximus lib. 1. cap. vlt. Gellius lib. 6. cap. 3 Orosius lib. 4. cap 8 aliique passim quare riden I.C. qui hanc historiam confirmari prodidit ab Epitomatore Liuii, quasi vero fundi nulli potiores. sed & is, si coniecturæ locus est, existimat hæc verba, *ne Python quidem vulnerabilis erat*, glossema esse, adiectum ab aliquo ad verbum *frustra*. hocq. glossemate sublato, cetera deinceps to hunc, inquit, repono modum: *cum ingens magnusq. pro vastitate corporis solidi ferrum & quicquid humanæ torserant manus reiiceret, molaribus demum fractus saxis est*. hæc ille. additque, malle se *serpentem ingentem ac magnum fractum* legere, quam *ingentem magnitudinem fractam*. laudo conatum: sed bisce Lunæ radiis non maturescet bottrus. scriptura enim quam præfert Mureti editio extat vbique in mss. meis, nisi quod Pal. pr. pro *reiiceret* scribat *reuerteret*. quart. *retterat* nec vsquam abit publicatos ab Erasmo. nisi quod ipse *corporis solidi*, pro eo quod Muretus, liber Moniusij, & mss. mei *corporis solida* & recte illud vltimum. nam *solida* refertur ad vocem *magnitudo*. atq. ne ille I.C. habeat præterea quod ogganiat, sciat velim illa: *molaribus demum fracta saxis est*, non accommodanda dictioni *magnitudinis*, sed ipsi *serpenti*; ipsam scilicet serpentem *molaribus fractam saxis*. sic ego. sic etiam, puto, Petrus Faber.

EPIST. LXXXIII.

Si nihil esse in illis putas) sic & Erasmi editio & Pal. sec. ac Col at pr. ac quart. *si nihil illis inesse putas*. tert. *si nihil ibi inesse*.

Tanquam aliquis in pectus intimum insp. possit. & potest) sic & Erasmus & Pall. quatuor. nam Col abiunt illa *& potest*. at I.C. tamen imperat legamus: *inspicere possit, vt & potest*. facerem si fœnum ederem.

Et cogitationibus mediis interuenerit) suspicabar potius: *cog mediis interuenit*: quemadmodum postea reperi in Pal. pr. tert. quart. Col.

Sic interuenit dico, tanquam aliquando discedat) sic Muretus ex iudicio Pinciani, qui secutus veterem lectionem, hoc malebat, quam quod refert Erasmus: *dico, non tanquam aliquando*, &c. & sane negatiua particula abest meis omnibus. Pal tamen quart. legit; *mediis interuenit, dico tanquam aliquando discedat*, siue vocibus *si interuenit*.

Quod est vtilissimum, diem mecum recognoscam) sic & Erasmus. at omnes fere mss. habent *diem meum* quod omnino exoculos. est in Pal. quart *vtilissimum meum recognoscam*, sine voce *diem*: sec. vero scribit, *& quod est vltimum diem meum recognoscam*. annotatum tamē ad marginem; alias legi *vtil. meum*. de qua voce velim consulteret collegium Criticum.

Et sdraro: quod fecerimus, non cogitamus) hæ voces non conspiciuntur in Pal. pr. sec tert. Col errore, puto, amanuensium, quod istas etiam præcessisset dictio *cogitamus* sed nec Pal. quart, sincerus est. refert enim: *& sdraro quod faceremus cogitamus*.

Minimum exercitationi corporis datum) sic & mei; nisi quod Pal. pr. *In vnum exerc*. tert. *minimum exerc. corpus datum*.

Progymnasios meos) laudat illud *progymnastas* ex notis Mureti, præ vulgari isto *progymnasios*, P. Faber lib. 3. Agon. cap. 11. atque ita nominatos priuatarum exercitationum vel socios vel moderatores. sed nec dubitat Stephanus Epist. 34. ad Dalecam. quin *progymnastes*, quod in quodam veteri extat exemplari, mutari debeat in *progymnastas* sed in eo, inquit, valde fallitur Muretus quod, tanquam Polluce auctore, a Platone & Xenophonte *progymnastas* & *syngymnastas* appellatos fuisse eosdem scribit. sic ille. mss. mei fere retinent illud *progymnasios*; solum Pal. pr. habet *Gimnasios meos quaris*: sed alterum tamen istud ad oram. sec. *paginasios*.

Earinus puer) citat Faber lib. 3. cap 11. Agonist. *Carinus*. Palat. sec. quart. *Farius puer* idemque ad oram pr. in contextu vero eius *Sanius*. tert. *Parphius*. Col *Pharius*

Vt scis amabilis) Col. *vt scis mihi amabilis, quia docibilis ac innocens est*. quæ postrema glossam sapiunt. forte; *mire amabilis*, sciat tamen lector membranas alteras Pal. seruare. *vt scis amatur*.

Quia vtrique deo tot cadunt) de eo nos pridem lib. 16. cap. 9 Suspic.

Inter duos itinere diuerso euntes) Pal. pr. *inter duos itinere diuersos euntes*. sed alij quatuor firmant vulgg nisi quod emēdetur tert. ad hanc faciē. *inter duos in diuersum euntes*.

Velocius alterum fiat) Col. *alterum altero fiat*. quomodo & emendatum in Pal. tert. prius placet.

Hieran fecimus) ad hunc locum Erasmus, vehementissimum & laboriosissimum cursum interpretatur, vt subaudiatur *δρόμον*; quemadmodum *sacram ancoram* nautis, & Medicis *sacram* … appellari ai. quod idem I.C. quidam, pro suo deinde vendi at Muretus vero ad mediam in stadio lineam quę *hiera* dicebatur (inquit) ambo fessi peruenimus; & ita neuter vicit. Atqui meam

istius in stadio *linea*, nullam apud autbores vetustos mentionem reperit, Faber lib.2.c.33. Agon. quem vide disputantem de buius loci sensu, nec se tamen satis expedientem nam plura sunt. pro *hieran fecimus* est in Pal. quart. *moram fecimus*. in Col. *dietam fecimus*. in sec. vox ea non est, & subducta quoque punctis in tert. qui tamen, vt & primus, *hieram*.

Vocatur parum calida) Pal. pr. ac tert. *parum caldas* & sic scriptum fuisse inde conicio quod in Col. adnotatum sit ad vocem *calida* id est *calida*. quid enim stultius quam sic interpretem agere? sed ita est. exscriptores hi omnium artium rudes erant, & pingebant tantum literas, non etiam intelligebant. hinc error.

Ille tantus psychrolutes) Pal. pr. *physcolitos*: tert. quart. *physcrolites*. sec. *psicrolites*, Col. *physcrolontes*, notatumq. ad orã, legi alias *fichcrobates*. Beroaldus legendũ monet *psychrolutres* in annotatorum Appendice post Suetonij Enarrationes. cap. 7. quod probare videtur Mercurialis lib. 1 cap. 6 artis Gymnast. nec aliter adducit Baptista Pius Commentario ad Epistolas Sidonij. sicque iterum Senecæ reponit Beroald⁹, Ep. 53. *Mitto me in mare, quomodo psychrolutren decet, gausapatus*: Græco enim vocabulo sic dictũ, qui frigida aqua corpus lauat, & balneo lætatur frigido. vide ibidem plura, vt & apud Lud. Cœlium lib. 30. cap. 21. lect. antiq.

Euripum salutabam) probatur mihi. nec aliter Pall. quatuor aut Colon. ora tamen editionis Erasmianæ prodit alias legi *in Euripum saltabam*. quod verba volunt, probo, verba, improbo. scilicet non magistratus solum, sed etiam priuati homines vulgo Kalendis Ianuar. artes suas religionis ominisque causa auspicabantur. Ouidius;

Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo:
Nec plus quam solitum testificatur opus. plura de hoc ritu Lipsius ad lib. 4. Annal. Taciti.

Auspicabar in Virginem desilire) quidam I. C. emendandum putat, *in vitrum exire*: sicque deinde (vt fere solet) alibi citat, sine huius suæ correctionis mentione, tanquam id esset germanum autoris. pessimo hercle facinore, & supina ignorantia nam receptam lectionem tuentur omnes vndique membranæ tantum Colon. variat, *auspicabar in virginem dissilire*. Sed nec quicquam vulgarius, eis certe qui primore labro classicos libarunt auctores, quam *Virginem*, aquam fuisse quæ Romæ influeret omnium fere frigidissimam. eius certatim omnes meminerunt scriptores. sic vero inter alios Frontinus lib. 1. de Aquæductibus: *Item Agrippa cum iam tertium Cos. fuisset, C. Sentio & Sp. Lucretio Coss. post annum tertium decimum, quam Iuliam deduxerat, Virginem in agro quoque Lucullano collectam, Romam perduxit. Virgo appellata est quod quærentibus aquam militibus, puella virguncula venas quasdam monstrauit, quas secuti qui foderunt, ingentem aquæ modum inuenerunt*. de eadem alia multa Plinius lib 31 cap. 3. videatur & Beroaldus loco citato; Bartbol. Marlianus lib. 5. cap. 5. vrbis Romæ Topograph. Fabricius in Roma, item Panninius, aliique. illud alterum, *in vitrum exire*, manifeste præterea barbarissat.

Quod cum fortissimus sum) sic Pal. sec. ac quart. reliqui; *quod cura fert*. correctum tamen id ad alterum modum in Pal tert.

Panis dein siccus, &c.) sic solum Palat. sec. ac Col & a secunda manu tert. in quo veluti in aliis duobus: *panis superest siccus*, &c. meminit huius abstinentiæ iterum Epist 108. *Inde in omnem vitam vnguento abstinemus, &c.* videatur. tangit & Tacitus lib. 15. Annal. *Tradidere quidam venenum ei per libertum ipsius cui nomen Cleonicus, paratum iussu Neronis: vitatumque a Seneca proditione liberti, seu propria formidine, dum simplici victu, & agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat.*

Et quasi interiungo) sic adhuc restat in Pal pr ac quart. fuitque etiam in reliquis duobus, sed mutatum deinde in *interuigilo*; quomodo aperte præfert Col. prius probat Muretus, nec non Modius Epist. 109. Nouant. lect. quod sic etiam esset in Pinciani membranis, tum in aliis quos ipse excussisset. his accedit & Lipsius Commentario ad Tacitum. vt sit metaphora ab aurigis. posterius tamen *interuigilo* magis arridet Stephano, qui late de eo Epist. 3. ad Dalech. nam qui *interuigilat*, inquit, nempe & interdormit; adeo vt duo hæc, alioqui contraria, diuerso respectu vnum eundemque ingredi locum possint. Quod si is qui interuigilat & interdormit, non male subiungitur: *satis est mihi vigilare desisse*. nam qui vigilare dicitur, non itidem & interdormire intelligitur: adeo vt perinde sit ac si diceretur: satis est mihi omnino vigilare desisse: vel, satis est mihi peruigilare desisse. Quamuis enim *peruigilare* sit proprie *totam nocte vigilare* (veluti cum scribit Martialis: *Nam vigilare leue est: peruigilare graue*) fortasse tamen & de illo dici potest qui ita vigilat vt nunquam interuigilare dici possit. ceterum & hoc facit, vt non libenter illud *interuigilo* reiciam, quod ei voculam *quasi* præfigit, cum eam non præfigat verbo *interiunxerunt* quod etiam est circa finem libelli de Tranq. vitæ. hæc Stephanus.

Subita aliqua & vniuersa voce) editio Erasmi *immensa voce*. quomodo restat in Col. & annotatur ad marginem Pal. sec. in quo tamen, vt in reliquis tribus, *vniuersa*.

Vult nos ab ebrietate deterrere) tres mei: *deterere*. Palat. pr. ac tert *diuertere*.

Et impos sui) Pal pr. tert. *& in præsto*. quart. *& imposita*. verum restat recta lectio in Pal. sec. ac Col *impos sui*.

Prima enim illa interrogatio) sic solum Col. nam Palat. sec. abest vox *illa*. ceteri tres legunt: *Prima autem interrogatio*.

Quod si hoc intellexit Zeno) sic solum Colon. quatuor Pall *intellexerit*. quod malim.

Et nos intelligere voluit) Col. *noluit*: & sic emendatum in Pal. tert. qui prius *voluit*, sicuti & alij tres.

Sed sane hoc senserit) sic reposuit Muretus ope scriptorum Pinciani, cum prius esset. *Sed sane si hoc senserit*: quod damnant Col. Pal. pr. tert. quart.

Non semper sobriis) sic mei quatuor. Coloniens. tamen *sobrius*.

Qui superato Cæsare rempublicam tenuit) abest Pal. pr. ac tert vox *publicam*, solumque, *Cæsare rem tenuit*. & ferre quis posset.

Tillio Cimbro) vulgati ab Erasmo, *illi Cimbra*, quomodo etiam Pal. pr. tert. quart. superadditum tamen tert. *Tullio*, quod & Col. repræsentat. Palat. sec. habet literam *T*. tanquam si *Titus* et prænomen. Idem tamen mox infra, omnibus literis perscribit *Tullium*: quod placuit Pinciano, propter Suetonium, Appianum, Plutarchum, aliosque qui non aliter nominant. vide tamen ad Suetonij Tiberium Torrentij Comment.

Et scordalus) Pal. pr. tert. *fordalus*. sed tamen repositum in vltimo a secunda manu, *scordalus*, vt & in sec. qui ita expertus est stilum, vt prioris lectionis non agnoscam vestigia. est in quart. *& fordidus*. vox vulgaris recte expressa est in Col Erasmi margo; alias *scordulus*, alias *scordalus*.

In hanc rem iocatus est ipse. Ego, inquit, &c.) editio Erasmi, *in hanc rem locutus est ipso* & sic omnes mei. nisi quod vox *ipse*, absit Pal sec. aliique sic distinguant: *locutus est: Ipse ego, &c.*

Qui vinum ferre non possum?) sic & mei quinque. est tamen qui mallet, *non potest*. inepte. nam iocatur hæc in Iulium Cæsarem.

Vnum tamen exemplum) Pal. pr. tert. quart. Col. *Vnum tantum exemplum*. & probauerim.

Exemplis illustribus ac a semper) Stephanus Epist. 30. ad Dalech. conicit, *exempl recentib. ne semper*. nec enim recte *illustribus, vetera* opponi. nihil mutauerim renuentibus mss. nam potest non ineleganter dicere Seneca: vnũ nunc saltem alterumque exemplum adducam; ideo tantum ne intercidat: quoniam interest reip. humanæ vt multis ac diuersis abundet exemplis quæ non e vulgo.

Non semper confugiamus) ita Col. aliique. at Pal. secundus duabus literis minus, *confugiam*. quod ego fere retinuerim, sed fere tantum.

Lucius Piso Palat. quatuor vnica scribunt litera, *L. Piso*. Col. sed ambiguis aliquantum characteribus, *Lu. Piso*. equidem vix ambigo quin iste idem sit cum eo de quo loquitur Val. Maximus lib. 7. cap. 7. licet ei tribuat præno-

men

men *Caii*: vtique cum vice vocis, *prætoris vrbis*, plerique libri ibidem præferant, *præfecti vrbis*. idem sentire videtur ad eum locum Lipsius, quem vide de hoc homine Comment ad li. 6 Annal. Taciti; item Cuiacium Paratit. l. ad lib. 1. tit. 12. ff. nec non Torrentium ad Suetonii Tiberium cap 14. & cap. 42.

Vrbis custos ebrius ex quo semel factus fuit) sic Pal. quart. at sec. *vrbis custos semel factus fuit*, absque voce *ebrius*: quę tamen ad oram adpicta aliena manu, tanquam collocāda inter vocem *fuit*, & quæ eam sequitur, *mærorem*. prodit Pincianus correctiores codices interserere voculam; *factus est. fuit*: quod & inueni in Palat pr. tert. Col. placetque Lipsio, qui etiam sic legit ex mſ. & interpretatur, post vnam illam ebrietatem (quæ tam bene cesserat, & cuius pretium præfecturam ipsam habebat, vt Plinius scribit lib. 14. cap. vlt & Suetonius cap 42) semper placuit ei esse ebrium. Stephanus Epist. 30. ad Dalech. non abeuns a lectione vulgata, scribit, hic verbum *fuit* mutandum, non propter sensum tamen, sed propter Latinitatem, aut saltem tanquam rarissimum, annotādum videri. Cur enim inquit si *fuit* retineamus, non potius *exegit*, & *dormiuit*, &c. *hoc fuit eius matutinum*, probamus? aut certe (quod magis mihi placeret) *fuit* in *fuerat*, aut in *erat*, mutemus? hæc ille.

Facit vrbis præfectum) cuius officium exprimit Duarenus ad tit. 12. lib. 1. ff. Cuiacius in paratit. ad prim. Cod. Iustiniani. Hotomanus libello de Magistratibus.

Sed mersum vino, & madentem) malim, vt est in Palat. pr. tert. quart. Col. *sed mersum & vino madentem*.

Ebrietate deuinctus) omnes mſſ. & editi, *deuictus*. at *deuinctus* ex membranis Moniusii legendum contendit Faber ad L. 118. de reg. Iur. vt in Bacchi vinculis possessione ac potestate animum ebrii nec sui iuris esse significet. placet. vide me lib 28. cap. 13. Suspic.

Non dari tacitum) Pal. pr. tert. *non dare tacitum*. sec. *nō committi secretum, vel non dari tacitum*. tert. adscriptum habet a manu altera, *non commendari tacitum*. posset quis probare, si starent pro eo vlla exemplaria.

Plus sibi ingereret) non est in Palat. pr. aut tertio pronomen *sibi*.

Extende in plures dies) in quibusdam exempp Pinciani, verbum *dies* desideratur: in quibusdam pro eo *vires* substitutum erat. Et quidem vltimum illud fuit in Palat. tert. qui tamen etiam, *extendi*. at *dies* restat Col. & Pal. pr. sec. quartus habet; *plures vires dies*.

Illum ebrium habitum) omnes chirographi, *ebris habitum*. quod reducamus, legitimum Senecæ.

Certe debuit) ita scribendum primitus monuit lib. 3. Epist quæst. 9 Lipsius: cum antea supposuisset de suo Pincianus, *debuit*; referens id ad Alexandrum, qui occiso Clito cōspectū hominum veritus domi se in multos dies continuit, ad confirmandum pudorem, auctore Curtio. Libri eius scripti partim *certe druit*; partim *debuit*; alii, *certe eruit*. quod & extat in editione Erasmi, sed constructione alia; hoc modo, *& intellecto facinore mori voluit. Certe eruit omne vitium ebrietas &c.* quomodo & fere legunt membranæ meę Pal. sec. tert. Col. nisi quod in vtroque Pal. *Certe deruit omne*. in Col. *Certe druit esse vitium*. est in Pal. pr *mori voluit; concenderit omne* adque orā eius; alias legi, *certo debuit*. quart. *certo docuit*. illud *debuit* extabat in tertio a secunda manu. At meo animo *eruit* proxime accedit ad sensum auctoris, si addatur tantū literula; *certe meruit*: vt velit eo facinore meruisse quidem mortem Alexandrum, quamuis eam inferri intempestiuum. quid ni? cum ab ipsius salute tot penderent animarū millia. de hoc loco ita sentio. qui hic legit: *certe pænituit*; scire debebat nullum vsum esse putridi cepis: certe vox illa, hic non magis conuenit, quam in triclinium cloaca.

Et incendit & detegit) mſſ. mei omnes, & editi ab Erasmo, *incendit*. quod non video cur debuerit mutari. quanquam tamen alterum illud nihilo languidius. sed auctor, suo sibi debet loqui sermone, non cuiusuis interpretis.

Non facit ebrietas vitia, sed prodit) non video etiā cur hic vulgatum transformauerit Muretus. nam certe & illud *sed protrahit*, in meis quinque diserte extat.

Morbum profitetur ac publicat) sic quidem Erasmus, sed naturæ tamen magis consentaneum, quod iidē quinque scripti, *morbum confitetur*.

Omne vitium detegitur & prodit) ita quoque Erasmus & Pal. tert. at reliqui quatuor; *omne vitiū taxatur & prodit*. quod velim ad Lydium exploratum lapidem a Criticis.

Gradum errantem) Palat. pr. tert. Col. *gradum morantem*. quod hercle & hic egregie quadrat. nescio tamen vtrum malim.

Dum illi vis sua est) sic plane Pal. sec. ac Col. fictumque ad eam formam in tert. qui prius; *dum illius sita est*. quod & in Pal. pr. ac quart.

Cruditas facta est) sic bene Colon. male quatuor Pall. *crudelitas*.

Tot hyemes per quas) sic Palat. sec. ac quart. sicque castigatum in pr. ac tert. sed in iis ante erat *tot homines per aquas*. estque adhuc in Col. *tot hyemes per aquas*.

Ac fatalis scyphus) Pal. pr. ac tert. *fatalis seruus*. mutatum tamen ab alio in tert.

Condidit) margo Erasmi, alias *perdidit*.

Et propinationes tuus) Pal. pr. tert. quart. *propitiationes*. quod quis tueri posset.

Cum superstes toti conuiuio) de eo nonnulla nos lib. 8. cap. 13. Suspic.

Et nemo tam vini capax fuerit) scripti mei vna voce: *& n. vini tam capax fuerit*, nisi quod in Pal. tert *fueris*. posset quis fingere. *vini tam capax fuerit*; sed nescio an debeat.

Ac vitia non Romana, traiecit) Palat. pr. tert. quart. *transiecit*.

Nec minor vino Cleopatra amor) sic Pall. omnes. at Col. interserit: *Nec minor vini exitialis vrbi Cleopatræ amor*.

Quod ebrius faciebat, etiāsi sobrius faceret; quanto intolerabilius &c.) Lipsius li. 1. ca. 16. Elect emēdat, *quod ebrius fiebat: quanto intolerabilius. quod hac ipsa in ebrietate faciebat?* præiuit ipsi vnicus liber, in quo nullum vestigium vocum *si sobrius faceret*. & certe non abeunt nimium mei mſſ. nam Pal. pr. & tert *quod ebrius faceret. quanto intolerabilius* quart. *quod ebrius fiebat cum hoc faceret; quanto intol. quod* & ad eam faciem interpolatur Pal sec. cū prius fuisset; *ebrius fiebat, quanto intolerab.* Col. *ebrius fiebat dū hoc faceret: quanto intolerab.* sententia lectionis Lipsianæ patet. Intolerabilis, in Antonio, & in Triumuiro reip. constituendæ, ebrietas: quanto intolerabilior in ebrietate crudelitas?

Violatur enim exasperaturq;) scribit Pincianus quædā exempp. agnoscere illud *violatur*. aut vt habent olim impressi codd. *vallatur*; sed & alia sua *villatur*, alia *vellatur*. vnde fere adducitur, legi posse *belluatur*, hoc est in belluæ naturam transit. Ego nihil hic possum. nam Pal sec. *vilatur*, pr. ac tert. *vellatur*, quart. *villatur*: Col. vero *bullatur*, quod habeo quomodo tueri possem, nisi arrideret illud *villatur*, quod ad oram editiones Erasmi, defendoque lib. 25. cap. 9. Suspic. non tamen reiicio illud *belluatur* Pinciani, aut *vallatur* Erasmi.

Apud se non sint consuetudine insania durata vitia vino concepta) iubet Pinc. corrigamus ex antiquo exemp. *apud se non sint vbi consuetudo insania durata est*. at Pal. pr. tert. *non sunt consuetudo insania &c.* sec. *sunt & consuetudine insania durata cum vino concepta*. voxque *vitia* adlita demum margini ab alio quopiam. quart. *sunt consuetudo insania durat, ac vitia vino*.

Etiam sine illo valent) Pall. quatuor *& sine illa*. Col. *& tunc sine illo*.

Vbi transcenderint) Palat. tert. quart. *transcendunt*. placet, sicque fere pr. nempe *transcendum*.

Nam si illud argumentaberis) mſſ. quinque *argumentaueris*. forsan prisca scribendi ratione.

Nec opio sumpto dormiturū.) sic se reposuisse ex feliciore exemplari tradit Erasmus. *opium* enim, inquit, copiosius sumptum letalem adfert somnum. libri eius alii præferebant, *nec sopore sumpto dormiturum*. quod & in Palat. pr. sec tert. Col. nisi quod vltimus iste, destituatur voce *nec*. Palat. quartus nihil horū habet verborū. ideo forsan quod

minus ei placeret lectio, quæ vellet, sopore sumpto aliquē dormiturum. at id palato meo merum nectar est: itaque hic libens reuocauerim, si licet per collegium Aruspicum. vide me lib. 3 cap. 9 Opinion.

Quare illum existimes in parte ebrium) sic in Palat. pr. tert. additum tamen huic deinde *in parte sobrium esse, in parte ebrium*, quod & in Pal. sec. quart. Colon. crediderim abesse posse.

EPIST. LXXXIIII.

Aliena opera exercitor) sic solum Palat. quartus: reliqui omnes *exercee*.

Studiis quare prosint indicabo) Erasmi editio *studio*. quomodo etiam Palat. sec. ac quart. nam pr. & tert. vocem primam non agnoscunt. Col tamen illud *studiis* retinet.

A lectionibus recessi) Pincianus iubet legamus, *A lectione nō recessi* ex cod. vno at Pal pr. tert. quart. prius agnoscunt: solum sec. & tert. superscriptā habet alterius manu negatiuam particulam nam Col. disertim custodit: *A lectoribus non recessi*. quomodo etiam initio prætulit Pal. sec. cui lectioni forsan fauet Pal. prim. ac tert. qui seruant præterea; *Sunt vt existimo necessarii*. quam magis omnia excutio, tā minus sana videmus. itaq; suspicor aliquid hic deesse. nam & alioqui Col. habet *necessaria, priori ne im*. Pal. quart. *necessaria Primo ne*. dein plerisque vt dixi membranis abest vox lineæ præcedentis; *studiis*; aliis eius loco est *studio* vt vt est, locum numero inter vitiosos.

Tum & de inuentis iudicem) Pal. pr. ac tert. *tamen & de*. credo natum ex compendiaria scribendi ratione.

De stilo dico) Pal. pr. tert. quart. *de stilo loquor*.

Inuicem hoc illo commutandum est) ita liquido Colon. at *commeandum*, habet omnis antiqua lectio Pincianorum librorum & quatuor Pall. nisi quod vltimus illud ipsum reformauerit in *commutandum*, quod retineo.

Et alterum alteri temperandum) Pincianus ait maiorem codicum partem legere, *reparandam*. ab eis abeunt Pall. omnes & Colon. qui firmant lectionem vulgatam. bene.

Quibusdam enim placet) Stephanus li. 2. c. 3. Prood. hāc particulam *enim* libenter traiecerit ad subsequentem periodum, hoc modo: *Aiunt enim inueniri*: vt ratio sit propter quam nonnulli ea sint opinione de apibus, non faciendi mellis, sed colligendi scientiam illis inesse. at quid tunc substituendum in eius sedem supra? vox, inquit, *tamen*: ad hanc nempe faciem: *Quibusdam tamen placet*. quod ait legi in vet. exemp. arguta satis ratiocinatio: dicerem & veram, si vlla chirographa, quæ hanc stabilirent lectionem. tres enim Pall. ac Col. cōstanter retinent *enim*. solum sec. eius loco habet vocem *tantum*; quam non diffiteor facile mutari in *tamen*.

Nos quoq; apes debemus) melius mss. mei; *nos quoq; has apes debemus*.

In sua qualitate perdurant) Palat. pr. tert. quart. *in sui qualit*.

Ingenii nostri cura) ora edit Erasmi, alias, *aura*.

In vires & in sanguinem) melius iidem tres: *& in vires, & in sang*.

Sed concoquamus illa) iidem & Col. non capiunt vocem *sed* & hercle abesse debet.

Assentiamur illis fideliter) membranæ quinque: *Assentiamus illis* quod velim perpendat lector. nam & sic alibi etiam loquitur auctor.

Vt vnum quiddam) malim cum Palat. pr. ac tert. *Vnum quiddam* eiecta vocula *vt*.

Ipsum tantum ostendat) sic solum Pal. quart. & ora tert. cuius contextus tamen idem refert quod alij scripti tres.

Etiam alicuius in te comparebit similitudo) tradit Pincianus melius sibi videri quod erat in correcto exemplari: *Quod si alicuius* Pal. pr. *etiamsi alicuius vit a similitudo sic cooperabit*. sicque & tert. nisi quod ea *cooperabitur*: nec nō quart. absque eo, quod habeat *comparabit*. sec. *etiam sicut in te comparebit similitudo*. Col. *Etiamsi alterius vit a similitudo apparebit*.

Quam admiratio tibi altius fixerit) sic & Erasmus. at Pal. pr. & tert. *quam admiratio tibi illius fuerit*. emendatū tamen in tert. ad eam formam quam habemus in vulgatis; quomodo & restat in sec. quart Coloniensi.

Puto aliquando ne intelligi quidem posse, si magni viri: nec enim omnibus quæ ex quoq; velut exemplaria traxit &c.) sic editio Erasmi, qui tamen conqueritur locum deprauatum, nec subuenisse exemplaria. Interim in hunc lectionem vtcunque tibicine fulciemus, donec quod [illegible] emerserit. Opinor inuersum ordinem; & ita legendum: *Puto aliquando ne intelligi quidem posse, si magni viri*: hæc ex superioribus repetas. *argumentationem* & [illegible] deinde sequatur: *nec enim ex omnibus velut e[x]empla[ria] traxit, ex quo formam suam impressit, vt in vnitatem [illegible] competant*: sensus hic est, si magni viri orationem [illegible], nō agnosci cuius sit sententia, cum ille non collegerit [illegible] quibuslibet, postea quam illis impressit suam [illegible] vt competant in vnitatem. Verum vides tolerabilem lectionem, si pro *ex quo*, legas; *nec enim omnibus quæ ex quoque velut exemplaria traxit &c.* tutius si legas, *traxerit* pro *traxit*, vt sit sensus, non omnibus impressit formam, quæ ex quo traxerit, hoc est non addidit notam, qua [illegible] quod ex quo traxerit & quare non impressit formam? vt illa competant in vnitatem. in quodam exemplari pro *traxit* erat *struxit*, tum Ennii nomen erat additum, *si magni viri Ennii*. hæc Erasmus. at Pincianus ait in nonnullis codd. legi; *ne intelligi quidem posse si magni viri ingenium est*. & iosia, inquit, variant libri. quidam legunt *ex quo*, non *ex quo* alii, *exemplari*, non *exemplaria*, alii *struxit* agnoscunt, non *traxit*. sic ille. iubetque ex hac dissonantia lectionum commodiorem aliquam excogitare ingeniosum lectorem. & faciat velim. nam I.C ille qui [illegible] sese aliquanto verius emendare quam Erasmus, reponit eo do; *si magnus vir sit: nec enim omnibus quæ ex quoque velut exemplari traxit vel struxit formam suam ita impressit, vt vnitatem cum illo appetat*. qui, inquam, ita con[illegible]. & subaudire iubet, *omnibus*; ne centoni eiusmodi [illegible] vt; nedum vt obliget eius fractum Æsculapio. præfert Pal. pr *si magni viri. nec enim ex omnibus quæ ex quo velut exemplaria struxit formam suam impressit*. sec. *ne intelligi quidem si est magni viri Ennii v[iri] nec enim omnibus quæ quo velut exemplaria struxit formam suam expressit*. tert. *ne intelligi quidem posse, si magni viri. Nec enim ex omnibus quæ ex quo velut exemplaria struxit, formam suam impressit* sic tert. sed correctus deinde alterius manu, hac facie: *si est magni viri Ennii omnibus quæ Echo velut exemplaria struxit*. quart. *quidem posse imagini interni viri: nec enim omnibus quæ ex quo velut exemplari attraxit* Col. *si est magni viri Ennii. nec enim omnibus quæ ex quo velut exemplaria struxit &c.* ego hic magis mutus sum quam pisces tatisque est bona repræsentasse fide membranarum mearum lectiones. olim conabar, nescio an bono successu sed conabar tamen; *Puto aliq ne int. quidem posse si magni viri: nec enim omnibus, quæ ex quoq; velut exemplari, adstruxit, formam suam impressit: in vnitatem illa competat*. vt velit, in hominis cordati ac docti orationibus non apparere argumentationes & sententias, quas ex aliis, veluti exemplaribus, desumpsit: singula potius respondere vniuersitati operis. vnde Epist 79: *Materia crescit in dies, & inuenturis inuenta non obstant præterea cōditio optima est vltimi. parata verba inuenit, quæ aliter instructa nouam faciem habent*.

Vt in vnitatem illam competant) sic alias legi prodit ora edit. Erasmi; ipsa enim; *vt vnitatem cum illa petant*, sicuti est in Pal. sec. & Col nisi quod hic, *petat* habet. pr. ac tert. *& veritatem illam competat*. quart. *& vnitatem cum illa competat*. quædam exempp. Pinciani, *& in vnitatem illa computat*.

Vnus tamen ex omnibus sonus redditur) vox *sonus* abest Pal. pr. tert. quart.

Singulorum illic latent voces omnium apparent) sic & Pal quart. & Col. at Pal. pr. tert. *singulorum illi dant voces*. sec. *singulorum illic dant*.

In commessationibus nostris) Pax mi Seneca. quis credet? in vno conuiuio aliquo plus cantorum, quam olim spectatorum? impudens mendacium. recte in ms. lo. Latomi; *In commissionibus*, & intelligit commissiones ludorum. paret ex sequentibus sic Lipsius lib. 3. Epist. quæst. 9. bene ille. nam eadem vox aperte in Palat. pr. & quart in

secundo

secundo vero *commessionibus*. solum retinet tert. & Col. *commessationibus*.

Et cauea aneatoribus cincta est) nimirum in omnibus ludis, etiam scenicis, signum erat cōmissionis *tuba*. *aneatores* q; hi, tubicines. ideo Apuleius *tubam terminalem* appellat, quia primitias & ludicra certaminis finiret terminaretque, lib. 10. *At vbi discursus reciproci multimodes ambages tuba terminalis cantus explicuit*. Virgilius,

At tuba commissos medio canit aggere ludos.

Quintilianus in Gladiatore: *Sonabant clangore ferali tuba*. Statius in Siluis:

Iam placida dant signa tuba.

nec alterius sententiæ illud Satyrici: *dignissima prorsus Florali matrona tuba*. id est, digna quæ commissione Floralium producatur. Plinius lib 11. Epist. *Qui nunquam castra viderunt, nunquam tubarum sonum, nisi in spectaculis audierunt*. Iuuenalis de senum incommodis:

Quid refert magnis sedeat qua parte theatri

Qui vix cornicines exaudiat, atq; tubarum Concentus; hæc Lipsius lib 2. Saturn serm. ca. 19. Erasmi exemplar legit *& cauea venatoribus*, quod damnat Pincianus sic tamen & Col. qui addit, *cauea a venatoribus*. item Pal. sec. in quo *& cauea a venatoribus cincta est*. at. pr. ac tert. referunt, *& cauea aneatoribus sita est*. vulgatam scripturam sinceram iudico.

Vt multa in illo artes) nullus ex meis habent voculam *vt*. legerim itaque cum Pal. quart. *Multa in illo artes, multa præcepta sint*. nam in aliis est *sunt*: vt forte fuerit *sunto*.

Relinque corporis atq; animi voluptates) sic Palat. sec. quart. Col. at pr. *Relinque corporis aut animi voluntates*. tert. *Relinque corporis voluptates, aut animi voluntates*.

Tumida res est , Palat. pr. ac tert. *tumida res*. nescio fere quid malim. nam mox sequitur *vana ventosa*. & pronior sum in vltimum istud.

Quam ne se post alium) sic Pal. sec. ac Col Pinc. vetus lectio, *quam ne alium post se*. idem tamen dicit esse codd. in quibus verbum *alium* redundet. & quidē Pal. pr. ac quart. non modo abest vox *post*, sed & vox *alium*. habet tert. *quam ne se posse alium*. placet fere legamus dictione *alium*, abiecta; *quam ne post se*.

Vides autem quam miser sit is, cui inuidetur, si & inuidet) sic Mureti editio. at aliter collocat verba Erasmus, itē Palat. sec. *quam miser sit, si is cui inuidetur & inuidet*. nihil melius scriptura antiqui codicis Pinc. *Vides autem quam miser sit. Is cui inuidetur & inuidet*. est in Pal. pr. tert. quart. Col. *Vides autem quam dupliciter miser sit, si is cui inuidetur, & inuidet*.

Et magno aggestu suspensa vestibula) vestibulum locus inter fores ædium & viam, Aulo Gellio lib. 16. cap. 5. Macrobio lib. 6. Saturn. cap. 8. idque pars domus l. 1. Cod. de custod. reor. l. 19. § de vestibulo ff comm. diuid. Fornerius ad l. 245. de verb. sign.

Tranquillissimasq; res & simul amplissimas pete) deest, inquit Pincianus, ex veteri lectione vox *eius*: hoc modo; *tranquill res eius & simul amplis* sic conspicitur certe in Palatino secundo ac Coloniensi. at primus *tranquillissimas quare & simul ampl. peto*. tert. *tranquillissimas quares & simul ampl. pete*. quart. *tranquillissimasq; eius & simul ampl. pete*.

Confragosa in fastigium) Palat. pr. *Transfragosa in*. tert. *Transfragosa*. reliqui rtes fauent vulgato.

Quæ pro excelsissimis habentur, aspicies sed tamen) melius mihi videtur quod est in Pal. pr. ac tert. *aspiceres*.

EPIST. LXXXV.

Vt probetur virtus ad explendam) sic & Pal. sec. & quart. bene. at Pal. pr. ac tert. *vt prohibetur virtus ad exemplandam*. quomodo & Col. nisi quod is retineat verbum *probetur*.

Aut ad traditionem nostram excogitatarum) ita & Erasmus. at in eius editionis ora, additur alias legi *aut traductione nostra excog*. & vero, *aut ad traductionem nostram excogit*. plane extat in mss. meis quinque.

Hoc modo Peripateticorum quidam respondent) verba *hoc modo* non sunt in Pal. tert. qui etiam habet *Peripatetici quidam responderunt*. quod & restat in pr. ac quart. nisi quod iis adsint, *hoc modo*.

Si Imbecillimis fortior est) Pal. sec. ac Col. *imbecillissimis*. & ita etiam correctum a secunda manu in tert.

Velocitatem suam Ladas . ita primum, quod quidem sciam, restituendum docuit Lipsius lib. 1. Elect. ca. 16. cum antea passim extaret, *laudane*. nullo sensu. nam *Lada* cursoris prouerbio celebrata velocitas est.

Quid si sanum) sic voluit legeremus Pincianus, non vt est in editione Erasmi: *Quod si sanum*. & hercle illud *Quid* testat in meis omnibus. præter Pal tert.

Quomodo apyrina dicuntur) sic reposuit Erasmus, cū passim legeretur *aprina*, male. nam altera voce vsus est Plinius libro 23. cap. 6. & vero ea etiamnum remanet in Colon.

Cum illi non vnum sed vniuersum affectuum certum relinquis cum quo colluctetur) sic editio Erasmi. nec recedūt multum Pal. sec. aut Col. nisi quod amplius habeant *cum illi non vnum affectum sed vniuersum affectuum cætum relinquis cum quo colluctetur. sed omnes*. at Palat. pr. *non vnum affectum sed cum quo reluctetur, sed omnes* tert. *cum illi non vnum affectum cum quo colluctetur sed omnes*. vix mihi dubium fit quin rescribi debeat: *cum ille non vnum des affectum cum quo colluctetur, sed omnes*. electis aliis illis vocibus. tantum meum facinus est quod illud *sed*, quod in Pal. pr mutarim literarum transpositu in *des*. quod vt facerem suasit Pal. quart in quo, *ne is vnum affectum des, sed cum quo colluctetur, sed omnis* Erasmi editio hic præterea etiam laborat ab interpunctis, habetque, *cum illi nō vnum sed vniuersum affectuum cætum relinquis, cum quo colluctetur sed omnis plus potest, quamuis mediocrium tur! a &c*. omnis origo mendi hinc est: quod *omnis* non putatent pluralis numeri, & accusandi casus.

Quam vnius magni violentia) Erasmi editio, *quam posset vnius magni violentia*; neque aliter mss. quinque. itaque reducatur. nam sane, vt Muretus quiduis temere abiiciat, in præcedenti modo sententia vidimus.

Et cum minime expectauerit exasperatur Palat. pr. ac tert. *& cum omni expectauerit*. mutata tamen media vox in tert. a secunda manu in *minime*; sicuti præfert Pal. sec. quart. Colon.

Falsa est vtiq; mediocritas ista) sic & Erasmi, rescripserim tamen suadentibus Pal. pr. sec tert. Col. *Falsa est itaq; medioer*. nam nec vulgato fauet Palat. quart. qui, *Falsa est enim medioer*.

Sola virtus habet: non recipiunt animi mala temperamentum. facilius sustuleris illa quam rexeris) sic Pal. quart. item sec. nisi quod iste *Solida virtus*. item pr. ac tert. nisi quod legat *mala temperamenta*; *facilius sustuleris illam quam rexeris*. at Col *Solida virtus habet*.

Non recipiunt animalia temperamentum) sic mss. mei. correctus tamen Pal. tert. ad hanc formam, *Solida virtus habeat. Non recipiunt animi mala temperamentum. Facilius sustuleris illa quam rexeris*.

Si plus quo exterreatur) Pal. pr ac tert. *si plus quis exerceatur*. quart *si plus aquis exterreatur*. nihil mutauerim.

Positione quidem mentis) Palat. pr. ac tert. *bona quidem mentis*. male. natumque id a compendiaria scribendi ratione *pōne quidem*; quomodo etiamnum retinet Palat. qoart.

Illud præterea iudico obseruandum) sic & Palat. sec. tert. at pr. ac quart. *iudicio obseru*. Colon. *iudico non obseruandum*.

Vnum bonum esse quod honestum, per se rursus) Palat. pr. ac tert. adiiciunt: *quod honestum omnes concedunt ad beate viuendum Rursus per se*. in tert. tamen intermedia illa subducta punctis, quasi adulterina essent.

Idem enim negat vnquam virtutem esse sine voluptate) sic quidem Muretus suasu Pinciani, qui ita extare in mss. suis prodiderat. Erasmi editio *negat nunquam virtutem*. quomodo extat in Pal. sec. quart. Colon. alterum illud tamen in Pal. pr ac tert. & puto vere. nā primus sic concepit literas: *Idem enim negatum quam virtutem*.

Quod si est. perfecte beata est , sic & Erasmus, & Pal. sec. at pr. ac quart. *quod si perfecta est, beata est* neque aliter Col. habet tert *quod si perfecta, est beata vita*.

Quemadmodum summum adiectionem non recipit) Pal. sec. ac Col. *summum bonum adiect*. & ita emendatum in tert.

tert. meo animo male. neque est ea vox in pr. perperam etiam quarto illud *summum* abest.

Magis beatum induxeris, & multo magis innumerabilia discrimina summi boni facies, cum summum) Palat. pr. tert. quart. Col. vocem interserunt: *induxeris, induces & multo.* non temere arbitror; rescribendum, *magis beatum induxeris; induces & multo magis innumerabilia discrimina summi boni: cum summum.* sic certe seruat Pal. sec. adiectaq; ei tantum dictio *facies*, a secunda manu.

Si tam illum multi anni beatum fecerunt, quam hunc pauci.) obserua & hic, mi lector, inuersum verborum ordinem. vult enim, non referre quam diu vterque vixerit, si modo hunc pauci anni tam beatum fecerint, quam illum multi.

Non potest nomē imminui) fere est vt prætulerim quod seruatur in Palat. sec. ac Col. reponiturque aliena manu in tert. *non potest numen minui.*

Nos rem & controuersiam pro confessa inducere) sic quidem, Mureti editio: at Erasmi *pro confessa iudicare*, notatumque ad marginem alias legi *vindicare.* at Palat. pr. ac quart. *rem & controuersiosam pro confessa vindicare.* quæ vox adscripta etiam Palat. sec. tert. cum esset in textu, *controuersiam.* hic tamen habet *vendicare*, ille *iudicare.* sed & Col. *controuersiam pro confessa vendicare.* dispiciant eruditi, an vocabulum *controuersiosa* recipi possit. ego puto posse.

Aut si stulti & amentis) scribendum putat Pincianus per maiorem; *At si stultis* ex veteri, inquit, lectione. alia scriptura extat in meis omnibus.

Vt vobis, inquit, videtur) sic & Erasmus, at mei mss. quinque. *Vt nobis, inquit, videtur.*

Vel per iniuriam: & quicquid aliud intuleris inter lymphaticos metus numera) emenda & dispone, sententiæ bono, *vel per iniuriam, & quicquid aliud intuleris. inter lym numerat* & quidem *numerat*. custodiunt & mss. Pinciani, & mei. Palat. quoque pr. ac quart. habet *limphatos.* quod non displicet. nam solum alterum illud in Pal. tert. quippe secund. & Col *Lymphaticos metuentes numerat.*

Nisi illa contemnimus) mei quatuor: *illa contempserimus.* solum testat prius in Pal sec.

Diligentissima in tutela sui fortitudo est) Pal. pr. *in tutela sui fortitudo.* tert. *Diligentissima in tutelam sui fortitudo est* quod mihi ambrosia omni dulcius.

Si viscera sua in sinu suo vidit) sic Pal. quart. at sec. *videt.* pr. ac Col. *si viscera nostra in sinu suo vidit.* Palat. tert. *si viscera ipsa in sinu suo videt.* quod postremum retineri.

Si ex interuallo, quo magis tormenta sentiat, repetitur) quid si legas *referitur*, inquit, Pincianus? imo nihil elegantius efficaciusque vulgato. de quo ego libro 24. Suspic. cap. 3.

Et per siccata viscera) paulo fortius mihi sonat verus lectio Pinciani codd. quę Palatinorum & Col. *per adsiccata visc.* quidam alii Pinc. *exsiccata.*

Recens demittitur) sic maluit coniectura Pinciani, cum esset & in vulg. & in bibliothecarum membranis. *recens dimittitur.* neque aliter omnes mei, excepto Pal. tert.

Falsum est, inquit, quod proponitur) Pal. pr. sec. tert. *quod proponitis.* quod verum videtur. nam & quart. *propositum.* Col. vero *proponit.*

Non vtiq; quod tentat efficere) sic Pal. sec. quart. Colon. at Pal. pr. & tert. *quod contemnat.*

Sapientia domina rectrixq; est) Pal. pr. ac tert. *Sapientia dominatrix est.*

Nec artem gubernatoris deteriorem vlla tempestate fieri) sic mss. mei quinque, sic Erasmi editio aliquotq; eius quas vidi traduces. at ecce tibi I. C. qui isthæc producit, *nec artem gubern. det. nulla tempestate* & mire se in hoc, suo ne, an typographi vitio, iactat; atque *nec nulla* cum dicit Seneca, negationem augere voluisse: aut, vt cum Nonio, loquatur, pro vna negatiua posuisse. &c. nihil horũ, mi homo. accusa desidiam tuam quæ non & alias excusserit editiones.

Sed vtilem operam) adpingit margini Erasmus: alias legi, *sed fidelem operam*; mei quinque tamen prius solum agnoscunt.

Aliqua fortuita vis obstitit) Col *restitit.* Pal pr. ac quart. *restitit.* tert. *obsistit*, sed a secunda manu, cum antea fuisset *restitit.* quod mihi placet. nam *resistere* non solum dicuntur animata, sed & inanima.

Neptune, nunquam hanc nauem nisi rectam) extat etiã, ni fallor, apud Aristidem prouerbialis hæc contestatio, ex tragœdia aliunde desumpta: *ὦ τὰν ποσειδῶν ὅτι ὀρθὴν τὰν ναῦν καταδύσω.* apparetque dici posse, quoties testatam & spectatam nostram fidem atque integritatem volumus significare, nihil malitiose aut praue nobis actum esse. & allusisse videtur Cicero in Epist. ad Fratrem: *Cetera fuerunt in eadem Epistola grauiora quam vellem, ὀρθὴν τὰν ναῦν.* Iunius Cent. 6. Adag. 54. extat huius prouerbii lectio integra in Pal. pr. ac quart. at alii tres adiciunt voculam a fine. sec. *nisi rectam videbis.* Col. *nisi rectam videbis*, quomodo & emendatum in tert. sed a manu secunda; cum prius tamen aliud quid ibi fuerit, verum quale per lituras non est conicere.

Aut detinet & exarmat) Pal. pr. tert. Col. *aut exarmat*, & valde placet.

Alioquin gubernatoris artem adeo non impedit, vt ostendat) ita Erasmus, ita Col. Pal sec. quart. at pr. ac tert. *alioqui gubernatori artem ponit vt ostendat.*

Quomodo medici ars ad eos quos curat. Sapientia communis) Pal. pr. ac tert. duas omittit voces, scribitque. *quomodo medici ad eos quos curat. Commune &c.*

Et eorum cum quibus viuit & proprium ipsius) Palat. pr. *& eorum cum quibus viuum, & ipsum ipsius.* tert. *& eorum cum quibus viuum, & proprium ipsius.* tectã indico scripturã vulgatam. error natus ex compendiosa scribendi ratione.

Ipse semper in actu est: tunc maximus) præterit hic vocem vnã alteramque Muretus. nã editus ab Erasmo liber: *in actu est, non in effectu, tunc maximus.* monuitq; Pincianus scribendũ suatu mss. per maiore, & absque negatione, *in actu est. In effectu tunc maximus.* non ita sordide. nam sic nulla iota minus Palat. pr. tert. quart. Palatinus tamen sec. ac Colon. *ipse semper in actu est & in effectu: tunc maximus.* quod & hic egregie consistere, quilibet odoratur etiã ille cui pituita molesta. P. tamen Faber secutus est lectionem quam promisit Pincianus, lib. 2. Semestr. cap. 1. vbi videas egregia ad hunc locum.

Aliquid ex illa memorabile efficiet) Pal. tert. *memoriale.* & sic etiam alias legi, adscriptum pr. non ita displicet. imo ne displicet quidem.

Et ad occursum exterrentia hominem, docent pati iugũ) ita alias legi annotat ad oram editionis suæ Erasmus, in qua *hominem cogunt pati.* at aliquid hic latet mõstri. nam longe diuertunt ab hac scriptura mss. mei. quippe Pal. pr. *& ad occursum expauentia hominem parati sub iugum.* sec. *ad occursum expauentia hominũ cogũt pati sub iugum.* tert. *ad occursum expauentia hominem pati sub iugum* quart. *ad occursum expauentia hominum cogunt pati iugum.* Col. *ad occursum expauentia hominum cogunt pati subiugum.* quæ lectio mihi non displicet, si modo legamus *hominem.* an tamen *expauescere* hic referatur ad homines an ad animalia, non ego definio postulat quidem fere auctoris sensus vt ad homines: sed negabũt forte grammaticorum pueri, *expauescere* idem notare quod *pauefacere.* vt vt est, videmus hic accipi pro *subiugo* illum ipsum qui isthæc animala domat mitigatque.

Osculatur tigrim suus custos) Pinciano facile credo haberi in quibusdam codd. *osculantur tigres suos custodes:* nam sic profecto Pal. pr & quart. nec aliter fuit in tert. vt ex litura apparet. sed tamẽ prius illud retineamus quod & in Pal. sec. & Col. nã origo mẽdi videtur inde primitus orta, quod quidã libri scripsissent *suos*, non *suus*, more antiquo.

Elephantem minimus Æthiops iubet subsidere) sic quidem Muretus, verum non bene. quid enim? vt illi Æthiopes qui curarent Elephantos *mimi* fuerint? non puto. at vero vt *minimum* hic capiamus pro *nano* aliquo ac *pumilione*, hoc etiam plus nihilo est. erat in editione Erasmi: *Elephãtem minimus & Æthiops iubet subs.* monuitque Pincianus delendam hic ex auctoritate mss cõiunctionẽ *&*, pauloq; post ponendã commodiore loco, ac scribendũ, *& ambulare*: vbi Erasmus voculam illam excluserat. & certe in meis membranis quinque extat etiam lectio codd. Pinc.

itaque

Itaque reuocetur io legitimam possessionem. sciat tamen lector si forsao tanti est, Pal. pr. ac tert. præferre: *Elefantem*, non vt alij, *Elephantem*.

Exilium, & cetera horrenda. Cum ad hunc &c.) sic quidem Muretus. at publicatus ab Erasmo. *Exilium, vbique horrenda tum ad hunc.* traditque Pinciaous restare in penu mss. suorum: *Exilium, quacunque horrenda ad hunc pervenit.* est in Col. meo: *Exilium & cetera quaque horrenda, vbi ad hunc.* quod ferre quis posset oisi scriptura quam exhibet Erasious, tueretur se quadriga mss. Pall. ipsaque adeo commodam occuleret sententiam; vt innuat scilicet, nulli non loco, nulli non tempori, hæc ipsa quæ enumerauit, esse formidabilia.

EPIST. LXXXVI.

Adoratis manibus eius & ara.) Alias legitur ad oram editionis Erasmianæ, *& arca.* quod cum restet in Pal. pr. & tert. nec oon ad marginem Col. vtraque id excepernt manu; vti que cum & agnoscat Ræuardus libr. 2. cap. 4. Variorum, velitque *arcam* hic designare *loculum lapideum*, supra terram positum, quo corpus perpetuæ sepulturæ tradendum plerunque recondebatur. Eo sane sensu accepisse arcam lapideam Gaium l. 7. ff. de reliqoi & sumpt. funeris, cum scriberet: *Aduersus eos qui in alterius arcam lapideam in qua adhuc mortuus non erat condidit, mortuum intulit, vtilem actionem in factum pretor edat.* deque huius modi *arcis*, illud Frontini etiam accipiendum videtur de diuersis mensuris agrorum lib. 1. *In campis vero statuerunt terminos quadratos surfectos, & interiecta loca arcas & monumenta vel alia testimonia.* videatur & Martianus l. 39. ff. de reliq. & sumpt. funer. Est & in Epitaphio An. Crestinæ: NEQVIS NOS INQVIETET EX ARCA NOSTRA, NEQVE AB ANTE ALIAM PONAT, AVT COMMVTET.

Quam sepulchrum esse talis viri suspiter) bene, *suspiter.* res enim non ita liquida. nam de ea sic Liuius: *Africanum alij Romæ, alij Literni, & mortuum & sepultum vtrobique monumenta ostenduntur & statua. nam & Literni monumentum monumentoque statua superimposita fuit: quam tempestate deiectam nuper vidimus ipsi. Et Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt: dua P. & L. Scipionum esse dicuntur, tertia poeta Q. Ennij.* Quinto tamen decadis quintæ, asserere videtur Literni esse sepultum: quod Strabo etiam affirmat, bis verbis: *Prope mare Sinuessam Liternum est oppidum, vbi prioris Scipionis cognomento Africani sepulchrum iacet. Ibi enim extremam consumpsit ætatem &c.* vide plura apud Marlianum lib. 5. c. 27. de vrbis Romæ Topogr.

In talum vnde erat: rediisse) sic quidem Muretus. at Erasmi editio, nec non mei scripti quinque, *in cælum ex quo erat.* Solum videbatur Pal. tert. aliud quid habuisse duarum illarum vocum vicem, sed nulli agnoscibile.

Hos enim & Cambyses) Erasmus & mei omnes: *Hos enim.* Et, per Musas, relinquamus auctori suam linguam.

Magis in illo admirabilem) sic quidem & Erasmus. at Palat. sec. quart. Col. vtrumque latus muniunt voce: hoc modo; *quam magis in illo admirabilem iudico.* vix probauerim. nam Pal. pr. ac tert. non agnoscunt vltimum illud *iudico*, tantum contenti priore *quam.* Si coniicere licet; scripserim *tum magis in illo admirabilem.*

Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma libertas.) sic quidem Muretus. at Pal. tres & Col. *aut Roma in libertate.* tert. *aut Roma libertate.* Pincani liber aotiquus; *Romæ esse non debebat, aut Roma in libertate*; quod probabat alij eius, *aut Roma sine libertate.* Amplector ego quod extat in Pal. tert. a secunda manu, *aut Roma libertati.* quomodo etiam diu est quod legendum prodidi ex prisca editione, & bene quod mihi tantum oon asti puletur Stephanus Ep. ad Dalech. 5. qui sic etiam ex coniectura. & eo quidem sensu dicetur *Romæ deesse* Scipio, quo dicitur aliquis, *deesse* illi quem non tuetur & defendit, cum possit. vnde idem cap. 23. ad Polyb. *Vir in hoc natus, ne vrbi Romana aut Scipio deesses, aut Carthago superesset.* Nec obstat quod sic alium sensum habet verbum *deesse*, in priore iocisso, quam posteriore. oam hoc apud Senecam frequens, Stephano assentior de hoc facto Asticaoi Liuius libr. 38. Val Maximus libr. 5. cap. 7. quidam IC. verba vti vulgantur ab Erasmo, eū putat habere sensum, aut Roma absente Scipione serua esse debuit, aut eo præsente libera. qua interpretatione nihil puto excogitari posse, magis ab arguniеotatione auctoris alienum, magis ineptum.

Magnitudinem animi! in exilium voluntarium &c.) ita Erasmus. at mei quinque. *magnitudinem animi, qua in exilium vol.* quod si retinemus, erit pooenda interrogatiouis nota in fioe senteotiæ.

Et se Liternum recepit.) Pal. pr. *& salicernum.* sec. *& sone Liternum rec.* tert. *& se Linternum rec.* quart. *& se Beternium rec.* Col. *& se Velisternum rec.*

Tam suum exilium reip. imputaturus quam Hannibalis.) idem IC. abigit postremæ vocis postremam literam, legitque *Hannibali*, non sine totius sententiæ ruina. nam *imputare* hic eo sumitur modo quo millies apud Senecam. loca duo tria fidei causa adducam. lib. 6. cap. 11. de benef. *Hoc enim sæpe te querentem audio, quod quadam homines sibi præstant, alijs imputant.* item lib. 3. cap. 18. de benef. *ministerium esse serui, quem conditio sua eo loco posuit, vt nihil eorum qua præstat, imputet superiori.* denique Ep. 73. *Multa principibus debent, sed multa & imputant.* vide de ea voce Budæum ad l. mioor. ff. de minoribus. lectio vulgata restat in Palat. pr. tert. quart. Col. solum sec. *Hanuibali.*

Murum circumdatum silua.) ita Pal. omnes, nisi quod esset in sec. ab altera manu, *circumd. silua*, quomodo restabat in Col. IC. ille dicit se legere *muro circumdatam siluam.* vellem adderet rationem; aut saltem probaret indultum ipsi quiduis pro libidine interpolandi.

Turres quoque in propugnaculum villa vtrimque subrectas.) vox *villa* abest Pal. tert. repræsentant tameo reliqui. absque eo esset, eam pro spuria eiicerem.

Cisternam ædificiis ac viridibus subditam.) ita Pal. pr. quart. Col. at sec. & quart. *ac vitibus sub'd.* sed videbatur tamen antea fuisse io tert. *ac viribus.* alterum tamen illud agnoscit & Brissonius lib. 19. de verb. sign. accipitque pro locis vitentibus, herbis graminibusque consitis, quæque alias vocantur *viridaria* Suetooio Tiberij cap. 60. Lampridio in Elagabalo, & Vegetio lib. 4. cap. 6. & apud Vlpianum in Instit. tit. 6. item L. 26. ff. de instr. vel instr. *viridiorum* vero meminerunt Plinius lib. 5. Ep. ad Apollinarem, Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 4. L. 79. in f. ff. de verb. sign. L. 15. ff. de seruit. L. 12. de seru. vrb. itemque Vitruuius lib. 6. cap. 6. lib. 5. cap. 9.

Nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserint.) idem IC. hic *orbes* accipit pro *speculis*, aut putat legendum: *pretiosis trabibus ref.* aut *parietes magnis pretij coloribus refuls.* fœcundam hercle ignorantiam. at correctiones procul facessant. nam *orbes* ceperim pro trabibus aut adeo lapidibus cæsis in orbes. certe quoniam mensæ olim rotundæ, ideo & *orbium* sortitæ oomen. Martialis lib. 9. Epigr. *Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes* iterum libr. 14.

Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum:
Orbibus in nostris circulus esse potest Iuuenalis Sat. 11.
Latos nisi sustinet orbes Grande ebur. Lucanus:
Dentibus huc niueis sectos Atlantide silua Imposuere orbes.

Nisi Thasius lapis.) meminit huius loci Mercurialis lib. 3. cap. 14. art. gymnast. quem videat curiosus lector, vt norit quomodo in piscinis, quæ in frigidario thermarum ædificatæ eraot, nataretur. porro, in Col legitur: *nisi Thasius vel Parius lapis.* in Pal. sec. *nisi Thasius vel que Parius lapis.* sicque etiam emendatum in tert. nisi quod abesset vox *que.*

Corpa exinanita dimittimus.) ita ad oram cod. Col. alij mss. habent *partim examinata*, aut *exanimata*, quomodo citat L. Cælius lib. 30. cap. 18. aotiq. Lect. partim *exsanita.* sec. etiā in margine *exsaniata*: quod non displicuit Lipsio lib. 1. cap. 16. Electorum, cum & idem extaret in aliquot libris eius. *Exsaniare* enim, inquit, saniem tollere. Celsus de morsu rabidi canis: *Sal enim exsaniat*, &c. pace eius fiat, retinuerim *exinanita.* quo quid sibi

velit, haurire est ex Epistola eius 108. *Decoquere corpus atque exinanire sudoribus, inutile simul delicatumque credimus.* item alibi. *Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatoriis, in qua siccus vapor, corpus exhausturus includitur?* plura de hoc nos lib. 23. ca. 14. Suspic.

Nisi aquam argentea epistomia funderent.) Lud. Cælius lib. 30. cap. 18. voluit istud *epistomia*. vt & ipsum monuit Erasmus, cuius editio, *epistomia*: additq; quemdam librũ, sed parum bonæ fidei, habuisse *epistoma*. scilicet rescribendum *epistomia*, monuit primum Cuiacius ad lib. 3. Sent. Pauli, vbi & eadem restat vox, confirmatque Brissonius libr. 5. de verb. sign. ex L. 17. §. castella ff. de act. empti. est in Pal. pr. *nisi aliquam argentea epythomica*. sec. *arg. epistemia*. tert. quart. *nisi aquam arg. episthomica*. Col. *Episthomia*.

At nunc blattaria vocant.) Pal. pr. tert. *at nunc baltaria*. sec. *blactaria*. quart. *balciaria*. Col. *blataria*. sciamus *blattaria* verum esse. nec moueor verbis IC. cuiusdam qui quærit: quid si legas *Blitearia*. *Blitea* enim, inquit, res inutilis, a blito herba nullius vsus, Nonio 2. additque: sunt tamen *Blasbea bulla lueï* ex itineribus; aut quod ex calciamentorum soleis eraditur. sic ille. parum conuenienter. vero propius est *blattaria* a blattis venire propter rationem quam subiicit auctor: *si qua non ita aptata sunt, vt totius diei solem fenestris amplissimis recipiant*. blattæ siquidem lucifugæ; quæque in balneis largiter alioqui proueniunt. Plinius lib. 11. cap. 28. *Econtrario tenebrarum alumna blattis vita. lucem ea fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognata*. videatur & Isidorus lib cap. vlt. Orig. *blattaria* ergo quod commodam *blattis* præbeant domum.

Si qua non ita aptata.) sic Pal. sec. Col. at pr *ita apta sunt*; quod idem notare quod *aptata*, scitur vel ex illo Catulli: *Aptis sarcinulis & expeditis* notat Erasmus forte legendum *aperta*. & sic certe est in Pal. tert. neque adeo displiceret nisi adderet *totius diei solem*. aptabantur igitur balnea vt nullo non tempore sol ea intraret.

Nisi & lauantur simul & colorantur.) sic Pal. quart. & ad marginem sec. qui tamen vt reliqui tres *& colantur*. male. nam vult eos etiam in balneis insolatos; vt explico Epist 108.

Qua concursum habuerunt cum dedicarentur.) Ergo & *dedicata* balnea? sic sane, vt latius ago libr. 5. cap. 14. Opinionum.

Hac in antiquorum numerum reijciuntur.) nescio quæ illex libido suadet reponam *in antiquatorum*. nec enim omne quod antiquum, etiam contemnitur. quin imo dignatio etiam ipso accedit tempore si egregij sit operis. at *antiquari* est, vt ait Nonius, obsolescere, e memoria tolli: quod hic vnice quadrare vel Tiresias viderit, non vates. Haud tamen negauerim alterum hic eodem quoque consistere posse sensu. Porro Pal. sec. ac Col. non habent dictionem hanc. tres etiam alij legunt: *& in antiquorum numero reiiciuntur*.

Res quadrantaria.) a *quadrante* videlicet qui balneatoribus dari solebat. sicque alias legi annotat Erasmus. Iuuenal. 6. Sat.

Cædere Siluano porcum, quadrante lauari. Flaccus Sat. 3. ver. 1. *dum tu quadrante lauatum Rex ibis.* hæc fere Alciatus libr. 2. cap. 12. paretg. quæ magis audienda, quam quæ dicit de hoc loco in Prætermissis. habent tamen Pal. mei quatuor illud *quadratoria*, quod præfert editio Erasmi; solumque est in Col. *quadratarta*. verum videatur & Lud. Cælius libr. 18. cap. 16. item lib. 30. cap. 89 Lect. antiq. Had. Iunius cent. 1. adag. 13. & 77. Mercurial. lib. 1. cap. 10. de arte gymnast. Horomannus lib. de re nummaria. cap. de diuisione assis &c. qui secundum ista explicat illud Ciceronis pro Cælio: *Nisi fortè mulier potius quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.*

Nec referre cred. in quam per. sordes deponerent.) Pal. nouam quasi exordiuntur sententiam. *Non ref. cred. in quam per. for. deponerentur*: quod fere malim. nam & Col. habet *Non.* retinet tamen *deponerent*.

Et gregali tectorio.) bene. Pal. tamen pr. ac tert. *grecali erectorio*. quart. ac Col. *grotali tectorio*. solum Pal. sec. habet illud *gregali*, notatque idem alias legi *graeali vectorio*.

Qua scires Catonem tibi Ædilem &c.) de eo nonnulla d. loco Mercurialis.

Aut ex Cornelijs aliquem.) Pal. pr. *aut Cornelium aliquem*. tert. *aut Cornelium aliquem*. & sic forte fuit, sed genitiuo plurali pro *Corneliorum*.

Quæ nuper inuenta est, similis incendio.) idem etiam apud Plutarchum inuenitur, antiquiores mollibus ac moderate calidis balneis vsos: ita vt Alexander in lauacro etiam febriens, & Galatarum mulieres pultis ollas in balnea ferentes, vna cum pueris lauarentur & manducarent. at eorum tempestate maxime calidas in pretio habitas fuisse, adeo quod de illis dicere licebat.

Huc Cocytus Phlegethoque fluunt Acheronta petentes

quales fortasse Neronianæ thermæ extiterunt. de quibus Martialis sic scribit lib. 5.

Si temperari balneum cupis feruens
Faustine, quod vix Iulianus intraret,
Roga lauetur Rhetorem Sabinæum.
Neronianas is refrigerat thermas.

nihilominus tempore Galeni, qui paulo post Senecam & Plutarchum floruit, balnea vsque adeo calida in vsu nequaquam fuerunt. quin imo etiam morem illum calidioribus vtendi, haud quaquam tunc omnibus communem fuisse, sed aliquibus peculiarem, pro comperto habeo. hæc Mercurialis. d. cap. 11.

Vnum lauari oporteat.) sic quidem editio Erasmi, meique scripti, nisi quod videatur in Pal. tert. *virum* malim tamen quod in aliis inuenit membranis idem Erasmus *inustum lauari*.

Ardeat balneum an caleat.) monet Erasmus, alias etiam legi, *algeat*. sed hoc nauci est. nam illud *ardeat* extat etiam in Pal. sec. inque reliquis quatuor est *ardeant balnea an caleant*.

Quanta nunc aliqui rusticitatis damnant,) præposuerim quod fere in meis omnibus, *nunc aliquis rust. damnat*.

Et spectabat vt in balneo concoqueret.) Pal. pr *& spectat* tert. *& expectat* Col. *expectabat*. retinuerim vulgatum. nam *expectare* & *spectare* antiquis in vsu promiscuo.

Nesiit viuere.) Gothofredus legit *nesciit viuere*. probo.

Non pacata aqua lauabatur.) vehementer facit palato meo quod est in Pal. pr. tert. quart. adque oram Colon. *non saccata aqua*. nempe ea erat illo æuo delitiarum rabies, vt non secus aquam per *saccum* percolarent, atque si vinum fuisset. qui locus sane diligenter notandus. nam nusquam hoc alibi memini legere. ne autem dubitem de veritate huius lectionis facit quod sic etiam emendet Coluius notis ad lib. 9. Metam. Apuleij, cum reperisset in schidis suis *soccata*. de vino per saccum transmisso plene Turnebus libr. 13. cap. 14. item lib. 17. cap. 18. Aduersar.

Nec multum eius intererat.) Pal. pr. tert. quart. abest dictio *eius*. neque eam ego desidero.

Non inuideo Scipioni.) IC. quidam legit *Non inuidemus*. male, nam quid frequentius quam mutatio numeri personarumque?

Qui priscos vrbis tradiderunt mores.) sic solum Pal. quart. reliqui omn. *verbis*.

Liquet immundissimos fuisse.) mss. omnes interiiciunt pronomen: *liquet mihi immundiss.*

Militiam, laborem, virum.) Elegantissima hæc correctio Pinciani est, quæ verbum non desiderat, adeo perspicuam se prodit omnibus idem tamen addit, posse etiam legi *vires*, non *virum*. prius extabat passim: *Quid putas illo soluisse militiam labore virum* at editus ab Erasmo referebat. *Quid putas? Illo dissoluisse militia Laborem decebat virum*, quod videtur ausisse ex exemplari Britannico, in quo mendose, *Quid putas? illo soluisse militia laborē decebat virum*. & sic fere Pal. sec. nempe: *Quid putas? Illo soluisse militiam labore decebat virum*. at pr. tert. quart. propius accedunt veræ scripturæ: *Quid putas illo soluisse militiam, laborem, virum*. sic pr. nam tert. *molitiam* quart. *militiam*. at vero Col. *Quid putas illos oluisse militiam, labore decebat virum*.

Spurciores sunt.) absunt eæ voces Palat. quart. estque in pr. *puriores sunt*. in tert. *grauiores sunt*. in sec.

spurtiores

Spurcitiores sunt. solum *spurciores* Col.

Quæ aut, Pal. pr. tert. Col *qui aut.*

Pastillos Rufillus olet.) mss. quinque agnoscunt *Bucillus*. sicque infra bis iterum scribunt.

Quid quod odore tanquam suo gloriantur?) sic Erasmus. at Pal. pr. ac tert. *quique idem hoc odocere tanquam.* sec. quart. Col. *quid quod idem hoc odore tanquam suo.* quod hercle purum putum Senecæ. scribatur tantum studiosorum gratia: *ydem.*

Hæc si nimium tibi tristia videbuntur.) plerique mei *hæc si nimium tristia videntur.* quod placet.

Quemadmodum vetus arbustum posse transferri.) de eo aliqua Erasmus Chil. 1 cent. 4. Adag 43.

Quod vidi, hoc dico.) voces illæ *hoc dico*, nusquam locum habent in exempl. meis quinque. sic tamen legit Erasmus.

Illud arboretum trimum aut quadrimum fastidienti fructus Autumno deponere.) ita Mureti editio; secuta, vt puto, fidem Lipsii, qui sic e libris suis; nisi quod *arborum* abesset: vnde ipse *arboretum*, lib. 1. Elect. cap. 16. at ego quidem hæc facilius lego; quam intelligo. verum nihil melius extricare possum. tantum subiiciam varietatem membranarum. Pal. pr *Quod vidi illud arborum trimum & quadrimum fastidiendi fructum. au. deponere to queque.* & sic quoque Pal. sec. nisi quod pro *illud* prius habuit *illum*, quod tamen postea mutatum. item pro *au*, *autumno*. Pal. quart. *alteri ponit ramum. quod vidi illum arborum trimum & quadrimum fastidiendi fructus causa deponere. te quoque.* tert. *quod vidi in illud arborum trimum & quadrimum fastidiendi fructus: autumno deponere te quoque.* ita quidem ille, sed interpolate: antea habebat *quia vidi illud arborum trimum & quadrimum fastidiendi fructus aut deponerentur quoque.* in Col. est, *Quod vidi illud arborum trimum & quadrimum fastidiones fructus Autumno deponere.*

Quid decentissime diceretur.) Pal. pr. tert. quart. *decentiss. videretur.*

Necesse fuit reprehendere.) & hoc ex Lipsio Elect. Muretus, cum antea esset, *deprehendere* quomodo etiamnum in Pal. quatuor & Col.

An vno tempore ista ponenda sint.) ita etiam legit Pincianus ex vno exemplari, item Lipsius, valde apposite ad sententiam. prius publicabatur *Annuo tempore ista*, veluti fere mss. mei, nisi quod Pal. sec. habeat *An annuo temp.* quart. *cum annuo temp.*

An vtrimque verna satio sit.) vt libenter antiquos, sic Virgilium hic noster tangit, tanquam agrariæ rei parum peritum. quoniam scripsisset *milium & fabam* sub idem tempus seri: sed mehercule calumniatur aut ludit iste Socrates. Milium de iis quæ trina tempestate anni seruntur, æstate, hyeme, vere. in Italia tamen plurimum æstate. quam solam sationem hic Seneca agnoscit. ut tu vide Plinium lib. 18. cap. 7. & liberabis facile Virgilium huius culpæ Lipsius d. loco.

Cum rapo suo transtulit.) Mureti ista, ni fallor, lectio, nam superiores editi *cum rapo suo*, quomodo fere chirographi libri (nisi quod Pal. pr. ac tert *qui cum rapto suo*) nec aliter citat Cuiacius libr. 24. cap. 5. Obseruat. scribitque sic vocari *arborum caput*, quia formam habeat rapi.

Relicto tantum capite ipso ex quo illa pependerant.) habentur hæc verba in cunctis exempp. meis. Pincianoque castigatior videtur lectio cuiusdam antiqui cod *capite vno ex quo cætera pep.* at vero Cuiacius d. loco istas voces cunctas putat glossema vetus, & interpretationem præcedentium. eum vide.

In scrobem demisit.) sic Pal. sec quart. Col. ne quis forte se cruciet in verbis quæ in Pal. pr. ac. tert. *dimisit in fero beata.* nata enim ex compendiaria scribendi forma.

Hæc vt ait, pisatione efficacius) veteres impressi *pisitione.* mss. Pal. quatuor & Col *spissatione.* vti & adiicitur margini editionis Erasmianæ. Stephano placet *pisatione* libr. 2. cap. 10. prood. quod & ait a quibusdam ex vet. legi exempp. vide notas Mureti. ego enim *spissationem* non temere abegerim foras. imo vero pro eo pugnauerim tanquam pro aris & focis.

Quam necesse est teneram adhuc.) priores editiones & omnes quos legit scriptos codd. *cæteras* habuisse vno excepto, in quo *cereus* esset; annotat Pincianus & probat. me quidem lubente, qui illud *cereas* in Pal. secundo. item Col. manifeste deprehendi. item castigatum ab alia manu in Pal. tert. neque aliter Horatius. *Cereus in vitium flecti.*

Parum autem arboris antequam obruat radix.) ita inueniri in omnibus exempl. fatetur Pincianus, sed scribendum tamen inquit, *radis.* & sane recepta lectio nulla litera minus comparet in Pal pr. quart. item tertio, nisi quod ia habet alterius emendatum dextera: *parum autem valet arbori antequam obruat radix.* quomodo etiam fere repræsentat Palat. sec. & Col. fere in eam; adiicitur eo in litera voci *arbori*, sitque *arboris*. Pinciani castigatio mihi non displicet; vtique cum sic etiam emendet Lipsius lib. 2. Epist. quæst 3.

Arida & retorrida erit.) sic etiã omn. scripti mei, nisi quod emendauerit alia quædam manus. in Pal. tert. *exit.*

Nihil habent in se horridum nec triste). mss. mei *in se habent aut horridum aut triste*, excipio Pal tert. in quo prius fuerat *in se habent aliud horridum aut triste.*

Grandis scapia sunt.) sic editio Erasmi, sic mei quinque. Stephanus lib. 2. prood. cap. 8. perstringit Muretum quod non viderit, aut dissimularit Pinciani coniecturam, suspicantis legendum *grandiscapia*; dictione composita: cum verisimile sit Senecam ita vo luisse exprimere græcum μακρόκαυλοι, & ob nouitatem vocabuli præfixum illud; *vt ita dicam.* non tamen etiam is probat quod Pincianus exposuit, *grandis capitis*: dubitatque num potius scribendum *grandiscapa*, lib. 2. cap. 10. prood.

Ne quemadmodum Ægialus noster.) nusquam est in meis illud pronomen *noster.* itaque id ad caucaseum extruserim montem, si meæ potestatis.

EPIST. LXXXVII.

Non adiicio, ne & hoc putes inter Stoica paradoxa ponendum.) est in Pal tert. *non adijciam ne hoc putaros inter Stoica paria ponendum* sed tamen correctum id alia manu iuxta lectionem vulgatam, nisi quod pro voce *paria*, quæ & in Pal. pr. repræsentet *paradigmata*: quomodo etiam habet sec. ac Col. nam *paradoxa* præfert Pal. quart.

Quorum nullum esse falsum &c.) Pal. pr. ac tert. *nullum erat falsum.*

Et quam facile iudicio possemus contemnere.) ita edit. Mureti & quidem *contemnere* alias legi annotauit Erasmus; qui tamen vulgauit *& quam cũ facili iudicio possemus deponere* meo iudicio minus male, quod attinet ad dictionem *deponere* quę hic omnino requiritur, & omnibus adest membranis; quibus tamen abest coniunctio *cum*. at ego insuper suadente finxerim sententia, *& quam facile iudicio possemus deponere qua* &c. quam emendationem pluribus vt probem, non est necesse. nam & aliaqui Pal pr. tert. quart. *quam facile iudicio non facile.* simile dicit Epist. 123. *Multa quam superuacua essent non intelleximus nisi cum deesse cœperunt.*

Cum paucissimis seruis.) Col. *Cum paucis seruis.* Pal. tert. *Nam cum paucissimis seruis.*

Paratum fuit non magis hora) hæc est omnium fere edit. & scriptorum codd lectio. ingeniose itaque Muretus, qui ex verbi abis, nescio cuius exemplaris, *fuit sine magis ira*, fecit *sine magiro*: vt prandium dicat coqui opera non indiguisse. haud tamen verisimile sit Stephano Epist. 34. ad Dalech. illo vocabulo vti ausum Senecam & mihi quoque vero est simile aliquam multa hoc loco deesse. odororque sub dictione *hora* latuisse olim *loram*, vel tale quid. certe Pal sec. ac Col. prius habuerunt *non magis ora.* additaque deinde litera *h.* sed & est in pr. ac tert. *Paratum fuit non magis hora.*

Si non, pro pane.) Pal. sec. quart. Col. *si non, habeo pro pane.* pr. tert. *sine pro pane.*

Mulas viuere se ambulando.) ergo mulæ ad vehiculum; vt & patet ex subsequis huius Epistolæ: *Quid ad rem pertinent mulæ saginatæ vnius omnes coloris? quid ista vehicula cælata?* Lampridius in Commodo: *Dedit & vehicula cum mulabus & mulionibus, & rhedariis argenteis, ita vt a conuiuio redirent.* hæc Pamelius adnot. in Tertull. lib. 2. ad vxorem cap. 8.

Certam ſedem & immobilem) mſſ. Pal. quatuor & Col. *certam fidem*. ſolus illud *ſedem* retinet tert. emendatione alterius, extatque ad oram Col. anceps hæreo vtrum amplectar. pronior tamen ſum in *fidem*.

Nondum audeo frugalitatem palam ferre.) quædam Pinc. exemp. *palam proferre*. nihil mutauerim. nam altera lectio reſtat in meis quinque. & commoda eſt.

In reliquis quoque facere debebatis.) Col. ac Pal. quart. *debebatis*. reliqui tres *debetis*.

Lato poſſidet &c) de his & ſeq. Briſſonius libr. 6. de formul. Nomina etiam facturum Atticum, qua ætere ſolitum *quoto anno*, & *quantum in ſolo*, Cicero ex quorundam ſententia Epiſt. 9. lib. 9. ad Atticum ſcribit.

Magnus Kalendarij liber euoluitur.) de eo libro diximus ſatis Epiſt. 14. cæterum illud *euoluitur* habet a Pinciani libris Muretus. Nam Eraſmus & quinq; mei, *voluitur*. quod mihi magis ad guſtum.

In deſertis Apuliæ.) ſic quatuor mſſ. mei, fuitque forte etiam in Pal. tert. ſed eius loco reſcriptum eſt *in deſertis Arabiæ*. quod ingenioſius putarim quam verius.

Et cum omnes dixeris.) ſecutus auctoritatem membranarum Pinc. & mearum, legerim vocula & reſecta: *Cum omnia*. quod & idem volebat Pincianus.

Niſi forte iudices intereſſe) ſic mei ſcripti. notat tamen Eraſmus alias etiam legi, *niſi forte tu dices intereſſe*.

An a fortuna mutuum ſumſerit.) ſic Eraſmi editio. mei vero omnes *ſuſceperit*, præter Pal. quart. qui *ſuſcepit*. ſolum que repoſitum illud *ſumſerit* in tert.

Quem tam Romano populo hercle profuit naſci, quam Scipionem.) ſic Muretus. editio Eraſmi. *quem tam neceſſarium Ro. populo hercle profuit naſci quam Sc.* at Pinciani membranæ. *quem tam R. P. fuit naſci quam Scipionem*, reliquis deſideratis: exemplar tamen, inquit, quoddam *profuit* habet, non *fuit*. crediderim fere vna litera plus reſcribendum; *quem tam e Republ. fuit, naſci, quam Scipionem*. nam certe Pal. pr. quart. *quem tam reipub. fuit naſci* Col. *qui tam reipub. fuit naſci* ſolum tert. *quem tam reip. profuit naſci*. quippe exorbitat ſec. ſcribendo. *quem tamen reipub. fuit vtilius naſci*.

Cantelio vehebatur.) ſic Muretus. at editus ab Eraſmo, meique quatuor, *cantherio vehebatur*. Pal. ſecundus, *canſatio vehebatur*. medium illud omnes agnoſcunt docti. *hocque diſtat ab equo, quod maialis a verre, capus a gallo, veruex ab ariete. eſt enim cantherius equus, cui teſticuli amputantur* hæc Paulus ex Feſto. vide Lud. Cælium lib. 8. cap. 3 antiq. lect. Alex. ab Alexandro Genial. dier. lib. 5. cap 15.

Vt ſecum vtilia portaret.) ita omnes mſſ. putat nihilominus Pincian. legendum *vtenſilia*. nam non ita poſt ſubiici, *partim enim ſarcina ab vtroque latere dependentes occupabant*. receptam lectionem non ſollicitarim. nam quis ei dixit *vtenſilia* ſarcinis potius concluſa, quam alia omnia quæ vſui?

Aliquem ex his troſſulis in via diuitibus.) Lipſius lib. 2. Elect. cap. 1 amolitur τὸ *diuitibus*, tanquam gloſſematium ad vocem *Troſſulis* a benignis patribus parum perite adiectum. ego eam dictionem nullus exturbauerim. arguit enim hic eorum ambitionem quibus non ſatis erat in vrbe & conſpectu populi oſtentare opes, niſi inſuper peregrinantes, omnium eas etiam ingererent oculis. & huc facit quod præceſſit: *Diuitem illum putas, quia aurea ſupellex etiam in via eum ſequitur.* Ad Troſſulorum vocem quod attinet: vetus ea quidem, & ante Ciceronẽ, ſed quæ poſt æuo refloruit iterũ ſub Principibus & velut reuixit. vnde & ea bis vſus Seneca, hic & Epiſt. 76. *Quid ergo? idem faciam quod troſſuli iſti & diuites?* etiam Lampridius in vita Commodi: *Decimoquarto ætatis anno in collegium ſacerdotum adſcitus eſt: cooptatus inter troſſulos Princeps iuuentutis, cum togam ſumpſit*. ſic enim ſerio veroque ſenſu locum illum emendauit Lipſius. nam *troſſuli*, equites, vt e Plinio, Feſto, Varrone iam dudum monuit Ioſ. Scaliger.

Multum ante ſe pulueris agentem.) ait Pincianus, emendatiſſimum exemplar legere *agentibus*, non *agentem*, vt referatur ad *troſſulos*, non ad *Catonem*. non vitupero ſcripturam eam. at & vulgari manente, quã confirmant Pal. quatuor, & Col.) non tamen referretur ad *Catonem*, ſed ad dictionem *aliquem*, quæ præmittitur.

Curſores & Numidas.) de eo more adnoto quædam ad Epiſt. 123.

Hic ſine dubio cultior.) Pal. tert. *Hoc ſine dubio*. pr. ac ſec. compendioſe exarauerunt eam voculam, adeo vt ſcire non ſit verum denotet *hic*. an *hoc*.

Cultior comitatiorque.) ſic reduxit ſuaſu mſſ. Pinc. cum neſcio qui legerent *imitatiorque* nam & prius pro ſecto in Eraſmi editione. neque aliter mei quinque.

Hic inter illos apparatus delicatus, qui cum maximo dubitat.) ſic Eraſmus, at iidem mei quinque, *Hic qui inter illos apparatus delicatus, cum maxime*.

Vtrum ſe ad gladium locet, an ad cultrum.) Gladiatores venatoresque olim e ſeruis aut captiuis, qui aut vendebantur in ludũ aut damnabantur. ſed paulatim etiã ad hoc munus liberi & ingenui, nulla quidem aliunde vi. ſed pretio inducti vel mala libidine pugnandi. vtrumque genus coniunxit Liuius libr. 28. *Gladiatorium ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum ex quo laniſtis comparare mos eſt, ſeruorum delectu ac liberorum qui venalem ſanguinem habent: gratuita omnis pugnantium opera fuit.* plura exempla ſuppedito libr. 10. controuerſ. 4. Et vero paulatim non deſidentibus ſed corruentibus moribus eo ventum, vt primæ nobilitatis viri operas arenæ locarent: quidam deſperatione & bonis exuti, alij Principibus gratificantes. Seneca Epiſt. 99. *Aſpice illos iuuenes quos ex nobiliſſimis domibus in arenam luxuria coniecit.* item hoc ipſo loco: vbi ſuauiter ludit in homines inopes ſui æris, diuites alieni, qui ſecum ſpe conſumpta, ad extremum deliberant Gladiatores fiant an Venatores. id enim valet *ad cultrum*, qui proprie venatorum. Suetonius Auguſto: *Lixa quidam cultro venatorio cinctus*. Martialis ad lemma, *Culter venatorius*:

Si deiecta gemet grandi venabula ſtre,
Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

Iuuenalis de nobilibus ſui æui:

-- Quanti ſua funera vendant
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone.
Nec dubitant celſi Prætoris vendere ludis.

hæc fere meus ille Lipſius lib. 2. cap. 3 Saturn. ſermon.

Et aſturconibus & tulutarijs præferes.) non ambigo de ſinceritate huius loci ſed tamen habent libri mei, Pal. pr. *& aſtucatibus & tolutariis præfereres*. ſec. *& alſtruſionibus & coluptariis præferes*. tert. *& aſtrulſionibus & collutariis præferentes*. quart. *& auſturconibus & colutarijs præferres*. ſolum extat lectio vulgata in Col. niſi quod videatur habere *colutarijs*.

Ab ipſo Catone defrictam.) ſtare poteſt verbum *defrictum*, vt illud: *Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.* ſed vett. cod. legunt *deſtrictum*: vnde *ſtrigiles* dictæ: ait Pinc. ego me non immiſceo. nam Pal. pr. & quart. videntur tueri poſteriorem ſcripturam. Pal. vero ſec. & tert. vt & Col. membranæ, ſtant a libris impreſſis.

Talia diuinauit futura, qualia nunc ſunt.) Pal. pr ac tert. deſiderat vocem *futura*. & hercle abeſſe poteſt, ſalua ſententia.

Quod bonum eſt, facit Muſicam.) aliqua exempp. Pinciani. *quod bonum eſt, bonos facit muſicos*; neque aliter Pal. pr. tert. quart. duo alij conſentiunt publicato.

Fortuita bonum non faciunt.) ſic ſolum Pal. ſec. alij quatuor, *bonos non fac.*

Abeo inquiunt.) ſic bene ex ſcriptis Pinciani Muretus. nam Eraſmi editio, *inquit*. a qua & abeunt quinque mei.

Quod bonum eſt muſico.) corrigit Pinc. ex vetere lect. *eſt in muſica*. recte. nec ſecus omnia exempl. Pall. & Col.

Etiamnum facere id planius volo.) ſic Muretus, ſed cũ prius ſic legendũ ex mſſ. monuiſſet Pincianus. Eraſmi editio: *Etiamnum facere hic me planius volo*. quomodo habet Col. Pal. tert. quart. nam pr. ac ſec. *Etiam nunc me facere hic me planius volo*.

Falſum eſt, inquiunt, quod proponitur.) mei quinque *propoſitu*.

Et ſupra cæra mortalibus collocat.) ita eſt in Pal. pr. ac quart. & forſitan etiam in tert. ſed repoſitum deinde

& ſuperiorem

& superiorem mortalibus; quod habet & sec. & Col.

Aut cupit nimia aut expauescet.) sic iussit scriberemus cum exempp. scriptis Pincianus, neque secus omnes mei. at editus ab Erasmo; *nec cupit nimis, nec expauescet.*

Chelidon vnus ex Cleopatra mollib.) sic Muretus ex aliquot codd. Pinciani. cum alij haberent, vt & vulgatus ab Erasmo *Chelidonius ex Cleop.* quomodo & Pal. pr. tert. quart. nisi quod vltimus ille videatur scribere *Thelidonius* vti & fere Col. qui, *Thelconian vnus* nam Pal. sec. *Chelcedon vnus.*

Quid ergo vtrum illum pecunia purum effecit, an ipse pecuniam conspurcauit.) sic quidem editio Romana, sed nescio cuius secuta auctoritatem. nam eiusus præside Erasmo, *Quid ergo? vtrum illum pecunia impurum effecit*, quemadmodum in omnibus meis, nisi quod Pal pr. legat in fine, *vel ipse pec. impurgauit?* sec. tert. *aut ipse pecuniam impurgauit?* quart. *aut ipse pec. inspurcat.* Col. *an ipse pecunia inspurcauit?* vt fere persuadeam suspicioni meæ legendum, *Quid ergo? vtrum illum pecunia impurum effecit, aut ipse pecuniam impurauit?*

Suo are censetur.) sic Col. ac Pal. sec & recte. nam quart. *suo ore censetur* pr. ac tert. *suo herede censetur.*

Nihil ex istis quomodo libet incurrentibus.) Pal. sec. ac Col. *qualibet incurr.* pr. tert. quart. *quodlibet*

Non interducit admirationem.) videtur emendatum, in Pal. tert. *administrationem.*

Cui contigit habere rem non quamlibet hunc non quemlibet dixeris) breuior vetus Pinc. lectio, *cui contingit habere non qualibet hūc non &c.* editio Erasmi consensit lectioni quā expressit Muretus nisi quod ipsa *contingit.* Pal. pr. *cui contingit nō esse habere Non qualibet & hunc non* sec. ac Col *cui contingit habere non qualibet & hunc non queml.* sed mutatione tamen in Col. *& habet non queml.* tert. *cui contingit habere Non qualibet & hunc non* quart. *cui rem contingit habere eam quamlibet, hunc non quamlibet &c.*

Imo in accessione eius venit quod habet) sequitur Stephanus vetera exempl. Pinciani, quibus accedunt Pall. & Col. & cupit scribi, *in accessionem*; haud tamen etiam approbat coniectur am Dalechampij. præterea rescribentis *eius venit quod non habet.* hoc sensu: ea res quam non habet fiscus, in ipsius fisci accessionē venit. id est fiscus copiosior est & plenior, si quod nō habet, aut nōdū in eo recondium est, accedat. At ego, inquit Steph. negatiuam particulam non inserens, dicere Senecā existimo, fiscum ipsum in accessionem venire eius rei quam habet. Postquam enim aliquis eam pecuniæ summam *qax* fisco, id est sacco inclusa erat, accepit: si ipse etiam fiscus illi detur (vt plerumque fit) tum is merito dicetur esse res quæ venerit in accessionem summæ quam inclusam habuerit, id est auctarium. hæc ille Epist ad Dalech. singulari. cuius sententiæ & ego candidum appono calculum.

Accessiones illorum & appendices) sic quidem etiam Pal sec. ac Col. sed enim reliqui tres. *accessiones ille & append* forte *access. illi & app.*

Verum est ergo quod eont empeissimo) sic voluit scriberemus cum mss. suis Pincianus: nam Erasmi editioni deest illud *ergo*, vti & Pal. quarto.

Quid est otiosius verme?) Pal. pr. tert. Col. *quid enim otiosius est verme?* probo

Qua res sapientem faciat? qua Deum.) loco vltimæ vocis habet Pal pr. ac tert. *cæteri* quart. *qua Deum ceteri.* sed aliud quid etiam fuit eius loco in sec. verum nihil apparet nisi litura.

Non in omnes bonum cadit) dictio *cadit* requiritur in Pal pr. ac tert.

Summum illud bonum) sic mei omn. sed tamen non displicet quod ab aliquo correctum in Pal. tert. *Summum istud bonum.*

Hic nisi purus ac sanctus est, Deum non capit) sic Pal. sec. ac Col. at pr. & tert. *Hunc nisi purus, Deum nō capit.* quart. pro omnibus istis vocibus, solum habet *Hic nisi purus ac sanctus est de non.*

Bonum ex malo non fit: diuitia fiunt ex auaritia: diuitia ergo non &c.) commentum hoc est Mureti. nam vulg. & mss. aliquot lectio: *non fit: diuitia fiunt: fiunt autem ex auaritia: diuitia ergo non.* diu est quod emendandum putaui: *Bonum ex malo non fit: fiunt autem ex auaritia diuitiæ: ergo.* remotis e contextu: *diuitia fiunt.* quæ coniectura nunc mihi firmatur chirographo codice sec. & tert. qui est bibliothecæ Palatinæ. vterque enim duas illas voces punctis notauit, quod non facinor, nisi cum arguunt iniustæ sedis.

Necesse est recipiat sacrilegium) sic Muretus: quod prodidisset Pinc. ita fuisse in vno antiquo codice: cum præferret editio Erasmi *necesse est vt recipiat sacr.* & certe solum Pal. sec. destituitur vocula *vt*, reliquis quatuor adest.

Quo quid fieri portentosius) sic Pinciani codd. Erasmi *portentuosius*, vti &iam est in Pal. sec. quart. Col. emendatumque in tert. nam pr. refert. *Quid fieri oportunius.*

Prorsus persuasimus. Quam multi furto.) Næ bono sint stomacho critici oportet, qui cruda huius lectionis menda hactenus concoquunt. nam percoxisse, absit tu antimum inducam. vitiosam hic subodoror & interpunctionem & scripturam conabar, *quo quid fieri portentuosius potest? quamquā sacrilegiū, furtum & adulteria inter bona haberi prorsus persuasimus. Quam multi. &c.* Scilicet auctor relicta argumentatione sua transilit ad reprehensionem sui seculi, cui iam sacrilegia, furta, adulteria tantum non inter bona. hæc itaque verba: *quanquam persuas.* vsque ad illa *Adisce nunc*, sic interpretanda sunt, tanquam si parenthesi concluderentur. nullum meum hic facinus est, nisi quod iterauit vocem *quam*, tanquam scilicet prius scripta maiusculis literis. Pincianus quod non variarent mss. putauit forte legendum, *Prorsus persuasi sumus.* quod I.C. quis pro altera nobis obtrudit lectione falso.

Nostra enim actio est) sic solum Pal. sec. reliqui quatuor, *Nostra quoque actio est.*

Quod nullius mortalium cogitatio recipit) sic iidem quatuor ac sec. *quod tamen nullius mortalium cognitio recipit.*

Nam si vt dictus, sacrilegium ob hoc) Pal. sec. quart. Col. *Nam sicut dictus &c.* pr. ac tert. *Nam sicut dictus, sacr. ex hoc.*

Si remiseris illi supplicia) Pal. sec. ac Col *si remiseritis.* pr. aut tert. non habent coniunctionem *si* estque in pr. *remisis.*

Non qua turpe &c. sed qua lucrum) Erasmi editio vtrobique præfert *quia*, & sic quoque scripti nostri.

Quibus opponitur. Dissimillima vtriusque rei conditio) Col. addit, *Dissimillima enim vtriusque.* Pal. sec. *Dissimillima enim eius vtriusque.* at Pal. pr. ac tert. *A quibus dissimillima enim vtriusque &c.* repono germanam Senecæ scripturam, *A quibus dissensio. Dissimillima enim vtriusque rei* scilicet vox *dissensio* prorsus delicuit propter similitudinem quæ ei cum dictione insequenti. & ne quis putet hoc a me, sciat velim lector, sic extare, omnino in Pal. quart. Erasmi editio præfert: *Quibus opponitur, dissimillima enim vtriusque rei cōditio* monuitque Pincianus coniunctionem *enim* eradendam ex veteri lectione: quod videmus fecisse Muretum.

Hic lucrū sine sacrilegio,) sic voluit corrigeremus ex cod. vett. Pincianus, cum esset in Erasmi edit *illic lucrum* quomodo restat in meis quatuor, solum appaiet *hic*, in Pal. quarto. emendatumque alterius manu in tert.

Propositio vestra) sic voluit legi Pincianus, non, vt est in Erasmi edit. *nostra*, etsi, inquit, in aliquibus exempp. non habeatur omnino ea dictio. at illud *vestra*, extat in meis omnibus, excepto Pal. quarto, qui hic aliquā multas voces desiderat, quæ ei exciderunt propter repetitionē verborum geminæ propemodum similitudinis.

Per quod in mala incidimus, id bonū non est) vox *id*, abest Pal. sec. ac Col. sed & pr. legit *per quod mala incendimus bonum est.* tert. *per quod in mala incidimus bonum est.*

Præterea, inquit, concedetis Pal. pr. ac tert. *concedimus.*

Atqui eadem ratione, no commodum quidem erunt. Per illas &c.) sic Erasmus. at Pal. pr. *atque eade ratione cōmodum quod emeruero. Per illas &c.* sec. *atque eadem ratione incommodam emetuerunt. Per illas &c.* tert. *atque eadem ratione commodum quod emeruerunt.* sed deinde emendatum, *atqui eadem ratione commoda quidem non erunt.* quart. *atque ead. ratione incōmodum quidem erūt.* Col. *atque eadem ratione incommoda quidem erunt. Per illas &c.*

Erratis qui incommoda dentibus imputatis) Pal. pr. ac tert. *qui commoda dum.*

Aut sua cuique nocet stultitia) sic iussit scriberemus Pincianus ex antiqq. libris. nã Erasmus, *& sua.* quod in nullo quoque meorum. nam est in pr. ac in tert. *at.* testatque *aut* in sec. quart. Col.

Neminem occidit, occidentis telum est) Pal pr. *& occidentis telum est* tert. quart. Col. *sed occidentis, &c.*

Bona autem omnia carere culpa docet) Pal. pr. quart. *docet.* tert. *docent.*

Non tãtum bonum non sunt) sic Pal. quart. at pr. ac tert. *non tamen bonum nõ sunt* : additumque ab aliena manu hæc verba præterea; *sed etiam malum* quæ & comparent in sec. hoc modo: *nec tamen bonum non sunt, sed etiam malum.* item Col. *nec tantum bonum nõ sunt sed etiam malum.*

Si per se nocerent) mss. Pinc. *si ipsa nocerent*, sicuti & Pal. quart. cum Col.

Alia est commodorum conditio, alia bonorum.) de hoc discrimine pulcre Connanus lib. 3. cap. 2. comment. iur. ciuil.

Propterea commodum) sic Erasmus. at quinque mei, *Praterea commodum.* quod hinc nõ ausim amplius excludere.

Itaque potest os esse) sic solum Pal. sec. alij quatuor, *potest ois esse.*

Inuiolatum esse oportet Bonum animum habe.) sic recte Muretus ex Pinciani scriptis. nam Erasmi editio: *oportet, bonum animum habere.* quomodo est in omnibus meis. præter Pal. quart. qui *inuiolatum est. Oportet bonum animum habere.*

Non per positionem, sed per detractionem dicitur) sic & Erasmus. at Pal. pr. tert. *non propter possessionem.* reliqui tres, *non per possessionem.*

Graci dicunt, κατὰ στέρησιν, non quod hab) Erasmi editio, *Graci dicunt στέρησιν, cum dicunt. non quod.* alterũ illud manauit ab Pinciani membranis. & certe nec mei libri habẽt illa postrema *cum dicunt.*

Non quod habeat, dicitur sed quod non habeat) ita Erasmus. at Pinciani codd. referunt, *dicit*, aitque ipse, verbum *habeat* referri ad *paupertatem.* prior lectio manet in Pal. pr. tert. quart. neque aliter fere Col. nisi quod pro vltimo illo *habeat*, ponas *habet.* Pal. sec. primum scripserat: *quod non habeant*, sine vocibus *non quod habent dicit sed*; adiectæ tamen deinde ab alio quopiam, mutatumque *habeant* in *habeat.* equidem eas vellem eiectas.

Alter qua debes) immittantur duæ voces, quas agnoscunt membranæ Pinc. *Alter enim inquit, quam.* Palatini tamẽ tres posteriores & Col habet *Alter inquit, quam.* quomodo & editio Erasmi. primus vero: *Alter enim quã.*

Qua ἀπορία significatur.) in Pal. pr. ac Col. loco vocis Græcæ sunt literæ decem quas non facile legerim. quart. vero habet vltra duodecim æque ignorabiles. videndum itaque an non aliud verbum hic positum fuerit. sed & in sec. legitur; *quo anoria apiria significatur.*

Nunquid satius sit paupertatem permulcere.) Pal. pr. tert. quart. *premulcere.*

Putemus nos ad concionem vocatos.) Pal. quatuor *contentionem* idemque ad oram Col. qui tamen in contextu *contionem.* recte.

Apud victus reperisse) Pal. pr. tert. quart. *victores*

Nimis luxuriose ostentari gentium spolia.) ita Pal. tert. & quart. sed ille cum litura quæ prodit exaratum prius *ostensari*: quod & extat in Pal. pr. & sec. item Col. diuinare licet fuisse; *ostensum iri.*

Quod unus populus eripuerit.) Pal. sec. ac Col. *eripuit.* tert. *eripuint.*

Epist. LXXXVIII.

De liberalibus studijs.) Vere monet Erasmus non reperiri hanc inter Epistolas in quibusdam exemplaribus, sed separatim. nam & ipsam seorsim offendi in veteri Palatino qui Declamationes Senecæ continebat, tali cum titulo: *L. An. Seneca liber de septem liberalibus artibus incipit feliciter.* neque aliter insignitur a Pal. quarto qui ipsam posuit post libellum de Remedijs fortuitorum. sed & aberat etiam Pal. primo: seruabat tamen Pal. sec. & Col. & desiderari hoc loco notarat Pal. tert. qui eam ordine vltimam fecerat & vero pro Epistola habendam, putat Erasmus; vel ex hoc, quod neminem alium nominet ad quem scribat.

Nullum in bonis numero quod ad as exit. Meritoria artificia sunt. hactenus &c.) annotauit Muretus se nullũ ex his verbis idoneam & loco congruentem elicere sententiam: sed pro *Meritoria* libentius lecturum, *militaria* equidem verba priora pro corruptis etiam habeo; haud tamen vocem *meritoria* mutauerim in aliam: quia si licet suspicari, sic potius erat corrigendum, *nullum in bonis numero, quod ab his exit.* & *exire ab illis* diceretur, quicquid in hominem conferunt. sic ipse libr. 2. cap. 14. de benef. *Quadam minora sunt, quam ut exire a magnis viris debeant.* sed enim, nec hoc mihi placet. nihil tamen iuuant mss. nam Pal. sec. ac quintus ille scalpellum experti sunt. præterq; vnus: *quod ados exit. mentoria.* alter: *quod adhasit magis. Meritoria.* tert. ac Col. cum vulgatis contenti. quart *quod adhaserit mitoria.*

Quod liberũ facit. hoc sapientia studium est sublime &c.) sic editio Mureti. at olim publicati & membranæ meæ quatuor *lib. facit, h. e. sapiẽtia, sublime &c* vnde Dalecampius scribendũ censet: *hoc est sapientem sublime fortem magnanimum* quomodo diserte Pal. quart. sed putat tamen Stephanus & priorem lectionem ferri posse, vt intelligamus, *hoc autem studium est sapientia studium, quod sublime est, forte, magnanimum.* nec absimile, inquit, vero est, particulam *autem* ab ipso Seneca fuisse adiectam. hæc Stephanus Epist. singulari ad Dalech.

Non discere debemus ista, sed didicisse.) ita quotquot vidi mss. nec aliter postulat Senecæ mens, quæ ideo *didicisse* nos artes vellet liberales, quia rudimenta sunt, non opera. at ecce tibi octauum sapientium qui inquit, forte legendum *sed dedidicisse.* audis lector, nec rides?

Ad virtutem viam sternit) Pal. quart. *viam struit*

Syllabarum enarratio) ita omnia scripta exempll. sed considerandum an *enumeratio* sit scribendum, iussit Pincianus. si & me consulit, dicam quod non. prodit enim alibi Corn. Fronto. *Dicimus quod volumus. Loquimur inuicem. Narramus quod ignoratur.*

Homerum Philosophum fuisse persuadent.) mei omnes *persuadeant.*

Vitam exigentib.) Pal. quart. quint. Col. *exigentem.*

Nihil horum esse in illo, quia omnia sunt.) legerim cum Col. ac Pal. quinto, *cum omnia insunt*, nam & Pal. quart. *nihil bonorum esse in illo cum omnia insunt.* tert. *qui omnia sumit.*

Maior atate fuerit Homerus.) non displicet quod habet Pal. quart. quint. Col. *maioris atatis fuerit.*

An minor Hecuba fuerit quam Helena.) sic Palatini omnes præter quart. qui, vt & Col. *an minor* vtrumque melius quam Erasmi editio, quæ præfert; *an maior* de ætate Helenæ nonnulla Lucianus in Somnio, siue Gallo.

In tam angusto errer esse.) sic Col. ac Palatinus quart. atque etiam ille quintus. at tert. *in tam angusto mari error.* sec. *in tam angusto mari tam longes errores.*

Vel naufragus nauigem.) Pal. sec. & quart. *vel naufragijs.* ad oram Col. *vel sine naufragijs.*

An Penelope impudica fuit, an verba saculo suo dederit.) ita quinque mei mss. & probat Erasmus, probat Muretus. adest tamen IC. qui a tautologia auctorem nostrum tueri se non posse clamat; nisi rescribatur, inaudito auribus Latinis vocabulo; *an verba sequulis suo ded.* interpretaturque *procos, sponsos, adsoclas.* at ego putauerim multo facilius tolli potuisse duas literas, rescribique; *an Penelope pudica fuerit.* sic enim lepide omnia opponantur. verum nihil hic ausim mutare contra cunctis tot membranis, cũ nõ incommode sic argumentari possit Seneca, Quid inquiris an Penelope impudica fuerit, & cum, fama eam probam ferat, an non decipere potuerit seculum suum? vt duæ sint quæstiones; non contrariæ quidem, sed diuersæ. atque ita hunc locum etiam accipit animæ meæ pars potior Simo Vlricus Pistoris, adolescens supra ætatem, imo vero supra seculum istud & ingeniosus & doctus. certe

ẞurs. certe similis propemodum argumentatio apud Ouidium lib. 5. Metam. versu 544. *Dum vel casta fuit, vel inobseruata.* hoc est dum vel reuera pudica fuit, vel dum impudica, sed clam, ideoque nihilominus habita pro pudica. idem ille Senecæ rector, negat sapere Latinitatem, *verba dare seculo.* vellem addidisset rationem. nam mihi alnsque purum redolet Latium; siue adeo *seculum* accipimus pro æui illius hominibus, siue vero *verba dare* accommodamus rei inanimatę. prioris exempla innumera. vnum adducam Ciceronis ex Paradox: Quod solus sapiens diues. *Temporum vitio ipso fortaßè in huius seculi errore versor.* nam vt hic *seculum* pro *tempore* sumamus non patitur ratio. si hoc adhuc controuersum, at audiat Martialem lib. 9. Epigr. 28. *Et cum theatro seculoque rixatur.* nam si adducam illud Veronensis poetæ,

O seclum insipiens & infacetum.

vercor ne illud in se dictum putet. Iam *verba dare* pro *fallere* frequens item auctoribus etiam circa ea quæ animam non habent. noster libr. 1. cap. 25. de Clem. *Possunt verba dare & onadere pusilla mala: ingentibus obuiam itur.* iterum Epist. 45. *Alijs hæc intermissio imposuit. mihi verba non dat.* videatur & Agellius libr. 17. cap. 2. in fine: item Erasmus chil. 1. cent. 5. adag. 45.

Quomodo nerneorum disparem.) sic & margo editionis Erasmi at illa *numerorum.* mei quinque prius retinent.

Doceat latifundia potius doceat quomodo.) Pal. pr. tert. quart. quint. Col. *latifundia potius quam doceat.*

Et auaritia commodare digitos.) Arithmeticos olim adhibuisse computationi digitos late probo Suspic. lib. 1. cap. 8. quibus non dissimilia Colutius notis in Apolog. 2. Apuleij.

Potius doceat nihil ad rem.) ijdem scripti, *potius quam doceat.*

Cum patrimonium tabularios lassat.) librarios notarios Senecam, hoc est argentarios, mensarios, trapezitas siue ministeria, siue mercenarios qui codices & rationes conficiebant, arbitratur P. Faber ad l. 92. ff. de reg. iur. quanquam, inquit, si quis ad calculatores siue ψηφιστὰς, qui in tabulis calculandi artem pueros docent, Senecam aspexisse asseueret, eum non inuitus sequar. huius loci meminit & alibi Cuiacius. vnde ijs nomen fuse etiam docet Brissonius lib. 18. de verb. sign.

Colligere pedes iugeri &c.) Reginnum in partes diuisionem decempedis & perticis pedibusque iugeri collectis factam præterea ex Cicerone Philipp. 4. & Acad. 4. Propertio Eleg. 2. libr. 4. colligitur. Brissonius lib. 6. de formul. Pal. quint. non habet *iugeri,* sed *iugerum.* quod volui monere, vt si cui forte arrideat, norimus esse pluralis numeri pro *iugerorum.*

Vacuum potens.) sic ser. ac tert. monet Pinc. veterem lectionem rectius habere, *impotens* addo ego nihilo deterius esse scripturam cod. Col. & Pal. quart. quinti. *vac. prepotens.*

Paterno agro, inquit.) censet Stephanus libr. 2. cap. 5. Prood. liquere ex pronomine *tuo* quod mox in textu sequitur, reponendum esse, *inquis*: vt omittat præcedere, *doces,* & alia secundæ personæ verba. ego nihil mutarim contra omnia mss. possunt enim esse voces Liberalis, querelam hanc efecti adducentis.

Sed populi fuerit, expedire potes?) quinque scripta exempp. absque interrogatione; *expedire non potes,* interiecta negatiua voce.

Negant Iurisconsl. quicquam vsucapi quod publicum est.) notat hic Senecam iure merito P. Faber Comment. ad tit. de reg. iur. leg. 62. tanquam qui & cum rerum dominio ius simul gentium tollat, & rerum naturæ ordinem confundat, cælumque terræ misceat, dum non modo ius vniuersum defuncti in hæredem transire, sed plus etiam iuris heredem habere (cui defunctus (vtpote colonus) non sibi possederit, atque adeo ne dominus quidem fuerit) proferre auder. mss. mei paulo breuius legunt: *Negant I. C. quicquam publicum vsucapi.* nec displicet.

Publicum est hoc quod tenes, & quidem generis humani.) Pal. sec. ac quart. *publicum est, & quidem generis humani.* quint. *publicum hoc quod tenes, quod tuum dicis, publicum est quidem generis humani.* Col. *publicum est hoc quod tenes, quod tuum dicis, publicum est, & quidem generis humani.* omnino legendum: *hoc quod tenes, quod tuum dicis, publicum est, & quidem gen. hum.* sic certe Pal tert.

Potius hoc discam vbicunque.) ijdem mei scripti, *potius quam hoc discam.*

Per statas vices remeant.) ijdem *per statutas vices.*

Effectus rerum omnium.) mei præponunt coniunctionem; *& effectus rerum.*

Quod immutabilis res notitia proficiet?) sic & omnes membranæ præter Pal. quart. qui *proficient.* at mallet Pincianus legeremus, *proficiam,* vt *notitia* sit casus auferendi.

Satis abundeque prouisum est.) sic Pal. sec. tert. Col. at quint. *sed ante satis abundeque.* quod non omnino displicet.

Tutus essem. Nunquid me crastina non fallit hora? fallit enim &c.) ita & editio Erasmi & mei tres: at monet Pincianus scribendum ex suis, *tutus esses. nunquid te crastina non fallit hora, nec insidijs noctis caperis opaca fallit enim &c.* Pal. quintus præfert, *nunquid me crastina fallit hora,* quod fere probauerim, at quart. *nunquid me crastina non fallit? fallit enim.* siue *hora.*

In illo feras me necesse est non ad præscriptum euntem.) Pal. sec. *In nullo ferias me necesse est non per præscriptum &c.* notatumque ad oram alias legi *per cryptam euntem* pro *per præscriptum euntem.* tert. *In nullo ferias me necesse est, non per præscript. &c.* quart. *in illo feras me nec. est non proprium scriptum euntem.* quint. ac Col. *In illo feras me necesse est, non per præscriptum.* quod placet.

Pictores recipiam.) pictnræ tamen studio Græci Romanique veteres admodum insanierunt vt vel liquet ex Plinio libr. 35. cap. 10. *pictoresque adeo liberalium artium professoribus exæquantur, a tributorum illatione & hospitum susceptione immunes.* l. vlt. Cod. Th. de excus. artif. l. 8. Archiatros Cod. de meta. & epidimeric. vide & l. 9. quaratione ff. de acq. rer. dom. l. 23. in rem ff. de rei vind. Forner. ad L. 79. de verb. sign.

Oleo ac luto constantem scientiam.) considerate. nec enim ceromate vngebantur cursores aut pugiles; sed palæstritæ siue luctatores. Igitur Papinius lib. 8. Thebaid. vbi de discobolis cursoribus pugilibus agit, nullam olei aut vnctionis mentionem inijcit, sed vbi de Luctatoribus.

Ille quidem & disco bonus & contendere cursu,
Nec castu certare minor, sed corda labores
Ante alios erat vncta Pales.

iterum:

Postquam oleo gauisa cutis, petit æquor vterque
Procursu medium, atque hausta vestitur arena.
Tunc madidos artus alterno puluere siccant
Cultaque demersere humeris, & brachia late
Curua tenent.

plura suggerit exempla P. Faber lib. 2. cap. 5. Agon. videatur & Cælius Rodigin. lib. 7. cap. 26. lect. antiq.

Aut vnguentarios.) nonnulla de ijs infra cap. extremo lib. 4. Natur. quæst.

Ingenia commodantes sua.) Pal. sec. tert. quart. quint. Col. *accomodantes.* & placet.

Rectam exercuerunt.) Pal. tert. *recta exerc.*

Sudem torquere.) nempe sudibus inter se antiquitus depugnabant Romani iuuenes, vel eas exercitationis gratia torquebant. vnde Liuius lib. 6. de bello Punico: *Tertio die sudibus inter se in modum iustæ pugnæ concurrerunt.* Faber lib. 2. cap. 11. Semestr.

Ludicra sunt, quæ ad voluptatem.) artem itaque ludicram saltatores, gesticulatores, mimi, pantomimi, histriones, & alij id genus, non item athletæ designatoresque facere intelliguntur. l. 1. 2. 3 & 4. ff. de his qui not. infam. l. 14. ff. de pœn. l. 42. l. 44. ff. de ritu. nupt. l. 4. ff. de accusac. Valerius lib. 8. cap. 10. *Constat Æsopum Rosciumque ludicræ artis peritissimos,* id est gesticulatoriæ. Plautus Aulular: *Continuo meum cor artem cœpit facere ludicram,* id est, exilire & palpitare ac moueri cœpit. Quintilianus lib. 3. cap. 6. *Qui artem ludicram exercuerit, in XIIII. primis ordinibus ne sedeat.* hæc Brissonius lib. 1. de verb. sign.

Qui pegmata per se surgentia.) de ijs egregia Scaliger

notis ad Manilium, Marcilius ad lib. 1. Martialis. ita antiqui appellabant machinas quasdam e ligno, quibus vsus in Theatris aut Arenis. vox Græca origine est, *ἀπὸ τοῦ πήγνυμι*, quod est figo, gelo, compingo. & hæc ornatus causa tecta sæpe auro vel argento. sed tenuis Martialis,

Hæc fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum.

etsi Caius Princeps, vt Plinij verba sunt, in Circum pegma duxit, in quo fuere argenti pondo centum viginti quatuor. in his pegmatis varia inuenta & stupendi lusus ingeniorum, de quibus Augustinum loqui sentio lib. 24. De ciuit. Dei cap. 24. *Ad quam stupenda opera industria humana peruenit? quæ in theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia facienda & exhibenda molita est.*

In sublime crescentia.) ideo Martialis: *Et crescunt media pegmata celsa via.*

Et aliæ ex inopinato voluptates.) sic & Erasmus. at mei omnes *varietates.*

Dehiscentibus.) chasmate & ruina subita. nec ipsa solum pegmata, sed aliquando & homines ipsis impositi. De machina ipsa Apuleius libr. 10. de asino aur. *Iamque tota suaue fragrante cauea, montem illum ligneum terræ vorago decerpit.* De hominibus, Petronius: *Non taces gladiator obscœne quem de ruina Arena dimisit? Non taces nocturne percussor, qui ne tunc quidem cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti?* significat enim aperte fugitiuum illum in arenam damnatum, & cum fœda muliere aliqua (non dissimili schemate quo Asinus Apuleius) commissum, ruina pegmatis præter spem euasisse. & clare iterum. *Ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? Aufugi iudicium; Arena imposui, hospitem occidi &c.* Et solent interdum ita componere pegma & hanc ruinam; vt iij qui impositi, præcipites ruerent in caueas ferarum; ibique discerperentur; vti narrat eleganter Strabo, de latrone quodam Siculo, qui Ætnæ filius audiebat. Sed & flammarum quidam lusus & imago in hoc pegmate, sine vlla eius plerumque noxa. de quo vide Claudianum & Vopiscum apud præceptorem meum Lipsium lib. de Amphitheatro, cap. 22. vnde ego isthæc habui.

His imperitorum feriuntur oculi.) agnoscunt membranæ Pinciani: *feruntur*, hoc est, inquit, ducuntur, trahuntur; vt illud inmimi poetæ: *trahit sua quemque voluptas.* at ego mordicus retinuei in *feriuntur*, vt dixi ad Epist 33. vtpote quam etiam mss. mei quinque concorditer præferunt. nisi quod Pal. quart. *imperatorum feriuntur.*

Puerilia sunt, & aliquid.) legēdū putat Pinc. *sed aliquid.*

Quas ἐγκυκλίους Græci.) sic Romana editio, non, *ἰδιωτικὰς* vt est in pridem vulgatis, cum tamen voluerit Muretus reponi *ἐγκυκλίους*. quomodo esse in antiquitus cusis, suisque adeo mss. prodit Pincianus. neque aliter fere habent membranæ meæ. & quidem Fabius *ἐγκύκλιον παιδείαν* siue *ἐγκυκλοπαιδείαν* orbem disciplinarum est interpretatus, vt notat Stephanus Epist. 23. ad Dalec. videatur de voce ista Athenæus, Martianus Capella & Philoponus in posteriora, iubente Pinciano; me vero, Philo Iudæus, & Clemens Alexandrinus.

Est aliqua moralis.) tria ista verba superflua sunt ex nonnullis exemplaribus Pinciani. retinebimus tamen. nam & infra Epist. seq. scribit: *Philosophiæ tres partes esse dixerunt & maximi & plurimi auctores: Moralem, Naturalē & Rationalē* & agnoscūtur aliog a mss. meis omnib.

Aliquid nobis præstat Geometria ministerium.) scribit Pincianus quemdam cod. habere *Aliquod*: & sic quoque Pal. quint. sed enim *Aliquid*, restat in tribus alijs. nam Pal. quart. ambigua scripsit nota.

Sic Philosophia necessaria est.) Pal. quart. quint. Col. *necessarium est.*

Ac speciem interdum stantium præbent.) ijdem tres *interdum instantium.*

Imagines exprimat, scit sapiens.) Pal. sec. quint. Col. *sciet.* tert. *sciat.*

Totum opus a solo excitat.) sic diserte etiam Pal. sec. ac tert. at quint. *totum opus a se e sola excitat.* Col. *totum sola a se excitat.* quart. *totum opus sola excitat.* nihil mutandum. nam notissimum I.C. *a solo excitare.*

Superficiaria est.) citat ista Duarenus comment. ad l. 3. ff. de oper. noui nuntiat. hacq; periphrasi significantur res quæ in conducto, quasi solo superficiem, imposuit. L. 25. § & qui in conducto ff. de damn. inf. vide & Brissonium lib. 17. de verb. sign.

Accepit principia, quorum beneficio.) Pal. sec. tert. quart. *accepit prima quorum.* quint. Col. *accepit præmia quorum.* non sugillauerim medium illud.

Nulla autem ars alia de bonis.) Pal. tert. quint. Col. *nihil autem vlla ars alia.* sec. *nihil autem vlla res alia*, quomodo & quart. sed supernotatum *ars.*

Trahuntque aliud ex alio.) lectio hæc quin contaminata sit, arbitror dubitare neminem. fidenter quamuis emendauerim. *trahuntque aliquid ex alto.* sicque vocat cœlum & cælestia. manu duxerunt me ad hanc correctionem Pall. quatuor & Col. qui habebant *aliquid ex alio.*

Singulas lubet circumire virtutes.) coniectaneum hoc est Mureti. prius publicati & mss. mei quinque *sing. habet ire.* ex quo argute admodum format *habet* puræ naturæque lucis prudentiæ tantum non index iuxta ac vindex Petr. Pithœus libr. 2. cap. 11. Aduers. subsec.

Hoc illa altius condam.) ita ex vetere lectione rescribendum monuit Pincianus. mihi tamen impensius arridet scriptura meorum quatuor mss. *hoc illa altius condet* nam & quart. Pal. *hic ille altius condet.* vt referatur ad *dolorem* quod profecto maiore paulo gratia & energia dictum quam alterum illud. vt scilicet dolor satagendo non tantum nihil agat, sed suam sibi rem destruat. habet Erasmi editio: *hoc illa altius condent.*

Bonum autem suum id maxime.) mei quinque editusque ab Erasmo, *suum ideo maxime.* quod naribus meis puti admodum odoris nec dissimiliter Sidon. Apollinaris lib. 6. Epist. ad papam Patientem. *Aliue alium, ego illum præcipue puto sine viuere bono, qui viuat alieno &c.* sic enim ibidem legerim.

Non magis quam simplicitatem ac modestiam.) melius hæc ex manu exarato codice Faber ad l. 1. ff. de iustit. & iure; *quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem, non magis quam frugalitatem ac parsimoniam.* quomodo nullo apice minus in quatuor Pal. & fere quoque in Col. nisi quod habeat; *ac modum & rationem* pro *ac moderationem.*

Et scit homini non esse homine prodige vtendum.) sic omnino Pal. sec. tert. at quint. & Col. *& scit non hominis esse homine prodige vtendum.* inepte.

Quemadmodum negatis illa conferre virtuti.) & hoc est Mureti. nam editio Erasmi & mei quinque *negatis illa nihil conferre.* quod certe mutari non debet. nam sæpe auctor duas negatiuas coniungit, vt iam aliquoties notaui.

Quamuis non fiat nauis sine lignis.) sic & Erasmus. at mei quatuor: *fiat nauis nisi ex lignis* nec refugerim redonare auctori. mutarunt alij, qui alibi legerant ex corijs ex ossibus &c. fieri naues; de quibus nihil hic Seneca. Pal. quart. *quamuis non fit nauis nisi ex lignis.*

Res tradit, non verba.) Pal. tert. *Res virtus tradit.*

Magna & spatiosa res est sapientia.) sic & mei quatuor. Erasmi tamen editio, notat ad marginem, alias legi *speciosa.* quod vel puer viderit hic minus conuenire, cum mox sequatur: *vacuo illi loco opus est* quare bene Gothofredus qui primum illud, cui nemo controuersiam mouebat, fortiter defendit.

De diuinis humanisque discendum est.) sic Pincianus legi voluit ex scriptis libris, neque aliter etiam mei. Erasmi editio, *dicendum est.* perperam.

Deinde an aliquid ante tempus sit. si tempus cum mundo cœpit, an & ante mundum.) duo codd. Pinc. *aliquid ante tempus sit sine tempore. cum mundo cœperit, an &c.* Pal. sec. ac Col. *ante tempus sit, an sine tempore cum mundo cœperit, an etiam ante mundum.* tert. *ante tempus sit: an cum mundo cœperit, an etiam.* quintus sussi agatur vulgato, nisi quod legat *cœperit*, non *cœpit*. quart. *Primum autem per se sit, sine tempore cum mundo cœperit, an etiam ante mundum*, omissis intermedijs.

Innumerabiles quæstiones sunt de animo: vnde sit.) resecuit hic dictionem prorsus necessariam Muretus, quæ & in meis & in Erasmi editione: *de animo tantum: vnde sit.*

Et illic nosse se incipiat, postquam de corpore abductus.) sic Muretus:

sic Muretus. at vulgatus ab Erasmo. *incipiat. an de corpore abductus* Pal. sec. *incipiat, vnde de corpore vel ab eductus.* tert. *incipiat, vnde corpore abductus.* quint. *incipiat, an de corpore deductus.* Col. *incipiat, vnde de corpore eductus.* quart. *& illic non posse se incipiat. an de corpore eductus in sublime cessit.*

Quæ superuacua vsu sibi comparat.) sic Erasmus & Pal. quart. quint. turbida lectione. malim, cum Pal. sec. tert. *superu vsibus comparat.* sic quippe etiam Col. sed male annectit. *superu. vsibus sibi comparat.*

Miser si tam multa superu leg.) sic ex aliquot membr. Pincianus, cum prius legeretur, *Miser erat:* quod & inuenitur in Palat. tert. ac quint. at sec. sicut & Col. *Misererer hominis si* adhæserim mss. illis Pinciani; nisi forte fuit *Miser omnino si tam. &c.* est in Palat. quarto, *Misererer, si tam &c.*

Libidinosior Anacreon an ebriosior) sic recte Erasmus & Palat. quartus. alij quatuor male, *libidin. an acrior an ebrios.*

An Sappho publica fuerit.) Onufrius Panuinius in libro de Sibyllis citat hunc locum Senecæ, & nescio ex quibus codicibus legit; *Sappho Sibylla fuerit* quod certe verius esse quam alterum illud, quiuis sibi facile persuadebit: estque in Pal. sec. tert. quart. *Sappho publica fuerit.*

Et quis prima carmina scripserit.) Pal. sec. *quis primus carmina.* quod mihi placet. alij scripti quatuor, *quis primus:* quod tāquā mollius auctori nostro de ingenij solertis industria imputandū putauit Gothof. editio. nec carpserim.

Et Aristarchi notas.) sic & Erasmi. at mei omnes *Aristarchi ineptias.*

Aliena carmina compinxit.) bene. mei tamen *compenxit.*

Hæc sciam vt quid ignorē.) sic scribit Mureti editio, a qua minimum recedunt cusi ab Erasmo, item mss. mei quatuor, in quibus, *Hæc sciam & quid ignorem* solum prius fuit in Pal. sec *Hæc scientia* quod etiamnum in quart at in margine editionis Erasmi alias legitur, *sciam & quid ignorem? hoc sciam* atque ipse commodiorem reddiurum sit lectionem addito *si* hoc modo. *Hæc sciam. & quid si ignorem?* quod plerique deinde arripuerunt exque eo facit Stephanus Epist. 29 ad Dalech *& quid sim ignorem.* perinde ac si diceret: quomodo rationi consentaneum fuerit vt hæc sciam, & interim quid sim (id est, quidnam sit hominem esse) ignorem? forsan non improbarem, nisi correctio illa sustentaretur alterius correctionis precario fundamento.

Appion Grammaticus.) ille ipse quem a Tiberio cymbalum mundi vocatum fuisse operis sui initio ad Domitianum narrat Plinius. vide Torrentium Comment in Suetonij Tiber. cap. 70. Scip. Gentilem libr. a. Parerg. cap 15.

Tota circumlatus est Græcia.) ita mss. quinque. legit tamen Ioh. Baptista Pius commentarijs ad libr. 1. Epistol. Sidonij Apollinaris, & Lipsius libr. 3 Epist quæst. 9 *totam circulatus est Græciam* vt instar circulatoris ambiuerit & obiuerit oras omnes Græcanicas nec improbo, nec probo. nam *circumlatum.* Apionem tanquam si publica fuisset pompa, sequentia fere arguant.

Quod duas literas in primo versu) sed Appionem existimo falsum. nam principium Iliadis non ipse Homerus composuit. sed ab Orpheo mutuatus est, Iustino Martyre & Philosopho teste. qui Orphei illum versum ad hoc citet: Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου. *adoptatum* vero *nam in nomen Homeri,* nihil aliud est, quam eum *Homerum* nominatum fuisse, hæc Gentilis d. loco.

Nunc cogita quantum temporis tibi &c.) sic maluit Muretus. partum memoria cusi; *Noli cogitare quantum,* Pal. sec. tert. quart. Col. *non cogitare quantum tibi,* nulla præcedēte distinctione. quint. *Non vis cogitare quantum tibi.* Pincianus etiā ex veteri lectione scribit legitq; litera minore, vt cohæreat superioribus; *non cogitare quantum temporis auferat.* vt pronomen *tibi* superfluum sit. alioqui, inquit, *sibi* scribendum erat. ego ab eius iudicio vix abierim. nam Bœoticus ille, quid Pinciani coniectaneum damnat, retinetque, *Noli cogitare,* minus sapit quam vitia sua. neque si cogetur, rationem reddere queat, cur hoc malit quam istud.

Descenderūt; & inuidere grammaticis, inuidere geometricis. Quicquid &c.) languida & eneruis oratio, cui robur a scripta lectione P. Fabri quam promit ad. L. 1. de iustit. & iure; estque hæc; *descenderunt; & tanquam grammaticus inuiderent & geometris, quicquid &c.* libri mei subscribunt vulgatæ scripturæ.

Vt diligentius sciant loqui.) emendat ex membranis suis idem habet, *dilig. scirent.* quod & in meis chirographis quinque.

Quæ videntur nihil esse in vniuersum.) sic Muretus nam Pal. sec. tert. quart. quint Col. itē editio Erasmi *in vniuerso* notatumque ad oram, alias legi, *nihil esse ab vno diuersum* Pincianus rectius corrigendum: *nihil esse nisi vnum.*

Omnia negotia de negotio deiecit.) prodidit Pincianus verba illa, *de negotio* plerisque exempll. abesse quæ tamen in meis schidis quinque manifeste comparent. Lipsius li. 2. Epist. quæst. 19 lubens legerit, *omnia neg. vno negotio deiecit.*

Pyrrhonij.) fuit Pyrrhon Eleus Philosophus, qui desperata veritatis inquisitione, temere omnia diu multumque rimatus, in singulis hæsitabat. vt Galenus in libello περὶ ὑποτυπώσεως ἐμπειρικῆς scribit; nihilque certa esse aiebat, sed lege quadam & consuetudine omnia fieri, Laertio teste. huius sectæ asseclæ, ab auctore *Pyrrhonij* appellati: ijdem & ἐφεκτικοί, quasi supersedentes quod cunctarentur ac supersederent quicquam asserere de quibus prolixe Hadr. Iunius Centur. 6. Adag. 59.

Et Eretrici.) sic omnino restituendum, eiecto *Cretici* quod vulgatur passim inq; manuscriptis meis tribus remanet. nam Pal. quint. primā syllabam non expressit. male etiam substituit *Critici* e coniectura Pinciani, monuit Lipsius d. Epist. 19. nam Eretrici hi de non scientia idem cum Pyrrhonijs & Megaricis senserunt Cicero libr. 3. de Oratore. *Fuerunt etiam alia genera Philosophorum, qui se omnes Socraticos esse dicebant; Eretricorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum.* quare neque auscultauerimus Brodæo rescribenti *& Sceptici* libr. 1. cap. 40. miscellan.

Tota rerum natura vmbra est aut inanis aut fallax.) ait Stephanus, Epist 29. ad Dalech hæc sibi videri aliter quam per interrogationem legi non posse. at eam ego hic nullus receperim; vt illa veluti indignabundus loquatur auctor.

EPIST. LXXXIX.

Vtinam quemadmodum vniuersi mundi facies.) sic & Erasmus. at Pal. pr. *Vtinam quidem vt vniuersa mundi facies.* sec *Vtinam quidem quemadmodum vniuersa mundi fac* quod non displicet. etsi verisimilius est extitisse penes in authenticis lectionem Pal. pr. nam tert. quart Col. referunt, *Vtinam quidem vt sicut vniuersa mundi facies.*

Simillimum mundo spectaculum.) ita & omnes mei scripti. at legerim potius cum antiquissimo cod Pinciani, *sim. vel mundo.*

Sic erit a nobis aspicienda) ita voluit scribere mus ex vno cod. Pincianus. at Erasmi tamen editio meique quinque: *& sic a nobis.* Pal. quoque pr. tert. quart. habent *abscienda* vel *adscenda* pro *adspicienda.*

Si diffissa in partes.) Pal. tert. *si descendit in partes.*

Et paruus non oportet.) mei omn *paruulus.* quorum quatuor etiam legunt, *supra diximus* non *dixi,* quod solum in Pal. sec.

Vt dicerent eam.) libens exturbauerim *pronomen eam,* suasu Pal pr. tert. quart. & Col.

Quæ causa diuinorum humanorumque partes sunt.) sic omnes libri Pal & Col ne itaque admittamus quod in vno exempl. Pinciani: *diuinorum humanorum pars diuinorum sunt.*

Illud quasi constet.) Pincianus inquit, omnem emendatiorem scripturam habere; *constitit.* quam nec ego damnauerim. nam & extat in Pal. sec. quart Col.

Nec virtus autem esse sine.) ita primum ex mss. suis Pinc. quibus adsentiuntur Palat. sec. & Col. emendatum est in Palat. tert. *Nec virtus esses* cum prius præterset idem quod prim. & quart. *Nec iustus homo esse sine.*

quomodo & antea vulgo in impressis.

Ad virtutem.) in editt. alijs præponebatur coniunctio *sed*; extatque ea in Pal. pr. tert. quart. Coloniensis codex insuper habet: *sed sic ad virt.* Pal. sec. *sic ad virt.* verum bene Pincianus, qui vocent superfluam, lectionis veteris hortatu resecauit. expuncta enim etiam a secunda manu in Pal. tert.

Nihil autem horum in illa parte morali non reperitur.) sic ad oram editionis Erasmi; in qua: *in illa parte morali reperitur*: quomodo & Pal. pr. & tert. nisi quod ij *reperiotur*. refert Col. *horum vlla parte morali reperietur*. sec. *nihil autem horum non in illa parte morali reperietur*. sicque & quart. nisi quod careat vocula *in*, scribatque *reperitur*.

Quā de iudicio & regula appellāt.) sic mss. mei quinq; sic editio Erasmi. Muretus tamen voluit emendari *regulam*.

Sed eam accessionem esse.) dicit Pincianus legendum ex mss. *eum*, vt referatur, inquit, ad *locū*. & sic est etiā in meis.

Aristo Chius.) mei quatuor *Ariston Chius*, sicque etiā editio Erasmi, emendatum erat in Palat. tert. *Aristonius*.

Secunda de impetu, tertia de actionibus.) mss. mei quinque concordi calamo ordinem hunc inuertunt: *Secunda de actionibus, tertia de impetu*. qui ordo, quia auctori non ita infrequens, quid vetat quin & hic admittamus?

Perinde remissus acriorque) quinque mei, *proinde*.

Corporum locus in hos primum, in ea.) Pal. pr. *in hos primum scilicet gradus*. nec aliter Palat. tert. quart. Col. nisi quod eis absit dictio *scilicet*. est in sec. *Quorum locus in hos primum in ea &c.*

Ipse elementis locus.) non aliter Pinc. mss. at in vulgato ab Erasmo *elementis*: quibus congruunt Palat. quatuor & Col.

Et interrogantem diuisa.) non reprehendo, tantum indico præferre typis publicatos *diffisa*. mss. vero meos, *discessa*, quomodo & ad marginem editionis Erasmianæ. quorum etiam alterutrum hic habere posset locum.

Hanc διαλεκτικὴν, illam ῥητορικὴν placuit.) ita scriptum fuisse Græcis characteribus in lectione antiqua prodit Pinc. quæ amplectitur Stephanus Epist. ad Dalec. 34. & vero sic fere etiam apparet in confusa meorum scriptura. prius vulgabatur; *hanc analyticam, illam topicam*. omnino male. quis enim hæc omnia conuenientissime aptissimeque de dialectice & rhetorice dici non videt!

Itaque hoc loco finem faciam.) sic mss. Pinciani. nam Erasmi editio. *Itaque in eo loco finem faciam* quam stabiliunt Pal. pr. tert quart. altera tamen lectio in sec. ac Col.

Quæstionum liber fiet.) Col. item Pal. pr. tert. quart. hic finem faciunt Epistolæ, solum continuat Pal. secundus; annotatque tertius in alio exemplari isthæc subsequentibus annecti & hoc prorsus fieri debere, orationis tenor, satis ipse clamat.

Marcentiam te excita.) sic & Erasmus: notatumque ad marg. alias legi *Marc. vitæ excita*. quod in solo Pal. sec.

Ego debeo dicere.) sic etiam Pal. pr. tert. quart. sed id interpolatum est in tert. scriptumque *debebam*; vt & præfert. Pal. sec. & Col. Si aliquod mihi ius esset, tres has voces de trabe aliqua suspenderim, tanquam glossargi commentum.

Ne prouinciarum quidem satione contenti circumscribere prædiorum modum.) IC. qui hic legit: *contenti? Circumscribite prædior. &c.* Senecam eneruat debilemque reddit: carpit enim eos, quod vix prædij nomine dignarentur, prouinciarum longissima spatia. plus semel hoc ipsum reprehendit noster. itaque ne auctoritate quidem vlla stabilio: tantum signo; editionem Erasmi præferre, *statione contenti*, visumque primitus Pinciano legere *satione*: qui idem ex mss. suis sic proxime præcedentia constituenda putat; *quousque arationibus vestris fines vestros porrigetis &c.* quomodo est in Pal. pr. ac Col. sed mihi non placet. puto enim hæc inde nata, quod *arationis* vox diffisa esset tanquam si prima litera præpositio; reliquum vero, *rationes*, nescio quas, notaret. certe in Palat. pr. tert. quart. tantum est: *quousque arationibus vestris porrigetis, nec prouinciarum. &c.* tantum referunt concorditer *statione*, non *satione*.

Decursus.) deest vocula, quam reponendam volebat ex vet. lect. Pincianus, *decursus est*. eandem ego reducendam clamo auctoritate Pal. sec. quart. & Col.

Nisi latifundijs vestris maria cinxistis.) Palat. pr. tert. quart. *nisi late fundis vestris maria circumcinxistis*. sec. *nisi latis fundis maria cinxistis*. Col. *nisi latis fundis maria circumstruxistis* retraxerim illud *circumcinxistis*.

Trans Adriaticum.) membranæ Pinc & Palat. quatuor: *trans Adriam*. recte, nec male tamen Col. *Adriaticum*; vt subintelligamus *mare*.

Dum plus sit aliens.) Stephanus Epist. 36. ad Dalech. arbitratur Senecam scripsisse, *dum non plus sit aliens*. nam plus est, inquit, *aliens*, cum agrorum magna pars non soluto pretio, sed iniuria pulsis eorum dominis, possidetur. at de his non agere Senecam, ideoque retinendam lectionem vulgatam (nisi si malimus: *Dum plus sit alienum*, vti habent Pal. pr. tert. quart. & Col.) pridem iudicaui lib. 15. Suspic. cap. 2.

Cuius non ripas ædificia vestra prætexant.) sic & Col. at Pal. pr. *prætereant*. Pal. vero pr. tert. quart. *ripas ædificia vestra prætaxantur*. forte *cuius non ripis ædificia vestra prætexantur*.

Vos protinus fundamenta iacietis.) sic Erasmus. at mei omnes *facietis*.

Nec contenti solo, nisi quod) sic legi voluit Pincianus ex membranis, cum esset in Erasmi editione, *non cont.* quod solum in Col. nam & Pal. pr. *ne contenti solo*. tert. *ne contenti sole*. quart. *nec contenti solum*. secundus vulgatis fauebat.

Maria agetis introrsus.) editiones priores Erasmianas *arma agetis*, cui consentiebant inquit Erasmus plerique mss. vnus tamen codex habebat, *marinam*. vnde conijciebat legendum, *maria*; vt conueniret cum illo Maronis: *Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso*. item cum illo Flacci: *Marisque Bajs obstrepentis vrges Summouere littora, Parum locuples continente ripa*. alioqui, ait, legi poterat, *arua*. sic enim ædificabant in littore vt aruorum spatium redderent angustius amplitudine ædificiorum. nam mox sequitur apud Horatium *Quid, quod vsque proximos Reuellis agri terminos. &c.* libr 2. oda 18. hactenus Erasmus; cuius coniecturæ priori accedo. nam illud *maria* est diserte ad oram cod. Col. emendatumque in Pal tert. in quo prius *arma*. sed & quart. refert *mare agetis*. sec. vero *Marina* solum restat illud *arma* in pr.

Quantulum enim ex istis epulis, qua &c.) crucem fige aduerbio *enim*, quod nusquam mss. meis. sed absit tamen vt admittamus lectionem placitā Pinciano; *Quantulum enim est quod ex istis*: turbida enim est & iners, præalia, quamuis eam retineant (aduerbio excepto) Palat. sec. & Col. nam & æque pro altera faciunt Palat. pr. tert. quart.

Infelices etiam quod non intelligitis.) sic Erasmus; & probo. at tamen Col. *Infelices estis quod non &c.* Palat. pr. tert. quart. *Infelices esse quod intelligitis*, sine negatiua voce; quæ nec in sec. qui habet: *Infelices vos quot intelligitis &c.*

Vt dum scripseris legas.) melius mei, *vt dum scribis legas*.

Studio non vt plus alijs scias, sed vt melius.) legēdum putat, *sed vt aliquid melius* libr. 1. cap. 2. Prood. Stephanus: non prorsus inepte. at sciat tamen Pall. quatuor & Col. cōmuni præferre consensu, *Stude non vt plus aliquid scias, sed vt melius*. solum Pal. tert. vocem illam *aliquid* puncto subductam habet; quod solet cum spuriam innuit & reijciendam. quamuis eam hic non temere eiecerim. nec enim minutum quiddam notat, sed quantumuis magnum, vt multis alibi probat Bechicemus.

EPIST. XC.

Philosophia quod bene viuimus.) sic iussit legi Pincianus ex scriptura vett. lib. prius cusi, *Philosophia autem quod bene viuimus* quod tamen in nullo meorum. quin imo omnia isthæc quæ posui, desiderantur in Pal. pr. restant tamen ad eam faciem qua vult Pinc. in sec. tert. quart. at vero præfert Col. *philosophia quidem quod bene*. absque vocula *viuimus*. & posset quidem abesse, sed malim tamen hic obtineat locum.

Pro certo deberetur nisi ipsum Dij.) Pincianus præfert quod in libris eius: *pro certo haberetur nisi*: quomodo fere in Pal.

in Pal.quart. nempe, *habetur*. nam sec. & Col. item tert. a secunda manu præferunt; *& pro certo deberetur*. quod mihi aures suauiter implet.

Cuius scientiam nulli dederunt.) sic Pal. sec. quart. Col. nam alij duo adstipulantur quibusdam Pinciani codd. in quibus *vlli dederunt*.

Sapientia quod in se optimum.) iussit eijceremus vocem quæ antea proposita istis, *& sapientia* ex mss. suis Pincianus. bene. nam & abest Palat. sec. ac quart. damnauitque eam altera manus in tertio. scilicet nata est ab ijs qui putabant hæc esse membrum alterum, annectendumque priori illi, *& prudentes nasceremur*. quod secus est.

Perdidisset, quod inter fortuita non est.) Pal. pr. *quia inter fortuita nunc esset*. sec. *quod inter fortuita esset*. quart. *quia inter fortuita non esset*, quomodo etiam habuit Pal. tert. sed *non* punctis notatum præfert, vt velit; *quia inter fortuita esset*, sicuti, nulla litera minus, retinet Col. & meo animo recte. lenocinaretur tamen magis auribus meis scriptura hæc, *perdidisset, inter fort.* rescissa etiam dictione *quia*. suspecta enim & illa mihi quod non vno & eodem vultu in omnibus perstat mss.

Et penes Deos imperium esse & inter homines consortium.) legerim *penes Deos, imperium esse; inter homines, consortium*, iussu Pal. tert. eiecta vtraque particula *&*. nam certe secunda nusquam etiam extat in vllo alio codice.

Desierant enim omnia possidere) sic quidem Muretus. at editio Erasmi; *Desierant enim*. ad quam alludunt mss. mei omn. qui, *Desiderant enim*.

Inter homines pro summo est optimum.) sic quidem & Erasmus: at plusculum est veteris in eo quod præfert Pal. tert. *Inter homines pro maximo est optimum*. haud tamen obstinate retinuerim illud *maximo*. nam reliqui mei quatuor præferunt *Inter homines proximo est optimum*.

Animo itaque rector eligebatur. sic mei omnes. at notat ad oram editionis suæ Erasmus, alias legi: *Animo itaque erectoque elig.*

In quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Pal. tert. *pot. esse sed melior*; mutatum tamen in *nisi* a secunda manu, quomodo habent reliqui mei quatuor.

Nisi quod debet non putat posse.) sic solum Pal tert. reliqui tres; *non putat esse*. pr. *putat esse*, excluso *non*. illud *esse* extat etiam in Erasmi editione, *posse* ad oram eius.

Quod aureum perhibetur.) chirographi aliquot *perhibent*, imo fere omnes; nisi quod quidam ex ijs *prohibent*. prius solum extat in Pal. sec.

Beneficentia augebat ornabatque subiectos.) Ita solum Pal. sec. quatuor reliqui *agebat*.

Quam vt abiret e regno.) lege: *vt abirent*. quomodo editio Erasmi meique fere omnes.

Inter septem aut sapientia notos.) Pincianus scribere monet ex castigatis exempl. *notus*; adijcitque posse etiam legi *aut illum sapientes notos*. Erasmi editio: *inter septem aut sapientia notus* Pal. pr. tert. quart. *inter septem aut sapientia natos*. sec. ac Col *aut sapientia notos*. vltimo tamen alterius adscripta manu vox *sui*, hoc modo: *inter vii. aut sui sapientia notos*.

Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero accessisset octauus. Zaleuci leges, Charondæque laudantur.) mire dissentiunt libr. Pal. pr. *Lycurgus si eadem ætas sacro illi numero accessisset octauo. Et alluci leges corondaque laud.* ad cuius oram notabatur alias pro *octauo* legi *optato*. sec. *Lycurgus si eadem ætas tulisset sacro illi numero accessisset octauus Gallici Talluci leges Corondaque laud* quart. *Lycurgus si eadem ætas notus sacro illi numero accessissent octauo: & Alluci leges Charondaque*. tert. *Lycurgus si eadem ætas tulisset: sacro illi numero accessisset. & Alluci leges Carondaque* sed postea æmendatum aliena manu, *Lycurgum si ead. ætas tulisset, sacro illi numero arcessisset atario & T. Alluci leges Charondaque &c.* Col. *Lycurgum si eadem ætas arcessisset octauus. Alluci leges Charondaque laud.* quæ lectio omnino mihi proxima ad viam veri, eaque meo iudicio. hæc: *Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero arcessisset octauum Zaleuci leges Charondaque laud* nam *arcessere* idem quod aduocare. nec dubitabimus quin *Zaleuci* hic legendum sit, quoniam & hunc coniungere cum *Charonda* Val. Maximum libr. 6. cap. 5. prodidit dudum Erasmus in notis. quare hinc emendandus Bapt. Pius cap. 195. Annotat. posteriorum, citans: *Artani leges Charondaque*. præfert editio Erasmi *Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero accensuisset octauum. Zaleuci leges Charondaque*. antiquitus cuti habuerunt *Artani & Alluci leges, Charondaque*. notatque Erasmus mire variasse in his nominibus. nam quidam, inquit, pro *artanus* habebant *octauum*, vt referas ad septem Græciæ sapientes; aliqui *accessisset octauus*, pro *accensuisset*.

Hactenus quidem Posidonio assentior, artes, &c.) Pal. omn. & Col. *Poss assentio partes*. mutatum tamen in quibusdam a manu secunda.

Nec illam fabrica assoram gloriam.) ita Muretus. Pinciani obsecutus iussis. qui mandauerat hoc modo scriberemus ex vet. lect. non *illi*, vt fuit in ante impressis, seruantque mei omn. mss. a quibus tantillum mihi abire religio est. *illi*: hoc est Philosophiæ. quid alterum istud sibi velit, nondum satis assequor.

Quam viuaria piscium.) vt hic piscium Seneca, sic *viuaria murenarum, ostrearum. cochlearum* nominat Plinius lib. 9. cap. 54. 55. & 56. alias *viuaria* sunt loca septa quibus inclusæ feræ custodiuntur & adseruantur. l. 62. §. 1. ff. de vsufr. l. 3. §. item feras ff. de acq. poss. vbi *viuaria a piscinis* Paulus separat. plura vide apud Brisson. libr. 19. de verb. sign.

Illa inquit sparsos & casulis tectos aut aliqua &c.) sic legendum coniecit Erasmus; quod cur ita fidenter in textum receperit Muretus miror. ipse enim ille Bataviæ carbunculus sic de hac sua iudicat diuinatione; hoc, inquit, tantisper tibicinis vice suppositum esto, donec germana lectio comperiatur. quid pote modestius? priores editt. habebant. *sparsos e casu, aut aliqua rupe*. Palat. pr. *sparsos e caucasis lectos aut aliq.* secundus: *sparsos & causalis lectos, aut aliq.* quart. *inquit spasmosos etanea sed lectos aut alia.* tert. *inquit sparsos e causasis lectos. aut* quod tamen alius quis sic correxit: *sparsos e caucasios lectos*; adpictumque oræ, alias legi *causis*. Col. *sparsos e caucasis lectos*. monstrosa hercle verba, & quæ libuit adduxisse, vt haberet lector diuinandi vberem materiam. nam ego hic Dauus sum non Oedipus.

Docuit tecta moliri.) Pal. pr. *ostuit tecta moliri*. tert. *ostuit tecta moliri*. quart. *ostuit alias docuit tecta moliri*, forte *ostendit tecta moliri*.

Et vrbes prementium. Erasmi editio, *& vrbes vrbium prementium*. mei quinque *& vrbium vrbes prementium*. quod certe damnari temere non debebat.

Et quid aliud erat auaritiæ signum dare.) sic omnino recte editio Romana. nam Erasmi *& quicquid aliud &c.* cui patrocinantur mei quatuor. nam Pal. tert. *& quicquid erat auaritia* absque voce *erat*.

Ante architectonas fuit.) sic inquit scribendum Pincianus, quoniam haud aliter præferrent libri eius literis Græcis, quanquam male delineatis & vacillantibus. in Erasmi erat *ante architectones fuit* prius vulgati *architectores*; quod & in meis omnibus, sed plusculis additis, hoc modo, *ante ἀρχιτέκτονας fuit ante architectores*.

In quadratum tigna decidere Pal. tert. ac quart. *ligna*.

Ferro per designata currente.) Pinc. iubet scribamus ex mss. lectione *serra*. quod cur non faciamus? cum in Pal. duobus & Col. sic etiam aut in textu appareat, aut margini adscribatur; habeatque Pal quart. *serua*.

Non enim tecta e cœnationum epulas receptura parabantur.) Pincianus reponit ex duobus exempl. *tecta cœnationi epulum receptura parabantur*, quod hercle libens recipio. *Epulū* enim hic notat conuiuium, quod populo dabatur, vt & lib. 1. cap. 12. de benef. taxat hic autē Romanos qui tam amplas haberent ędes, vt sufficerēt vel recipiēdo pop. Romā epulū alioq dari solebat in ędibus sacris. Plautus Trinū:

Quid tum? si ea adem ad cœnam veneris,
Atque ibi opulentus tibi par forte vt venerit,
Apposita sit cœna, popularem quam vocant:
Si illi congesta sint epulæ a clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet,
Edisne an incœnatus cum opulento accubes?

porro hac Pincianorum codd. lectione nihilo deterius est quod reperi emendatum in Palat. tert. *tecta cœnatoria*

epulum receptura, parab. prius erat; *tecta cænationis epulæ receptura parabantur.* quod & in Palat. pr. item quart. nisi quod is *cænationi.* sec. *non enim tecta cænationem epulumq. receptatura.* Col. *non enim tecta cænationem epulumque receptura.*

Et in procliue disposita) sic mss. mei quinque: cũ tamẽ exemplar vnũ Pinc. custodiat, *deposita*, id lectori indicare libuit.

Sub his tectis habitauere securi.) sic & Palat. sec. at alij quatuor & editio Erasmi: *hab. sed securi.* placet.

Dicat licet, sapientes per quos.) sic solum Pal. pr. alij quatuor & editus ab Erasmo: *sapientes fuisse per quos.*

In summo venas iacentes liquefacta fudisset.) sic voluit rescriberemus Pincianus ex mss. non vt est in Erasmi libris, *liquefactas* quodq; solum in Pal. tert. qui item male retinet *fuisset*, vt & pr. ac quart.

Aliquis exercitati ingenij.) Col. *exercitati ingenij.* quibus subscribunt Pal. primus ac quartus nam Palat. sec. *aliquid exercitati.* tert. *aliquis inexercitati ing.*

Et quicquid aliud corpore incuruato & humum spectante.) scribit Pinc. codices esse in quibus sic habeatur vt expressit Muretus. at alijs tamen in editt. est; *& animo humum sp.* quomodo & retinet Pal. sec. & Col. item margo Pal tert. qui tamen a se exhibet, *& latimo in humum sp.* Pal. pt. *& animo humum spectanto.* quart *& intimo humum expectante.* an forte fuit *& acie in humum spectante.*

Sapiens facilis victo fuit.) vett. ed. & mss. omnes Pal. *victu fuit.* quod sane reuocandum.

Et Talum.) ita vetus Mureti liber. at Palat. quatuor & Col. *& Dædalum.* quod prorsus retinendum. vide modo Mureti notas.

Supernacuus sarcinas habui?) sic solum Pal. sec. alij tres *sarcinulas* Col. *sarcunculas.*

Hodie vtrum tandem sapientiorem.) sic mei etiam omnes; nisi quod Palat. quart. *Hoc.* correxit tamen aliquis Palat. tert. ad istam formam *Hoc dic vtrum.* quod non ausim omnino reijcere: neque enim putauerim adeo nuperi fuisse inuenti siue sparsiones has odoratas, siue Euripos.

Altitudinem crocam latentibus fistulis.) sic plane retinet Pal. tert. ac quart. neque abit nimium pr. qui *circumlat.* mole omnino sec. ac Col. in quibus *altitudinem orto cum latentibus.* de hoc more dico infra lib. 2. cap. 9. de Natur. quæst.

Qui Euripos.) Euripus maris pars est inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœam insulam; a cuius prodigiosa quadam reciprocandi celeritate, aquæ olim Romæ in profanas ædes, circum, theatra, per fistulas aut tubos, Euripi nomen lucrantes immittebantur. Statius libr. 1. Sylu.

— Ac emissas per cuncta cubilia lymphas

Suetonius: *Circensibus spatio Circi ab vtraque parte producto, & in gyrum Euripo addito.* Val. Max. lib. 2. *Cn. Pompeius ante omnes aqua per semitas decursu æstiuum minuit feruorem.* Brodæus lib. 5. cap. 6. Miscellan.

Versatilia cænationum laquearia.) sic appellare videtur *cænationes* illas rotundas, quæ *vice mundi*, vt ait Sueton. in Nerone, *circumagerentur.* meminit & Lampridius in Elagabalo: *Oppressit in tricliniis versatilibus parasitos suos violis & floribus, sic vt animam aliqui efflauerint cum erepi ad summum non possent.* Suetonius: *Cænationes laqueata tabulis eburneis versatilibus, vt flores ex fistulis & vnguenta desuper spargerentur* hæc fere Fului. Vrsinus in appendice P. Ciacconij de Triclinio.

Sine marmorario fabro.) ita & Erasmus, at mei quinque *fine marmorario ac fabro.*

Sine commercio Serum.) bene. at mei nihilominus omnes *commercio seruorum.* ignorabant scilicet, *Seres* subministrasse Romanis velamenta illa ne velamenta; de quibus affatim plerique scriptorum.

Quæ si audire humanum genus voluerit.) ita Erasmus. Pal. sec. ac Col. *Quem si audire.* quart. *Quem si aud. hum. genus voluerit*, quomodo & pr. nisi quod is retineat *Quæ.* scribamus monitu codd. Pinc. *Quam si audire.* vt referatur ad *naturam.*

In delicias laboratur.) sic voluit ederemus ex mss. Pincianus. nec aliter Pal sec. quart. Erasmi editio male, *in delicijs laboratur etiam*, nam nec illud *etiam* in vllo aliquo extat meorum, in quibus tamen *delicijs.*

Quid ergo? nunquid non pelles.) vox *nunquid* abest Pal. sec. ac Col. reliqui vero tres alio ordine: *Nunquid ergo non pelles.*

Auium pluma in vsum vestis conferuntur?) nempe ex pennis aucupiorum solere contexi munimenta corporis, scimus nos ex nauigationibus Hispanorum; item ex Plutarcho de Fortuna Alexandri: ζῶα θηράσαντες αὐτουργοὶ δορὰς ἐλάφων ἀμπεχόμενοι, καὶ πτεροῖς ἀμπεχόμενοι χρυσοειδέσιν, ἄγριοι ἐπιχειροῦντες ἐρεθίζειν. Hinc Attius inducit Philoctetem textis indutum pennarum:

— ingemiscimus,

Quod hæc pennigero, non armigero corpore

Exerceantur tela, abiecta gloria.

citat Cicero ad Volumnium. ita enim disposuerat Attius quæ Cicero perturbata vsurpat. probant & illa:

Configo tardas celeres, stans volatiles,

Pro veste pinnis membra textis contegens.

primum versum augurati sumus ex Cicerone: nam apud illum non seruatur lex metrica. alterum inuenimus in lectionibus Censorini. sic enim de Philoctete Quintus Smyrnæus libr. 9 ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ

Οἰωνῶν πτερὰ πολλὰ περὶ λεχέεσσιν ἔχυντο.

Ἄλλα δὲ οἱ συνέραπτο περὶ χροῒ, χείματος ἄλκαρ

Λινογαλεῖα inde *plumarium opus.* Scaliger. ad lib. 6. Varronis de Lingua Lat.

Tergis vulpium induitur ac murium.) mures antiqui intellexerunt non tantum domesticas illas bestiolas penori infestas; sed siluestres ferasque bestias minoris formæ, pelle commendabiles: quo in genere sunt *martes* & *hermelinæ*; quibus nobiles hiberno tempore muniunt penulas. Idem de Scythis quod Seneca prædicat Iustinus lib. 2. *Lanæque vsus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur.* huiusmodi vestes, *mastrucas* videtur vocare libr. 2. contra Symmach. Prudentius.

Tentauit Geticus nuper delere tyrannus

Italiam, patrio veniens iuratus ab Istro,

Has arces æquare solo, tecta aurea flammis

Soluere, mastrucis proceres vestire togatos.

hincque lucem accipit Claudiani versus in *Panegyr.* de IV. consulatu Honorij:

Castra cruore natant, moritur pellita iuuentus.

neque aliud intellexit Cæsar de bello Gallico dum nescio quos populos *rhenonibus* ait *vestiri solitos* sunt enim & hi nihil aliud quam detractæ feris pelles, vt recte tradit Isidorus. ad hanc classem referendi sunt *mures* etiam *Pontici* & *mures Alpini*, de quibus a Plinio in historia naturali relatum. hæc Turnebus lib. 15. cap. 23. Aduers. item Modius ad Iustinum.

Et vel oblinerunt luto) Pal. pr. quart. *oblinuerunt.* sec. ac Col. *oblituerunt.* tert. *oblinuerunt.* quod vltimum hercle non sugillauerim, cum ei assensum præbeat alterum par codicum qui, *oblinuerunt.*

Deinde stipula.) Palat. pr. tert. quart *spicula.* mutatum deinde tamen in prioribus duobus.

Et pluuijs per deuexa labentibus.) Pal. pr. ac quart *latentibus.* at mutatum deinde in pr. *labentibus*, quomodo & restat in tert. qui tamen notat alias legi, *& eluuijs per.* quod præfert Palat. sec. nam Col. *& eluuijs per deuexa latentibus.*

Facilem actum vitæ daret.) legendum fortasse, inquit Pincianus, *facilem ac tutam vitam daret.* ego nihil muto. *actus enim vitæ* hic idem est quod libr. 4. cap. 34. de benef. *Relicto omni acta vita consistit.*

Hyemem transire.) notat Erasmus alias legi *transigere.*

Nos ista pretiosa, nos mira.) sic iussit corrigeremus ex veteri lectione Pincianus, at sic quoque editio Erasmi agnoscitque Palat. tert. ac quart. tres reliqui *nos ista pretiosa, nos misera.* annotat Erasmus, alias legi: *nos ista speciosa:* ait Pincianus, olim fuisse cusum; *nos ista perniciosa, nos misera.*

Sufficit ad id natura quod poscit.) quãuis nihil huic scripturæ posse opponi videatur, tamen non dubitat Stephanus Epist. 9. ad Dalech. quin paulo aliter scribendum sit, hoc videlicet

hoc videlicet modo. *Sufficiebat id natura.* sicut dicit, *orant, & postulabat.* verisimilis esset correctio, nisi Seneca sæpius gnomas & epiphonemata, orationis continuæ nexui interiiceret. atque hoc ipsum hic fecisse puto. quare nihil mutemus, inuitis quotquot vidi mss.

Quibus aut excitatur ciuitas, aut strepit.) ita etiam legitur in Palat. tert. qui tamen etiam superscriptum habet & *exercitatur* & *concitatur.* quorum hercle neutrum contempserim. etsi nihilominus illud quod Palat. tres & Col. habent, *aut exercitatur*, eruditioribus excutiendum relinquam pro raro & delicato.

Itaque hinc textorum, hinc fabrorum) Pal. pr. tert. quart. *hinc tectorum.* at Pincianus notat, quosdam suos codd. habere *hinc textorum, hinc fabrorum.* quod ei æque enim modum. ego malim alterum, a quo stant reliqui mei duo.

Dum vult describere primum quemadmodum) vox *primum* exest Pal. pr. ac tert. neque eam requisiuerim.

Tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat.) scribatur, *extendant.* ex Pal. pr. ac Col. item auctoritate Scaligeri. *tela* enim hic numero plurali sunt instrumenta textoria. Tibullus alibi;

Atque aliqua assidue textrix operata, Mineruam
Cantat, & applosa tela sonant latere.

iterum lib. 1. Eleg. 7.

At quæ fida fuit nulli, post victa senecta
Ducit inops tremula stamina torta manu.
Firmaque conductis adnectit licia telis,
Tractaque de niueo vellere ducta putat.

ait enim illam operas diurnas texendæ telæ locare. ibi Scaliger. Pal. pr. tert. quart. non habent *stamen*, sed *stramen.*

Spatha coire.) ita Mureti editio, secuta iudicium Pinciani, sic restituentis ex antiqua lectione, quam & Pal. ac Col. conseruant vnanimiter prorsus.

Textricum quoque artem.) sic Erasmus. at monuit Pincianus legendum, *textrinum quoque*, ex mss. suis, tum quod sequatur non multo post, *sotrinum.* & firmant hercle illud *textrinum* codd. mei quinque.

Quod lato feriunt.) & hic obsecuta est Romana editio Pinciano, ita legenti ex lib. 6. Ouidij Metamorph. vnde hi versus desumpti. contra omnia alioqui mss. tam quæ ipse consuluit, quam quæ indulsit mihi ex Bibliotheca Palatina illustriss. Princeps & Elector Fridericus quartus: in quibus concorditer, *lato pauiunt.* quid dicam? an emendandum ex Seneca Nasonem nostrum? fere est; quod sic, ita tamen, vt credamus Senecam scripsisse primo *Quod lato pauiunt* quid expectatis Criticorum vmbræ? an est vox barbara? taxo amplius non sit: audite tantum hæc quæ scribit Isidorus lib. 19 cap. 22. Originum; vbi agit de hoc ipso opificio: *Leudensis quod raro filo sit, leniterque densata. Pauitensis contraria Leudensis dicta, quod grauiter pressa atque calcata sit.* satis hoc. nam *pauire* quid sit, nemo dubitat cui venit in memoriam siue *terripauij*, siue adeo *pauimenti.* verum nec hoc te celo lector, in ms. Col. similiter quidem reperiri, *pauiunt*, sed annecti oræ eius libri, Ouidij tres versus, interque eos tali prorsus forma istum *Percusso quaciunt infecti pectine dentes* hoc volui: vt constaret tibi, diu esse quod carmen istud impuræ sollicitarint manus. nam codex ille, vt & notę marginales, garriunt vixisse se statim ab anno CIↃ. CCC. XCIV. Quod restat, notandum cum Pinciano, versus hos aliter haberi in Ouidiano opere; nempe

Inseritur medium radijs subtemen acutis,
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum
Percusso feriunt insecti pectine dentes.

Sed Seneca forte ex commodo suo illos contridit.

Vestis nihil celatura) hæc verba de lineis vestibus intelligit lib. 1. cap. 16. Semestr. Faber, linearumque appellatione carbaseas & byssinas telas comprehendi putat: easque intelligi Paulo scribente l. quamuis, in Princ. ff. de auro & arg. leg. *quadam ex veste magis ornatus quam corporis tegendi gratia comparari,* &c. Sed tu mihi vise Fabrum; similes & ego adduxi auctoritates lib. 14. Suspic. cap 10.

Et iteratum) rursus hoc a coniectura Pinciani. nam & mss. eius, & mei: *& inter aratrū* notat Erasmus ad oram editionis suæ. legendum forte, *iterum.* quoniam, inquit, eadem terra transuersim proscinditur.

Aqualiculi feruore) sic solum Col. nā Pal. pr. tert. quart. *aquali culina feruore* sec. *aqua lenis feruore* male. nā *aqualiculi* nomine ventriculum vocat, quod & facit Vegetius lib. Veter. cap. 40. vt notauit lib. & cap. 3. var. lect. Mercurialis, item lib. 6. cap. 3. Tertullianus lib. aduers. Psychicos: *Deus enim tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare.* Augustinus etiam lib. contra Secundinum Manichæum cap. 22. *Manducando eas in officina aqualiculi purgantis.* Ceterum cum Marcellus Empiricus cap. 20. aqualiculum a stomacho distinguat, forte pro *stomacho*, os ventriculi intellexit, pro *aqualiculo* vero eiusde fundum, quem pariter alios intellexisse non est dissentaneum rationi, si consideremus eos ita appellasse locum vbi pręcalore cibi conficiantur; cuiusmodi ventriculi fundum à medicis nuncupatum esse nemo ignorat. Isidorus lib 11. Orig. *proprie porci aqualiculum esse, atque hinc ad ventrem fieri translatione* docet; cui videtur fauere auctor Glossarij, hisce verbis κοιλία χοίρου, *aqualicum*, κοιλίδιον ἰσχίου. vbi loco dictionis *aqualicum*, legendum etiam *aqualiculum* puto.

Et sapius reteruntur.) hoc quoque mutuatus est a Pinciano Muretus, qui sic legendum credidit. at ego credo potius restituendam mss. omnium & typis vulgatorum scripturam, *sapius reguntur.* quod vel subsequa Senecæ arguunt verum.

Ad excipiendum ventorum) Pal. pr. ac tert. *accipiendū.*

Et exemplum a piscibus.) mss. omn. excludunt particulam *&*, me non nolente: nisi si mutandū in; *Id exemplum.*

Lenis eius in vtrumque momento) obserua, *momentum* hic pro motu, quomodo & Velleius lib 2. *Redieras Antonius in transmarinas prouincias, quas magno momento Labienus concusserat* Acidalius ibidem.

Speculariorum vsum) sic vocabantur quibus lumen transmittebatur & sol admittebatur in ædes; vt hodie per vitreamina & chartacea fit l. 12 § specularia ff. de instr vel instr. l. 9. § 1. ff. quod vi aut clam. Martialis lib. 8. Epigramm.

Hibernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles, & sine face diem. Seneca supra: *Quanta nunc aliquis rusticitatis, damnet Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat.* Brissonius lib 17 de verb signi:

Perlucente testa) fiebant scilicet ex lapide quodā quem Hispania dabat, qui vitri modo perlucidus, in quamlibet tenues crustas findebatur; vt Plinius lib. 36. cap. 22. lib. 3. cap 3. ostendit.

Suspensuras balneorum) Balnea pensilia a Sergio Orata primum inuenta, teste Plinio lib. 9. cap. 54 non quæ supra tecta fiebant, aut encamerata loca, vt voluerunt aliqui: nulla enim alia fuisse credo quam labra illa vel marmorea vel ænea vel lignea laquearibus suspensa, quo minimo quolibet manuum impulsu alias leniter; alias vehementius agitari valerent. maxima enim in istis iucunditas, dum præter suauissimum illum motum; aquæ delectatione fruerentur, eaque mollissime ac blanda quadam titillatione singula corporis fouebantur membra. hæc fere Mercurialis lib. 3. cap. 12 art. gymnast.

Impressos parietibus tubos) de iis Alciatus lib 12. Parerg. cap. 2. quę videat lector. nam liber non est mihi ad manum. tantum addam notare Mercurialem libr. 1. cap. 10. art. gymnast. calorem istum de quo loquitur Seneca; immitti consueuisse ex hypocausto, & a Iurisconsultis memoriæ mandatum; & ab Ausonio in Mosella sic expressum:

Quid qua sulfurea sul structa crepidine fumant
Balnea, feruenti cum Mulciber haustus operto
Voluit anhelatas tectoria per caua flammas,
Inclusum glomerans æstu exspirante vaporem.

horum autem tuborum vestigia adhuc quam plurima Romæ conspiciuntur in Diocletiani atque Caracallæ gymnasiis. vide & me lib. De prouidentia cap. 4.

Quibus domus fulgent?) Pal. tert. *fulgerant.*

Quid lapideas moles) protrahit hunc locum Brissonius lib. 11 de verb. signif.

Quid verborum notas) σημεῖα γραμμάτων περὶ τάχους ἐξευρεθέντα significat: quorum inuentionē alij Tulli

lio Tyroni: alij, in quibus est & Dio, Mæcenati tribuunt. sic accipiuntur notæ in l.33. ex quib. caus. mai. l.9. §.1. ff. de hered. instit. l.41. de milit. test. & l.6. in f. ff. de bon. poss. vbi *notas literas non esse* traditur. qua de causa a literis separantur in l.1. §. ludi ff. de var. & extr. cogn. & d.l. 41. huiusmodi vero notis olim pleni erant Iureconsultorum libri. sed Iustinianus quicquam in libris suis notis vetuit scribi. l.2. §. vetuit. de vet. Iur. enuc. qua de re tractat Isidorus lib.1. hæc Brissonius lib.12. de verb. sign. consule insuper Rævardum in lib. Protribunalium, Torrentiũ cap. 5. Galbę, in Suetonium.

Celeritatem linguæ manus sequitur.) idem expressit Martialis lib 14.

Currant verba licet, manus est velocior illis.
Nondum lingua, suum dextra peregit opus.

vnde & Manilius lib.4.

Hic & scriptor erit felix, cui litera verbum est,
Quique notis linguam superet, cursumque loquentis,
Excipiens longas noua per compendia voces.

& magis Ausonius Epigram. 137.

Cum maxime nunc proloquor,	*Circũloquentis ambitu*
Tu sensa nostri pectoris	*Vix dicta, iam ceris tenes.*
Sentire tam velox mihi	*Vellem dedisset mens mea:*
Quam præpetis dextra fuga,	*Tu me loquente prævenis.*
Quis quæso, quis me prodidit?	*Quis ista iam dixit tibi*
Quæ cogitabam dicere? &c.	

de eis idem narrat Quintilianus libr. 11. cap. 2. Vulgatum & illud, Homeri Iliadem in nucis putamine sic inscriptam fuisse, ex Solino. Sed & Plutarchus Catone, auctor est orationem eius quam aduersus Cæsarem de Catilinæ sociis habuit, notis exceptam sua adhuc ætate extitisse. & Pedianus notis orationem Ciceronis pro Milone exceptam esse scribit, quæ adhuc tempore suo extaret. plura de his Brodæus libr. 4. Miscellan. cap. 9. Torrent. in Suetonij Titum cap. 3. Ios. Scaliger lib. 2. cap. 13. Ausonianarum lectionum.

Non indecoros corporis motus.) Col. ac Pal. sec. *non dedecores corporis*: quomodo & ad oram editionis Erasmi in qua, vt in text. *Non decoros corp.* pr. *dedecoros corporis motus* absque voce *non*, quę tamen deinde adpicta orę. quart. *Non dedecoros.*

Nam cui vita, illi vita quoque ornamenta seruiunt.) sic Palat. tert. ac quart. neque abit pr. nisi quod ipse *ornamenta.* at enim sec. ac Col. *Namque ornamentum est vita, illi vita quoque ornamenta seruiunt.*

Et ex mari speciosam reprimit.) tradit Erasmus alias legi *spaciosam*, quod etiam est in Palat. pr. ac tert. sed non placet.

Quid in secundam numinum sortem anima perpetua.) ita Muretu ed nescio vnde. nam mss. quos excussit Erasmus, magno habebant consensu; *quod in secundam nominum formam anima perpetua.* atque ipse; Si pro *nominum* legamus *hominum*, tolerabilior fuerit lectio, vt intelligas animas perpetuas in secundam hominum formam. perit enim forma corporis. sed manet ea quæ potior est, aut alia datur priore melior. sed vero propius est fuisse scriptum *numinum formam.* numinum enim est immortalitas; animæ secundam habent formam, quod esse quidem desierunt sed non desinunt esse. mollior erit sermo si legas, sublata præpositione; *quod secundam numinum formam anima perp.* id est more numinum. sic Erasmus. ego hic me sustineo. nam mss. mei omnes, Erasmianos firmant codd. tantum visitur interpolatio isthæc in Pal. tert. *quod inferam hominum formam? Anima perpetua. &c.* IC. quis iactat se rescribere. *Quod in secundam a numinibus formam anima prouecta, vbi consistas.* quorsum hæc?

Æternam rationem toti inditam.) sic & Erasmus & Pal. pr. tert. reliqui duo *rationem toti mundo inditam.* Pal. sec. *rat. toti mundo inclitam.*

In quot membra diuisus.) sic & margo editionis Erasmi, neque aliter Pal. sec. tert. Col. ipsa vero, *in quot membris diuisus* Palat. pr. *in tot membra diuisus.* quart. *in quod membra admissus.*

Deinde a corporalibus se ad incorp.) sic voluit corrigere mus ex ver. lectione Pincianus, cum edidisset Erasmus *a corporibus*, sicuti habent Pal. pr. ac tert.

Qua homines sunt, non qua sapientes.) sic iussit scribi coniectura Pinciani, cum esset *quia homi sunt, non quia sap.* quod in meis etiam omnibus. alterum tamen libens admiserim.

Qua velox est, non qua sapiens.) sic & publicatus ab Erasmo, & Pal. sec. reliqui *quia* vtrobique.

Excidit porro vobis eundem Democritum.) sic & Pal. pr. ac tert. sed enim sec. *Excidit porro eundem nobis Democr.* quart. ac Col. *Excidit porro nobis eundem.*

Vitriarium.) prius legebatur *vitrearium*, quod eiectum voluit Pinc. tum quia prius in antiquo exempl. tum quod analogiæ ratio exposcere videretur. neque aliter extat in Palat. quart. idemque habuit sec. & tert. sed superimposita est litera, quæ *vitriarium* constituit, quomodo retinet Pal. pr. at in Col. est; *vitre arium.*

Quæ vix diligenti manu effingerentur.) vetus lectio Pinc. *diligentia manuum eff.* cui assentiuntur Palat. sec. quart. & Col. primus vulgatis fauet. tert. item, sed post correctionem scribæ alicuius; prius enim fuit, *diligentia manu.* quod mihi omnium maxime probatur.

Ebur poliretur.) Pinciani est coniectura; cuius scripti omnes, vt & mei, *ebur molliretur.* solum est in Pal. sec. *ebur molretur.* sed hoc eodem recidit. & simile aliquid voluisse Senecam vero simile est.

Qua hodieque coctura inuenti lapides coctiles colorantur.) sic Erasmus; cuius margo habet & alteram lectionẽ. *lapides ad hoc vtiles colorantur.* quæ in Pal. pr. tert. quart. Col. solum restat prior illa scriptura in Pal. sec.

Non qua sapiens erat inuenit.) sic corrigendum monuit Pincianus, adstipulante etiam veteri librorum mss. lectione. Erasmi editio; *quia sapiens*, quomodo & mei quinque.

Primum veram naturam.) Pal quart. *verum naturam.* pr. ac tert. *rerum naturam* quod velim examinent sagaciores: nam mihi non valde displicet; imo vero placet.

Sed de illa qua nullum bonum putat.) sic cupit emendari ex suis Pincianus; neque aliter est in Palat. sec at alij tamen quatuor & ab Erasmo editus; *sed illa qua.* quod ferre quis queat. procline enim accessere præpositionem a præcedentibus verbis.

Nec fortuna muneribus deleniri potest.) & mei simul & Erasmi *delori.* alterum illud tamen satis argutum.

Sicut ante fortunata tempora.) mss. mei omnes repræsentant vel *aut* vel *autem*, non *ante.*

Ad rapinam ex consortio discurrere) Pal. sec. *discussere.* pr. *discurrere cæpit* tert. quart. Col *discurrere cæperit.*

Sufficiebat illa vt parens in tutelam omnium.) sic Erasmus at membranæ quinque *in tutela.*

Licet itaque velis nunc concurrere & reparare.) abest Pal pr. tert. quart. dictio *nunc*; monetque tert. alias legi *congerere*, non *occurrere.* Palat. sec. *Licet itaque nunc velit concurrere reparare.* Col. *Licet itaque nunc velis occurrere & repar.*

Vicinum vel pretio pellat agris vel iniuria.) in editis ab Erasmo *pellat ære*, notatumque forte legendum *aruis.* inde nata lectio Mureti. at mei quatuor constanter *ere* Pal. quart. *eris.* scripserim *pretio pellat ex his vel iniuria.* quomodo adscriptum est Pal. tert.

Quicquid natura protulerat.) Pal. pr. ac quart *protulit.* tert. *potuit.* Col *protuleret.*

Nec aut vlli superesse poterat.) Pal. pr. tert. quart. Col. *nec vlli aut superesse.* quod malim.

Nondum auarus abscondendus quod sibi iaceret, alium &c.) sic & Pal. quatuor. at Col. *Nondum a varijs ascondendo quod sibi iaceret.*

Sollicitudo nos in nostra purpura versat.) sic mei quatuor. tantum Palat. tert. *vexat*, sed correctum tamen ab alio *versat.*

Mollem somnum illis.) Pal. sec. quart. *Atq. mollem somn.* pr. tert. *atquam mollẽ & somnũ.* sed in tert. reformatum est; *atquam mollem somnum.* quod fere germanum Senecæ. quare reducatur in possessionem. nam sic quoque palam Golon. cod. scribi autem debet cum exclamationis nota.

Sed in aperto iacentibus sidera superlabebantur.) editio Erasmi *iacentes.* prior tamen lectio extat in Pal. pr. item in tert. sed ab alia nata manu. nam prius erat: *aperto iacentes superlabebantur*

superlabebantur

superlabebantur, sine voce *sidera*. quæ etiam non compatet in pr. habet sec. *sed in personato iacentes sidera superlabebantur*. Col. *sed in aperto iacentes sidera sublabebantur*.

Et insigne spectaculum noctium mundus in praceps agebatur.) Pal. pr. *& sine spectaculum noctium mundus in praceps agebatur*. tert. *& sine spectaculo noctium mundus &c.* reliqui tres faciunt pro vulgato.

Silentio tantum opus ducens. Pal. pr. tert. quart. *silentio tantum opus esse ducens*. Col. *silentio tantum omne tempus ducens*. sec. confirmat publicatam lectionem, atque ei ego adhæreo.

Tam interdiu illis quam noctu patebat prospectus.) hæc castigatio prodiit a mss. Pinciani; quæ etiam in Pal. tert. a secunda manu; cum prius fuisset: *Tam inter diem illis quam noctem patebant prospectus*. quomodo & exhibet Erasmi editio aliique mei scripti quatuor. solum Col. habet *patebat*, non *patebant*.

Rustica positum manu.) mss. quinque *rustica politum manu*, tantum Palat. quart. *pollitum*: quod idem fere cum priori. & certe vox ea mihi vellit aurem, cogitque suspicari hic poni posse, aut verius ponendam.

A Dys recentes) Pincianus inquit exemplaria esse in quibus sit *recedentis*. quæ non audiemus. nam figura ducit ab artificibus: quibus mos opus suum iam perfectum & quasi manu emissum a se suaque officina recens vocare. vnde præcedit in nostro, *vt ita dicam*. Pinciani quidem codd. accedit Pal. tert. & quart. at publicatis vero reliqui, & Col. neque absimili figura Sidonius Apollinaris lib. 8. Epistola ad Consentium: *Certe quoties mihi tui versus, a meditationis incude tanquam adhuc calidi deferebantur &c.*

Nec perlucidos lapides ima terrarum face quarebant) Pal. pr. tert. quart. *lucidos* habent. at sec. aliter ordinat: *nec perlucidos ima terrarum face quærebant lapides*. quæ structio mihi non ita inepta.

Mundus nondum effœtus) mei quinque *effectus*. male. nec ausim tamen ducere substituendum *affectus*.

EPIST. XCI.

Pene inauditum) mss. mei, & editio Erasmi præponunt copulam, *& pene*.

In tecta ignis immissus est) membranæ omnes, *iniecta ignis*.

Vbique armis quiescentibus) Pal. tert. ac Col. præfigunt voculam, *cum vbique*.

Lugdunum, quod ostendebatur in Gallia, quæritur.) ita in plerisque Palatinis. sed enim cum codex Pinciani vetus, item Pal. sec ac Col. repræsentent, *quæris*, id non insuper habuerim, sed interrogatione animauerim. eiusdem est sententiæ quod habetur Epist. 71. *Omnes quæ vnquam rerum potiuntur vrbes, quæque alienorum imperiorum magna sunt & decora, vbi fuerunt aliquando quæretur* vbi notabimus & vocem vltimam *quærendi*. nam & eadem vsurpata a Tertulliano lib de Pallio: *Nulla iam Delos, Rhene, Samos, & illa si non mendax Plato in Atlantico, Libyam & Asiam adæquans, quæritur*. monet Faber lib 1. cap. 9. Semestr. apud quem de naturali ciuitatum interitu memorabilia multa. Cæterum notandū ex Taciti lib. 16. Annal cladem hanc Lugdunensem quadragies HS. solatum Imp. Neronem septimo post incendium anno. accidit enim centesimo anno a colonia deducta. at deducta a Munatio Planco, anno vrbis DCCXI. Lipsius annotat ibidem.

In hac vna nox interfuit, inter vrbem maximam) Pal. tert. *vna nox fuit inter vrbem*. Col. *vna nox non interfuit*. vt forte legendum sit, *vna nox modo interfuit*. nā & Pal. sec. voluerunt homines adiectum illud *non*, hoc modo; *vna nox interfuit non inter vrbem*. potest tamen illud *non* habere locum ea positione qua repræsentatur Col.

Et florentissimo detrahat.) mss. mei *ex florentiss.*

Multa Dei indulgentia.) apage ab homine profano tam religiosam vocem: reponaturque; *multa Deum indulgentia*. ex Pal. sec. nam in Col. est; *multa demum*: in tribus aliis, *multa deinde*, quod mutatum in *Deum* a secunda manu in tert.

Qui diem dixit, horam momentumque temporis, euertendis imperiis sufficere.) contaminata lectio. putabat Pincianus, licet omnia reclamarent exemplaria, desiderari negationem, legendumque *qui diem dixit, non horam &c.* equidem Palat. quatuor, typographorum exemplaribus adsentiuntur. at in Col est; *quidam dixit, horam mom.* quod vero proximum ducerem; nisi alteram scripturam multo minore mutatione sic sanari posse putarem: *Longam moram dedit malis properantibus qui diem dixit: Hora momentumque temporis euertendis imperiis sufficeret*. clara correctio, & quæ verbum non desiderat. ad sententiam quod attinet, eam mutuatus videtur Seneca a Phalereo Demetrio, qui cum legisset apud Euripidem diuitias rem esse diariam, & vel *vnicam* sufficere *diem* ad alleuanda quæ depressa sunt, vel e contrario; reliqua pronunciauit ab Euripide recte dicta, nisi quod non *diem* dicere debuisset, sed *momentum*; quem locum suppeditat Pincianus.

Si tanta celeritate repararentur cuncta, quanta finiuntur.) sic Erasmi editio. at Pinc. codd. aliquot: *si tanto tempore perirent cuncta quanto fiunt*. quomodo & est in Palat. sec. ac Col. alia eius, *si tam tarde perirent cuncta quam fiūt*. quomodo est in Pal. tert ac quart. quod mihi placet. Pal. pr. scribit; *si tamen reperirentur cuncta quam finiuntur*.

Quæ domesticis bellis steterunt regna, quæ externis, impellente nullo ruunt.) miror cur magnus homo suspicetur legendum; *Quæ externis bellis steterant regna, domesticis, impellente nullo, ruunt*. nam nihil ea lectione magis sputeum. si enim ruunt domestico bello tunc sane impelluntur; nisi si alia illi, quibus istud adstruat, Philosophia certe tale nihil somniauit Seneca, qui tota hac Epistola docet terræ motu, diluuio, vetustate, incendio, aliisque fati casibus, ruere tamen imperia, etiamsi ab omni hoste tuta. idem expressit cap 4. de Vita beat: *Nam vt nihil extra lacessat aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit*. nec aliud voluit Cicero, cum diceret, *nihil esse quod sit manibus humanis laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur, vel iniuria hominum, vel ipsa confectrice rerum omnium vetustate*.

Quota quaque felicitatem.) Pal. pr ac tert. *quo vel a quaque felicitatem*. Col. *Quotam quaque felicitatem*.

Nec vllis inusitatis.) Pal. pr. ac tert. *nec in illis inusitatis*. sec. *nec vllis visitatis*.

Vno tremore ceciderunt.) Pal. tert. quart. *terramotu*.

Ornamentumque prouincialium) sic Muretus. satis audacter; cum Pincianus tantum annotasset quærens, an non ita commodius legeretur, quam vti etat in vulgg. & scriptis codd. *prouinciarum*. quod reuocabimus, cum & ita quoque mss. mei quinque.

Vni tamen imposita) Pal. tert. quart. *vni tantum impos.*

Ac speculas ad humilem arenam.) sic & Pal. sec ac Col. verum quidam Pinciani codices *ac speculas ad humile deduxit*. quomodo est etiam in Pal quart. nam pr. & tert. *ad humilem deduxit*. fere licet suspicari legendum *ac speculas ad tumulum deduxit*.

Omnibus exitus manet.) sic Pal. pr. tert. Col. at quartus insuper adiicit; *omnibus hic exitus man.* Pinciani scripti & Pal. sec. *omnes exitus manent*. quart. *omnes exitus manet*. quæ lectio cum vulgata de ducatu merito certauerit. & sic quoque legi posse diuinauit Gothofredus vel, inquit, legendum *omnibus exitus imminet*, nisi malumus hæc dispangere, *extant, omnibus exitus manet*. quibus postremis quid velit non capio.

Siue interna vi flatuque præclusi venti, pondus sub quo tenentur excusserint.) lectio hæc, opinor, a Mureti ingenio. nam publicati passim; *præclusa violenti pondus*. erat in membranis Pinciani; *interna vis flatusque præclusi violenti pond.* sed expendendum inquit idem, an sit aptior lectio; *præclusi*. habet Pal. pr. & tert *siue interna vis flatuq, præclusa violenti pondus*. Palat. sec. *siue interna tus flatuque præclusa violenti pondus fulco quo ten.* Pal. quart. abest coniunctio *siue*, in reliquis conuenit et cum Pinciani mss. Col. *interna vis flatu præclusa violenti pondus sub quo tenetur, excusserit*: quam scriptionem an omnium minime ægrotantem agnituri sint ingeniosiores, auide scire desidero. nam ego hic Harpocratis æmulus, nisi quod tenui tantum susurro murmure, si et extricetur *el*, fiatque *præssa*, resultare sensum sic satis defæcatum.

In subdito vis obstantia) ita Muretus: nescio cuius libri fiducia. voluit enim scribi ex mss. suis Pincianus *in subdito vastorum obstantia*. quibus assensum præbet Palat. quart. at reliqui tamen & Col. vulgatis adstipulantur, qui habent, *vastior obstantia*.

Sive vetustas a qua nihil) ita Erasmus. at mei omn. *vetustas in qua nihil*.

Exeeerit populos) Pal. sec. ac Col *egesserit populos*, quomodo & publicatus ab Erasmo. at pr. tert. quart. *egresserit populos*.

Hoc unum scio.) Col Pal pr ac tert *Hoc unum est scio*.

Hac ego atque eiusmodi.) rescribo, *Hac ergo atque*, ex omnibus meis, atque editione etiam Erasmi.

Et in manus. Timagenes felicitati.) sic emendandum monuit disciplinarum meliorum consultissimus vir Nic. Faber. vulgg *& in alias imagines Felicitatis &c.* quare putauit Pincianus & deinde alter quis omnium literatorum vere lucus, post has voces desiderari *C. Caligula* nomen, quem infensissimum exstitisse vrbis successibus auctor eorum Tranquillus, tum alibi noster. membranarum pleræque *& in malas imagines*. solum proxime veritatem accedit Palat quart. qui; *& in manus, & imagines*. certe Timaginem illum dicacem fuisse & temerariæ vrbanitatis; vtpote qui in historiis suis, ne ab Augusto quidem & vxore eius reliquaque familia temperarit, docet Seneca lib. 3. cap. 23 de Ira meminit eius & Seneca pater libr 10. Contr. 5. qui videatur.

Ætas ne homini quidem extrema. Deducta in hanc frequentiam) miser habitus locus Col *extrema a plano deducta*. non temere hoc est quin imo publico donetur blattis hactenus & tineis adiudicata; *extrema. A Planco deducta in hanc fr.* ita enim diserte Pal. pr. tert. quart. nec aliter fuisse in aliquot codd. suis pridem etiam monuit probauitque Pincianus. ne hoc forte sibi arroget I. C. aliquis. Sane Plancus ciuitatis istius auctor. Eusebius in Chronicis: *Munacius Plancus Ciceronis discipulus, orator habetur insignis. qui cum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit* quod idem monuit Pincianus. Inscriptio vetus: L. MVNATIVS L. F. L. N. L. PRON. PLANCVS COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR EPVLONVM, TRIVMPHALIS EX RHETIS AEDEM SATVRNI FECIT DE MANVBIIS: AGROS DIVISIT IN ITALIA BENEVENTI: IN GALLIAM COLONIAS DEDVXIT LVGDVNVM ET RAVRACAM.

Qua tamen grauissimos casus intra spatium humana pertulit senectutis.) sic quidem Erasmi editio. Pal. sec. ac Col. non habent illud *pertulit*, sed legunt eius vicem, *intra spatium humana senectutis passa est*. Pal. pr. ac tert. nõ habent aut *pertulit*, aut *passa est*. leguntque priore voce *Quid tamen* sed & restat in quart. *Quid tamen grauiss. casus intra spat. humana senectutis contemnam*. locus mutilus. quem suppleat cui fautrix Hygeia.

Et sciat nihil mansurum esse Fortuna) Pal pr. *nihil in ausero esse fortuna*. tert. *nihil mansurum esse fortuna*.

Nihil horum indignandum est,) sic legi voluit ex suis scriptis Pincianus neque aliter mei quinque. at Erasmi editio, *dedignandum est*.

Quacunque vis exit) Col. *quandocunque*.

Impares nascimur pares morimur.) sic solum Pal. sec. alij quatuor. *Pares nascimur, pares morimur*. adhuc cum animo meo delibero vtram præferre debeam, & magis est vt postremam.

Tam Ardea capta quam Roma est) sic legit ex suis Pincianus. nam Erasmi editio, *Tam Ardea capta quam Roma capta est*. mei quinque priorem etiam agnoscunt lectionem. interim notet hic mihi iterum lector peruersum verborum ordinem: vult enim noster, *tam captam esse Romam quam Ardeam*.

Omnium qua terra premit siremps lex esto.) Palmaria emendatio. sciamus esse a Iureconsultorum principe Cuiacio. inepte vulgg. *premit similes esto*. nam Palat. pr. tert. item Pinciani codd. *premit, fere miles esto*. sec ac Col. *premunt, seruus miles esto*. quomodo & Erasmus. quart. *premunt serue miles esto* Erasmi editio notat: forte legendum *similis loco seruum* non est, sed & reijciantur deinceps hariolatio Pinciani timide coniectantis, *qua terram premunt sortem vnam esse*. item eius I. C. qui potius sic legendum ducit, *omnium qua terra premantur similis esto*. gerræ enim germanæ. Clausula siquidem hæc, *siremps lex esto*, vna de solennibus populi Romani, valetque *similis* aut *eadem*. meminit Festus, quem vide. & ibidem curatissimas Scaligeri castigationes. quibus adde Lipsium libr. 1. cap. 1. Antiq. lect. Brissonium libr. 2 de formulis. Stephan. libr 2. cap. 10 Prond.

Discere geometriam infelix cœperat, fecturus quam possibile pessima distinctio. lege cum meis quinque, *discere geometriam cœperat. Infelix! secturus &c.*

Ista, inquit, omnibus eadem sunt.) Pal. pr. sec quart Col. *inquit. Ista omnibus eadem sunt* Pal. tert *inquit Ista omnia eadem sunt*.

Ista de quibus quereris.) sic ex veteri lectione codd Pinciani Muretus, nec aliter mei. Erasmi editio, *Illa de quibus quaris*.

Ne infameris ab infamibus) huc facientia, selecta plurima & electa reperies in politissimo Freheri libro, cui titulus De infamia.

Nisi fama iussisset.) sic voluit scribi Pincianus; cum esset in Erasmo: *vicisset*, prius testat in Pal. pr. quart. Col. ac tert. *insisset*. sec *vixisset*.

Iniquis rumoribus aspersus) mei omnes *sparsus*. & valde probo.

Nec morti quidem hac apud nos noceat.) scribendum putauit Pinc. *ne morti quidem hi apud vos noceant*, vt pronomen *hi*, referat *rumores*. locus animo meo desperatus; quod ad verba quidem attinet. nam sensum, primis naribus facile olfacere, cui non pituita molesta. habet Pal. pr. & tert. *ne morti quidem hoc apud vos noceat*. quibus assentitur quartus, nisi quod præterat *nos*. at sec. præponit voculam *cum*. quæ in Pinciani omnibus desideratur, *Cum nec morti quidem hoc apud vos noceat*. Col. *Cum ne morte quidem hoc apud vos noceat*. quæ lectio propius accedere videtur ad sententiam Senecæ, quam puto hoc velle. non nocere bonis mortem, nedum vt iniqui noceant rumores. sed locus hic mihi, vt dixi, inter occisos, imo etiam mutilos.

Et hac malam molitionem habet.) nec ego medicus ad istud cadauer. nam Pinciani membranæ & editio Erasmi, *& hec malam molitionem*. Pincianus vero legendum putat, *& hac malam amolitionem habet*, hoc sensu, mortem quoque sicut infamiam, & alia huiusmodi, amolitionem habere, sed malam, hoc est amoliri homines illam, sed decipi. non enim, vt creditur, malũ est nemine id experto. additque: Ab amoliendo inquit *amuleta* dicta, quæ circa collum, aut in brachijs gestari solent, gratia amoliendi fascinationes morbosve. Græci *Phylacteria* vocant, hoc est, vt sic dicam seruatoria; Dioscorides & alij &c. hæc ille: cuius nec verba nec sensus mihi placent. cum tamen nihil possim melius, subiiciã tantũ mss variam lectionem. Palat. pr. ac sec. consentit vulgatis in quibus vt dixi, *& hoc malam molitione habet* quart *& hoc malũ molitione h.* tertius patrocinatur lectioni editionis Romanæ. Col. habet, *& hac malam molitionem habet*. I. C. quidã legit, *Numquid detrimenti facit vir bonus, iniquis rumoribus asper, sus, cum nec mortuo quidem hic, apud nos, noceant, & nullam amolitionem habeant?* idest, inquit, nullam vim ac potestatem habet iniquus rumor in eum quem honeste vixisse apud viros bonos constat. hactenus ille: quibus neutiquam iste recoquetur Æson.

EPIST. XCII.

Puto inter me teque conuenit.) Erasmi editio *conueniat*, quomodo & corrigitur a secunda manu in Palat. tert. qui prius aliud quid habuit, sed quidnam, præ rasura non apparet. est in pr. *Puto inter me & te conueniat*. sec. *Puto inter te meque, me teque conuenire*. sed postea punctis notata sunt illa *te meque*. quart. *Puto quod inter me & te conueniat*. quæ lectio mihi proba, si modo omnia præter primam vocem parenthesi includantur. Col. *puto inter te & me conueniat*.

In animo esse partes mixtas. Pal. quatuor & Col. *partes nostras*

mistras. sicque alia habere vett. exempp. prodit quoque Stephanus lib. 1. Prood cap. 6.

Propter ipsum principale.) sic vocat, quod Stoici τὸ ἡγεμονικὸν appellarunt, Cicero autem *principatum* nominauit. Steph. ibid. male mss. Pal. omnes præter sec. nec non Col *ipsum principales.*

In hoc vno positam esse beatam vitam.) verba duo, *esse beatum*, non sunt in Pal pr. tert.

In quolibet rerum habitu seruata seruat.) Palat. pr. & tert. *seratus seruat.* sed mutatum est in tert *seruatus seruit*; quod præferunt Palat sec. & Col qui postremus margini adscriptum habet, alias legi; *habita se virtus seruat.* videtur esse in quart *habita securos seruat.*

Is, inquam, beatus, quem nulla res.) tradit Pincianus addendam ex suis vocem vnam, *Is inquam beatus est* & ita Pal. quatuor; sed hoc ordine *Is est inquam beatus*, neque secus margo Col. cuius contextus; *Ipsi est, inquam, beatus.*

Si veritas tota perspecta est. sic Muretus ex mss Pinc. neque aliter Pal sec. quart. Col. Erasmi editio alijq; mei duo, *perfecta est.*

Vides autem quale sit, sole non esse contentum) ita se legere ex domestico exemplari, reliquis hoc loco deprauatis, testatur Pincianus: & ei sane fauet Pal. sec. in quo, *quale sit, sole to non*; quomodo & emendatum in tert. at ego potius duxerim scripturam quam habet editio Erasmi: *sit die non.* nam ei, sono suo fere alludunt reliqui mei mss in quibus: *sit & to non esse.* tantum Pal. quart. exhibet; *vides autem qua sit se non esse.*

Ἡσυχίαν.) vox hæc conuenientissima, præ illo σχολήν, non ἀνομαλίαν, quod arbitrabatur scriptum fuisse Erasmus, cum ex vestigijs Græcarum literarum certi nihil deprehenderet. & vero ἡσυχίαν optimis præfert literis a secundi emendatus manu Pal. tertius; ceteri, & Col ignorabili potius insigniuntur charactere.

Ad conspectum vniuersi.) ita Palat pr. tert. quart. reliquis, vt & Col *ad inspectum*: quod libens amplector, nactus tibi eines Pinciani membranas.

Magnam vitam facit titillatio corporis?) sic Muretus. at Erasmi editio; *Magno vitam facit titillatio corporis?* annotatque, videri deesse verbum, *magno pusillum. Vitam &c* tamen, inquit, erit lectio tolerabilis, si *magno* recipias, pro sapiente, & addas interrogationis notulam. sic ille. Pal. sec. ac Col. faciunt pro lectione quam vulgauit Erasmus pr. ac tert. habent. *Magno vitam facit.* quartus solum habet vocem *corporis.* excluditque etiam duas alias voces quæ isthæc præcesserunt; *honesto inhonestum* hoc modo; *Adiunxit rationale irrationali corporis Quid ergo &c.*

Saporibus ac coloribus ac sonis constat.) Pal. pr. *& caloribus ac sonis constat*, neque multum diuertunt Pal. tert ac quart. qui; *& caloribus ac sonis* correxit tamen aliquis tertium; *ac sonis ijs.*

Mutis aggregetur animal pabulo natum.) Erasmi editio, & mei quinque, *pabulo laetum*

Eneruem & abiectam) sic solum Pal sec. nam pr. *inneruem & abi* tert. quart. Col. *merme.* quomodo & Erasmus.

Et fecerunt animalis generosissimi bonum.) Col. ac Pal. quart. *& fecerunt animal generosissimum.* reliqui, *animalis generosissimum*

Mixtum portentosumque. sic solum Pal. pr. alij quatuor, *portentuosumque.*

Ex diuersis animalium congruentibus membris.) mei omnes *animalis.*

Huic committitur futilis caro) Erasmi editio & mei quinque, *inutilis caro.* miror cur mutauerit Muretus.

Illa vtcumque alta quies) mei quinque *altera.*

Tam discors inter se iunctura corporum.) sic voluit scriberemus Pincianus ex mss quibus assentiuntur membranæ meæ quatuor; tantum restat *corporis*, quod præferebat editio Erasmi, in Pal sec.

Intemperans vsque & indigesta.) a Mureto esse suspicor. nam prius impressi *vsque ad indigesta.* notatum tamen ad marginem alias legi *ad ingesta* quod & in meis mss. omnibus, excepto Pal. quart. qui *ad ingenta.* Pincianus de suis, idem dicit: conijcit tamen legendum, *intemperans atque ac inuisa* Si & mihi licet hariolari, scripserim, *vsque atque incesta*: nisi si fortè retinendum, *intemperans vsque ad incesta.* vt *vsque* terminum designet ad quem excurrat intemperantia vt vt est, *incestum* castę rei proprie opponi, nulli non notum est: hancque vocem hic reponendam quouis contenderim pignore. I C. quidam hic legit: *intemperans vsque & indigesta*, epithera enim, inquit, hæc voluptati sane iuste tribuuntur. at non ego credulus illi.

Non petes illas) ita volnit reponi ex suis Pinc cum haberet Erasmi editio *nonne petas illas?* at mei, *non petes illas* solum Pal. quart. ac tert. *non petas illas.*

Hoc vnum, bene elegi.) sic scribi voluit ex mss. suis Pincianus. cum publicasset Erasmus, *bene elegi*, quod restat in Pal. tribus: alterum illud solum restat in Col. at Palat. tert. *hoc vnum bonum elegi.*

Sed meum in hoc propositum seruandi) Erasmi editio *seruantis*, quomodo & mei quinque; quorum Palat. tert. ac quart. insuper, *seruantis in istis.*

Ego de corpore idem tibi.) mandat Pincianus legamus, ex lectione mss. *Ergo.* & vero sic legamus. nam & ita chirographi nostri quinque.

Summum tamen illud bonum non assequitur.) ita editio Romana, secuta partim mss Pinciani, in quibus *summum tamen illud bonum non sequitur.* cum esset in Erasmi edit. *summum enim bonum non sequitur* at Pal. pr *summum illud bonum non consequitur.* sec. *summum tamen illud bonum non sequitur.* tert. *summum istud bonum non sequitur.* quart. ac Col. *summum tamen illud bonum non consequitur.*

Non esse miserum, esse etiam beatum.) sic cupiebat emenderemus ex lectione suorum Pinc. & ita quoque est in meis quatuor. solum Pal. tert. *miserum, etiam beatum.* sicuti edidit Erasmus.

Vt ereptum calamitatibus inter beatos locet.) quidam IC. hic legit. *vt to septum calam.* eumque ait designari, quem paulo ante miserum appellarat auctor. cui homini ne auscultes lector, nisi si & tibi alba mens. lege potius cum Erasmo, *vt exceptum calamitatibus.* nam sic dicitur cui nullæ nocere possunt, quique ab ijs immunis. quod vel aperte præcedentia clamant. neque aliter eadem vox accipitur libr 3. de Benef. cap. 20 *Errat si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere: pars melior eius excepta est.* iterum Epist. 69. *Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non cælum, non totus hic rerum omnium contextus.* monet tamen Erasmus ad oram editionis suæ, alias legi *vt ereptum calamitatibus* quomodo & est in Pal pr. ac tert. nã sec & Col *vt eruptũ* quart. *nec ereptum.*

In summo deficit cliuo?) ducta est translatio ab ijs qui conscenso propemodum monte, tum delassantur, cum proximi sunt cacumini. vide Erasmum Chil 1. cent. 5. adag 77. ego hic libens sustulerim interrogandi notam.

An non potest illi eripi.) sic & alias legi notat ad marginem edit. suæ Erasmus: in ipsa vero; *Aut potest illi*, cui accedunt Palat. sec. ac Col. nam tres alij: *Hanc potest illi eripi.*

Sed quædam, inquit, soli quoque obstant. at solis vis & lux integra est.) sic Erasmus: at Pal. pr. tert. *Sed quædam inquit soli quoque ipsa a sole integra est.* sec ac Col. *Sed quædam inquit solis vis & lux integra est.* quart. *Sed quædam inquit soli quoque obstant, ipsa a sole integra est.*

Quod non prohibeat eius aspectu.) putarim Typographicum mendum: aliæ profecto editiones, & mei libris *quod nos prohibeat* & sic poscit sententia.

Sed in medio relinquitur) meis omnibus deest præpositio *in*, neque adeo extat in Erasmi editione.

In peiorem transferendi statum) Pal pr. quart Col. *transcundi.* quod mihi non ita sordidum. sec. *transeundi.* tert. *transfigendi.*

Quare enim qui labi capit.) Erasmi editio; *enim quis illa capit*: neque aliter mei scripti omnes.

Retinet in summo.) Pal. tert *detinet in summum.*

Cum mala fortuna sæpe luctatus est.) sic quidem Erasmus, sed longe melius mei quinque, *fortuna semper luctatus est.*

In quantolibet tempore bona æterna consummat.) sic Pal. pr. ac Col. bene. Erasmi editio *consumat* male. vt & ille qui vltimam hanc lectionem, tanquam a se primitus fictam, nobis obtrudere quærit

Apud quos viri mi imperat.)Erasmus editio mei,&quinque *imperauit.*

Accedimus ad illa, non.) mei, *ad illam.* excipio Palat. quart.

Nam ille alter secundus.) Erasmus addit *secundus est.* sicque mei omnes, nisi quod sec. *Nam & ille alter secundus est.*

Desiderat oculorum atque aurium sensum, bonam valetudinem &c.) Pal. sec. ac Col. *desideret oculorum atque aurium ceterorumque sensuum bonam valetudinem.* quomodo & exhibet correctio Pal. tert. quæ idem antea prætulit, quod lectio vulgata, si eximas primam vocem; cui & suffragantur pr. ac quart. nisi quod & ij, *desideret.*

Sed habitu manente suo.) mei, vt & editio Erasmi, *& habita manente suo.*

Per hanc potest non pœnitenda agitare.) sic Pal. sec. Col. emendatumque in tert. qui prius, *per hanc potest, non pœnitenda agit. &c.* pr. *per hanc potest non pœnitenda. Agitanti imperfecto viro.* quart. *per hanc non pœnitenda. agitari &c.*

Vt imperfecto viro. Huic malitia vis quadam inest.) Pincianus arbitratur rescribendum mutata literarum quantitate; *Vt imperfecto viro, huic malacia vis quadam inest.* vt sit *malacia* pro *mollitudine.* non satisfacit hæc mihi correctio. accedo potius Mureti sententiæ, putantis hic aliquid deesse. nam & mire hic mei variant, vti in re falsa solent testes mendaces. Palat. pr. *Agitanti imperfecto viro. Huic malitia vis &c.* sec. ac Col. *Vt imperfecto viro huic malitia enim vis quadam inest.* tert. *agit in perfecto viro, huic malitia vis &c.* quart. *agitari imperfecto viri huic malitia vis &c.*

Qua animum habet mobilem ad praua: ille agit carens malitia, & ea agitatio abest a bono.) sic isthæc coniectura modo ductus emendanda putauit Erasmus, cum prior haberet editio, *quia an. h. mob. at praua illa agit atent malitia, & ea agitata abest:* additque quosdam cod. habuisse *ad* pro *at.* & *cogitata* pro *agitata.* at locum etiamnum deprauatum clamat Pincianus, nititurq; corrigere; *mobilem Ad praua illum agit harens malacia. & ea agitatus abest a bono.* vereor vt nec his quidem Senecæ sua reddita integritas. Pal. pr. *ad praua illa. agit arẽs & ea agitata abest. De bono non est &c.* sicq; Pal. tert. nisi quod ille *arcens.* item sic quart. nisi quod ipse *cogitata.* at sec. *illum agit arens malitiam. & ea cogitata abest. de bono non est. &c.* neque aliter Col tantum is retinet illud *malitia.*

Hic Deos aquat.) Palat. pr. *hic Deo aquat.* tert. *Deo aquatur.*

Nam si aliena vi ad summa niteretur.) Col. *Non aliena vi ad summa nititur.* sicque Palat. sec. nisi quod is *ad summam.* Pal. pr. tert. quart. *Nam aliena vita ad summa nititur* vel *nituntur.*

Redit, cum hoc iter.) ita libri flagitant, ita sententia. libet tamen I. C. cuidam substituere, *Redet cum &c.* omnino ridicule. legatur tantum auctor. nam animum a cælo nobis esse iam ante affirmauit. redit ergo vnde venit, cum ita hic agit vt a vitijs non deprimatur. verum me dicere probabit & illud cap. 6. ad Helbiam. *Non ex terreno & graui concreta corpore: ex illo cælesti spiritu descendit.* loquitur enim & ibidem de mente, siue mauis, anima.

Et contemptor omnium)sic mss. at ecce I. C. ille interserit, *& vt contemptor.* sciamus nihili esse.

Cum hoc iter ad quod natus est.) ita quoque Pal. sec. ac Col. verum tres alij, *cum hoc iter nactus est.*

Aurum argentumque illis in quibus iacuerunt tenebris dignissima, non hoc astimat splendore, quo imperitorum verberant oculos, & auerterunt a cælo, ex quo illa secreuit cupiditas nostra & effodit.) locum ita me amet Hospitalis Iupiter, a glossemate mirabiliter pollutum! Pal. pr. *dignissima non ad hoc astimat. Splendorem quoque imperitior verberant oculos, sed ad verterο cælo. ex quo illa secreuit cupid* Pal sec. *non ad hoc astimat splendorem quo imperitiores verberant oculos & auerterunt &c.* quart. *non ad hoc astimat splendoro: quo imperitiorum verberantur oculi si euertet e cælo ex quo &c.* tertius a secunda manu, *non adhoc astimat. splendor est qui imperitiorum verberat oculos. sed auertero cælo, ex quo &c.* prius habuit idem quod Pal. pr. excipio quod ipse *si* pro *sed:* notet tamen insuper ad orã, alias legi, *& auerterunt a cælo.* Col. *dignissima dimittit: non ad hoc astimat splendorem quo imperitiores verberant oculos, sed auerterunt a cælo, ex quo &c.* quoniam neminem arbitror iam alienum ab humanitate, quin audaciæ meæ laudem attributurus sit, si hæc deprauatissima emendare conatus fuero; diuinauerim scripsisse Senecam: *dignissima, non ad hunc astimat splendorem quo imperitorum verberant oculos: sed eruit e cæno, ex quo illa secreuit.* sententia clara. neque abeunt illa quæ ponit Epist. 90. *Illi quidem non aurum nec argentum, nec perlucidos lapides ima terrarum face quærebant.*

Vt suorum Oriens Occidensque terminus fiat.) lectio a Mureti hariolatione. priscæ editi. nec non Pal. sec. ac Col. *Vt suarum possessionum Orientis Occidentisque terminus fiat.* monuitque Pincianus, scripturam veterem habere & compendiosius & elegantius, *vt sua Orientis Occidentisq. term.* cui adstipulantur Palat. pr. & tert. extat in quart. *vt summe Orientis &c.*

Ignis illud exurat.) Pal. pr. sec tert *ignis illud excludat.*

Vtrum prosectum.) sic mss. mei quinque, vt referatur ad vocem *receptaculum,* quæ præcessit. sed enim Pincianus, quod offendisset in vno suorum *prosectam;* scribendum putauit, *vtrum prosectas:* applicauitque, vt puto, vocabulo *secundas.* meo animo male. sequitur enim mox; *quid ad illum.*

An consumetur.) mallet Pincianus *consumantur.* nihil mutatum contra omnia exemplaria.

Canibus data prada marinis.) ita quinque mei membranacei codd. quare ne audiamus Pincianum libentius legere cupientem, *prada Latiam.* nam etsi hemistichium ex Virgilij Æneid. 9. tamen plus semel auctor noster hæc talia ad parodiam deflexit.

Quid ad illum? qui tunc quoque cum inter homines est, nullas minas timet. vllas ne timebit post mortem minas eorum, quibus vsque ad mortem timere parum est?) sic Erasmi editio, sic codex scriptus Col. at Pinciano breuior simul veriorque lectio vetus, *illum, qui nullas sed tunc quoque cum inter homines est minas timet, vllas post mortem timebit? Parum est, non cont &c.* ego nihil temere interpolauerim. nam in Pal. & Col. vltima illa palam conseruantur. suspicor tantum illa *eorum quibus vsque ad mortem timeri parum est,* e marginali nota assuta contextui. nam & alibi, nisi me fallit memoria, citantur ab auctore. est in Palat. pr. tert. quart. *Quid ad illum qui nullas sed tunc quoque cum inter homines est, timet vllas post mortem minas. eorum quibus vsque ad mortem parum timeri est.* sec. *Quid ad illum qui tunc quoque inter homines est nullas minas timet, vllasne timebit post mortem minas eorum quibus vsque &c.*

Non conteret me vncus.) eorum quibus iusta fieri poterant, cadauera solenni pompa capulo ad rogum efferebantur, aliorum vero quibus lege iusta fieri erat prohibitum, quod improbi ac nefarij iudicarentur, vnco trahebantur; quique trahebant, *Hamotrahones* dicebantur, auctore Festo eo iterum respexit noster lib & cap. 3. de Ira: *& cadauera quoque trahens vncus &c.* Ræuardus cap. 22. libro ad leg. XII. tab.

Rerum natura prospexit.) mei, *prospicit.*

Quem sancta prosecerit, dies condet.) Pal quart. *condit.* & sic quoque pr. ac tert. a quibus abest dictio *dies.*

Alte cinctum putes dixisse.) sic antiqui vocabant strenuum, fortem virilem, minime mollem. credo, quod genus illud cincturę hominum non esset delicatorum. nam præcinctura, vt fluxior & laxior, in Cæsare argumentum habuit mollitudinis: & *discincti,* quoque effæminati habebantur: demissisque esse vestibus elegantiæ videbatur mollioris. Horatius lib. 1. Sat. 5.

Hoc iter ignaui diuisimus, altius ac nos,
Pracinctis vnum.

id est, quod vnum esse solet strenuioribus. iterum libr. 2. Sat. 8.

His vbi sublatis puer alte cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit.

id est, fortis & strenuus mensam tersit. hæc Turnebus lib. 15. cap. 23. Aduersar. quæ verissima sunt. iure tamen meritoque

toq; explodēdus quidā qui hisce Turnebi verbis lectis, nec intellectis, ad hunc norat locū, *alte cincto*, opponi *præcinctum*, & *discinctum*: hoc est inquit mollem & effæminatum. ita ne vero? at ego putabam *præcingere* se omnes, qui qualicunque vinculo corpus medium aut pectus coarctarent. quod & ipse quoque satis probabit Gallorum ille doctissimus libr. 23 cap. 1. Aduersariorum. quibus facient & ista Senecæ libr. 1. cap 3. de benef. vbi de Gratijs loquitur: *Inueniam aliquem poetam apud quem præcingantur* antea enim dixerat de ijsdem; *Virgines, quia incorrupta sunt & sincera & omnibus sancta. solutis itaque tunicis vtuntur.* Sed nec *discinctus* opponitur *alte cincto*: quod vel euincant verba huius Epistolæ postrema: *Habuit enim ingenium & grande & virile, nisi illud ipse discinxisset.* Falleris quippe si autumas hoc pro te facere. nam ecce ipse noster alibi iterum de hoc eodem Mæcenate Epist. 114. *Num oratio eius æque soluta. quam ipse discinctus?* & mox. *hunc esse qui solutis tunicis in vrbe semper incesserit. Nam etiam cum absentis partibus Cæsaris fungeretur, signum a discincto petebatur.* hæc libuit in gratiam rudiorum, qui ipsis constet non esse cuiusuis ex Turnebi opibus excoquere sebum.

Nisi illud ipse discinxisset.) fluxit hæc lectio, vt opinor, ab Erasmo; scribit enim Pincianus superioris memoriæ cusos, item chirographos habuisse: *illud secundis cinxisset*; ex quo format; *illud secum discinxisset.* & habet quidem omnis scripta lectio codicum Pall. item Col. vt prodidit ex mss. Pincianus: ego tamen inde potius finxerim; *illud secunda discinxissent.* ad historiam omnino vere; nec abit ipse Seneca Epist. 114. quem vide lector.

EPIST. XCIII.

Multo iniquos æquos aduersus homines.) cum his rationem reddat eius quod dixit, æquitatem omnibus vna in re deesse, credibile fit Stephano Epist. 36. ad Dalech. scripsisse Senecam; *Multos enim iniquos*; vel *Nam multos inn.* quod pace eius dixerim, particulam illam commodius omitti posse puto roborandæ sententiæ. nec certe comparet in vllis calamo exaratis codd. solum in Col. annotatum est ad oram, pro *iniquos*, alias legi, *neminem*. quæ vox fidei forsan bonæ. verum de ea arbitretur lector.

Vtrum obsecro te.) pronomen *te*, exulat Palat. pr. tert. quart.

Vnde vtique exeundum est) ita voluit rescriberemus ex mss. Pincianus. nec aliter mei. Erasmi editio: *dum vtique exeundum est.*

Nec sero mortuum est, sed diu.) verbum *est* manauit a Pinc membranis: abest vero Erasmi libris, & Pal. meo tert. ac quart. & malim abesse.

Sed multum pendat.) omnino bene. mei tamen quinque *pendeat.*

Atque in summum bonum euectum.) Erasmi editio, meique omnes; *summum bonum eius euectum.*

Et vixit, & viguit.) nonnulla exempp. Pinc. item Pal. sec. & Col. addunt *& viuit, & vixit, & viguit.* si respiciamus ad superiora illa auctoris, quæ volunt istum quoque morti suæ superstitem, vix est vt has voces non amplecti debeamus pro Senecæ germanis.

Vixit ad posteros vsque, transilijt & se in memoriam dedit.) aliam habet distinctionem editio Erasmi; *Vixit: ad posteros vsque transilijt; & se in &c.*

Sed nullum non tanquam.) Palat. pr. ac tert. *sed vllum non.*

An inter iuniores adhuc censear.) sic mei omnes Pall. & ora libri Col. in cuius contextu. *minores.*

Habeo meum.) sic quidem Pal pr. sec. quart. etiam tertius, nisi quod is ante *habuit mecum.* sed enim auctior est dictione vna Col. nempe: *Habeo modum meum.* ego vt nihil temere admiserim: sic nec istud facile tanquam si adulterinum esset, contempserim.

Sic & in minoris temporis modo.) Palat. pr. *temporis quomodo.* tert. *temporis commodo.*

Vt agam vitam, non vt prætereuehar.) Pal. quart *non vt proterear.* Erasmi editio meiq. quatuor *vt non prætereuehar* prius illud eruit e codd. suis Pinc. & valde probo.

Meliorem illi vitam.) ita Palat. sec. & Col. at reliqui, *mel. illis*; vt applicetur præcedentibus, *suis & rerum natura.*

Omnium rerum cogitatione fruiti sumus) ita editio Mureti: at *rerum cognitione fruiti sumus* habet, Palat. pr. & quart. cui accedit fere Col. in quo *fruti sumus.* verum in sec. & a secunda manu in tert. est, *cognitione structi sumus*; quod legitimum arbitror Philosophi nostri *struere* enim & *instruere*, eiusdem esse potestatis, probaui olim in Suspicionum libellis. vulgati codd. Erasmi habent *cogitatione functi sumus.* ita tamen vt & *cognitione* extet in Erasmi editione ad oram.

Scimus a quibus principalia.) ita mss. Pinciani & mei. Erasmus *Scimus ad quid principalia.*

Quemad. omnia quæ vsquam erant cluserit.) Pal. pr. *duxerit.* sec. *cluserat.* tert. *eduxerat*, sed alieno calamo. quid prius fuerit non liquet. quart. *cluserint.* Col. *quæ nusquam erant clauserit.*

Nec hac spe inquit.) sic & mei. at notat ora Erasmianæ edit. alias legi *Nunc hac spe.*

Etiam inter illos fui.) sic iussit diuisim legeremus ipse Pinc. cum mss. cum esset in Erasmi edit. & meis *etiam inter.*

Annales Tanusij.) Tanusium agnoscere codices Tranquilli in Iulio cap. 9. testatur Pincianus, item lib. 15 cap. 22. Aduersar. Turnebus, additque: quod apud Catullum de Volusij *annalibus* ioculari dicebatur obscænitate, idem de *annalibus Tanusij* huius celebratum fuisse, haurire nos ex isto Senecæ loco. at scribit Torrentius vett. lib. hunc vocare *Tanusium Geminum*: vnum etiam addere prænomen *Lucij.* & hercle *Tanusij* agnoscunt quoque plures Pall. nec abit nimium Col. in quo *Cannusij.* est in Pal. pr. *tam miseri scis.* Erasm. scripti quidam *Tamasij.*

Seu quam non decori sint.) exempp. pleraque Palat. tum mss. Col. item ille qui Leodij seruatur ad Diui Iacobi, quem excussit Torrentius: *non decorosi sint.* quam vocem non refugerim admittere. nam quod fingit Pincianus, *quanto opere derisi sint*, aut sic: *quanto derisui sint*, minus placet. habebant codd. eius partim: *non dedecorosi sint*: partim, *non derosi*: alij etiam. *non dederosi sint.* quidam codex Erasmi, *seu quam non desidero etsi sint qui vocentur.*

Et qui vocentur.) sic Pinc. scripta lectio cui congruit Pal. pr. & emendata ab alio tert. at quart. *quod vocentur*, quomodo & aliquot Pinc. malim tamen, quomodo antea vulgabatur & retinent Pal. sec tert. Col. *qui vocentur* sine *&.* putat Erasmus tolerabiliorem lectionem si legamus *etsi sint qui vocentur*: vt accipiamus aliquos iocos sparsisse, quod his Seneca delectaretur.

Æque est vita quorundam longa.) malum facinus Mureti vel eorum qui editioni eius præfuerunt: nam lectio hæc est ab ingenio Pinciani. cum esset in prioribus typographorum exempp. item mss. etiam Leodiensi, *Hæc est vita &c.* fortassis non prorsus male. præposuerim tamen quod in Col & Pal. tribus; *Hoc est vita.*

Et quod Tanusij sequitur annales.) scribendum & hic ex veteri scriptura Pinciani, *Tanusij*, nisi si malumus, *Tanusij.* sed & Hispanus ille iubet consideremus an magis placeat legi per transpositionem dictionum *& quod sequitur Tanusij annales.* codex Palatinus quem signari numero primo, hic iterum habet, *& quod tam miseri sequitur.* porro subiicet auctor noster Catulli verba, *cacata charta*, vt annotat ad Suetonium Torrentius. si ego Critica aliqua legitime insignirer falce, has omnes voces radicitus hinc extirparim, scribendo: *Annales Tanusi seu quam non decorosi sint, & qui vocentur? hoc est vita quorundam longa. Num quid feliciorem &c.* dum enim ait, *& qui vocentur*, quin *cacatam chartam* innuat, nemo ambigere potest. itaque quid opus erat alijs illis? mihi quidem nihil. sed absit tamen vt meo more loqui debeat Seneca. Scaliger ad illud Catulli *Annales Volusi cacata charta* norat ita dici solitum de omnibus ridiculis scriptis additque sic ex Seneca, *Annales Tanusij scis quam non decores sint.* ad quæ idem: Innuit Seneca Annales Tanusij eadem appellatione exagitatos qua Annales Volusianos. Martialis: *Scribat carmina quæ legant cacantes.* sic ille.

Quam cum qui medio occiditur) Pal. quart. *qui modice occiditur.*

Nunquid aliquem esse tam cupidū) vetus lectio Pincianorum codd. & Palat. sec. *nunquid aliquem tam stulte cupidum*, quomodo & emendatum in tert. qui tamen legit, vt & pr. quart. *Nunquid aliquem tam cupidum esse.* Col. præfert, *Nunquid aliquem tam stultum cupidum esse.*

Vt ingulari in spoliario.) Lud. Cælius lib. 17. cap. 9. lect. antiq. scribit, *spoliarium* quidem videri *spoliorum receptaculum*; at Senecę Lampridioq; locum esse excarnificationi dicatum. fallitur. melius Brissonius lib. 17. de verb. sign. qui, quod Spolia appellarentur Panniculatia ea, quibus indutus erat quis cum ad supplicium deducebatur, l. penult. ff. de bonis damnat. inde etiam locum illum in quo exui solebant, *Spoliarium* appellatum credit. haud tamen omnino accedere possum sententię P. Fabri, qui *Spoliariū* hic accipere videtur pro loco in quo gladiatores educabantur, sicque dictum, quod in eo gladiatores qui nudi depugnaturi erant, vestimenta ponerent. lib. 2. cap. 11. Semestr. audiérim potius Lipsiū libr de Amphitheatro cap. 21. putantem *Spoliarium* fuisse receptaculum mortuorū aut grauiter in arena læsorum: constitutum itaque iuxta portā Libitinensem extra Amphitheatrū. Enimuero soliti gladiatores occisi turpiter vnco per arenam trahi in Spoliarium. docentque id acclamationes illæ Senatus, quę apud Lampridium in Comodo: *Hosti patriæ, parricida, gladiator in spoliario lanietur*: Et, *Qui Senatum occidit in spoliario ponatur.* &, *Impuri gladiatoris memoria aboleatur*: &, *Gladiatoris cadauer vnco trahatur, gladiatoris cadauer in spoliario ponatur.* & hoc idem censeo Victorem significare in Domitiano, cum scribit: *At senatus gladiatoris more funus ferri, radendumque nomen decreuit.* hęc fere Lipsius, qui plura cupit de hoc ipso spoliario, & vnde ipsi ductum nomen, ego infra lib. de prouidentia cap 3

Quid autem ad rem pertinet quamdiu) vellet scribi ex scriptis aliquot Pincianus: *Quid enim ad rem.* at prior lectio restat in mss. meis quatuor, etiam in Pal. tert. sed id a secunda manu: qui prius videtur habuisse, *Quid autem refert quamdiu.* sed videtur, inquam: nam literæ aliquot ita penitus erasæ sunt, vt nihil sit quo agnoscantur reliquerint, tantum remanent duę, *re*, nec spatium reliquum amplius est quam vt recipere alias quatuor.

Epist. XCIIII.

Quidam solam receperunt.) Pal. pr. ac tert. *receperant.* quart. *ceperant.* item mox *reliquerant*, pro eo quod alij *reliquerunt.*

Nisi qui summam prius) sic & Pal. sec. quart. Col. bene. pr. tamen ac tert. *summa.*

At illam non habentem præcepta.) ita editio Romana. sed enim Erasmi, *At illam habentem præcepta*, absque voce *non*, quę etiam nusquam in meis quinque: nam Pal. pr. *An illam hab. præcepta* tert. *At illam &c.* sed ab aliena manu. quid prius ibi fuerit, non liquet. Col. *ad illam habentem præcepta.* quart. *ad illa habentem præcepta* Pincianus legendum putat, *At illam habentem decreta*, non *præcepta*, tanquam id velint sequentia. ego hinc me non satis expedio. nam si excipias secundum, qui olim vulgatis fauet, mei omnes cum his verbis finiunt sententiam, leguntque, *Plurimum ait proficere ipsa decreta.* solum Col. retinet copulam, *ipsaque.*

Sibi ipse præcepit.) Pal. sec. abest vox *sibi*, legitque *ipse percepit.* tert. *sibi ipse præcipit.*

Illo quidem non abiecte operam perdidit qui præcepit.) sic Erasmus at Pal. sec ac Col. *illo quidem abiecte operam perdidit.* pr. tert. quart. *illo quidem non abiecte operam dedit.*

Aliòqui doces illum quid sano faciendum sit.) sic voluit emendaremus Pincianus ex scripta lectione, cum edidisset Erasmus, *illud quod sano.* prior lectio est in Pal. sec. ac Col. at pr. *alio qui docet illo quid sano* tert. *alio quid doces illo quid sano.* quart. *alioquin doces ægrum quid sano.*

De omnibus vitijs dicam.) malim cum quinque meis, *dico.*

Nec dolorem quoque nec mortem.) Pal pr. tert *nec dolere quenquam nec mori.* quart. *nec dolere quicquam nec mori.* Col. *nec dolere quoque nec mori*, quod vltimum non abiecerim.

Sic incede sic cana.) ita Pal. pr. tert. quart. monetq; Pincianus quosdam habere mss. *sic, incede sic mane* quod & est in sec. ac Col. licet hic margini adiecerit, alias etiam legi, *cana.*

Qua ingenti supercilio) in Pal. tert. notauit secunda aliqua manus: *quæ eminenti supercilio.*

Vtrum manifesta demum an dubia præcipies.) lectio mss. Pinciani, *vtrum deinde manifesta an dubia.* meorum quinque, *vtrum manifesta deinde an &c.*

Non desiderant manifesta monitores) Pinciani mss. *monitorem.* etiam Col. ac Pal. sec. item tert. ab aliena manu. nec displicet.

Si id mones quod obscurum est.) sic mss. Pinciani, sic mei. nisi quod Colon. *si id admones.* Erasmi editio, *Si tam mones.*

Non esse iustum.) Pal. sec. ac Col. *nec esse iustum.* tert. *non est iustum.* nihil mutauerim.

Cui quicquam in hac virtute.) Pal. tert. *in ipsa virt.*

Hæc cum persuasi mihi & perbibi.) monet Erasmus alias legi, *& perhibui* & sic est in Pal sec. reliqui quatuor *& prohibui.* media lectio mihi tantum non adlubescit.

Scit quid sibi faciendum sit, etiam te tacente) ita Muretus, secutus aliquatenus codicem vnum Pinc. in quo, *scit quid sibi faciendum sit, quid non, etiam te tacente.* & vltimum illud extat sine vlla litura in sec, est in tert. *scit quid sibi faciendum, scit etiam te tacente.* Erasmi editio, item Pal. pr. ac tert. *scit sibi faciendum scit etiam te tacente* Col. *scit quid non sibi faciendum sit, etiam te tacente.* repositum est in tert. aliena manu: *scit, quid sibi faciendum, scit quid non, te tacente.* quod ego retinuerim.

Et cito specie quo non oportet.) Col. Pal. sec. *spe quo non.* quart *spe quod non oportet.* pr. tert *cito specie quod non.*

Itaque docemus aut curare.) sic voluit Mureti libido cum esset in editis ab Erasmo: *aut procurare.* monetque Pincianus codices aliquot eius habere *aut percurare.* vltimum istud est in Pal. pr. ac tert. reliqui tres retinent illud *procurare* verum nis præposuerim lectioni Muretianæ

Aut vacantem quidem & ad) hausit istud Muretus a libris aliquot Pinciani, neque aliter Palat. sec. aut Col. alij tres, vt & Erasmi; *aut vagantem*: mutatum tamen alterius stilo in tert. & scitur quænam sit affinitas inter literam vtramque.

Quæ alicuius matrimonium experta est.) sic & Erasmus. si mei omnes auctiores sunt voce; *alicuius ante matrimonium experta est* Palat. tantum sec. abest vltimum illud *est*, me volente.

An non putas aliquid esse.) Pal. tert. abfuit vox *non.*

Bilis nigra curanda.) Erasmi editio præpositam habet coniunctione; *Si bilis nigra*, quæ etiam in Pal sec. ac Col. item in tert. sed qoe prius aliud quid habuit, forte *Scilicet.* est in pr. iunctim *filslu curanda.* quart. vocem illam nullus agnoscit, & per me absit licet, nisi si, vt dixi, mutanda in *Scilicet bilis nigra.*

Opus esse præceptis ad videndum.) miratur Stephanus Epistola ad Dalech 22. illud *viuendum* quod restat in superioris temporis editionibus, nō venisse in suspicionem, cum de oculis Senecam loqui nemo non videat: ideoque scribendum *ad videndum*, vt excudit editio Romana & hercle etiam miror ego ad id cæcutiisse item nuperiorem Senecæ editorem. certe mss. mei omnes, *videndum.*

Cui visum suu reddit.) sic mei etiam quatuor, Pal. tert. *cui visum suum reddit.*

Malitia liberatus & liberat Non est opus exhort.) ita reposuit Muretus ex veteri lectione librorum Pinciani, cum extaret in Erasmi editione: *Malitia liberatur, & liberatis non est opus &c.* est in Pal sec. ac Col. *Malitia liberatur & liberat. non est opus* in pr. ac tert. *Malitia & liberat liberatus. non est.* quart. *Malitia & liberatur liberatus. non, &c.*

Ad auertendam pœnam animi persuasionem.) mei scripti, *euertendam.*

Sed non ideo ne alijs quidem adiecta.) particula *ne*, in nullo est meorum. sed & Pal. pr *abiecta* seruat.

Aut triste modo licet & consolationes.) sic Erasmus; & probo. quatuor tamen membranę *Aut in isto.* Pal. sec. *Aut etiam isto modo licet consolat. &c.*

Quid quod habent agri quadam.) ita Pal. sec. ac Col. alij tres: *Quid nil habent agri.*

Tanquam

Tanquam ne auide cibos appetant.) Pal. pr. *tanquam ne aut de cibis appetant.* sec. ac Col. *tanquam ne auide noxios cibos appetant.* tert. *tanquam ne auide cibis appetant.* quart. *auide cibo appetant.*

Non decet admonitio.) Pal. pr. tert. *non decet.*

In Vatinium Calui repetenda.) Palat. pr. tert. quart. Col. *in vatinium Calui.* sec. *M. Vatinij Calui.* bene sit Erasmi manibus, cuius solertia has exscribentium offucias discussit.

Scis improbum esse qui ab vxore pudicitiam exigit &c.) idem postea Antoninus prodidit, cuius particulam B. Augustinus lib. 2. de Adulr. coniug ad Pollentium ex Codice Gregoriano refert in hæc verba: *Sane mea litera nulla ex parte causæ præiudicabunt. Neque enim si penes te culpa fuit, vt matrimonium solueretur, & secundum legem Iuliam vxor tua Suplasia nuberet, propter rescriptum meum adultery damnata erit: sine constet esse commissum. Habebunt autē ante oculos inquirere, an cū tu publice viueres illi quoq; bonos mores colendi auctor fuisti. Periniquum enim mihi videtur esse vt pudicitiam ab vxore exigat, quam ipse non exhibet.* idem dixit Lactantius libr. 6. cap. 23. *Seruanda igitur ab vtroque fides alteri est. imo exemplo continentiæ docenda vxor vt se caste gerat. iniquum est enim vt id exigat quod præstare ipse non possit. &c.* videatur & Papinianus lege 13. §. iudex ff. de adult. sed inprimis Brissonius libr. singulari de Adulterijs, P. Faber libr. 2. Semestr. cap. vlt. qui ista hæc suppeditarunt.

Sæpe agitari debent.) Col. *agitari debere.* pr. tert. quart. *agitari oportet.* solum fauet vulg. Pal. secundus.

Vt non tantum nota sint nobis.) ita voluit permutari dictionum ordinem ex scriptis codd. Pincianus cum esset in Erasmi editione, *non vt tantum.* quod nec in vllo meorum.

I.C. valent responsa etiam si ratio non redditur.) Laudat hæc verba diducitque Cuiacius libr. 8. cap. 12. Obseruat. Brissonius lib 3. de formulis.

Emas non quod opus est sed quod necesse est) sic mss. mei, sic Pincianus, qui ait contra eos omnes scribendum sibi videri, *Non emas quod opus non est &c.* confirmare enim hanc emendationem ipsum Senecam dum subdit: *quod non opus est, asse carum est* alioqui, inquit quod opus est necesse est. equidem emendatus Pal. tert. aliena manu ad hanc formam: *Emas non quod opus non est, sed quod &c.* sed tamen haud etiam sollicitanda lectio vulgata. vult enim Cato diligentem patremfamilias vendacem esse non emacem: vocatque *necesse*, quo carere non possis, velut aratro: *opus* quod vsui quidem futurum si quis habeat, sed eiusmodi tamen, vt carere possis. porro, quod opus non est, id est prorsus superuacaneum, & inutile. sic fere de isto Catonis velut oraculo Erasmus Chil. 4. cent. 4. adagio penultimo.

Quod non opus est, asse carum est) hoc est, quantumvis paruo emptum, tamen carum est, si nec opus est eo. Erasmus ibidem.

Animumque magis allenent.) ita Muretus ex vetere lectione Pinciani, cum esset in prius cusis, *animum quoque magis*, quomodo habent mei quatuor: tantum restat alterum illud in Pal sec.

Non vident alium ingenij esse mobilis, & erecti, alium tardi. sic corrigi voluit ex membranis suis Pincianus: neque discedit Pal. sec. ab Erasmi editio, item Pal. pr. tert. Col. *aliud ingenium esse hominis mobilis & erecti, aliud tardi.* quart. *non videns ingenium esse hominis mobilis & erecti, aliud tardi.*

Vtque alius alio ingeniosior est.) sic mei quatuor, Pinciani mss. & Palat. meus sec. *vtque alium alio ingeniosiorem.*

Hoc scilicet vt illis liberetur.) haud aliter scribi voluit Pincianus ex membranis suis atque ita est in Palat. sec. ac Col. habebat autem editio Erasmi, habetque adeo Pal. pr. tert. quart. *hoc scilicet vt liberetur:* correctusque isto modo tert. *hoc scilicet vt liberetur ab illis.*

Et tamen illam diutina pestis infecit non enecuit.) & hic obsequitur Muretus Pinciani iudicio: qui sic se malle scripserat, adiutus codice vno calamo exarato; quod paulo prius dixerat, obscuratam esse indolem & oppressam non extinctam. considerandum tamen, inquit, an sit magis commoda lectio, *si tamen illam diutina pestis infecit nec enecuit* equidem cum & Erasmus & membranæ meæ quatuor religiose custodiant, *si tamen illam diutina pestis non infecit nec enecuit;* adsentiaturque sec etiam Pal. sec. in quo, *diutina pestis non efecit nec enecuit.* id ipsum hic mordicus defenderim. vide me lib. 7. cap. 19. Opin.

Hanc enim no disciplina quidem.) Palat. pr. ac tert. *hanc enim no de disciplina quidem.*

Sed hæc non satis perspicit.) ita restituendum ex vett. suis scribit Pincianus Erasmi editio: *Sed ad hæc non satis prospicit.* quam firmant Pal. pr. quart. nec multum recedit Col. qui, *sed ad hoc non satis prospicit.* tantum adstipulatur primæ scripturæ Pal. sec. ego valde suspicor rescribendum potius *sed adhuc non satis prospicit:* quod videtur primum fuisse in Pal. tert. sed mutatum deinde ab alio quopiam in *ad hac.*

Et denuntiatio & castigatio insanos coercuit.) sic omnes typis culi, sic omnes qui in membranis: at ecce tibi Iurisconsultum qui se legere profitetur: *Et denunctio & castigatio.* equidem licet exclamet *Io pæan.* nam locū istū fœde iugulauit, dum nec percepit vim vocabuli *Denunciationis*, quod tameo iuris nostri proprium, nec *Castigationis.* postremam etiam notare obiurgationem siue verberibus, alibi prodidi: & *Denuntiationem*, idem esse quod *minas iacere & periculum ostentare*, iam tandem discat velim. & iura veterano non producam ego illi etiro: Ciceronem tantum impingam. Philippica 14. *Omnibus quanquam ruit ipse suis cladibus pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denunciat.* pro Sextio: *Nec mihi iudicium populi, nec legitimam aliquam contentionem, nec disceptationem, aut causæ dictionem: sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat.* & alibi centies. itaque non abutar lectorum patientia: adijciam tantum verba aliquot, quæ rem omnino expedient sua vi. ea sunt Arellij Fusci *Iustiae tam denuntiationibus quam tormentis tyrannus, & minando torquet.* sic ille apud Senecam patrem libr. 2. controu. 6. & vero quis, vnquam audiuit, hominibus illis vincula indui solita *quibus mens tantum mota est, non erepta?* puto neminem. at de ijs hic agere, disertim testatur ostet verbis sequentibus.

Minis mixta præcepta.) sanciuntur enim leges pœna, vt est apud Iustinianum in §. sanctæ Instit. de rerum diuis. & infirma lex est, auctore Demosthene, quæ neruos non habet aduersus facinorosos. notandum interim, hic *minas* attribui legibus, tanquam affectu moueantur. inde etiam *terrores legum* in l. 1. Cod. de inf. pœn. cel. & Theodosius Nouel. 3. de Iudæis. apudque Prudentium in Romano, martyre, *laqueos minacis legis Iulia* dictos legimus. apud Iulium Firmicum libr. de erro. prof. relig *minaci persequi edicto.* vt apud Ammianum libr. 30 in fine, *interdictis minacibus subiectorum ceruicem inclinare.* qua ratione Ouidius libr. 1. met. *verba minantia fixe ligari* dixit quod de legibus est accipiendum. Constantinus in l. 31. Cod ad leg. Iuliam. de adulter. *insurgere leges & armari iura gladio vltore* scripsit. & Prudentius lib. 2. in Symmach. *fallentur publica iura, Lex armata sedet.* quo pertinet locus Marij Victorini ita scribentis libr. 2 comm. in Genesim, vbi de lapsu primi hominis agit: *sibi crimina plectent Armatæ leges gladijs & vindice ferro.* sic enim monet legendum ex vett. membranis omni doctrina politissimus Fr. Iuretus ad lib. 2. Epistol Symmachi; qui mihi hæc fere subministrauit, sicuti etiam Duarenus cap. 4. in titulum de Legibus C.qi.

Non probo quod Platonis legibus.) satis libere iterum Muretus nam editio Erasmi prorsus præfect *pro eo quod Platonis leg.* non, *non probo quod.* defenditurque a Palat. pr. tert. quart. Col. sed & alioqui Pal sec. *qui pro eo quod Platonis.* vitiosa isthæc forsan lectione, sed vel tale quid malim, quam vt Mureti substituatur figmentum.

Quam lex cum prologo.) ita quidem Erasmus, neque aliter citat Duarenus d. cap. 4. at enim mei quinque, *quam lex cum prologumeno.* interpretationemque hanc subiicit Col. codex, *id est proloeutione.* quam & Pal. tert. adpictum habet ad marginem: νόμος ὁ προλογούμενος.

Mone, dic quid me velis fecisse.) sic Erasmus. at mei

nusquam comparet illud *Mane*. & vero abesse malim, vt porro remigret, sed reformatum leuiter, ad dictionem *prologo*.

Proficiunt. itaque malis moribus vti videbis.) ita quidem distinguit Muretus. at Erasmi editio paulo aliter; *Proficiunt itaque, malis moribus*. ego me non satis his verbis euoluo. nam ille, qui isthæc omnia sic rescribit: *Proficiunt itaque malis moribus. Atqui videbis ciuitates vsas malis legibus ita non apud omnes proficiunt? Ne Philosophia quidem*, nugatur. certe inculcat auctor, leges prodesse moribus: quod vel, inquit, probetur per ciuitates, vbi malæ leges: ibidem enim & mores mali. at tamen, inquit, obijciet aliquis, non omnes legibus istis corrigi. respondebitur ei, ne Philosophia quidem omnes corrigi. hactenus. nam pudet toties congredi cum eo qui ollas lippit. quicquid hic latet vitij, in primo alteroque consistit verbo. nam Pal pr. *Proficiuntur itaque malis &c.* sec. *Proficiunt vtique malis*. quart. *Proficiuntur namque malis moribus*. Col. *Proficitur itaque malis moribus*. tert. *Proficiunt itaque. malis moribus*. sed posset tamen tolerari lectio atque interpunctio editionis Romanæ.

Nulla res magis animos honesta induit.) ita & Erasmus. at Pal. pr. tert. quart. *animis honesta induit*. quod certe hic legitime consistat, nisi, cum & exter lectio vulgata in Pal. sec. ac Col. nisi, inquam, suspicarer scriptum potius fuisse: *magis animos honesto induit*. cuius metaphoræ honestas optimis quibusque placuit auctoribus. Tacitus libr. 15. Annalium; vbi agit de Secundo Carinate: *Hic Græca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat*. id enim illic omnino custodiendum monent P. Faber lib. 2. cap. 16. & Lipsius noster. Claudianus Paneg. 3. in Stiliconem:

------ *Posito iam purpura fastu,*
De se iudicium non indignatur haberi.
Sic decuit regnare socer: sic casta iuuenta
Frena dedit teneros his moribus induit annos.

ita enim ibidem Faber emendauit ex fide mss. codd. quem videas prolixe multa cumulantem huius vocis exempla.

Et in prauum inclinantes.) miror cur hoc placuerit Mureto, cum ipse Pincianus clare testetur, omnia sua exempp. præter vnum, agnoscere *inclinabiles* illud, quod & in editione Erasmi, & in meis quinque, nisi quod Pal. sec. *ad prauum inclinabiles*; quart. vero *in prauum: declinabiles*. certe id firmiter retinuerim.

Ex magno viro vel tacente proficias.) ita legendum postulat Senecæ mens at tamen mei quinque consona structura literarum, *vel tacente*.

Vt ait Phadon.) mei omnes, *Phædron* licet orthographia mala. nam Pal. pr. *Federen* sec. *Phedron*. tert. *Phedrom*. quart. Col. *Fedron*.

Et fallens in periculum vis est.) Pal. pr. *in periculis*. tert. *& falle in periculum*. quart. *& fallax in periculis*. Col. *fallax in periculum*. solum remanet lectio publicata in Palat. sec.

Quorsum, inquit, hoc pertinet?) arridet quod est in Pal. sec. quart. Col. notatumque etiam ab aliena manu in tert. *inquis*.

Quam bona exempla. Pythagoras ait.) ita Palat. pr. tert. quart. at sec. & Col. interserunt duas voces, *quam bona exempla. plus putas. Pythagoras &c.* quæ & in Pinciani videntur fuisse libris: nisi quod ij *plus putes*. & admittit ea Hispanus; at non ego. nam etsi argutus in ija sensus, non mihi tamen fit verisimile sic locutum Senecam.

Ex vicino cernentibus & alicuius oraculi vocem operientibus.) locus hic, inquit Pincianus, mutilatus & verbis nonnullis cassus in exemplaribus omnibus, præterquam in meo familiari, in quo sic habetur; *ex vicino cernentibus, & alium ante fores alicuius oraculi vocem operientibus*. equidem inueni etiam in Pal. sec. ac Col. *ex vic. cernentibus & alium ante fores. & alicuius oraculi operientibus vocem*: adque eam faciem interpolatus est Palat. tert. cum prius custodiret lectionem vulgatam. sed tamen voces illæ quatuor mihi nauicam olere videntur. neque etiam vspiam conspiciuntur in Palat. pr. aut quart. quod si retineamus, hoc dicet, puto, Seneca: aliam nobis incuti religionem cum operimur oraculum, quam cum propius contemplamur Deos. quod mihi verisimile non fit fuisse in mente auctori nostro. vti alibi conor probare in libris Opinionum.

Etiamsi audis præceptis vtitur.) ita Muretus ex fide cod. Pinc. cum esset in vulgg. *vtemur*. quomodo & Pal. pr. tert. quart Col. solum illud *vtitur* est in Pal. sec.

Si imperio proficitur, & admonitione proficitur.) sic iterum auctoritate codd. Pinc. Muretus. nam Erasmi editio excludit prius illud *proficitur*, me non inuito, cum nec ea vsquam locum habeat in mss. meis quinque, neque vero desideretur.

Atqui proficitur imperio.) sic Erasmus. at mei concorditer *atque proficitur*.

Et ostendit recta actio.) sic omnes scripti, notat solum aliena manus ad Pal. tert. legendum *recta ratio*.

Vtramque admonitio facit.) ita legi volebat ex scriptis suis Pincianus, quibus subscribunt Palat. pr. tert. quart. ac Erasmi editio, *Vtraque*. quod & in Pal. sec. nam Col. exhibet *Vtrasque*.

Magnos animos spiritus concipit.) non aliter quidem omnes mei. sed scito tamen Palat. tert. punctis subnotasse dictionem *animos*, tanquam spuriam, me non inuito.

Nam concordia parua res.) quidam mihi amicus libenter eijceret vocem principem *Nam*; putabatque eam natam ex illo *Nō*, quod *Nota* signat; cum id forte margini adlitum esset, huius sententiæ Salustianæ ergo: postea vero, atque si penderet *Nam*, irrepsisse in contextum. sic ille. mss. tamen omnibus adest.

Et fratrem & amicum optimum factum.) sic solum Col. nam Palat. sec. *optime*. in pr. tert. quart. nihil apparet eius verbi.

Quod si ita est, non tantum) vocabulum *ita* abest mss. quinque, habetque Pal. sec. *Quod si est, non tantum*.

Quæ affectus nostros velut edicto coercent & obligant.) iubet Pincianus scribamus ex mss. lectione *& ablegant*; atque ita sane est in Pal. pr. ac tert. sed enim cum restet in Pal. sec. ac Col. *& alligant*, ambigo quamnam lectionem amplecti oporteat. verum quid est quod sollicitem vulgatam? cum ea & sensum habeat commodum & elegantem, veterque adeo hic quicquam mutare corculum illud & meum doctorumque omnium Lipsius; qui vult respicere Senecæ metaphoram ad eum morem, quo principes populum peccantem aut exorbitantem alloquebantur per libellum, coercebantque. eum vide comment. ad lib. 3. Annal. Taciti.

Nam illam qui didicit.) cum prius edidisset Erasmus: *Nam qui didicit*; monuissetque Pincianus legendum ex scripta lectione, *Illam qui didicit*. vtrumque recepit Muretus. at ego, cum non inueniam in vllo meorum vocem *illam*, reuocauerim potius scripturam publicatam ab Erasmo.

Ex habitu animi veniant.) Pal. sec. quart. Col. *ex optimo habitu animi ven.*

Deinde istud quod dicis.) Pal. pr. tert. *Inde istud*. Col. *In eo quod dicis*.

Quod optimum factu sit.) reducatur prisca loquendi formula, de qua iam pridem multa multi; *quod optimum factum sit*. sic sane repræsentant quinque mei. vsurpatque iterum noster alibi, vt notabo.

Ad præscriptum sonatur.) ita Pal. pr. tert. quart. Col. solum sec *sonat*.

Vox impune perfertur.) sic voluit ex mss. suis Pinc. Erasmi editio *profertur*, quomodo & Pal. sec. ac Col. altera lectio restat in pr. nam tert. *præfertur*. quart. *perfert*.

Nemo errat vni sibi.) sic ex Pinciani mss. Muretus: bene. neque enim aliter mei. Erasmi editione abest vocula *sibi*, quæ tamen omnino requiritur.

Dum facit quisque peiorem, factus est.) sic Palat. pr. tert. quart. fuitque etiam in Col. sed duæ literæ erasæ sunt a fine, factumq; *peior*, quomodo & exhibet Pal. sec. prima lectio liquida est: non tamen ita absurde Gothofredus legebat. *Dum quisque facit peiorem, peior factus est*.

Et aures subinde peruellas.) rusticum hoc nimis. rescribamus suasu membranarum quinque: *& aurem subinde*.

Si existimas nobiscum vitia nasci.) Dissentit ab Horatio Seneca, qui inquit;

Nam vitijs nemo sine nascitur optimus ille est
Qui minimis vrgetur. cui assentiiut qui dixit:
Vnicuique dedit vitium natura creato. assentiuntur & quidam Philosophi. Sed mirum tamen est Horatium ita de vitijs ibi locutum esse, cum paulo ante dixisset:

------ *Denique te ipsum*
Concute, num qua tibi vitiorum inseuerit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala.

quomodo enim, cum hic vitia partim naturæ partim consuetudini malæ imputarit, illic naturæ soli potest imputare? Ego igitur mediam quandam insistens viam, naturam nec omnino accuso cum Seneca, nec damno cum Horatio, & ab ipsa non tam vitia quam vitiorum semina inseri nobis dico. Stephanus Epist 32 ad Dalech.

Qua nos circumsonant compescamus) mss. Pinciani, *circumsonant repellantur*, quod & refert Palat. sec. at alij quatuor priorem tuentur scripturam.

Nullis nos vitio natura conciliat.) Stephanus dubitat, num potius scribendum sit, *conciliauit* nihil interpolauerim. nam sic certe loqui licet, & facit alioqui pro vulgata, lectio quintuplex membranarum mearum.

Nos illa integros ac liberos genuit.) sic Pal. sec. at Col. *illa nos integros.* pr. tert. quart *illa integros ac liberos genuit.* Erasmus alia positione verborum cudi iussit: *illa liberos ac integros genuit.*

Nihil quidem quod auaritiam nostram irritaret. posuit in aperto.) sic quidem etiam Erasmus. at tamen melior mihi videbitur sententia, concinniorque, si expungamus adverbium *quidem*. quod in nullo visitur mss Pal. sec. habet: *Nihil quo auaritiam nostram irr. posuit in imperato.* & quidem vocem postremam procliue erat scindere in duas *in parato*: & abijcere præpositionem; nisi priori lectioni insisterent alij mei quatuor.

Subiecit, calcandumque ac premendum, dedit. & quicquid est &c. ita omnino legunt mei scripti quinque. at iubet Pincianus scribamus cũ alijs membranis eius; *subiecit Calcandũ ac premendũ dedit quicquid est &* eiecta copula *que.*

Tardos siderum incessus si compares toti.) sic mei tres at Palat. pr. ac tert. *si compotes.* vt forte voluerint exprimere *computes.* quod hic sane suum aliquem habet locum nescio tamen an admitti etiam debeat.

Sine subditis causis mota prosiliunt.) ita retinet Pal tert. ac quart. sed enim alij tres, *subitis* habent; quod cum magis videatur facere ad sensum, sicque etiam producat Stephanus Epist 32. ad Dalech ex alijs, vt ait, duobus libris vetustis, nõ verebor deinceps agnoscere pro legitimo auctoris.

Et sine vllo ictu sonituque fulgores cæli fatiscentis.) legendum videtur, inquit, Pincianus per maiorem & distincte, *Cæli fatiscentes*; vt per *fulgores* accipias quod Græci σέλας appellant, per *cælos fatiscentes*, chasmata: etsi vetus omnis lectio non *fatiscentes* præferat, sed *patescentes*. sic ille. retinuerim ego vulgatum, hactenus vt non excludam tamen vltimum illud *patescentes*, vt attribuatur voci *fulgorem* nam ita profecto restat in meis omnibus. Stephano ita etiam placet *patescentis* (quod dicit scriptum fuisse in nescio quo mss.) vt alterum *fatiscentis* non displiceat.

Columnaque & trabes.) mei quinque *columnæque*. quod si retinemus, pendebit non ab vltimo *patescentes* vt id agendi sumatur significatu; quod vix per Grammaticos liceat,) sed a superioribus, *videri a suspicientibus velut.*

Hec supra nos natura disponet.) Vetus lectio librorum Pinciani, nec non meorum omnium, *Hæc supra nos natura disposuit.*, quo modo omnino hercle scribendum. itaque ab exilio reuocetur vera scriptura.

Nos fortuna mala nostra tradidimus.) sic omnis scriptura calamo exaratorũ. ad quæ tamen Epist. 32. Stephanus: Quid illud est? *Nos fortuna mala nostra tradidimus*, aut *tradimus*. nã hoc quã illud scripsisse Senecam verisimilius est. cogitaueram ita legi posse, *Nos & nostra fortunæ mala tradimus*. postea tamen venit in mentem, illã etiã lectionẽ posse ferri, hoc sensu: ea in fortunę potestaté tradimus vnde tot mala nobis eueniunt; aut eandem rem latius explicando. nos aurũ & argentum, postquam disiecto terrarum pondere eruimus, fortunę tradimus, & has res fortuitas, quæ nobis tot malorum causa sunt, omnibus alijs præfecimus, atque adeo amore illarum insanimus: vnde fit vt ex fortuna pendeamus ista Stephanus.

Quod nisi quando per longissimorum sic solum Pal. sec. reliqui. *quod nisi qua per long.* nisi quod Col. *qua per long.*

Et a face sua separantur , Pal. pr. tert. *a facie.* male. quamuis forsan qualitercumque quo se defendat. habet.

Sterile terre genus & informe perpurgatur.) sic Pal sec ac Col. tres alij, *infernum*, quod non queo non probare, cum & testetur Pincianus ita etiam legi 10 codicum suorum potissima parte.

Et in possessione eorum.) Pal. pr. sec. *possessione.* Col. *possessione.* tert. *in possessionem.* quart. *& ipsos sessione eorum.*

Æque tante fremitu.) typographi puto vitium. nam Erasmi editio, & Palat. sec. *eque tante;* sicque scribendum: nisi si forte eui magis arridet quod in alijs meis quatuor, *e tanto.* mihi certe adblanditur.

Veram denique audire vocem) recepit in contextum coniecturam Pinciani Muretus. nam Erasmi editio, scripturaque Pinciani ac meorum *vnam denique.*

Tantis clamoribus ambitiosis.) sic etiam Pal. sec ac Col. alij tres *ambitionibus.*

Ille sub illis fascibus purpura cultus). ita restat in Pal. sec. tert. Col at pr *ille sub illis fascibus purp* quart *ille sub illis fascibus purp.* producit Lipsius, *ille vel ille sub illis fas.*

Quam quem lictor semita deiecit, Pal. pr. tert. *quam te lictor semita deiecit.* quart. *quam te lictor semita deiectur.* alij duo *quam te quem lictor*, quomodo & erat in antiqua lectione librorum Pinciani, probatque Lipsius lib. 1. cap. 23 Elect. & hinc discit, lictores non sola submouisse voce. quod & firmat Festus: *Matrona a magistratibus non monebantur, ne pulsari contrectari ve viderentur, neue grauida concuterentur.* pulsari ait & contrectari; sicut Appianus in eadem re, *verberare.* lib 1. ciuilium: τῶν δὲ ῥαβδοφόρων τινὸς ὁδοποιοῦντος τῷ Κικέρωνι καὶ τινὰ τῶν ἐν ποσὶ παίζοντος ἀκοντίῳ τινὶ ῥαβδουχος ἐπαίσεν. Latinus Pacatus in Panegyrico: *Tum longe populus arcebatur: nec otiosa viatoris manus plebem verbere submouebat.* imo adeo, *virgam* ad hunc pulsandi vsum gestasse lictores videntur; & ad ianuam tangendam. Martialis:

Nec superba clamosi.
Lictoris abiget virga basiatorem.

et Plauto digna Prologus, non Plauti.

Scortum exoletum ne quis in proscenio
Sedeat, neu lictor verbum, aut virga mutiant:

In ianua percutienda, Martialis;

Bis senos iubet en redire fasces
Nato consule: nobilique virga
Vatis Castalij domum sonare.

nam quoties magistratus suam aut alienam domum intraturus erat, lictor præcedens, virga fores percutiebat, quasi ad significandum eius aduẽtum. Liuius lib 6. *Forte accidit &c. vt lictor Sulpitij, cum is de foro se domum reciperet, forem, vt mos est, virga percuteret. cũ ad id moris eius insueta expauisset minor Fabia, risui sorori fuit* Plinius lib. 7. *Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Posidonij sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit.* Statius de Nuptijs Stellæ:

Dum feruent agmine postes
Atriaque, & multa pulsantur limina virga.

Cum falcibus eam confundi mihi non placet, nec ratio est. distinguit sane Appianus 1. Ciuiliũ, in seditione Gracchana. ῥάβδους τε καὶ ξύλα τὰ ἐν χερσὶ τῶν ὑπηρετῶν ἁρπάσαντες, &c. ait falces & virgas. Cicero etiam has ipsas virgas, nominare videtur *bacillos* lib. 11. ad Atticum: *Propius accedere, vt suades, quomodo sine lictoribus possum, quos populus dedit? qui mihi incolumi adimi non possunt. quos ego paulisper modo cum bacillis in turbam conieci, ad Oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret.* plura de illo more meus ille Lipsius, qui mihi isthæc.

Et tergis hostium graues instent. sic & Pal sec. Col *graues resistant* at pr. tert. *& tergis hostium & graues resistant.* quart *& tergis hostium graues insistant.*

Sed hi quoque vt vincerent hostem, cupiditate.) Pal pr. tert. quart. *vincerent, hostium cupiditate, &c.*

Nemo illis venientibus restitit.) sic voluit scribi Pincianus

ex mſſ.cum eſſet in Eraſmi edit : *reſiſtit*. & prius illud reſtat etiam in meis.

Tunc cum agere viſi ſunt alios, agebantur.) Pal ſec. *Tunc alios viſi ſunt agere cum agebantur.* reliqui aſſentiuntur vulgato, excepto Pal. tert. qui, *Tunc cum alios viſi ſunt agere agebantur.* quod meis auribus proprie facit.

Lacedamona.) ſic legi cupit ex melioribus mſſ. Pincianus, non, vt in Eraſmi editione, *Lacedamoniam*. primum illud eſt in Palat. ſec. ac Col. alterum in reliquis tribus.

Et alias alio loco prouexit.) ait Pincianus coniunctionem *&*, ſuperuacuam eſſe ex veteri lectione. neque eſt profecto in vllo meorum.

Nec ſubſiſtit vnquam laſſa crudelitas.) correctio a Pinciani ſcriptis, cum eſſet in Eraſmi edit. *Nec ſubſiſtit vſquam* quod vltimum in Palat. tert. quart Col. niſi quod eſt in tert *ſubſiſtet:* præfert Pal. pr. *Non ſubſiſtit vnquam.*

Ire tamen vult vltra Oceanum.) puto illud fluxiſſe ab ariolatione Mureti. nam ab Eraſmo edit : *idem tamen vltra Oceanum*. Pal. pr quart. *hij tamen vltra Oceanum*. ſec. ac Col. *Hic tamen vltra Oceanum* tert. *Is tamen vltra Oceanum.* quorum duo poſtrema ſenſum habent commodum.

Ne Cn quidem Pompeio externa inire bella, aut domeſt. virtus, aut ratio ſuadebat.) ita quidem Pal. ſec. ac Col. ſed falſo. reducatur Senecæ germana lectio : *Ne Cn. quidem Pompeio externa bella aut domeſtica, virtus, &c.* eiecto illo *inire*, quod nuſquam locum habet in Pal. pr. tert. quart. neque vero habere debet. ſcias tamen lector, in Pal. tert. reponi a ſecunda manu *ac domeſtica*.

Sed inſanus amore magnitudinis falſa, modo &c.) & iſta nihili lectio, ſi fides, vt puto, chirographis libris. legendum. *ſed inſanus amor magnitudinis falſa Modo &c.* ſic hercle mei omnes præter Pal pr qui, *ſed inſanus error, &c.*

Modo ad cogendos piratas) ſic Muretus. at publicatus Eraſmo, *ad colligendos*. quomodo & conſtanter mſſ mei quinque & placet metaphora. Pal. tert. retinet ab aliena manu, *ad colliſidendos pir.*

In ſua fata pariter ac publica immiſit.) Pal. pr. tert. Col. *ac publica immaſit*. quart. *manſit*. ſolum reſtat cuſa lectio in Pal. ſec.

Cum Teutonicos.) ſic conſtanter mei quinque. at iubet tamen Pincianus legamus, *Teutonos*. ex Geographis, inquit, omnibus & veterum ſuorum codd lectione.

Quis rapta conuoluunt, ſed ipſi ante voluuntur, & ob hoc maiore). ita prodidit ſcribendum ex mſſ. Pincianus, cum deſiderarentur illa, *ſed ipſi ante voluuntur*. in editione Eraſmi: deſiderenturque adeo, aut certe exulēt, Pal. pr ſec. Col. ſolum extant in Pal. tert. ſed adſcripta ab mano extraria. eſtq; in quart. *conuoluunt, ſed ipſi ante voluuntur etiam ob hoc*. Hoc quoque noto, ſupra pro eo quod habemus *Iſti cum omnia concuterent*, referre Pal. pr. ac tert. *Iſti cum omnia concurrerent*. quart. *Iſta cum omnia concuterent*. item cum mox legamus, *turbinum more*, legi in Col. *fulminum more*. quorum neutrum tamen probauerim, neque etiam vltimum, licet commutetur in *fluminum*.

Nullum illis ſui frenum eſt.) manauit & illud a Mureto. reponamus, *ſui regimen eſt*. quomodo alias legi annotauit ad oram editionis ſuę Eraſmus, quæ habet *regnum eſt*. nā *regimen*, diſerte extat in meis quatuor: ſolum alterum, illud *regnum*, conſpicitur in Pal. ſec. quod natum errore librarij. nam ſcribebatur per compendium regim̄. coaluit deinde vocalis illa tertia cum litera ſequenti, quę duarum iam habita literarum, ſuperpictam lineam acceperunt pro litera *m*.

Cum multis fuerunt mali) ſic mei quatuor. Pal. ſec. *fuerunt malum*. Pinciani Codd. *malo*, quomodo ille corrigendum cenſet.

Quæ mendacia contra verum placentia.) reducatur lectio Palat. ſec ac Col. *quæ mendacia, & contra verum placentia*. vt diſtinguat a mendaciis illa quæ placent contra verum. ſic certe etiam propemodum in reliquis. nam Pal. pr. ac tert. *& contra verum placentia*. quart. *& contra placentia*.

Hac eſt enim ſapientia, in naturam.) ſic Palat. pr. tert. quart. niſi quod vltimus ille ordine tali, *hac enim eſt ſapientia*. at Palat. ſec. ac Col. *Hoc eſt enim ſapientiam in naturam*. male tamen.

Et ex iſto cœtu inuicem noxio procul abuſto.) ſic corrigendum duxit ex mſſ Pincianus, cum legeretur in publicatis ab Eraſmo, *& ex iſto cœtu inuicem noxia abegiſſe*. ſicuti etiam eſt in Palat. pr. tert. quart. niſi quod iſ antiqua enunciatione retineant *ex iſto coetu* placet tamen lectio primo polita, quæ & in Pal. ſec. neque abit Col. niſi quod ille, *noxio procul abegiſſe*. at interea cuſtodiamus caſcum illud *coetu*

Quam nulli oſtenderet induit purpuram.) Palat. tert. *oſtendat*.

Sub alicuius arboris ruſtica procul tu umbra.) ſic quoque legi voluit ex autoritate mſſ. ſuorum Pincianus, præferens Eraſmi editione, *alicuius vmbra ruſtica arboris poſitus*. prius illud reſtat in Col. acceditque proxime Palat. ſec. qui *proceptus vmbra*. nec non quart. in quo *prætextus vmbre*. refert pr. *arboris ruſtica potius vmbram* tert. *ruſtica poſitus vmbram*. mutatumque id deinde ab altero quopiam in *tectus vmbra*.

Si no oſtendamus effecerit.) & hoc a Pinciani libris nam Eraſmi; *ſi vt non oſtendamus* Palat. pr. ſec. tert. Col. *ſi non oſtendamus*. quart *ſicut deſcendamus*. lectio prima mihi ſatisfacit.

Sanabis iſta ſi abſconderis.) ſic mei etiam quinque. Stephanus libr. 2. Prood. cap. vlt. ſcribendum autumat, *ſi te abſconderis*. id eſt, inquit, in ſolitudinem te receperis, vbi nullum pompæ tuæ teſtem & ſpectatorem, nedum admiratorem ſis habiturus. non inepte ille; ſed cum & altera lectio in ſua ſit Charis, etiamnum mihi magis grata eſt.

Et contra laudatores ingentium patrimoniorum.) ſic mſſ. omnes, nec non editio olim publicata ab Eraſmo, ne quis hoc forte putet deberi I.C. qui perperam edito, *patrimonium*. ait legere ſe *patrimoniorum*.

Ex conſtitutione vulgi beatos.) ſic mei omnes. ſed aliud quid fuiſſe in Palat tert. prodit litura, neſcio tamen certi aliquid deprendere, niſi quod videatur fuiſſe *vulti*, aut *nubis*, aliud ve ſimile. nam reſtant priores duæ literæ, quas ambiguum eſt ſint ne *vu* an vero *nu*. reſtant item vltimæ duæ *is*.

Et qua & illos graues.) alterum *&* non eſt in meis.

Grauior ipſis ſebestas incumbis.) ſcribite mecum confidenter, *incubat*. præterquam enim quod ſic Palat. pr. ac quart. diſerte reſtat in reliquis *incumbat:* cum debuiſſet potius *incumbit*, niſi alluderet veræ ſcripturæ.

Tunc laudant ocium lene.) Palat. pr. quart. *oſtium lene*. tert. *hoſtium lene*. ſec. *laudant omnis lene*. Col. *Tunc claudunt hoſtium lene.*

Et fuga iam a rebus.) aduerbium *iam* abeſt meis omnibus: nec id requiro.

Tum demum videas philoſophantes metu.) inſana ſcriptura; ſciamus eſſe a Mureto. reducamus quod eſt in editione Eraſmi, *videas philoſophantes metus, &c.* ſic enim etiam Pal. ſec. ac Col. nec variant alij tres, niſi quod illi *audieas philoſophantis metus*. ſcilicet vult Seneca; tunc demum ipſos tantum non aſſumere perſonam Philoſophi, & metuere quicquid accidere poteſt aduerſi.

Et agra fortuna ſana conſilia.) metbaphoricōs & figurate, quomodo & Lucretius lib 4.

Labitur interea res, & vadimonia fiunt,

Languent officia, atque agrotat fama vacillans.

de quo vide Fabrum lib. 1. Semeſtr. cap. 9.

EPIST. XCV.

Vt id quod in diem ſuum dixeram debere referri, repræſentem.) ita Muretus, cum eſſet in editione Eraſmi, *differri*, vti etiam eſt in omnibus meis, præter Pal. quart. qui, *deferri* at Lipſius lib 1. cap 26. Electorum, ſcribit, *in diem dixeram debere, repræſentem*. reliqua, inquit, ſunt a mala manu. *in diem debere*, & *repræſentare*, aduerſa ſunt; ea metaphora a re pecuniaria, Seneca luſit.

Quam Græci [illegible] *vocant.*) ſic quoque legendum præcipit Philippus Beroaldus in appendice annotamentorum ad Suetonium, capite 8.

Siue lenitas eſt, ſiue vernilitas) ſic etiā Pal. ſec. nā alij bie ludūt. pr. ac tert. *verilitas*. quart. *vermilitas*. Col. *conſubtas*.

Artiſſime

Arctissime plicatum.) non habentur hæ duæ voces in Pal. pr. aut quart. fuitque in tert. *plictam.*

Ego me omissa misericordia.) sic solum Pal. sec alij *Ergo.*

Et ingentem epistolã impingam.) nouum hoc cuipiam, aut saltem a sermone Ciceronis alienum videri possit. sed non est. nam & apud Tullium legimus, *Impingit mihi epistolam Scaptius Bruti.* vtitur autem & alibi sæpe hoc verbo Seneca, vt libr. 1 De benef. cap. 1. *Gratus aduersus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbe iniecit, aut iratus impegit.* Sed magis similis superioribus locus est is, in quo dicit, *& illi Ouidium suum impingo.* Stephanus lib. 2. Prood. cap. 11.

Non tamen semper ad actiones.) abigamus Morboniam dictiunculam *tamen*: nec enim vsquam conspicitur in Pinciani vett. aut adeo meis. & nihil nisi sententiam turbat. inc., it enim hic respondere argumento aliorum Seneca.

Aliquando frustra admonentur.) sic & Erasmus. at meis omnibus fere comparet, *admonentur.* scribendum tamen *admonentur.* vt referatur ad *præcepta.*

Et in quantum.) sic Pal. sec. ac Col. at alijs tribus abest vox *in.*

Atqui est illud, ergo & hoc. His respondemus.) debetur hæc correctio libris Pinciani; cum essent in Erasmi codd. *Atque illud ergo hic his respondemus*, nullo idoneo sensu. nihil etiam sani est in meis. Pal pr. *Atque illud ergo hic his respondentem.* sec *at qui illud ergo & his. respondebimus.* tert *At qua illud ergo hic his respondemus.* quart. *atqui illud. Ergo hic his respondemus.* Col. *Atqui illud & hu hic respondebimus.*

Ex decretis fieri) sic Pal. pr. tert. quart. sed interpolauit quis tert hoc modo. *ex præceptis fieri*, quomodo ostentat sec. ac Col. qui tamen mox etiam retinet illud, *non tantum præceptis.*

In illis excusatius est) bene, sicque Col. ac Palat. quart. nam pr. tert *excusatio est.* sec. *excusatus est.*

Alia Themisonis.) cuius meminit & Athenæus libr 7. Dipnosophist seruoque medico id nomen aptatur apud Apuleium Apolog. 1. vt prodit ibidem Coluius.

Quæ Græce vocant δόγματα) vtitur huius loci testimonio Hotomanus commentatio ad §. sed & quod. Institut. de iure natur gent & ciuili.

Creet res auctes alatque, Quove eadem) sic voluit scribi Pincianus ex Lucretij lib. 1 cum edidisset Erasmus *creat res haurit alitque. Quaque eadem.* Pinciani veterũ librorũ lectio: *res auget alitque Quoque eadem*, quomodo fere Pal. sec. in quo, *res auget & alat Queque eandem.* nam Pal. pr, tert. quart *res haurit & alat, quæ quoque eadem.* Col. *crescit res augeat & alat. est quoque eadem.*

Qui mera præcepta acceperit. Imbecilla sunt per se.) ita quidem Muretus, satis sane confidenter. nam plures voces repræsentant omnes libri. Erasmi editio, *qui in re præcepta acceperit, non in nomine Imbecilla &c.* annotatque pro postremis illis. *non in nomine*, alias legi, *non in omnem vitam.* at scribit Pincianus exemplar Franciscanum referre: *qui in rem præcepta acceperit non in omne.* quod ipsi placet; confirmarique eam putat lectionem verbis continuo sequentibus *Imbecilla sunt per se, &, vt ita dicam, sine radice quæ partibus dantur.* est in Palat. pr. tert *quod in re præcepta acceperit non in omnem sunt imbecilla per se, &c.* sec *qui in rem præcepta acceperit Nõ in nomine imbecillã sunt.* quart. *quæ nemo vito obibit qui in te præcepta acceperit nõ omnis imbecilla sunt &c.* Col. *qui in rem præcepta acceperit, non in nomine Imbecillia. &c.*

Quæ partibus dantur) sic Erasmus, sic Palat. sec quart. Col at pr. *quæ artibus* tert. *quæ omnibus artibus dantur.*

Quanto valentiora sunt.) sic Col. ac Pal. tres. sec. vero, *vehementiora*, quod & repositũ a peregrina manu in tert.

Nec per artem voluptatemve corrupto.) Col. *voluptatemque corruptis.* Erasmi editio, *voluptatemque corrupto*; sicque etiam Palat. sec. nam pr. tert. quart. *voluptate corrupto.*

Qui postquam cœpit.) sic solum Col. nam Pal. sec. deest vox *Qui*, alijque tres habent eius loco, *Quod.*

Vulnera coirent paulatim. Deinde &c.) emendaui lib. 3. cap. 5. Suspic. transpositione interpunctionis, *vulnera coirent. Paulatim deinde &c.*

Miserabilior ex cruditatibus quam ex fame macies) sic concordiiter omnes mei, omnesque editi: at quidam, tanquam si Oedipus aliquis hic requireretur, prodit putare se legendum, *miserabilior ex ferculis.* bene cecidit quod rem nõ habet cũ medicorũ filijs: diceret enim loqui tanquã si a remo ad tribunal. verum nec ille mihi felix, qui tale nihil hactenus expertus. nam *cruditatem* nasci ex nimio potu ac cibo, esse puto, præter ipsum, qui nesciat neminem. itaque taceo & obstupeo. velim tamen adeat nostrum Epist. 24. *Ipsæ voluptates in tormenta vertuntur: epulæ cruditatem adferunt &c.* quæ vnice istis explicandis.

Aut palpitatio sine intermissione.) omisit hic tantum non necessariam vocem Muretus, quæ & in Erasmi editione & in quinque meis: *aut palpitatio corporum sine &c.*

Et cerebri æstuantis verminationes.) scripserim iussu Col. Palat. que trium *exæstuantis*; nam & sic fere quoque Pal. sec. in quo *& cerebri & extuantis.*

Internis vlceribus affecta.) ita solum Col. quatuor Pall. *interius.*

Aliarum impetu subeuntium.) monet Pincianus corrigamus auctoritate membranarum vett. *impetu sanientium* & sic certe etiam præferunt meæ quinque. quocirca causa est cur deinde sic scribamus, etsi & altera lectio tolerabilis.

Aut tellure versata.) sic Erasmus. scribit autem Pincianus rectius sibi videri quod inuenit in binis exempp. *aut tellurem versantia.* quæ lectio firmatur a Col. ac Pal. sec, neque improbant nimis alij tres, qui ea habent, *aut tollere versantia.*

Et illa ex contrarijs natura partibus in eundem compulsa.) sic mei quatuor. Pal. tert. *& ex illa ex contrarijs &c.* sed tamen expunctum ab alio quopiam prius illud ex. Stephanus Epist. ad Dalech. 30. tradit liberter se scripturum *in eundem locum*, aut *in eundem ventrem compulsa.*

Inde tam nullo ægrotamus genere, quam viuimus.) sic Pall. omnes, nisi quod quart. *quam mittimus.* Col. *Inde tam nullo ægrotamus graue quam viuimus.* Stephanus putat isti periodo contrarium messe sensum ijs quæ Seneca dicere voluit: neque eum mente Senecæ consensuram, quin scribatur, *inde tam nullo non ægrotamus genere quam viuimus.* vt intelligamus inde fit, vt quemadmodum nullo non viuimus genere victus, ita etiam nullo genere morbi non ægrotemus. sic ille at ego nullam literam hic amplius admiserim quam præfert editio vulgata, quæ Senecæ menti optime conuenit, si interpretemur, hinc fit vt non secus ac ciborum genera perplexa sunt, nullamque rationem seruant aut modum, ita quoque multiformes atque inexplicabiles pariant morbos.

Et huius scientiæ conditor.) sic vetus lectio Pinc. cui fauent Pall. quatuor. solum Col. *& huiusmodi scientiæ* quomodo edi curauerat Erasmus.

Atqui hæ iam & capillis.) Erasmi editio: *Atqui iam &*; absque pronomine *hæ.* sed enim mei quinque non modo illam vocem respuunt, sed & alterum illud *iam.*

Virorum licentiam æquauerint.) Pal. pr. ac tert. *æquinauerint.*

Corporum quoque virilium vitia.) Pal. sec quart. Col. *virilium incommoda.*

Non minus peruigilant.) tria illa verba non sunt in Pal. pr. tert. quart. Pincianus notat in codice antiquo haberi *perungilantur.* hinc fere sibi persuadet scribendum esse *pugillantur.* etsi enim, inquit, verbum sit non frequentatum, tamen quia Seneca solet huiusmodi vti verbis, non debet videri minus absurdum si sic legatur. Pugiles autem fuisse mulieres Iuuenalis proclamat; & Terentius id quoque innuere videtur, dicens, *Si qua est paulo habitior, pugilem esse aiunt.* hactenus Hispanus ille, valde profecto probabiliter: eoque etiam magis, quod sequatur mox, *& oleo & mero.* potest enim hæc vnctio, tam referri ad eam quæ fit in conuiuijs, quam quæ in pugillatu. sed tamen retinuerim *peruigilant.* id enim quoque causam multorum morborum, memini plus semel audiuisse ab ijs quibus fautor ille Æsculapius.

Non minus potant.) absunt & hæ voces Palat. quart.

Per et reddunt.) media dictio, *os*, exulat Palat. pr. tert. quart.

Et vinum omne vomitu remetiuntur.) ita ex Pinciani vett. Muretus. neque aliter fere mei, nisi quod Pal. pr. *remetiunt*. tert. *reretiuntur*. Erasmi editio habet, *remetiunt*.

Æque niuem rodunt.) sic quoque Col. at quatuor Pall. *eque niuem reddunt*, aut *niue reddunt*.

Viros vincunt.) execratur idem clemens Alexandr. Pædag. 3. τὰ γυναικῶν οἱ ἄνδρες πεπόνθασι, καὶ γυναῖκες ἀνδρίζονται παρὰ φύσιν. γαμούμεναί τε καὶ γαμοῦσαι γυναῖκες &c. plura huius ret pete a Varijs Durantij lib 1. cap. 2.

Beneficium sexus sui vitijs.) mei omnes *suis*.

Nesciebant dare cibum sapsus.) correctissimum exemplar Pinc. legit *scyphum*. sed nihil mutauerim. nam veteres illi semel tantum edebant de die. prior lectio, restat in omnibus meis sine interpolatura, nisi quod prius fuerit in Pal. sec: *cuiuum*.

Nesciebant crurum vinculo.) ita iussit scribi suasu mss. Pincianus, neque secus omnes mei. Erasmi editio, *vincula*.

Nesciebant saniem emittere.) sic legendum, monuit primum Lipsius lib. 1. Elect. cap. 16. & retulit ad morem antiquum in balneis sudandi: eum vide. prius legebatur *sanguinem emittere*, quomodo est in Col. ac tribus Pall. nam quartus retinet *sanguinem mittere*.

Innumerabiles esse morbos miraris?) ita propris auctoritate Muretus. nam vulgatus ab Erasmo, & quinque mei, *Innumerabiles esse morbos non miraberis*.

Quanta nepotum focos iuuentus premit!) sic iterum Muretus, cum extet in Erasmianis, & mss. meis omnibus, *quanta circa nepotum focos iuu. permit*. eandemque lectionem fuisse in chirographis libris Pinciani, inde conijcimus, quod cum nullum inuenitet in scriptis auxilium, confugerit ad coniecturas, scribatque, putare se scribendum *qu. circa nep. focos iuu. premitur*, non *premit*. Ianus Doula Nordovix Præcidaneorum libr. 1. cap. 16. ad Petr. Arbitrum, legendum autumat ipso initio. *Quanto circo*, vel certe *circulo*, id est, quam spissa ac frequente corona. sic Martialis:

Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo coronetur.

mihi recepta lectio nihil videtur habere aut virij, aut difficultatis. *premere* enim idem notat, quod *fare la presse*.

Alia cubiculi contumelia expectant) ita mei omnes. nisi quod Pal. pr. *cubiculi*, voxque *contumelia* desit quarto. at tamen scribit Pincianus castigatum exemplar præferre *cubili*. quod non temere admittendum, etsi idem resultet sensus.

Per nationes coloresque distincta &c.) describit *pædagogia*, id est, cœtum elegantium puerorum, quos compolita veste, facie, capillis, in publico habebant, & plerumque vna ætate. sic dicta, quia sub pædagogo. Martialis:

Et pædagogo non iubente lasciui
Parere gaudent villico capillati.

Tacitus lib. 15. Annal. *quia Vestinus eminentes foro ædes decoraque seruitia & pari ætate habebat*. Iulianus in Antiochico ὁ πρῶτος μὲν ἂν ἰδεῖν μόνον τὴν ἀγορὰν βαδίζοντά σου, καὶ παῖδας ἀγελαίους καλούς, οἷς ἐς ἀποβλέπουσιν οἱ πολῖται. Hi pueri plerumque ad illicita Dominis. Suetonius Nerone cap. 28. *Super ingenuorum pædagogia, & matronarum concubinatus* pædagogis enim non culpat, sed quod ex ingenuis. Tertullianus Apologet. *Cum de pædagogijs aulicis nescio quem cinædum* (Antinoum Adrianis intelligit) *Deum facetis* Plinius lib. 33. *Iam vero & pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento*. quod de fibulis argenteis exaudio. Veneri atcendæ. vsus etiam eorum ad mensam. Vlpianus l. 12. ff. de instructo vel instr. *Si instructum fundum legasset, an pædagogia quæ ibi habebat vt cum ibi venisset præsto essent in triclinio, legato contineantur*. hæc fere Lipsius. vide & me infra libr. de vita Beata cap. 17.

Vt eadem omnibus leuitas sit.) amicus quidam meus conijciebat *autem sit*. fieri posset, nisi intelligeremus Senecam hic agere de duobus generibus exoletorum; quorum hi glabri essent leuesque, illi barbitio decori.

Eadem prima mensura lanuginis.) ita recte ex scriptis libris eruit Pincianus, consentiuntque Pal. sec. quart. Col. nam alij, editioque Erasmi, *prima*.

Ne quis tuo rectior est coma crispulis.) & hoc a Pincis ni membranis, quod & confirmant omnes mei. Erasmus ediderat *erectior*.

Transeo pistorum turbam.) de ijs quædam Fornerius ad titulum ff. de verb. signific.

Nihil oculis operis.) Pal. tert. *corporis*. quart. *occupati operis*.

Etiamsi præfectanes non fuerant?) ita Muretus. Erasmus *fuerant*. quomodo etiam Pal. pr. ac tert. nam sec. *fuerunt*. quart. ac Col. *fuerint*. forte *furiunt*.

Callum secretoribus obducere.) Palat. pr tert. Col. *secoribus*. quart. *lectionibus*.

Quid illud Sociorum garum.) sic legi voluit, non *Sociorum* Pincianus ex mss. neque secus mei. ceterum *Garum* tantopere prisco sæculo nobilitatum, constat laniem fuisse cruentam ex intestinis piscium, præcipue scombrorum, quos maquerellos recentior ætas nominat, eliquatam: quod a salsamenti conditaneo iure μεσχηρὸν epitheto dixit in Triptolemo fabula Pherecrates Comicus. Laudatissimum autem maximique pretij fuit, quod *Garum sociorum* vocitabant, superbo admodum titulo. vnde pulcre Martialis in Xenijs.

Expirantis adhuc scombri de sanguine primo
Accipe fastosum, munera cara, garum.

sic enim legi debet ex vet. exẽplari Pal. Plinius lib. 31. cap 7. *Aliud etiam nunc liquoris exquisiti genus, quod Garum vocauere, intestinis piscium, ceteruque quæ abycienda essent, sale maceratis, vt sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce quem Græci Garon vocabant. Nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis spartaria cetarijs. sociorum id appellatur, singulis millibus nummum permutantibus congios pene binos. nec liquor vllus pene præter vnguenta maiore in pretio esse cæpit, nobilitatis etiam gentibus. &c.* idem lib. 9. cap. 17. de piscibus loquens: *M. Apicius ad omnem luxum ingenio mirus, in Sociorum garo (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari eos præcellens putauit.* de garo ex scombro pisce mentionem facit & Strabo libr. 3. enumeratque Athenæus lib. 2. cap. 30. Dipnos. antiquos qui gari meminerunt. Ausonius ad Paulinum: *Seu autem, nec id nomen muria, quod in vsu vulgi est, nec solere nec posse dicere, cum scientissimi veterum & vetera vocabula fastidientes, Latinum in gari appellatione non habebant, sed quocumque nomine loquar, liquor iste sociorum vocatur.* hæc fere Hadr. Iunius libr. 6. cap. 17. Animaduersorum, Hier. Magius lib. 2. cap. 9 Miscellan.

Pretiosam malorum piscium saniem.) ita mei quinque & aliquot Pinciani, qui iure improbat codicem vnum suum, coi vox *malorum* deest: videtur enim, inquit, significare auctor scombros pisces ad nihil aliud vtiles, teste eodem Plinio lib. 31.

Quid illa purulenta.) Pal. pr. *illam purulenta*. sec. *illa pirulenta*. tert. *illa prurulenta*.

Quæ tantum non ab ipso igne.) Pal. sec. *ex ipso igne*. tert. *tantummodo ab ipso*. quod certe palato meo non iis fæcosum. Col. *quæ tantum ab ipso*: quod est firmando priori. verum nihil temere motauerim.

Quam fœdi atque pestilentes.) ita & Erasmi. rescribamus cum meis quinque. *Quam fœdi itaque pestilentesque*. quod quanto melius sit altero, nemo non sentit.

Pestilentes ructus sunt.) vox *ructus* non est in Pal. tert. aut quart.

Exhalantibus crapulam veterem.) sic restituit ex membranis Pinc. a quibus non abeunt Palat. sec. quart. Col. nam alij duo adhærent editioni Erasmi, quæ *ventrem*.

Non concoquit.) ita libri Pinc. Erasmi, *coquit*: cui lectioni accedunt Pal. pr. tert. quart. nisi quod pr. seruet *vero coquit*: alteri, Pal. sec ac Col.

Memini fuisse quondam Æsopi nobilem patinam.) recepit hic Mureti editio nudam Pinciani coniecturam: cum tamen idem restaretur, omnia ipsius exemplaria prætulisse; *Memini fuisse quondam in sermone nobilem patinam*. quomodo & extat in Erasmi editione, item Palat. sec. ac Col. nec discedunt pr. tert. quart. nisi quod repræ-

sentent

sentent *quandam* vel *quendam*, non *quendam*. equidem non præfracte negauerim sermonem hunc habitum de Æsopi patina *taxata sexcentis HS in qua posuerat aues cantu aliquo aut humano sermone vocales, nummis sex singulas emptas, nulla alia inductus suauitate, nisi vt in his imitationem hominis manderet &c.* vt loquitur Plinius lib. 10. cap. 51. meminitque iterum libr. 35. cap. 13. nam non consuluit auctores ipsos I.C. ille qui iubet nos petere Æsopi patinam a Plinio libr. 9. cap. 35. Horatio libr. 2. Sat. 3. Valerio Maximo lib. 9 cap. 1. cum illic agatur de huius Æsopi filio, non de Clodio Æsopo patre, qui patinæ huius auctor. interim tamen reduxerim veterem lectionem, *Memini fuisse quondam in sermone nobilem patinam &c.* nisi si quis malit *quandam*. si tamen quid mutandum, legi posset proximius ad vestigia literarum, *Memini fuisse quondam Histrionis nobilem patinam*, quod non sine indignatione diceretur, vti fere Plinius de filio huius libr. 9. cap. 35. sed nihil mutauerim, cum vix putem auctorem nostrum loqui de Æsopo. assensum potius adhibuerim iis qui huius hominis nomen reponerent Tertulliano libr. aduersus Valentinianos cap. 12. *Eum cognominant Soterem & Christum & Sermonem, de patruitus & omnia iam vt ex omnium defloratione constructum, Graculum Æsopi, Pandoram Hesiodi, Acci Patinam, Nestoris Cocetum, Miscellaneam Ptolomæi.* legerim inquit, non difficulter, *Æsopi patinam*. quod an interpretibus in mentem venerit, inspicere cuperem; sed cum destituar eorum libris, non est copia. videor tamen sic vtcunque meminisse tale aliquid ibidem proditum ab Rhenano. si sic, est quod garrulitati huic superfluæ ignoscat lector: gratiamque tantum agat quod suam sibi Senecæ reuocauerim lectionem, quæ iam ex omnibus fere exulabat editionibus: tantum auctoritas Pinciani potuit suadere malorum.

Quicquid apud lautos solet diem ducere.) fatetur Pincianus hanc lectionem ostentari ab omnibus codicibus suis, sed frigida, vt opinatur, sententia. animaduertendumque erat, an sit fidelior scriptura, *solet deduci in patinas*, quam *diem ducere*: hoc sensu, quæ separata & deducta magnificas & sumptuosas apud lautos struunt mensas, ea omnia in vnam *Æsopi patinam* accumulata fuisse. acquiesco interpretationi Pincianæ: sed enim cum illa ipsa subsit vulgatæ scripturæ, nulla causa est cur eam mutemus. *diem ducit*, quod in plures dies extenditur ac sustinetur. si quis petit exempla, alias me conueniat nunc non vacat nugari.

Veneria spondylique &c.) notat ad hæc Erasmus: Quid sibi, inquit, velit illa vox *veneria* nondum quiui deprehendere, non suffragantibus exempp. *Viuerras* in delitiis fuisse non legi, & hic piscium tantum fit mentio. an *muræna* legendum sit nescio. Aristoteles inter genera piscium facit *sphyrænam*: Theodorus vertit *Malleolum*. fieri potest vt hæc vox ignota, depravata fuerit in *veneriam*, aut aliam huic similem. nam varie habetur. sic optimus ille Erasmus. at de ea voce ego quædam libr. 5. cap. 6 Opinion. nam certe eam retinent mei omnes, excepto Pal. sec. qui vna litera minus, *veneri pondolique*. variatque solum in altera etiam voce Col. in quo, *Veneria ac spondilique*.

Et ostrea eatenus circumcisa qua eduntur interuenientibus distinguebantur echenis, tortis distractis, sine vllis ossibus mullis constrauerant. Piget esse singula: coguntur in vnum sapores.) ita editio Romana, secuta fere Erasmum; qui tamen profitetur habuisse antiquitus cusos, *echenis totam distractique sine vllis ossibus mullis constrauerant. Piget esse pecta. singula coquuntur in vnum sapores* additque, aliud habuisse exemplar, *Echinis tortis distractique sine vllis ossibus mullis contraxerunt pitmitam.* aliud, inquit, consentiebat, nisi quod pro *mullis* habebat *mulis*. in aliis alia atque alia erat lectio, sed nulla quam totam probares. itaque diuinandum est, quod in eruditis auctoribus nimium crebro accidit. vide num sit legendum; *spondylique & ostrea, eatenus circumcisa qua eduntur, interuenientibus distinguebantur echinis. Totam distractis sine vllis ossibus mullis constrauerant. Piget esse singula: coguntur in vnum sapores.* vt *piget esse*, sit pro *piget comedere*. vox *pecta*, videtur superesse. (enarrator quispiam supra *singula* adiecerat *dicta*. id alius vertit in *pecta*.) aut si quid ad rem facit *elixa* legendum arbitror hactenus Erasmus. quid de hoc loco sentiat Pincianus subiiciam. & quidem in primis putat corrigendum; *& ostrea testu circumcisa qua dentibus interuenientibus distinguebantur*: aut sic, *qua dentium interuentu distinguebantur*. nam dictio, inquit, *Echenis* ad sequentia pertinet; legendumque *echinis*, non *echenis*. adiicit, obuallate hanc correctionem eius verba quę sequuntur: *Quantulo autem inuenies est hoc testas excerpere atque ossa, dentium opera coquum fungi.* idem infra scribit exempp. quędam *distractis* habere, non *distracti*, alia *distinctis*, alia *districtis*, reliqua denique sic restituenda ex codd. Pinciano & Facundi ac Primitiui; *contraxerint pitmitam singula. Coquuntur in vnum. Sapor is in cœnam fit qui fieri debet saturo in ventre.* sunt tamen, inquit, libri qui *congeruntur* præferant, non *coquantur*. sic Pincianus. quæ nullatenus probare possum: sed nec fortiter improbare. adducam tantum librorum meorum singularias lectiones, vt ipse eligat lector quæ nam proxime accedant ad similitudinem veri. Pal. pr. *& ostrea eatenus circumcisa qua eduntur. interuenientibus distinguebantur. equiis totam districtique sine vllis ossibus mulis constrauerat. Piget esse iam singula cognatur in vnum saporis. in sana fit qui fieri saturo in ventre.* & sic fere quart. nisi quod præferat *equiis in totam*. item, *piget esse piget esse, iam singula*: denique *cœna fit quod fieri*. tert. his fere alludit, in quo, *& ostrea eatenus circumcisa qua eduntur, interuenientibus distinguebantur equini tortis distractique sine vllis ossibus mulis constrauerant piget esse iam singula coguntur in vnum saporem in cœna fit quod fieri deuet saturo in ventre.* secundus; *& ostrea eatenus circumcisa qua dantur quadam interuenientibus distinguebantur. Echini tortis distinctique sine vllis ossibus mulis contraxerant. piget esse iam pituitam singula congeruntur in vnum Saporis in cœna fit, qui fieri debet saturo in ventre.* Col. *& ostrea eatenus circumcisa qua dantur interuenientibus distinguebantur. Echini tortis distinctique sine nullis ossibus mulis contraxerant pitmitam singula congeruntur in vnum, Saporis in cœna fit, quod fieri debet saturo in ventre.* sic mei. ex quibus hoc solum hausio, minimum quid abesse a legitima Senecæ scriptura diuinationem Erasmi. operæ pretium nobis fecisset Muretus si e libro Siculo isthæc similiaque loca palam corrupta reformasset nunc quid? vbi dignus vindice est nodus, ibi liber ille tacet, ibi latet.

In eundem saporem versa ponantur.) Pal. pr. tert. quart. *parantur*.

Multorum ferculorum ornamenta coeant & cohæreant.) Colurus notis ad Apuleii libr. 10. metamorph. inquit se hic mallet *ferculorum fercamenta coeant*: sic Paullinum scribere Epistola ad Aprum: *Varia electarum dapum fercamenta.* nollem dixisse. nam mss. mei omnes *ornamenta*; & vero vere. vult enim ea quæ multorum conuiuiorum esse poterant tanquam pompa ac caput, collata in vnum. idque ipsum præcedentia arguunt. eandem vocem ita etiam vsurpat Epist. 91 cum enim dixisset; *Tot pulcerrima opera, quæ singula illustrare vrbes possent vna nox strauit*: mox addit: *Ciuitas arsit opulenta, ornamentumque prouinciarum.*

Echenis, spondyli perturbati mullis concoctique.) Pal. pr. *pondula mullis perturbati concoctique.* sec. ac Col. *echini ponduli mullis perturbati conc.* tert. *echinni a pondula mullis perturb* quart. *echenis pendula mullis perturb.* Ludouicus Cælius libr. 4. cap. 2. lectionum antiquarum, huius meminit loci, dicitque Senecam ac Macrobium mentionem facere *sphondyli*, tanquam piscis, eumq; vulgo vocari *schenalum*, vt quidem aliqui interpretātur. nam ab Aristotele *sphondylum* vocari bestiolam, quam *verticillum* Theodorus reddidit: additque; Inter indicaturæ nobilis salsamenta vtiq; est *sphondylos* Athenęus, in mugilis capite forma echinata, *sphondylum* agnoscit. aliubi inter salsamenta horæa *sphondylum* adnumerat. sic Rhodiginus ille.

Et lenis quoque cura medicabiles.) sic quidem Erasmus: at mss. quoque vno ore, *remediabiles*. quod vocabulum cælo non inuiderim Latino.

Et vtinam sic denique.) ita Pal. pr. sec. tert. at quartus *& vtique sic*. Col. & *nunc sit*.

Lues illa vinceretur.) Palat. pr. *lues illa vni dicetur*.

sec. tert. *vindicetur*. quart. *haec ista non vindicetur*. Col. *haec ista meditetur*.

Et occisarum gentium gloriosum scelus.) Palat. pr. ac tert. *& occisorum gloriosum sc.* absque illo *gentium*. quod quidem in Pal. quart. sed is tamen etiam *occisorum*.

Minimeque monstrosa sunt.) mei omnes, *menstruosa*.

Scelera exercentur.) Palat. pr. *scena exerc.* non displicet, quia præcessit de monstris. nam & sec. ac Col. item editio Erasmi, *sana* tert. *scena*, quart *sena*.

Vetita privatim. Quæ clam commissa capite luerent, eadem quia palam fecere laudamus.) ita Muretus, secutus varietates lectionum. nam in Erasmi editione, *vetita. Privatim quia commissa capite luerent, tamen quia paludati fecere, laudamus.* notaturque ad marginem, alias legi *palam* pro *paludatis*. at monuit Pincianus verbum *Privatim* adiungendum superioribus, & quædam eius exempp. habere; *Quæ clam commissa capite luerent, tamen.* ego omnino retinuerim *Paludati*, scripserimque, *Quæ clam commissa capite luerent, tamen quia paludati fecere laudamus.* nisi si cui placet *quia paludatim*. certe Palat. pr. tert quart. *Privatim quædam commissa capite luerent, tum quia paulatim fecere laudamus.* nam sec. *Quæ commissa capite luerent, tumque paludati* sec Col *privatimque commissa capite luerent, tamen quæ paulatim fecere laud.* I. C. quidam scribit ad hunc locum, cum vtcumque legamus esse difficilem: hoc tamen velle videri, publice ac paludatis Imperatoribus quædam permitti, etiam sæua, quæ privatis minime liceant. quæ verba obscuriora mihi ipsis ipsis quæ dicit Seneca: non per se, sed propter illa quæ deinde iterum ad isthæc commentatur alibi: cum enim quæreret quænam ista essent? respondet sibi; puto, inquit, spectacula cruenta hic notari; sequitur enim. *Homo sacra res, homo iam per lusum & iocum occiditur* video suauiter. nam sequitur quidem illud ipsum, sed longo mehercules sequitur interuallo; proximiusque multo est: *Non pudet homines mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, & bella gerere, gerendaque liberis tradere.* & sic certe est; notat bella. expressitque hæc Senecæ Cyprianus Epistola ad Donatum. *Madet orbis mutuo sanguine, & homicidium cum admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur cum publice geritur. impunitatem sceleribus acquirit, non innocentia ratio, sed sæuitiæ magnitudo.* egregie Martyr ille, *publice geritur*, ab Impp. scilicet, qui tunc *paludati*; vt historici passim notant; sed signate inprimis Apuleius Apolog. 1. *Verumtamen hæc Diogeni & Antisthene pera & baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerum, quod lituus auguribus.*

Non pudet homines.) sic magis placebat Pinciano; cum aliquot mss. eius etiam *hominum*, alij *hominis*, quod vltimum est in editione Erasmi & in meo Palat. pr. alij quatuor *homines*, bene.

A quo paululum discesserat.) ita & Erasmus. at mei omnes *a qua*: & prætulerim alteri. solum Pal. sec. *a qua paulum discess.*

Voluptas ab omni parte quæritur.) hanc lectionem, tanquam veriorem, fatetur se ex varijs collegisse exempp. Pincianus. at mihi potius est quod præfert Erasmi editio, nec non Palat. pr. tert. quart. *Voluptas ex omne quæritur.* non celo tamen, illud alterum extare in sec ac Col.

Honestatis oblivio innasit.) est elegantior Pinciano vetus suorum lectio, *honesti oblivio*. prius est in Palat. pr. tert. quart. mutatum tamen deinde in tertio, *honestatum*. sec. ac Col. *honestum* quod vltimum habet quo se tueatur: etsi alterum Pinciani æque elegans.

Homo sacra res, homo iam per lusum) monet Pincianus mss. habere: *Homo sacra res homini iam.* & rectius ei videtur, vt alludatur ad veterem parœmiam: Homo homini Deus. non alludit quidem ad eam parœmiam auctor, sed tamen placet mihi illa lectio, quam confirmat & Pal. sec. & a secunda manu tert.

Is iam nudus inermisque producitur.) loquitur de gladiatoribus meridianis de quibus nos Epist. 7. Sed & bene Seneca, *producitur*, quia id quoque arena verbum. ipse alibi de virtute: *Produci enim illi & tentari expedit: nec vlli intelligunt, quanta sit, quam qui vires eius lacesserunt.* Lucanus lib. 4.

——— *Veluti fatalis arena*
Muneribus non ira vetus concurrere cogit

Productos: odere pares. vtitur hac voce noster admodum frequenter.

Satisque spectaculi in homine mors est.) ita & Erasmus at Pinciani codd. ac mei, *ex homine*. quod ego quoq; cum Pinc. præposuerim alteri.

Si volumus soluere obligatos.) Mureti puto facinus; sed frigidum & inconcinnum. reponatur lectio Erasmi, mssque meorum, *Si volumus habere obligatos.* solum Palat. quart. *nolumus*. quod eundem sensum habet, cum eo quod finxit Muretus sed non placet. hinc enim solui vult, at illinc iterum obligari, vt patet ex seq.

Primum militiæ vinculum est religio.) Eos qui militiæ nomen dabant, non prius militum numero habitos, quam iureiurando adacti, cincti, & in numeros relati essent, I. C. torum etiam auctoritate comprobatur. *Sacramenti* certe *militaris* meminit L. 2. ff. de priuileg. veter. L. militesff. de adult. L. milites §. missionum. l. vlt. ff. de re milit. L. 2 § ignominiæ ff. de his qui not. infam. eiusque fide rupta, militis nomen amitti docet l. ex militari ff. de milit. test. idque est quod hic *primum militiæ vinculum* merito vocat noster; quo qui nondum obstricti, aut etiam qui soluti essent, iure cum hostibus, quemadmodum Catonis ad Popilium Epistola, a Cic. lib. 1. Offic. & a Plutarcho in Problemat. relata, indicat, pugnare posse non videbantur. Primum autem Iureiurando milites fieri L. Flacco & Varrone Coss. cæpere. *Ante enim* ait, Frontinus lib. 4. Stratagem. cap. 1 *sacramento tantum a tribunis rogabantur ceterum ipsi inter se coniurabant se fuga atque formidinis causa non abituros, neque ex ordine recessuros nisi teli petendi, feriendive hostis aut ciuis seruandi causa.* Livius lib. 22. *Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, iureiurando a tribunis adacti iussu Coss. conuenturos, neque iniussu abituros.* nam ad eum diem nihil præter sacramentum erat, idest Coss. ac senatui præstitum. de quo Halicarnass. lib. 10. verba, accipienda sunt: συναγαγὼν τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, ὤμοσεν ὅτι πάντες ὁμωμόκασι τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ἀκολουθήσειν τοῖς ὑπάτοις ἐφ᾽ οὓς ἂν καλῶνται πολέμους, καὶ μήτε ἀπολείψειν τὰ σημεῖα, μήτε ἄλλο πράξειν μηδὲν ἐναντίον τῷ νόμῳ. Iureiurando vero scriptos milites a tribuno militari adactos fuisse in verba hæc. Gellius lib. 16. cap. 4. retulit in magistratu C. Lælij C. Fil. Cos. L. Cornelij P. F. Cos. *In exercitu, decemque millia passuum prope furtum non facies &c.* plura Brissonius lib. 2. cap 6. Select. antiquit. de ritu vero militum eiogendorum & discingendorum cap. sequenti.

Et signorum amor.) ita bene Erasmus; pessime autem mei quinque *singulorum*, ignoratione nimirum moris antiqui, quo signa hæc militaria non secus culta atque si Dei fuissent.

Tunc deinde facile cetera exiguntur.) Pal. sec. *extinguuntur*. quod & in Pal. pr. tert Col. quorum duo priores, *deinde facile cetera extinguuntur*. Col. *Tunc demum facile cetera extinguuntur*. solum Pal. quart. *Tunc dein de cetera facile exiguntur*. vulgata lectio sana est origo & hic erroris ab voce *exigere*, quæ minus nota vulgo hac significatione.

Mandanturque ad iusiurandum adactis.) ita quidem Erasmus. at Pal. sec. ac Col. *in iusiurandum*. vtramque coniunctionem coniecerim in ignem. elegantet enim dicimus *adigere iusiurandum*, vt alij docuerunt. & vero particula nulla conspicitur vsquam in Pal. pr. tert. quart.

Et insinuanda virtus.) recte: Pal. tamen sec. & tert. a secunda manu *& insemmanda virtus*.

Sine institutione subtili.) ita Muretus ex libris Pinc. neque abeunt Pal. pr. sec. Col. alij tamen duo faciunt pro Erasmi editione, quæ, *instructione subtili*.

Pars natura eorum est, esse bonos.) sic mei etiam tres. at postremæ duæ voces exulant Pal. pr. ac tert.

At illis aut hebetibus.) sic solum Pal. quart. reliqui *Et illis*.

Citius educit ad summa.) Col. *inducit*.

Quæ quam sint necessaria licet videas.) editio Erasmi, *quæ quam sit necessaria scilicet videns.* nec secus Palat. pr. tert. quart. nisi quod ij *sint*, non *sit*. at sec. & Col. *quæ*

quam

quam sint necessaria foculo videas. quomodo fuisse in antiquissimo suo cod. prodit Pincianus.

Desudandum esse ad extremum vsque sudorem.) Pal. pr. *dissuadendum*, quart. *dissudandum.* at Col. vltima sic concepit, *ad extremum vsque ad sudorem*, vt quis suspicari posset vocem *sudorem*, a mala esse manu. sed mihi non est. nam sudor qui erumpit se exercitantibus, longe ab eo distat qui oritur morientibus.

Grauissimum esse genus iniuria, habere pellicem.) edixit Pincianus verbum *habere*, delendum esse ex vetere suorum lectione, nunc & etiam ego edico delendum, propter mss. meos, in quibus nullum comparet, neque vero debet.

Nisi vsura manus expediuntur.) argute. numerabant enim quondam digitis, vt doceo alibi in Suspicionibus. itaque quamdiu digitis occupabantur, non poterant sane vacare armis, eaque applicare corpori.

Posset animus ire, soluendus est.) ita restitutum est iussu mss. Pinciani: neque declinant Palat. sec. quart. Col. duo alij sequuntur ordinem quem Erasmus, *posset animus soluendus ire.*

Exercitatione exibunt recta.) coniectura est Pinciani, quam recepit Muretus. nam Erasmi editio *exhibebit recta.* Pal. pr. ac tert. *exhibent*. Pinciani codd. *exibunt*. sed bonum est *exibunt*, nam & id in Pal. sec. quart. Col.

Qui casu bonus est.) Pal. pr. tert. quart. *qui bonis vsus est.* duo tamen alii, *qui bonus casu est.*

Non prastabunt, vt quemadmodum.) vocem *vt* adiecit ex Pinciani membranis Muretus. deest enim Erasmo; neque exhibent mei quatuor, nisi alterius manu Pal. tertius. extat tantum, vti debet, in sec.

Faciet quod oportet monitus.) sic Muretus iudicio obtemperans Pinciani: nam cum esset in Erasmo, *Faciet ergo quod oportet*, notauit ipse dictionem a principio secundam, si sequamur libros eius, superfluam. & abest certe meis quatuor. retinet eam solum Pal. tert.

Vt isti ganeones loquuntur.) Pal. pr. tert. quart. *vt isti ganeose loq.*

Sibi hac & genio suo prastet?) malim vt est in meis, *sibi hoc & genio.*

Et tricies tamen HS adiciales cana.) editio Erasmi, *& totiet tamen sestertio*, quomodo laudant æui huius doctissimi, retinentq; mss. mei omnes, nisi quod Pal. tert ac quart. *totiens tantum.* male. bene habet lectio prima: quæ si non ab ingenio Mureti, nescio a quo manarit. certe hic aliquid requiri quod equestrem exprimat censum, res ipsa clamat. at census equestris tricies HS. itaque vix dubito quin ad isthæc Senecæ respexerit Latinus Pacatus Panegyr. ad Theodosium: *Nonne cognouimus cuiusdam vestro Principes, non prandia sæpe sed fercula, sestertium millies æstimata, patrimoniorum equestrium pretia traxisset* emendat quidem Iunius lib. 4. cap. 9. Animaduers. *sestertiis mille*: at ego *sestertium tricies.* consideretque lector literarum apices, & mecum faciet.

Adiciales cana frugalissimis.) mss. mei omnes, *adiciales.* inualuitque apud omnes vt *adiciales cana* vsurpatentur pro opiparis, quarum & meminit Plinius lib. 29: *Catulinam adiecialibus quidem celebrem epulis fuisse, Plauti fabula indicio sunt* ad quæ, Iulio Cæsare dignus patre, Iosephus Scaliger: Video, inquit, dubitari quæ esset adiecialis cœna, et erat quoties aut inaugurandi alicuius gratia, aut propter aliud quid, puta publicam lætitiam, indicebatur epulum. idque dicebatur *epulum*, aut *cœnam adiicere*: Tacitus Anal. 2. *Rescuporis sanciendo, vt dictitabant, fœderi, conuiuium adiecit, tractaque in multam noctem lætitia per epulas & vinolentiam, &c.* sic magnus ille Criticus coniectaneis suis ad lib. 6. Varronis de lingua Latina. at enim P. Faber & lib. 1. cap. 6. Semest. & commentario ad l. 16. de reg. Iuris, hoc loco legit *aditiales cœna.* cui ego pedarius accedo senator, licet ipse lectionis huius sue neutrobi reddat rationem. puto enim nomen eis ab *adeundo*, intelligique cœnas augurales, item huiusmodi quales notat Tertullianus in Apolog. his verbis: *Tot tribubus & Curijs & decurijs ructantibus acescit aer: Salijs cœnaturis, creditor erit necessarius, &c.*

Quare autem non pondus adijcio.) vox *autem* est in quatuor meis. abest tamen Pal. tert.

Et aliorum gulam irrito.) non placet lectio. reposuerim omnium membranarum mearum, *& aliquorum.*

Quatuor pondo & ad selibram.) Pal. sec. *& semilibram.* reliqui quatuor, *& asselibram.*

Amici inquit, omnia me fallunt.) sic Pal. sec. tert. & probo, nec longe abit Col & Pinciani aliquot, qui non habent pronomen *me.* perperam Pal. pr. *animo me fallunt.* item quart. *omnino me fallunt.* Pincianus legendum putabat, *omnia me fallunt*; inepte meo animo. nam nihil illa formula, qua vsus Tiberius, vsitatius bonis auctoribus.

Cum quinque millibus HS. Pal. pr. sec. *cum quinque sextertius.* tert. *cum quinque sestertios.* quart. ac Col. *cum quinque sextertys.*

Non ille qui emerat.) Pinciani sequitur iudicium Muretus, qui sic legit ex veteri suorum lectione, distinguitque. Erasmi quippe editio, *Nam ille qui emerat, vt Tiberio mitteret (quanquam illum quoque reprehenderim) admiratus est rem, qua putauit Cæsarem dignum*: quomodo extat in Col. & in aliis meis fere omnibus. certe in nullo eorum extat, *non.*

Vultur est, cadauer expectat.) sic vulgata metaphora vocantur captatores testamentorum & heredipetæ. nam vulturi proprium, cadaueribus tantum viuere. vnde & natura tantum illi sagacitatis addidit, auctore Plinio, vt biduo ant triduo præuolet illuc vbi cadauera sint futura: eoque, vt refert Basilius, ingenti agmine solet comitari castra militum Martialis lib 6.

Amisit pater vnicum Salanus.
Cessas mittere munera Oppiane?
Heu crudele nefas, malaque Parca,
Cuius vulturis hoc erit cadauer?

hæc fere Erasmus, apud quem plura t. chil. 7. cent. adag. 14. item apud Brodæum notis ad lib. 2. Epigrammat. Græcorum.

Quaque ex eo sunt: catera in diem. sic iterum Muretus, Pinciani assensus libris. nam Erasmi editio tribus vocibus amplius scribit, hoc modo, *quaque ex eo sunt semper bona sunt: catera in diem &c.* quæ nec vsquam in Palat. pr. tert. quart. habet tamen Col. ac Pal. sec. Ceterum sciendum est. Pal. illos tres, quos modo citaui, post has voces, *Catera in diem bona sunt*, subiungere continuo sequentibus verbis illa quæ circa finem huius Epistolæ: *Ergo insigi debet persuasio, sed omnia experiantur. &c.* sic tert. ac quart. sed enim pr. *Ego in quantum in illo vigoris &c.* omissis intermediis, quæ attexuntur tamen calci Pal. tert.

Ergo insigi debet persuasio.) Pal. sec. *infundi.*

Quem περὶ καθήκοντος inscripsit.) sic & Erasmus, interpretaturque *de officio*: nec abit multum Pal. sec. *quipericathecontos*: aut Col. in quo *pericathecontes.* at tert. *quem Pareneticon inscripsit.*

Nisi habuerit qui referat.) sic Muretus contra omnea libros, etiam Erasmi; in quibus, vt & in meis, *qui perferat.*

Nihil esse turpius dubio & incerto ac timido, pedem modo referente.) ita quidem & Erasmus quibus præposuerim quod est in meis: *nihil esse turpius dubio & incerto actu, modo pedem referente.*

Qui reprehendunt animos.) sic & Erasmus. nempe *reprendunt*, interpretatuique *reuocant.* Pinciani codd *repellunt.* prius cusi, *rependunt*: alij, *qui impediunt.* Col. habet idem quod scripti Pinciani: alij duo *repedunt.*

Et conari totos vetant.) ita editio Romana. cum esset in olim vulgatis *& praconari totos*, notaretque Erasmus arbitrari se legendum *perconari*, pro *perficere*, sine *pertendere*. cui assentior, vt & Stephanus lib. 2. cap. 10. Prood. cui & alia lectio, quæ ad oram Erasmianæ editionis, *perconta ri*, omnino displicet, tanquam ab hoc loco aliena. meis tribus adest *preconari.*

Sabbathis prohibeamus.) tres mei, prohibemus. interim locus hic de *lucernis* vulgo *accendendis*, omnino obseruatu dignus. nam receptū alioqui in omni publica priuataque lætitia *ianuam ornari lauro & lucernis*, quem ornatū intellexit Seneca Epist. 67. *Quid tu existimas ea tantū optabilia esse, qua per voluptatē & otiū veniunt? qua excipiuntur forib. ornatis?* ad quē locū me vide: quibus addantur hæc

Tertullianus libr. 2. ad vxorem: *Moratur Dei ancilla in laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus Dæmonum, omnibus solemnibus regum, incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitabitur: & procedet de ianua laureata & lucernata, vt de nouo consistorio libidinum publicarum.* Nec solum ędibus, sed etiam *arboribus appensa hæ lucernæ:* arboribus quidem sacris & quibus vellent exhibitum cultum. Prudentius contra Symachum:

Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Sustinuit, cadit vltrices succisa bipennis.

sed & sacrificuli ac vates præferebant *lucernam ac laurum,* vt hauritur ex nostro, cap. 27. de vita beata. quem vide. hęc fere Lipsius lib. 1. cap. 3. Elect.

Vetemus salutationibus.) idem mei tres *Vetamus.*

Salutationibus matutinis fungi.) Apuleius lib. 11. Metam. *rebus rite consummatis, inchoatæ lucis salutationibus religiosi primam nunciantes horam perstrepunt.* Arnobius lib. 7. *Quid sibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutinas, collatis ad tibiam vocibus? obdormiscunt enim Superi remeare vt ad vigilias debeant? Quid dormitiones illæ, quibus bene vt valeant auspicabili salutatione mandatis? somnis enim quieto soluuntur, occupatique vt hæc possint, lenes audienda sunt nænia.* Prudentius Peristeph.

Mane salutatum concurritur, omnis aderat
Pubes. Item Plautus in Sticho Actu. 4. sc. 1 & 2. Scaliger castigat. in Tibull. libr. 1. Brissonius libr. 1. de Formul. Colutius ad Apuleium.

Vetemus lintea & strigiles.) sic Pal. sec. ac Col. *Vetamus* tertius. bene hæc explicat Lipsius lib. 2. cap. 18. Electorum, & *lintea & strigiles* ad balneas refert, quasi lotione quoque loui vlus. Petronius: *Iam Trimalcio vnguento perfusus tergebatur non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis.* item: *Video Gitona cum linteis & strigilibus parietibus applicitum:* nec de aliis sentit Martialis:

Lintea ferret Aper vacuus dum vernula nuper,
Et supra togulam lusca sederet anus.

Apuleius lib. 1. metam: *ac simul e promtuario oleum vnctui, & lintea tersui & cetera huic eidem vsui profer ocius; & hospitem meum produc ad proximas balneas.* exempla plura videantur apud Colutium notis ad lib. 3. Floridorum Philosophi Madaurensis.

Et speculum tenere Iunoni.) de his speculis, quæ Deabus feminis tenebantur ostendebanturque, quasi ad inspiciendum explorandumque, satis ne cultæ, noster iterum Seneca libro de Superstitionibus, vti citat D. Augustinus lib. 6 de ciuitate Dei: *Sunt quæ Iunoni ac Mineruæ capillos disponant: longe a templo, non tantum a simulacro stantes, digitos mouent ornantium modo. sunt quæ speculum teneant, sunt quæ ad vadimonia Deos suos aduocent, &c.* idem illustrat Apuleius lib. 11 met. de pompa Isidis: *Mulieres candido splendentes amicimine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viã quæ sacer incedebant comitatus, solũ sternebant flosculis. aliæ, quæ nitentibus speculis pone tergum reuersis, venienti Deæ obuium commonstrarent obsequium.*

Quod ut ipse humanæ generi.) amicus meus legit, *Quid enim? ipse &c.* alterum tamen illud restat in msl. meis. & idem alibi etiam videor legisse apud hunc ipsum, vbi ego, nisi fallor, item istud *enim* substitutum volebam: perperam forsan: perperam.

Quemadmodum segerere in sacrificiis.) sic Pal. sec. at Col. *quemadmodum seruire in sacrificiis* ac tert. *quem modum seruare in sacrificiis* quod vltimum iure probo.

A molestis superstitionibus.) Pal. sec. ac tert. *a molestiis ac superstitionibus.* Col. *a molestiis superstitionibus.*

Nunquam satis profectum erit., stulta lectio, & quã ęque pudet hactenus occupasse libros, atque aliam illam Erasmianam, *perfectum erit.* & quidem primam lectionem inuexit ex msl. suis Pincianus, probauitque: neq; improbant eam Palat. tert. aut Col. sed enim quouis contenderim pignore restituendam dictionem obsoletam cascamque; *nunquam satis prosectum erit.* loquitur de sacrificiis Seneca; circa quæ, vox ista adeo propria vt nihil supra. nempe dicit auctor, nunquam vere litabitis Deo, nunquam sacrificabitis quod illi gratum acceptumque sit, nisi eum mente conceperitis qualem decet. certe exta demũ si bona essent & placerent prosecari solita, probat Brissonius lib. 1. de formulis, ex his Plaut. Pænulo. Act. 2. Sc. 1.

Dii illum infelicitent omnes, qui post hunc diem
Leno vllam Veneri vnquam immolarit hostiam,
Quive vllum thuris granũ sacrificarit.
Nam ego hodie infelix diis meis iratissimis,
Sex agnos immolaui: nec potui tamen
Propitiam Venerem facere vti esset mihi.
Quoniam litare nequeo, abii illinc illico
Iratus, vetui exta prosicarier.
Neque ea aspicere volui. quoniam illa non bona
Aruspex dixit, Deam esse indignam credidi.

Cato de re rustica cap. 133: *Vbi exta prosecta erunt, Ianũ struẽ commoueto.* Suetonius cap. 1. Augusti: *Cui forte Marti rem diuinam faceret, nunciata repente hostis incursione, semicruda exta rapto foco prosecuit.* Liuius libr. 5. *Qui eius hostiæ exta prosecuisset, ei victoriam dari.* Paulus ex Festo: *Exta dicta quod ea Diis prosecentur quæ maxime extant eminentque.* plura exempla curiosissimus ille Iurisconsultorum Brissonius, & signata quædam ad hanc vocem ego lib. 5. cap. 3. Opinionum.

Nocere velle. Non possunt. nec accipere &c.) sic voluit legeremus ex msl. Pinc. neque aliter Pal. tert. aut Col. cum esset in Erasmo, *nocere velle vel posse. nec accipere &c.* quomodo præfert Pal. sec.

Et aliquando specie mali puniunt.) sic Romana editio. vellem scire qua ratione, aut quo iure. certe edidit Erasmus, *& aliquando spe boni puniunt*, tolerabili lectione, etsi ea meliori multo, quam iussit amplecteremur Pincianus, *specie boni puniunt*, auctoritate msl. suorum; quam & firmant Pal. tert. ac Col. nam sec. *aliquando spem boni.* est autem *specie boni punire*, beneficium dare quod vertat danti in malum, donum dare nedonum, quemadmodum Bacchus auido Midæ. ita ego censeo.

Vis Deos propitiare?) ita & Erasmus. ita & Palat. sec. ac Col. at malim, *Vis Deo propitiari?* quomodo restat in Pal. tert.

Vt parcatur sanguini humano.) mei *parcamus.*

Si homo mansuetus homini est) ita mei duo. at Pal. tert. *Si homo mansuetus hominem adiuuet.*

Erranti vt viam monstret.) dixit Pincianus particulam *vt*, delendam si modo ratio haberetur msl. eius. idem dico de meis.

Membra sumus corporis magni.) sic quoque mei duo. at Pal. tert. *Membra sunt corp.*

Parata sunt iuuantis manus.) sic etiam Erasmi codd. at vnus Pinciani *, sunt ad iuuandum manus,* cui adstipulantur omnes mei alii eius: *iuuandis manus.*

Iste versus & in pectore & in ore sit.) sic vetus lectio Pincianinorum codd. vt & est in Pal. tert. at Erasmi editio: *Isti versus & in pectore & ore sint.* Pal. vero sec. ac Col. *Ille versus hic & in pectore & in ore sit.* quod non aspernor.

Habeamus in commune quod nati sumus.) sic Pal. sec. ac tert. neque secus fere margo Col. nempe *in communicum* sit in contextu *in corpore.* qui error natus a compendiaria scribendi ratione. vulgata lectio sincera. tradit tamen Pincianus vnum exemplar repræsentare, *Habeamus. in commune nati sumus;* vt forte, inquit, non *Habeamus* legendum sit, sed *Coeamus.* I. G. quidam dicit se interpungere: *Habeamus, in commune quod nati sumus.* quam interpunctionem, cum ille explicatione nulla fulciat, nec eam ego per me intelligam, non recipio.

Præcipiet aliquis vt prudentiam.) sic Pal. sec. ac Col. verum tert. *Præcipiet alii vt.*

Sed nihil agetur, si ignoramus.) mei omnes *agemus.*

Quomodo inter se differant.) Pal. tert. ac Col. *quo inter se.* nec displicet.

Nihil deest.) sic & Erasmus. at mei *nihil eis deest.*

Vt ipsa voluntas discatur.) sic Muretus. editio Erasmi; *vt in ipsa voluntas discatur.* at Pal. sec. tert. Col. *vt ipsa discatur,* prætermissis aliis: quod mihi placet.

Causa huius tactationis est.) Erasmus, itẽ Pal. tert. ac Col. *Causa vnique tactationis est.* Pincianus mandat scrobam ne ex veteri lectione: *causa vtique tact.* & ita etiam Pal. sec.

Continens vitam bona & mala.) sic Pincianus ex suo exemplari, vt inquit, correcto. neque aliter Pal. tert. at Erasmus, at Pal. sec. & Col. *continens vitam bonam & malam.*

Rerum

Rerum commodarum possessio, existimatio ac dignitas.) quidam Pinciani codd. *commodatio*, non *commodarum*, alij *moderatio*, a quibus stat Pal. sec. item Col. qui præterea mutat. *æstimatio ad dignitates*. at est in Pal. tert. *rerum commodarum possessio, existimatio dignitatis.*

Hæc omnia æstimatorem desiderant.) sic Pal. sec. ac Col. item tert. nisi quod is destituatur voce prima. at Pincianus substituit ex vett. libris: *Hæc omnia æstimationem desiderant.*

Quanti quidque in censum.) sic Mureti editio. at Erasmi præponit duas voces, legitque: *Scire licet quantum cuique in censum.* notatumque ad oram, pro tertia & quarta voce alias legi, *quanti quicque.* Pincianus legit ex suis: *Scilicet quantum cuique in censum.* est in Pal. sec. tert. Col. *Scire licent quanti quidque in censum deferendum sit.* quod mihi probum videtur.

Sestertio nummo æstimanda sint.) Moris erat, vt omnis fere donatio venditione quadam imaginaria perageretur, quemadmodum non obscure demonstrat Iustinianus cap. vlt. Cod. de donat. & eo pertinet illud Suetonij de C. Cæsare *Bello ciuili super alias donationes amplissima prædia ex auctione hasta nummo addixit.* & id quidem ad eum veniebat, vt hi qui gratuitam operam præstare volebant, *sestertio nummo* conducentibus eam addicerent, quemadmodum & hic locus docet, & ille Val Maximi lib. 5. *Marco Cornuto Prætore funus Hirtij & Pansæ iussu Senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum rerum suarum vsum tum ministerium suum gratuito polliciti sunt, quia hi pro Rep. dimicantes occiderant, perseuerantique postulatione extuderunt vt exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis præbentibus addiceretur.* hæc fere Ræuardus ad L. 16. de regulis iuris, ad quam etiam videatur P. Faber. meminerunt & huius Senecæ loci Cuiacius libr. 19. cap. 31. Obseruat. Hotomanus bis ter-in libro de re Nummaria.

Hoc nescis, nisi constitutionem) promit Pincianus, esse in suis, *nescies.* sicque profecto est in Pal. sec. ac Col. at vero tert. *Hoc nescires.*

Insigi volunt. Præterea.) præterit Romana editio verbum, quod repono, indicibus & Erasmi libris, & meis, *insigi volunt secta.*

Recedendum esse a præceptis & in hac sola studium) omisit & hic plura Mureti editio. nam Erasmi, *recedendum esse a præceptis supernacuis & decretis, in hac sola studium.* neque aliter Palat. tert. item sec. nisi quod ille, *in hoc sola* vt nec Col. præterquam quod ipse; *in hac sola.* Pincianus etiam nullam varietatem scripturæ in mss. suis inuenit: itaque corrigendum ratus est, *recedendum esse a præceptis supernacuis sine decretis. in hac &c.* hoc est, inquit, *præcepta supernacua sunt sine decretis.*

Et quidem multa ita inuoluta sunt, vix summa diligentia.) sic Muretus, aliquantum secutus Pinciani libros. cum enim legeretur per maiorem in Erasmo: *Et quidem multa quia inuoluta sunt, vix summa &c.* dixit Hispanus ille, iubere libros, vt scribamus per minorem, superiribusque adiungamus, *& quidem multa, quia inuoluta sunt, vixque summa diligentia &c.* huic vltimæ scripturæ adhæret Palat. sec. ac Col. ego rescripserim potius: *quadam probationem: & quidem multum quia inuoluta sunt, vixque summa dilig. &c.* ex Pal. tert. sensu valde plano.

Aperta, quæ sensu comprehenduntur: obscura quæ extra hæc sunt. sic editio Romana, resectis vocibus aliquot litigiosis. nam ediderat Erasmus: *Aperta quæ sensu comprehenduntur, quæ memoria obscura, quæ &c.* ad quæ adnotauit Pincianus. Nullo, inquit, pacto adduci possum, vt credam fidelia esse duo illa verba, *quæ memoria,* nec intelligo sensum vllum commodum ex his erui cum itaque paulo post, *sensus communis* fiat mentio, subdubito an scribendũ sit, etsi duriore castigatione, hoc pacto. *Aperta, quæ sensu comprehenduntur communi: obscura quæ extra hunc sunt.* sic Hispanus ille Pal. sec, ac tert. firmant lectionem editionis Erasmianæ. Col. interponit vocem *Aperta, quæ sensu comprehenduntur, quæ memoria obscura scilicet quæ extra hæc sunt.*

Sine quæ omnia in animo natant. Necessaria ergo sunt &c. sic & mei; nisi quod Palat. tert. excludat illud *ergo* at scribit Pincianus ex mss. vno; *sine quæ, si omnia in animo natant, necessaria sunt decreta.*

Adijcimus iustum & honestum iustum autem honestumque decretorum.) sic Erasmus, Pal. sec. *adijcimus iustum est, honestumque decretorum.* tert. *adijcimus iustum honestumque est. honestum autem iustumq; decretorum.* Col. *adijcimus iustum est honestum, iustumque decretorum* quod nescio an velit etiam fuisse in suis Pincianus, vbi mandat legamus eorum suasu, *adijcimus iustum est honestum.*

Aperte iuuant. Cor, illud quo manus viuunt) sic emendari voluit ex mss. Pincianus; cum publicasset Erasmus, *Aperte iuuant, cor, illud quo manus iuuant.* exoletæ editiones præferunt: *Aperte iuuat cor, illud quo manus iuuant.* Pal. secundus: *Aperte iuuat cor illud quo manus viuunt.* neque alter dum reliqui. inepto sensu.

Receptique in sacra ostenduntur.) ita quoque emendauit ex suis Pincianus, firmaturque scriptura Pal. tert. nam alij dum, *receptique in sacro.* at Erasmi editio, *receptique ostenduntur in sacro.* male & ille.

His adijcit causarum inquisitionem, quam cur ætiologiam dicere non audeamus.) editio Erasmi. *His adijcit caus. inq. & etymologiam, quam cur ea dicere non audeamus* Pal. sec. ac Col *His adijc. caus. inq. ethimologiam, quam quare nos dicere non aud.* tert. *His adijc. caus. inq. & philologiam, quam quare nos dicere non aud.* notatur ad oram Col. alias legi *hyologiam.* Pincianus legit ex veteri sua lectione, breuius, vt ait, & correctius. *His adijcit ætiologiam quam quare dicere non audeamus.* additque verba illa *causarum inquisitionem* glossema fuisse, quo dictio græca exponebatur. meminit & huius loci Stephanus ad Dalech. Epist. 34. traditque hactenus ἰτυμολογίαν, quia magis vocatum erat, pro minus noto αἰτιολογίαν, scriptum fuisse.

Ait vtilem futuram esse descriptionem cuiusque virtutis. Hanc Possidonius &c.) sic Erasmus at prodit Pincianus mss. habuisse, *futuram & descriptionis cuiusque virtutis ac vitij.* etsi, inquit, quidam codd. *discretionis* legant, non *descriptionis.* Pal. sec. legit distinguitque, *ita appellent. Non videbant inutilem futuram esse descriptionem cuiusque virtutis Hanc Possid* & ita quoque Col. nisi quod retineat *aut* non *haud.* Pal. tert. firmat vulgatum, nisi quod legat *Ait inutilem.*

Hanc Possidonius ætiologiam vocat: quidam χαρακτηρισμὸν appellant.) sic iterum Pinciani codd. cum esset in Erasmi libris *etymologiam* item in Palat sec. ac tert. nam Col. *ethyologiam.* ceterum notat Pincianus hæc verba omnia, in nonnullis antiquorum exemplarium prorsus desiderari.

Hæc res eandem vim habet.) mei tres, *Hæc res eam vim dimum habet.*

Luxuriatque toris animosum pectus . . . .

. . . . tum si qua sonitum procul arma dedere.

Erasmi editio, *animosum pectus anhelo: tum si qua.* ad quæ scribit Pincianus, verbum *anhelo* non haberi in veteri lectione, nec item in tertio Georgicorum, vnde mutuati hi versus. additque: Item scito deesse ex serie Vergilianî carminis verba complusçula quæ in codice antiquo Gymnasij Salmanticensis plene leguntur, hoc pacto.

Luxuriatque toris animosum pectus. honesti
Spadices glaucique, color deterrimus albis
Et giluo. Tum si qua sonitum procul arma dedere.

sic ille. & hercle sic etiam hi versus perscribuntur in Palat. tert. at alijs duobus absunt; qui etiam illud *anheli*, nulli agnoscunt.

Describit virum fortem.) mei. *descripsit virum.*

Et primus incessens admotos iam exercitus) sic legi voluit ex vet. lectione Pincianus. nam Erasmus. *& primus incedens ad motus iam exerc.* Pal. sec. *& primum incesseris admotos &c* tert *& primus in cæsaris admotos.* Col. adhæret Erasmi lectioni.

Non quæri an liber Cato.) sic voluit emendari fere Pincianus. nam cum edidisset Erasm. *Non enim quæri debet an liber;* Innuit item verbum *debet* superuacuum fuisse ex vett. libris & vero libens etiam eiecerim: ita tamen vt retinuerim nihilominus coniunctionem *enim.* certe in mss. meis quatuor conspicitur illa vox *debet* in Pal. vero sec. est eius loco *oportet.* quę varietas facit, vt non inuiti adhęreamus codd. Pinciani.

Non labantis dicere.) Pinc. mss. & mei quioqne: *labentis.*

Per quod liber amisit animam.) lectio hæc a Mureto. nam Erasmi, *per quod libertas amisit animam.* nec aliter fere membranæ meæ. quippe est in Palat. sec. *admisit.* in quart. *amisit anymam.* Stephanus Epist. 5. ad Dalech. emendat *per quod libertas emisit animam.* quod iure placet. & est vel propter hanc coniecturam, ẽtt hominem illum, alias mihi amicum, etiam Senecæ nomine amem.

Tuberonis ligneos lectulos.) sic Pinciani codd. Erasmi *lectos*, vt & mei quinque: citatque etiam Brodæus lib. 5. cap. 35. Miscellaneorum, adducitque cum vituperantis locum Ciceronis pro Murena. cui adiiciatur alter Val. Maximi lib. 7. cap. 5.

Proposita conuiuis vasa fictilia.) Erasmus, *conuiuiis* quę vox & in omnibus meis. primus tamen Pal. item tert. ac quart. *propositam conuiuiis.* sec. *apposita conuiuiis vasa.*

Quid aliud est paupertatem in Capitolio consecrare?) nullus meorum habet verbum *est.* legitque Erasmus: *quid aliud paupertatem, &c.*

Fractum est & millies conflatum.) sic Muretus ex vno libro Pinciani, cum & esset alius in quo, *fractum est conflatum*, reliquis exclusis. Erasmi editio: *fractum est & in milites conflatum.* Pincianus coniiciebat *fractum est & in vile as conflatum* quod minus placet. est in Palat. tribus item Col. *fractum est & in milies conflatum.* Palat. quart. *facturum est & in miliet conflatum.* forte *fractum est & iam millies conflatum.*

Epist. XCVI.

Tamen tu indignaris.) sic Palat. pr. tert. quart at sec & Col. *Tantum indignaris.* Erasmi editio, *Tantum tu indignaris.*

Nisi aliquid esse in rerum natura putes miserum.) ita quidem editio Romana. at habet vocem amplius ea quæ auctorem agnoscit Erasmum, *natura quod putet miserum.* quod disertim quoque in meis membranis quinque.

Sic formatus sum.) Pal. pr. tert. *sic formandus sum.* Col. *& formandus sum.*

Epulæ fuerunt parum dulces.) iidem tres: *Epistola vero erunt parum dulces.* sec. ac Col. *Epula vero erunt parum dulces.* quomodo & editio Erasmi.

De capite tumulsti.) Palat. pr. ac tert. *de capite minuisti.* hæc, & tres quatuor quæ præcedunt lineæ, hiulcum quid habent.

Quomodo in longa via & puluis.) ita quidem scripta lectio Pinciani & Pal. pr. sec. at tert. & Col. item Erasmi, *longa via sunt.* quod tamen minus placet: nam quart in quo, *Omnia ista in longa vita sunt & puluis*, amanuensis sensit negligentiam.

Sed volebam viuero.) Pal. sec. item tert. a secunda mano, & Col. *Sed volebam inquis. viuero.*

Ego illud magno animo.) omnes mei, *Ego illum.*

Neque Dy neque Deæ faciant.) producit locum istum Brisonius lib. 1. de Formul. vbi exempla cumulat, omnes Deos vel Deas confuse inuocandi.

Fortes viri sunt, primoresq. castrorum.) sic Erasmus & Palat. quart. at pr. tert. Col. *prioresque.* sec. *prælatoresque.*

Isti quos publica quies.) vox *publica* abest Col. eiusque loco est in Palat. sec. *putrida*, emendatum vero in tert. *putida.*

Turdilli sunt.) sic Muretus. at & Erasmus & Pinciani codd. & omnes mei quinque *Turturilla* nisi quod Pal. pr. desideret verbum *sunt.* legitur alias ad oram editionis Erasmi *turtillo.* Pincianus notat forrasse scribendum *Tutelina*, quæ, inquit, Dea fuit apud antiquos, a *tutando* dicta, sicut & *Tutanus* Deus, auctore Nonio. meminit & Augustinus libris de Ciuitate Dei. Lipsius lib. 1. Elector. cap. 16. eleuat coniecturam istam Pinciani: quod hæc in vitium dicat Seneca, non in laudem, aptiusque potat, *Turdi illi sunt.* hoc ideo quod *Turdum* reperiat paulo supra illam ætatem, hominem mollem, & infamis cuiusdam ignauiæ: quid igitur mirum si nomen eius abierit in dictum vulgi? qualia quædam ex ima plebe scriptor hic alias vsurpat. Verba Senecæ patris sunt lib. 9. controu. 4. *Erat inter infames maxime & inuisos homines Turdus. Cum Turdus promitteret iturum se, Sabinus silentio facto ait, Ego ad Cæsarem non sum iturus cum matrea* ex quibus clarum de infami mollitie huius Turdi. forrasse & tota illa cum Sabino actio causam aut principium huic adagioni dedit. & hercle tam magis cogito, iam magis placet. sic Lipsius. ego lib. 1a cap. 1. Suspicionum vulgatam lectionem sic satis commoda tueor interpretatione, deriuoque a *turdo*, tanquam turdus, vt & passer, palumbus, anser, aliaque auium nomina, infames hos homines recte significarint, vt ibidem pluribus exemplis in rem præsentem allatis disserui.

Epist. XCVII.

Quod cum Cæsaris vxore in aperto commiserat) sic mei quatuor. at Pal. quart. *in operto.* quod de coniectura huic auctori libens redonasset Pincianus. & sic sane laudat Brissonius lib. 1. Formularum.

Violatis religionibus sacrificij.) sic Muretus. verum Erasmi editio, *viol. religionibus eius sacrificy.* tradit Pincianus quosdam codd. habuisse *religionis*, proinde legendum putabat, *violata religione eius sacri* scriptura quam promsit Erasmus, confirmatque Palat sec. Brissoniique auctoritas. sana mihi est. Pal. tamen pr. *violaris eius sacrificy*, absque voce illa religiosa tert. ac quart. *violatis religionis eius sacrificiis.* Col. *violatis religionibus eius sacrificys.*

Quod pro populo fieri dicitur.) commentatur ad isthæc I.C. vnus. Dici, inquit, mos etiam erat Romanis in omnibus sacrificiis, Populo Romano Quiritibusque. Festus in *Dice.* nihil hercle istud ad rem: imo contra rem est. nam peculiariter prorsus *pro populo fieri* dicebatur in sacris Bonæ Deæ Cicero lib. 1. Epist. ad Atticum. *P. Clodium Appij filium, te credo audisse, cum veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, cum pro populo fieret.* & alia Epist. eiusdem libri: *Credo enim te inaudisse, cum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum.* nam vt idem in Orat. de aruſp. resp. docet, *Sacrificium Bonæ Deæ per Virgines Vestales pro populo, seu pro salute populi Ro. fiebat, & in ea domo in qua erat imperium.* Vide & Iuuenalis sat. 9.

Pro populo faciens quantum Laufella libebat. eodem sensu Dio ait ὑπὲρ τοῦ δήμου. sic enim lib. 37. de Cicerone colloquens: [illegible] ὑπὲρ τοῦ δήμου [illegible], &c. plura vide apud Brisson. d. loco: ab eo enim hæc hausi.

Sic submotis extra conspectum omnibus viris.) ita exempp. mea quinque. vetus tamẽ lectio codicũ Pinc. *extra consepium.* quod ego non dubitauerim deinceps agnoscere pro Senecæ germano.

Vt picturæ quoque masculorum animalium contegantur) hic quidam ait legere se, *contegerentur.* cur alterum illud minus placeat, scire vellem. nam exemplaria quæ ab se flent non habet, puto. certe mei publicatam scripturam propugnant. quod restat, non contineo me quin appingam Senecæ illustrando versiculos aliquot lepidos Iuuenalis ex Sat. 6.

Atque vtinam ritus veteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Nouerunt Mauri atque Indi, quæ psaltria penem
Maiorem, quam sint duo Cæsaris Anticatones,
Illuc, testiculi sibi conscius vnde fugit mus,
Intulerit, vbi velari pictura iubetur,
Quæcunque alterius sexus imitata figuram est.

hæc enim Pulcrum illum tanguot, vt & annotat vetus Aquinatis illius commentator, dum ait, *De Psaltria, id est, de Clodio dicit, qui templum Bonæ Deæ ingressus habitu psaltriæ, adulterium commisit.*

Et quod hac etiamnum pactione turpius est.) Col. *etiam nunc pactione.* Pal. sec. *etiam in hac pactione.* alij tres *hac etiam nuncupatione pactionem* non libenter eiecerim, sed enim cum veniat in mentem vocis *nundinationis*, liberum relinquo criticis vtram recipere ament. eam enim non minus huic rei aptam atque alteram illam, notum satis vel ex his Ciceronis Verrina 4: *Ab isto & pecco qui voluit illum ordinem pretio mercatus est. & pueri annorum*

simulo

num septenumque deni Senatorii nomen nundinati sunt.

Salary loco exacti sunt.) Pal pr. sec tert. Col *stillari loco exacta sunt.* quart *stillari exacta sunt.* absque voce *loco.*

Etiam noctes certarum mulierum.) ita Muretus, quod legisset apud Pincianum fuisse codicem in quo *certarum,* non vt publicauit Erasmus, *noctes scortorum mulierum,* qui tamen valde probabiliter diuinat legendum, *senatoriarum mulierum.* mei quatuor, *nocte scortorum mulierum* Pal. sec *nocte scortoracam mulierum.*

Atque adolescentiorum nobilium perductiones.) efficax vox vltima fateor, sed eum nata sit de cerebro eius qui Romanæ editioni præfuit, eam hinc relegabimus in multo maximam malam rem, reuocata ea quam & agnoscit editio Erasmi & mei scripti quinque, *nobilium introductiones* nam & sic quoque extat in Epistolis ad Atticum.

Adulterium vbi feceris damna) ita quidem Erasmi editio, nec abit Pal sec sed enim Col. *Adul. vt facias. damna* Pal. pr *Adulterium non facias damna.* tert *Adulterium nisi feceris domina* quart *Adulterium nisi facias deprauetis* omnibus perpensis, dico rescribendum; *Adulterium nisi feceris, damna,* vt velit, tam certo pollicitum Senatoribus amatorum corporum fruitionem, vt nisi ea illis perduxisset, ipsum se merito damnarent.

Intra comperendinationem fides prom. ssimes stabit.) ita alias legi notatum ad meam editionis Erasmianæ, quæ habet, *Intra comparandi rationem fides prom.* quomodo & palam Pal. sec nam pr. tert quart *Intra comparandi rationem fides promissi me extabit.* Col. *Intra comparandi rationes fides promissi mei extabit.* Erasmus inquit forte legendum *citra* sed non est.

Illud est matribusfamilias denunciare, hoc illudere) ita restituit ex suo exemplari vno Pincianus, neque aliter legitur in Pal. sec nam Erasmus minus ediderat: *Hoc vero matribusfamilias denunciare est* quomodo & præfert Pal. tert quart Col. nam pr. etiam præterea aberat vox *vero.* lectio tamen illa plenissima conspiciebatur in Pal. tert. sed alterius manu. Ceterum agnoscat mihi hic iterum lector peruersum ordinem verborum.

Inter hos tamen iocos impune tulit.) ita Pal. sec. quart. Col. at pr. ac tert. *Inter hac tamen, iocos impune,* quod mihi potius erit.

Quicquam fuisse corruptius.) ita Pinciani & mei sed nec aliter editio Erasmi, extitisse tamen alibi *Quicquid,* castigationes Hispani illius produnt.

Postulare Floralis iocos nudarum meretricum.) ita Muretus ex vno codice Pinciani, cum esset in Erasmo, *nudandarum meretr.* neque aliter sane Pal. sec. tert. quart nam pr & Col. *mundanarum metricum* Pincianus prius illud etiam mauult, ego, *nudatarum,* quomodo est in Pal tert. ab alia scriptum manu, ob illa Valerij lib 2 cap vlt. vbi de hoc facto eis sermo: *Eode ludos Florales, quos Messius Ædilis faciebat spectante, populus vt mima nudarentur postulare erubuit.* scilicet licentes illi ioci proferebantur primum meretricibus iam nudatis.

Credis spectasse tunc seuerius homines quam indicaßè? & fient. & facta sunt ista. & licentia vrbium) ita editio Romana at Erasmi, *Si credis spectasse tunc seuerius homines quam indicasse, & fieri facta ista ex licentia vrbium.* qui notat priorem editione habuisse, *seuerius homines spectasse indicasse, & si fieri facta ista ex licentia vrbium.* adiicitque alium librum retulisse, *indicasse, & fient & facta sunt, & licentia vrbium.* alium vero *& facta ista sibi ex licentia.* ex quibus vestigiis legendum conijcit; *Si credis seuerius spectasse tunc homines quam iudicaße, & fient qua facta sunt. Si ex licentia vrbiu. aliquando disciplina metuque, non quam sponte consident,* siue *concident.* mox, pro *permisiße,* legendum *permissum esse.* legit Pincianus ex vett. codd *Si credis spectaße tunc seuerius quam iudicaße & fient & facta ista sunt. Et licentia vrbium, &c* ex quibus videmus vnde vltima illa hauserit Muretus Pal pr tert. refert, *Si credis spectaße tunc seuerius homines quam indicaße & fieri facta ista sibi ex licentia vrbium* sec. *Si credis spectasse tunc seuerius homines quam iudicasse. & fient & facta ista sane, & licentia vrbium.* quart *Si credis spectaßet seuerius homines quam indicaßet fieret & facta sunt ista ex licentia vrbium.* Col. *Si credis spectasse tunc seuerius homines quam indicasse, & fieret & facta sin ex licentia vrbium.*

Nunquam sponte confidet.) ita & Pal. pr. ac quart. Col. *confidens.* Pal pr. tert *consideret.*

Non est itaque quod credas nunc plurimum libidini permißam eße) ita quidem Erasmus. at Pal. pr. sec *permisiße.* tert. vero, item quart. at Col. *Non est itaque quod credas non plurimum libidini permisiße* ita, inquam, tres illi, nisi quod Palat. tert. retineat, *ita quod credas.* quasi videlicet verbum sequens literas aliquot præcedentis verbi absorbserit. & hercle, lectio illa vltima mihi magis laute sapit quam altera illa, quæ partim Erasmianæ innixa coniecturæ.

Iudices apud reum consisterentur.) sic voluit Pincianus ex suis, vt eadem dictio venuste iteraretur, sicque alioqui soleat auctor Erasmi editio seruat *apud eum,* cui accedunt Pall. quatuor. nam Col. *apud eum reum consist.*

Rei iudicando causa.) ita Erasmus & Pal. sec tert. quart. Col erat in pr. *est iudicandi causa,* quomodo etiam malebat Pincianus.

Conciliaturas exerceret in ipsa causa dictione.) sic solum Pal. sec. nam Pal. pr. *in ipsa causa edictione.* tert. ac Colon. *in ipsa causa edictione.* quart. *in ipsa causa edicto, ne credat, &c* credo hæc inde orta quod diphthongus duplici scriberetur litera.

Qui damnabatur vno adulterio.) ita cupiebat Pincianus. nam Erasmi editio, *vni,* cui assensum præbet Pal. sec. nam Col. habet *vnius,* item mox, *absolutus est multis.* Pal. pr *qui damnabant viri adulterio* & sic quoque tert nisi quod ille *damnabat* quartus facit pro lectione quam arripuit a Pinciani diuinatione Muretus.

Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.) ita ex Pinciani lectione antiqua Muretus, cum esset in Erasmo *fert* at alterum illud etiam in meis omnibus Pall. quorum tamen sec. habet *Clodium,* vt & Col. quin tert. *Claudies,* quod non ita inficetum.

Non pronum iter est; tantum ad vitia, sed praceps) ita & Erasmus. notat tamen Pincianus antiquam omnem & recentiorem lectionem præferre: *Non pranuncius tantum ad vitia, sed pracepi* quod miror. nam Erasmi editio, nisi fallor, castigationibus eius longe prior est editio illa, inquam, Erasmi quæ exhibet Epistolam eius datam Basileæ anno CIↃ IↃ XXIX. verum vt est mss. mei quinque illud *pranuntius* seruant. scribendum que existimat Pincianus, aut, *Non in pronum imus tantum ad vitia, sed in precepi.* aut certe: *Non pronimus tantum ad vitia, sed pracipites.* si mihi quid addere licet; dixerim fuisse duabus literis minus. *Non pronimus tantum ad vitia, sed pracipet.* sciatq velim lector, fuisse scriptũ to Pal. sec *Non pranũtius*

Pudori sunt offenduntque errantem in vita, peccata delectant.) sic Muretus. sed nescio qua motus auctoritate, nam editio Erasmi, *offenduntque, dum errantem vita peccata del.* monuntque Pincianus legendum ex veteri scriptura *offenduntque deerrantem Vito peccata delectant,* sicque profecto seruat Palat pr. tert. quart. Col solum sec. *offenduntque errantem vita peccata delectant.*

Circumscriptione furteque, nec ante illi culpa quam.) sic voluit corrigeremus ex antiqq. libris Pincianus, sicque est in Palat. sec. ac Col. neque longe abeunt Palat. tert. aut quart. quorum ille habet *circumscriptione furto, qua nec ante illi* hic *circumsc. furtique nec ante illi* est in pr *circumscriptione furti. Qua nunc illi culpa &c.* Erasmi editio, *circumscriptione furti Quod non tam illi culpa quam culpa fortuna displicuit. id praua consuetudine euenit.*

In pessima abductis.) & hoc habet Muretus a Pinciani membranis, quibus fauent mei quinque, cum esset in Erasmo *adductis.*

Ipsas nequitia tenebras timet.) ita eleganter Erasmus. Palat pr. tert *Ipsa nequitia.* quart. *Et ipsam nequitia.* sec. ac Col. *Ipsas nequitia tenebras timet.*

Latendi fides non potest) putat Pincianus, contra exempp legendum, *latendi fiducia non potest,* tanquam hoc ex seqq liqueat. at arbitror ego hic consistere posse vocabulum prius, quo iterum vtitur circa huius Epistolæ finem: *Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia.* quod miror non vidisse argutum alioqui perspicacemque illum Criticum.

Quia latendi etiamsi facultatem habeant.) vult nos rescribere ex mss. suis Pinc *felicitatem* quod etiam extat in Pal. sec. ac quart.& vix exclusierim. nam & alludit Pal. pr. qui,*facultatem.* alterum tamen restat in tert. ac Col. neque male illhic conuenit.

Ita est. tuta scelera esse possunt. secura non possunt.) prior dictio *possunt*, non est in editione Erasmi mei vero hic fallunt: habent enim, *Ita est, tuta scelera esse non possunt.* solum Pal quart. *posse* pro illo *possunt.*

Hoc ego repugnare.) sic malebat ex suis Pincianus.cum editio Erasmi præferret,*ergo.* quod extat in plerisq; meis. & semper fere errant in eis vocibus calamo exarati. causa est quod æque & *ergo* & *ego* sæpius duabus tantum pingerentur literis, quarum altera tantum non superposita alteri.

Et hac & illa secunda pœna premuntur.) ita Erasmus. at Pal. pr *& hac & illam secunda pœna.* sec. *& hac illam mali mentem secunda pœna.* tert. *hac & illam sedem pœna.* quart. *hac & illam scelero pœna* Col. *& hac illam secunda pœna*

Quia vitari metus non possit.) Pal. pr. tert. *quia vetari metus non posse* quart *vetari metus non possint* Col. *vetari metus non possit*: additum tamen ad oram alias legi *vitari,* quomodo clare Pal. sec.

Mala facinora conscientia flagellari.) sic & Pal pr. tert. quart. at sec. *malo facinore conscientiam flagellari*: quomodo etiam repositum ab aliena manu in tert. nam Col. *malo facinoro conscientia flag.*

Et plurimum illi tormentorum.) sic mei quatuor. at Pal. tert. *illis.*

Natura nos a scelere abhorrere.) Pal. pr. ac tert *naturam nos* quod si scitemus; *abhorreo* induceret significationem valde inusitatam.

Quare? quia infixa nobis.) sic Palat. pr. tert. quart. nisi quod hic adpictum habeat a secunda dextra: *Quare? nisi quia*: quod & remanet in sec. nam Col. refert, *Quare enim quia.* sapit vtrumque glossarij figmentum.

Legem & iudicem effugiunt.) quædam Pinciani exempll. *vindicem.* quod ego fere malim, licet mei quinque *iudicem* seruent.

Et in locum pœnitentiæ timor cederet.) sic margo editionis Erasmi, cum editio referat *patientia* quod respuit Muretus: vt sciamus etiam hodie inueniri homines Glauci illius Homerici æmulos. certe *patientia* vox hic omnino reuocanda, vtpote quam constanter omnes mei custodiant. & bis terue supra, hanc significationem isti verbo attribuisse auctorem nostrum ipse notaui.

EPIST. XCVIII.

Quemquam ex felicitate suspensum. fragilibus innititur, qui aduentitio lætus est.) ita & Erasmus. verum notat ad isthæc Pinc. esse codd. qui legant, & forte, inquit, rectius, *quemquam esse ex felicitate suspensum qua fragilibus innititur, qui aduentitio lætus est.* & certe lectio etiam illhæc visitur in Pal. sec. ac Col. nisi quod hic legat, *qui fragilibus.* inculcataque item ab extraneo Palat. tert. quæ prius vt & pr. ac quartus Erasmianam confirmabat editionem. atqui ei ego potius adhæserim.

At illud ex se ortum fidele firmumque est.) ita ex suis Pinc. nec refragantur mei, nisi quod Pal. pr. priores voces *At illud*, nullus admittat. Erasmi editioni deest vox vltima *est.*

Cetera quorum admiratio est, vulgo in diem bona sunt.) bene neque aliter Pal sec. quart Col sed enim pr. ac tert. *admiratio est, vulgo indice bona sunt.*

Omnia quæ fortuna intuetur, ita) sic Pal. pr. tert. quart. Pinciani tamen libri, *intuentur.* pro quibus faciunt sec. ac Col. qui insuper *Omnia quæ fortunam intuentur.* quæ scriptura gulam meam suauiter titillat.

Si quis habens illa, se quoque) ita scribi iussit ex suis Pincianus. at Erasmi, *si quis habens ista.* neuter, mea sententia bene. nam cum exhibeant mei illi quinque, *si qua habet illa, se quoque.* venit in mentem nocuisse auctori nostro antiquam scriptionem, quæ non geminabat ea quæ maiusculis exarata erant literis. itaque fingebam, *si quisquis habet illa, se quoque habet.*

Malus animus omnia in malum.) meis quoque deest vox *animus.* erit ego ea patienter caream; vtpote quæ melius, meo animo, subaudiatur.

Vt carmen fortius ac iustius repetam.) dicit Pincianus quædam exempp. legere *petam*, & sic mei quinque: alia eius *an petam*, pro quo, inquit, non absurde fortasse substitueris *amputem*, hoc est breuius faciam. male ille. legerim ego cum mss. meis, *petam*, hoc est arcessam, producam.

Quo animum tuum magis fulcias.) Palat. pr. tert. quart. *quoa animum.* at Col. non habet vocem *magis.*

Dy melius.) iidem Pall. tres, *Dyi melius*: sed altera tamen scriptura concinnior, quæ mihi memoriam reuocat loci alterius qui est epist. 47. *Dy melius, quod ex istis dominos habent.* ibi enim frustra me præstiti ingeniosum, cum lectio illa & bona & sana, si rātum interpretemur ad eum modum quo hic accipit Seneca. quod velim obseruemus: nam aliter fere vtuntur scriptores. Cicero lib. de Senectute: *Bene Sophocles cum ex eo quidam iam affecta ætate quæreret, vteretur ne rebus Venereis, Dy meliora, inquit.* quæ transscripsit Valerius Max. lib 4 cap 3 idem Tullius Philipp. 8. *Ergo habet Antonius quod suis pollicetur: nos numquid tale habemus? Dy meliora.* & Philipp. 10. *Quaro igitur, cum ne Bruti similem malim, an Antonij: ac permitto vt de tribus Antonijs eligas quem velis: Dy meliora, inquis.* Liuius lib. 9. *Quid tamen si spopondissemus vrbem hanc relicturū pop. Romanum? si incensurum? si magistratus si leges non habiturum, si sub regibus futurum? Dy meliora. inquis.* idem lib. 39. *Id vbi mulier audiuit, perturbata. Dy meliora, inquit.* Virgilius lib. 3. Georg. *Dy meliora pijs, erroremque hostibus illum.* hæc exempla dum mihi in mente, magnas dixi nugas. sed bene, quod per me in rectam redeo viam. ac ne quid amplius dubitem, confirmor ecce his Val. Maximi lib. 6 cap. 1. *Dy melius, quod hunc animum viris earū in aciem non dederunt.* item illis Quintiliani Declamar. 321. *Hoc igitur primum veluti mentium animique tentatis veneno sumus. Sed Dy melius. &c.* nam & plura exempla suppeditat mihi ex iugi illo formularum thesauro Brissonius, ad quem lectorem relego.

In aquis est autem dolor amissa rei, & timor amittenda.) sic quidem etiam Erasmus & Col. ac Pal. sec. at enim primus, *autem amissæ rei & timor amittenda* tert. *autem amissa res timor & amittenda.* quart *autem amissæ rei & timor amittenda.* quod postremum non aliter exceperim atque si germanum Senecæ.

Tu vero metuenda declina.) sic mandauerat rescriberemus ex omni vetere lectione Pincianus, cum haberet Erasmus *Quæ vero metuenda declina*, quod etiamnum restat in Palat. pr. tert. quæ: alij tamen tres stant pro libris Pinciani.

Speculare & auerte.) stulta lectio, & contra mentem auctoris, qui vult, vt prouisum quod declinari non potest fortiter toleremus. scripsi vna litera plus *speculare & aduerte* in Suspic lib. a 4. cap. 3. nunc stabilitur illa mea diuinatio auctoritate Pal. tert. ac Col.

Et ad tolerandum omnino offirmat animus.) Palat. pr. ac quart. *tolerandum esse obfirm.* tres alij patrocinantur scripturæ editionis Erasmi: *omnes obf.* quod præfert Romana, debetur mss. Pinciani.

Quam semper timere.) mei quinque, *quam prætimere.* quod valde probo, probatque & Stephanus lib. 2. Prood cap. 10. quod eandem quoque in vno atque altero inuenisset exempl. proque ea vult facere quæ proxime sequatur. *Quæ ista dementia est, malum suum antecedere?* at vero *prætimere* pro valde timere, inquit adfert ex Plauto.

Et istos satageos ac sibi molestos.) ita alias legi notauit ad oram editionis suæ Erasmus, a *satagendo* inquit, sicut *abigeos.* erat autem in contextu *satagios* & vero *satagios* est in meis quinque at ecce tibi qui legit *sesengios,* adiicitque auctorem nostrum hoc confictō atque innouato vocabulo exprimere ...... & vt ipsemet Seneca loquitur, *sibi molestos* qui in ille alium quærat cui cenione fareiat. certe ab altero illo stat Iurisprudentiæ patrioris vere parens Alciatus lib. 8. Parerg. cap. 25. qui consulatur.

In ipsis miserijs sunt, quam ante illas.) ita inuertit dictiones

a

ctiones istas Pincianus, sola ductus animi coniectura, cum esset & in Erasmi editione & in membranis eius, *in ipsis miseriis quam sunt ante illas.* quod certe Muretus editione sua excludere non debebat, recepto illo alio quod nullis suffultum tibicinibus. nam & mei quinque, vt decet, sustentant ordinem verborum qui in editis ab Erasmo. hæc enim verba adhuc pendent ab iis quæ præcedunt.

Plus dolet quam necesse est qui ante dolet quam necesse est) vete Pincianus, qui hunc locum resarcisse prædicat. Nam antea solum habebamus, *Plus dolet quam necesse est.* abiectis vocibus seqq. sex. quæ tamen aperte extant in Palat. sec. item a secunda manu in tert. reliquis tribus absunt: inter quos Col legit. *Plus dolent.*

Eadem enim infirmitate dolorem non æstimat, qua non expectat Stephanus Epist 36 ad Dalech. expungit negatiuam particulam, legendo, *dolorem æstimat:* me profecto & libris scriptis omnibus inuitis, in quibus dictio illa abnutiua palam extat. nam Pal. sec. ac quart. nulla litera nimus stabiliunt lectionem vulgatam. pr. ac tert. vero exhibent: *Eandem enim infirmitatem dolorem non extimat quam non expectat.* Col. *Eandem enim infirmitate dolorem non æstimat quem non exp* male & illi. nam recepta scriptura hoc vult, æque eum errare in æstimando dolore, quam in expectando.

Eadem intemperantia.) sic iterum ex Pinciani mss. Muretus, cum vox prima desit Erasmo, Pal. pr. tertio habetur tamen in sec. quart Col.

Et oblitus fati quo humana iactantur.) sugillat Romanam editionem Stephanus Epist. 26. quod pro Græca voce *& oblitus potaueris quo &c.* retinuerit scripturam editionis Erasmi. vere. nam testatur Pincianus, antiquiores cusos habuisse minus vitiose. *& oblitus huius peccati quo* legendum enim ex omnibus mss exempp *& oblitus huius peccatis quo* quod quoque est in Pal. sec. item in tert. sed a peregrina manu. cum prius fuisset, vt etiamnum est in pr. ac quart *huius peccati quod humana iactantia.* Col. habet *huius peccati quo humana iactantia.* de voce *potaueris* multa Scaliger ad Festum & Manilium.

Mortale est omne mortalium bonum.) ita Pinc codd. ita etiam correctum ab alio quopiam in Pal. sec. sed is tamen prius, vt & alii mei quatuor & Erasmus, *omnium.*

Ceterum tam improbi sunt.) Col. *Ceteri.* sed contradicunt alii quatuor.

Quo illos singuli dies trudant.) ita forte legendum annotauerat Erasmus & Pincianus. quod arripuit Mureti editio tanquam si calculus esset Mineruæ. vulgatur *turbent.* quod & in Palat pr tert. quart. Pinciani membranæ *turbant,* exemplar tamen eius Gallicanum *trahant.* quod mihi probatur, nam & sic Pal. sec. ac Col.

Vt mereantur aliquid se amittere, amissuri vno die omnia) Pal. pr tert. quart. *vt mereatur aliquid ipsos amittere, amissuros,* neque aliter Col nisi quod ille seruet, *amissuri.* sec. abest dictio prima *vt,* & loco *se* repositum habet *ipsos.*

Quicquid est cui dominus inscriberis. Pal. pr. tert. quart. desiderant pronomen *cui.*

Perdere quod perdendum est.) ita mss Pinc. Erasmi editio, *quod periturum est* Palat pr. tert. quare *perdere. peremdum est.* sine dictione *quod* sec. ac Col. *perdere quod peremdum est.*

Pro accepto nihil debet.) Pal. pr. tert. quart. *nihil habet*

Iniquitate desiderii perdimus) Erasmi editio, meique quinque, *perdidimus.*

Rursus ista quæ vt speciosa & felicia trahunt vulgus.) ita etiam Pal sec. ac Col. verum Pal pr. tert *rursus Itaque vt speciosa & felicitas trahunt vulgum* quart. *rursus. Ista quasi speciosa & felicia trahunt vulgum.*

Intelligebat enim quod dari posset, & eripi posse.) ita etiam Pal. tert. ac quart. & aliquot Pinciani codd. alii eius *quod dari potest, & eripi posse.* Erasmi editio, *quod dari posset, & eripi,* sine dictione, *posse.* Pal. pr. sec. *quod dari posset, & eripi posset* Col *qui dari posset. & eripi posse.*

Nos quoque aliquid ex his faciamus animose. simus inter exempla) ita etiam Erasmus. carpitque iure Stephanus Epist. ad Dalech fungos illos, qui quod insolens videretur loquendi genus *esse inter exempla,* postea ita interpunxerunt. *faciamus: animosi simus. Inter exempla quare desimus?* sed nec sic tamen lectio isthæc sincera arbitror enim scribendum, *Nos quoque aliquid & ipsi faciamus animose.* quomodo aperte extat in Palat. sec. item in tert. sed a peregrina manu, cum prius fuisset *ex ipsis,* quod etiam permanet in Pal pr. quart. Col.

Restituamur vt possimus, dolores.) Pal pr tert. *vt possit.* quorum vltimus emendatus est ad hanc faciem, *Restituamur ergo vt possimus.* quomodo plane remanet in sec. ac Col neque displicet.

Et his similibus leniatur.) Pal. pr. *leniter.* tert. quart. Col. *leniter*

Illa vis vlceris quam opto mehercules mitigari. & aut sanari.) sic scriptura Pinc. codd Erasmi *ista vis.* Pal. pr. tert. quart. Col. *illa vis vlceris quam optime mehercule potest mitigari.*

Sed securus de ipso sum) ita voluit ex suis Pinc. non vt Erasmi habet editio, *de isto.* at mei omnes, *de illo sum.*

De nostro damno agitur.) Pal. tert. *vestro damno* male. porro annotat Muretus cum huius seruis nulla in superioribus fiat mentio, credibile esse multa huius Epistolæ principio desiderari at Stephanus crediderit potius, huius ipsius Epistolæ finem desiderari, & alius principium, ad quam pertinent præcedentia ista. *His sermonibus & his similibus,* & reliqua vsque ad finem Epistolæ. ita Stephanus Epist. ad Dalech. 27. cuius sententiæ ego acquieuerim.

Alius iam hic cruciatus finisset.) Pal. pr. tert. Col. *Alius iam cruciatus hic finis est.* sec. *alius iam is cruciatus finis est.* quart. *alius iam cruciatibus hic finis.*

Hic tam turpe putas mortem fugere, quam ad mortem confugere.) P Faber lib 1. cap. 23 Semestr. iubet obseruemus genus illud loquendi. rectum enim verborum ordinem esse, *ad mortem confugere quam mortem fugere.*

Non si suadebit, exibit?) est hoc etiam a Pinciani libris. Erasmi enim editio *nonne suadebit & exibit?* cui adstipulatur Pal. pr tert quart at vero Pal. sec. ac Col. *nonne si suadebit eos exibit?* quod ego melius putarim aliis illis lectionibus duabus.

Si nemo iam eo vti poterit.) sic Pal quart. at Col. *iam nisi eo poterit* Palat. pr. tert. *si nemo iam vti te oportet.* vt fere putem fuisse. *si nemo iam se vti poterit.* sed non repudiauerim prorsus lectionem vulgatam; nam & ei alludit Pal. sec. qui, *iam vt re r poterit.*

Philosophiam in opere discere.) sic legunt, inquit Pincianus, pleraque exempp. vnum tamen habet, *in opus ducere.* nihil ego mutauerim. *discit* enim *in opere,* qui discit dum facit. estque frequens illud genus loquendi apud nos.

Et ad verum exerceri.) Pal. pr. tert. *ad versum exere.*

Cum illa accedat. hic premat.) iidem duo, *illa cedat* puto male.

An possit aliquid deleri.) Pal sec Col *posset aliquis.*

Magnos quoque animos admota submittere.) Col. *submitteros.* item Pal. sec. cui præterea deest vox *magnos.*

EPIST. XCIX.

Epistolam quam scripsi Marullo.) sic solum Pal. quart. nam pr. ac tert *Merullo.* sec. ac Col *Marillo.* in tert. repositum est a secunda manu. *Merillo.* verum vt vt sit. notat Stephanus Epist. ad Dalech. 27. suspicari se Epistolam hanc conflatam esse e duabus: & cum alia sint quæ se in hanc suspicionem aduocant, tum vero quod vnum idemque argumentum non paucioribus quam præcesserat verbis repetatur.

Leniter illum debere tractari.) sic scribendum, non *leniter,* vt habet Erasmi editio, tangit Stephanus Epist. 22. & *leniter* quidem extat in Pal. sec. tert Col.

Incerta spes.) Palat. sec. *incerta spes.* sicq. etiam emendatum ab aliena dextra in Pal. tert. qui tamen prius, vt & alii omnes, vulgato suffragabatur.

Pusillum temporis perit.) Pal. sec. *Pusillum temporis parvis causas doloris conquerimur & de fortuna. &c.* inepte. neque ei vllus assentitur præterea mss nisi tert. sed a secunda demum sic loqui coactus manu.

Quibus ingemiscunt homines moris causa.) membranacea, meorum scriptura *amoris caussa,* & sic etiam vulgatus

ab Erasmo. extat tamen in vno Pinciani libro *moris* illud. quod germanum esse auctoris autumat Stephanus lib. 2. Prood. cap. 10. & esse quod græci dicunt *νόμῳ χάριν*.

Quod damnorum omnium maximum est, si amicum) Erasmus male priores quinque voces adnectit periodo sequenti, constituitque nouam ab his, *Si amicum*. nam altera illa interpunctio perspicue est in meis scriptis exēpp. quinque.

Quantumve gauisi sunt.) sic Pal. pr. tert. quart. Col. at *quantum gauisi sunt*, est in sec. fatetur que idem de vno codice suo Pincianus.

Inter reliqua mala dolor, quod non supervacuus.) scripserim cum libris & iudicio Pinciani, *inter reliqua mali dolor: Non supervacuus, &c.* nam & sic scribendum hausio ex Pal. pr. in quo *mali dolor & scilicet non supervacuus*. quinis enim facile odoratur duo verba, *& scilicet*, interpretamentum esse. sed & alioqui illud *mali* extat in Pal. tert. ac quart. qui tamen perperam retinent dictionem *quod*, hoc modo, *mali dolor, quod non, &c.* Col. plura etiam adnectit *mali dolor in se, quod non superu.* Palat. sec. *mala dolor in se, quod non supera.*

Cum amico effers amicitiam. & quod doles.) Stephanus lib 2. Prood. cap. 4. cuperet post vocem, *amicitiam*, interrogationis poni notam, vt perinde esset ac si dixisset Seneca, Itane cum amice effers amicitiam! & apte hoc modo sane continuabitur orationis forma, cum præcedat, *Tot annis, tanta coniunctione &c.*

Sed alterum pendet.) laudat hunc Senecæ locum P. Faber ad l. 169. ff. de reg. iuris, quæ habet: *Quod pendet, non est pro eo quasi sit.*

Aut si mortem in homine.) Pincianus putat scribendum, *At* non *Aut*. quod tamen inuenio etiam in meis quinque.

Quod agebat non posse non fieri.) ita Muretus ex vno Pinciani, neque abeunt Palat. pr. tert. quart Col. solum est in Erasmi editione *quod aiebat non posse fieri*, absque altero *non*. at Pal. sec. *quod non aiebat non posse fieri.*

Si molestias ostimus.) mei *ostimes.* & malim.

Et omni tempestate mobilius.) sic Pal. sec. quart. Col. reliqui *mobile.*

Tamen de eo queruntur omnes.) ita Pal. sec ac Col. & recte. nam vox *omnes* mox opponitur *vno*. Palat. tamen pr. tert. quart *homines.*

Melius agi cum eo qui vita defungitur.) ita etiam Erasmus, nec non Palat. pr. sec. Col. at tert. *melius agi qui vita defungitur*. quart. *melius agi cum eo qui defungitur*. quod vltimum fere est vt retineam.

Propono profundi temporis.) sic Palat. sec. quart. Col. alij duo: *Propone profundi* absque verbo *temporis*. Stephanus Epistola ad Dalech. 31. libentius legerit, *Propone tibi profundi temporis vastitatem.*

Compara immenso.) non ita male Pal. quartus, *compara vniuerso*, nam sic etiam fuisse in aliquot Erasmi. prodit editionis eius margo vbi & ita conspicitur.

Quod optamus, quod extendimus.) ita quidem Pal. sec. quart. Col. at pr. & tert. *quod ostendimus.*

Quantum teneri aut rudes.) sic quidem etiam Pal. sec. at reliqui quatuor, *quantum tenent aut rudes*. & hoc mihi altero melius.

Et intelliges etiam in longissima vita.) Palat. pr. ac tert. *in nouissima vita*. quam vocem examinent velim acutiores.

Sed quis tibi concedat.) mei omn. *concedit.*

Cui auto lassitudinem.) ita mss. mei quatuor; & recte. solum Palat tert. *cuius*: qui tamen postea ad hanc interpolatus est figuram, *quam cui non aut o lassitudinem, &c.*

Nisi aleam in damnum certiores.) correctio ista debita chirographis libris Pinciani: nam Erasmi, *nisi aleam in damnum certius* quomodo etiam Pal. sec. & ab aliena manu emendatus Palatin. tert. in quo prius erat, *nisi aliena. In damnum certiorem potuit euadere*. quod etiam extat in Pal. pr. quart. at Col. *nisi aliena; in damnum certius potuit euad.* quæ scripturæ omnes exorbitant a recto. alea enim ea certior est in damnum, quæ etsi aliquando Venerem exhibeat, plurıes tamen habere solet subsultantes canes.

In arenam luxuria proiecit.) dictum de iis abunde supra Epist. 8. inde petantur.

Non hortor vt nitaris & vrgeas.) sic omnino Palat. tert. nec recedit pr. nisi quod litera vna minus *vrgeas*. vnde factum vt scribat sec. *nitaris & surgas*. quart. ac Col. *nitaris & surgas.*

Vt tibi aduersus hac.) mei, *hoc*. quod alteri præposuerim.

Multum Philosophia profecit.) ita Palat. pr. tert. quart. at sec *proficit*, quod & notatum ad oram Col. in quo *Philos. facit.*

Ad primam familiarium diuisionem.) ita & Erasmus & Col. notatumque ad marginem Palat. pr. qui tamen vt & alij tres, *diuulsionem*, quod mihi perplacet. quidam I.C. dicit se legere *ad extremam familiarium diuisionem*, vel inquit, *ad proximorum familiarium diuisionem*, vt auctor *primos familiares* intelligat liberos, vxorem & similes. at idem alibi citat pro germanis Senecæ, *ad primorum familiarium diuis.* quid aliud est noctem in oculis circumferre? quis enim nescit *primam diuisionem*, siue adeo *diuulsionem*, vocari qua recens ab ipsis separamur, siue peregrinatione longinqua, siue, quod hic Seneca vult, ipsa morte? & quidem qui ignorat eo temporis articulo, omnium maxime hominum affici animos, homo ipse non est.

Puta autem me vetare. Quadam sunt sui iuris.) sic Muretus, sed ex Pinciani scriptis. cum haberet Erasmus, *Puta autem me vetare quadam qua non sunt sui iuris*. quomodo quoque Pal. sec. tert. ac quart. nec non primus, nisi quod ille, *Puta an me*, a quo non multum abit Col. in quo, *Puta an me vetare quadam & qua sunt non sui iuris*. quo magis perpendo verba editionis Erasmianæ, tam magis placent.

Excidunt etiam retinentibus lacrima.) ita & Erasmus, & mei quinque. videtur tamen fere restituendum *renitentibus.*

Cum aliquos viderint.) Pal. pr. tert. quart. *videre.*

Nullius rei bona auctori.) sic mei quatuor. Pal sec *bona.*

Sicut in omnibus.) iidem mei quatuor, *sicut in hijs omnibus.*

Alias vi sua latas.) ita Col. vti & se reperisse in quodam exemplari, licet mendose scripto, fatetur Erasmus: neque dubium ei quin ita legendum sit. prius vulgabatur, *alias visa allatas*: alibique pro *visa* erat *visu*. sic Erasmus. illud *visa allatas* extat in Pal. pr. ac tert. quorum tamen hic reformabatur, hoc modo, *vi sua allatas*. est in sec. *alias vi sua latas*. in quart. *alias visum laturus.*

Quibus adiacentem humorē premit.) sic Pinciani codd. at Erasmi, omnesque mei *perpremit.*

Quos amisimus tractatur.) rescripserim suadentibus quinque nostris calamo exaratis, *retractatur.*

Nec fluunt vnquam tam turpiter, quam finguntur.) ita & mei tres Palat. pr. tert. quart. & recte. sec. ac Col. *inquam*. Pincianus opinatur scribēdum *tam turpiter quam cum finguntur*. male. vult enim auctor non ita turpiter easdem cessare aut fluere, quam vel fingantur: hoc est, omnium turpissimas haberi lacrimas quæ fictæ sint.

Vt illis nec humanitas.) ita fere mei omnes. at inde quærit Stephanus Epist. ad Dalech. 22. quomodo fieri possit vt *humanitas desit lacrimis*: vicissim, quomodo dignitatem illis inesse dicamus! quare minima mutatione legendum autumat, *vt illis nec*, vt de ipso sapiente, non de eius lacrimis hæc dicantur.

Vidi ego in funere suorum verendos.) non aliter & editiones & mss. mei omnes. at est qui se legere iactat, *vidi in suorum funere verecundos*. satis inuerecunde. *verendi* enim hic, quibus sua inest dignitas, sua grauitas. quid? nō antecessit modo: *Sape salua sapientis auctoritate fluxerunt lacrima, tanto temperamento, vt illis nec humanitas, nec dignitas deesset.*

In quorum ore amor eminebat.) videri posse substituēda vox *mæror*, inquit lib. 2. cap. vlt. Prood Stephanus. at illud *amor* extat in mss. meis cunctis: neque debet mutari. dicit enim tulisse eos præ se amorem, etiamsi pompa illa lugentium abesset.

Nisi quod veris dabatur affectibus.) Palat. pr. tert. quart. *versis.*

Funus locatur.) efferundum nempe deferundumque

ad se

ad sepulturam. Valerius Antias lib. 75. Historiarũ. *Deinde funere locato, ad forum descendidit.* Apuleius lib. 3. Florid. *assexit in pomœrijs ciuitatis funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine qui exequias venerant, circumstare, omnes tristissimos & obsoletissimos vestitu.* ibi Colunis.

Quam multũ vitalia erumpunt) ita opinatus est legendum Erasmus. sensit enim, inquit, de cadaueribus, quibus eruuntur vitalia, vt possint condiri. casca editiones, *vitalia emittuntur*, quod extat in Palat. pr. tert. quart. Pinciani omnes, *vitalia emittunt*, quomodo & Col. nam sec. *Quam multi cum maxime funus locatur in talia emittunt* & certe etiam corrigitur a peregrina manu tert. ad hanc formam, *Quam multis cum maxime funus locatur vitalia emittunt.* exclusis etiam illis quæ iterantur, *quam multis* ego hic aliquod vlcus subodoror, sed quod ita cœcum, vt non facile prodam.

Et effusissime flere, meminisse parcissime.) ita mei quatuor. nam Pal. quart. *& effusi si est flere meminisse parciss. &c.* & quiuis facile conicit vnde huic error ille natus. at ecce dicit I. C. quidam se legere, *& cum effusissime fleris, meminisse parciss. &c.* datum oportebat Senecæ nostro magistrum a sermone. quid enim alias indignius, quam præscribere alijs quid & quomodo loquantur?

Sic fera fœtus suos diligũt.) vocem *fœtus* admisit Muretus ex mss. Pinciani, cum illa nusquam esset in publicatis ab Erasmo, exulet etiam meis quinque, me non nolente. concinnius enim, mea sententia, tale aliquid subintelligamus.

Quarum concitatus est amor.) Pal. pr. *quarum contraria ac concitatus est amor.* tert. *quarum contrarius ac concitatus est amor.* quart. *quarum contrarie concitatus actus est amor.*

Illud nullo modo probo.) Pal. tert. *approbo.* quod placet.

Hanc ipsam captandam in eiusmodi tempore.) sic editio Erasmi. est tamen quæ habet *ipse captandam*, displicuitque Pinciano, arbitratusque est legendum *esse*. alioqui, inquit, in meo peruetere exemplari redundat hæc dictio. & vero nulla etiam conspicitur in Palat. sec. habetque pr. tert. quart. *hanc esse captandam.* solum Col. *hanc ipse captandam.*

Ipsa Metrodori verba scripsi.) Pal. pr. sec. quart. *subscripsi*, vt & Erasmi editio: vbi ipse fatetur comperisse vestigia Græcorum elementorum, sed adeo deprauata, vt ex his nihil potuerit conici dignum memoratu. & vero extant etiam in Pal. pr. quart. Col. voces Græcæ plus minus duodecim sed nec earum literas capio. conuocaui amicos Commelinum ac Sylburgium, sed nec illi se expediebant. videbamur elicere vtcunque ex postremis vocibus, [illegible] prima omnium vox videbatur non sententiæ initium, sed auctoris prænomen, nempe μητρόδωρος.

Dolorem in animum aut admittendum non esse.) ita Muretus ex vett. Pinc. cum editioni Erasmi desint illa, *in animum*, neque adeo extent in Pal. tert. remanent tamen in reliquis quatuor.

Dolor animo submonetur.) Pal. pr. tert. quart. *dolor ab animo submonetur.*

Admittitur dico? captatur.) sic inuertit dictiones Pinc. ex aliquot mss. etsi in suo vetusto codice, *sine* legitur pro *dico*. Pal. pr. tert. non agnoscunt vocem *admittitur.* extat tamen in Pal. sec. quart. Col. eo ordine quo excudi voluit Pincianus. nam Erasmi editio, *dico admittitur?*

Ista plaga sananda est.) Pinc. codd. plerique, *curanda est.* neque aliter mei quatuor: solum conspicitur illud *sananda* in Palat. quart. quod peius altero.

Hoc quod viuimus proximum nihilo est.) eodem argumento Plutarchum niti comperi in consulatoria ad Apollonium oratione : ἐπικουφιζόμενοι δ᾽ ἐὰν ἐνθυμῶνται ὡς ὀλίγον βραχὺν χρόνον προειλήφασιν ἡμᾶς οἱ τεθνηκότες ἄμοιροι τοῦ ζῆν ἐστερῆσθαι. καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος, ὀλίγος ἐστὶ καὶ στιγμαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα. Stephanus Epist. 31. ad Dalech.

Et tamen ob dementiam nostram late disponitur.) dixi lib. 23. Susp. legendum: *& tamen (o dementiam nostrã!) late disponitur.*

Qui inscribuntur ciuilium.) ita etiam Pal. pr. ac quart. nec non quidam Pinciani codd. alij eius *qui inscribuntur artium ciuilium*, quibus accedunt reliqui mei tres. alij, *qui inscribuntur artium & Iulium*, alij sine coniunctione, *artium Iulium*, alij *Archiuilium.*

Sed non respondisse.) est a coniectura Pinciani, cum esset in libris eius, inq; Erasmi editione, *& non* quomodo & mei omnes. haud tamen inuitus admiserim alterum istud.

Puta esse quod dicis.) sic Pinciani mss. & mei quatuor. Erasmi *Puto* cui solum accedit Pal quart.

Et effundi verba, non fingi.) ita etiam editio Erasmi ac Palat. tert. reliqui assentiuntur ijs quos euoluit probauitque Pincianus: legunt, inquam, *non figi.* Pal. pr. insuper habet *& effude.*

Non effundere videtur orationem sed fundere.) sic & mei quinque. at scribit Pincianus in vno cod. suo legi vtrobique *effundere*, putatque in priore loco scribendum *fundere*, in posteriore *effundere*, quia sequatur, *adeo larga est*: item non longe a fine Epistolæ de oratione eiusdem, *non est violenta nec torrens quamuis effusa sit* sic ille. at mihi prior lectio magis placet. *funditur* enim cui sua inest series, suusque ordo; *effunditur* quod confuse eiicitur.

Sed ita vt eius esse credamus.) dictio *eius* abest Pal. sec at Col. eius loco habet *vis.* tert. *suauis.* lego, *Sed ita vt vis, esse credamus: mores ille, &c.* quod diserte in Pal. pr. neque nimis abit quart. qui, *sed vt vis esse edamus.*

Primo aspectu oculos occupasse.) est a mss. Pinc. quibus stabiliendis accedunt membranæ meæ quatuor. solum Pal. pr. habet *oculorum*, cui proxime accedit Erasmi editio, in qua *aspectum oculorum.*

Vbi tandem erit fortis.) sic recte scribitur in Palat. pr. at sec. *vbi tantum.* tert. *vbi tamen.* Col. *nisi tandẽ erit.* quart. *vbi tandem erat.*

Sed altius ductos.) monet Pincianus alias legi *latius*, & sic Pal. sec. nam tert. ac Col. *latius dictos.* pr. ac quart. *sutius dictos.*

Quid parum recisum sit, quid parum structum.) sic ex Pinc. Muretus, neque refragantur mei, nisi quod habeat Palat. sec. *parum structum*, quomodo de coniectura legendum putauerat Pincianus, quod sequeretur non multo post, *exceptis paucissimis quæ ad certum modum, & ad vnum exemplar adstricta sunt* quamuis, inquit, de Pollione id, non de Fabiano. ego defenderim illud *structum*, vt sub sit metaphoricum quid ab ædibus petitum; ponaturque pro *instructum.* sic Cicero 3 de Oratore: *Collocationis est componere & struere verba sic, vt neue asper eorum concursus, neue hiulcus sitũ.*

Et concisura aquarum cubiculis interfluentium.) sic editio Romana ex coniectura Erasmi, qui inquiebat legi in mss. *aquarum a cubiculis*, quod ei tolerabile, si tolleremus præpositionem. Lipsius malebat legere, *& concisura laquearium cubiculis interf.* lib. 1. cap 16. Elect. vulgata lectio habet, *& concisura aquarum a cuniculis interf* quam agnoscit & Turnebus. Pal. sec. *a vinculis interfl.* Col. *amniculis interfluentium.* tert. *aquarum cuniculis interfl.* pr. ac quart. repræsentant quomodo diuinauit Erasmus. atque id mihi purum videtur.

Et pauperis cella.) sic mei quatuor: tantum Pal. pr. *cellam* Erasmus notat constare, vocem *pauperis* esse suppositiuiã, nec adhuc tamen, inquit, queo diuinare quid sit reponẽdũ. Pincianus hic tacet, quod accipio atque si mss. eius facerent pro vulgatis. Gothofredus tamen testatur hæc tria verba quibusdam deesse, & quidem, vt vult, merito. scire vellem vnde hauserit. nam ista mihi omnino requiri videntur ad sensum: qui hic, desint sane aquarum amnes qui inter domum tuam fluant & vicini pauperis; desint, inquam, aquæ quæ eam ab illius cella tanquam a re impura & irreligiosa, separent. &c. rem tetigi, nisi potius *pauperis cellam* vocat, domus illam partem quæ destinata seruis, aut adeo in qua ostiarius.

Quod dici solet domus recta est.) & hæc quoque, inquit idem Gothofredus, vel supersunt otiose, vel mutilum locum esse ostendunt. imo neutrum. admissa enim inter-

preiatione mea, isthæc necessario requiruntur, & alioqui ab omni æuo habita sunt pro puris, pro sinceris, nisi quod de eis nonnihil dubitauit Erasmus. obseruatum enim a summis viris, in oratione Latina *rectum* esse, quod nõ est comptum, non ornatum, non fucatum, sed simplex & verum laudabileque, præ se ferens honestatem quandam, & sponte sua quandam gratiam inaffectatam, sed germanam quandam veritatem sinceramque. Cicero in Bruto de Commentariis Cæsaris: *Atque etiam Commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem, inquam, probandos, nudi enim sunt, recti & venusti.* sic *recta domus* iisdem viris dicitur, quæ nimio luxu corrupta nõ est, neque laquearibus ac marmoribus pellucet, neque elegāti tectorio aut lacunari perpolita est, sed laudabilem quandam mediocritatem ostendit. sic fere ad hunc locum Turnebus lib. 26. cap. 12. Aduersariorum, quibus non absimilia Erasmus Chil. 4. Cent. 5. Adag. 3. adiicitque, eundem ad modum a Tullio *Græcorum linguam conferri ambitiosæ meretrici, quæ multo luxu superfluat Latinorum, honestæ ac pudicæ matronæ, cui nihil desit quod ad honestam pertineat munditiem.*

Ne ad expectatum respondeant.) sic quidem Erasmus: at mei omnes, *ne ad spectatum*: quod non displicet, vtique cum auctores hoc illoque verbo promiscue vti iam aliquoties exemplis adductis ostenderim.

Seruat pedem, curuata, lenta, & sine infamia.) Palat. sec. tert. Col. *Seruat pedem, curuat lenta & sine.* at pr. ac quart. non habent vocem *seruat*: legitque hic, *Pede curuat lenta qua sine infamia.* ille, *Pedem curuat lenta & sine inf.*

Non sunt humilia illa sed placida sunt enim tenore quieto compositoque formata.) ita & Erasmus. at monet Pincianus castigemus ea membranis eius, *sed placida, & ad animi tenorem quietum compositumque formata.* quomodo etiam testat in Palat. sec. tert. Col. itaque quid dubitamus alteram istam admittere lectionem? nam alij duo mutilati sunt, leguntque solū, *nõ sunt enim tenore quieto compositoque formata* quomodo & fuisse alibi in auorum æuo excusis innuit Pincianus.

Sed totum corpus vide quamuis non sit comptum, honestum est) non aliter Erasmus, vulgati antiquitus: *Sed totum corpus videri quam sit comptum honestum est*: eni accedunt Palat. pr. quart. Col. nisi quod in pr. *cemtum.* at sec. *Sed totum corpus videris. quam sit contemptum, honestum est* tert. *Sed totum corpus videris quam sit comptum. Honestum est.* sicque etiam retinent chirographi Pinciani. nisi iudicans fallor, locus sic est restituendus, *Deest illis oratoris vig. st. quos quæris sententiarum sed totum corpus videris, quanquam sit incomptum, honestum est.* addidi tantam literas duas de meo. illud enim *quanquam* delituit in voce *quam*, quæ bis exprimenda erat, aut exaranda charactere maiori.

Non habet oratio eius dignitatem. Affer quem Fabiano &c.) prætermisit editio Romana voces binas, *Non habet oratio eius, sed debet dignitatem. Affer quem &c.* sic sane Erasmi editio, sic calamo scripti quinque, neque excluserim. illa enim oratio Senecæ dicetur *debere dignitatem*, quæ eam non repræsentat quidem, sed tunc demum eahibitura est, cum iam sæpius audita, sæpius lecta: atque ita licet non habeat dignitatem, eam tamen tempore suo proferet, tunc scilicet cum obligationis veluti dies cesserit. nimis acutum istud alicui videri queat, sed non est. nam & sic quoque in ea voce Martialis lib. 2. Epigram.

Sexto nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur.
Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.

nempe ita etiam frustra dignitatem Fabiani deberet oratio, si nullam penes se vnquam esset habitura. cessat enim ius exigendi, vbi debitor non est soluendo.

Dic Ciceronem.) ita omnes mei. at Stephanus lib. 2. cap. 4. scribit scribendum sibi videri, *Duos.* atque ita iterum reponi cuperet mox vbi Asinij mentio.

Pene totidem sunt quot Fabiani.) Palat. tert. *vix totidem sunt.*

Cedam, sed vt respondeam, in re tanta eminere.) Stephanus ibidem inquit, vocem *vt*, hic sonare, *ea conditione vt*, siue *ea lege vt*, quod forsan operæ pretium fuisset monere, nisi lectio ista manasset ab ingenio Erasmi. cum enim præferret editio eius: *Cedam, & respondeamus in re tanta*, annotauit e regione earum vocum, forte legendum, *sed vt respondeam*: cui coniecturæ nullus meorum fauet. omnes enim retinent illud *Cedam & respondeamus in &c.* præter Pal. quart. qui, *Credam, & respondeamus.*

In re tanta eminere est, & post duos esse.) sic Palat. pr. quart. & recte. at Palat. sec. tert. *in rem tanta enim res est post duos esse* Col. *in re tanta enim res est post duos esse.*

Quos non magis Philosophia annumerare possis quam historia.) ita prorsus mei quinque. at caligat hic Pincianus, atque; aut inuersas esse dictiones & legendum, *quos non magis historiæ annumerare possis quam Philosophiæ.* aut certe eiiciendam esse negationem *non*, & scribendum, *quos magis Philosophiæ.* imo mi Pinciane, neutrum faciendum, sed vtitur hic ordine verborum inuerso auctor noster, vti alias sæpe, eoque idem vult quod ipsum velle suspicaris.

Quamuis elata sit.) ita quatuor mei. Palat. pr. *electa*, quod etiam fuit in vno Pinc. sed perperam.

Desideras, inquis, contra.) ita Palat. tert. at sec. & Col. *Desideras, inquit.* pr. ac quart. *Desideres, inquis.* Pinciani codd. *Desideres inquit.* quod & ipse probat.

Non hoc agens, trahit.) Palat. pr. *non hoc trahit*, sec. tert. Col. *hoc agens trahit*, sine voce *non*, quæ tamen in quarto.

Singula circumspecta.) ita ex vno Pinciani exemplari Muretus, quod & ille probauerat: præcellit enim, inquit, *Videbimus quid parum recisum sit.* & sequitur e vestigio, *noc in se collecta.* at ego malim quod erat in aliis eius libris *circumspecta.* cum & sic etiam Erasmi editio & mei quinque, neque refragetur sententia. eadem enim oratio *circumspecta* est quæ in se colligitur lectoremque vndiquaque excitat ac pungit.

Sed multum erit in omnibus locis & ingens.) mei omnes, *locis sed ingens.* at Pincianus iubet corrigamus ex scriptis suis, *in omnibus locis, sed ingens &c.*

Et ad imitationem sui vocarent.) Pal. sec. tert. Col. *euocarent.* quod placet.

Qui cupiditatem imitandi modo fecit, spem abstulit.) ita Mureti editio. at Erasmi: *imitandi non facit*, quomodo & Palat. pr. tert. Col. malim ego cum Pinciano eiusque mss. eiecta negatione, *imitandi fecit, spem abstulit.* vti etiam retinent Palat. pr. ac quart. haud tamen contemnendum quod conficiebat Iacobus Lectius, *imitandi cum facit, spem abstulit.*

EPIST. CI.

Cum æterna meditantes) sic Erasmus & Palat. pr. ac quart. est in sec. *tamen æterna meditatos.* in tert. *cum æterna meditatos.* Col. *tum æterna meditantes* iubet Pincianus legamus ex veteri lectione: *Tum æterna meditatos.*

Splendidum & officiosum.) sic & mei quatuor. Palat. sec. ordine contrario, *officiosum & splendidum*

Pecunia quoque circa paupertatem plurimam moram habet.) ita editio Romana: at Erasmi, *plurimum amorem habet* cui assentiuntur mei quatuor, item omnes Pinciani: qui cum fateretur non percipere qui esset sensus, & legendum forte putabat, *plurimum mora habet*, aut si hoc magis arrideret, *molem habet* est in Pal. tert. *Pecunia quoque post paupertatem plurimum amorem habet.*

Ille qui & terra & mari pecuniam agitabat.) ita mei etiam quinque, nisi quod in Palat. quart. *terra.* at vellet Pincianus ex veteri suorum reponeremus lectione, *Illum quem & mari & terra pecunia agitabat.* male: nam & sic fere iterum noster Epist. 119. *Circumspiciebam in quod me mare negotiorum immitterem, quod publicum agitarem, &c.*

Qui ad publica quoque.) sic Erasmi editio, sic Pal. pr. ac quart. at alij tres, *ad publicum.* quod certe magis placere posset, nisi videretur iis mutatū, qui ignorarent vim vocis *publici*, quæ & absolute populi Romani notat vectigal, vt probat pluribus lib. 14. Brissonius de verb. sign. Cicero Epistola 1. ad Q. Fratrem: *Publicis male redemptis.* Suetonius Caligulæ cap. 30. de vectigalibus ab Cæsare institutis agens: *Additumque ad caput legis, vt tenerentur publico & qui meretricium fecisset.* Horat. 1. Epist. *Pars hominū gestit*

conducere

conducere publica. Quintilianus Declam. 340: *Ego non ea voluntate feci, vt hic liber esset, sed vt publica non solueret.* idem Declam. 341. *Ante omnia nulla lege comprehensum est, vt alienam rem non profiteri liceret: alioqui publicum euersum est.* addatur l.1.§.1.ff. de publicanis. quod superest notat Pincianus, in vno cod. suo fuisse, *qui ad publica nos quoque.* quod pro ioterpretamento babuerim vocis prioris.

In ipso actu bene cedentium rerum.) sic mei quinque. at fortasse, inquit Pincianus, verior est lectio, *in ipso ictu,* hoc est momento minus, meo animo, recte.

Ne crastino quidem dominamur.) Palat. pr. quart. Col. *ne crastini quidem dominamur.* sec. ac Col. *ne crastinis quidem Dominium.*

Tum demum lassam.) sic & Pal. sec. reliqui *tum deinde lassam* Col. tamen *lapsam.*

Quod autem ad me, an natura certum sit. &c.) citat hanc sententiam Duarenus ad l. 100. ff. de verb. obligat. nec probari vult in conditionibus. quæ enim per rerum naturam certa sunt, veluti præsentia & præterita non morari obligationem, licet apud nos incerta sunt, docet §.conditiones Instit. de verb. obligat. l. cum ad præseos. ff. de rebus creditis.

Tarda manupretia.) vnica voce scribi primum voluit ex ver. lectione Pincianus, ne hoc forte illi acceptum feramus qui χ̄ῆε ὁ πρῶτος ita iussit legeremus. bene tamen ille, quod addit ex Glossis *manupretium, χειροδότιον.*

Qua quoniam nunquam cogitatur nisi aliena, nobis subinde ingeruntur.) ita & Erasmus. at vult rescribamus cum vett. Pincianus, *cogitatur nisi aliena, nob subinde ingerantur,* quibus fere quidem assentiuntur membranæ Pal. sec. quæ habent, *nunquam cogitatur nisi subinde aliena nobis ingerantur.* at cum altera scriptura remaneat in aliis tribus, eam amplectar. nam Palat. tert. *qua nunquam cogitatur, nisi cum aliena subinde nobis ingeruntur,* inepta forsan.

Quam prope versetur) addit Erasmus. *quam prope versetur terminus.* quod & in Palat. pr. sec. Col. nam tert. habet, *quam prope sit terminus.* quart. *quam prope verset terminus.*

Tanquam ad extremum ventum sit.) Pinciani mss. & mei tres, *ad extrema.* alterum illud restat io Palat. pr. ac quart.

Cum vita paria faciamus.) de ea locutione nos alibi. citat vero hunc locum etiam Ræuardus lib. 3. cap. 9. Variorum.

Quod etiam aliquid ex illa differtur.) illud *etiam* non est in Pal. sec. vel tert. eiusque vicem remanet apud pr. ac quart. vox *in* at apud Col. verbum *est.* nullum ex his tribus vocabulis mihi placet. vt tamen eiiciam non patitur religio. vnde enim irrepsisset in tres illos mss. vitiosa scriptura si non aliquid fuisset quod mendæ huius causa? quin & Pincianus, mendosa ista conqueritur, & difficilis ad corrigendum coniecturæ: sed ni fallor, inquit, verior erit scriptura, *quod in aliud ex alio differtur.* nam & verus omnis lectio pro *etiam aliquid,* habet *in aliquid,* & hoc verbum *aliquid,* cum per compendium scribitur, dubitationem adfert, sit ne legendum *aliquid* an *aliud,* sicuti etiam hoc ipso loco scriptum erat in exemplari Facundi & Primitini. sic Pincianus cui fere accesserim.

Nihil est miserius dubitatione venientium quorsum euadant.) ita Muretus ex aliquot exemppl. Pinciani: cum enim edidisset Erasmus, *dubitatione vehementer irruentium quorsum euadant,* notat Pincianus, mss. eos fere omnes pro duobus verbis, *vehementer irruentium,* habere, *venientium,* vt forte, inquit, legendum sit, *voluentium,* siue *volutantium* cui lectioni suffragari videtur quod sequitur: *Quomodo effugiemus hanc volutationem?* sic ille. & vero Pal. pr. ac quartus stant a scriptura codd. Pinc. nisi quod præterea scribant *quorsus* at enim sec. tert. Col. legunt, *dubitatione vehementer intuentium quorsus euadant.* diuinabam pridem, *dubitatione verentium quorsum euadant.* posset etiam quis non longe ab alterius lectionis literis, *dubitatione vehementer hærentium quorsum, &c.*

Collecta mens inexplicabili formidine agitatur.) ita tria mea exempp. at Pal. pr. ac quart. *mens explicabili,* quod & habent omnes scripti Pinc. quibus, inquit ille, fauet quod statim sequitur: *Vno si vita nostra non prominebit, si in se colligitur.* considerandum tamen, adiicit, an desit negatio, sicut multis locis superfluit, & legēdū sit, *Nō collecta mens,* siue *Incollecta mens,* vt sint honesto dicendi modo inculcata duo nomina idem habentia principium, *incollecta & inexplicabili.* sic Pincianus. quibus lectis, I. C. quidam scribit, obiter se monere, a quibusdam *pro collecta mens* legi, *non collecta mens:* vt scias, inquit, id de quo agimus, nō vbique, aut omnibus exemplaribus sibi constare. imo, nulli variant libri in voce *collecta.* itaque non est quod tractet, se emendatione sua totam sententiam luci restituere hoc modo: *Nihil est miserius dubitatione vehementer timentium quorsum euadant, quantum sit illud quod restat aut quale. Hic correpta mens, inexplicabili formidine agitatur* etsi enim malim illa, *quantum sit illud quod restat aut quale,* prioribus annecti, tamen nunquam admiserim adulterinum istud *Hic,* aut spuria hæc, *correpta mens.* retinendum nam, *Collecta mens inexpl. formidine agitatur,* vt probare conor lib 6 Opinionum cap. 9.

Vno si vita nostra.) ita Palat. pr. ac quart. alij tres: *Vno modo, si vita.*

Si certus sis aduersus incerta?) legendum *sit,* non *sis.* præcessit enim verbum tertiæ personæ, *cogitas.* ita Pincianus ex vett. lect. cui adstipulantur Palat. sec. tert. Col. nam alij duo subscribunt Erasmianæ illi lectioni.

Qui hoc modo se aptabit.) ita mei quatuor. at quart. *aptabat.* Stephanus Epist ad Dalech. 22. putat debere scribi, *aptauit,* neque ego nimium refragor.

Subitque auditas.) Pal. sec *subditque.*

Et miserrimum atque miserrima omnia efficiens, metus mortis.) ita Muretus secutus fere Pinciani iudicium, legendum contendentis ex mss. *& miserrimus atque miserrima omnia efficiens metus mortis.* ediderat enim Erasmus, *& miserrimum atque miserrima omnia efficiet metus mortis.* quomodo etiam Pall. sec. ac tert. nisi quod referant *ac* pro *atque.* verum enim vero Col *& miserrimus miserrima omnia efficiet, metus mortis.* Palat. pr. *& miserrimus ac miserrima omnia efficiet timor mortis.* quart. *& miserrimus atque miseriam efficiet timor mortis.*

Debilem facito manu.) ita fere hos in aliquem Glyconiorum versuum ordinem redegit B. Brissonius lib. 1. de Formulis.

Debilem pede, coxa, Tuber adstrue gibberum.) sic fere etiam Erasmi editio. at reponit ex mss. suis Pincianus. *Debilem pede, Debilem coxa Tuber.* quod etiam extat in Pal. sec. tert. Col. quorum tamen vltimus habet, *astrue* non *adstrue.* extat in Palat. pr. *Debilem pede. coxo tuber adstrue gibberum.* in quart. *Debilem pedo coxetuber adstrue giberum.*

Hanc mihi, vel acutam, Si des, sustineo crucem.) ita quidem editio Romana. sed aliter Erasmi, *Si subdas crucem, sustineo.* monetque scribamus ex antiquis codd. Pincianus, *Hanc mihi, vel acuta Si sedeam cruce, sustine* quod omnino placuit Lipsio comment ad lib 14. Annal. Taciti, carpitque Mureti editionem, cum scriptura illa repugnet versui, quæ prima sede vult Trochæum. nam alteram illam Pinciani vocem in bisyllabam contrahendam ait propter versum: additque, bene hic dictum *sedere;* quia qui per postica surrecto stipiti infixus, sessionem mediam contractis ita membris videtur. de cruce hac acuta plura nos lib. ad Martiam. Brissonius locum istum sic legendum ait ex mss. Nicolai Fabri, *Hanc mihi, vel acuta Si sedeam cruce sustine.* lectio editionis Erasmianæ, restat in Pal. sec. item Col. nisi quod ille *Ac mihi.* Pincianorum codd. scripturam repræsentat Pal pr. ac quart. nisi quod hic habeat *sustinebo;* at tert. legit; *Ac mihi vel acutam si subdas crucem, substineo*

Dum monstroso & distorto.) mss. iterum hic omnes *monstruoso* qui tamen inter variant in voce vltima. nam Palat. pr. *& sancto.* sec. tert. *& deserto,* quod & in Col. qui ad marginem notat alias legi *descerpto:* quart. *& serto.* legi posset *discerpto,* vel etiam *despreto;* sed nescio, quomodo aures meas impleat lectio vulgata.

Et acutam sensuro crucem.) ita Erasmus & Palat. sec. ac

Pinc. aliique mei quatuor *sessure*. quod omnino reuocandum.

Est tanti habere animam, vt agam). sic mei tres. Pal. sec. ac tert. *Et est tanti*: quod nō probauerim. etiamsi animetur interrogationis nota.

Quid huic optes nisi Deos faciles?). Plane quemadmodum quibus imprecabantur *deos iratos*, in deuotionibus & execrationibus: ita quibus bonam & sanam mentem optabant, his *Deos propitios ac faciles* precabantur. iterum noster Epist. 110. *Iubeo te habere mentem bonam, hoc est, propitios Deos omnes, quos habet placatos & fauentes quisquis sibi se propitiauit* Terentius Phormione act. 4. sc. 3. Antipho dubitans vtrum insaniret aliquis: *Satin, illi Dij sunt propitij?* Liuius lib. 39. *Erectus a matre, quod probus adolescens (Dij propitij essent) obscœnis vt fama esset sacris initiari nollet* hæc Brissonius lib. 1 formul. quæ mihi non satisfaciunt, vt prodo latius lib 7. cap 3. Opinionum.

Quid timeris dementissime pactio?) sic omnes mss. mei. ne quis igitor sollicitet, nam *pactionem* vocat, quod paratus esset Mæcenas nullum non pati tormentum dummodo relinqueretur vita.

Quid tam fœda vita mendicatio?) scribit Pincianus esse mss. quo legant *commendatio*, neque audet reiicere; quia supra, inquit, velut commendauit vitam suam, cum dixit *Hanc mihi vel acuta, &c.* at ego retinuerim prius, licet ab altero illenc Pal sec. tert. Col. solumque restet *mendicatio* in quart. nam pr. *emendatio*.

Adactus ad illud infelix lignum.) ita crucem vocat, vt & ante eum Cicero in oratione pro C. Rabirio perduellionis reo: quemadmodum pandit Faber lib. 2. capite 8. Semestr.

Tot tormenta tracturam) Pal. pr *tormenta iacturam*, sine voce *tot*. tert *tot tormenta tractaturam* quart. *tormenta tracturam* etiam sine illo *tot*.

Manu sua tradere.) Palat. tert. *trudere*.

Tot conscium scelerum. Excutienda vita cupido est.) longe aliter isthæc exarantur in meis, nempe per maiorem, *Tot conscia scelerum excutienda vita cupido est*

Quam bene viuas referre.) mei omnes *refert* qui tamen deinde (excepto Pal. quarto) retinent, *in hoc esse bene*: ipse enim, *in hoc est bene*.

Ne diu viuas.) Palat. pr ac quart. *ne diu*, sine voce, *viuas*. & esse eam ab commentatoribus inde liqueat, quod ad vocem *diu* notauerit Col. *scilicet viuas*.

EPIST. CII.

Effectum tamen veri habentem) ita & Erasmus. at Pinciani mss. *vera habentem* vt & mei Pal. quatuor. tantum Col. *verum habentem*.

Et iturum si licuisset vlterius) ita legendum ratus est Pincianus, etsi posses, inquit, & legi *itura*, vt referatur ad nomen *cogitationis*. Erasmi editio referebat *iterum*, quod solummodo restat in Pal. pr. alij omn *iturum*.

Credebam enim facile opinionibus) ita exēplar vnum Pinciani, quod sequitur Muretus, firmatque Pal. sec tert. nam pr. vt & Erasmi editio, *Credebam enim facilem opinionibus*. quart *Credebat enim me facilem op.* Col. *Credebam enim me facile op.*

Et in possessionem omnis aui transiturus.) Erasmi editio *transiturum*: quam stabilit Pal pr quart Col. pro altera tamen faciunt sec. ac tert & vero ita se legere prædicat Dion. Gothofredus, cum ne Romanam quidem vidisset editionem.

Negas me Epistola prima) ita Erasmi &c antiquiores, *Neges* at legendum ex mss. *Negat*, tradit Pincianus: sicque profecto legendum ex meis.

In qua probare conabar id quod nostris placet.) ita Erasmus. at mei vno ore, *probare conabaris quod*. & vero sequor.

Ex distantibus.) Pal. pr. ac quart. addunt vocem *ex distantibus constat*. reliqui tres, *ex distantibus est*.

Illam partem recta ad mores pertinentem.) ita quidem editio Romæ excusa: at Erasmi & meæ membranæ, *rectam & ad mores* excipio Col. quæ non agnoscunt verbum *recta*: habent tamen coniunctionem, *&*.

An ex eo quodcumque erit, sensuri simus aliquid fructus, antequam percipi possit.) sic Muretus Erasmus autem. *An ex eo quodcunque erit sensuri simus, antequam fructus ab aliquis percipi aut peti possit*. at Pinciani chirographi, *An ex eo quod cum erit sensuri non simus, antequam aliquis fructus percipi aut peti possit* putatque ipse, vocem *antequam*, redundare. equidem lectio mss. Pinciani extat nulla litera minus in Pal pr at sec. tert. Col *An ex eo quod cum erit sensuri nō simus antequam sit, aliquis fructus percipi aut peti possit*. quart. *an ex eo quod cum erit sensuri non sumus, antequam aliquis fructus sit, qui percipiant peti possit*. I. C. quis iactat rescribere. *An ex eo qui supererit sensuum, sumus aliquis fructus percipi aut sperari possit*. quæ hæc licentia?

Itaque suo loco posita sunt.) ita ex mss. suis Pinc. neque aliter mei quinque. Erasmi tamen editio, *loco sita sunt*.

Nisi aliquid prædixero.) Pal. sec. tert. quart. nec nō Pinc. vnus, *Et nisi aliquid prædixero*, at scribit Erasmus, legere se, licet reclamātibus exempp. *præcidero*, quemadmodum & in iis quæ sequuntur. alludit enim, inquit, ad rem involutam, quam interdum non licet explicare, nisi quædam prius amputaris. a qua emendatione abit Pincianus, legendumque autumat, *Sed nisi aliquid prædixero*. quod & placet Stephano lib. 2 cap. 3. Prood. nisi quod reiicit voculam, *Sed*, eamque subintelligendam putat, neque minus apte dici posse existimat, *Nisi tamen aliquid prædixero*. huius verbi *prædixero*, iterum meminit cap. 10.

Quid est quod prædicere velim) Erasmus *præcidere*. sed male.

Quædam continua esse corpora, &c.) eadē genera recēset quoque Pomponius lib. 30. ad Sabinum: *Tria genera sunt corporum vnum quod continetur vno spiritu, & Græce* ΗΝΩΜΕΝΟΝ *vocatur, vt homo, tignum, lapis, & similia. alterum quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat, quod* ΣΥΝΗΜΜΕΝΟΝ *vocatur, vt ædificium, nauis, armarium. tertium quod ex distantibus constat, vt corpora plura non soluta, sed vni nomini subiecta, veluti populus, legio, grex* adde. l. 24. § itē ea ff. de rei vend. Plutarchus in præcept. cōnubialibus: τῶν σωμάτων φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον, τὰ δ' ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν, καὶ ναῦν· τὰ δ' ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον. Duatenus ad l. 22 ff de legat pr Brissonius lib. 3 de verb. sign.

Quid est quod etiam nunc prædicere velim?) inuerte, inquit Pincianus, dictiones; *Quid est etiam nunc quod prædicere velim?* ita mea sententia, melius legetur adstipulante etiam exemplari Franciscano. hæc ille. at vulgarem scripturam propugnant mss. mei omnes.

Fauni bonum contineri ac regi.) expende, inquit Pincianus, an sit rectior lectio *continuari*, quam *contineri*. non est. nam & ea voce vsus supra Pomponius, quod & animaduertit Gotofredus, & tuentur bibliothecarum libri ad vnum omnes.

Ponendum fuit quo nostra tela mitatur.) ita Mureti editio, secuta sententiam coniecturæ Erasmi. cum enim vulgo vulgasset, *ponendum fuit quia in nostra tela mittuntur*, notauit idem, Non, inquit, suffragabantur exemplaria. non dubito tamē quin legendum sit, *cui nostra tela innitatur*. sentit enim assumendum aliquid per se notum, ad fulturam argumentationis, quemadmodum telæ substernitur stamen. sic optimus ille Batauorum. Pincianus forte legendum ait, *ponendum fuit, qui in nos tela mittantur* mei quinque non recedunt a lectione quam repræsentat editio Erasmi.

Dicitis, inquit, aullum.) ita Muretus ex vet lect. Pincianorum. cui fauet Pal quart. & margo pr. cuius contextus habet *dictu*. alij tres patrocinantur publicatis Erasmi libris, qui *Dicis, inquit*.

Claritas autem ista bonorum virorum opinio est (ita Romana editio, mota iis quæ ad istum locū Pincianus. cum enim præferret Erasmi editio, *bonorum virorum secunda opinio est*. notarat, verbum *secunda* expūgendum ex quodam scripto cod. allato ei ab vrbe Valeria, ad castigationum suarum vsus equidem nescio quantum auctoritatis libro illi tribui debeat: hoc scio mss. meos omnes eam vocem conseruare, nisi si forte fuit, *sancta*, vel *certa*. nam plerique

que notis expressserunt.

Plures insignes & præstantes viri debent.) Pal. pr. *plures signes exspectantes viri deb.* sec. tert. *pl. ins. & spectabiles viri deb.* quart. *& spectantes viri deb.* qui tamen antea etiam habuerat *plures signes.* Col. *plures insignes expectantes viri.*

Ex indiciis plurium efficitur.) sic Pal. quart. ac Col. nam pr. *plurimum* sec. ac tert. *plurimorum.*

Laus, oratio: oratio vox est aliquid significans.) Pal. pr. ac quart. semel tantum perscripserunt illud *oratio.* hinc factum vt deprauarint amanuenses. nam Palat. sec. tert. Col. *Laudis autem oratio vox est aliquid sign.*

Vox autem licet virorum sit bonorum, bonum non est. neque enim quicquid vir bonus facit, bonum est. nam & plangit, &c.) ita Muretus. editi ab Erasmo, *Vox autē licet virorum sit bonorum. Neque enim quicquid vir bonus facit, bonum est.* ad quæ notat Pincianus, scribi in exemplari scholarum Salmanticensium, *Vox est autem licet bonorum virorum sit, bonum non est. nam & plaudit.* additque, ex duobus verbis substantiuis est prius remouendum. ita ille at. Palat. pr. *Vox est autem licet virorum sit bonum, nec enim quicquid vir bonus facit bonum est nam sibilo & plaudit.* sec. *vox autem licet bonorum virorum sit, non est bonum. neque enim. &c.* atque ita quoque tert. quart. Col. nisi quod ij retineant: *Vox est autem.* itaque vix ambigo quin scribendum sit, vti exhibet Pal. sec. nec non Muretus. sicque forte exprimi voluit Pincianus, sed calamos aberrauit, resciditque non rescindenda.

Dicetis, tam ridiculam) Pal. tert. *dicetis.*

Claritas non desiderat, multa suffragia.) ita quidē præsumptuosa Mureti editio. at Erasmi abest negatiuū *non,* meisque adeo cunctis, & iure. nam hoc vult auctor, desiderare claritatem & plura suffragia, & vnum tantum, sed diuerso respectu.

Diuersa horum conditio est & illius.) scribe inquit Pincianus ex vet. lect. *conditio & illius est.* at ego malim, *Diuersa horum & illius conditio est,* vti habet Palat. tert. nam Col. quart. pr. firmant vulgatum, secundus Pinciani codd.

Æque vero sentitur ab his, qui dissidere non possunt.) sic quidem Muretus, sed nescio cuius ductu. nam Erasmi editio, *æque vero insistitur ab his qui, &c.* notatque Pincianus in vno exemp. extare *prospicitur,* non *insistitur*: vt sit sensus, æque consuli veritati a bonis qui discordare non possunt.) in altero vero *Æque vero inspicitur. Dissidere non possunt.* vt etiam in tertio, nisi quod habeat *inficiscitur,* quod & alia eius mss agnoscunt. idemque dico de Pal. pr. nam sec. *Æque vero prospicitur ab his qui dissidere possunt.* tert. *Æque vero inspicitur ab his qui dissidere non possunt.* quart. *æque vero inficiantes dissidere non possent.* quod probare quis posset, nisi dissentirent alia omnia mss nam & Col. *æque vero prospicitur ab his qui dissidere non possunt.* Stephanus Epist. ad Dalec 6 interpretatur Erasmi scripturam, *æque vere* id est veritati *insistitur.* vel scribendum, inquit, *æque verum sentitur.*

Illic idem potest vnius sentētia.) ita ex Pinc. scriptis Muretus, neque secus Pal. sec. tert. Col. pr. enimac quart. *Illic idem potest vna sententia.* Erasmi editio, *Illic enim potest vnius sententia.*

Quia omnium, si rogentur, vna erit.) & hoc facinus Mureti est. nam Erasmi editio, *quia omnium si prerogetur, vna erit.* notatque Pincianus ms. vnum habere *si interrogetur.* & vero, *interrogetur* restat in Palat. sec. tert. Col. sed tamen Pal. pr. *si prarogetur ulla erit.* quart. consentit Erasmo, vt non dubitem quin legendum sit, *quia omnium, si perrogetur, vna sit.* quod miror hactenus nulli venisse in mentem.

Non est vnius vna.) ita Muretus. at Erasmus meique quinque, *Non est vnius vna sententia,* iubetque Pincianus scribamus altero ex duobus modis, aut, *Non est omnium vna sententia,* aut certe, quod magis probat, *Non est. Vnius vna sententia est.* male ille. nam nihil planius scriptura Erasmianorum meorumque codd. quę hoc innuit, tantum abesse vt multi vnum idemque sentiant, vt etiam vnus aliquis non constet sibi, sed modo hoc probet, modo illud. vt merito dixerit lib. 1. Epistol. Horatius:

Isto abu alios rebus studiisque teneri.

Iidem eadem possunt horam durare probantes.

quem locum indicauit mihi Stephanus, cui eadem do hisce Senecæ mens lib. 2. prnod cap. 6. nisi quod legat abiecta voce *sententia,* Moreti forsan motus auctoritate.

Cum dicant claritatem laudem esse bonorum a bonis redditam.) ita ex mss. Pinciani Muretus, neque aliter Pal. quart. nam sec. tert. Col. vocem addunt *a bonis redditam tam.* pr. fauet Erasmianæ editioni, habetque *a bonis redditam.*

Sed aliquem indicet dignum laude.) Pal. tert. ac Col. *si aliquem.*

Non verba illi benigna.) mei omnes, *non verba illa benigna.*

Laudat qui laudandum esse indicat.) sic etiam Pal. pr. quart. Col. alij duo *qui laudandus esse.*

Laus alit artes.) ita bene de coniectura Erasmus, cum passim legeretur, vel, *laus a literis,* vel, *laus aliorsus.* prius illud restat in Pal. pr. ac quart. alterum in sec. tert. Col.

Aliud studiū auribus deditum vitiauit.) ita Erasmus, ac vellet nos rescribere Pinc. ex nescio quo exempl. *debitum,* quæ lectio etiam in Pal sec. ac Col. at malim ego *deditum,* quod & in tribus aliis meis.

Quam popularis assensio.) Pal. sec. ac tert. *assertio.*

Fama vtique vocē desiderat, claritas non.) Pal. pr quart. Col. *Fama vocem vtique desiderat*: alii duo *Fama vocem itaque desid.*

Vtriusque meum qui laudor.) sic fere Pal. pr. quart. Col. at sec. *Vtriusque inquis laudor.* tert. *Vtriusque mei qui laudor.*

Quibus ipse sum boni causa.) Pal. pr. ac quart. *quibus iste sum boni causa.* alii tres, *quibus istius sum,* quomodo & legi cupiebat ex vet. lect. Pincianus.

Est illud laudantium bonum.) sic vetus lectio Pinc. at Erasmi codd. at meorum *Est illud laudantium bon.* Pinc. addit quendam suum ms. ferme habere *laudationem.*

Quin iustitia & habentis bonum sit.) Pal. sec. *an iustitia & habentis,* vt etiā exemplar vnū Pinciani. Col. *aut iustitia & hab.* tres reliqui confirmant vulgatum, quam tamen perditum it ille qui sola inductus libidine corrigēdi quicquid non intelligit, legere se gloriatur, *an iustitia & debentis bonum sit.*

Et eius cui debitum soluit.) sic omnino Col. Pal. sec. tert. & recte Erasmi editio, *& an bonum sit eius cui deb.* Pinciani codex quidam, *& sit autem eius cui deb.* vnde legendum putat, *& sit item eius cui deb.* Pal. pr. ac quart. *& aut bonum sit eius cui debitum soluit.*

Abunde respondimus.) ita Romana editio. Erasmi *respondebimus,* sicuti quoque mei quinque; nisi quod Pal. pr. *abundare respondebimus.* iubet considerare Pincianus, an vetior sit lectio, *responderimus.*

Propositum, argutias differere.) quia sic se legere malle annotauerat Pincianus, arripuit id, non secus ac si ex tripode, Mureti editio cum tamen extet in editis ab Erasmo, scriptisque adeo omnibus, *propositum arguta differere.*

Debeas relegere.) Pal. sec. tert. Col. *debeat.* alij tamen duo stabiliunt vulgg.

Quam inter se perite captantium lusus.) ita Erasmi editio, ita scripta Pinciani exemppl. quare Hispanus ille coniectura ductus opinatur restituendum, *quam inuicem se puerorū captantium lusus.* satis frigide: frigidius tamen, ille qui vulgatam, nescio quam, cōminiscitur lectionē, *quam inter se perire captantium lusus.* eāque ridiculosissima hac adornat interpretatione. nihil enim, inquit, aliud sunt Sophistarum argutiæ, quam lusus eorum qui se mutuo veluti confodere adfectant. sane ego de tali lusu nihil legi, nihil audiui. neque vero explicatio ista duci potest ex verbis illis fictitiis. nā *captare perire,* non est adfectare alterum alterius mutuam cædē, sed vtrinque appetere necem: quomodo verisimile est fecisse Pyladem atque Orestem. verum valeat ille Acesias cum suis pharmacis: redeo ad priscam lectionem testorque extare eam etiam in meis quatuor. solum enim Pal. sec. *quam inter se semper captantium lusus.* Stephanus Epistola ad Dalechampium peculiari pendit amicum illum ad quem ibi scribit, reiecto illo *perire,* quod typographorum inuexerat negligētia, legisse *perite.* sed nondum id ipsi satis. vocabulum enim *palam*

de coniectura interiecerit, hoc modo, *quam inter se perite pilam captantium lusus.* ego literam nullam amplius admiserim quam extat passim in mss. *perite* enim *inter se captant*, qui seinuicem captiosis & fallacibus interrogationibus circumscribere atque decipere conantur.

Nisi communes & cum Deo terminos patitur.) ita & Erasmus & Pal. pr. quart. Col. at alii duo, *nisi communes cum Deo terminos.* quod ego fere admiserim, imo vero omnino.

Aut si quod est etiamnum frequentius incolis, latius tectis solum. Illi patria.) ita fere emendauerat Lipsius lib. 1. cap. 16. Elect. nimirum *frequentius incolis, latius tectis solum.* addideratque, hæc sane, inquit, oppidorũ ornamenta, multitudo ciuium, amœnitas ædificiorum. præferebat Erasmi editio, *etiamnum frequentius oculis latius vectis solum Illi patria est, &c.* annotatque non multum suffragatos mss propemodum tamẽ, inquit, conicio legendum, *aut si quod est etiamnum frequentius oculis latius vectis solum.* Pincianus quod in quibusdã libris esset *occulis*, corrigendum putabat, *etiã nunc frequentius accolis, latis nautis solum. Patria illi*: adiicitque; posset & tolerari *vectis*, posset legi *aduenis*, posset *vectoribus*. Pal. pr. consentit exoletis editionibus, in quibus distinguebatur, *frequentius oculis, latius vectis. Solum illi patria*, neque aliter interpungunt reliqui tres. legunt tamen quart. ac Col. *frequentius oculis locius noctis. Solum pator.* sec. *freq. oculis latius noctis. Solum.* at tert. *frequentius oculis letius solum vectis Patria est illi.* Quidam legit, *frequentius, oculis latius vestris solum.* at scire debebat, non ita turbare membranas in voce triuissima. sed & fallit idem omnes dum inquit quosdam codices (nam homines non puto eum velle, atque vt velit, falsum est & illud) pro *vectis* habere *aduenis*, vel *vectoribus*. nusquam enim ista retro reperias, nisi apud Pincianum, sed ita tamen vt a se nata ipse profiteatur. si quid tale adsutum fuit ad oram editionum quas lucricupidi extruserunt homines, eius erat fidei hactenus id amplecti vt nihilominus etiã a stirpe requireret ab ipsis dictorum auctoritatẽ. quidam enim qui præfuerũt & Lugdunensi & Basileensi editioni, non aliter marginibus librorum nudas Pinciani aliorumque coniecturas adleuerunt, atque si essent e nescio quibus bibliothecarum membranaceis codicibus variantes scripturæ. At ego iam omnibus edico: nemo vnquam præter Erasmum, præter Pincianum, vllos mss. ordine consuluit codd. norint itaque, omnes omnium quæ intra annos L X. prodiere editiones pẽdere solum ab Erasmiano exẽplari. nuper tantũ extitit Muretus qui nulla fere adiutus calamo exaratorũ codd. ope, pleraſq; tamen lectiones quas produxerant de veterum librorum penu Erasmus & Pincianus, pro legitimis Senecæ clam recepit in contextum. quod vt nemo valde culpauerit; ita necesse est omnes ei malam habeamus gratiam, quod & vtriusque illius quem dixi hominis diuinationes pari præterea dignatus sis honore: nec hoc tantum; sed & suas quoque hariolationes nimis quã frequenter eodem collocauerit dignitatis gradu. hæcque omnia adeo dissimulanter, adeo furtiue, vt vix semel atque iterum istius sui facinoris lectorem monuerit, omnesque ideo facile lateat qui non plura comparet exemplaria. quod quomodo quis excuset, non inuenio; nisi si cum Mureto ipso inferat, emendationem omnem ad legentium pertinere vtilitatem: putidam eorum quæ emendata sunt enumerationem, ad scribentium ostentationem. sibi ipsi autem alienæ vtilitati seruire fuisse consilium, ostentationem illis reliquisse, qui cum vnam aut alteram literulam corrigunt, prædicant εὑρεσίαν suam, Musarum fidem implorant, seque tam perspicaces fuisse mirantur. bona quidem profecto verba: sed cedo mihi eu de mille & mille suspiciosis Mureti correctionibus vel decuriam vnam quæ literatior quis, nedum criticorũ plenior Senatus approbet. si; per me licet quiuis deinde Agyrta legitimam statim inducat eradatue lectionem, somniaque sua in eiusdem referat locum. quo, quid tamen obsecro rei literariæ pestilentius?

Quodcunque superne vniuersa circuitu suo cingit.) ita legendum *censeet* Erasmus, qui notat videri in his & sequentibus admixta Iambotum hemistichia. prius legebatur, *quodcunque suprema & vniuersa circuitu suo cingitur*. quod fere placuit Pinciano, qui legit; *Patria illi est quodcunque suprema & vniuersa circuitu suo cingit.* Nam in antiquis, inquit, exempp. verba illa *Patria illi est*, hoc ipso ordine habentur: item in cod. Franciscano pro *suprema* legitur *solennia*. refert Pal. meus pr. *quocunque suppremo & vniuerso circuitu suo cingitur*, quomodo & quart. nisi quod ille, *quodcunque suppremo* sec. *quacunque summa & vniuersa circuitu suo cingitur.* tert. *quodcunque supremo & vniuerso circuitu suo cingitur.* Col. *quacunque suprema & vniuersa circuitu suo cingitur.*

Diuina secernens etiam coniungit) est ab diuinatione Pinciani; nam editio Erasmi, *iam coniungit*, quomodo quoque mei quatuor. at Palat. tert. *secernens iam coniungitur.*

Deinde arctam ætatem sibi dari) & hoc ab ingenio Pinciani: cum enim edidisset Erasmus, *Deinde actam ætatem*, existimo inquit, scribendum *certam* aut *arctam*. & vero *artam* extat in Palat. tert. ac Col. *actam* in tribus reliquis.

Omnes, inquit, anni mei sunt.) ita Pincianus ex correctioribus suis, vt fatetur, exempp. Erasmi quippe editio, *Omnes, inquit, ante me sunt*; vti & mei quatuor. solũm Pal. quart. *Omnes, inquit, ante me mei sunt.*

Cogitationi peruium tempus.) sic quoque Pinciani codd. item Pal. tert. ac Col. nam sec. item Erasmi, *peruium.* pr. *poruum.* quart. *percium.*

Qui mixtum hoc diuini humaniique secernat, corpus hoc vbi inueni relinquam.) est a correctione Pinciani, cum libri eius Erasmique, item Pal. quart. Col. præferant; *secernat tempus. Hic vbi inueni, relinquam.* Pal. pr. *secernat tempora. Hic vbi inu.* sec. tert. *secernat tempus hoc vbi veneris enquam.*

Ipse me Diis reddam.) Pal. pr. quart. vt & Erasmi editio, & mss. pleriq; Pinc. *ipse me diis reddã.* sec. tert. Col. *ipsi me Diis reddam.* sed vera, inquit Pincianus, lectio *Dijs*, quia sequitur *nec nunc sine illis sum*, adstipulante etiam exemplari scholastico. sic Hispanus ille, a quo verbũ istud nuper sumpsit Muretus; & iure.

Per has mortalis æui moras illi meliori.) sic etiam interpungi cupit Stephanus lib. 2. cap. 6. Prood. cum edidisset Erasmus, *per has mort. æui moras. Illi meliori &c.* vt quinque verba priora præcedentibus non sequentibus iungerentur, quomodo fere mss. mei.

Meliorique præluditur.) mei omnes *proluditur.* quos sequor.

In quem videmur emitti. iam idonei spiritum trahere & in aperto durare.) sic & Erasmus. at priores cusi: *in quem videmur emitti. Iam idonei &c.* & iussit Pinc. scribamus cum scriptis eius, *in quem videmur emitti iam idonei. Spiritum trahere &c.* adhæserim ego Erasmianæ distinctioni, quam confirmant Pal. pr. tert. quart. Col. solum sec. *in quem viderem emitti. Iam idonei spiritus trahere &c.*

Sic per hoc spatium.) ita coniecit Erasmus, cum esset in scriptis vulgatisque *super hoc.* & vero, *sic per* habet Pal. sec. tert. quart. Col.

In alium naturæ sumimur partum. Alia origo nos expectat.) ista etiam coniectura Erasmi; cum ante publicati, *in alium naturæ sumimus partum*; at enim notat hic Pincianus posse legi, *in alium maturescimus partum*; sed rectissime, inquit, vt puto, hunc locum exemplar scholarum, *in alium naturæ sumimur. & tanquam partum alia nos aborigo expectat.* non placet hoc mihi commentum, vnico tãtum subnixum exemplari. malim, *in alium naturæ extimus partum. Alia nos origo*; sic, inquam, malim cum Palat. quart. nec non Col. qui ad eam emendatus formam, a qua non multum etiam abit Pal. pr. *in alium natura sumus partum. Alia &c.* minus vero sec. qui, *in alium natura simus partum. Alia &c.* tert. retinet coniecturam Erasmi, *in alium naturæ sumimur partum Alia &c.*

Horam illam decretoriam prospice.) vnde sumpta sit metaphora, panditur infra lib. 1. de clementia cap. 14.

Non licet plus efferre quam intuleris.) sic solum Palat. quart. nam sec. tert. *non licet pesus efferre quam intulerit.* pr. *non licet peius eff. quam intuleris.* Col. *nõ licet penis prius efferre quam intulerit.*

Quod

Quod in vitam attulisti.) Erasmo deest vox *in.* at quinque mei habent eius vicem *ad:* quod placet.

Detrahetur tibi hac circumiecta.) Erasmi editio, meiq. omnes *Detraherentur.* malim tamen alterum.

In quo latebas corpore exteris.) ita Muretus ex veteri lect. Pinc. neque aliter Pal. sec. tert. & recte. Erasmi editio, vt & Pal. pr. *extiteris:* quart. *excites:* Col. *exciteris.*

Heres & reluctaris.) Stephanus lib. 2. cap. 4. Prood. meliora putat, si legerentur interrogatiue.

Gemis, ploras.) & hæc item interrogatione animari posse autumat.

Deinde offendit.) est ex scriptis Pinc. quibus accedunt mei omnes. Erasmi editio *Demum* natum id a compendiaria scribedi ratione *Dein̄.* si enim sustuleris punctum, facile coalescet vocalis tertia cum litera sequenti, fietque ita non *Deinde,* sed *Demum.* atque ita propemodum exstit in Pal. pr.

Ab eo cuius aut o pars.) Col. *ab ano,* quod & repositum in Pal. tert. sed a secunda manu. nec paret tamē quid prius ibi fuerit, nisi fuisse trium literarum dictionem, non illud *eo* quod est in aliis tribus.

Pereunt semper velamenta.) est a coniectura Pinciani, cum esset in scriptis eius, vti & in meis, nec nō edit. Erasmi, *Pereunt sæpe velam.* si quid mutandum, fecerim *Pereunt æque velamenta.* nam illud Pinciani potest esse minus verum.

Hinc nunc quoque tu quantum potes subuola: ab aliis, nisi qua etiam necessariis cohærebunt, alienus. Iam hinc altius.) & istud manauit a Pinciani diuinatione, cum mss. eius forte facerent pro olim vulgata, quæ; *Hinc nunc q. tu q. potes subuolutaris qua nisi etiam necessariis cohærebunt. Alienus iam hinc &c.* Erasmi editio; *Hinc nunc quoq. tu quantum potes subuela: qua nisi etiam necessariis cohærebunt, alienus iam hinc, &c.* Pal. pr. *Hinc nunc quoque tu quantum potes subuolutaris, qua vtique necessariisque cohærebit alienus. Tam hinc.* sec. *Hinc nunc quoque tu quantum potes subuola. vbique necessariisque cohærebis alienus Iam hinc.* tert. *Hinc nunc tu quantum potes subuola. Vbique necessariis qua cohærebunt alienus tamen hinc.* notarumque ad marginem alias legi *subuola, nisi qua necessario cohærebunt alienum.* quart. *Hinc nunc tu quantum potes subuoluptaris, quandoque necessariis qua cohærebit alienus. Iam hinc.* Col. *Hinc queq; nunc tu quantum potes subuolutaris qua vbique necessariisque cohærebit alienus. Hinc iam altius.*

Sublimiusque meditare.) ita mei tres. Pal. tamen sec. ac tert. *subl. cogita.* quomodo legendum opinabatur Pinc.

Aliquando natura tibi arcana retegentur.) ita & mei quinque. at Pincianus, quod offendisset in vno exemplari; *Antequam,* forte legendum putat per minorem cum præcedentibus, *intra te quando natura tibi &c.* vel forte, inquit, *meditare illa. Quando natura tibi &c.*

Cum totam lucem totus aspexeris.) sic Pinc. codd. Erasmi, *lucem & totus,* cui adstipulantur Pal. pr. ac quart. alii tres mei fauent priori scripturæ.

Et tamen admiraris tam procul.) ita iubebat legi ex suis scriptis Pincianus. Erasmus enim; *admiraris illam procul.* Pal. pr. sec. Col. *adm. illam iam procul.* tert. *& tantum admiraris illam tam procul.* quart. *& tamen admiraris illam tam procul.*

Quod tibi videbitur.) ita & mei quinque. at Pinciani, *videtur.*

Nullos horret exercitus, nō terretur tuba.) ita Erasmus, ita Pal. pr. quart. Col. alii duo præmittunt, *nullum horret incendium vel exercitum, non terretur tuba.* aliquid latet mendi. *nam horrere exercitus ac terreri tuba* idem fere significant. veniebant in mentem, *nullos horret strepitus, non terretur tuba.* hoc ideo quod Col. notet alias legi *excitus* & vtrumque vocabulum sono non multum differat ab illo *strepitus.* quanquam fortasse reuocandum, *nullos horret excitus,* vt ita vocet tumultuarias illas euocationes, ab *exciendo* scilicet.

Quid ni non timeat qui mori sperat: si is quoq; qui tamdiu animum &c.) ita editio Erasmi. codex vnus Pinciani, *Quam quem timeat qui mori sperat.* putat que ipse legendum, *Quam qui meminit quid mori expauet.* vel sic; *Quam qui mente teneat quid mori expauet.* dixerat enim, inquit, quam qui mente concipit. sed & mox cum haberet aliud exemplar, *sed ille quoque qui tamdiu,* autumat deesse forte coniunctionem, legendumq; *Sed & ille quoque.* mihi vulgata lectio integra videtur. nam Pal. pr. *Quid ni nō timeat, qui mori sperat. Sed quoq; quia animum tamdiu iudicat manere.* notatumq. ad oram pro vltima voce alias legi *manens* sec. *Quid non timeat qui mori sperat? sed ille quoque qui animum tamdiu &c.* tert. ac Col. *Quid ni non timeat qui mori sperat? sed ille quoque qui animum tamdiu.* quart. *Quid ni timeat, qui mori sperat? sed quoq; qui animum tamdiu &c* quidam I.C. hic scribit neminem non videre desiderari loco huic negationem, itaque legere se, *Quid ni non timeat, qui mori non sperat: si is quoq; &c.* vides, inquit, argumentu Senecæ ab eo ductum esse qui animam mortalem putat ad eum qui immortalem sperat. palpas in tenebris, mi homo nam tantum abest vt requiratur negatiua dictio, aut adeo loquatur auctor de nescio qua sorte post mortem, vt tua hac emendatione totam Senecæ iugules argumentationem: quæ est: quid ille, inquit, exercitus horreat, quid præpotentum minas, qui, tātum abest mortem quam quis inferre corpori eius possit, timeat, vt etiam speret? speret inquam. quod ipsum tota hac Epistola inculcat; eis certe quibus non est anima pro tale.

Quamdiu retinetur corporis vinculo; solutū totum spargi, id agit &c.) ita etiam publicatus ab Erasmo at Pal pr. quart. Col. *vinculo solutum, statim spargi, id agit &c.* Pal. sec. ac tert. *vinculo, & solutum statim spargi, id agit.* nihil verius quam, *quamdiu retinetur corporis vinculo, exsolutum statim spargi, id agit &c* facili sententia intelligit enim eos qui negant animarum immortalitatem, eamq; credunt euanescere in auras: hoc enim vocat *spargi.* stulte itaque atque absurde nonnemo illa *solutum totum spargi,* tanquam a mala manu profecta, proprii supercilii auctoritate abigenda iudicat. sed ita est. tali resectione castigare auctores, est sedecim pedibus nullos non exuperare Criticos.

Scies magnorum virorum non minus præsentia esse vtilem memoriā.) ita Erasmus. at prior editio, vt ipse prodit Pincianus, *non minus præsentiam esse vtilem quam memoriam* ad quæ, præposterus, inquit, ordo verborum. legendum, *non minus memoriam quam præsentiam esse vtilem,* ex meo familiari codice. sic ille. at ego familiarem illum codicem nauci facio nam nihil certius quam reliquisse auctorem, *virorum non minus præsentiam esse vtile quam memoriam,* quomodo diserte Pal. pr. quart. Col. mecumque sentient omnes, qui meminerint iam multoties hoc inuerso vsum verborum ordine Philosophum quare & male Pal. sec ac tert. *non minus quam præsentiam esse vtilem memoriam.*

EPIST. CIII.

Quid ista circumspicis) Stephanus Epist ad Dalech 27. putat hanc Epistolam ad finem vsque, postremum superioris Epistolæ membrum.

Incendium dico, ruinam aliaq; qua nobis. &c) admisit coniecturam Pincianam Mureti editio paucissis interpolatis cum enim esset apud Erasmum; *incidētium dico ruinam. Aliqua nobis incidunt non insidiantur;* scribendum, inquit, puto, *incendium, ruinam, alia, qua nobis incid.* & ei accesserim. mei tamen quinque Erasmi defendunt editionem, solum Col. notauit ad marginem pro *incidentium* alias legi *incendium.*

Rari sunt casus etiam si graues &c.) & hoc ab Pinciani deriuatum ingenio, quod sequeretur: *Ab homine homini cotidianum periculum rarum* autem, inquit, *cotidiano* opponitur. Erasmi editio *Pares sunt casus, etiam si graues* & sic quoque Pal. pr. ac tert. nam sec. *pares sibi casus, etiam si graues.* quart. *Pares sunt casus si etiam graues* Col *Pares sunt casus vbi etiam si graues* videtur fuisse, *Rariores sunt casus,* vitioque locum fecisse compendiariam scribendi formam.

Quotidianum periculum.) ita & mei quatt at Pal tert. addit verbum; *periculum paratur* non requiritur.

Si istorum tibi qui occurrunt vultibus. Pal. quart. deest vox *tibi.*

Nisi quod illarum perniciosior est primus incursus, quos transire non queunt.) Pal. pr. nec non editio Erasmi; *quos transire non quærunt.* Lipsius lib. 4. Epistol. quæst. 17. scribendum putat, *quem transire non queunt.* Pal. meus sec. *primus ingressus quo transire non queunt.* tert. Col. *incursus quo transire non queunt.* quart. *nisi quod illarum perniciosior est primus incursus quos transire non quærunt.* quam lectionem miror nemini arrisisse, cum ita quoque scribendum putauerit ex codice suo antiquo Pincianus. & vero sic rescribamus, nisi velimus aliquā multa desiderati, quod ego fere suspicor. vt hæc scripseram, obueniunt mihi notæ elegantissimi Lectij sic etiam legentis, cuius consensu equidem lætabar.

Nisi necessitas misit.) ita & Erasmus. Pal. sec. *vincit.* reliqui quatuor *iniecit.* Pinciani omnes *iniecit.* nihil itaque certius quam legendum, *nisi necessitas impegit*, quomodo correxit olim Lipsius meus, dixitque valere *adigit.*

Aut fame aut timore coguntur.) sic editio Romana. at Erasmi, *Ho autem fame.* Pal. pr. ac quart. *Hac autem fame.* sec. tert. Col. *Ha aut fame.* sicuti etiā diuinauit Epist. quæst. 17. Lipsius.

Sic viuendo quid consequeris? non ne noceant.) ita Erasmus. verum Pal. pr. *quod consequeris. Non te ne noceant.* sec. *quidem consequeris non te ne noceant.* tert. *quidem consequeris. non tibi ne noceant.* quart. *quid consequeris, non vt ne noceant.* Col. *quidem consequeris vt te non noceant.* omnino restituerim *Sic viuendo quidem consequeris, non vt ne noceant.*

Illa te sinu suo proteget.) ita legēdum coniecit Erasmus, vel *in sinu tuo.* cum esset in mss eius partim *visu suo*, partim *nisi suo* & quidem *visu* restat in Pal. sec. ac quart. nec ambigo quin id Senecæ legitimum. nam & aliter, *visu.* scilicet philosophiam facit Deam. at non modo violabantur Dei Deæque *visu* atrocis alicuius sceleris: sed & statuæ eorum, si forte in loco positæ vbi supplicia & cædes aut velabantur, aut transferebātur. notat ipse Dio li. vii. *Claudius delectabatur gladiatoribus, & præsertim meridianis. ideo plerosq; seruos, qui dominos sub Caio vel Tiberio calumniati erant, hoc modo perdebat eorumq; tantus fuit numerus. vt Augusti statuam eo loci positā iusserit transferri, ne aut semper aspiceret cædes, aut esset velata.* ad hūc igitur morem respexit Seneca. vel innuit simpliciter, si ad philosophiam propius confugiamus, tanquam ad Imperatoris alicuius statuam. neminem fore tantæ impietatis qui abstr. hat. sane ad vim iniuriamque arcendam arripi solitas Cæsarum imagines probamus infra libb. de Clementia.

Non arietant inter se nisi in eodem.) ita emendari voluit ex lectione suorum Pincianus. recte. neque aliter est in Pal. sec. tert. Col. aut multum abit quart. qui *nisi eodem.* Erasmi editio, *Non arietant inter se sones, vt eodem ambulantes;* cui fauet Pal. pr.

Ipsam autem philosophiam non debebis iactare.) sic editio Mureti at Erasmi; *Quid autem? ipsam philosophiam non debebis iactare.* quomodo etiam Pal. pr. quart. Col. at sec. *Quod autem ipsam philosophiam non deb.* tert. *Te autem de ipsa philosophia non debebis iactare.*

Insolenter iactata.) & istud a coniectura Pinciani. cum enim esset in publicatis ab Erasmo libris, *insolenter tractata*, inquit ipse; lego *iactata* potius quam *tractata*, etsi omnia exemplaria reclament. quia præcessit; *Quid philosophiam non debebis iactare.* sic ille. ego custodio vocem *tractata*, cum & ea sit in omnibus meis. nisi quod vnus Col. *insolenter intractata.* neq; video sane cur ea offendi debuerit Hispanus ille.

Nec ita agas, vt quicquid.) mss. mei omnes, item Pinc. *nec hoc agas.* itaque reducatur.

EPIST. CIIII.

Paulina me retinente.) Erasmus *Paulina mea retinente.* neque secus mei quatuor. tantummodo Pal. tert. *Paulina mea me retinente*, quod non displicet.

Domini mei Gallionis.) vsus verbi *domini* petetur supra Epistola 4.

Nam cum sciam spiritum illius in meo verti.) ita ex veteri lectione Pinc. Muretus, qui tamen Pincianus non negat bonam partem mss. habuisse etiam, vt est in Erasmi editione; *cum sciam spiritum illius &c.* vnde factum vt legendum putauerit. *Nam conscius spiritum illius &c.* quæ correctio mihi placet nam & Pal. pr. ac quart. *cum sciam.* sec. tamen ac tert. *Nam cum sciam spiritum illius in meum verti.* Col. *Nam cum sciam spiritum illius in meum vetere.*

Et cum me fortiorem.) ita Pinc. mss. ita mei. Erasmi, *& iam cum me fortiorem.*

Venit mihi in mentem.) mei quinq; melius, *Venit enim mihi in mentem.*

Vt me fortius amet.) ita fere quinq; mei mss. nec non Pinciani omnes, qui tamen castigandum arbitratur, *vt se fortius amet*: alias, inquit, nō procederet sensus. imo ne vel sic quidem procedit. nā videtur debuisse dicere *vt me languidius amet.* an forte fuit, *enfortius.* libri tamen consentiunt, nisi quod Pal. tert. *vt me fortius an amet.* Pal. vero sec. ac Col. pro eo quod legitur, *quoniam ego ab illa non impetro*; omnino scruent, *quoniam ego ab illa impetro*, eiecta voce negatiua: de quo vt videant critici velim; nam in aliis tribus restat. nisi quod Pal pr. scriptum habuit *nom*; vt scribi etiam potuerit, *illa vnum impetro, vt me fortius amet.* sed enim vulgatæ lectionis suus erit sensus, si fingamus merito aliquem nihil impetrare circa id quod iam non recipit augmentum.

Vt me indulgentius amem.) præfero omnium scriptorum, etiam Erasmi lectionem, *vt me diligentius amem.* nam etsi alterum illud æque aut etiam magis hic conueniat, non tamen est nostrum præscribere aliis loquendi formas. curque etiam minus hic admisetim est, quod statim sequatur; *indulgendum est enim*, videaturq; ineleganter repeti simile verbum.

Indulgendum est enim honestis affectibus.) Pal tert. *enim honestis carissimorum affectibus.* exulat tamē illa vox aliis quatuor.

Vt diutius in vita commoretur. Pal. tert. vt *diutius propter eos in vita.* quod tamen in nullo præterea conspicitur.

Qui perseuerat mori.) Pal. pr. Col. *perseuerabat.* aliī tres *perseuerabat.* quod probo.

Nec tantum sibi velit mori, sed & si cœpit, intermittat.) ita Mureti editio. Erasmi, *sed si cœpit.* locus vitiosus. corrige; *nec tantum si vult mori. sed si cœpit, intermittat.* nam sic sane mei quinque, sententia aperta & eleganti. plus enim *incœpisse mori*, quam *velle.*

Et suis se commodet.) melius, inquit Pincianus, exemplar familiare *& suis se concedat.* ferme probauerim, nam & sic Pal. sec. ac tert. nisi esset in aliis tribus *commendet*, quod videtur natum ab illo *commodet*, cuius metaphoræ honestate nihil argutius.

Attentius conseruare si scias.) vox *conseruare* exstitit quidem in editione Erasmi, sed nusquam conspicitur in meis quatuor. neque aliquid tamen est eius vice. solum Pal tert legit *attentius custodire si scias.*

Nidorem culinarum fumantium.) Pal. sec. ac tert. *fumigantium*, quomodo & Pincianus ex suis, qui tamen præterea *nidorem*, non *odorem*, vt habent omnes mei, extatque in Erasmi edit. quod mutari non debebat.

Qua mota quicquid pestiferi vaporis obruerant.) sic Muretus, secutus Pinciani scriptos. cum enim vulgasset Erasmus, *qua in ora quicquid pestiferi vaporis obruerit*, scribendum dixit ex vet. lect. *qua mota quicquid pestiferi vaporis obruerant.* sunt tamen inquit exempp. quæ *obruerant.* est in Pal. quart. *qua mota quicquid pest. vapor. obruerit.* in pr. *qua mote quicquid pest. vap. obruerunt.* tertius consentit quarto; tantum variat in eo quod habeat *obruerint.* at sec. & Col. stabiliunt lectionem quam profert Muretus.

Et mali cogitantis.) non placet hoc mihi. haud tamen variant libri, nisi quod Pal. pr. *cogitatis.* item *non permansit murator*; oratumque ad oram, al. *imarcor.* Col. *& multo cogitantis* item *macilor.*

Non multum ad hoc locus.) Palatinus tertius. *Nec multum.*

Nisi

Nisi se sibi præstet animus.) Pal. pr. sec. quart. Col. *præstat.*

Vbique quo distringatur.) ita ex Pinciano Muretus; cum antea legeretur, *quo stringatur*, haberetque exemplar eius Franciscanum, *quo distrahatur*, alterum vero *quomodo distringatur*. Pal. pr. ac Col *quo stringatur.* sec. tert. *quo distringatur*. quart. *quo constringatur* malim ego reuocatam scripturam quæ habet, *stringatur.*

Nunc primi se ipsos solicitant.) ita legi etiam vult Stephanus libr. 2. cap. 3. Prood. locumque hunc non aliter intelligendum, quam si ita scripsisset: *O quam bene cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent. contra primi se ipsos sollicitant.* sic ille. Erasmi editio, meique quinque *Nunc primum*, quod certe non eiciendum. idem enim exit sensus aduerbio isto manente, qui mutato eo in nomen *primi.*

Tanto tibi videberis deficies quanto vinceris.) sic Muretus, motus iis quæ dicit Pincianus nam cum repræsentaret editio Erasmi, *tanto tibi videris deficies quanto vinceris*; notat Hispanus ille, Lege, inquit, *tanto tibi videris desicere, quanto aliquis plus habet*, ex emaculatioribus codd. non tamen desunt qui, *deficies* non *deficere* habeant. item, puto scribendum, *videberis.* sic ille. Pal. pr. hæc & præcedentia sic concipit, *tamen qui aliquis sitis habet quanto tibi videris deficies quanto vinceris* neque longe secus quart. in quo; *tamen quia aliquis situs habet quanto tibi videris defice, tanto vinceris.* vt fere putem scripsisse nostrum, inuersi illius ordinis cupidum scilicet, *tamen quia aliquis plus habet, quanto tibi videris deficis, tanto vinceris.* sed hoc timide. nam sec. ter. Col. *tanto tibi videris deficere quanto vinceris.*

Ille etiam refectus.) sic Palatinus primus, secundus, tertius, Coloniensis, & recte. at male quart. *ille quia præfectus* sed & nescio quid illi in mentem venit, qui licet fateatur non abiiciendum esse *refectus*, putat tamen forte legendum *suffectus*. cum illud aduersetur argumentationi auctoris; vt docent statim sequentia *rungeris quoties aliquem in fastis sæpius legeris* & alioqui non erant quod quis ita inuideret *consuli suffecto*, quam *refecto*: cum illius minor multo honor dignitasque, neque adeo nomine suo occupet Fastos.

Rungeris quoties.) scribit Pincianus in suo cod. fuisse, *Inuidebis quoties*, & ita etiam est in Pal. secundo, tertio, Coloniensi. at primus & quart. *videberis quoties.* quanquam tamē illi, ne quid dissimulem, illud *videberis* prioribus adnectant verbis.

Cum illa nihil sit mali.) sic & Erasmus & Pal quart. nam pr. *cum ipsa nihil.* at alii tres, *cum in illa nihil* quod retinuerim.

Sed suspiciones. Vanis semper agitaberis.) sic mei quinque nisi quod Pal. quart. *Nauis.* at tradit Pincianus cod. vnum habere *vana*, vt prioribus, inquit, adiungatur. quamquam tamen addat, posse etiam non absurde legi, *sed suspicionibus vanis semper agitaberis.*

Etiam ad tutelam salutis tuæ inhabilis es.) notat Stephanus lib. 2. cap. 11 Prood. non solum hic considerandam proprietatem vocis *tutela*, quæ I. C propria, sed etiam vocabuli *inhabilis.* ita sit. sed tamen contenderim insuper ego, legendum *etiam ad tutelam salutis suæ inhabilis est*: quomodo restat in Pal. sec. tert. Col. solum est alterum illud in Pal. pr. nam quartus, neutræ scripturæ facit, præferendo; *etiam ad tut. salutis tuæ inhabilis est.*

Quicquid te delectat æque viret. Aliud alio die casus excutiet.) Romana editio hic aliquot voces exclusit: tanquam scilicet omne a Senecæ libris segregandum quicquid vitium præfert scripturæ. nam edidit Erasmus; *quicquid te delectat æque viget vt videras dum viueret. Vtinam. Alium alio die &c.* notatque idem alias legi; *quicquid te delectat æque videt, vt videris, dum viueret.* & alii, inquit, aliud habebant: sed in totum non placuit. vide num sit legendum; *Quicquid te delectat æque viget, vt videras, dum viueret. Alium alio die &c.* viderat enim *Vtinam* adiectū. sentit quippe, nobis viuere quicquid delectat. at delectat etiam memoria rerum bonarum. sic Erasmus. at Pincianus vitiosissimum clamat locum & nodum Deo dignum vindice. in codicibus, inquit, fere omnibus, *vide*, non *videt*; & *viret*, non *viueret*, & pro *Vtinam*, *vter*, aut *vtrum*. itaque coniectura ductus suspicor Senecam ita scriptum reliquisse; *Quicquid te delectat æque viret. Viuunt dum virent. Vtique alium alio die casus excutiet.* hactenus Pincianus. Pal pr. *Quicquid te delectat æquo videt vbi videret dum viueret. vi alium alio die casus excutiet.* sec. tert. *Quicquid te delectat æque vide vt videres dum virens. vtrum alium alio &c.* quart. *Quicq. te del. æque vides vt videres dum viueret, vt aliud.* Col *Quicq. te del. æque vide vt videris dum viueres, vt alium alio &c.*

Cogitabis, nec remedia vulneribus.) ita etiam Pincianus, qui duas voces eiiciendas putauit mss. suasu. nam in Erasmiana editione erat, *cogitabis ab his, nec rem. vuln.* & vero huic lectioni fauet Col. sed & Pal pr. *cogitabis, ab his nec remedia vuln.* quart. *cogitabis, ab his remedia vuln.* sine vocula *nec.*

Remedia vulneribus appones.) recepit hic solam Pinciani coniecturam editio Romana. nam scripti eius, vt & mei quatuor, & Erasmi, *oppones.* quod ædepol hic restituendum.

Si sapis, alterum alteri misceas.) ita etiam emendandum putauit nuda ingenii ductus hariolatione Pincianus, nec improbo nam & ita reperi in Pal tert. qui tamen *misces*, non *misceas*. alii quatuor mei, *Si satis alterum alteri misces.* Erasmi editio; *Si satis alterum alteri misceas.* quomodo forte fuit in Pinciani mss. nā ipse tacet.

Non excussit errorem.) ita Pal. pr. ac quart. reliqui tres, *discussit.*

Puerum ignota mirantem.) ita quoque Pal. quart. ac Col. nec non ad oram pr. is tamen *puerum ignorantem.* quomodo etiam sec. ac tert.

Inconstantiam mentis quæ tam maxime ægra est lacessit, mobiliorem &c.) vox *cum* non apparet in Erasmi editione, neque adeo in Pinciani codd. tantum enim adnotat, opinari se legendum, *lacessitam* non *lacessit.* at mei Pall. legunt; *inconstantia mentis quæ maxime ægra est lacessit mobiliorem.* nisi quod interpungit tert. *ægra est. Lacessit. Mobiliorem &c.* Col. habet: *incōstantia mentis quæ maximum ægra est lacescit, mobiliorem &c.*

Citiusq. quam venerant abeunt.) tradit Pincianus, cod. vnum legere *ocius*. Pal. sec. ac tert. *citius quam vener.* sine particula *que.*

Inusitata spatia temporum.) Pal. quart. *inusitata spatia temp.* scribetur *inusitata spatia*, quomodo repræsentat Pal pr. notaturque alias legi in Col. vox ea frequens Plauto men.

Ceterum neque meliorem faciet, neq. saniorem.) ita & Erasmus at mei quatuor, *faciat.* Pal quoque tert. *Ceterum neq. meliorem hæc faciunt neque saniorem.* quod non ausim reucere.

In libertatem. Quamdiu &c.) omisit vocem editio Romana. Erasmi erant, *in libertatem asseritur. Quamdiu*, pro quo in vno cod. Pinciani, *in libertatem erigitur. Quamdiu &c.* mei quinque præferunt *asseritur.*

Vtinam quidem sequerentur: longius abessent.) ita Erasmus. at Pal. pr. *Vtinam quidem non sequerentur, sed longius abessent.* sec. ter. Col. *Vtinam quidem sequerentur & longius abessent.* quart *vt quidam insequerentur, sed longius abessent.* vulgatæ lectioni adhæserim.

Medicina ægro, non regio quærenda est.) sic primum ex membranis Pincianus. Erasmus enim, *Medicina ergo non regio.* a quo abeunt omnes mei, qui etiam *ægro*, eodem verborum ordine quo Pinc. solum Pal. tert. disponit, *Medicina ægro quærenda est non regio.*

Quam vt gestatione curetur.) propr ie quidē dicebantur *gestari* cum succollātibus seruis valetudinis voluptatis ve causa ferebantur. l. 12. ff. de vsu & habit. l. 7. ff. de man. vind. l. 16 § 1. ff quod vi aut clam. sed vt hic videmus, ad alia etiam omnia commode trāsfertur; etiam ad nauem. Ipsa etiam loca arboribus densis opaca per quæ gestari solebant, *gestationes* dictas probat ex l. 17 ff. de vsufr. item Plinio lib. 1. Epist. ad Can. & libr. 2. ad Gallum. Brissonius lib. 7. de verb. sign.

Vt luxata in locum.) mei omnes, *vt laxata.*

Sapientia res omnium maxima in itinere colligitur?) ita Erasmus. Pinciani exemplar vnum, *maxima non itinere colligitur.* vt puto, inquit, recte, nec est hic vlla interrogatio. malim ego; *Sapientia rerum omnium maxima, itinere colligitur;* vt sit ironia. sic sane Pal pr. ac quart. sed & alioqui Pal. tert. ac Col. *Sapientia rerum omnium maxima in itinere colligetur?* solum facit pro vulgata secundus.

Quod te extra cupiditates.) ita Erasmus. mei tamen quinque, *quod se extra cup.*

Onera tibi detrahe: & desideria saltem intra modum contine.) sic quidem Romana editio, sed nullo adiuta exemplari. nam Erasmus; *Onera tibi detrahe, & emenda desideria; intra saltem modum contrahe.* at Pincianus codex vnus *& emenda desideria tua. Intra salutem modum contine.* alter rectius; *& emenda desideria intra modum saltem contine.* vnde scribendum arbitratur, *onera tibi detrahe. Aut amanda desideria, aut intra modum saltem contine.* vt sit, *amanda* pro *abige, expelle.* nam verbo illo, *emenda*, mox ante visus fuerat. Pal. pr. quart. Col. *& emenda desideria. Intra salutem modum contine* sec. *& emenda desideria. intra modum saltem contine.* tert. *& emenda desideria, vel saltem intra modum contine.*

Sordideq; commixeris.) ita etiam Pal. pr. sec quart. & bene. tert *sordideq; te coniunxeris.* Col *sordideq; te confixeris.*

Si prope te fuissent.) ita Pinc. vnum exemplar. vulgata editio, *si prope a te fuissent*, cui adstipulantur Pall. quatuor, & placet. solum Col. omisit propositionem *a.*

Hi iubebunt in opere esse.) sic emendauit ex membranis aliquot Pincianus; cum alii eius haberent partim, *Si videbunt in opere esse*, partim, *Hi videbunt in opere esse*, vt est in Pal. pr. sec. Col. ostentat lectio Erasmi, *Hi videbuntur in opere esse.* Pal. tert. ac quart. illud *iubebunt* aperte asferunt.

Nec tantum scite loqui.) ita diuinauit primum Pincianus, cum eius libri quidam præferrent *sic te.* iidem tamen fere *eloqui.* Erasmus vulgat, *nec tantum scire loqui.* Pal. sec. tert. quart. *nec tantum scire eloqui.* scripserim; *nec tantum scite eloqui.* certe sic refert Pal. quart. nec multum abit pr. qui, *nec tantum scit te eloqui.*

Stare fidenter, aperto tela fortuna aduerso &c.) ita legendum contendit ex vno suorum Pincianus, sed alia interpunctione, *stare fidenter, aperte; tela fortuna &c.* cum edidisset Erasmus, *Stare fideter ad portum, tela.* quam scripturam retinent mei quinque; tantum variat Pal. quart. quod in eo sit, *stare fidenter etsi ad portum, thela fert.*

Quantum mortalibus passibus licet.) ita etiam Pal. sec. tert. at pr. *quantum passus licet.* quart. *quantum mortalium passus licet.* Col. *mortalium passibus licet.*

Profert se, laudari & aspici gestit.) est a coniectura Pinciani verbum vltimum, cum exhiberet mss eius Erasmique *aspici credit.* quomodo & restat in meis quinque, quorum etiam Pal. sec. tert. quart. habent *prafert.* male & illud. scripserim ego propius ad literas & sonum, *& aspici quarit.*

Dominus omnium est, supra omnia est.) egregia emendatio, sciamus esse a ms. Pinciani, cum esset in Erasmi, sitque adeo in Pal. pr. quart. Col. *Omnium est, supra omnia est.* at priorem lectionem agnoscunt etiam Pal. sec. ac tert.

Nihil quod virium incurrat.) ita Erasmus. at Pal. pr. ac quart. supra legunt *submittat*, non *submittit*, item *videatur*, non *videtur*: hic etiam *nihil virium incurrat.* Pinciani aliquot cod. abest dictio *virium*, in vno vero conspicitur, *nihil asperum quod virium incurrat*, vti etiam est in Pal. sec. tert. Col.

Minime quidem si quis rectis ocul. int. illa possit.) vox *quis* debetur membranis Pinciani, nec enim extat in vulgatis ab Erasmo; qui habent etiam *possis.* at Pal. pr *si quid rectis ocul. int. illa possis.* sec. tert. Col. faciunt pro prima illa lectione. quart. verba illa non habet quę versui illi Virgiliano includuntur, *Terribiles visu &c.*

Egregie Virgilius noster. Non re dixit terribiles esse, sed visu.) ita Muretus ex codicibus Pinciani, cuius etiam vnus, *Egregie Virgilius noster in re dixit terribiles non esse sed visu* scriptura prima sincera mihi videtur. nam extat ea in meis quatuor, nisi quod Pal. sec. ac quart. coniūgat *redixit.* at pr. *Virgilius noster miro terribiles esse sed visu.*

Socratem perpessitium senem.) ita & margo editionis Erasmianæ; ipsa vero *perpetitium senem.* de cuius vocis scriptione quædam Stephanus libr. 2. Prood. cap. III. prima forma scribitur in Pal. pr. ac sec. at tert. *perpessum.* quart. *perpesitum.* Col. *perpessiuum.* vtitur iterum noster supra Epist. 53. *etiam duro & perpessitio confessione. &c.* ad quem locum, me vide.

Inuictum fame & paupertate.) ita putabat rescribendum ex quodam ms. Pincianus, cum esset in vulgatis ab Erasmo, *inuictum tamen & paupertate.* quod etiamnum restat in Pal. sec. tert. Col. at Pal. pr. *inuictum tamē & paupertatem.* quart. *inuictum cus & paupertatem.* aliquid vitii maioris latet, quod non ego nunc detego.

Et laboribus quos militares) ita iterū, ex vno cod. Pinciani, hæc editio. nam Erasmi, *& labores quos*, cui accedūt Pal. pr. ac quartus innocentissimi codices. alteri fauent sec. tert. Col.

Et quibus ille domi exercitus.) particulam *&*, manasse puto ab ingenio Mureti: nec enim vsquam extat in aliis libris. reliqua hausit ex castigationibus Pinciani, cuius vnus codex istam præferebat scripturam, cum alii starent a lectione Erasmi, *quibus ille domi exercitus* quod idem manet in Pal. pr. quart. Col. duo tamen alii præferunt *quibus ille domi exercitus.*

Siue vxorem eius spectes moribus feram) dictio *spectes* ortum habet a Mureto, nec enim ea in editione Erasmi, aut vllo meorum quinque: quorum tamē Pal. sec. ac tert. *siue in vxorem eius moribus efferam.*

Siue liberos indociles.) Pal. sec. ac tert. *siue in liberos.*

XXX. Tyrannis noxa data est ciuitas.) ita fere etiam Pal. pr. sec. quart. Col. at tert. *tyrannorum noxa.*

Sub grauissimis criminibus impleta.) Erasmi editio, omnesque mss. *sub grauissimis hominibus impleta.* itaque scire velim quorum auctoritate alterum illud hic substituerit editio Romana. nam Muretus hic, vt & alibi fere semper, Harpocratem agit.

Hac vsque eo animum Socratis.) ita restituit ex vett. libris Pincianus. requiritur enim prima vox in Erasmi editione, quæ tamen etiam in Pal. pr. sec. tert. pro que ea Pal. tert. ac Col. *Huc vsque.*

Vsque ad extremum seruauit. non illum.) adiecta est vox *seruauit* ab Pinc. ex libris. cum absit ab Erasmiana edit. Pal. pr. ac quart.

Hinc tot externarum gentium præsidiis Cn. Pompeius) sic editio Romana obsecuta fere Pinciani iudicio opinātia scribendum hoc inuerso ordine verborum; *hinc Cn. Pomp. totis externarum gentium præsidiis*, cum esset in vulgatis, *totis externarum gentium præsidiis, hinc Cn. Pompeius satis vnus &c.* qui ordo etiam in omnibus meis, nisi quod pro *externarum*, plerique *exterarum.* item Pal. tert. ac Col. *Cn. Pompeium.*

Satis vnus aduersus omnia.) ita & Erasmi editio & Pal. pr. ac quart. alii tres *satis aduersus omnia tutus*, quod & in vno Pinciani, cuius alii aliquot codd. *aduersus omnes.* sed retinuerim vulgatum.

Solus Cato fecit aliquas & Reip. partes.) ita Erasmus & Pal. pr. ac quart. neque aliter omnia exempp. Pinciani præter domesticum ipsius, in quo legitur: *Solus Cato fecit aliquas sui & reip. partes.* cui lectioni, inquit Pinc. suffragari videtur, quod subiicit, *duos in medio relictos Remp. & Catonem.* equidem Pal. sec. tert. Col. alteram istam ostentant scripturam. sed nihil ausim etiamnum mutare. nam prior illa defendit se altero Senecæ loco qui est Epistola 96: *alius certe nemo ingredi potuit, quam qui simul contra Cæsarem Pompeiumque se sustulit, & aliis Cæsarianas opes, aliis Pompeianas fouentibus, vtrumq; prouocauit, ostenditq; aliquas esse Reip partes.*

Sanctis & lectis.) ita Erasmus, notatque alias legi *& doctis.* malim ego cum quinque meis *sanctis & electis.*

Quid habebat quod timeret.) ita & mei quatuor. at Pal. tert. *quid non timeret.* inepte.

Quis ea sibi & victo & victori.) ita scribi voluit ex chirographo cod. vno Pinc. cum vox *ea* abesset editione Erasmi, repræsentarentq; aliæ membranæ *quid sibi.* & vero Pal. pr. quart. Col. agnoscunt *quid sibi.* alii duo *qui sibi.*

Ab ho-

Ab hostibus iratissimis poterat.) agnoscunt & hanc lectionem Pinciani codd. omnes, præter vnum in quo, *ab hostibus iratissimus vix filii Atrei poterant.* at tres illæ voces, in nullo meorum quinque.

In primis autē respuenda sunt voluptates; eneruant &c.) sic Erasmus. at Pal. pr. *restituenda voluptates: eneruant &c.* sec. *destituenda voluptates. eneruant.* tert. *destituendum voluptates, quæ eneruant.* quart. *restringenda volup.* vel *restinguenda.* nam compendiose scribitur. Col. *destituenda voluptates, quæ eneruant.* fere scripserim, *in primis autem destituenda voluptates. eneruant &c.*

Multum autem a fortuna petendum est.) ita etiam Pal. pr. ac Col. nam sec. *multum autem fortuna petunt sperant.* tert. *multum autem a fortuna sperant.* quart. *autem a fortuna petendum est*, sine voce *multum*.

Deinde spernenda opes.) Pal pr. *sperante.* sec. tert. *sperate.* quart. *sperunda.* Col *sperant deinde sperate opes.*

EPIST. CV.

Bonam valetudinem in Ardeatino tuereris considera qua sint.) ita Erasmi editio, meo animo non adeo male. itaque non auscultauerim notis eius, in quibus est; *Bona valetudo motu erroris*) Quidam inquit habebant, *sine metu.* vnus, *quomodo bonam valetudinem tuearis sine metu erroris.* sed apparebat a studioso quopiam mutatam scripturam. forte legendum, *inardeat sine metu horroris.* hactenus Erasmus. vltimam illam manu scripti eius scripturam imitatus est Pal. sec tert. nisi quod habeat *qua ratione*, non *quomodo*. liber Col. *qua ratione bona valetudo inardeat sine motu erroris.* Pal. pr. *bona valetudo inardeat. Metu erroris considerans qua.* quart. *bonam valetudinem in ardeu teneres. Motu erroris considerare qua sint &c.*

Cupiditatem alienam & improbam irritet.) ita & mei quinque: at castigate monet Pincianus ex ms. exemplari, *alienam & intemperiem irritet.*

In sinu gaudere.) h.e. tacitam apud se voluptatem sentire. neque quod vulgo faciunt, foras proiicere gaudii notas. Tibullus: *Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.* Propertius item. *In tacito cohibe gaudia clausa sinu.* Cicero Tuscul quæst. lib. 3. *Quoniam hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.* quæ loquendi figura videtur mutuo sumpta ab Homero qui in Odysseæ lib. 22. sic ait, ἐν θυμῷ, γρηῦ, χαῖρε, καὶ ἴσχεο. perinde dictum est, *in sinu*, quasi dicas in *pectore tuo*, nō *in labiis aut fronte*, quibus partibus vulgus consueuit prodere quod in animi penetralibus occultat. hæc Erasmus Chil. 3. Cent. 13. Adag. apud quem videantur plura.

Neminem lacessendo gratuito.) ita recte ex membranis Pincianus, neq; aliter Pal. sec. tert. nec abit multum Col. qui *lacessendo gratuitum.* Erasmi editio *neminem lacessende aut gratificādo.* Pal. pr. *lacessande aut gratuitum.* quart. *lacessendo aut grauando.*

Qui illum sibi adiunxit.) Pal. tert. *qui nullum sibi adiunxit.*

Apud aliquem potentem potentes sunt.) ita mei quinq; at exemplar quoddam Pinciani *aliquem impotentem.*

Qua irrepit & blanditur.) Erasmi editio *qui.* mei omnes, *quæ*; excepto Pal. pr. in quo *qua.* porro monet Pincianus vet. lect. habere *qua irrepit & eblanditur*, & ita etiam restare in Pal. sec. ac Col. ipse testor.

Secretu producit.) veram & genuinam lectionem arbitramur, *secreta prodit*, inquit Pincianus. non est profecto: ipseque humani aliquid patitur, id est errat. *producere* enim efficax verbum & hic oppido conueniens, vt probo lib. 24. Suspic. cap. 17.

Cui tantum credit.) ita & Pal. pr. quart. Col. at *credat* sec. ac tert. *crediderit* Erasmi editio. primum malim.

Et contentus sit vnius auribus, populum faciat.) ita mei quatuor, solum Pal. tert. *plerumq; faciet.* prius illud remansit etiam in omnibus Pinciani exempp. qui putat scribendum, *poculum faciet.* nam, inquit, meminisse oportet verborum quæ non multo ante præcesserunt, *& non aliter quam ebrietas aut amor secretu prodit.* erit ergo, inquit, sensus, pro modo & capacitate poculi custodire aliquem garrulitatem suam, aut non custodire, & esse contentum vnius auribus aut plurium. mirabilem Pinciani correctionem, mirabilem explicationem! sed illud forte mirabilius quod ad isthæc Pinciani adsert quidam; Pincianus, inquit, legit *poculum*, quod non placet. vix enim est vt quis poculo vel pharmaco garrulitatem, aut si mauis, garriendi pruriginem sanet. sic ille. quæ ad ex Pincian. verbis euantur diiudicent alii. nam ego me non mitto inter telum & feram. solum dico minus bene eundem hæc ipsa mutare ad hanc formam; *quantum ipsi creditum. Hic vt garr. suam custodiat, & contentus sit vnius auribus, nunquam faciet.* quid enim istud est quam euirare auctoris argutam sententiam? dic igitur melius. dixi olim. scilicet scribendum, *& contentus sit vnius auribus, publicum faciet.* significat enim Seneca, eum qui vni secretum vulgat, vulgare omnibus. quare? quia vnus ille, alterum habebit cui eadem fiducia idem narret, qua sibi narratum est; alter vero ille tertium, tertius quartum. ita certe in infinitum ibit quod antea vnius erat.

Cum fecerunt, harent. conscientiu aliud agere.) ita scribi distinguique voluit ex vet. lect. Pincianus. & sic Pal. sec. tert. Col. nam est in pr. *cum fecerunt. Errat conscientia. aliud &c.* quart. *cum fecerunt. errant at harent conscientia. Aliud &c.* Erasmi editio, *cum fecerunt. Haret conscientia, aliud &c.* prius iure probemus.

Subinde respicere ad se cogit.) ita publicati. at mei quinque *respondere ad se.*

Tutum aliqua res in mala conscientia.) sic Erasmus & mei tres. sed aliquid latere mali prodit Pal. pr. qui *aliqua nescis mala cons.* item quartus in quo: *aliqua res ini mala consc.* quin idem etiam postea legit *nullam securum*, non vt alii *nulla securum.*

Non satis illi oblitteratum videtur.) ita mei quinque & cusus ab Erasmo; ad cuius oram notatur, alias legi; *Non soluta oblitteratum.*

EPIST. CVI.

Rescriberem tibi de quo quærebas.) ita ex vno Pinc. codice Muretus, cum tamen fateretur alter agnoscere reliquos codd. *rescriberem ei de qua &c.* quod & in Erasmi editione & in meis quatuor. solum Pal. quart. *rescriberem ei de quo quærebas.*

Vtrum differrem te, an donec suus isti rei veniret locus, ius tibi extraordinem dicerem. Humanius visum est, tam longe venientem.) ita quidem & Erasmus & Pal. pr. ac quart. sed tamen malim aliam interpunctionem, ne argumentationi auctoris vis fiat. cui enim ius extra ordinem dicitur, is non differtur. interpunxerim, inquam, *vtrum differrem te, donec suus isti rei veniret locus. ius tibi extra ordinem dicere, humanius visum, & tam longe &c.* ita sane legitur in Pal. sec. tert. Col. nisi quod duo priores *visum est, & tam.* Col. vero, *& ius tibi*, item *humanius, visum est tam &c.*

Quæris, an corpus bonum sit. corpus est. facit enim. quod facit corpus est &c.) ita quidem Muretus. at Pal. pr. *de qua quæris bonum. an corpus sit bonum prodest. facile enim quod facit corpus est.* sec. *quæris, bonum an corpus sit. bonum prodest. facit enim. quod facit corpus est. Bonum.* tert. *quæris. Bonum an corpus sit. Bonum prodest: facit enim quod facit corpus. Bonum &c.* quart. *quæris, bonum an corpus sit bonum. prodest facile enim quod facit corpus est. bonum &c.* Col. *quæris. bonum an corpus sit bonum prodesse, facile enim quod facit, corpus est. Bonum est agitat.* videtur omnino rescribendum: *quæris, bonum an corpus sit. bonum prodest; facit enim. quod facit, corpus est. Bonum &c.* Erasmi editio non longe ab hac recedit scriptura. habet enim, *quæris, an corpus bonum sit. Bonum prodest. Facit enim. Quod facit corpus est &c.*

Quæ ergo propria sunt corporis. Et corporis bona sunt corpora: corpora ergo sunt & quæ animi sunt.) ita quidem legit Muretus; sed nescio quo fultus Atlante. nam habet Erasmus maiuscula prima: *Quæ ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt. corpora ergo sunt & quæ animi sunt.* Pal. pr. ac quart. *Quæ ergo propria sunt corporis? quæ corporis bona sunt. corpora ergo sunt & quæ animi sunt.* nec aliter Col. nisi quod in fine scribat *& quæ in animis sunt.* sec. ac tert. *Quæ ergo propria sunt corpori? quæ corporis bona sunt, corpora sunt ergo & quæ in animis sunt.*

Nam & hic corpus est. Bonum hominis necesse est &c.) ita & Erasmus. Pal. pr. *Nam & hoc corpus est bonum hominis. Necesse* sec. tert. Col. *Nam & corpus est bonum hominis necesse &c.* Pal. quart. confirmat vulgatum: ita tamen vt nulla vsquam vtatur interpunctione.

Ergo & bonum eius corpus est.) ita restituit ex vet. lect. Pincianus, cum præpostere scripsissent alii: *ergo & corpus est bonum eius:* quæ scriptura nihilominus in Pal. pr. ac quart. nam Col. *ergo & eius corpus bonum est.* prima lectio repræsentatur a Pal. sec. & tert.

An fugem sanguinem) ita Muretus ex mss. Pinciani, cui fauet Pal. quart. nam pr. *an fugiendi sanguinem.* sec. tert. Col. *an fugientem sanguinem.* quod vitiosum etiam est in publicatis ab Erasmo codd.

Corporis notis credis imprimi nisi.) Erasmi liber & Pal. sec. tert. Col. *corporis.* vt etiam pr. ac quart. qui tamen vitiose: *notis corporis credis in crimine nisi.*

Inemendabilem adducta.) ita & mei quatuor. Pal. tamen sec. *abducta.*

Et species eius omnes, malignitas, inuidia.) ita Muretus ex vet. lect. Pinc. quæ & in meis quinque. at Erasmi editio, *& species omnis malignitatis, inuidia.* induxisse ipsum puto pronomen *omnes* antiqua exaratum scriptura, hoc modo *omnis:* ita sane est in meis.

Quantam remissionem hilaritas.) ita quidem Muretus; sed nescio quare nam præcessit, *quantam serenitatem lætitia.* & habet alioqui cusa omnis scriptaq; lectio, *quantam remissionem veritas;* omnis inquam meorum codicum; nisi quod, dum compendiarie scribunt, in quibusdam esse possit, *quod necessum.* quam scripturam velim excutiant eruditiores.

Bona sunt & quicquid ex illis.) ita legi malebat sola ductus coniectura Pincianus, cum esset in vulgatis scriptisque eius *bona sunt,* quomodo & mei quinque præferunt. itaque reducatur.

An id quo quod tangi potest, corpus sit.) ita & Erasmus. at Pal. pr. ac quart. non agnoscunt verbum *potest.* solum restat in Col. nam sec ac tert. *an id quo quod tangitur corpus sit.* quod habuerim pro legitimo Senecæ.

Non gaudiū extollet?) sic mei quatuor. Pal. tert *attollet.*

Non tristitia abducet.) inepte sic Mureti editio, contra Erasmianam, quæ *adducet?* cui accedunt Pal. sec. ac tert. & agnoscit etiam Epist. ad Dalech. 17. Stephanus, qui tamen ita scripsisse credit auctorem nostrum sine adiectione, cum, *vultum adducet,* significare vellet. quod vt non prorsus negem, ita dixerim, absolute etiam eleganter vsurpari. certe Tacitus lib. 15 Annal. *Pluribus sermonibus, modo familiaritate iuuenili Nero, & rursum adductus, quasi seria consociaret.* idem lib. 3. Histor. *Minutius Iustus, quia adductius quam ciuili bello imperitabat, subtractus militum iræ.* ita enim ibidem ex Vaticano ms. restituit harum artium princeps Lipsius.

Corpus est Quod vim corpori adfert, corpus. bonum corporis corporale est. bonum hominis, & corporis bonum est) ita editio Erasmi, nisi quod præferat initio *corpus sit,* & mox non habeat illud *est,* legatque, *corporale; bonum hominis.* cui assentitur Pal. pr. præterquā quod is *corporalis. bonum hominis* sec. tert. *corpus sit: quod vim corpori affert, corpus est. Bonum corporis corporale est. Bonum hom &c.* quart. *corpus sit. quod vim corpori affert corpus sit. Bonum corporis corporale ad Bonum hominis & corp* Col. *corpus sit. quod vim corp. aufert, corpus est bonum corporis corporale. Bonum hominis & corporis &c.*

Latrunculis ludimus.) *Latrunculis* extare in emendatioribus exempp. testatur Pincianus, & sic hercle Pal. pr. quart. Col.

Imo simplicior.) sic quinque mei. at Pincianus; scribe, inquit, *simplicior est:* multum enim addit neruorum orationi verbum substantiuum in fine locatum iteratumque. & sic legitur in exemplari Franciscano.

Paucis opus est ad mentem bonam literis.) sic Muretus; at interponitur vocula in edit. Erasmi *ad mentem bonam vti literis;* quæ & in mss. meis quinque. Pal. tamen pr. *Paucis est ad mentem bonam vti literis.* quart. *Paucis satis est ad mentem bonum vti literis.* vt aliud quid hic latere suspicari liceat.

EPIST. CVII.

Tam pusilla te angunt?) ita Romana editio Erasmi, *Tam pusilla tangunt.* codex vnus Pinciani, *Tam pusilla te res angit.* quomodo etiā Pal. sec. nisi quod is *res te anget* at pr. *Iam pusilla tangitur.* tert. *Pusillu res iam te angit.* quart. *Iam pusilla tangit.* Col. *Iam pusillu res tangit.* vt putem omnino scribendum, *Tam pusilla te angunt?*

Si amici deceperent.) veriorem putat lectionem Pincianus, *Si amici deceperunt.* Pal. sec. *Si amici deciperentur.* reliqui quatuor retinent vulgatam *deciperent.* subest his & seqq. mendarum thesaurus, quem ne tango quidem. non ineptum tamen illud quod alias legi annotat Erasmus, *Quid si amici deciperent?*

Epicurus noster imposuit, & ita vocentur.) ita fere Pincianus de coniectura. cum enim publicasset Erasmus. *Epic. noster imposuit, & vocentur.* putauit legendum *imposuit. Ita vocentur.* at Erasmi scriptura diserte in omnibus meis.

Vocentur: quota pars abesset rebus tuis? Desunt illi qui & operam tuam conterebant, & te aliis molestum reddebant. Nihil horum insolitum &c.) ita quidem editio Romana, insistens Pincianæ coniecturæ vestigiis: at vulgata Erasmi. & *vocentur, quo turpius non omnibus sit rebus tuis. Desunt illi qui & operā tuam conterebant, & te aliis molestum esse credebant. Nihil horum.* Pincianus putat minus vitiose legi posse: *Ita vocentur. Quota pars non est, si ex omnibus rebus tuis desunt illi qui & operam tuam conterebant, & te omnibus molestum reddebant. Nihil horum. &c.* I. C. quis ollas hic iterum ostentat, iactando se rescribere, *Te amice deceperunt? habeant sane nomen quod illis Epicurus noster imposuit: ita vocentur, quo modo ais: non omnibus adsint rebus tuis Desunt illi qui operam tuam conquerebāt, & te aliis molestum reddebant. Nihil horum &c.* quibus quid proprie velit nescio. hoc scio nihil facere ad mētem Senecæ. Pal. pr. *& vocentur quo turpius non sint omnibus rebus tuis. Desunt enim qui & opera tua contrahebant, & te aliis molestum esse credebā: Nihil &c.* neq; aliter quart nisi quod is, *Desunt illi qui.* sec. *& vocentur quo turpius non sint omnibus rebus tuis Desunt illi qui & operam tuam conterebant & te aliis molestum esse credebant. Nihil horum &c* tert. *& vocentur quo turpius non sunt. Omnibus rebus tuis desint illi: qui & operam tuam conterebant: & te aliis molestum esse credebant. Nihil horum &c.* Col. *& vocentur quo turpius non sint omnibus rebus tuis desint illi qui & operam tuam conterebant & te aliis molestum esse credebant. nihil horum insolitum &c.*

Aut inquineris luto.) legendum ex omni vet. lect. & meorum & Pinciani, *aut inquineris in luto.*

Et arietes & cadm.) ita mei quatuor & recte. nā sæpius vtitur ea voce noster. non est itaque audiendum exemplar vnum Pinciani, *& erigaris & cadas.* Pal. sec. non habet illa *& arietes.*

Et exclames, O mors, id est mentiaris.) ita Romana editio Erasmi, *O mors idem mentiaris,* notatumque ad oram alias legi, *metiaris* conqueritur Pincianus isthęc in omnibus corrupta exempp. & forte legendum, *O mors, iter emetiris,* quia subiicit, inquit, paulo post; *Per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter.* Pall mei quatuor habent illud *idem mentiaris.* Col. *metiaris.* I. C. quidam. quærit, an non legi possit, *O mors & me metieris.* potest quidem, sed ita vt Senecæ non sint. subodoror enim in voce *mentiaris* subesse aliquid quod *metam itineris* facere posset. sed enim cum a membranis non iuuer, absit suspicionibus inanibus lectorem obiuam.

Praparetur animus contra omnia) omisit duas voces Romana editio, quæ in Erasmo & meis quatuor; *Mori vult. Praparetur animus &c.* Pal. tert. *Mors me vult. praparetur &c.*

Sciat se venisse vbi, Luctus & vltrices.) ita Muretus at Pal. pr. quart. pluscula verba addunt: *Sciat se venisse vbi patiuntur fulmen, sciat se venisse vbi Luctus & vltrices.* & sic etiam fuisse in nonnullis mss Pinciani, castigationes eius fatētur. & sic quoque Col. nisi quod ipse; *venisse vt patiatur fulmen* Pal. sec ac tert. *Sciat se venisse vbi tonat fulmen sciat se venisse vbi Luctus.* quomodo & editio Erasmi, nisi quod ordine alio; *venisse, tonat vbi fulmen.* quæ verba,

cum de-

cum deessent quibusdam Pinc. libris, ea sustulit Muretus. at Lectius etiamnum iterat vocem *ubi*, legendo, *venisse ubi tonat, ubi fulminat, ubi Luctus &c.*

Hac cogitatio assidua præstabit.) Pal. tert. *hoc.*

Vt aulis sis malo tuo.) eleganter, & sic Pal. sec. ac Col. item a manu secunda tert. in quo prius *malo grauiter implicatus.* pr. ac quart. habent sub ictum lectionem veram, *vt aulis sis malo tuo.*

Accidit, deinceps, accidet. Multa & varia sunt quæ in nos diriguntur. Quædam in nos &c.) Erasmi editio; *accedit. Deinceps quæ multa & varia sunt, in nos diriguntur. Quædam &c.* sicuti & mss mei quinque & Pinciani, qui coniicit, *accedit. Deinde cum multa & varia sint quæ in nos diriguntur.*

Ad alios peruentura nos constringunt.) ita Muretus. at editio Erasmi, at mei omnes *nos stringunt.* quod reuocetur in propriam possessionem.

Et fera nobis loco occurret.) ita quidem Erasmus. at mei quinque, *nobis eodem loco occurret.* quod non ausim excludere.

Alium aqua, alium ignis eripiet.) membranæ meæ & Pinciani vtiobique legunt *aliud.*

Contrariis rerum æternitas constat.) ita Erasmus & ex meis tres, at addunt vocem Pal. sec. ac tert. *contr. rerum successibus æternitas constat.*

Nec deseramus hunc operis.) ita etiam alias legi, annotat ad oram editionis suæ Erasmus, cum in ea sit, *nec desinamus.* quod ego præposuerim alteri. nam ita etiam Pal. pr. sec. quart. Col. solum Pal. tert. *nec destruamus.* quod fere vtrique antehaberi possit

Quomodo Cleanthes noster.) ita exemplar vnũ Pinciani, vnde hausit Muretus. Erasmi editio, *quem Cleanthes.* quomodo & Pal. pr. ac quart. rescribamus cum reliquis meis tribus; *quemadmodum Cleanthes noster.*

Si placuerint, boni consules: si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplũ.) verba ista omnia, vna deinde delenda litura. inconcinna enim mihi & inepta videntur. sed nec in omnibus vbique extant scriptis. nam Pal. pr. tantum habet. *Si placuerint scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum.* relectis aliis. at quart. minio initium & finem verborum istorum signauit; ideo forte quod superuacua. quin habet Col. *Non placuerint, boni consules: si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum.*

Duc me parens, celsique dominator poli.) Erasmi editio, *dominator.* alterum illud restat in omnibus meis scriptis. quorum tamen Pal. pr. *Ducor parens celsiq.* sec. ac tert. *Duc me summe parẽs celsiq. poli dominator.* quart. *Deorum parens.* Col. *Duc o parens.* quod placet.

Maluisq; patiar, quod pati licuit bono.) Pal. pr. ac quart. *Maluisq; patiar quod licuit bono,* absque altero illo *pati.* alii tres *Maluisq; patiar, facere quod libuit bono.* scripserim: *Maluisq; patiar, quod pati licuit bono;* quare, alibi prodo in Suspicionum libellis.

Quis so Deo tradidit.) ita Erasmus & Pal. quart. reliqui *se so trad.*

EPIST. CVIII.

Sed nihilominus quia pertinet, pertinaciter properas) ita Muretus. nescio quo iudicio. nam cum haberet editio Erasmi, *quia pertinet properas,* monuit Pincianus legere quosdam codd. *quia pertinaciter properas.* quod vltimum retinuit Muretus, neque tamen eiecit alterum *pertinet;* haud volente Nicolao Fabro, vt prodit ipse de se præfatione in libros Senecæ; reponit enim, *quia pertinaciter properas.* mei quoque Erasmianæ potius adhærent scripturæ. solum Pal. pr. *quia pertinent properant.*

Quos cum maxime ordine continentes &c.) idem ille literarum Faber legit ex mss. libris, *quos cum maxime ordine, contin.* placet. ita prope ei accedit Pal. pr. ac quart. qui, *quos cum maxime ordinem cont.* nam alii tres *cum maximo ordine cont.*

Totam moralem Philosophiæ partem.) Pal. quart. *totam moralem Philosophiam.* tert. *totam Philosophiæ partem.* lectio media ferri posset. nam & Lactantius lib. 6, cap. 17, citat libros Senecæ *Philosophiæ moralis.*

Statim expediam) addit de consilio membranarum vocem Nic. Faber *te statim expediam;* omnino vt puto recte; licet contraeant mei quatuor. at Pal. quart. habet *statim expedit.* quod si mutemus in *expedire*, lectio oritur satis elegans.

Regenda sit.) Erasmus, *digerenda*, quod & in Pal. pr. at alii quatuor, *dirigenda sit.* neque excluserim.

Ne ipsa se impediat.) ita aliquot codd. Pinciani; quamuis non neget, esse qui præferant, *te impediat.* Erasmus edidit *ne ipsa impediat.* Pal. pr. *Et ne ipsa impediat.* quart. *ne ipsa se auditus impediat.* Col. *nec se impediat.* sec. ac tert. retinent quod excudit Muretus.

Capies quantum voles.) ita & Pal. pr. ac quart. alii tres præponunt vocem; *tantum capies, quantum voles.*

Hæc nobis præcipere.) mei, *Hoc nobis.*

Aut sanabilior. Redibit autem. Ea enim Philosophia.) ita bene Erasmus. nam Pal. sec. ac tertio absunt *Redibunt*, & *enim:* disponunt vero, *aut sanabilior. Ea autem Philos.* pr. quoque ac quart. item Col. habent, *aut sanabilior redibit. Ea autem Philosophia.*

Licet non in hoc venerit, colorabitur.) ergo & propter id veniebant? ita sane; innuitque ipse noster Epist. 86: *At nunc blattaria vocant balnea, si quæ non ita aptata sint, vt totius diei Solẽ fenestris amplissimis recipiant, nisi & lauantur simul & colorantur.* Apuleius lib. de Philosophia: *ignorans veram pulcritudinẽ & corporis effœtam & eneruem & fluxam cutem deamans. nec saltem coloratos Sole, aut exercitatione solidatos & opacos vmbra, vel molles desidia.* addit & alteram causam Arnobius lib. 1, *Quod si Sole aliquis torrere se suetus, & adquirere corpori siccitatem, ratione consimili conqueratur.* Ideo etiam ad Solem sese lauabant. Aristophanes apud Pollucem:

Λούσασθαι καὶ κτενίσασθαι πρὸς τὸν ἥλιον. item vngebant. Vetus Interpres, ad illud Persii Sat. 4 *& assiduo curata cuticula Sole.* *Curata,* inquit, *scilicet a Chromatiariis. nam Chromatiarii dicuntur colorarii, vel qui toto die in arena sunt, vel in Sole. Antiqui enim vngebant se, & in Sole erant, vt oleum corpus imbiberet; vt Iuuenalis: Nostra bibat vernum contracta cuticula Solem, Effugiatq; togam.* Hoc etiam notiue est, itidem ex Aristophanis Concionantib.

Ἀλλ' ἠλειψάμην τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας,

Ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον. & Tertulliano lib. 3, aduersus Marcionem: *Aliud est, si penes Ponticos, Barbaræ gentis infantes in prælium erumpunt, credo ad Solem vncti primo, dehinc pannis armati.* hæc Coluius.

Qui in vnguentaria taberna resederint.) ita etiam Pal. pr. ac quart. at tres alii, *vnguentaria tabernacula.*

Qui multis apud Philosophum annis persederint.) ita Erasmus, ita Pal. pr. ac quart. at sec. tert. Col. *apud Philosophum annos persederunt;* quomodo etiã corrigere nos voluit ex vett. suorum lect. Pincianus. cui tamen non auscultauerim.

Vt aliqua illis vitia deponant.) ita correxit de ingenio Pincianus, cum passim esset in exoletis editionibus *illi.* Erasmi vero haberet aduerbialiter, *illo:* quomodo etiam est in Pal. pr. tert. Col. nam sec. *illi.* quart. *vt aliqua illo vitia.*

Ad quam mores suos exigant.) ita & Erasmus. at mei quatuor, *quæ mores suos exigant.* sec. *quæ mores suos erigant.*

Sine profectu alieno dicant.) Erasmi editio, meiq; quatuor, *discant.* Pal. sec. *discunt.*

Phrygii tibicinis sono semiuiri.) Per *semiuiros*, haud dubie innuit Gallos, matri Deũm sacerdotes, qui audito *Phrygio tibicine*, statim in furorem aguntur. id quod aliis itidem hominibus vsu non venit. Lucianus in Nigrino: ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν Φρυγῶν αὐλῶν ἀκούοντες, οὐ πάντες μαίνονται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται, οὗτοι δὲ πρὸς τὸ μέλος ὑπομιμνήσκονται τοῦ πάθους. Philostratus: οἱ πλανώμενοι τῇ Ῥέᾳ μαινόμενοι, ἀναρριπίζοντες τὰ ἄλλα κτύποις ὀρχοῦνται. hæc Brodæus lib. 5, cap. 13, Miscellan.

Et ex imperio furentes.) ita & ante Brodæum Erasmus, vt puto recte. mei tamen quoque *& ex imperio fugientes.* I. C. quis, non offenditur vltima voce, sed penultima: dicitque legere se: *& ex impetu furentium:* quæ correctio inepta & falsa. nam istos semiuiros *ex imperio furere*, liquet satis ex Catulli Carmine de Attine furore percitos nominatimque id significat Tertullianus Apolog aduersus gentes, cap. 25. vbi de Cybele ei sermo; *Itaq; mate-*

statis sua in vrbem collata grande documentum nostra etiam ætati proposuit; cum M. Aurelio apud Syrmium resp. exempte die XVI Kal. April. Archigallus ille sanctissimus die nono Kal. earundem, qui sanguinem impurum, lacertos quoq; castrando libabat pro salute Imp. Marci iam interempti, solita aque imperia mandauit. ó nuncios tardos! ó somniculosa diplomata! &c. sed quid tricor? ecce ipse iterum noster cap. 27, de Vita beata. *cum sistrum aliquis concutiens, ex imperio mentitur. cum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atq; humeros suspensa manu cruentat,* &c.

Afficiuntur illi & sunt quales iubentur si illa animo forma permaneat) Erasmi editio, *si illi animo.* antiqua lectio codd. Pinciani; *Afficiuntur illis & sunt quales iubentur, si illa animo forma permaneat*, quomodo & Pal. pr. sec. tert. Col. putat tamen ipse sinceriorem lectionem; *Afficiuntur illis. Essent quales iubentur si illa animo,* &c. valde profecto verisimiliter. restat in Pal. quart. *Afficiuntur si illa animo fortuna remaneat*, reiectis aliis vocibus.

Si non impetum insignem) ita mei tres. at Pal. pr. ac quart. *sine impetum.*

Tunc illa animi bona velut sopita excitantur) Erasmi editio, *veluti soluta excitantur.* Pinciani quædam exempp. *velut ad solita excitantur.* vnus vero, *velut solicitatur.* scribendum autem retur, *tunc ad illa animi bona velut solicitantur*; vel, inquit, *tunc ad illa animi bona velut [illegible] excitantur.* Pal. pr. ac Col. *inter illa animi bona velut soluta excitatur.* sec. Pal. *tunc illa animi bona veluti ad [illegible] excitatur*, item tert. nisi quod is *excitantur*, quæ lectio non displicet. quart. *inter illa animi bona veluti soluta excitantur.*

Per longi canalis angustias tractum, patentiore nouissime exitu [illegible]) ita legi voluit Pincianus ex mss. suis, neque aliter [illegible] in meis quinque, nisi quod Pal. quart. vt & nonnulli P[illegible] *effundit*, item Pal. pr. diuisim, vt Erasmus quoque, *p[illegible] ore.* monet tamen Pinc. aliquot codd. non agnoscere vocem *tractus* at Erasmus falsus a voce difficili, putat [illegible] opinari se scriptum fuisse, *patente ore nouissime extudit*, idq; aliquem interpretatum esse *effudit*: mox tamen, pro *extudit* remansisse *exitu.* nihil horum fuit. lectio prima vera est, & perspicua.

Velut lacerto excussa torquetur) ita Erasmus & Pal. tert. at quatuor alii *retorquetur*, nisi quod insuper scribat Col. *excessa retorquetur.*

Qui paupertati sua aptus est, scribe, inquit Pincianus, *qui paupertati sua aptatus est.* at sic in nullo est meorum. quatuor enim *aptus* retinent. Pal. vero vltimus habuit *oblatus est*, moxque eo eadem deleto manu, repositum, *optatus est.* quod non nemini erit mouendæ saliuæ.

Odium pecunia indicunt) ita etiam Pal. sec. alii tamen omnes, *inducunt.*

Affectum vbi videris, vrge, hoc preme) Pal. pr. quart. *affectum videris vrgere. hoc preme.* sec. *affectum cum videris, vrge, hoc preme.* &c. Col *affectum cum videris vrge, preme, hac onera.* sed enim Pal. tert. ter repetit pronomen *hoc*, sic; *affectum cum videris, vrge hoc, preme hoc, hoc onera.*

Facillime enim tenera concitantur ingenia) ita quidem Mureti editio. at Erasmi, *conciliantur*, sicuti & quinque mei, & plerique Pinc. quorum tamen aliquot, *reconciliantur* & medium illud retinuerim, nisi sicui potius *concinnantur.*

Adhuc docilibus leuiterque) Erasmi editio *docibilibus.* alterum illud erat in vet. lectione Pincianorum codd. qui tamen præmittebant particulam, *& adhuc docilibus:* quomodo omnino in Pal. sec. tert. Col. at enim pr. longe aliter, nempe *Adhunc debilius leuiterq.* etiam quart. quis *Adhuc debilius leuiterq.*

Ipse regem se esse dicebat) ita & mei quart. Pal. tert. *Ipse enim regem.*

Cui liceret censuram agere regnantium) ita omnino legendum, vt præcedentia satis clamant, neque aliter Pal. pr. tert. quart. at vnus Pinc. liber, *gentium.* Pal. sec. *gerentium.* Col. *regentium.*

Et ost[illegible] ndere quicquid vsum excederet, pondus esse) ita quidem editio Romana. at Erasmi: *Et ost. quod quicquid vsum exced. pondus esset.* Pal. pr. ac quart. *& ost. quam quicquid vsum excederet, pondus esset.* & ita Col. nisi quod is, *quem quicquid.* scribo *& ostendere, quomodo quicquid vsum excederet, pondus esset*, cum Pal. sec. ac tert.

Sed etiam superuacuis: libebat circumscribere gulam & ventrem) praua interpunctio. lege cum Erasmi, & cum plerisque meis, *sed etiam circumuacuis. libebat circumscribere,* &c. vt sit, libebat circumscribere gulam & ventrem non tantum ab illicitis voluptatibus, sed etiam superuacuis. quidni enim ita loqui liceat?

In omnia impetu venerã) ita & Erasmus & Pal. quart. nec dubito quin recte. alii tamen quatuor, *in omnia inceptus veneram.*

In omnem vitam renunciatum est) ita Pal. quoq; pr. ac quart. alii tres *renunciaui.*

Hac enim non sibi, sed oblectamenta sunt) scribamus cum Pinciani scriptis, cumq; meis quatuor. *nec enim cibi, sed oblectamenta sunt.* nam & alioqui Pal. pr. *Hac enim cibo sed oblectum.*

Quoniam optimus odor in corpore est nullus Inde vino caret stomachus) Elegans hæc correctio debetur duobus mss. Pinciani cum enim prodidisset Erasmus priorem habuisse editionem, *quem obtinemus odor in corpore est. nullo inde vitio caremus stomachi:* esletque in mss. eius, *non luxum dat vino stomachus.* in aliis, *non lusum dat;* arbitrabatur legendum, *cum obtinemus odor in corpore est. nullo inde vino calet stomachus.* at Pal. pr. *quoniam optimemus odor in corpore est. nullus inde vino careremus stomachus.* sec. *quoniam optimus odor in corpore est. Non luxum dat vino carent stomachus.* & sic quoque tert. ac Col. nisi quod is *vino*, non *imo.* at quart. *quoniam optimus odor in corpore est. Nullus inde vino carens stomachus.*

Ab [illegible]condantur facilius animi, quam temperantur) amicus quidam meus mallet *abscond. facilius omnino quam temp.* alterũ illud tamen in omnibus restat membranis.

Quam tunc maiore impetu) mallet fere Stephanus lib. 2, cap 4, Prood. *quanto maiore.* at mei quinque, *quantum maiore.* quod fere est vt vtrique præponam.

Amorem Pythagora iniecerit Sotion. Docebat, &c.) ita Mureti editio, de coniectura Pinciani. cum enim esset in libris eius atq. Erasmi, *amorem Pythagoras iniecerit. At Sotion dicebat,* &c. puto, inquit Hispanus, corrigendum, *amorem Pythagora iniecerit Sotion. Dicebat,* &c. additque: sed expende, inquit, an legendum sit, *Docebat.* siue *Disserebat.* nam sequitur infra *Hac cum exposuisset Sotion.* sic Pincianus. Pal pr *amorem Pythagoras iniecerit. At Sotion dicebat.* sec. ac Col. *Pythagoras iniecerit ad Sation dicebat.* tert. *am. Pythagoras iniecerit. At Socion dicebat.* quart. *amorem Pythagoras iniecerit ac Socio. Dicebat.*

Sceleris hominibus ac parricidis metum facit) ita mei tres. at Pal. tert *sceleratis hominibus & parricidis metum facit.* Col. *sceleris hominibus ac parricidiis metum facit.*

In quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur) ita legendum putarat Erasmus, cum præferret editio antiqua, *sed in quo cognatus aliquid spiritus hostiis paratur*; variabantq; inquit codices. verum nusquam aberat aliquid medii. pro *sed* fortasse legendum *scilicet*, nisi magis eam vocem expungere. ita Erasmus. Pal. pr. *si in quo cognatus aliquod spiritus hostiis pateretur.* sec. tert. *si in quo cognatus al. quasi spiritus est, hostiis paretur* notatumque in tert. al. legi *pateretur.* quomodo custodit Col. habet quart. *sed in quo cognatus aliquid spiritus hostiis pateretur.*

Hac cum exposuisset Sotion) Pal. sec ac Col *Hoc cum exposuisset ad Sation.* tert. *Hac cum exposuisset Focion.* quart. *Hac cum exp. Socio.*

In alia corpora atq; alia describit) ita mei etiam quinq; ne quis cum oectio quo I. C. hæreat, putetque forte legendum, *distribuit.*

Ceterum omnia tibi in integro seruo) ita etiam Pal. pr. ac sec. verum tres alii, vt & vnum exemplar Pinciani, *tibi integra serua.*

Quod istic crudelitati tua damnum est?) ita Romana editio, proxime emendationem quam ex aliquot libris hausit Pincianus, *crudelitatis tua*, quomodo etiam habent Pall. quatuor ac Col. nisi quod pr. *Quod istis crudelitatis tua.* Erasmus publicauerat *Quod istic crudelitatibus tuis damnum est?*

His

His ego instinctus) Pal. pr. ac Col. *extinctus.* sec. *instructis.*

In Tiberii Cæsaris principatum inuenta) mss. quatuor *principatu iubente*, nisi quod Pal. sec. ac Col. caret præpositione *In* quart. *In Tiberii Cæsaris principatum venente*.

Alienigenarum gentium sacra mouebantur) ita quidem etiam Erasmus. sed enim monet Pincianus, nullum scriptum codicem agnoscere verbum *gentium*. & Pal. pr. *aligena centari sacra mouebantur.* sec. *alienigenarum sacra mouebantur*, quomodo & tert. nisi quod is *mouebantur.* quart. *aligenia tentare sacra mouebantur.* Col. *alienigenarum in sacra mouebantur.* Lipsius ad lib. 2. Annal. Taciti laudat, *alienigena tum sacra.* interpretaturque de sacris Ægyptiis Iudaicisque. quem vide.

Qui non calumniam timebat, sed Philosophiam oderat) ita etiam omn. mss. at mouit me Lectius verba haud dubie traiecta per errorem librariorum reponere se; *Qui non Philosophiam oderat, sed calumniam timebat.* non ausim sequi. nam etsi concederem ordinem inuersum, nihil tamen mutandum erat, cum sic plures loqui soleat noster. sed enim accipio isthæc omnia vti sonant. accusatq; patrem tanquam osorem Philosophiæ filius. rationes promo alibi. interim legatur cap. 16. Consol. ad Albinam.

Si quis impelleret) est a suspicione Pinciani editio enim Erasmi & scripti omnes, *impenderet.* quod sine dictione causæ relegare in perpetuũ nou ausim. nã nec illud *impelleret*, vsquam etiam ad mss. adpictũ oras, nisi Palat. tertii.

Quo proposito ad quam rem accedas) ita solus Pal. pr. alii quatuor. *ad quamquam rem accedas*, notatumque in tert. legendum *quamq.* mediam lectionem receperim.

Vigilandum est) notat ad ista, libro vbi differit de Criticis Stephanus, videri aliquid deesse. at nihil amplius inuenio in meis quinq;.

Nisi properamus, relinquimur) *relinqui* dicuntur illi qui ad diem præstitutam non adsunt, item quos alii prætereunt, vtputa in cursu. atque ita Horatius id verbi accipit in arte ad Pisones: *Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.* plura P. Faber lib 3. cap. 19. Agonist.

Optima quæq; dies) Pal. sec. tert. Col. præmittunt particulam, *&*, *Optima, &c.*

Quo debet abduci) Erasmi editio meique quinque *adduci* quod mihi rectum.

Quod est optimum primum est) mei fere, *quod est optimum in primo est.* solum Pal. primo deest vocula *est*, habetque quart. *optimum ipse est.* quæ lectio nata a compendiaria scribendi ratione.

Id exhauriri in aliis potius patimur) Pal. pr. ac quart. *id exhaurire malimus, potius patimur, &c.* sec. tert. *id hauriri in aliis potius patimur* Col. *id exhauri malimus potius, vt nobis*, sine voce *patimur.*

Et omissis ad quæ diuertimus) ita habere veterem librorum scripturam prodidit Pincianus sicque est in Pal. pr. ac quart. Erasmi editio *diuertimur*, cui fauet Pal. sec. tert. Col. & fere est vt reuocem.

Et redigatur in nostrum) ita & mei quatuor. Pal. sec. *in vestrũ.* suspicabar ego, *& redigatur in numerũ.* etsi & alter suus sensus. vt dicamus *redigere in nostrum* cuius statim occupamus dominium possessionemque.

Qui Grammatici oculis carmen istud legit) exemplar vnum Pinciani *Grammaticis*, quod ei non minus placet. ego adhæserim priori, cui & fauent mei, excepto Pal. sec. in quo alterum illud. at vero laudo Iurisconsultum unum qui tradit *Grammatico oculis legere* adagium esse de perfunctoria lectione, laudo, inquam, hominis liberalitatẽ. nam quis quæso, absq; eo fuisset, prouerbialem hic odoraretur sermonem? non ego certe; qui hactenus putaui istis verbis Senecam voluisse tantum, si quis ex eo carmine excerpere amat quod ad Grammaticam spectat, si id legit tanquam Grammaticus. neque aliter ea videbatur mihi interpretari ipse noster supra, cum ait; *Qui Grammaticus futurus Vergilium scrutatur, non hoc animo legit illud, &c.* item infra, *Cum Ciceronis libros prehendit hinc Philologus aliquis, hinc Grammaticus, hinc Philosophiæ deditus; alius alio curam suam mittit, &c.*

Tristisq; senectus. Non est quod mireris) sic etiam Pal. pr. ac quart. reliqui vero tres, voces aliquot interiiciunt, nimirum *tristisq; senectus. alio loco dicit: Pallentesq; habitant morbi tristisq; senectus. Non est quod, &c* quas an legitimas Senecæ vocaturus sit eruditior quis, auide expecto.

Cum Ciceronis libros de Rep. prehendit) ita Muretus. at Erasmus *librum.* mei tamen quinq; *Cum Ciceronis librum deprehendit.* sed enim lectio media rotunda videtur atq; integra. miror q; quid sibi velit istis ad eam Erasmus; Videtur deesse *legunt*, aut simile verbũ præter ea quæ mutauim⁹. imo nihil deest. nã *prehendit* spectat ad voce *libros*, i. cũ in manus sumit hic vel ille libros Ciceronis, tũc. &c.

Contra iustitiam dici) ita & mei quatuor. Pal tert *circa iustitiam.*

Anci pater nullus; Numa nepos dicitur) ita legitur in Pal. tert. & vno Pinciani; probatque omnino Lipsius lib. 1. Elect. cap 16: enim & Liuius & Dionysius satis habuerint dixisse, Ancũ Marcium nepotem Numæ. Erasmus vulgauit; *Anci pater Marcius Numa nepos dicitur.* libri mei hic mire variant. Pal sec. *Antipater nullius mume nepos dicitur.* sec. *Antipater nullius. Numa nepos dicitur.* quart. *Antipatre nullus Numa nepos dicitur.* Col. *Antis patus, nullius Numa nepos dicitur.* liber alter Pinciani; *Anci pater Marcius Numa nepos fuit.*

Quem nos Dictatorem dicimus) de eo egregia Hotomanus libro de Magistratibus. Brissonius lib. 12. de verb. sign.

Æque notat. Romulum) Pal. tert. *notat & Romulum.*

Id esse in Pontificalibus libris putant & Fenestella. Eosdem libros, cum Grammaticus) lectio hæc & interpunctio fere sumpta ab hariolatione Pinciani; nam cum esset in Erasmo; *Id ita in Pontificalibus libris aliqui putant. Et Fenestella eosdem libros cum Grammaticus*, & legendum, inquit, reor: *Id esse in Pontificalibus libris, & alii putant, & Fenestella Eosdem libros, cum Grammaticus explicuit, &c.* Pal. pr. *Id ita in Pontificalibus libris. Aliqui qui putant, & Fenestellam eosdem libros cum Grammaticus explicuit.* sec. *Id ita in Pontificalibus libris aliqui qui putabant, pronocationem & Fenestrellam Eosdem libros cum Grammaticus explicuit.* tert. ac Col *Id ita in Pontifical. libris & aliqui qui putabant pronocationem; & Fenestellam eosdem libros cum Grammaticus explicuit.* quart. *Id ita in Pontificalibus libris. Aliqui qui sic putãt Fenestrellam, eosdem libros cum Grammaticus exposuit.*

Primum Reapse dici a Cicerone. id est reipsa, in commentarium refert, nec minus Sepse, id est seipse) ita Mureti editio secuta Pinciani vestigia cum enim edidisset Erasmus; *Primum verba expressa ab se dici a Cicerone. Idem reipsa in commentarium refert, nec minus sese idem seipse*: ita isthæc constitui posse putabat Hispanus ille; *Primum verbũ priscum Reabse dici a Cicerone, id est reipsa, in commentarium refert: nec minus Sese, id est seipse.* additq;. Exemplar, inquit, Facundi ac Primitiui sic legit. *Primum enim verba expressa ab se, &c.* vt forte scribendum sit; *Primũ Ennii verbum priscum Reabse.* vltima illa sunt ex veteri lectione. hæc fere Pincianus. Pal. pr. *Primum verba expressa a se dici a Cicerone, id est, reipsa in commentarium referunt; nec minus sese, id est seipse.* nec aliter sec. tert. quart. nisi quod ii omnes *refert*; vt & Col. qui tamen supra, *expressa se dici.*

Quam nunc in circo metam vocamus) & ita ex coniectura Pincianus. at legendum *cretam vocamus*, ex omn. & impressis & mss. neq; abeunt multum Pal. meus sec. ac Col. qui *certam*, aut pr. qui *artam.* causam appellationis e Plinio cognoscimus: quoniam meta creta notari solita lib. 35: *Est & vilissima creta qua circum producere ad victoriæ notam, pedesq; venalium trans mare aduectorum denotare instituerunt maiores.* inde apud Lucretium:

Tu mihi supremæ præscripta ad candida calcis
Currenti, spatium præmonstra callida Musa.

Cic. lib. 1. Tusculanarum: *Nunc video calcem, ad quam cum peruentum sit, &c.* sic fere ad hunc locum Turnebus lib. 2. c. 12. Aduers. Petrus Pithœus lib. 1. c. 11. Aduers. subsec. Lipsius lib. 5. c. 10. Antiq. lect. quib addo illud Varronis

Neminis fortuna currum missum a carcere intimo
Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem tulit.

sed & *cretum* vocat Isidorus lib. 18 cap. 34. at enim Ios. Scaliger Castigat. in lib. 3. Propertii, falsum in eo autumat Senecam, quod putaret *cretam* postea dictam esse, quæ antea *calx* erat, quia & *creta* & *calx* apta designandis albo spatiis. Nam, calx, inquit, vltima in hominæ: ab eo vltimã

quodq; calx sic Græcis πτέρνα in Glossis Græcorum: πτέρνης, τῆς πορείας ἡ βάσις. Marcellinus non semel prouerbialiter dixit, *ultra calcem currere*. & lib 28. *ultra plantam euagari* pro eodem dixit eadem metaphora; quasi cognata sint planta & calx. ita Scaliger.

Deinde Ennianos colligit versus) sic legendum potauit primum Pincianus; cum esset in scriptis eius Erasmique, *Deinde inanes*. quę etiam lectio pertinaciter in meis quinque.

Cui nemo ciuis nec hostis) ita etiam editio Erasmi & vetus lectio codd. Pincian.; qui tamen innuit excusum fuisse alibi; *ciuis atq; hostis*. mei omnes retinent *neq;*.

Quamis pro factis) ita fere legi voluit Pincianus, nempe *Quibis*, cum tamen esset in libris eius, in editione Erasmi, imo etiam in meis quinque: *Quę vult pro factis*.

Reddere opera pretium) & hoc etiam voluit ex suis scriptis Pincianus, cum addat vocem Erasmus & Pal. sec. tert. Col. *pretium potest*; alibi vero sit, *pretium est*. & certe Pal. sec. ac quart. non agnoscunt alterutram vocem. at de *operis* pro *operibus* huc apposita quædam Scip. Gentilis lib. 1. Parerg cap. 30.

Intelligere, apud antiquos auxilium significasse Operam. ait enim neminem potuisse Scipioni neq; ciuem) ita editio Mureti, adiuta nonnihil ab Erasmo; cum enim is edidisset; *intelligere: apud antiquos non tantum auxilium significasse operam, ait opera eius in neminem potuisse, Scipionem neq; ciuem, &c.* vide inquit num legendũ, *sign sed opera, eũ ait neminem potuisse, Scipioni*. Pincianus notat veterem lectionem deprauatam; sed manum tamen inquit, nonnihil emendaturo porrigit: quæ sic habet; *apud antiquos non tantum auxilium significasse, sed operam. ait opera enim eius neminem potuisse Scipioni* Considera igitur an in integrum restitui possit locus hic permutato dictionum ordine; hoc pacto. *non tantum auxilium significasse operam, sed alicuius opera ait enim neminem potuisse Scipioni, &c.* sic ille Pal. pr. *apud antiquos non tantum auxilium significasse, sed opera ait. Opera enim eius in neminem potuisse Scipionem*. sec. ac Col. *non tantum aux. sig sed operam. ait enim neminem potuisse in Scipionem* tert. *non tantum aux. sign. sed operam. ait enim neminem potuisse Scipioni*. quart. *non tantum aux. sign sed operam. Ait opera enim eius neminem potuisse Scipionem*.

Ennium hoc ait Homero surripuisse, Ennio Virgilium) ita emendauit Pincianus, cum præferret Erasmi editio, *Ennius hoc ait Homero se surripuisse; Ennio Virgilius*, quomodo fere etiam in meis quinque. fere inquam. nam Pal. quart. *Cinnus hoc ait*. pr. *Emnius hoc ait*.

Est Ennii apud Ciceronem in his ipsis de Rep. hoc Epigramma) sic scribendum putauit contra omnia exempll. Pincianus, in quibus; *Esse enim apud Ciceronem in his ipsis de rep. hoc Epig* alioqui, inquit, si *enim* legas, vitiosa esset confirmatio afferre Epigramma librorum Ciceronis ad confirmandum Ennium imitatione Homeri, poetas cæli appellasse. nam hoc Epigramma, esse Ennii docere Lactantium lib. 1. cap. 18. sic Pinc. Pal. pr fauet Erasmi editioni, item alii quatuor, nisi quod ii, *Est enim apud*.

Si fas endo plagas cælestum) ita de ingenio emendauit Pithœus. *endo*, pro *in*. editio prima; *Ni faciendo plagas cælestum*: fateturq; Erasmus reposuisse se: *Si fas est plagas cælestum*. additque forte legendum, *Si fas cadendo cælum conscendere*, vt ex *faciendo*, inquit, fiat *fas, cadendo*. equidem sic fere scribuntur hi versus apud Lactantium; hoc nempe modo: *Si fas cadendo cælestia scandere* quod probatur Pinciano. Pal pr. *Nisi faciendo plagas cælestium ascend.* sec. *Non fas omne plagas cælestium asc.* tert. *Non fas esse plagas cælestium asc.* quart. *Ne faciendo plagas cælestium asc*. Col. *Ni fas esse plagas cælestium asc.* Pithœus ad eum modum quo hic initio conspicitur versus emendandum itidẽ putat apud Firmianum. Si enim, inquit, scripsisset Ennius, *Si fas cadendo*, non debuit, nec vero potuit tam acriter reprehendi: quandoquidem conditionem adiecit hanc, *Si fas*, quæ potuit non vera esse. At si legatur, *Si fas endo plagas, &c.* reprehendi iure potuit. hæc fere Pithœus lib. 1. c. 11. Adu. subsec. cuius emendationem probat Scip. Gentilis lib. Origin. quem etiam vide.

Aut grammaticum dilabar) sic vnum exemplar Pinciani, alia, vt & Erasmi, *delabar*. cui fauent Pal. pr. sec. quart. unam & tert. meus *dilabar*. Col. *dedar*.

Velut aliquod artificium venale didicerunt) ita & mei quinque. at Pincianus; reclament inquit, licet exempp. omnia, contenderim legendum esse *docuerunt*. sequitur enim, *quam viuendum & præcipiunt*, & turius: *Non magis mihi potest quisquam talis prodesse præceptor*. ego nihil mutauerim. nã & iidem qui docent, possunt didicisse. sicque etiam vt vulgatur producit Faber Comment. ad leg. 1. de Instit & iure.

Qui aliter viuunt, &c.) eleganter ad hunc locum, positus ille Faber d. l. 1.

In tempestate nauseabundus) ita Erasmus & mei tres. recte. Pal. tamen sec. ac Col. *naufragabundus*, quod & adducit ex aliquo veteri cod. lib 2. cap. 10. Stephanus. improbatque; cum illud nec ipsa tet quam significare deberet natura admittere videatur.

Eripienda sunt vento vela) ita & mei quatuor. at Pal. tert. *erip. sunt promocato vento vela*.

Et ingens agmen tot ac talium) ita Muretus ex vno codice Pinciani; cum esset in primis superioris æui editt *& ingens agmen. Non tamen talium*: Pincianus vero putaret hæc verba; *Non tamen talium*, adiectitia; glossema videlicet studiosi cuiuspiam qui *ingens agmen*, interpretabatur esse non talium quales fuerant Zeno, Chrysippus, Posidonius. Pal. quart. item publicatus ab Erasmo, *& ingens agmen, non tantum Attalus*. Pal pr. *& ingens agmen. Non tamen ac talium*. sec. *agmen non tot ac talium* tert. *agmen. Non tot ac talium nomina quomodo fine probare possunt*. Col. *agmen, non tot ac talium nomina, &c.*

Ne ad spinosam) omissa est vox, quæ in omn. scriptis & editione Erasmi, *ne ad rem spinosam*.

EPIST. CIX.

Quomodo prodesse aliquis possit summum bonum habenti) ita & Pal. pr & quart. at tres reliqui, *Quomodo ergo prodesse vel aliquid possit, summum habenti bonum*. nisi quod Col *aliquis*.

Qui paria didicit, monet) plerique meorum, *mouet*. neque contemserim.

Aliquas cogitationes suas) ita ex vett. libris Pinc Muretus, neque aliter mei quinque. Erasmi editio: *aliquis*.

Semper enim sapienti restabit Erasmi editio; *Semper enim etiam sapienti rest*. at quinque mei concorditer; *Semper enim etiam a sapiente rest*.

Metum incitando) Pall. tres, *metus*. tert. ac Col. *motus*. legerim *irarum metus incitando*.

Quarundam illi rerum notitiam tradet) ita Erasmus. at mei omnes, *rerum scientiam tradet*.

Non scilicet tantum suis viribus) ita & Erasmus & Pal. quart. ac Col. sed enim pr *non solum tantum suis*. alii duo *non tantum suis viribus*, exclusa voce altera.

Sed sibi ipsi Obiicies: Detrahe illi; ita quidem Muretus. at Erasmus *sed sibi ipsi. Hoc scias: Detrahe*; quomodo etiam mei quatuor. solummodo Pal. tert. *sed sibi ipse. Hoc potest. Detrahe, &c.*

Detrahe illi vim propriam) mei omnes *viam*.

Isto modo dicas licet) arrogat sibi satis impudenter Muretus: cum sit a coniectura Pinciani Erasmi enim codd. & eius præferebant; *Vno modo dicas licet*. quod etiam pertinaciter in quinque meis.

Nam ipse ille qui est, esse debet ita aptatus lingua palatoque ad huiusmodi) ita quidem Mureti editio. Erasmi; *Nã ipse ille qui esse debet, ita aptatus lingua palatoque est ad huiusmodi gustũ* quomodo retinet Pal. pr excepto quod is *debeat*. sec. *Nam ipse ille qui debet sumere, plerumq; ita aptatus lingua palatoque est ad*. tert. *Nam ipse ille qui esse debet: si ita aptatus lingua palatoq; est ad huiusmodi*. & ita quoque Col. nisi quod ille, *debeat*, &, *huius* sine *modi*. quart. *Nam ille ipse qui esse debeat ita aptus lingua palatoq; ad huius gustum*.

Vt ille talis sapore capiatur, non offendatur) ita Muretus. Erasmi editio, *vt ille talis sapore non capiatur sed offendatur*. Pal. pr. ac Col. *vt ille talis sapor capiat. offendetur*. sec. ac tert. *vt ille talis sapor eu m non capiat, sed offendetur*. quart.

vt ille

vt ille talis sapor capiat offendeatem.

Mel amarum videatur) ita ex omni scripta lectione repoluit Pincianus. neq; secus mei quinq;. Erasmi editio, *vel amarum vid.*

Oportet vtrumq; talem esse, vt & ille) ita Erasmus; quomodo & notatum alias legi ad marg. Pal. sec. qui tamen habet eum aliis quatuor. *Op. vtrumq; calere vt & ille.*

Et huic profecturo) ita etiam Pinc. lectio; cum tamen mei quinque & Erasmi, *profuturo.*

In summum, inquit, productæ calorem calefieri) Pinciani exemppl. *perducto.* Pal. pr. sec. *productum.* tert. *perductum.* quart. *gliscit* Colon. fauet vulgg.

In summum productæ bonum) sic solum Col. ac Pal. tert. nam *perductus* sec. *perducto* pr. ac quart.

Amplius arma desiderat) Erasmi editio, *vti, amplius arma desid.* Pinc. vet. lectio *vti amplius armis desiderat*: quomodo & mei tres. at Pal. pr. ac quart. *vti amplius arma desiderat.* quod hercle ferri queat.

Qui in summo est calore, ei non opus est adiecto, vt summum teneat. Ipse se, inquit, calor continet. Ad hæc respondeo: Primum, multum interest inter ista, &c.) ita hæc se traiecisse fatetur Muretus; contra omnes sane cusos & calamo exaratos, in quibus fere, *Ad hæc respondeo. Qui in summo est calore, ei non opus est adiecto, vt summum teneat, sed ipse se, inquit, calor continet. Primū multum* sic inquā Pal. sec. tert. Col. nisi quod ii; *opus est calore adiecto, vt summum teneat.* Pal. vero pr. *Ad hæc respondeo. qui in summum metus est calore adiecto, vt summ teneat. sed ipso se inquit, &c.* quart. *Ad hæc respondeo, & qui in summo est calore opus qui in summo metus est, adiecto calore vt summ teneat. eu hic se inquit, &c.*

Prodest qui virtutes alicuius pares sui amat) ita editio Mureti. Erasmi, *partes sui.* ad quæ Pincianus; scribendum, inquit, puto contra omnia exemppl *pares sui,* non *partes sui.* quod tamen & in meis quatuor. nam Pal. sec. *virtutes ab. vno parte sui amat.*

Nisi sapiens: sicut hominem mouere rationaliter nō potest nisi homo. Quomodo ergo) ita restituit ex omni veteri lectione Pincianus, præterquam quod legat initio, *quam sapiens.* & sic etiam est in Pal. sec. tert. quart. Col. nisi quod quart. *& sic hominem.* Col. *sic hominem* at vero ista fere omnia desiderabantur in editione Erasmi, eratq; tantū, *qua nisi sapiens. Quomodo ergo, &c.* a quo non ita longe dissidet Pal. pr. in quo, *nisi homo. Quomodo, &c.* quæ varieta hoc ipsum prodit, quod volumus; scilicet aliquot deesse voces.

Aut eius qui mouebitur) ita solum Pal. quart. alii quatuor. *vt eius qui.*

Exerceat & suam) ita etiam Pal. pr. ac quart. verum sec. *exercere vt suam* tert. ac Col. *exercere & suam.*

Per se res petenda est) sic Erasmus; cui proxime accedit Pal. tert. *res expetenda.* nam pr. *per se exercenda est.* sec. *per se res expectanda est* quart. *per se enim res exercenda est.* Col. *per se res exercenda est.*

An deliberaturus sapiens in consilium aliquem sit aduocaturus, ita fere collocari verba voluit Pincianus: nempe, *an deliberaturus sapiens sit aliquē in consil. aduocaturus.* nā eius scripti, itē Erasmi editio, & mei quatuor, *an deliberaturus sit sapiens, an in consilium aliquem aduoc.* solum Pal. quart. non agnoscit vocem *an* quæ principe ponitur loco.

Quomodo gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori sic quidem etiam Erasmus, itē Pal. pr. quart. Col. sed enim alii duo, *gubernatore, &, ordinatore,* quomodo etiam hunc locum citat Cuiacius lib. 18. cap. 23. Obseruat. quem toto illo capite vtiliter consulas. meminit & *ordinatoris* huius Brissonius lib. 13 de verb. sign.

Et animos cogitationesq;) ita ex vett. Pinc. lectione Muretus. nam Erasmus *& animo cogitationes.* quod & in Pal. pr. alii tamen quatuor alteri accedunt scripturæ.

Nam si hoc non fecerimus) Erasmus, *Nā si hoc fecerimus.* malim eum quinq; meis, *Nam nisi hoc fecerimus.*

In exercendo se vsu valet, ita Muretus ex vno cod. Pinciani alii eius, vt & Erasmi, *in exerc. sensu valet.* vt etiā Pal. pr. ac quart. nam reliqui tres, *in exercendo sensus valet.*

In alieno negotio videre quam in suo. Hoc illis euenit) sic se legere ex emaculatioribus codd. prodit Pincianus, cum vulgasset Erasmus; *in alieno negotio videre. vitio hoc illis euenit* Pal. pr. *negotio videre vitio. hoc illis euenit.* sec. tert. Col. *in alieno negotio videre vitio quam in suo. Hoc illis euenit.* quart. *in aliquo negotio videre vitio. hoc illis euenit.*

Quos amor sui excæcat) Pal. pr. *quos amor subexcæcat.* vti etiam sec. tert. Col. at quart. *quos amoris vis excæcat.*

Illud quod dulcissimum est) ita Erasmus. at nullus ex meis retinet vocem *quod*, habeturque deinde statim in Pal. pr. ac quart. *Sapiens sapienti præstabit*; in aliis tribus, *Sapiens id sapienti præstabit.*

Nihil aliud quam acumen exercere) ita & mei. ad oram Erasmianæ editionis, alias legitur *animum exert.* quæ scriptura nata a compendiosa literas pingendi ratione.

Magna promisisti, exigua video) ita editio Erasmi, & sic inquit fuisse in aliquot libris. at antiquitus editi; *Exige vide* vnde putat forsan faciendum, *Exhibe, vide: exhibentur* enim, inquit, promissa. est in Pal. pr. *Magna promisisti. Exige inde.* quart. *Exige iube.* tres alii, *exigua video.*

Quid me doces scientiam) mei quatuor, *quid me poscis scientiam* Pal. quart. *poscis.*

Circa me gladii) ita Pincianus voluit restitui ex mss. neque aliter mei quinque. Erasmi editio, *contra me.*

Toto nauem meam mari raperet) & sic quoque vnum Pinc. exemplar, cum alii eius & Erasmi, *totam nauem meam,* vt & mei quinque. sed & meo iudicio male.

Hac mihi præsta tu vt voluptatem, vt gloriam) ita adiutus coniectura Pinciani Muretus. nam cum esset in exoletis editionibus; *Hanc mihi præstaturum voluptatem vt gloriam*, putauit ipse legendum, *Hanc mihi præsta tu, vt voluptatem vt gloriam* Erasmus edidit, *Hanc mihi præsta interim voluptatem vt gloriam*; quomodo habent Pal. sec. tert. Col. nam pr. ac quart. *Hanc mihi præstat ærat voluptatem vt gloriam.* forte; *Hoc mihi præsta interim vt voluptatem, &c.*

Epist. CX.

Et iubeo te habere mentem) pronomen *te* in nullo conspicitur mss. meo. neque vero desideratur.

Hoc est propitios Deos) laudat hæc verba Brissonius lib. 1. de Formulis; & nonnulla de eis ego in fine Epist. 101.

Sepone in præsentia) Pal. quart. *Sape in.*

Qui crediderunt hoc, Stoicos) ita legendū arbitratus est Pincianus, cum haberent mss. eius & Erasmi, *hos.* quod tamen in nullo meorum nam Pal. sec. ac tert. præferunt *hoc.* aliis tribus nihil eius loco est: neque requiritur.

Et Genium & Iunonem dederunt) Sciendum hāc Stoicorum opinionem esse vnam ex iis, quæ omnium fere assensu receptæ postea fuerunt; præsertimque poetarum, vnde legimus apud Horatium:

Scit Genius natale comes qui temperat astrum.
Natura Deus humanæ, mortalis in vnum-Quodq; caput.

fortasse autem ea quæ Socrates de suo Dæmonio dicere solitus erat, huic opinioni originem dederunt. hæc Stephanus lib. 1 Prood. cap. 3.

Sine assignati summo) notat Stephanus vocem mediam e iure petitam, lib. 2. cap. 11. Prood.

Videtur eorum fauore produci) ita etiā Pal. pr. ac quart. sed enim sec. *videtur eorum cum & fauore produci* tert. *eorum cura & fauore produci.* quod non sugillauerim. Col. *videtur eorum cura & vim & fauore produci.*

Adhibe diligentiam tuam) sic etiam Pal. pr. ac quart. verum sec. *Adhibe inde & diligentiam.* tert. *Adhibe vim & diligentiam.* Col. *Adhibe vni diligentiam tuam.*

Quieties enim felicitatis causa & initium fuit, quod calamitas vocabatur) ita Muretus ex vet. lect. Pinc. nec aliter omnes mei, nisi quod Pal. pr. quart. Col *felicitatis est causa, &c.* Erasmi editio; *Quieties enim calamitas felicitatis est causa, & vitium fuit quod calamitas vocabatur?*

Iam eminentem alleuauit, etiamnunc, tanquam ibi ad huc, &c.) ita Erasmus & Pal. pr. quart. Col. ac sec. *Iam eminentem vt leuauit. Ita deiecit etiam nunc tanquam.* tert. *iam eminentem, vt alleuauit, ita deiecit etiam nunc tanquam adhuc ibi.*

Vnde toto caderet) Pal. pr. *in toto cadunt.* sec. *venturo caderet.* quart. *vnde toto cadunt.* Col. *in toto caderet.* tert. solum fauet vulgato.

Nos vtraq. extendimus) Pal. *Nos hoc vtraq. ext.* tert. *Nos hac vtraq. extendimus.*

Est tanti dos nihil gaudere) Erasmi editio. *Est autem tanti, dos nihil gaudere.* at Pincianus; scribe, inquit ex vet. lect. iuuersis dictionibus; *Est autem tanti nihil dos gaudere.* & sic profecto legitur in quinque meis.

Aut circumspectius pedem) Pal. pr. *an circumspectius.* tert. ac quart. *noc circumspectius.*

Tamen illo quo intendimus, ire perseueramus) sic Erasmus. Pal. sec. quart. Col. *cum illo quo intendimus perseueramus*, sine voce *ire*; quæ nusquam nisi in tert. hoc ordine, *intendimus perseueramus ire.* scripserim itaq; cum pr. *tamen illo quo intendimus, perseueramus.* nec enim vox *ire* hic multum habet quod agat.

Dominorumq. notitiam acceperit) sic Erasmus & Pal. quart. alii quatuor verbū inserūt, *notitiā scientia acceperit.*

Et *ad se sæpe retulerit*) sic Erasmus. at Pal. pr. *tulerit.* sec. ac Col. *& ad sese pertulerit.* tert. *& ad se pertulerit.* quart. *& ad id sæpe retulerit.*

Nos intra hæc humani ingenii) ita voluit corrigeremus ex mss. Pincianus. nam Erasmi; *inter*, quod & in Pal. tert. nam pr. & quart. *& si intra hæc.* sec. *Nec intra hoc hum.* Col. facit pro editione Mureti.

Prospicere & vltra) ita etiam Pal. pr. ac quart. sed sec. ac Col. præponunt voculā hoc modo; *Si prospicere.* tert. *sed prospicere.*

Quo feratur, vnde surrexerit) ita mei quinque. at Pincianorum vetus lectio, *quomodo feratur.*

Et dominis cuncta versantibus) ita editio Erasmi, quæ tamen notat forte legendum; *& diuis*; extat prior lectio in Pal pr. ac tert. verum sec *& dicimus* quart ac Col. *& diuinis.* ego retinuerim *dominis*, ita tamen vt iis signet ipsos Deos, siue quicquid aliud est quod mundo regundo propositum.

Vltro dedit) Erasmi editio & quatuor mei, *& vltro dedit.* quart. *sed vltro dedit.*

Ceteris æquo vanis) ita Erasmus & mei tres. non extat tamen vox *æque* in Pal. pr. habetq; tert. *ceterisq. vanis.*

Sine regio apparatu) ita alias legi notauit ad editionis suæ oram Erasmus; in ipsa tamen *sine recto*: quo modo etiam in Pal. pr. ac quart. alterum tamen illud restat in aliis tribus. Col. etiam annotat alias legi, *sine frugi app.*

Si non contempseris etiam sordidum panem) ita vnum exemplar Pinciani Erasmus, *si contempseris etiam sordidū panem* quomodo & Pal. quart. at sec. ac tert. *etiamsi non contempseris sord.* pr. & Col. seruant rectam lectionem, *si non contempseris etiam sord.*

In quem sic pretiosa) ita voluit legeremus ex suis Pinc. neque aliter etiam meorum quatuor. solum Pal. pr. Erasmianæ accedit scripturæ, *si pretiosa.*

Alia ergo gratiora) est ex Pinc. mss. quibus assentiuntur Pal pr. tert. quart. Erasmus enim & pr. *Alia ergo gratiora.* Col. *Ades gratiora.*

Alia si diu pasta & coacta) ita Erasmi editio: at notat Pincianus verbum *si* eradendum, ex omnibus scriptis codd. in quorum vno *duce pasta.* vt forte legendum sit, *diu repasta.* sic ille. equidem vox *Si* abest Pal. tert. ac Col. remanet tamen diserte in pr. sec. quart. interim omnes concorditer seruant *diu.*

Delectat te nidor horum arte quæsitus) ita Muretus ex Pinciani scriptis, quomodo etiam est in Pal. tert. & ad orā Col. sed ego retinuerim cum Erasmo, meisq; quatuor *Delectat te nitor horum. nitent* quippe Latinis, quæ bene habita & obesa sunt hinc Vitruuius lib. 10. cap. 1: *nitorem olei* dixit pro ipsius olei pinguedine: *Neq. olei nitorem, neq. vitium fructum habere potuissemus.* quem locum habeo a Turnebo lib. 9. cap. 19. Aduersar. inquit igitur hic auctor delectari eos ea corporis habitudine quæ non a natura. si sacrificii res hic esset, non reiicerem illud *nidor*; nunc cum de palato loquatur, vix est vt non alterum pertinaciter defenderim.

Fœditas occupabit) Erasmi editio, meique quinq; *occupauit.*

Dii mihi, inquit, imposuere diuitias) ita & Erasmus & mei tres: nam Pal. quart. abest vox prima *Dii.* at tert. vocem amplius adiectam habet; *Dii inquit mihi fastidium imposuere diuitiæ.* quod non admiserim.

Calatas ex auro) ita Erasmus. at mei quinque *calatas & auro*, neque displicet.

Hinc puerorum perspicuus, & c. hinc feminarum) Colerus ad lib. 2. Metamorph. Apuleii, istum locum ita interpretatur, vt hinc probet non pueros solum, sed & puellas veteribus in conuiuiis ministrasse. fieri quidem potest vt etiam conuiuium insecutum sit, sed arbitror tamen tangi hic potius aliquam spectaculi publici pompam. sane vox *apparatus* hic non denotat conuiuium aut aliquid quod circa ipsum quod omnia fere docent, & inprimis illa infra: *vidistine quam intra paucas horas ille ordo, quamuis lentus dispositusq. transierit.*

Totam vitam nostram occupabit) mei quinque, vt etiam vulgatus ab Erasmo, *occupauit.*

Præstrinxerit oculos) ita etiā mei, excepto Pal. tert. qui, *perstrinxerit*, itē Col. in quo *præstruxerit.* forte *præstinxerit.*

Lectica formosis imposita calonibus) ita est ad oram editionis Erasmianæ, in ipsa tamen, *coloribus.* quomodo & in Pal. pr. ac Col. alii tamen tres prius retinent, probatq; Lipsius lib. 1. cap. 19. Elect. & accipit pro *lecticariis*; neq. aliud sentire videtur Stephanus lib. 2. cap. 10. Prood. quod vt non reiecerim, ita etiam dixerim eundem manere sensum retento *coloribus*; si modo *colores* capiamus figurate pro iis quibus insignitus vestium color. nam etsi lib. 3. cap. 28. de Benef. dicatur *gerulos istos cultos vt milites & quidem minime gregales*, at calones isti inter illud hominum genus vilissimi. itaque aliud potius nomen eis magisq. inuidiosum indere debuisset Seneca. at *color* in seruis numquam obseruatus curiose. vnde Epist 95: *Transeo agmina exoletorum, per nationes coloresq. descripta, & c.* item lib. de Breuit. vitæ: *Qui vinctorum suorum greges in ætatum & colorum paria diducit*; sic enim ibidem ex vet cod. Muretus. est quidam I. C. qui quærit, Quid si legamus; *lectica formosa imposita burdonibus? burdonibus* enim inquit, hoc est *mulis*, vtebantur ad lecticam, vt ex Vlpiano lib. 22. ad Sabinum discimus. imo ex Vlpiano tale nihil discimus: ambigue enim loquitur, (vt ipse alibi prodis in Politicis) & ad vehicula potius referendi burdones isti. quos etsi concedam translatos ad lecticam, vide tamen ridiculum absurdum quod inde sequitur, si eosdem etiam huic Senecæ accommodemus loco quæris quale? elephantis similes erunt, gestabuntq; lecticam tergo. aperte enim auctor noster, *lectica formosis imposita.* at impositæ ex collis seruorum; vt patet ex his Catulli.

Non, inquam, mihi tam fuit maligne,
Vt, prouincia quod mala accidisset,
Non possem octo homines parare rectos.
At mi nullus erat, neq. hic neq. illic
Fractum qui veteris pedem grabati. In collo sibi coll: care posset. hinc noster Epist. 80: *Idem de istis omnibus dicas, quos supra capita hominum, supraq. turbam, delicatos lectica suspendit.* hæc volui; vt sciremus non magis nunc graculo quidquam cum fidibus quam olim.

Quid refert quantum sit) ita & mei tres. at sec & tert. *quantulum.*

Natura omnibus) omisit vocem Mureti editio, quæ in omnibus libris. nam Erasmi, item Pal. pr ac quart. *Natura dixit omnibus.* proquo, reponi voluit verbo commutato Pincianus; *Natura omnibus dixit*, ex membranis vnis, quas firmant Pal. sec. ac tert. nam Col. amplius; *Natura parens dixit omnibus.*

EPIST. CXI.

Nullum habet) Pal. sec. ac tert. *& nullum habet.*

Cauillationes vocat) an *cauillationis* nomen latius pateat quam Soritis, pluribus expiscatur P. Faber Comment. ad l. 65. ff. de diuers. reg. iur.

Quæstiunculas quidem vafras nectit: ceterum, & c.) vox *nectit* e Pinciani assumpta mss. cum eam non haberet editio Erasmi. iidem tamen habebant *varias* quod Hispano etiam illi minus placuit & vero in Pal. pr. est. *quæstiunculas quidem narras, ceterum.* sec. ac quart. *varias nectit, ceterum* tert. *vafras nectit, ceterū.* Col. *vanas nectit, ceterum.*

Quam in arduo summa sint) mei omnes & Erasmi editio *quod in arduo.*

Nec summis ambulat digitis.) ita legit ex suis Pinc. at Erasmus, *nec in summis ambulat digitis.* quæ præpositio tamen in nullo meorum.

Sine per adversa fluctuatur ac difficilia) ita etiam Pincianus, cum esset in Erasmo, *sine fluctuatur & per adversa & difficilia,* quomodo etiam restat in Pal. pr. ac quart. abest tamen prima illa coniunctio aliis membranis tribus.

Tenent ac remorantur) est & istud a Pinc. codd. quibus non longe abeunt Pal. sec. ac tert. *tenent ac morantur.* vt nec Col. qui, *tenent ac commorantur.* at ab Erasmo editi, *tentant, morantur;* quæ scriptura tuetur se auctoritate Pal. pr. ac quart.

Cum tanta rerum moles vacet) scripserim cum Erasmo & mss. meis tribus *moles vocet.* nam & alioqui reliqui duo Pal. quart. ac Col. *nocet;* indignatur enim Seneca detineri nos ludicris illis, cum talia & tanta ad se vocarent fere iouitent quibus vix suffecerit vita longior.

Nisi qui contempserat) ita & mei tres. Pal. tamen tert. *nisi qui eam contempserat.* cui alludit quart. in quo, *quidam contempserat.*

Epist. CXII.

Cito tamen redibit in gratiam) iubet n[illegible] scribere ex codicibus sincerioribus Pincianus; *cito tamen [illegible] illa redibit.* Pal. pr. *cito cum redibit.* alii tres; *cito eum illa redibit in gratiam.* Col. *cum illa redibit in gratiam,* absque adverbio *cito.*

Tunc itaq. de illo feramus sententiam) Pal. quart. *feremus sententiam.* at tert. *Tunc itaq. de illo feramus;* exclusa dictione *sententiam.*

Nunc illis male convenit) sic Erasmi, & mei quatuor. at Pal. tert. *Nunc illis male.*

Epist. CXIII.

Inter irrita videamur) ita Muretus, obsecutus fere Pinciano. nam cum Erasmus publicasset, *inter irrita videremur;* legendum, inquit, *videamur,* non *videremur,* & sensus monstrat & exemplar scholasticum. item, correctiorem ducerem lectionem *intra* quam *inter.* sic ille. at mei omnes stant ab Erasmiani cod. scriptura.

Sed me in alia sententia esse profiteor. Quæ sint ergo quæ antiquos, &c.) displicet Stephano, quod nonnulla hic omiserit Muretus. cum enim legatur in prioribus editt. *Sed me in alia sent. esse profiteor. Puto quædam esse quæ deceat phæcasiatum palliatumq. Quæ sint ergo quæ antiquos, &c.* hæc enim, inquit, in tertia [illegible] editione ista Romana non leguntur; nec vllam tamen prætermissionis eorum mentionem in annotationibus fieri videmus. extant certe eum in aliis editionibus, quæ eam præcesserunt, tum vero in illa Frobeniana anni CIƆ IƆ XXIX. nec certe verba ista sunt eiusmodi, vt aliquem literarum pene rudem ea margini adscripsisse verisimile sit, & ex illo in contextum irrepsisse. adde quod vocabulum *phæcasia,* in alio ipsius Senecæ legi loco, & ibi ab hac ipsa editione Romana agnosci videmus. Hoc enim est principium capitis a libro vlt. de Benef. *Pythagoricus quidam emerat a sutore phæcasia, rem magnam, &c.* nam & illa noua editio eadem omnia eodem scripta modo habet; nisi quod *phæcasia* ibi cum *a* legitur: ideo forsasse quod hæc scriptura apud Hesychium extet dicentem, esse genus calceamenti rustici. Φαικάσιον, inquit, ὑπόδημα [illegible] γεωργικόν. Ergo *phæcasiatus* dicetur qui hoc genus calceamenti quod phæcasium dicitur, est indutus. Sed quorsum hic phæcasiati palliatique mentio fit a Seneca? scires forsasse quorsum mentionem faceret, si aliquot huic loco verba (vt quidem suspicor) non deessent. sed interim, an debes ita superiores omnes editiones contemnere, vt ne admonere quidem digneris lectorem, verba illa in iis extare. sic Stephanus lib. 2, cap. 8, Prood. quæ eadem ego etiam Romanæ illi editioni impegerim. nam voces istę septem concorditer in Pall. quatuor & vno Col. se clare præbent aspiciendas.

In alia sententia profiteor esse) vocem vltimam assuit Muretus ex mss. Pinciani, extatque ea in meis quatuor; qui tamen, *sententia esse profiteor.* Erasmi editio aut Pal. pr. illam non habet. neque admodum requisiverim.

Non tamen duos esse dices) verbum expunxit Muretus, abductus fide libri vetus Pinciani. nam Erasmus, *esse dices nos.* quomodo etiam Pal. pr. item reliqui tres, nisi quod Pal. sec. tert. Col. hoc ordine; *non tamen duos esse nos dices.* quart. *non tamen esse nos dices duos.*

Quare? quia separati esse debent) ita rursum Muretus auctoritate motus Pincianianorum codd. at ille alter eius non agnoscit vocem *Quare.* Erasmi editio: *Quare? quia separatim esse debent.* vti omnino est in Pal. pr. alii tamen quatuor repræsentant primam illam lectionem, nisi quod sec. legat; *Quare quia separati debet esse.* exsibilanda igitur temeritas I. C. illius qui locum, vt inquit, corruptum, resarcire se iactat, duasque negationes immittit, hac forma: *Quare? Quia separati esse non debent. Ita dico, alter ab altero debet esse diductus, vt duo non sint.* nam & sententia auctoris illi eius figmento disertissime adversarur; & alioqui infra etiam membranæ meæ quinque editionesque adeo omnes, retinent, *vt duo sint.*

Debet esse diductus) sic & Erasmus. at mei quinque, *deductus.*

Quicquid vnum multiplex est) ita Mureti editio. at Erasmi; *quicquid in vnum;* cui patrocinantur mei quatuor. Pal. vero quart. *Quicquid vno multiplex.* quorum vtrumque primo prætulerim.

Iustitia quid est? inquit, Animus quodammodo) ita & Erasmus & Pal. pr. ac quart. at sec. atque tert. *Iustitia quidem est, inquit, animus.* Col. *Iustitia quid est inquit animus.*

Si iustitia animal est, si fortitudo, si cetera virtutes) Erasmi editio, item Pal. pr. ac quart. *Iustitia animal est, fortitudo, sic cetera virtutes.* at monet Pincianus corrigamus, in suis mss. *Si iustitia animal est, fortitudo, sic cetera.* Pal. sec. tert. Col. *Iustitia animal est, & fortitudo, sic cetera virtutes.*

Ac rursus incipiunt) ita Erasmus. Pal. pr. ac quart. *aut rursus incipiunt.* Pincianus mandat emendemus, *vt rursus incipiant,* ex veteri lectione, cui accedit Pal. sec. tert. Col.

An semper sunt) sic Erasmi & mei duo. at vltimi illi tres; *sint.*

Per se pugnet, per se noceat) sic quidem Erasmus, at mei omn. *per se pugnat, per se noceat.*

Et prodest. Quod autem agit aliquid & prodest, impetum habet) ita restituit Muretus ex duobus exemppl. Pinciani. neque aliter mei illi quatuor. solum Pal. quart. *& prodest, impetum habet,* exclusis reliquis: quomodo etiam Erasmi codd.

Donec moriatur id est quod cœpit) ita vetus lectio librorum Pinc. cui assentitur Pal. tert. ac Col. Erasmi editio: *donec moriatur hoc est idem quod cœpit.* Pal. pr. *donec moriatur homo est, id est quod cœpit.* sec. ac quart. *donec moriatur idem est quod cœpit.* quæ postrema lectio non ita insulsa.

Equus item, & canis: transire enim in aliud non possunt) sic quidem Muretus, sed nullius libri suasu. nam Erasmi editio; *Equus, canis, transire in aliud non potest:* quomodo Pal. pr. quart. Col. monuitque Pincianus legeremus cum mss. eius; *equus, equus; canis, canis. Transire in aliud non possunt.* cui proxime appropinquant Pal. sec. ac tert. *equus, equus; canis, canis: transire in aliud non potest.* quæ lectio mihi omnium optima. repetitur enim e communi; equus donec moriatur equus est; canis donec moriatur canis est, &c.

Ista quomodo erunt singula animalia) sic Erasmus. iubet Pincianus scribamus ex vet. lect. *Itaq. quomodo.* vnum tamen exemplar eius; *Ita quomodo singula animalia [illegible].* media lectio extat in meis tribus. at Pal. pr. *Ita quomodo singula sunt animalia.* quart. *Ita, quomodo singula sunt animalia.*

In re confessa perdere operam) ita Pal. pr. & Col. sec. ac tert. *concessa.* quart. *professa.*

Existimo quædam tanta copia) ita mss Pinciani, nisi quod addit verbum *esse,* hoc pacto; *existimo esse quædam;* cum haberent mss. eius & Erasmi, *existimo & quædam.* quomodo

etiam est in Col. verum quadriga Palatinorum codd. agnoscit quomodo vulgauit Muretus.

Cum contuleris, diuersa sunt.) ita Pal. pr. ac quart. alii tres, *si contuleris.*

Nulli similitudo cum altero.) ita solum editio Erasmi. cui nullius accedit librorum mss. nisi quod Pal. pr. *nullius multitudo cum altero*: alii quatuor, Pincianique omnes, *nullius magnitudo cum altero.*

Vt homines, vt Dii.) Pal. tert. ac Col. *vt homines & Dii.*

Vt pecora.) sic & Erasmus & tres mei. at sec. item Pinciani omnes *vt fera, vt pecora.* placet. nam & tert. *vt fera & pecora.*

Virtutes vtiq; rationales sunt, ut qui nec homines sunt.) ita ex correctioribus mēbranis eruit ipse Pincian⁹: quibus fauet Pal. tert. alluditque sec. qui, *Virtutes itaq;*. nam alii tres confirmant Erasmi scriptionem; *Virtutes quoq;*. Pincianus præterea notat; quia non multo post negat auctor *virtutes rationales esse*, credere se legendum hic potius *sint* quam *sunt*; vt concedat aduersarius quod ipse non sentit.

Specie alicuius rei irritatum est.) prodit Pincianus, vnū codicem suum magis videri præferre *incitatum*. at mei omnes seruant primum, tantum Pal. sec. tert. Col. legunt *spe*: pr. vero *species.*

Puta enim prudentiam animal esse.) orta lectio ista de coniectura Pinciani; quam tamen sciamus firmari a Pal. quart. nisi quod is: *Puto enim prudentiam animal esse.* reliqui mss. omnes, nec non editio Erasmi, *Puta enim prudentiam esse*, absque voce, *animal.*

Hoc natura non recipit.) ita ex codd. suis Pincianus; quibus adstipulantur Pal. sec. ac tert. tres reliqui stant ab Erasmi lectione, *non præcipit.*

Prudenter tacere & cœnare bene bonum est.) ortum hoc habet a Mureti digitis nam Erasmi editio, item Pal. pr. ac quart. *Prudenter tacere & cœnare bonum est.* Pinciani vero manu descripti; *Prudenter tacere bonum est. Cœnare bene bonum est, &c.* quod ipse probat: vt & ego. nam sic quoq; Pal. sec. ac tert. nam Col. recedit, in quo; *Prudenter tacere bonum est; cœnare hominis bonum est.*

Clementia sitit.) ita Erasmus & Pal. pr. ac quart. alii tres, *prudentia sitit.* placet.

Si rotundam illis, qualem Deo, dederint formam.) sic & Erasmus & Pal. quart. at alii quatuor, *Si rotundam illis, an qualem Deo dederint formam.*

Et dementia æque rotunda sunt.) ita ex mss. suis Pinc. quibus adcurrunt Pal. sec. ac tert. nam alii tres defendunt Erasmianam, quæ, *& clementia*; sed male.

Sunt enim & ipsa animalia.) ita Pinc. ex scriptis; quibus fauent Pal. pr. tert. Col. at quart. *sint enim & ipsa animalia.* Erasmus. *sunt enim & ipsa animalia.*

Si has quoq; rotundauerint.) ita Pal. pr. ac tert. nam *orotundauerit* quart. *quoq; cum rotundauerit.* sec. *quoq; ceu rotundauerit.* Col. quomodo & præfert lectio mss. Pinc.

Me primum ex nostris.) pronomen *me* addidit ex codd. calamo exaratis Pincianus, estque etiam in Pal. sec. tert. Col aliis duobus & editioni Erasmianæ abest.

Non ex scripto loqui.) Pal. sec. tert. Col. *non ex præscripto loqui.* reliquis duobus abest vox negatiua; habentque tantum *ex præscripto loqui.*

Chrysippus ipsum principale quod est. Ergo cur non ipsius Chrysippi exemplo.) ita Erasmus; neq; longe aliter Pal. pr. quart. Col. qui *ipsum principale quod est. Ergo cur non Chrysippi, &c.* at sec. ac tert. *quod est. Cur ergo non ipsius*, quomodo mutari voluit ex membranacea lectione Pincianus. omnes inepte. distinxerim potius: *Chrysippus ipsum principale. Quid est ergo cur non ipsius Chrysippi exemplo, &c.*

Idem est animus & iustus.) corrigit Pincianus ex vno scripto; *Idem est animus & animus iustus*; quomodo etiam habent mei tres. solum Pal. quart. tuetur vulgatum: nam pr. exhibet; *Idem est animus, & animus & iustus.*

Et fortis, ad singulas virtutes quodammodo se habens.) ita ex eodem ms. emendandum duxit Pincianus, cui adsectiuotur Pal. sec. tert. Col. Erasmus vulgauit; *& fortis. At singula virtutes quodam modo se habent.* Pal. pr. ac quart. *& fortis animal est, & singula virtutes quodammodo se habent.*

Bonum autem omne animal est, sermo ergo animal est. Prudens versus bonum est. bonum autem omne animal est. Versus ergo animal est.) ita Erasmus, ita Pal. pr. ac quart. sed enim sec. tert. ac Col. multo succinctius, & forte an melius: *bonum autem omne animal est: versus ergo omnis animal est.* eiectis vocibus aliis quatuordecim.

Arma virumq; cano.) hemistichium istud Virgilii, frequens in ore omnium etiam ex Martiale & Persio licet colligere. quare etiam vsurpauit Florentinus lib. octauo Institution. l. quæ extrinsecus ff. de verb. oblig. *Quæ extrinsecus & nihil ad præsentem actum pertinentia adiecerit stipulationi, pro supervacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem: veluti si dicat; Arma virumq; cano, Spondeo nihilominus valet.* Scip. Gentilis lib. 2, cap 17. Parergorum.

Quod non possis rotundum dicere, &c.) videtur Seneca iocari in Stoicos suos, quibus mundus erat & animal & Deus; de quo Varro: *Quomodo potest*, inquit, *rotundus esse sine capite, sine præputio?* hęc enim duo intelligit in corpore humano Varro maxime rotunda, & quasi tornata. Sed Platoni etiam mundus animal est, & Deus: quem tamen propterea carere auribus & oculis & manibus & pedibus in Timæo scribit, quod nihil ei huiusmodi instrumentis opus sit, omnia suo complexu arcenti & continenti vt huc potius respexisse Senecam & Varronem putem. hæc quoque Gentilis.

Quod cum maxime agitur. dissilio risu: cum mihi propono, &c. ita etiam omnes membranæ meæ capior tamen interpungere; *quod cum maxime agitur. Dissilio risu cum mihi propono.*

Et aptas illis facies.) ita omnis vetus lectio Pinciani, nec non Pal quart. ac Col. nam sec. ac tert. *& aptas illis facies.* Erasmus *& aptans illis facies*, quem subleuat auctoritas Pal. pr. sed tamen legendum, *aptas.*

Non possum hoc loco dicere illud Cæcilianum) ita iterum Pinc. codd. & Pal. sec. tert. Col. Erasmi enim editio; *Non possumus.* at Pal. pr. *Non possums hoc illo dicere illud Calians.* quart. *Non possum hoc illo dicere illud Caliani.*

Tuis pugna contra ipsam, fortuna non armant. Itaque contra hostes instructi, contra ipsam inermes sunt.) Erasmi editio. item Pal. sec. ac tert. *Tum pugna, contra ipsam fortunam non armatus. Itaq; contra hostes, &c* ad quæ Pincianus; hunc locum, inquit, in omnibus exempp. corruptum deprehendi. corrigendum hoc pacto censeo; *Tuis pugna. Contra ipsam fortunam non armant illa quæ contra hostes. Instructi contra illam inermes sunt.* sic ille. Pal. pr. *Tum pugna contra ipsam fortunam. Non armas itaq; contra hostes. Instructi contra ipsam inermes sunt* quart. *tum pugna contra ipsam fortunam, non armat itaq; contra hostes instructi, contra ipsam inermes sumus* Col. *tuis pugna contra ipsam fortunam non armatus. Itaq; contra hostes instructi, contra ipsam inermes sumus.*

Trans maria cupiunt mittere.) est a Mureto. nam Erasmi editio, *cupiunt permittere.* bene: neque secus Pal. pr. sec. quart. Col. solum tert. *transmittere.* L.C. vous putat forte legendum *promittere*, hoc est in longinqua vsq; extendere. atqui idem omnino etiam significat ipsum illud *permittere*, vt pluribus auctorum locis ostendi in Suspicionum libris. sed nec alia eius significatio hac eadem Epistola supra; *Cleanthes ait spiritum esse a principali vsq; in pedem permissum.* quod mirum a neutro animaduersum.

Ignari quod sit illud ingens paratumq; regnum) editio antiquissima, *ingens paruumq; regnum.* ad quam Erasmus: In aliis, inquit, erat, *par cœlis regnum*, quod ab eruditulo quodam submissum apparet. in aliis, *parq; regi regnum.* in aliis aliud, ὁδὸ[illegible]ιξις. tolerabilis erit lectio. *ingens paruumq; regnum. paruum*, quia vnius in vnum. *ingens*, quia difficile ac præclarum. hactenus Erasmus. est in Pal. pr. *ignari. Quod sit illud ingens par quæris? regnum* sec. *Ignari quod sit illud ingratis par quo quæris regnum.* tert. *ignari quod sit illud ingens par quod quæris regnum.* quart. *ignari qua sit. Illud ingens q; parq; Dis regnum.* Col. *ignari quid sit illud ingens parq; regis regnum.* Lipsius lib. 4. Epist. quæst. 17. rescribit. *ingens patriumq; regnum.* Iac. Dalechampius, quod inuenisset etiam legi, *pars quæris regnum*, huius scripturæ vestigia secutus, legendum arbitratur, *ingens & par illi quod quærunt regnum.* at enim Henr. Stephanus absq;

vll

vlla mutatione aptum sensum videtur sibi elicere ex illo, *ingens paruumq; regnum:* vt vtrumque regnum eius esse dicat auctor, qui contentus *paruisq; sodalibus & Lare paruo, regum opes* (vt Virgilius misceatur Horatio) *animis aequat*. Non negauerim tamen, inquit, aptius (sequendo hunc sensum) ita collocari ista verba; *quod illud paruum ingensq; regnum;* perinde ac si diceret, *paruum* illud & tamen *ingens regnum*. sic ille. I.C. quidam etiam ad istud adcurrit cadauer, testaturque se legere: *ignari quam sit illis ingens paruumq; regnum, imperare sibi. Imperare sibi, maximum imperium est.* & adiicit; *paruum regnum*, vt arbitror, appellat quod in cuiusque arbitrio positum esse censeat, vt a quouis volente parari posset. quae correctio, non tantum Echino asperior, sed etiam vniuersae aduersatur Senecae menti. sed nec illud *paruum regnum* vllo significare potest modo quod ipse vult.

Adhuc illud persuadeat sibi.) Pal. pr. at quart. *Paruum est adhuc. Illuc persuadet sibimet; In hanc &c.* reliqui tres faciunt pro vulgato, nisi quod Pal. tert. primum habuit; *Adhuc illum*; quod demum mutatum in *illud* a manu secunda.

Me in hanc pulcerrimam virtutem vltro etiam impendere iubeor.) sic Muretus, sed nulla subleuatus mss. codicum ope. nam antea eum cuti, *impendere iubentur.* ad quae Erasmus notat in aliis, inquit, erat, *iubet.* si *me*, vertas in *ut*, ac *iuxta* in *ut*, erit commoda lectio: *Adhuc illud persuadeat sibi, vt in hanc pulcerrimam virtutem vltro etiã impendere iubeat, vt tota cogitatio &c.* sic Erasmus. Pal. pr. habet *iubentur*. sec. tert. Col. *iubet*. quart. *vinat*. I.C. quis publicat se rescribere; *vt in hanc pulcerrimam virtutem vltro etiam impendere se iubeat*. sed cum volantis tantum nitatur coniecturae incertitudine, non est quod ei auscultemus.

Vt tota cogitatio) illud *vt* manauit a coniectura Erasmi. itaque eiiciatur. nam nusquam comparet in aliquo mss. meorum.

A priuatis commodis) sic legi cupit ex vno cod. scripto Pincianus, Erasmi editioni aberat praepositio *a*, vt & Palat. pr. retinent tamen alii quatuor, quarum tamen sec. ac Col. praeferunt *aduersa*. non *auersa*.

Nihil ad rem pertinet quam multi) sic solum Pal. pr. reliqui quatuor *pertinere*. nec reiecerim.

EPIST. CXIV.

Inflata explicatio vigeret.) ita Erasmus & Palat. pr. ac quart. at alii tres. *inflata explicatio se vigerat.*

Et fidem egressi) Pal. pr. *fides*.

Talis hominibus fuit oratio, qualis vita) Graecum id prouerbium extat apud Aristidem, in secunda Rhetorices aduersus Platonem in defensione: Οὐκ ἀπεφαίνετο ἡ παροιμία τοιοῦτον ὁ λόγος, οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν λόγον: καὶ παιδίον τὸ τοιοῦτον ὡς αὐτοῖς. Ad eandem facit sententiam quod inter Solonis apophthegmata commemorat Laertius τὸν λόγον εἴδωλον εἶναι τῶν ἔργων &c. vide Erasmum Chil. 1. Cent. 1. adag. 98. item cent. 6 adag. 50. adducit & verba isthaec Senecae Iuretus ad Epistolam 9. lib. 1. Symmachi.

Si disciplina ciuitatis laborauit.) malim *laborat*, quomodo fere est in Palat. quart. qui tamen vt & alii quatuor refert *Sic* non *Si*.

Sed approbata) ita & mei quatuor & Pinc. Palat. pr. & Erasmus *Se app.*

Non vides si animus languet) mei tres *elanguet*. Palat. tert. ac Col. *elanguit*; quod placet.

Acer est & velox) sic quoque Erasmus, qui praeterea monet, alias legi *ferox*. quomodo hercle extat in mss. meis omnibus.

Narrari nunc debeat) vox *nunc* exulat Pal. sec. tert. Col.

Egisset vita rectiore) ita etiam Palat. pr. ac quart. alii illi tres; *vita*.

Licentia planam) iidem tres *licentia*.

Maecenas in cultu suo) sic Erasmus. at mei quinque & Pincianus; *Maecenas de cultu suo*. vt vix dubitem quin isthaec omnia ad marginem prius picta fuerint, & a rudioribus deinde dignata, si Diis placet, contextu.

Quid turpius amne, siluisq; &c.) ita Muretus, contra omnia exemplaria & scripta & typis excusa; in quibus, *Quid turpius amne &c.* nempe distinguendum; *Quid turpius*, AMNE SILVISQVE &c. vt priores duae voces Senecae sint, insectãtis orationis eius exolsem mollitiam; reliquae Moecenatis. quare etiam postea abigenda interrogationis nota; scribendumque *Amne siluisq; ripa comantibus; vide vt alueum lintribus arent.* nam illud *arent* in omnibus meis scriptis & Pinciani vno. Erasmi tamen editio *arat*.

Versoq; vade remittant hortos) sic vnum exemplar Pinc. & mei quinque. Erasmi *remittat*. Scaliger in Elegiam de obitu Moecenatis, citat *alueum lintribus arant, versoq; vade remigant hortos.* voluit enim, inquit, dicere quod Virgilius

-*viridesq; secat placido aequore siluas.*

Quid si quis femina cirro crispat & labris columbatur) Erasmi editio, *Quid si quis foemina cirro crispat*; notatumq; ad orã alias legi *cinno crispat*; adiicitque; Hic locus absque codicum auxilio restitui non potest. itaque nolui me torquere sudore infrugifero; quandoquidem parum opis ferebant exemplaria. praefert Palat. pr. *Quid si quis femina cinno crispant & labris colubatur.* sec. *Quis si quis femina cinno crispata, & labris columbatur.* tert. *Quid se quis femina cinno crispate & labris columbatur.* quart. *Se quis femina cinno crispat, & labris colubatur.* Col. *Quid si feminae cirro crispante labris columbatur.* fere scripserim, *Quid; SIQVIS FAEMINAE cirrocrispata labris columbatur*. vt prior vox Senecae sit, subintelligaturq; *turpius*. sane scriptura ista extat in mss. vett. Pinciani. neq; aliter fere laudat Scaliger, nisi quod neglexerit tres voces primas, *Quid si quis.* additque; *columbatim ferere basia* dixisse tamen Cn. Martium; estque, inquit, περιστερὸς ὑιὸς φιλάγρυπνος apud Graecos.

Vt ceruice laxa feratur) haec adnectenda superioribus, qui demenda nota interrogationis. *laxa feratur* istud, habet Muretus a libris Pinciani. nam Erasmi editio *vt ceruice lassa fanantur* adiectumque margini forte legẽdum, *ceruice lassa fuanatur.* producit idem Scaliger ad hanc faciem; *aut ceruice laxa ferantur*. aliquid in vltima voce latet mendi. nam Pal. pr. ac tert. *vt ceruice lassa fanantur.* sec. *vt ceruice lapsa fanantur*. quart. *& ceruice lassa fanantur*. Col. *vt ceruice lassa fanantur.*

Nemo tyranni, irremediabilis factio rimantur, epulis, lagenaq;) ita ex Pinciani membranis Muretus. nam Erasmi editio; *Nemore tyranni, irremediabilis factio rimantur epulis lagenaq;* notatque, alias legi, *laganaq;*. Pal. pr. *Nemore tyrampus irremediabilis factio rimantur. epulis lagonaq;* sec. *Nemo tyranni irremed. factio rimãtur epulis, lagonaq;*. tert. ac quart. *Nec more tyrãni &c.* hic tamen *lagenaq;* ille *laganaq;* Col. *Nemore tyranni irremed factio rimantur epulis lagenaq;* Scaliger, primas illas dictiones omittit, citatque: *Tyrannus irremediabilis factio rimantur epulis lagenaq; tentant domos*; aitque sermonem esse de domo quae diriperetur. & addit; *tyrannus irremediabilis* Graecissat ambitiose, τυράννου ἀνηκέστου, pro quo optimus poeta, *implacabilis, implacatus. Rimari* autem inquit, *domos lagena*, aut *epulis* in direptione, cum milites omnia ἄνω κάτω ferunt aguntque, vt quicquid esculenti aut poculenti inuenerint, diripiant. haec magnus ille Iulii Caesaris filius.

Et saepe mortem exigunt) ita & Erasmus, agnoscitque Scaliger, hocque vult fieri cum etiam interficiunt, nec, vti alii, pecuniam exigunt. Palat. pr. ac quart. confirmant lectionem vulgatam sed enim alii tres retinent *& spe mortem exigunt*, cui suus forte esse posset sensus.

Genium festo vix suo testem) magna sane hyperbole; a tam tenui familia absit in suo festo, sine quo festum esse non potest. Scaliger.

Tenuis ceres filae & crepacẽ mola focũ mater, aut vxor inuestiunt) ita inepte edit in Romana. melius Erasmi *tenuisue ceres fila & crepacem molam. Focum vxor &c.* optime vero Scaliger; *tenuisq; Cereris fila & crepacem molam. Focum mater &c.* sic, enim, inquit, vocauit farinam in molendino per fistulam manantem; quod tenuis eius ductus vt *fili*. Deinde *Inuestiere focum* pro *fouere* & calfacere, ambitiose nimis a Vesta vocauit, & melius legeretur, *inuestiant* quam *inuestiunt*. haec Iosephus Scaliger. est in Pal. pr.

tenuis ve cerei fila & enim pacem, molam focum mater. aut vxor inuestiunt. sec. *tenuis ne Ceres fila, & crepacem molam focum mater vt vxor inuestiunt.* tert. *tenuis ve Ceres fila, & crepacem mollam, focum mater aut vxor inuestiunt.* quart. *tenuis ac ceres fila &c. pacem molam focum mater aut vxor inuestiuat.* Col. *tenuis ne Ceres fila, & crepacione molam focum mater aut vxor inuestiunt.*

Hoc tibi occurret) Palat. tert. ac quart. deest pronomen *hoc.*

Qui solutis tunicis) tangit diserte & excosat Pedo Albinouanus:

Quod discinctus eras animo quoque, carpitur vnum
Diluitur nimia simplicitate tua.
Sic illi vixere, quibus fuit aurea Virgo:
Quæ bene præcinctos postmodo pulsa fugit.
Inuide, quid tandem tunica nocuere solutæ?
Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
Num minus vrbis erat custos & Cæsaris hospes?
Num tibi non tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscura quis te spoliauit amantem?
Quis tetigit ferro durior ipse latus? &c.

vbi omnia tecta, præter versum penultimum, cuius postremam vocem amicus quidam meus libenter mutatam vellet in *amictum*; etsi alioqui non ignoret alterum hic consistere posse; Lucifugas enim esse amantes, magnumque securitatis signum, si illis nullus a prædatoribus metus. porro Turneb. lib. 6. cap. 9. putat sentire & de Mœcenate Horatium Flaccum, vbi canit, lib. 2. Sat. 2.

Malchinnus tunicis demissis ambulat.

Vt pallio velaretur caput) Palat. tert. *velaret*. alii tamen quatuor *velaretur*. pr. etiam *ve paulo*.

Quam in Mimo diuites fugitiui solent) ita etiam legi notatum ad oram editionis Erasmi. (neque aliter Palat. sec. ac tert.) ipsa tamen, *in nummo*, quomodo citat apud Col. Lipsius lib. 3. Epist. Quæst. 23. arbitratu scripsisse Senecam, *quam in mimo fugitiui solent*. at illi, inquit, qui *nummo* legebant, vocem *diuites* addiderunt, acute. nummi enim diuitibus conueniunt. nisi tamen placet, *in mimo, Diuitis fugitiui*. In Comœdiis autem & mimis serui fugitiui coniecto in humeros pallio & capite velato exprimebantur. hæc Lipsius ibidem, at in libro de Amphitheatro cap. 20. magis est vt legat, *non aliter quam in mimo Diuite fugitiui solent*. ad rem ipsam quod attinet, delicatorum fuisse aut imbecillium capite incedere palliato, haurimus etiam ex Plutarcho, vbi superbiam Pompeiani liberti Demetrii, taxans, *Domino stante ipsius*, inquit, *accumbebat* ἔχων δὲ ἄνω τὸ ἱμάτιον ὑπὲρ τῶν ὤτων κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον. qui locus bene allucet illi Senecæ, sicut & huic Petronii describentis accubitum mollissimi omnium Malchinnum: *Pallio coccino adrasum incluserat caput*. & Plauti versum aulim illuc trahere:

Tam isti Græci palliati, capite operto qui ambulant.

Scæuice enim tangit delicatos & molles istos, quod etiam alias soler per occasionem. Sed & ægri eo vsi: haud dubie cum iustiori iam excusatione. nec de alio palliolo capies illa Suetonii Claudio cap. 2. *Ob valetudinem, gladiatorio munere, nouo more, palliolatus præsedit*. hoc Quintiliani *Palliolum, sicut fasciæ & focalia, sola excusare potest valetudo*. item Senecæ: *Videbis quosdam graciles & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros*. hæc fere d. cap. 20. Lipsius. ego quondam etiam aliquid de hoc loco nugatus sum, putabamque legi posse, *quam in nimbo diuites coccinos solent*. nunc musso. Palat. pr. ac quart. referunt, *quam in vino diuites fugitiui solent*.

Tunc maxime ciuilibus) Erasmi, meique quinque, *cum max.*

Qui vxorem milties duxit) Terentiæ ei nomen erat. ea fuit mulier morosissima & importunis moribus. cum ea sæpe lites habuit, sæpe rediit in gratiam. inde dictum istud salsum Senecæ. vt ex hac historia interpretanda sit lex 64. ff. de donat. inter vir. & vxorem. hæc fere Ioseph. Scaliger ad Elegiā Albinouani de obitu Cilnii huius nostri.

Tam negligenter abiecta) ita voluit legeremus ex scripta lectione Pincianus, cum haberet Erasmus, *tum tam neglig.* cui solum adstipulatur Pal. pr. alii quatuor ea quoque voce pauperiores.

Orationis portentosissima) sic solum Pal. pr. alii tres, *potentuosissima*. Col *potentissima*.

Hoc illa ambages compositionis) sic Pal. etiam pr. ac sec. verum tert. *Huius iste ambages compositionis*. quart. *Hic illa ambages compositionis*. Col. *Hic illa ambares compositionis*.

Hoc verba transuersa) Pal. tres; *Has verba transuersa*. forte etiam reliqui duo, qui vnica litera pronomen illud expresserunt.

Hoc sensus magni quidem sæpe) Erasmi editio & Pal. sec. *hoc sensus mihi magni quidem*. quomodo & forsan Palat. pr. ac secundus, qui nota vna iterum vocem primam exararunt. at tert. *hi sensus mihi magni quidem*. Col. *hoc sensus mihi magni &c.*

Sed eneruati) recte. neque aliter Palat. tert. aut Col: alii tamen *enumerati*.

Hominis esse interdum, interdum temporis &c.) ita voluit corrigeremus ex vno ms. Pincianus; cum Erasmiana editio semel tantum exhibeat aduerbium *interdum*; hoc modo, *hominis esse, interdum temporis solet*. quomodo mei tres Pal. tamen tert. ac quart. id geminat. paulo aliter tantum collocat legitque quart. ita nempe, *hominum interdum esse, interdum temporis solet*.

Cultus primum corporum) ita ex ingenio Muretus. Erasmi editio, meique quinque, *luxus primum*.

Vt ea quæ cludere cœnam solent prima ponantur) ita fere vetus lectio Pinc. meorumque duorum; nimirum; *vt ea quæ includere cœnam solent*. cum esset in Erasmo; *vt ea quæ cludere solent, cœna prima ponantur* Pal pr. quart. Col. *vt ea quæ includere solent, cœnam primo ponantur*.

Et illi pro sordidis soleta) ita voluit Pincianus ex suis, quibus suum addunt calculum mei tres. solum accedit Erasmianæ editioni Pal. pr. quæ; *& ille & pro sordidis*, quart. refert, *vt illi pro sordidis &c.*

Modo antiqua verba) amicus quidam meus mallet, *antiquata verba*.

Modo fingit & ignota deflectit) ita Erasmus & Palat. pr. etiam quart. *& ignota hæc deflectit*. alii tres *modo fingit ignota ac deflectit*.

Et hinc gratiam sperent) ita libri Pinciani. Erasmi *hæc*. vt & Pal. sec. alii tres vna litera id vocis proposuerunt, nisi quod Palat. pr. videatur præferre *hic*, quod & est in Colon.

Ægra ciuitatis indicia sunt) recte. dicuntur enim singulorum hominum exemplo, *ægrotare ciuitates*; quæ scilicet distractione ciuium, seditionibus, factionibus, & mutuis insidiis, luxuria denique aut auaritia, quasi morbis quibusdam infestantur atque laborant. Libanius ad Theodosium Imp. νοσοῦσι καὶ πόλεις, ὦ βασιλεῦ. καὶ ἔστι νοσήματα τῶν πόλεων, ... Sed & veteres quoque auctores Græci hoc loquendi genere vsi, vt exemplis pluribus prodit P. Faber lib. 1. cap. 9. Semestr. neque abstinuerunt Latini Varro lib. 1. de vita pop. Rom. *Distractione ciuium elanguescit bonum proprium ciuitatis, atq; ægrotare incipit & consenescit*. Claudianus in lib. de bello Getico:

O quantum mutata tuo fortuna regressu.
Vt sese pariter diffudit in omnia regna
Membra vigor, viuusque redit calor vrbibus ægris.

Mirum vero nemini debet videri, si ciuitas ægrotare dicatur: quippe cuius corpus ex multis partibus constet. nam vt ait Dionys. Halicarnasseus lib 6. ... Itaque ab ægroto humano corpore ad reip. corpus male adfectum comparationem deducunt sæpe Demosthenes Olynth. 2. & aduersus Philippi Epistolam, atque Plutarchus in M. Catone, Camillo, & Flaminino, &c. sed tu vise Fabrum d. cap. 9. a quo ego isthæc mutuo.

Togis enim inter se istis) vox *istis* non est in Pal. tert. porro quod de togis loquit auctor, sic habet: *toga quidem*, quam diu in communi vsu Romani, alba, nec vllum inter ciues discrimen, nisi quod diuites, munduli, elegantes & semper in toga sua a fullone niuea: vulgus fere sordidiores essent, & togis magis pallentibus, ac, vt proprie dicam, obsoletis. sic Lipsius lib. 1. cap. 14. Elect. quem mihi consule lector.

In co-

Eodem fletit, versat. Multi ex) ita & Erasmus & mei Pal. duo. at reliqui sec. ac tert. addunt, *eo eodem flectit, versat & commutat.* quod admittere quis posset, nisi annotaret Col. pro *versat*, alias legi, *commutat.*

Ad Appium usq; & ad Coruncanium redeunt) sed & apud A. Gellium lib. 1. cap. 10. Phauorinus vitio vertit adolescenti voces priscas & ignotissimas in quotidianis sermonibus expromenti, quasi cum Euandri matre loqueretur. Apud eundem lib. 16. cap. 10. refertur verbum cuiusdam I. C. a quo cum Gellius peteret, quid sibi vellet, PROLETARIVS (quæ vox e duodecim deducta tabulis) respondit (quomodo etiam hodie plures eiusdem farinæ, quibus sordium odor, quam politioris literaturæ gratior est) *sese ius Faunorum & Aboriginum non didicisse; seq; tantam præstare debere legum ac vocum earum scientiam, quibus sua vteretur ætas.* Symmachus lib. 3. cap. 44: *Si tibi vetustatis tantus est amor, pari studio in verba prisca redeamus, quibus Salii canunt, & Augures aues consulunt, & Decemuiri tabulas condiderunt. Iam dudum his renuntiatum est. & successio temporum placita priora mutauit.* ibi Iuretus.

Quam si vellent splendidis vti) ita Mureti editio; secuta excerpta paucorum codd. Pinciani, qui istud habebant ad marginem, cum eius alioquin libri omnes, nec non mei atque editio Erasmi, *quam si nollent splendidis.* quomodo omnino fere legendum, res ipsa clamat. Pal. tamen pr. legit, *quam nollent si splendidis &c.* quart. *quam nollent splendidis vti.* Col. *si quam nolent splendidis vti.*

Hic ne alas quidem vellit) hoc ego promiscue fieri solitum probaui lib. 18. cap. 14. Suspic.

Adeo blanditur. Quid de illa loquar) ita & ad marginẽ editionis Erasmi, in qua, *adeo plauditur.* at iussit Pincianus amplius scriberemus ex vett. lectione, *adeo blanditur & molliter labitur. Quid de &c.* sicque omnino extat in Pal. tert. ac Col. neque multum recedit quart. in quo, *adeo blanditur molliter & labitur.* quin & sec. *adeo blanditur & molliter rapitur.* solum pr. stat a partibus eorum in quibus; *adeo blanditur. Quid &c.*

Ad clausulas redduntur) ita quidem Erasmus: sed tradidit Pincianus scriptam lectionem custodire, *ad clausulas redeunt.* sicque edepol Pal. quatuor, item margo Col. in quo alioqui *ad clausulas veniunt.*

Quid de illa in exitu lenta) ita castigandum ratus est Pincianus, quod confirmat Palat. tert. ac quart. alii tres fauent Erasmianæ editioni, quæ; *Quid illa in exitu lenta.*

Nec aliter quam solet) audax facinus feci ante annos sex septem, *nec aliter quam Salium*, id est *Saliorum.* rationes promsi lib. 24. cap. 12. Suspicion. nunc nihil huic audaculæ coniecturæ auxiliantur mss. mei, nisi quod Pal. pr. retineat *soleat*; non, vt alii quatuor & vulgatum, *solet.*

Pedemq; respondeat) ita etiam Palat. sec. tert. quart. at enim pr. *respondens*, notatumque ad oram, alias legi *respondens* Col. *pedemq; reludens.*

Et in illum genus nitens) sic editio Romana: Erasmi, *& in illud genus nitens.* cui accedunt omnes mei. recte. nam dicit eum æmulatum genus dicendi Salustianum. *nitens* cepit Muretus tanquam deriuaretur a *niteo.* ego, tanquam ab *nitor.* neque secus Horatius, *Nitimur in vetitum.*

Exercitum argento fecit) similiter Aurelius Victor cap. 2. de Viris Illustr. *Romulus Asylum conuenis patefecit, & magno exercitu facto, cum videret coniugia deesse &c.* eandemq; phrasin repetit in Mario. Schottus ibidem.

Fugam nostri fecere) sic Muretus; nullo adminiculatus manu scripto: nam Pincianus (cuius lectiones alias racemare solet) dicit legendum ex vett. suorum lectione; *Fugam nostrũ fecere*, non vt erat in Erasmi editione, *Fugam nostrũ facere.* quod tamen in Pal. sec. ac Col. nam & pr. ac quart. *Fugam nostrũ fecere.* solum stat ab Mureto vilissimus codex Palatinorum, qui numero tertius.

Alio loco: Hiero rex Syracusanorum) ita Erasmus & Pal. pr. ac quart. verum Col. *Alio loco dicit Hiero rex &c.* sec. ac tert. *Alio loco dicit: Rex Syrac.* sine dictione, *Hiero.*

Qua audita Panormitanos dedere Romanis fecere) ita ex Pincianum membranis Muretus; quibus assentiuntur mei quatuor; nisi quod Pal. tert. amplius; *Panormitanos se dedere Rom.* Erasmus publicauerat *debere*, quem subleuat Col. codex.

Gustum tibi dare volui) Ductum a negotiatoribus, qui gustato duntaxat vino aut oleo, de reliquo mox pronunciant. Est enim cuiusque arboris fœtui suus quidam sapor & indoles & forma quæque peculiaris, quæ quoties mutarentur in diuersum, pro ostento habitum fuit; vt eleganter Theophrastus in historia plantarum lib. 2. cap. 4. Vnde Plinius: *Ad eum gustum tibi reliqua promitto.* Erasmus Chil. 1. Cent. 9. Adag. 37.

Inter arma ciuilia) Pal. sec. tert. Col. præponunt, *Dum inter arma &c.*

Qui aut vellunt barbam, aut interuellunt) ita & Pal. pr. quart. Col. at alii duo *qui aut vellunt barbam aut intervellit.* quod nescio an admittere debeam. eosdem hos tangit Scipio apud Gellium lib. 7. cap. 3. *Nam qui quotidie vnguentatus aduersus speculum ornetur, cuius supercilia radantur, qui barba vulsa fæminibusq; subuulsis ambulet, qui in conuiuiis adolescentulus cum amatore, cum chirodota tunica inferior accubuerit &c.* vbi forte legendum *interior accubuerit.* inuehitur in similes & Cicero Orat. 2. in Catilinã *quos pexo capillo nitidos, aut imberbes aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus tunicis, velis amictos non togis. &c.* quæ loca inter se cõponere monuit musicus ille Faber.

Qui lacernas coloris improbi sumunt) lacernæ in vsu vulgi pullæ erãt excipio delicatos, qui amethystinæ coloris sumebant aut coccinei, non tamen sine nota hominum seueriorum. coloris enim improbi vocat auctor, quoniam insolens ille color adhuc Senecæ temporibus & audax. Martialis:

Amator ille tristium lacernarum,
Et baticatus atq; leucophæatus.
Qui coccinatos non putat viros esse,
Amethystinasq; mulierum vocat vestes.
Natiua laudet, habeat & licet semper
Fuscos colores: Galbanos habet mores.

hæc mihi Lipsius ex lib. 1. cap. 19 Elector.

Qui perlucentem togam] idem etiã *Portius* Latro in Catilinam: *Sunt quos in foro quotidie in oculis ciuium calamistratos, ac vestibus collucentes passim obambulare cernimus.* nec non Clemens Alexandrinus, lib. 3. cap. 3. Pædag. [illegible Greek] hæc etiam P. Faber lib. 1 cap. 16 Semestr.

Quod hominum oculis transire liceat] adducit idem Faber, *transilire*, quomodo & repræsentat editio Erasmi, vt & Pal. quart. ac Col. alii tamen tres, *transire.*

Et in se aduertunt] sic quoque & Erasmiana & mei tres. omnino bene. Palat. sec. ac quart. *auertunt*, quomodo scribere nos voluit ex mss. suis Pincianus.

Dum conspiciantur] est hoc a Mureto. nam publicati ab Erasmo, meique quinque, *dum conspici.*

Quam mens cessit oneri, & inclinata vel prodita est] ita Erasmus, ita mei quatuor, nisi quod Col. *perdita est* at Pal. tert. *quam mens cesserit oneri: & tunc inclinata vel perdita est.*

Nisi animus labat] ita mss. Pinciani; meique quatuor. Erasmi & Pal. sec *labatur.*

Simul nutant] Erasmi editio, meique omnes, *simul dubitant.* & certe non est Mureti præscribere Senecæ loquendi modum.

Ex languido fluxoq;] ita Erasmi editio, notatumque ad marginem, alias legi *fluidoq;* quod vltimum conspicitur in meis membranis quinque.

Et nihil imperat turpe] iidem mei omnes; *& illi nihil imperat.* quod placet.

Tunc illum excipiunt affectus] Pal. sec. ac tert. *accipiunt.*

Vires morbus exedit] sic Erasmus. neque recedunt longe Pal. sec. tert. Col. qui, *excedit.* at enim pr. ac quart. retinent *vires morbus accendit.* fecerim *vires morbus accidit*, nam notatur ad oram sec. alias legi, *accedit. accidere* quid sit, doceo lib. 27. cap. 9. Suspic.

Conspecta eorum quibus] Erasmi editio *conspectum eorum quibus*; sicuti etiam Palat. pr. ac quart. at alii tres, *conspectum earum quibus.*

Quod non cum omni exoletorū fœminarumq; turba cõuoluptatur) primã vocem addi voluit ex mss. suis Pincianus, estque etiam in meis quatuor; abest tantum Pal. pr. vt & Erasmi editione. de vltima voce multa ego lib. 13. cap. 2. Suspic.

Nunquid enim mi Lucili hic furor est) ita Erasmus. at Pal. pr. ac quart. *Lucili in hoc furor est*, quomodo & quædã exemppl. Pinciani; cuius alia, *Lucili in hoc furor non est*, vti etiã Pal. sec. ac Col. nã tert. præfert, *Lucili & hoc furor nõ est*.

Quod nemo imbecillum? imo quod nemo nostrum) sic Erasmus. primatus cusi vt & Pall. quatuor, *quod nemo imbecillum in vllo? quod nemo nostrum*. ad quod notat Pincianus, Exemplar, inquit, scholasticum, *in illo etiam quod nemo*. exemplar Franciscanum; *Imo in illo quod nemo nostrum &c.* quam lectionem magis probo. sic Hispanus ille. habet Col. *imbecillum in nullo. Quid quod nemo nostrum*. quam vltimam scripturam, est quomodo defendamus.

Cui tanto tumultu comparatur cibus?) ita & Erasmus. Pal. pr. *cui tanto tumultu comparatur cibus*. sec. nec nõ Pinciani codd. *cui tantorum cultu comparatur cibus*. tert. ac Col. *cui tantorum tumultu comparatur cibus*. quart. *cui tanto tumultuq; comparatur cibus* horum omnium lectio vnaquæque tolerabilis; neque est quod iactet I.C. se legere. *cui tanto tumultu apparatur cibus*; multo minus, vt oggerat nobis *tumultu parentatur cibus*; quasi, inquit, neget tumultum illum fieri ad pascendum ventrem, sed ad parentandum ac sepeliendum potius. nam hæc talia Mineruæ tantum peplo intexenda.

Africo veteraria nostra) ita omnia mss. Pinciani, præter vnũ quod *veterana*; ita & editio Erasmi; notatum tamẽ ad oram eiusdem alias legi, *ventaria*. fortasse, inquit ille, *vinaria*. non putauerim, nam & Pal. pr. ac quart. *ventaria*; tres alii *veteraria*; quod mihi placet. sicque putarim rescribendum in Porphyrione, vbi ille ad Odam 21. lib. 3. Horatianam; *Iocularitèr, inquit, amphoram quam habebat in veterano alloquitur. & vt ostenderet, quam vetustum vinum haberet, socium natam dixit*. malim inquam *in veterario*: quamuis contra sentiat Epist. ad Dalech. 18. Stephanus, qui Porphyrii illo motus loco *veterana* Senecæ donari cupit. etiam I.C. vnus *veterana* hic persistere posse putat: sed accipit pro vinis veteribus; quo nihil est insulsius. idem tamen alibi scribit legendum *vinaria*.

Multorum seculorum vindemiis horrea] Stephanus eadẽ Epistola sic de vltima voce loquitur, tanquã ei nemo fere daturus fuisset locũ, nisi adduxisset ista Horatii oda 28. li. 3.

Inclinare meridiem
Sentis, ac veluti stet volucris dies,
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli consulis amphoram.

nõ male ille. sed enim horrea, nõ solum vinis, sed & mercibus rebusq; quibusque pretiosissimis reponendis custodiendisq; destinata, satis docemur l. 1. §. est iacturæ ff. de off. c. præf. vig. l. 10. §. proinde, in fine ff. de iudic. l. 32. §. idem cum quæreretur. ff. de auro argento. l. 1. & 2. Cod. locati. l. 2. Cod. de peric. & comm. l. 12. §. idem respondit. ff. de instruct. vel instr. & l. 9. §. item si quis merces. ff. de acquir. rer. dom. & aliis locis quæ notat Brissonius lib. 4. cap. 19. Select. antiquit. sed & Glossarium vetus *Horreum* Ἀποθήκη. Excerpta alia, *Horreum* Ἐυδοχεῖον, Ἀποθήκη. vbi prior dictio forte reformanda in Ἐνδοχεῖον.

Tot Consulum regionumq; vina conduntur) ita quidem Muretus; sed tamen inuitis exemplI. omnibus, etiam editione Erasmi, in quibus, *vina cladantur*. Pinciani tantum vnus codex: *tot climatum regionumq; vina conduntur*, a quo vltimum istud Gallus ille mutuo sumpsit. neque adeo displicet: retinendum interea tamen *Consulum*. quam vini duplex commendatio, & ab ætate & a patria. at anni indicantur per Consules vtrumq; cõplexus est Iuuenalis Sat. 5.

Ipse capillato diffusum Consule potat,
Calcatamq; tenet bellis socialibus vuam;
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.
Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius patriã titulũq; senectus Deleuit multa veteris fuligine testa &c.

hinc iocus ille Mart. 7. lib. 78. Epigr.

Potaui modo consulare vinum:
Quæris quam vetus, atq; liberale?
Ipso Consule conditum: sed ipse
Qui ponebat erat, Seuero, consul.

vide amplius Turnebum lib. 26. cap. 24. Aduersar. Stephanum Epist. ad Dalech. 18.

Sciat q; nec multum capere) sic Erasmus ut Pall. quatuor. *Sciat quam nec mult*. Col. *Sciat quod nec*.

Nihil tamen æque tibi) sic Pinc. codd. & mei quatuor, Pal. sec. atque editio Erasmi: *Nihil tam æque*.

EPIST. CXV.

Habeo maiora quæ cures. Quære quid scribas) ita monitu codd. Pincianorum Muretus. nam vulgati ab Erasmo interiiciunt; *Habeo maiora quæ cures quam quæ scribas. Quære quid scribas*. at Pincianus ille tres dictiones, *quam quæ scribas*, omnibus vetustis abesse libris erat testatus. & vero neque eæ vspiam locum inueniunt penes meos mss.

Barba & coma nitidos, de capsula totos) ita Muretus ex vno librorum Pinciani; cuius tamen alii, *descapsulatos*. Erasmi editio, *de capsula tortos*. Ioseph Scaliger castigationib. in lib. 1. Tibulli citat *descapulatos*, sicque dictos putat, *Effluit effuso queis toga laxa sinu*, quique, vt Horatianus ille Malthinus, *tunicis demissis ambulant*. Stephanus Epist. ad Dalech. 17. quod in quodam exempl. esset *decapsulatos*, ex eo fieri posse putabat, *decapulatos*; quasi ab omni sorde purgatos, vt trãslatio petita esset ab iis qui vinum vel oleũ a fæce vel amurca sepetatum in alia vasa effundunt. Dalechampius fingebat, *de capsula vnctos*. at I.C. cuidam forte legendum videtur *de speculo tortos*; quod ita interpretatur tãquam solerent ad poliendam poliendamq; comam speculum omni occasione consulere. quæ lectio an Latinis satisfaciat auribus videris ipse. arbitror enim genuinam lectionem, *de capsula totos*; quæ conspicitur in omnium simplicissimis membranis Palatinis pr. ac quart. nam sec. *decapsulatos*. tert. ac Col. *descapulatos*. vocat autem *totos de capsula*, qui prodituri in publicum corporis omnem amictum, imo adeo ornatum ex arcula sumunt. quod delicatorum tantum prodit ipse noster lib. 1. cap. 1. de Tranq. vitæ: *Placet non in ambitionem cubile compositum; non ex arcula prolata vestis. &c.* eadem omnino figura loquitur & Tertullianus lib. de anima: *Te simplicem & rudem & impolitam & idioticam compello, qualem habent qui te solã habent, illam ipsam de compito, de triuio, de textrino totam*. capsulis vero includi solitas vestes mundumque adeo omnem muliebrem, multis possem probare; nunc tamẽ id cuincam voce *capsarii*, quæ in Iure nostro apud Paulum l. 3. §. vlt. ff. de off. præf. vigil. eosque signat qui mercede seruanda in balneis vestimenta suscipiunt. sed & pleræque hodie gentes notaturæ puellã nitidius comptã compositamq;, non aliã esse aiunt, quã si recens prodiret de arcula.

Oratio vultus animi est) ita Muretus; sed non primus, vt prodit Stephanus Epist. ad Dalech. 17. Erasmi editio *cultus animi*, cui fauent mss. mei quinque.

Si circumtonsa est) ita & Erasmus & Pal. pr. quart. Col. neque temere mutauerim. sec. tamen, *Si cum contiosa est*. tert. *Si contiĩosa est*.

Et habere aliquid fracti) ita Erasmus & Pal. quart. nã sec. ac Col. *aliquid fracti aut ficti*. tert. *aliquid ficti*. pr. *aliquid facti*; quomodo scribẽdũ suspicatur Steph. Epist. ad Dalech. 19. vt alludat, inquit, ad vocabulũ præcedens *manufacta*, perinde ac si diceret, habere aliquid quod natiuũ non est, sed artificiale. sic ille: cuius interpretationem forsan admiserim, non etiam scripturam; vel propter solam vocem antecedentem *manufacta*. quid igitur? retinuerim illud *fracti*; vt significet mollitiem quandam, & animi vt ita dicam, emasculationem. mecum sensit I. C. Gotofridus.

Et libertas comitasq;) ita Erasmus & Pal. pr. reliqui quatuor, *& liberalitas*. quod malim. ¶ *Et (quis credat?) in homine*) sic mss. Pinc. vnde hausit Muretus. Erasmus omnium, *& quod credas in homine*. quomodo Pal. sec. tert. Col. alterum tamen illud extat in aliis duobus, & recte.

Splendorem illi suum affunderent) ita iterum ex Pinc. mss. Muretus; neque aliter mei quatuor. nam Palat. quart. *splendor est illi*. Erasmi editio *splendoremq; illi suum*.

Tum prouidentia tum elegantia] sic quoq; fere legi volebat ex suis Pincianus. cum enim esset in Erasmi libris *Tunc prouidentia cum elegantia*; legendum inquit, *Tum* non *Tunc*. at mei quinque omnes *Tunc proud. cum eleg.*

Nemo

Nemo illum amabilem] lege *illam*, inquit, Pincianus, non *illum*, ex membranis de facie enim loquitur. & vero sic rescribendum suasu mss. meorum quinque.

Si quis videris] ita & mei tres. Pal. tamē sec. ac tert. *videat*.

Tunc inuocato ipsum vultus benignitate productus, adores] Erasmi editio: *Tamen euocanto ipsum vultus benignitate &c.* adiectum tamen ad oram aliter legi; *Tunc euocanto*. Pal. pr. *Tum euocanto ipsam vultus*. sec. *Tamen euocanto ipsam vultus*. quart. *Cū euocāto ipsu vultus*. Col. *Tamē euocanto ipsu vultus*. eo modo, *Tunc euocanto ipsa; vultus benignitate productus, adores ac supplices*; sic namque Palat. tert. sumitur autem *productus* eadem notione, qua Epistola 15. *& in tantum procedet in quantum eius anducia pa-tientia lenitate produxeris*.

Tunc demum illam Virgilii] ita etiam Pal. pr. ac Colon. nam quart. vacuum habet inter dictionem *illam* & *Virgilii*, quinque plus minus literarum. sec. ac tert. *tunc deinde illam Virg.* ¶ *Hominem sonat. Sis felix*] ita & Erasmus, nec non Pal pr ac quart. alii tamen tres; *hominem sonat. O dea certo. Sis felix* neque omiserim. eiecerunt alii, qui tres illas voculas minus commode coorionibus suis infarcire posse viderent, quod saperent paganismum.

Nec in thesauros stipe infusa] adducit hæc Senecæ Scaliger coniectaneis ad lib. 4. Varronis de ling Lat. item Lipsius comm. ad lib. 14. Annal. Taciti nempe *Stipes* Diis visitate dabantur ad res sacras. noster lib. 7. cap. 4 de Benef. *Omnia Deorum sunt: tamen Diis posuimus donum & stipem iecimus*. Varro *Diis cum thesauros asses dant, stipem dicūt*. Ita in capita fontium, quæ sacra, stipem iaciebant. Plinius lib. 7 Epist. de Clitumno: *Fons purus & vitreus, vt numerare iactas stipes, & relucentes calculos possis*. Seneca lib. 4. Natur. quæst. de Nili venis: *In hac eru stipem sacerdotes, & aurea dona præfecti, cum solenne venit sacrum, iaciunt*.

Nemo non, inquam] Pincianus vult corrigamus ex vetere lectione: *Nemo, inquam non*: quomodo & mei quatuor, nisi quod Pal. quart. *Neq, inquam non*. at pr. *Nemo inquam amore*, sine voce negatiua.

Nunc enim multa obstrigillant] ita legere se tradit Pincianus, eiusque verbi significationem mandat petamus a Marcello. mss. eius partim *obsigillant* (quod & in Pal. sec. tert. Colon.) partim *obstigillant*, quomodo est in pr. nam quart. *obligallant*. Erasmi editio *obsigillant*: quod placet Turnebo lib. 30. cap. 3. Aduersar. positumque ait pro occludere. quod quædam occlusa, vt retur, etiam obsignarentur. sic in lege Mænia *sigillare oculos*; quod *obsigillare* valet & occludere. Varro apud Nonium: *Contra lex Mænia est in pietate, ne filii patribus luce claro sigillent oculos*. solebant autem propinqui hoc officium suis morientibus præstare. hactenus Turnebus. putat Stephanus rectum esse *obstrigillant*, mutatūq; ob insolentiā, Epist. 18. ad Dalec.

Aut obscure retinent) sic Muretus motuabis quæ Pincianus in castigationibus suis. nam cum edidisset Erasmus; *aut obscure retinent*; scribendum reor, inquit alter, *obscuritate*, vt *splendori* opponatur. *obscure* illud, extat in quinque meis. ¶ *Sed quemadmodum*) mei omnes, *sed si quemadmodum*. ¶ *Et humilitate & fama*] Palat sec. & Col. *etiam humil. & fama* tert ac quart. *etiam humilitate & infamia*. ¶ *Radiantium splendor impediat*) codex aliquis Pinciani *impendeat*, quomodo & iam Pal. sec. ac Col.

Circa tabulas & statuas insanirem) perpulcra multa ad hunc locum neque tralatitiæ eruditionis, amicus ille meus Marq. Freherus lib. 3. Parergorum.

Carius inepti) ita & Erasmus, & Palat. sec. ac Col. neq; nimium recedit quart. in quo, *carnis inepti*. pr. enim, *carius inepti*s tert. *carius ineptas*.

Siue ex Ægyptiis arenis) ita mss. mei omnes & Erasmi. recte; mallet tamen Pincianus legeremus *Ægyptiis eremis*. nam solitudinum, inquit, Ægypti & Hieronymus & alii meminerunt; & sequitur statim, *mox Africa solitudinibus*. vera hæc: sed retinendum tamen *arenis*, quibus ipsæ solitudines sæpius designātur, vt promo lib. 27. Suspicionum cap. 16. ¶ *Tenui marmore inductos*) ita & Pal. sec quart. Col alii duo, vt & quidam Pinciani, *indutos*.

Bracteatu felicitas est) veteres Glossæ, *brateam* siue *bracteam*, tenuem auri argentique laminam interpretantur. inde *bractearii* in l. 2. Cod. de exc. artif. quos *bracteatores* vocat Firmicus lib. 1. Math. apud Plinium lib. 16. cap. 44. *bracteas ligni* legimus & *bracteatum lacunar* apud Sidonium lib. 2. Epist. 10. & lib. 8. Epist. 8. *gestatorias bracteatas* apud Prudentium Hymno 10 *fulgorem bractealem*, apud Mart. Capellam lib. 1. *comas bracteatas*. sed & Plinius panegyr. *mentis aurea dictum bracteatum* vocat. Iuretus ad lib. 1. Epist. 26. Symmachi. ¶ *Quantum mali lateat*) ita legi cupit Pincianus ex aliquot codd. eius. cui assentitur Pal. tert. reliqui faciunt pro Erasmo, habentq; *iaceat*.

Hac ipsa res tot magistratus) sic & Erasmus & Pal. pr. at iussit Pincianus scriberemus ex libris, *Hac ipsa res qua tot magistratus*. neque aliter mei quatuor.

Et iudices facit, pecunia, qua ex quo] imitata est aliquātum Pinciani libros Romana editio. cum enim haberet Erasmus, *& iudices facit. Pecunia ex quo &c.* voluit alter scriberemus eum membranis suis per minorem, annecteremusque præcedentibus, *& iudices facit, pecunia, ex quo in &c.* quod hercle vt exequamur monēt mei quoque quatuor. solum quippe Pal. pr. *& iudices facit. Pecunia ex hoc in honore &c.* L. C. vnus legit, *Quid magistratus facit? Pecunia: qua ex quo in honore &c.* sed non amat huiusmodi chirurgos noster qui sanam partem corporis acuto resecant ferro. ¶ *Verus verum honor*) ita & mei quatuor notatum tamen ad oram Pal. pr. aliter legi, *vetus verum*. & est in sec. *verum vetus honor*. ¶ *Quale sit quid*) rescribamus suasu mss. Pinciani & meorum trium, *quale sit quidq*. nā & alioqui Pal. pr. at Col. *quale sit quidquid*.

Ad mercedem impii) ita Muretus. Erasmus tamen & Pal. tert. *ad misericordiam impii*. reliqui quatuor *ad aciam impii*. ¶ *Honesta quamdiu aliqua illis spes inest*) ita ex mss. Pinc. Muretus. mei tamen quatuor. *& honestu quamdiu aliqua illis spes inest* solum Palat. pr. firmat editionem Erasm., *& honesta quamdiu spes inest*.

Si plus scelerata promittant) ita Pinc. scriptio. Erasmi & mei tres *promitterent* sec. Pal. *si plus celera promittent*. tert. *si plus scelera promittant* quod mihi blanditur.

Qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutant] ita Muretus ex libris Pinciani Erasmus, item Palat. sec. ac Col. *qui lucro innocentiam, salute opinionem bonam*. pr. *qui lucro innocentiam salute opinione bonam mutant*. quart. *qui lucrum innocentiam salutem opinionem bonam mutant*. tert. *qui lucro innocentiam, sine opinionem bonam mutant*. quæ posterior lectio animum suauiter titillat.

Sine me vocari pessimum, vt diues vocer) ita & Pal. sec. ac tert. alii tamen tres addunt, *Sine me vocari pessimum sim ubi vt diues vocer* quomodo exhibet & Pincianorum scriptura. ¶ *An diues omnes quærimus, nemo an bonus*) ita fere castigandum monuit ex veteri lectione Pincianus, hoc nempe modo: *An diues sit, omnes quærimus, nemo an bonus*, vt etiam restat in Pal. sec. & tert. nisi quod iste adiiciat, *an bonus sit*. Erasmus edidit, *An diues an bonus nemo, omnes quærimus*, quo pacto etiam Palat. pr. at quart. *An diues, omnes quærimus, an bonus nemo* Col. *An diues sit omnes quærimus, an bonus non*. Erasmus Chil. 1. Cent. 3. Adag. 87. dixit se emēdare *Nemo an bonus an diues, omnes quærimus*. apud quem vide de sententia horum versuum plura, item Euripideos aliquot Græcanica lingua desumptos ex lib. 4. Athenæi Dipnosoph. quos etiam citat Paulus Leopardus lib. 3. cap. 2. Emendationum. adeatur & Alciatus lib. 5. cap. 4. Parergωn. ¶ *Non quare & vnde*] Pal. sec. *Non quæritur & vnde*. mox etiam, *rogare*, non, *rogant*.

Quaerit nihil] post hunc versum, habetur iste in Erasmi Adagiis, *An diues, omnes quærimus, nemo an bonus. Aut diues*, qui in nullo habetur meorum, exulat etiam ab editione eius Senecæ. ¶ *Bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit*] ita editio Mureti. at melior lectio Erasmi: *Bene moritur, quisquis moritur dum lucrum facit*. neque aliter certe mei quinq;. ¶ *Veneris in vultu*] sic recte Erasmus. nā est in Græco: Εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ. mei tamen omnes *veneris in vultu*. ¶ *Atq; hominum menet*] ita mei quatuor. Pal. quart. *atq; hominum metuit*. vt forte fuerit, *meret* Leopardus legere mauult, *fouet*, quia in Stobæo, ὁ θνητὸς ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφων. etsi non diffiteatur citare Athenæum ἔχων.

Vt expectarent viderentq;) Erasmus *vt spectarent viderentq;*, veluti etiam mei quatuor. neque mutauerim, nam

spectare idem notat quod *expectare*. Pal. tert. refert; *vt viderent spectarentq.*

Quam misera desideratis) Pal. sec. tert. Col. *desiderat esse.* extat tamen alterum illud in Pal quart. nam pr. *quam misere desiderant.*

Vtinam qui diuitias appetituri essent, cum diuitibus deliberarent. Vtinam honores petituri cum ambitiosis, & summum adeptis dignitatis statum) ordinem hunc verborum inducendum ex mss. suis monuit primum Pincianus, ne aliquis forsan Mureto adscribat, id fere captanti. Erasmi editio, *Vtinam honores petituri cum ambitiosis, vtinam qui diuitias optaturi essent cum diuitibus deliberarent, & summũ adeptis digniti statũ.* porro Erasmus & Pal. sec. quart. Col. agnoscũt, *diuitias optaturi.* extat tamẽ alterũ *in aliis duob.*

Nona suscipiunt) ita & Pal. sec. ac quart. reliqui tres *suspiciunt*, quomodo etiam vulgatus ab Erasmo.

Qui priora damnauerãt) sic Muretus ex vno exemplari Pinciano. alia eius, vt & Erasmi, & mea, *cum priora damnauerint.* solum Pal. sec *qui priora damnauerint.*

Eant vt volent) sic quoque Palat. pr. ac quart. alii tres, *Eant vbi volent.* forte, *Eant vti volent.*

Et opinionum securus) sic Muretus ex lect. Pinc. cui fauet Col. & Pal. pr. ac quartus. Erasmus, aliique mei: *& opinionum suarum securus.*

EPIST. CXVI.

Nostri illos expellunt. Peripatetici temperant) sic etiam Pal. pr. quart. Col. nisi quod quart. *Nostri nos exp.* Col. *Perip. sed temperant.* alii duo; *Non illos Peripatetici expellunt, sed temperant.*

Præbebo rebus) ita Erasmus & Pal. pr. alii quatuor, *præbeo;*

Aut iucundas puter) iidem quatuor, *putas.*

Quid m? Ad te magis peruentura &c.) male collocata distinctio scribe cũ omnibus meis: *Quid ni ad te magis &c.* animeturq; vox sententiæ vltima interrogationis nota.

Da tẽpus lacrimis tam iuste) ita quidẽ Mureti editio, sed Erasmi, & mei omnes, *datus lacrimis tam &c.* annectũtq; prioribus. nec hoc nec Mureti istud sanũ mihi integrũve.

Nullum est vitium sine patrocinio) ita & mei quinque & Pinciani. Erasmi male; *Nullum enim vitium sine patr.*

Nulli non initium est verecundum) sic etiam Muretus ex correctione mss. Pinciani, quomodo præterea ostẽdit Pal. pr. ac Col. male namque alii tres & Erasmus. *Nulli non vitiũ est verec.* ¶ *Sed ob hoc latius funditur*) sic & Erasmus & mei tres; habetque quo se defendat. verum aut omnia me fallunt, aut legendum, *sed ab hoc latius funditur*, scilicet *initio.* nec ego sic solum conicio, sed ita etiam leguot Pal pr. ac quart. ¶ *Et vires dum procedit parat*) ostendi lib 29. ca. 10. Suspic. similẽ extare locutionẽ apud Virgiliũ.

Sed huic vbi nimium indulsern) vox *nimium* abest Pal. pr. agnoscunt tamen quatuor reliqui.

Si suo veniat iure, luxuria est) ita & Pal. sec. tert. Col. at enim pr. *Suo veniat iure. luxuria est.* quart. *Suo veniat iure luxuria*, exclusa prima vltimaque voce.

Longe producitur) sic Erasmus & mei tres. Palat. tert. *longius producitur.* quart *perlonge producitur.* vtrumq; vulgato præpoluerim. ¶ *Sine enim nos respexit*) sic etiã Erasmus. Pal pr. ac quart. *respicit.* quod malim. alii tres: *Sine enim in nos respicit.* ¶ *Nec vino infirmum animum*) ita & mei quatuor Pal. pr. *Nec vitio*, quomodo etiam aliquot exempp. Pinciani, sed perperam.

Homini dedit roboris) ita quoque Palat. pr. ac quart. alii tres: *homini dedit scilicet vim roboris.* quod forte natum a glossa; vt scripserit Seneca alicui satis roboris dedisse naturam; adpinxerit autem ineptus aliquis, *scilicet vni* Adamum intelligens; hocque ab aliis postea receptum pro auctoris, vtque vbi degenerasset *vne in vim.*

EPIST. CXVII.

Multum mihi tibiq; negotium concinnabis) ita Erasmi editio Pinciani chirographi codices: *Multum mihi negotii concinnabis* etsi, inquit, in plerisq; *continuabis.* & vero Pal. pr. ac quart. *Multum mihi negotii continuabis.* sec. ac Col. *Multum mihi negotii concinnabis*; vt fere labar rescribere; *Multum mihi negotii concitabis*, vt extat in tert.

Et dum nescn) Col. *& dum nescio.*

Tunc dicere sententiam) ita Muretus ex vno tantũ cod. Pinciani. Erasmi scriptura meorumque quinque vocem præponit, *deinde tunc dicere.*

Faciat autem aliquid oportet) ita & Palat. pr. & quart. at sec. *facit.* tert. ac Col. *facere autem.*

Quid ergo, inquiunt, non dicimus, Bonum est sapere? dicimus referentes ad id ex quo pendet) sic Mureti editio; cum extaret in Erasmiana, *Quid ergo, inquiunt, cũ dicimus bonũ sapere, dicimus referentes ad id ex quo pendet*; traderetque Pincianus vetustam habere lectionem, *Quid ergo, inquit? Non dicimus bonum est sapere. Sapere dicimus, ad id referentes de quo pendet.* adderetque; Aliqui codices; *Quid ergo inquit? Non dicimus bonum esse sapere. Sapere dicimus referentes &c.* quod vltimum refert. Pal. sec. neque abit tert. nisi quod is *bonum est*; aut adeo Col. præterquã quod ipse præferat *inquis* at Pal. pr ac quart. *Quid ergo inquit? Non dicimus Bonũ est sapere? dicimus referẽtes ad id in quo pẽdet &c.*

Et in alia parte considere) est ex vet. lect. Pinc. codd. cui accedunt mei quatuor. Pal. tamen pr. adhæret Erasmo, qui edidit *& in aliam partem considere.*

Si expetenda res est, bonum est) est a Pinc. scriptis. quibus adstipulantur mei tres. at alii duo firmant lectionem Erasmi, *bona est.*

Syllabam expetendo interponere) sic etiam scripti mei quinq; at enim suspecta est istius loci lectio Stephano lib. 1. cap. 6. Prood. quomodo enim, inquit, dicere potest syllabam *ad* interponi, quæ præponitur, seu præfigitur? & tamen *inserere* etiam dicit statim post; quod eiusdem cum verbo *interponi* significationis. Verum vt hoc *inseri* pro illo *interponi* facit, ita dissentit ab vtroque & mihi assentitur quod sequitur: *adiungam* sic Stephanus.

Adexpetendum quod bono continget) ita Muretus, placetque Stephano, qui scribit minime dubium esse quin voce *adexpetendum* exprimere voluerit auctor, *προσαιρετόν*, sicut vocabulo *expetendum* exprimi solet *αἱρετόν*, sed enim & Erasmi editio, & mss. Pinciani meique adeo omnes concorditer habent, *expetibile quod nobis contingit*, nõ *adexpetendum quod bono continget.* ita, inquam, etiam mei quinque; nisi quod Pal. quart *nobis contigit.*

Quod cum bonum consecuti sumus) & hoc a Mureto est; Pal. enim quart. *quod bonum consec.* alii quatuor, vt & Erasmi editio: *cum bonum consec.* absque dictione *quod.*

Sed petito bono accedit) ita & omnes mei. suggerit tamẽ Pincianus, haberi in exẽpl. vno, *sed petito bonũ accedit.*

Multum dare solemus præsumptioni) *Præsumptionem* eũ dicit pro *anticipata opinione*, veniat nobis in memoriam Græcum *πρόληψις*, quod hoc Latino repræsentatur. Stephanus lib. 1. cap. 6. Prood.

Apud nos veritatis) ita Erasmus & Pal. pr. malim tamẽ cum quatuor mss alius, *& apud nos verit.*

Inter alia sic colligimus) Erasmi editio, *hinc colligimus.* Pinciani mẽbranç, *hoc colligimus.* quibus fauẽt mei duo. at Pal. pr. *hoc colligamus.* quart. *hoc cogitamus.* & placet, *hoc colligamus*, id est *hac re.* Pal. tert. *ob hoc colligimus.*

Non leue momentum apud nos habet) ita Erasmus & mei duo. Pal sec. tert. Col. *non leue argumentum.*

Aut timentium inferos, aut colentium) ita etiam Erasmus & purissimus codex, id est, cui nemo correctorum iniecit vngues, Pal. primus. alii tamen vt & Pinciani verbo amplius, *aut colentium æthera.* quod non probo, videturq; adiectum ab aliquo antiquitatis rudi. nam ille qui in notis suis quærit; quid si ita, *haud timentium inferos, sed cælum amantium*; vel ita, *aut timentium inferos aut cælos colentium*, alibi vero in Theologicis; quid si legas, *aut cælos affectantium* nisi malis, inquit, *aut incolentium*; satis ostendit se isthæc e dolio haurire; nec enim mihi vltra obiurgatione mactandus Andabata.

Vt prouocem ad populum) Lipsius laudat locũ hunc lib. 2. cap. 22. Saturnal. putatq; facere ad gladiatores; qui iam impares resistere aduersario, populi tẽtabãt misericordiã; de quibus dictum supra Epist. 37. non damnauerim hanc interpretationem; sed tamẽ. putarim alludere potius auctorem ad leges populares quæ victos in caussa iudiciaria asserebãt a seueritate magistratuum potestatemque concẽdebãt appellandi populũ. de quibus etiam sentit Plinius lib. 7. Epist. 17. *Itaque Pomponius secundus hic scriptor Tragœdiarum, si quid forte familiarior amicus tollendum, ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat, Ad populum prouoco.*

Quam

Quam illud cui accidit) ita ex mss. Pincianus, neque refragantur mei. Erasmi editio, *quam ille cui accidit.*

Quod tangit corpus est. Si extra est) ita Erasmus. at Pal. pr. *Quod agit, corpus est. Si extra* &c. sec. *Quod tangit corpus, corpus est. nihil accidere sine tactu potest. Quod agit, corpus est. Si extra.* neque aliter quart. nisi quod non geminet vocem *corpus.* tert. ac Col *Quod tangit corpus, corpus est: quod agit corpus, corpus est Si extra est.*

Postquam acciderat recessit) ita Pinciani codd. & Pal. tert. ac Col. at Erasmi editio *accesserat recessit*, cui patrocinatur Pal. pr. at quart. nam sec. *postea quam acciderit.*

Quod sapit, sapiens est; quod sapiens) sic Erasmus & Palat. pr. alii tamen quatuor. *Qui sapit, sapiens est; qui sapiens.*

An quale illud sit) sic quoque Pinc. mss. & mei omnes. Erasmus *istud.*

Vnum enim deerat illi) sic mei quinque. at Pincianus ait particulam *enim*, in quibusdam exempp. non haberi; in aliis eius loco fuisse *ergo.* ¶ *Nisi qui sapientiam habet*) ita Pinc. & mei codd. Erasmus *quia.* male.

Puto concedes duo esse hæc) ita etiam Pinc. codd. at Erasmi *concedas*, quomodo etiam Pal. pr. tert. quart. nam sec. ac Col. *concedere.*

Habetur sapientia, habet qui sapit) sic castigandum putauit ex suis scriptis Pincianus, quibus adhærent Palat. sec. tert. Col. Erasmi editio; *Habetu sapiētiā habet qui sapit*, cui patrocinatur solus Pal. pr. nā quart. *Habetū sapientia habet.*

Vel ad summum optimumque) ita & quatuor mei. Pal. tamen tert. desiderat particulam *vel.*

Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta] ita & Erasmus & mei duo. at sec. & Col. *Sapere quidem non possum dicere mentem perfectam.* tert. *Sapere quidem non possumus dicere mentem perfectam.*

Non corpus quidē est quod nunc loquor] sic habuisse codd. aliquot prodidit Pincianus, vnde vsurpatū Mureto. alii eius libri nec nō editio Erasmi, meiq; Pall. omnes, *Nō corpus inquit est quod.* Col. *non corpus est, quid est quod nunc loquor*

Alii effatum] sic quoque Pal pr. at quart. *affatum.* sec. *effectum* tert *affectum.* Col. *effetum.*

Vtrum illud dicas an de ille] sic etiam Pal. pr. ac Colon. alii *vtrum illum.* quanquā tamen, ne quid dissimulem, prima vox varia nā tert. *vnū dicas illum.* quart. *inter illu dicas.*

Nondum enim quid mihi videatur] ita & Pinciani. & tres meorum. pr. ac sec. *nunc enim* Erasmus *non enim.*

Aliud quidem sit, sed nihilominus bonum] ita Muretus. Erasmus; *aliud quidem. sed nihilom.* sine vocula *sit.* cui fauet Pal. pr. verum sec. ac Colon. *aliud quod esse sed nihilom.* tert. *aliud quidem esse, sed nihilom.* quart. *aliud quidem sit, nihilominus bonū* quod postremū facile aliquis defendat.

Et tamen vtraque bona. Et sapientiam & sapientem duo esse] ita Muretus. Erasmus; *Et sapientiam & sapientiam habere duo esse* Pinciani codd. scripti, item & Pal. sec. ac Col. *tanquam sapientia & sapiens duo sunt.* Pal. pr. *Et sapientia & sapere duo sunt.* tert. *vtraque bona sunt. tanquam & sapientia & sapiens duo sunt.* quartus hic octo decem verba omisit. videtur legendum; *& tamen vtraque bona: tanquam, sapientia & sapiens duo sunt; & vtrumque.*

Bonum sit, & habens sapientiam sit nihil obstat quominus] ita Muretus ex Pinciani lectione, cum Erasmi editio destituatur dictione *sit*, legatque; *sap. nihil obstat ergo quo minus.* Pal pr. *& habens sapientiam. Nihil obstat. ergo minus.* sec. *bonum sit & habere sapientiam idem sapere*, exclusis vocibus quinque sex intermediis. quæ & desiderat quart. qui tamen, *id est sapere* at tert. ac Col. *& habere sapientiam, sic nihil obstat quominus & sap. &c.*

Ergo sapere, sapientiæ vsus est. Vsus autem sapientiæ expetendus est. Sapere ergo expetendum est] sic & Erasmus & Pincianus & omnes mss. mei, sine vllius alibi literulæ variare. at ecce tibi I.C. qui isthæc omnia ad hanc faciem a se interpolata citat in suis Topicis: *Sapientia a qua sapere (qui vsus est sapientia) expetenda. Sapere igitur expetendum.* sic, inquam ille, adiicitque, ita emendare licet, cum in vulgatis sit, *Ergo sapere sapientiæ vsus est.* optime profecto & basilice, vtique si cui vnice propositum, carnificinam exercere, & de Seneca lacerum aliquem facere Hippolytum; imo vero fratrem.

Olim ipse me damno) sic scripti codd. Pinc. neque abeunt mei. Erasmiani, *Olim me ipsum damno.*

Et viuere bonum est] ita & mei tres, proboque. Pal. sec ac tert. *bonum sit.*

Circa sapientiam, non in ipsa sunt] sic Pinc. codd. legi volebant. neque aliter Pal pr. Erasmus reperit dictionem, hoc modo, *circa sapientiam, non in ipsa sapientia sunt;* quam & habet quart. verum sec ac tert. *circa sapientia non ipsa sunt.*

Etiamsi quid euagari libet] Col. *& non sine quo euagari libet* Palat. sec. ac tert. *etiamsi quo euagari.* alii duo firmant scripturam publici factam iuris.

De siderum alimento) sic legēdum monuit ex vnis mēbranis Pincianus, arripuitq; Muretus. quib. proxime accedit Pal. quart. *desiderum de alimentis.* alii omnes, vt & Erasmi editio; *de siderum elementis.* solum sec. *elemento.*

Nec, vt putas, exacuūt) ita & Pal pr. quartus vero, *putes.* sec. tert. Col. *nec, vt putatis, exacuunt.* non enim tam reprehendit Lucilium, quam eos quorū assumsit sibi personā.

Quid mihi profuturum est scire, illud bonū esse. hoc nō esset Temere me geram, subito huius voti alea. Tibi sapiētia &c.) ita Muretus, secutus partim Erasmi coniecturam. nam cū, prisca haberet editio, *Quid mihi profuturum est scire aliud* (aliter *illud*) *bonū esset Temere me gerā, subito huius voti alea. Tibi sapientiam &c.* si circūflectas, inquit, penultimā in *subito*, & pro *sapiētiam* legas *sapientia*, vt erat in quibusdam, probe habebit lectio; quāquam malim *subibo* quam *subito*, quia præcessit *temere me geram.* sic Erasmus. Pinciani vnum exemplar, pro illis vndecim verbis, de quibus tria finxit ex se, tanquam aranea, ipse Muretus præfert; *& ex his quid bonum sit. Temere &c.* Pal. meus primus, nō agnoscit præcedentia ista: *Quid mihi profuturum est, scire an aliud sit sapientia, aliud sapere*, habetque solum; *Quid mihi profuturum est scire quid bonum est? Temere me geram. Subito huius voti aleam Mihi sapere contingat, tibi sapientia.* sec. habet præcedentia illa, subiicitque continuo: *Quid mihi profuturum est scire illud bonum esse temere me geram. subito huius voti aliena tibi sapientiam. mihi sapere contingat.* tertius. *Quid mihi profuturum est scire an aliud sit sapientia, aliud sapere? Tibi sapientia, mihi sapere contingat*, omissis aliis illis omnibus. quart præcedētia illa quæ *sapientia* memini retinet, sequiturque in illos; *Quid mihi profuturum est scire, illud bonum esse, temere me geram si opto, huius voti aliena mihi sapere contingat, tibi sapiētia.* Col. item alia illa habet, continuatq;: *Quid mihi profuturum est scire illud bonum esse temere me geram subito huius voti aleam, mihi sapere contingat, tibi sapientia.* ¶ *Quibus animum labantem*) sic Pincianus ex libris, neque aliter Pal. sec. ac tert. alii tres propugnant Erasmi lectionem, *labentem.*

Feriunt aguntque) notat ad ista Erasmus, ἄγουσι φέρουσι, at Pincianus dicit scribendum ex mss. *feriunt*, sicque hercle retinent mei quinque, non *ferunt.* ¶ *Quo ad me erupe runt*) ita omnes etiam mei. codd. quidam Pinciani *eruperunt*; moxque iterum idem *erupi* pro *errupi.*

Sed ipsemet cum visum erit) ita fere Muretus ex vet. lect. libbr. Pinciani, *sed ipse me cum visum erit.* Erasmi editio; *sed ipse mecū, quo visum erit.* quomodo etiam Pal. pr. at sec. *sed ipse me cum iussum fuerit* tert. *sed ipse me cum visum fuerim.* quart. *sed ipse mecum visum erit.* Col. *sed ipse mecum quo iussum fuerit.* ¶ *Si non vis quid deos rogas*) ita etiā Pal. tert. Erasmi editio, *siue non vis quid*; cui assentitur sec. putauit Pincianus rescribendum ex vno exēplari; *si viuere non vis, quid*; quomodo expresserunt Pal. pr. quart. Col.

Ita, inquit, quamprimum moriar) est hæc coniectura Pinciani sic legendum putantis, non, vt est in omnibus libris, etiam meis quinq; *itaque, inquit &c.* nā videtur, inquit, principiō esse a voto sumptum hominis qui ægritudini manus dederat. nemo autem incipit a verbo *Itaque.* idē vitium paulo mox bis castigandū sic Pincianus. cui ego assentior. nā in sequentibus, mss. mei vtrobiq; retinent *ita*, excipio Pal. sec. tert Col. qui semel tantum id præferunt.

Quæ tibi præberi exitum iubeas) ita & Erasmus, cui omnino fauet librorum meorum nam Pal. pr. *qua tibi præbere exitum iub.* alii quatuor, *quam tibi præbere exitum iubeas.*

Omnia ista tam causæ viuendi sunt, quā viæ mortis) notetur hic iterū, Petro Fabro monente lib. 1. ca 23. Semestr. peruersus loquēdi Senecæ mos voluit enim dicere, omnia ista tam vias esse mortis, quam viuendi caussas.

Ita quam primum moriar) sic, vt dixi, etiam Pal. pr. ac quart. alii vt & Erasmi editio, quam secutus etiam Faber, *Itaque*.

Et hac detestatione misericordiam captantis) ita Muretus, ex comparatione scripturarum quam prodidit Erasmus. eius namq; editio, *& hac detestatione miseriam deprecantis*. margo vero; *hac destinatione misericordiam captantis*, quomodo etiam exhibet Pal. sec. ac Col. licet vltimus iste ad oram ponat, alias legi, *detestatione miseriam*. tert. facit pro editione Mureti. Palat. pr. *& hac detestatione miam decaptantis*. quart. *& hac decaptatione miam decaptantis*; cum virgula supra *a*.

Tot quæstiones tibi fortuna posuit) sic Muretus ex Pin. mss. neque aliter Pal. sec. ac tert. alii tres, vt & Erasmi editio, *imposuit*.

Cum signum pugnæ acceperis ventilare) de postrema voce dico quod satis, lib. 3 Controuers. ipso Procemio.

Romana ista lusoria arma) sic recte ex vno ms. Pincianus, cum haberet Erasmus *luxuria arma*, stetq; ab eo mss. mei quatuor. nam Pal. quart. *Romana ita luxuria arma*.

Decretoriis opus est) de lusoriis his *decretoriisq;* armis ago lib. 1. de Clementia cap. 14.

Qua ratione hoc secretorum) duas voces, *qua ratione*, reduxit ex mss. Pincianus, conspiciunturque in quatuor meis, desunt solum Pal. pr. nec habebat Erasmi editio.

Agatur aliquid) sic ex Pinc. mss. Muretus, neque aliter mei tres. Erasmus præponit, *qua ratione agatur aliquid*. quomodo est in Pal. quart. nam pr. *qua ratione agatur. Aliqua sapientia*.

Sic fit: negemus sapere bonum esse) ita fere ex mss. Pinc. Muretus in eum *sic fit &c.* at Erasmi editio; *Sic fit: negemus sapere*, sine vocibus, *bonum esse*, quæ nusquam etiam in vllo mss. meorum, qui tam enplenque, *fit*.

An bonum sit futura sapientia) vocem *futura* interponi voluit ex vno chirographo cod. Pincianus, quę aberat aliis Erasmianæque editioni; neque vero extat in Palat. pr. aut quarto. seruat tantum Col. nam. Pal. sec. ac tert. *an bonum sit, an fuit sapientia?*

Quid enim dubii est) ita etiam ex mss. Pinciani Muretus. mei tamen quinque, nec non Erasmi, *dubium*.

Iam sentiant horrea) ita Erasmus & Pal. pr. ac sec. nam quart. *sentient*. tert. non habet dictionem *iam*; Col. transposuit, hoc modo; *an ne messem futuram sentiant horrea iam nec futuram adolescentiam*.

Ægre interim nihil) sic & Erasmus & Palat. quart. nam alii tres; *Ergo nihil interim*. Palat. vero pr. *Igitur interim nihil*.

Post multos secuturum sensus) sic & mei quatuor. Col. *multos secutus sensus*.

Bonum non est vtiq;) postrema vox in nullo est mss. meorum, solum comparet in editione Erasmi.

Deinde quale esse) ita & Erasmus & Palat. pr. tert. quart. alii duo *deinde quale est*, vti etiam vetus Pinc. lectio.

Sapiam spero, sed interim) ita & Erasmus & Pal. quart. alii quatuor *Sapientiam spero, sed interim*. mandat Pincianus emendemus cum melioribus exempp. *Vt sapiam spero, sed interim*. quod tamen ego nullus facile fecerim.

Nemo qui obstetricem &c.) adducit isthæc Erasmus Chil. 1. Cent. 10. adag. 38. quod habet: *Vir fugiens haud moratur lyræ strepitum*.

Edictum & ludorum ordinem perlegit) recte. nam ante gladiatorum pugnas, moris erat, vt editor libellos proponeret, in quibus dies futuri muneris, item nomina & paria gladiatorum. scilicet alliciendæ plebi, & expectationi commouendæ. Id vocabant, *Pronunciare munus*. Suetonius in Iulio: *Munus populi pronunciauit in filiæ memoriã*. item *Ostendere munus*. Cicero, *Etsi munus flagitare, quamuis quis ostenderit, ne populus quidem solet nisi concitatus*. etiam *Proponere*, Suetonius in Tito, *Omnes tanta comitate tractauit, vt proposito gladiatorio munere, non ad suum sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit*. Ad has edictiones Senecæ locus facit, de Breuit. vitæ: *Itaq; ad occupationem aliquam tendunt, & quicquid interiacet, graue est: tam mehercules, quam quando dies gladiatorii muneris dictus est, transire medios dies volunt*. quo & hic *Edicta* vocat, atque *ordinem perlegit*, quia paria descripta ordine, & totus apparatus. Edicebant autem describebantque futurum munus in *libellis*. ita vocat Cicero Philipp. 2. *Quid de commentariis infinitis? quid de chirographis loquar? quorum etiam imitatores sunt, qui ea tanquam gladiatorum libellos palam vendiderent*. nec enim placet referri ad libellos in quibus Lanistarum dictata; potius ad libellos indices ludorum, quos vendebant describebantque palam, vt in prouincias mitterent, & ad amicos absentes. Nec alium libellum Cælius Ciceroni miserat meritus eius notam lib. 2. Epist. ad Familiares: *Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt gladiatorum compositiones, & vadimonia dilata ad ne mitteres?* *Libellum munerarium* apposite vocat Pollio, in Claudio: *At ego scio sapius inter gladiatores bonis pugnatoribus Aureoli nomen appositum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in Indice ludorum*. Allusit & explicuit comiter Seneca pater lib. 4. Controuers. *Quod munerarii solent facere ad expectationem populi detinendam, qui noua paria per omnes dies dispensant, vt sit quod populum & delectet & reuocet: hoc ego facio: non omnes simul produco. aliquid noui semper habeat libellus*. Nec vero in libellis solum pronunciatio hæc munerum, sed etiam in tabulis & pictura. Pingi, inquam, iubebant habitum formamque pugnantium gladiatorum, itẽ loci, munerisque totius. Plinius serio notat lib. 35. *Pingi gladiatoria munera, atque in publicum exponi cœpta a C. Terentio Lucano. is auo suo triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianæ posuit*. Apud Horatium lib. 2. Sat. 7. eleganter Dauus:

Vel cum Pausiaca torpes insane tabella;
Qui peccas minus, atque ego, cum Fului Rutubæq;
Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone? velut si
Re vera pugnent, feriant, vitentque mouentes Arma viri.

vbi graphice videmus formam eiusmodi tabularum. illud autem, *contento poplite*, habitum nimirum exprimit pugnantium gladiatorum, non ad seruum ipsum referamus. de his picturis Trebellius in Carino: *Memorabile maxime Carini & Numeriani hoc habuit imperium, quod ludos Romanos nouis ornatos spectaculis dederunt; quos in Palatio circa porticum stabuli pictos vidimus*. vbi nescio, an restituenda, *porticus Statilii*. sic Lipsius lib. 2. cap. 18. Satur. Sermon. quibus affinia multa P. Faber lib. 2. Semestr. ca. 11.

Tabulam laterunculariam perspicit) *latruncularium* scripti Pinciani. item mei omnes, quorum etiam quatuor *prospicit*. Pal. tert. *respicit*.

Adiice istis naufragium) Palat. pr. ac quart. *Adiice istis naufragio*. sec. ac Col. *Adiice isto naufragia*. tert. *Adiice istis naufragia*. quod malim.

Natura nobis detur) mss. mei omnes & Erasmi, *natura dedit nobis*.

Et vide quam multa) ita Muretus ex nonnullis exemplaribus Pinc. qui malebat legeremus, *& vides quam multa*. Erasmus publicauit, *& vndo quam multa*. mei omnes *& vide &c.* præter Pal. quart. in quo, *& inde*.

Ex hoc tempore) ita Muretus Pinciani ductus coniectura. cum enim & cusa & scripta lectio haberet; *Et hoc tempore*, legendum, inquit, reor; *ex hoc temp.* neque damno. mei tamen quinque *& hoc temp.*

Delectare se potius quam sanare) pronomẽ *se* sumptum a Pinciani libris, extatque etiam in meis quatuor. quorum tamen Pal. quart. *del. se potius quam succurrere*. Erasmiana editio præfert; *delectare potius quam sanare*. Palat. pr. *delectare quam sanare*. quod non nemini forte placebit.

Et sapere interfuit, didicero, sapiam? Cur ergo potius inter vocabula) ita ex Pinciani membranis Muretus. Erasmi editio, duobus verbis minus; *interfuit didicero, cur potius inter vocab.* quomodo & Palat. pr. ac quart. nisi quod ii tamen repræsentent aut *ego*, aut *ergo*. sec. *didicero sapientia? Cur ergo*. Col. *didicero sapientiam. Cur ergo*. tert. *didicero quid sapiam? Cur ergo*. quæ postrema lectio non ita friuola. nihil tamen mutauerim.

Si fecero omne quod disco) sic quoque alias legi annotat margo Erasmianæ editionis, in qua *si dixero omne*; vti est & in meis quatuor. solus Pal. tert. *si direxero*, sicuti fuisse in plerisque mss. suis testatur Pincianus.

EPIST.

EPIST. CXVIII.

Soluendo non eris) ita & Erasmus & mei duo. at Pal. sec. tert. Col. *soluendo par non eris*.

Tu scriberes, ego rescriberem) ita Pinc. codd. & Pal. sec. ac tert. Erasmi vero, aliique mei tres; *vt scriberes*.

Itaq; in antecessum dabo) quod est ante quā & priusquā quis debeat, vt interpretatur Turneb. lib. 30. ca. 3. Aduers.

Quod in buccam venerit scribat) Pal. tert. *scribam*. Col. *quod in vaccum venerit scribam*.

Quis aperte petat) ita Erasmus, monetque Pinc. in quibusdam legi codd. *arte*. & vero sic quoque in Palat. sec. ac tert. nā pr. ac Col. *quis apte petat*. quart. *quis Crassi arte petā*.

A quo muneris centesimas propinquas nummum mouere nō possunt) ita Muretus ex correctione vet. lect. Pinc. neque secus Pal. sec. tert. Col. nisi quod ii omnes *possint*. tertius etiam, *centesima*. Pal. pr. *a quo nummis centesimis propinquis nummum mouere non possit*. quart. *a quo nummus centesimis propinquis nummum mouere non possit*. Erasmi editio, *a quo muneris centesimis propinquā nummum mouere nō possis*, quam agnoscit d. ca. 3. Turnebus, *centesimasq; propinquas* vocari putat, quæ propinquis Kalendis aut Idibus soluūtur, non tertiis aut quartis, aut quintis Kalendis. ita illæ, inquit, centesimæ propinquæ duriorem & iniquiorē habent fœnoris conditionem. sic ille.

Quam multarum rerum candidatus sit, & non suffragari) ita Erasmi editio, meique quatuor. male Pal. quart. qui addit, *candidatus seruus sit, & non suffragari*. nam (vt notat Ludou. Cælius lib. 14. cap. 16.) a campi inoleuit consuetudine, vt qui rem quampiam toto affectet pede, ac omnibus, vt aiunt, cuneis, eius item rei illum eleganter dicamus *candidatum*. Quintilianus lib. 12: *Maius enim opus atq; præstantius, ad quod ipse tendit, cuiusq; est velut candidatus*. Hieronymus etiam *catechumenum, fidei candidatū* dixit. sed & ad Pammachium *Mumerarius*, inquit, *pauperum & egentium candidatus sic festinat ad cœlum. Candidatus gloriæ ac immortalitatis* legitur in Plinii Panegyrico &c. sic Rhodiginus ille: apud que de voce ista plura videre est. quidam homo alibi tradit hæc & præcedentia apertius quem lecturi ni; *Tua satius est mala quam aliena tractare: te excutere & videre quam magnarum rerum candidatus sis, & non his suffragaris*. *his*. inquit, dixit, hoc est, quæ Romæ sunt ac fiunt: qua lectione atque interpretatione nihil aut licentiosius aut absurdius. monet enim Philosophus vt in se quisque descendat, videatque quam sit candidatus plurium rerum, ad quas tamen plura etiamnū requirat suffragia. innuit inquam Seneca desiderari in nobis multa virtutum incrementa, multa complementa.

Et tota fortuna comitia) de his multa Sigonius lib. 2. cap. 30. de Iudiciis.

Cum candidati intenti suis pendeant) ita quidem editio Romana. sed scire vellem quo nixa fundamento. Cælius ille citat hoc modo, *cum candidati pendeant*; longissime vterque a libris, & ab Erasmi editione. ista enim; *cum candidati in templis suis pendeant*, a qua nihil abeunt membranæ Pinciani, nisi quod vnæ eiusdem, *in templis suis pendedāt*; quomodo Palatini mss. quatuor, neque contradicit Col. nisi quod ille, *in templis suis pendebant*. & vero, *cum candidati in templis suis pendeant*, omnino retinendum, vt fusius tradimus lib. 9. Opinionum cap. 1. *templa* enim hic capit pro locis inauguratis. ¶ *Manus osculis conterat*) locus iste Lipsium fere inducit vt originem osculandæ manus natam putet a blāditiis candidatorum, prensantium, rogantium & alienas manus osculantium. cui rei etiam aliquid facit illud Valerii de Scipione Nasica *Cum adilitatē curulem adolescens peteret, manumq; cuiusdam rustico opere duratum, more candidatorum tenacius apprehendisset: ioci gratia, interrogauit eū, an manibus solitus esset inambulare*.

Vatinios fieri) de vocis secundæ significatu quædam nos lib. 2. cap. 9. Suspicionum.

Qui vt aliquid pestiferi consequantur, per mala nituntur in malum) ita Pal. pr. quart. Col. in vett. Pinc. diuersus est verborum ordo, *Qui vt aliquid pestiferi per mala consequantur nituntur*. quomodo etiam habent mei duo Pal. sec. ac tert. ¶ *Quod optantis animū*) ita Pinc. scripti & mei tres, & Erasmi editio; ea prior, *optandi*, quod & repræsentat Pal. pr. nam quart. quod *optatum*.

Mentior nisi adhuc quærit ascēdere) sic & Quintilianus Declam. 6. *Mentior, nisi factum est me ab illis captum*. Cyprianus ad Donatum: *Fiunt quæ nec ipsis nec aliis possunt placere qui faciunt. Mentior, nisi alios qui talis est increpat: turpis turpes infamat*. vtitur & aliquoties Tertullianus, Symmachus lib. 2. Epist. 20. *Mentiar si mihi ad præstādum deesse tempus allegem*. ibi Iuretus.

Omnes autē male habet ignorantia veri.) ita & mei quatuor. Pal. tert. *male habens*.

Et vulgo magna pro bonis sunt) ita quidem editio Romana, sed contra Erasmum, contra omnes mss. meos, in quibus, *& vulgo bona pro magnis sunt*. quod deinde in possessionem inducamus legitimam.

Quidam ita finiunt) sic etiam Pal. pr. ac quart. alii tres *diffiniunt*. ¶ *Quod ad se vocat*] Pal. sec. ac tert. addūt dictionem, *vocat, trahit*. Col. *vocat trahitq;*.

Differunt ita: Quod bonum est) sic Muretus ex coniectura Pinciani. cum enim Erasmus præferret; *differunt. Itaq; quod bonum est*; inuenissetq; aliter in vno ms. suo, *Ita quod bonum &c.* putauit particulam illam adiungendam prioribus. ei refragantur membranæ meæ omnes.

Non est enim bonum) ita & eadem quinque. Pincianus, quod vnum cod. haberet cui abesset particula *enim*, eam tollendam putabat. ¶ *Et quod ad se allicit facit*) est a diuinatione Pinciani, cum sit in scriptis meis eiusque nec non Erasmi, *allicere facit*. ¶ *Subrepit. allicit*) & istud ab hariolatione Pinciani; quā excitauit scriptus liber, in quo *subrepit*. placet. nam & *subripit* Pal. pr. ac quart. alii tres sequuntur Erasmi editionem, quæ, *surripit*.

Iam & honestum est) sic & Erasmus & Pal. quart. Pincianus eiiciendum ait verbum *est* (quod neque in Pal. pr.) ex veteri lectione; putatque verba ista legenda per consequentiam cum præcedentibus nulla distinctione. Pal. sec. tert. Col. habent, *Iam enim honestum est*.

Honeste administrata sunt) sic ex mss. Pinc. Muretus, quibus suffragantur Pal. sec. ac tert. alii tres accedunt editioni Erasmianæ; *honeste ministrata sunt*. neq; reiecerim.

Leuia enim sunt & contemnenda) ita vnus liber Pinc. cui fauet Pal. sec. ac tert. publicatus ab Erasmo; *Leuia enim sunt contemnenda*, quomodo & mei tres reliqui. verbum tamen *sunt* non habetur in plerisq; Pinciani chirographis

Nullum nec minimum contemnendum bonum) ita lectio Romana. at Pinciani: *Nullum minimum contemn.* vnus tātum eius; *Nullum etiam minimum contemn. bonum*. quo pacto etiam habet Pal. sec. tert. Col. at Erasmus *Nullum enim minimum*, sicque quart. nam pr. *Nullum enim contemnendum bonū*. ¶ *Vnde aliquid cognoscitur bonum*) sic & mei quatuor. Pal. sec. *Vnde aut cognosc*. Pinciani codd. aliquot, *Vnde agnoscitur bonum*. ¶ *Quemode ad aliā proprietatē*) ita mss. Pinciani & mei tres. Erasmus & Pal. pr. ac quart *ad illam*. ¶ *Ipsa scilicet magnitudine*) sic & Erasmus & Pal. quart. at alii quatuor, *ipsam scilicet magnitudinem*.

Ille irrationalis est, hic rationalis) sic ex mss. Pinciani Muretus, nisi quod ii adhuc *Ille enim irrationalis*; quomodo etiam mei tres. at Erasmus; *ille irrationabilis est, hic rationabilis*, vti etiam Pal. pr. ac quart. præterquam quod & ii interponunt aduerbium *enim*.

Exigui mellis pondus) sic mss. Pinc. & mei duo. alii tres vt & Erasmi, *& exiguum mellis*.

Vltima demum vertit adiectio) Palat. tert. *deinde* non *demum*. ¶ *Vnus lapis facit fornicē*] mei & Erasmi; *facit*.

Latera inclinata cuneauit] ita & Erasmus & Pal. sec. ac Col. atque elegāter quidem. pr. ac quart. *carnauit*. tert. *cuncauit*. ¶ *Interuentu suo vinxit*] sic etiam Pal. sec. reliqui *iunxit*. ¶ *Et magnitudinem eius sequendo lassatus est*] Erasmi editio *& in magnitudinem*, sicuti & Pal. pr. Col. nā sec. & tert. *& in magnitudine eius laxatus est sequēdo*. quart. *& magnitudine eius sequendo lassatus est*.

Sed finitum] Pal. sec. tert. Col. *sed & finitum*. quod admiserim, cum sic etiam fuisse in aliquot codicibus testetur Pincianus, qui horum præcedentia vitiosissima queritur, in omnibus & priscis & neotericis codd. nullo, inquit, vel minimo apparente antiquæ sinceræque lectionis vestigio. adiicitque, promam nihilominus sententiam meam, cui quantum tribui debeat, aliorum esto iudiciū; certe facilius ea lectione, quam coniecto, Senecæ mens

percipietur. ad hunc ergo modum scribendum existimo: *Vbi bumus aliquid diu protulit, qui in magnitudine eius secunda lassatus est, infinitum cœpit vocare quod longo aliud factum est, quam fuit cum magnum videretur, sed finitum Eodem modo & cetera.* sic Pincianus, quam emendationem ceu nimis violentam reiicit I.C. quis, sicque se tradit restitu ere: *Vbi animus aliquid diu pertulit & ingentem magnitudinem alicuius sequendo, lassatus est, infinitum incipit vocare: quod longo aliud factum est, quam fuit, cum magnū videretur, sed finitum. Eodem modo, &c.* equidem, qui alterū violentiæ accusat, magis etiam ipse violentus est, quod ad literarum ductus numerosque attinet. atque etsi non sequenda Pinciani correctio, est tamen quod ei imputemus postrema illa hæc: *Eodem modo aliquid difficulter.* mss. enim mei & fere impressi omnes hoc modo interpungebāt: *cum magnum videretur sed finitum eodem modo aliquid &c.* sicut solum restat in Pal. quart.

Nouissime crescente difficultate) Ita fere castigandū monuit ex omni mss. lectione Pincianus Erasmus enim *nouissime crescente ad difficultatem:* vti scribit etiam Pal. pr. at sec. tert. quart. *nouissime crescente hac difficultate.* Col. *nouissime crescendo ac difficultate.*

EPIST. CXIX.

Donec dicas, In commune, ipse mihi dico) sic & Erasmus & Pal. sec. tert. Col. at enim Pal. pr. ac quart. *ipse mihi dices.* vulgata lectio mihi purior. nam I.C. ille qui se legere prædicat; *ipse tibi dico,* sicque alibi more suo, tanquam auctoris germanum producit, velle addidisset correctionis suæ rationem. vult enim noster nō expectare se donec dicatur ab alio vulgatum illud, *In commune,* se hoc ipsum vltro sibi occlamare. neque aliter loquitur Epist. 111. *Hoc itaq; ipse mihi dico, quoties tale aliquid præstrinxerit &c.* sed nec est quod idē Senecam perstringat, dum scribit. videtur tamē istiurium facere, qui id quod in via publica inuenerit, sibi retinet; cum furti euitandi causa libellum proponere fuerint soliti, continētem inuenisse, & redditurum ei qui desiderauerit. l. falsus creditor 43. §. proinde videamus. ff. de furtis. nihil hoc inquam aduersatur Senecæ. nam moris erat communis meminisse Mercurii statim, atq; in ipsam rem inciderant; in omnem scilicet euentum: vt si nullius fuisset, aut derelicta, tunc saltem ferrent partem. & sic fere locum hunc Senecæ interpretatur etiam Turnebus lib. 26. cap. 14. Aduers. ad eumque alibi respicit in Epistolis ad Dalecb. Stephanus.

Sinum laxa); id est sinum vestis extende & expande, vt eum lucro compleas. secus in Horatio sinus laxus illius esse dicitur, qui sinum nō adstringit; ideoq; quæ in eo gerit, effluere & excidere sinit & perdit. Flaccus lib. 2 Sat. 3.

Ferre sinu laxo donare & ludere vidi. hæc Turnebus d. ca. 14. videatur etiam elegans ille Iacobus Durantius lib. 1. Variarum ca. 20. item Scip. Gentilis lib. 1. cap. 23. Parerg. nec non Hadr. Iunius Centur 3. Adag. 35.

Compendiaria ducam) sic ex Pinciano Muretus. cum enim Erasmus edidisset, vti est in Pal pr. ac tert. *sūpendiario ducam,* quidā, inquit Hispanus ille, codd. *compendiare ducam:* sed rectius exemplar diui Francisci; *compendiaria,* vt subintelligatur *via.* sic Pincianus. ego malim *compendiario,* quia sic ament loqui auctores. Pal. sec. *compendiare ducam* quart. *& compendiatio ducam.* Col. *compendiario te ducam* cum prius tamen habeat, *ad maximas te diuitias.*

Nolo Proxeneta nomen tuum iactent) *Proxeneta* intercessor est, cuius interuentu negotia conciliantur, quique nominis faciendi vel cuiuslibet alterius negotii gerendi causa operam suam accommodat l. 2. & l. vlt. ff. de proxener. inde *proxeneticum salarium* id dicitur, quod pro huiusmodi opera datur. L. 1. ff. de proxen. hæc Brissonius lib. 14. de verb. sign. vbi & istum citat locum; quem & laudat Ræuardus ad l. 47. de regul. Iuris; atque quod d. l. 2. Vlpiano, est *nomen laudare,* hoc nostro esse *iactare.* ceterum idē ille Belga producit; *sed malo per intercessorem mutueris,* non, vt præferunt vulgati meæque membranæ omnes, *sed nolo per intercess.* nescio tamen an debeam amplecti, & magis est vt non. quod testat, Palat. pr. habet, *nolo te presente nomen tuum laceret.* quart. *pro sententia n. t. iactent.* Col. *prosenote nom. tuum tacent,* notatumq; ad oram, legi alias *lacerēt.*

Catonianū illud: A te mutuum sumes) sic Muretus; meo animo inepte. nam & Erasmus, & mei omnes distinguūt *Catonianum illud a te mutuum sumes,* vt sequentia scilicet: *Quantumcunq; est &c.* Catonianum creditorem signent, non ista, *A te mutuum sumes.* Pal. quart. *Caton. illud a me mutuum;* quod nō placet, cum & alterum insuper se tueatur mss. Pinciani, qui tamen corrigendum retur, *Hecatonianum illud a te mutuum sumes.* nam Hecatonis, inquit, testimonium frequens est in Seneca. quo item argumento vtitur I.C aliquis, qui perperam tradit, sic quoque alias legi. nusquam enim ita manuscripti codices: neque vero ius est: nam verba talia non aliena a Catone docemur iis quæ habemus apud Gelliū lib. 13. cap. 22. vbi ad huncmodum seuerus ille. Neque mihi ædificatio, neq; vasum, neque vestimentum vllum est manu pretiosum, neque pretiosus seruus, neque ancilla est. si quid est, quod vtar, vtor. si non est; ego. suum cuique per me vti atque frui licet. de quo loco ego plura lib. 25. cap. 6. Suspic.

Si quicquid deerit) ita & Erasmus & Pal. quart. alii quattuor *si quid deerit.* scilicet repetendæ sunt literæ.

Summa rei in vtroque] ita ex Pinc. mss. Muretus, quibus fauent Palat. sec. tert quart. Erasmus *Summa res in vtroq;* quod & extat in pr. & Col.

Sed vt quicquid naturam excedit) ita & Erasmus Palat. sec. tert Col *sed & quicquid aut excedas.* pr. *sed vt quicquid natura excedit.* quart. *sed quicquid naturam excedit.*

Scias precarium esse, nō necessarium) Pal. pr ac quart. *scias non necessarium sed precarium esse.* Col. *scias esse non necessarium, sed precarium esse.* ¶ *An siligineus*) ita & Pal. sec. tert. Col. at alii duo, *an similagineus.* quod absit vt non vtraq; excipiam manu; vtique cum sic legēdum mihi videri prodiderim lib. 27, cap. 7. Suspic.

Aqua sit ex loca proximo excepta) sic Erasmus. at Pinciani membranæ omnes, nec non meæ quatuor: *aqua sit quam ex lacu proximo excepero.* neque abit multum Palat. tert. qui *quam ex loca proximo accepero.* itaque reuocetur vera auctoris scriptura. Turnebus tamen emendare videtur, *aqua sit ex lacu,* refectis vocibus aliis lib. 26.

An eam quam multa niue clusero) sic Erasmi editio, & Pal. pr. ac tert neque recedit quart. nisi quod scribat *clausero.* Col. *inclusero.* sec. *elusero.* Pinciani codd. *elisero;* de quo disputo lib. 27. Suspic.

An murrhinum) sic alias legi annotat Erasmus; cuius editio, *an vitreum,* quomodo etiam mss mei duo. tres tamen, *an murreum:* vti legi etiam cupit lib. 26. cap. 14. Aduers. Turnebus. cuius sententiæ pedaneus accedo Senator.

Et superuacua dimittes) ita ex mss. Pinciani Muretus neq; aliter mei quinque. Erasmus tamen: *& sup. dentes.*

Ad proxima quæq; extendatur manus) sic Erasmus & mei tres. Pincianus iubet restituamus ex mss. *quæq; porrigatur manus* quomodo fere Pal. sec. ac tert nēpe, *porrigitur.*

Ipsa mihi commendabit) ita & Erasmus, & mss. mei tres. nisi quod antiqua scriptura, *Ipsa mihi commendauit.* Pincianus voluit legeremus ex chirographis libris quos ipse excussit, *Ea ipsa mihi commendauit.* & sic sane est in Pal. sec. ac tert. non tamen admiserim.

Est quæsitor acerrimus) ita ex nonnullis Pinc. exempp. Muretus, alii eius vt & Erasmi, & mei; *est quæstor.*

Inani me, inquis, lace muneras) & hoc restituit ex ms. vno Pincianus. Erasmus quippe: *Inanima, inquis, lance numeras.* Pal pr. *In anima, inquis, lāce numerās.* sec. *Inanime, inq. lance muneras.* tert. *Inanem, inquis, lancem muneras* quart. *Inani me, inq lance municaras* Col. *Inane me inquis, lance numeras.* lectionem Pincianorum codd. probat lib. 26. cap. 14. Turnebus. *Lanx,* autem, inquit, *inanis* dicitur in qua nihil est, quæque vacua. ¶ *Quid est illud inane?*) ita Erasmus at Pal. pr ac quart. *Quid est illud;* sine voce *inane.* sec. *Quid est illud quod mane parauerā. Ego fiscos circumsp.* tert. *Quid est istad mane?* Col. *Quid est illud mox ea ego parauerām fiscos.* ex qua postrema lectione fingebā; *Quid est istud inopia? Ego parauerā fiscos.* haud tamē ausim præstare verā.

Iam ego parauerā fiscos) Ita Muretus & Pal. quart. lectio Erasmi; *Nam ego parauerām fiscos.* Pinciani vero mss. *Ego iam parauerām fiscos* Pal. pr. *Iam ne ego parauerā fiscos.* tert. *Parauerām ego fiscos,* sine voce *iam* aut *nam.*

Quod publicū agitarē] *publicū* hic nō ciuitas aut cōmune cuiusq; oppidi, sed τὸ δημόσιον, πανδήμια. Plautus Trucul.

Illa

Nos haud ego, habuit publicum, peruerse interpretaris. Tacitus lib.13. Annal. *Ergo edixit Princeps, vt leges cuiusq; publici, occulta ad id tempus proscriberentur.* ibi Lipsius. vide & me supra Epist.101. meminit & huius loci Fotnerius ad tit. de verb. sign.

Consecutus est) ita codd. Pinciani, nec aliter emendandum putabat Turnebus, aut adeo est in quatuor meis. solum Pal.pr. firmat editionem Erasmi, *consecuturus est*.

Quod nunquam diutis contingit) sic mss. Pinciani, quomodo etiam forte legendum conicit Erasmus; cuius editio, *diuitiis*, vti est & in Pal. tert. nam pr. quart. Col. *diuitis*. sec. *quis nunquam diuitias contingit finem.*

Qui tantum non alget, non esurit &c.) ita & mei quinque. putat Pincianus legendum; *qui tantum non, non alget &c.* hoc est, inquit, qui fere non alget. acute mehercule. sed minus videtur quam quod velit Seneca. subiicit enim plus non habere ipsum Iouem. I.C. quis dicit se legere; *qui tanti non alget &c.* tanti, inquit, sitire algere & esurire, nihil aliud est, quam pretio ista nihili, & quæ delicatis placent, sibi accersere atque emere. qua correctione nihil inanius aut remotius ab auctoris argumentatione. ego, quod inuenissem in Veneta editione annorum centū *quia tantum*, putabam commode legi posse, *qui atatem*, vti latius dixi lib.27. cap.12. Suspic.

Nunquam multum est, quod satis nō est) ita ex omni vetere Pincianorum codd. lectione Muretus; cui accedūt Pal. sec. tert. quart. Col. quorum tamen tres præponunt coniunctionem &, hoc modo, *& nunquam &c.* Erasmus publicauit, *Nunquam satis est quod multum*: notatumque ad marginem, alias legi; *nunquam satis non est quod multum est.* quomodo seruat Pal.pr. Turnebus lib.26. cap.14. Aduersar. dicit legere se; *Nunquam quod satis non est, multū est.* quæ sententia eadem cum altero illo, quod tot nititur antiquorum mss. auctoritatibus.

Alexander Macedo: quærit quod suum faciat) ita & mei quinque. tradit tamē Pincianus, vnum exemplar habere, *Alexander Mōtior, quærit quod &c.* vt sit, inquit, obiectio.

Ignobilis anguli non sine controuersia dominus) vox *dominus* exulat Pal.pr. ac Col. extat tamen in quart. at vero sec. ac tert. transponūt, *non ignobilis anguli sine controuersia dominus.* ¶ *De tanto fine terrarum per suum redditurus orbem tristis est*) vocem primam & postremam non agnoscit editio Erasmi, reposuit autem ex Pinciani scriptis Muretus, firmaturque Pal.pr quart. Col. nam & sec. decurtator voce priore vt & tert. qui alioquin habet, *tristis est.*

Cū Crasso Licinioq; numerantur) fere est a Pinciani scriptis, nam cum Erasmus produxisset *cum Crœso Licinioq;*, vt habent quoque mei quinque, nisi quod Pal. quart. *Lucanoq;* quædam, inquit Hispanos ille, exempp. *Crasso*, agnoscunt, non *Crœso*, rectius; nam *Crœsus* cum *Licinio* male committitur, cum *Crasso* bene: vt illud Persii: *Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes.* sic Pincianus. quæ & I. C. quis transcribit; quos vellem apposuissent, quemnam *Liciniorū* hic designari putarēt. sed nec scio quis ille sit Mureti *Licinius*. ¶ *Iste, si mihi credis, pauper est: si sibi, potest esse*) sic Erasmus & Palat. quart. eleganter sane. at iubet corrigamus cū omnibus mss. Pincianus; *Iste mihi credo pauper est si potest esse.* Pal.pr. *Iste mihi credus pauper est si tibi potest esse.* sec. tert. *Iste crede mihi pauper est si potest esse.* vti etiā Col. nisi quod ille *credas*. ¶ *Quem circa naturā diximus*] Col. *quos circa naturam dicimus.* Pal.pr. ac tert. *quem circa naturam dicimus.* quart. *quem circa dicimus*, sine voce *natura*. Pinciani exemplar vnum, *quem citra naturam dicimus.* alterum; *de quo circa naturam dicimus*, vt etiā est in Pal. sec.

Habet aliquid & superuacui) ita bene Pal. pr. ac quart. alii tres, *ex superuacuis*. ¶ *Si numerati multum ex aliqua domo effertur*) ita Erasmus & Pal.pr. ac Col. verū sec. tert. *si numerati multi ex aliqua domo efferūtur*. quart. *si numerati multum ex aliqua domo effert.* ¶ *Aut corporibus lecta*) ita Romana editio, me nō probante. rescribamus, *electa*, suadētib. mss. meis omn. & Erasmi. ¶ *E contrario dicere debemus*) est a coniectura Pinciani, cum seruēt mss. eius, nec nō omnes mei atque Erasmi, *dicere solemus*. quod certe nullo modo mutandum. nam & æque dicimus, *febrem nos habere*, atq. *teneri nos a febri*. exempla in mundo plura, quam vt necesse sit vel vno aliquo nauseā creare lectoribus. apage itaq; illud *debemus*, quod iam omnes fere occupat editiones; adeo multos naso ducit Pinciani auctoritas.

Quam pueris ministeriis ac lenibus afferat cibus] ita editio Romana, nullo sensu. Erasmi, *afferatur*. cui assentitur Pal.pr. tert. nec non sec. in quo tamen, *ministeriis ac lenibus apparatibus*. Pincianus mauult cum suis, *ministris ac lenibus afferatur cibus*. a quo fere facit Col. qui *ministris ac lenibus afferatur cibus*. ¶ *Prima potione sedatam*) ita Pinciani codd. & mei quatuor. Erasmus *in prima potione*. quomodo & Pal.pr. ¶ *Quam crinitus puer*] Lautiores ministros formosioresque comam nutrire & colere solitos hinc non male probat Turnebus lib.26 ca.21. Aduersar. qui & adducit hæc Martialis lib.12 Epigr.49:

Crinita, Line, pædagogi turba &c. qui, inquit, *cirrati* ideo dicuntur a Persio Sat 1: *Ten' cirratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas?* sic ille; quæ pro suis postea vēditauit I.C. aliquis. ¶ *Quod necessitatis fastidium excussit*) ita etiam ad orā edit. Erasmi, neque aliter Pal sec. tert. quart. Col ipsa tamen; *quod necessitatis fastidium*; cui accedit Pal.pr. ¶ *Illud parum lautum*) ita emendauit Lipsius lib.3. Epist. quæst.23. cū haberent vulgati, *laudatum*; quod & in meis omnibus, nisi quod habeat Palat.pr. *illud laudatum oculos meos lædit*, item Col. *hoc parum laudatum.*

Oculos hoc meos lædit) ita ex Pinciani scriptis Muretus, quibus assentiuntur mei quatuor. Erasmus ediderat; *illud parum laudatum oculos meos lædit.*

Id actum est ab illo) ita & mei quinque. Pinciani tamē, *Id pactum est.*

Ac sollicito comparantur) ita & mei omnes. Erasmi editio *operatur*; ad oram vero alias legi, *comparatur*.

Vtamur ergo hoc natura beneficio) ita & iidem quinq; vt & Pinciani. Erasmus; *Vtamur ergo in hoc.*

EPIST. CXX.

Honestiq; prima notitia peruenerit] ita Muretus ex Pinciani lectione antiqua; cum Erasmi libris abesset vox *prima*. & sane nusquam comparet in meis, aut adeo desideratur.

Tanta est apud illos boni vilitas] ita Mureti editio, cum habeat Erasmi, *Tāta fit*, quomodo & mss. omnes, aut certe *fit*; citatque etiam Turnebus lib.26. cap.20. Aduersar. vbi vult legendum *vilitas*, non *vtilitas*. quomodo in quibusdam extat libris, etiam Pal pr. ac sec. nam quart. *Tanta fit apud illos boni tā vilitas.*

Et adeo vsq; ad sordida descendit) ita Erasmus. at Palat. pr. quart. Col. *& adeo vsq; in sordida desc.* sec. ac tert. *& adeo in sordida vsq; descendit.* vtraque lectio melior vulgata,

Nos in notitiam incidisse] ita & mei quatuor. Palat. tert. adiuit vocem, *incidisse bone.*

Virtutis alicuius speciem casu] ita Erasmus & Pal. pr. male reponu suasu mss. aliorū quatuor, *virtutis alicuius speciem casu.* ¶ *Obseruatio collegisse, & rerum sæpe factarum inter se collatio*] sic & Erasmus & Palat. pr. ac quart. at sec. tert. Col. *obseruatorem nos collegisse*. item mox sec. ac tert. *inter se collatione*. Col. tamen vulgatum custodit,

Nostro intellectu & honestum & bonum iudicante] scriptura ista nullo nititur ms. sed tantum Pinciani coniectura; cum extet passim in meis quinque calamo exaratis, *nostri intellectus & honestum & bonum iudicant*; præferat vero Erasmus, *Per analogiam nostri intellectum & honestum & bonum iudicant.*

Ex hac collegimus aliquam] ita Erasmus. at mei scripti tres *cogitauimus*. nam Pal. pr. ac sec. lineam videntur transiliisse; habent certe, *ex hac collegimus esse & animi robur*; exclusis aliis.

Nemo non gloriam vltra veram tulit) ita ex Pinc. mss. Muretus; quibus adhæret Pal. sec. fere etiam tert. qui, *vltra verum vult*. notatumque alias legi *tulit*. Erasmi editio, *vltra rectum tulit*. quod in nullo tamen meorum. nā pr. ac quart. *vltra verum tulit*. Col. *vltra naturam tulit.*

Quod difficillimum est] ita Erasmus & mei quatuor. Pal. tert. præponit coniunctionem, *& quod difficill.*

Qua sibi decus fecerat] sic Erasmi editio; perperam. scribo cum quinque mēbranis, *quam sibi decus fecerat*. quod longe alium inducit sensum, & honestiorem paulo Fabricii istius vitæ. ¶ *Ademitq; a tergo &c.*] ita Erasmus & Pal. quart. alii quatuor, *ademitq; a tergo.*

Iussit: & tam diu vestitis prementibus) sic quoque cum Erasmo Pal. quart. alii tres, *Iussit etiam diu prementibus restitit* nam pr. *Iussit etiam diu restitit prementibus.*

Et extra periculum) sic & Pal. pr. quart. Col. alii duo *vsque extra.* forte scriptum fuerat, *atq; extra.*

Quam si ponto venisset) ita etiam Palat. tert. quart. ac margo Col. qui tamen, vt & alii duo, *sponte.* prius illud fuit etiam in vno chirographo libro Pinciani, miroque cur inde fecerit, *quam si o ponte venisset.* Latine enim oppido dicitur *venire ponto*, etiamsi se non moret loco pons.

Sed semel. hunc vidimus &c.) ita distinxit ex vetere lectione Pincianus, vt scilicet prima duo verba, *sed semel,* ad præcedentia pertinerent, sequereturq; deinde per maiorem: *Hunc vidimus:* Erasmi editio, meique omnes, *Sed semel hunc vidimus in bello &c.*

Pertinacem & obnoxiam) ita omnes, etiam mei, præter Pal. quart. qui, *& obnoxam.* Dalechampius rescribendum putat, *& obnixum.* quod nisi reponamus (inquit Stephanus, ad eum ipsum Epist. 17.) Latinitati iniuriã fecerimus; vel potius, iniuriam a Seneca Latinitati esse factam, merito dixerimus. Addit deinde; huic coniecturæ neminem refragaturum, qui vocis *obnixus* proprietatem perspectam habuerit. Cur enim, inquit, sicut de onere loquẽtes, *obniti* dicimus, ita & de labore non loquemur? sic Stephanus cui fere est vt assentiar; sed fere iãtum. nam & ferri queat *obnoxium*; sed ita tamen, vt non ad nescio quam mentis corporisve referatur mollitiem infirmitudinemque, verũ ad animum quoduis onus subire promptissimum, nullaque non imperata perficere paratum.

Et omnium inter se actionum concordia) ita & mei quatuor. solum Pal. tertius, *inter se rerum concordia actionumq;.*

Nunquam accidentia tristis excepit) non dubito quin hoc vocabulo *accidentia*, tanquam nomine vsus fuerit sicut vtimur nostro *accidens*, cum dicimus; *Il est subiect a plusieurs accidens.* Ita enim & Quintilianum hac voce aliquoties vtentem audimus. & quidem, *accidentium meorum*, dicentem. Stephanus Epist. 17. ad Dalechamp.

In ipso nauemus operam) sic Erasmus. at ego scripserim; *In hoc ipso nauemus operam.* nam Palat pr. quart. Col. *In hoc ipso nouimus operam.* sec. & tert. *In hoc ipso habemus operam.*

Aduertitq; in se) recte. neque aliter Palat. pr. quart. Col. male Erasmus & Pal. sec. ac tert. *auertitq;.*

Et quidem breue hospitium) ita Muretus ex libris Pinciani. quibus patrocinatur Pal. sec. tert. quart. pene etiã pr. qui, *& quid breue.* nam Col. *& quidem breue*, non repetito verbo *hospitio.* Erasmus *& breue hospitium*, absque dictione *quidem.*

Vbi te grauem esse hospiti videat) ita Pinc. codd. & Palat. pr. ac sec. Erasmus *hospitem.* malim ego, *vbi te grauem hospiti videat*, cum membranis meis tribus.

Hinc atq; illinc tentamur) sic & Palat. pr. quart. Col. alii duo, *Hinc itaq; & illinc.*

Tam patre fortis) ita Pinc. mss. quibus accedunt Palat. sec. ac tert. alii tres Erasmum defendunt, qui, *tam turpe.*

Æterna proponimus) recte. ita Pincianus ex vnius cod. vestigiis, in quo, *aterna* Erasmi, meique quatuor *alterna.* Pal. quart. *alterni.*

Et illo vnde nobis) ita Erasmus & mei duo. at Palat. sec. tert. Col. *& illinc vnde nobis.*

Cum maxime fit) ita omnis lectio Pincianorum codd. cui accedat Pal. pr. ac quart. nisi quod pr. *fit.* at Erasmus, *nunc maxime fit.* a quo stant alii mei tres.

Eo loco est quo erat antequam) ita quidem Erasmi editio. at mei quatuor sine vlla prorsus litura, *eo loco erat, quo erat.* solum Pal. tert. *Eo loco erat, quo antequam*, absque alia voce.

Ad mortem dies extremus peruenit) ita & mei quatuor. Pal. tert. *peruehit.*

Qualitatis vera tenor permanet) sic & Erasmus. at Pal. pr. *Qualitas vero tenera permanet.* sec. *Qualitas vero tenet permanet.* quart. *quas vero tenet permanet.* Colon. *qualitas vere tenor permanet.* adhæserim fere Pal. tert. qui aliter ista hæc superiora distinguit; ita nempe: *Vtiq; si hanc, vt dixi, magnitudinem, veram esse ostendebat qualitas. Verus tenor permanet; falsa non durant.*

Modo Licinium diuitiis] sic iterum editio Romana; secuta in eo Pincianorum lectionem veterem, quod eiecerit dictionem *Crassum.* nam cum esset in Erasmo, *modo Lucium Crassum diuitiis*; corrige inquit Pinc. *modo Licinium diuitiis*, tum ex præcedentibus, tum ex omni vetere lectione in qua dictio *Crassum*, non habetur. sic ille. Pal. pr. *modo Licinius diuitiis.* sec. *modo Linum diuitiis* quart. *modo Lenũ diuitiis.* Pal. tamen tert. & Col. *modo Licinium diuitiis.*

Et inter simulationem virtutum amoremq; vitiorum) sic fere ex Pinc. scriptis Mureti editio. nam quod esset in Erasmo: *& inter simulationem virtutis amoremq; vitiorum*, quomodo etiam habet Col. nec non Palat. pr. ac quart. nisi quod iste *virtutum*: dixit Pincianus corrigendum ex antiquorum scriptura: *& intra simulationem virtutum amoremq; vitiorum*; quod mihi valde placet. nam & sic etiam Pal. sec. ac tert. præterquam quod ii etiam, *inter.*

Nunc pecuniam spargit, nunc rapit) ita scripti libri Pinc. pro quibus etiam facit Pal. tert. quart. Col. Erasmus vulgat. *modo pecuniam spargit, nunc rapit.* Palat pr. *Nec pecuniam spargit nec rapit.* sec. *Neo pecuniam spargit, nunc rapit.*

Animus imprudens: alios prodit atq; alios) sic & Erasmus & mei quinque, nisi quod Palat. pr. quart. Colon. antiqua scriptura. *animus imprudens, alios prodit atq; alios.* Pinciani mss. quidam; *animus impudens. prodit alios, proditq; alios.*

Et contrariam ei sumimus quam exuimus) sic quoque Palat. pr. ac quart. alii tres, *& contrariam ei magis sumimus.*

EPIST. CXXI.

Litigabis, video] sic Muretus contra omnes editt. & mss. in quibus, *Litigabis ego video.*

Iterum clamabis, hoc quid ad mores?] sic fere ex Pinciani scriptis Muretus. ii quippe, *Iterum enim exclamabis &c.* quomodo etiam Palat. pr. ac quart. Erasmus multo plura; *Interim enim clamabis hoc quod clamare soles; hoc quid ad mores?* a quo non multum declinant Pal. sec. tert. Colon. *Interim enim clamabis hoc quod clamare soles: quid ad mores?*

Sed exclamanti tibi primum alios opponam] ita ex vno cod. Pinciani Muretus; cum habeant alii eius: *Sed exclamandum tibi. Primum alios opponam.* Erasmus, *Sed ad exclamandum. Tibi primum opponam.* Palat. pr. *Sed exclamandum tibi primum. Alios opponam.* sec. ac tert. *Sed ad exclamandam tibi, primum alios opponam.* quart. ac Coloniensia, *Sed exclamandum tibi primum alios opponam.* Et vix dubito quin legendum sit; *Sed exclama dum. tibi primum alios opponam.* exclama, inquit, vt libet; non erit tibi res mecum, sed cum aliis. particulam illam *dum* sæpius adiici solitam, etiam a non poetis; omnes credo concedent: quare non adducam exemplorum copiam.

Mores alia aliter attingunt] mss. mei omnes *Mores alii aliter attingunt.* solum Palat. tert. *contingunt.* moxque bia ponunt, *quidam*, non *quadam* Pal. sec. tert. Colon. duo tamen alii *quadam* retinent.

Cum quæritur, quare hominem natura produxerit, quare prætulerit] sic Erasmus, & vt puto, bene. at mei omnes hic turbant. nam Palat. pr. ac quart. *cum quare hominem natura produxerit, quare prætulerit*, sine voce *quæritur.* at alio ordine sec. ac tert. *cum quare hominem natura produxerit quæritur, quare prætulerit.* tert. vero *Cum quæritur quare hominem natura produxerit, quæritur quare prætulerit &c.*

Vnam illis syllabam facillime accedere) eam ego esse dico *in*: ita enim fieri *infelicitatem ex felicitate.* adiungitur enim acceditque quod priori rei superuenit, nec ibi prius fuit. vnde ad hunc locũ apposite Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem ca. 13: *quia & creator Abraha & Sara & Ausea nomina reformauit: hunc vocando Iesum, illis syllabas adiiciendo.* at I. C. vnus tanquam pro aris & focis pugnat, vnam illam syllabam esse *sol.* qui locus, inquit, argumento est scribendum esse *sol.* sine diphthongo, quod & Aldus Manutius multis probat in sua Orthographiæ epitome: probat, inquam, ex lapidibus & nummis, hunc tamen locum omisit. sic ille. quod domi eius natum, quilibe

ber videt; adeo subtile est & quauis acutius arista.

Et ad virtutes exhortabor) ita emendat Pincianus. Erasmi editio, *& virtutes exhortabor* sine præpositione; quæ nec in vllo meorum, neque vero esse debet. Palat pr. legit. *adhortabor.*

Et affectus efferatissimos inhibere) ita & mei tres. Pal. sec. ac quart. *efferacissimos.* putauit Pincianus legendum ex mss. suis; *effrenatissimos.*

Sensum autem esse ex eo maxime) ita Muretus, cum præferat Erasmi editio, vt & Pal. quart. *Sensus autem esse* & vero Palat. pr. *Sensi autem esse &c.* sec. ac tert. *esse autem ex eo sensus maxime.* vt fere suspicer legendum, *esse autem, ex eo maxime apparet,* electa voce litigiosa, quomodo omnino exhibet Colon.

Et inter ceram opusq;) sic & Palat. sec. ac quart. nam pr. *cetera.* tert. ac Colon. *ruram.* male. nam *cera*, fucus est & pictura; propterea quod *cera* pingere antiqui solebant. Varro lib. 3. de re rustica cap. 17: *Nam vt Pausias & ceteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi discolores sunt ceræ.* sic Turnebus lib. 24. cap. 17. Aduersar.

Sic animal in omnem vsum sui mobile. Mirari solemus frena peritos &c.) ita Erasmi editio, cui proxime accedit Pal. quart. in quo; *sic animal in omnem vsum sui mobile mirari solemus Satias.* nam pr. *sic animalis nomen vsum sui mobilem mirari solemus Satias peritos.* sec. *Sit animalium omnem vsum sui mobile mirari solemus. Satias peritos.* tert. ac Col. *Sic animalium omnium vsum sui mobilem mirari solemus. Satias peritos &c.* illud *satias* inuenit etiā in omnibus scriptis Erasmus, tantum alibi erat in vno; *Satians*: sed, inquit, restituimus ordinem sermonis, & præter exemplarium auctoritatem, pro *satias* reposuimus *scena.* Turnebus & lib. 26. cap. 20. & lib. 30. cap. 3. Aduersar. pro illo *satiam*, quomodo inuenit in suis antiquis, restituendum putat, *saltationis peritos*, vt scribatur, *sic animal in omnem vsum sui mobile. Mirari solemus saltationis peritos &c.* pantomimi enim & saltatores manuū gesticulatione omnia exprimunt & significant. de re idem sentire Erasmum & Turnebum scio; & magis proprie vox *saltationis* mentem exprimit, quam *scena*: sed enim tertium aliquod verbum requiro quod isthic habuerit locum.

Nemo ægre molitur artus suos) ita ex Pinciani mss. Romana editio, cum haberet Erasmus *actus suos*, a quo abeunt etiam mei omnes. quatuor enim retinent *artus*, Pal. vero pr. scribit; *Nemo molitur egere aptus suos.* illud *artus* repositum etiam voluit Turnebus. facilis enim, inquit, est motio membrorum cuique, facilisque motio & agitatio. sic ille lib. 26. cap. 20. Aduersariorum.

Supinata tellure) ita correctiores Pinciani codd. alii, *supina test.* quomodo ediderat Erasmus, testatque in meis tribus nam Pal sec. *resupinata test.* tert. *suppinatæ.*

Quam impedit consistit] ita & Erasmus & mei duo. quippe Pal sec. ac tert. *consistat* Col. *constitat.*

Ego omnibus constitutionis] ita Pinc. mss. meique quatuor. Pal. pr. *constitutionibus*, vti expressit Erasmus.

Constitutio est, inquit] ita & mei quatuor. at Palat. tert. *inquam.*

Magnæ parti togatorum obscuram] omissa est vox quæ in Erasmo. & mss. meis cunctis. *parte hominum togatorum obscuram*, tantum in eo variāt, quod Pal. sec. habeat *obscurant*, Col. autem, *obscuro.* & vero dictio *hominum* hic valde desideratur.

Nam ipsa constitutio facilius natura) ita Erasmus; sed diuersum eunt omnes mei; monentque restituendum; *non ipsam constitutionem. Facilius natura intelligitur quam enarratur*; vt priores voces pendeant a superioribus.

Talis ad omnia animalia constitutionis sua sensus] ita Erasmus & mei tres, qui tamen tres voculam adnectunt *sensus est.* at Palat. tert. non agnoscit vocem *sensus*, habetque, *animalia constitutionis sua est.* Col. *talia constitutionis sua sensus est.*

Necesse est enim id sentiant per quod alia quoque sentiunt] ita editio Mureti; nec non Palat. sec. tert. Colon. præterquam quod sec. *alia quoque sentiantur.* Colon. *animalia quoq; sentiuntur.* pr. ac quart. *id sentiant per quod animalia quoq; sentiunt.* tert. editioque Erasmi, *sentiat per quod animalia quoq; sentiunt.* ad quæ Pincianus; Exemplar Franciscanum; *Necesse est enim adsentiant per quod animalia quoq; sentiunt*, vt forte legendum sit: *Necesse est ei vt sentiant per quod animalia quoq; sentiuntur*; sic enim pleraque exempp. habent, non *sentiunt.* addit codex scholarium Salmanticensium verbum *ferre*; *Necesse est enim id ferre sentiant per quod*; vt rursus legi possit, *Necesse est enim id fieri sentiant per quod animalia quoq; sunt*: vel sic, *per quod animalia quoq; sentiuntur.* hactenus Pincianus.

Et conatum sibi esse scit] ita Pinc. ex omnibus mss. suis, quibus se associant mei concorditer, nisi quod Palat. pr. *& quod natum esse sibi scis.* Erasmi editio vna voce minus *& quod sibi esse sit.*

Enati sunt dentes) ita Erasmus. manuscriptus vnus Pinciani, *Et nati sunt dentes.* Palat. quart. *Nati sunt dentes.* sec. tert. Coloniensis, *Renati sunt dentes.* pr. aliquot verbis minutus est.

Sed quo ferat onus suum] sic Erasmus. mei quatuor *sed quod ferat onus suum.* Palat. pr. *sed quod ferat bonum suum.*

Et ad aream spectat] Col. *ad archam.* alii quatuor *ad aream.* recte. nam eleganter a nostro & insigniter fruges maturatæ *ad aream* spectare dicuntur, quod flauæ segetes demessæ, ad aream terendi gratia deportari solent. Turnebus lib. 26. cap. 20.

In quamcunq; constitutionem venit, eam tuetur] ita ex Pinc. scriptis Muretus, quibus adsentiuntur mei. Erasmus vulgauit, *in quam constitutionem cum venit, eam tuetur.*

Non hoc quoq; in quo nascitur] ita & mei tres. Pal. sec. *nec hoc.* tert. *non minus hoc quoq; in quod nascitur.*

Nihil amplius si intellexerint faciant] sic Erasmus. & Pal. pr. ac quart. alii tres, *nihil amplius quam intellexerunt facient.* tātum abit Col. quod ille *intellexerit.* legit Pincianus *si intellexerint facient*, ex veteri suorum lectione: etsi, inquit, sint codices in quibus; *Nihil amplius quam intellexerint faciant*; vt existimem legendum, non *quam*, sed *quum.* sic Pincianus.

Gallina non refugiat, cum tanto minorem & non notum &c.] ita & Erasmus, sed contradicente omni lectione scriptorum meorum. nato Palat. pr *gallina cefugiat, an tanto minorem &c.* sec. *non fugiat, ac tanto &c.* tert. *non fugiat, ac tanto minorem rn, & no notum.* quart. *non refugiat ac tanto minorem & tre notum.* scribo, *gallina non fugiat, ac tanto minorem & no notum, &c.* vti est in Coloniensi.

Quidem sibi accipitrem fugiat] vocem vltimā deleo auctoritate editionis Erasmianæ, nec non Pal. pr. sec. quart. Col. quin & aliter ordinat Pal. tert. legitque, *quidem sibi fugit accipitrem.*

Quare pulli felem timent, canem non timent] ita etiam Muretus. at Erasmus vtrobique *timeant*, sicuti & Pal. sec. ac Col. nam tert. scribit; *quare pulli fellem non timeant, canem vero timeant.* quod non admiserim, etsi nō nemini peruersi sermonis ordine videri possit locutus auctor; quod putem natum a sciolo qui in domo sua forsan & pullos habebat & felem vna. certe quartus etiā eodem laborat vitio, scribitque, *quare pulli pecum & vesum timeant, canem non timeant.* habet Pal. pr. *quare pulli fere timeant &c.*

Apparet illis inesse scientiam nocituri] sic & Erasmus. at Palatinus primus, *apparet illis inesse solertiam noritari* cui alludit quart. in quo; *apparet vel inesse solertiam nocituri.* alii tres. *apparet illis non deesse nocituri scientiam.*

Nec vnquam oblimiscuntur. Huius tutela & diligentia æqualis est illis &c.] ita Erasmus & Palat. sec. vitiose. distinguo cum reliquis quatuor; *nec vnquam obliuiscuntur huius tutela & diligentia. Æqualis est illis &c.*

Vsa illa adhoc peruenire) sic Erasmus & Pal. pr. ac quart. alii tres, *vsa illa in hoc peru.*

Æquale omnibus est & statim) sic & mei, excepto Pal. tert. qui, *& statu.*

Itaq; senetis quid sit] Pal. sec. at Col. *itaq; consentis.*

Quæ sunt animalia armata] sic & Palat. pr. & quart. at

alii tres hæc prioribus connectunt, hoc modo; *quo obteri possit, quasi sint animalia armata ad nocendum: horum speciem &c.* neque hercle displicet.

Simul enim conciliatur saluti sua quisq;) ita Erasmus & Palat. quart. at pr. *simul conciliatur. Saluti sua quicquid.* sec. tert. Col *simul enim conciliantur saluti sua. quodq; iuuat &c.*

Et qua iuuant illa petit) sic Erasmus & Pal pr. ac quart. tres reliqui, *quodq; iuuat illa petit.* Pinciani exemplar vnũ, *quacunq; iuuant illa petit.* videor olfacere isthæc ac superiora tali rescribẽda distinctione; *Inter se ista cõiuncta sunt simul. conciliatur saluti sua quodq; & qua iuuant &c.*

Sine vlla cogitatione. sine consilio fit) ita editio Romana, nec scio qua suffulta columna Erasmus namq; *sine vlla cogitatione, qua hoc dicit Sine consilio fit.* cui accedũt mei tres. at Col. *sine vlla cogitatione qua hoc dicit, sine consilio fit &c* Palat. tert. *sine vlla cogitatione est qua hoc dicit. Sine consilio fit &c.*

Quanta diuidua laboris obeundi concordia) ita fere Muretus ex scriptis Pinciani: cum enim haberet Erasmus, *diurni laboris*, testatus est ipse, omnes suos seruare *diuidui labori.* Pal. pr. *quanta diui laboris obeundiq; concordia.* sec Colon. *quanta diuidui laboris obeundiq; concordia.* tert. *quanta durandi laboris obeundiq; concordia*, quod fere est vt dicam auctoris germanum. *durare* enim & *obire laborem* differunt. illud ad animum spectat, illud ad corpus.

Qua minora animalia) ita & Erasmus, sed restituenda omnis meorum scriptura, *quam minora animalia.*

In quorum perniciem illa tenduntur) sic coniecit legendum contra omnia sua exemplaria Pincianus, quæ Erasmi consentientia editioni habebant *in quorum pretium.* & vero ita etiam restat in quatuor meis, solum Palat. tert. agnoscit, *perniciem.*

Retibus implicata teneant) repone suasu meorum omnium, *teneantur?* vt scribatur cum præcedentibus, *ex denso rara? quam minora animalia, in quorum perniciem illa tenduntur, velut retibus implicata teneantur?*

Per insanis angulorum omnium foramen) ita Erasmus, & Pal. tert. acceditq; sec. qui, *insanis.* quæ lectio si retinenda, ad apes spectabit at Pal. pr. quart. Col. id ad araneas referunt. repræsentando, *per tenuissimis angulorum omnium foramen.* quod, ne quid dissimulem, magis mihi ad gustum.

Ex aquo venit quod natura) ita verus lectio librorum Pinc. quibus adhæret Pal. tert. ac quart. pene etiam sec. ac Col. qui, *& ex aquo venit.* pr. *aquo venit*, sine dictione *ex*, quam & prætermisit Erasmi editio.

Illis natura contulit) sic Erasmus. mei tamen quinque, *illa natura contulit.* ¶ *In cõciliatione & charitate sui*) sic Erasmus & Pal. pr. ac quart. at vero sec. & tert. *in conciliationem & charitatem sui* Col *in cõciliatione & charitatẽ sui.*

Nec hoc per se profuturum erat) sic Erasmus. at mei quatuor, *nec non hoc per se* Pal. quart *nec in hoc per se.* forte fuit; *nec tamen hoc.* ¶ *Sed in aulla deprehendes vilitatem sui*) sic Erasmus, neque aliter producit P. Faber lib 1. Semestr. cap 10: interpretaturque *vilitatem*, vitæ contemptũ quomodo restituit etiã in Q. Curtio lib. 5: *sæpe tadio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignaui.* male vulgo *vtilitatem sui* iterum etiam noster lib. 1. cap. 3 de Clementia: *Nec hæc vilitas sui est aut dementia pro vno capite tot millia excipere ferrum &c* sic *vilitatem animarum* dixit Plinius lib. 36. ca. 15. sic Faber. libri mei verba isthæc non satis fideliter exprimunt. Pal. pr. *Set in vna deprehendes vilitatem sui* sec. tert. *sed in aulla deprehendes vtilitatem sui.* quart. *sed in aullam deprehendens vilitatem sui.* Colon. *sed in aulla deprehendens vilitatem sui.* ¶ *Ne negligentiam quidem*) & hic mei turbant. Pal. pr. ac Col *Negligentiam quidem*, sine voce *ne.* quæ etiam exulat sec. ac tert. in quibus *negligentia quidem.* solum consentit vulgato Pal. quart.

Tacitis quoq; & brutis) sic mei omnes, Pincianique; qui tamen legendum putauit, *Tacitis namq; & brutis*, quam scripturam retulit d. cap. 10. Faber. ego nihil mutauerim.

Quamuis in cetera torpeant) sic & Erasmus & Pal. sec. tert. at pr. *quamuis in certam torpeat.* quart. *quamuis in certa torpeat.* Col. *quamuis in ceteris torpeant.*

EPIST. CXXII.

Resiliit aliquantulum) ita etiam Pal. tert. ac Col. at vero tert. *& resiliit aliquantulum.* pr. ac quart. *resiliuit in quantulum.* ¶ *Liberale adhuc spatiũ sit*) sic & Pal. pr. ac quart. vnus Pinciani, meiq; tres reliqui, *lib. adhuc spatiũ superfit.*

Quam si quis illum expectat) sic quidem Erasmus, at meis quinq; abest particula *quam*; quod placet. esse enim turbandæ sententiæ vidit etiam Turnebus, ideoque delendam mouit lib 26 cap 20 Aduersar.

Vt luce prima exeat) non est ab vllo manuscripto lectio ista sed ita legendum coniecit Pinciani simplex diuinatio, quippe cum edidisset Erasmus, *& lucem primam exuit.* legendum arbitror, inquit alias, *luce prima exiens.* nam Frãciscanus codex præfert *exiens*, non *exuit*; aut lege sic; *vt luce prima exeat.* hactenus Pincianus. at in meis quinque cõstanter restat illud, *& lucem primam exuit*; agnoscitque Turnebus probatque; dicit enim, inquit, Seneca esse officiosiorẽ qui ante lucem surgit, lucemque præuenit antelucana vigilia, eam nudat & aperit videtque. sic Turnebus d. capite 20. cui fere acquiesco. nam si quid mutandũ, faciliore negotio fingerimus. *& lucem primam excipit.*

Medio die incipit) est a veteri lectione codd. Pinciani, cui fauent mei tres. Palat. pr. ac quart. firmant Erasmi editionem, adiiciunt, *in medio die incipit.*

Peruertunt: nec ante deducunt oculos) sic Erasmus. Pal. pr. at quart. *peruerterint, nec ante deducant.* sec. tert. *peruertant, nec ante deducant oculos.* Col. *peruertant, nec quando deducant oculos.*

Pedibus nostris subditos) sic editio quidem Romana, at mei quinque *sedibus nostris subditos.*

Sunt quidam in eade vrbe Antipodes) hoc modo legendum monuit ex vet. lect. mss. Pinc. & ita quoq; mei quinque. præferunt publicati ab Erasmo: *quidem.* diuinaui ante visos mss. *suntq; eidem in eadem*, vt isthæc etiamnum penderent a superioribus. nunc nihil contendo.

Quemadmodum videndum sit) ita Mureti editio, meo animo, inepte. reduxerim prius cusorũ scripturã, *quemadmodum viuendum sit.* stabilitur enim a mss. meis quatuor; solũ est illud, *videndum*, in Pal. pr.

Qui nesciunt quando & hi mortem timent &c.) sic Erasmus & Pal pr. ac quart. sed enim sec. tert. Col. *qui nesciunt quando & vbi Mortem &c.* sic, inquam, legunt iii tres, distinguit tãtum ad eum modum solus tert. alii enim duo; *qui nesciunt quando & vbi mortem timent &c.* nulla interueniente distinctione. ¶ *Tam infausti omnium*) ita editio Romana, nudam secuta Pinciani coniecturã, cuius scripti, vt & Erasmi & mei omnes; *tam infausti homines.*

Quam nocturna aues sunt) ita & mei quinque. Pinciani exemplar vnum *quam noctua aues sunt.*

Licet epulis, & in multa quidem fercula distinctis) ita Muretus partim ex vestigiis mss. Pinciani, partim ex Turnebo. nam cum vulgasset Erasmus, *& in multa quidem pericula discoctis*, monuit Pincianus membranas repræsentare, *districtis* at Turnebus prodiit, se hic nõ intelligere illud *pericula*; alteriusque occupasse sedem putare; ac *fercula* vel *fericula* scribere. certe, inquit, ex *fericula* deprauatum illud *pericula* ex affinitate & vicinia vocis & soni arbitror. sic ille lib 26 cap 20. Aduers. Pal. pr. legit, *licet epulis & in multa quidem pericula discretis.* sec. tert. *licet epulis & quidem in multa pericula discretis.* quart. *licet in epulis & in multa quidem pericula discoctis.* Col. *licet in epulis etiam in multa quidem pericula discretis.* notatumque ad marginẽ pro vltima voce alias legi, *distortis.*

Totum peruersa vigilia tempus deducant) ita Muretus secutus & libros Pinciani & coniecturã. illud *peruersa* hausit ex mss. alterum *deducant* ex ingenio. nam Erasmus; *totum peruersum vigilia tẽpus deducant.* at scripserim ego potius, cũ sit in Pal. sec. tert. quart. *totum peruersa vigilia tempus educant*, ceteriq; alioqui duo; *totum peruersum vigilia tempus educant*; scripserim, inquam, potius *totum peruersa vigilia tempus edulcant.* tãquam videlicet quod minus intelligerent detorserint librarii isti ad vocem litteris ei & sono quam maxime propinquã. de hac plura ego lib. 24. ca. 17. Suspic. ¶ *Sed multa sibi faciunt*) ita Erasmus, & Pal. pr. reliqui mei quatuor, vt & Pinciani omnes, *sed bulla sibi faciunt.* Pal. quoque quart. *sed bulla sua sibi faciunt.*

Mortuis certe interdiu parentatur) sic equidem Mureti editio, at Erasmi, *parentantur.* quod forte reuocandum est. si, inquit Seneca, minus proprie dici potest

eos

eos sibi ipsis nocturna epulatione *iusta facere*, at certe elegãter dicatur mortuis interdiu parentare: quandoquidẽ totũ diẽ in ædibus suis non aliter lateãt, quã solent in cõditiuis ii qui iusta faciũt. mortuis *parentantur* ergo positũ, pro eo quod vulgate magis *parentant*. quod tamẽ timide admodum nunc. nam ita citat hunc ipsum locum Pamelius comment. ad lib. Tertulliani de pallio ca. 12: *Mortuis certe viui parentantur*. sed enim meæ membranæ quinq; diserte, *interdiu parentantur*.

Et super membra iners sagina succrescit) ita editio Romana; pro qua stat Palat. tert. Erasmi editio: *& superbam vmbram iners sagina succrescit*, quomodo plane Palat. pr. nisi quod addat, *& in superbam vmbram*. sec. ac Col. nec non maior pars mss. Pinciani, *& super ea membra iners sagina succrescit*. quart. meus; *& sub ipsa vmbra iners sagina succrescit*. quod non ausim sugillare: vtique cum ita quoque emendandũ duxerit d. cap. 20. Turnebus, absq; voce, *ipsa*.

Ita illorum corpora) est ab coniectura Pinciani. scripti eius oẽs, nec nõ Erasmus, & mei quinq; *At istorũ corpora*.

Quippe non speciosior illis quam morbo pallentibus) ita Erasmus & mei tres. at exemplar Franciscanum quo vsus est Pincianus, *quippe suspectior illis quasi morbo pallentibus*. scripserim omnino, *quippe suspectior illis quam morbo pallentibus*, ex duobus chirographis libris Pal. pr. ac quart. hoc enim tantum abit pr. quod legat *morbo psallentibus*.

Languidi & euanidi) sic Erasmus, notatumq; ad editionis eius marginem, alias legi, *lãguidi & marcidi*; quod etiam in Pal. pr. quart. Col. alii tamen duo, alteram seruant lectionem. ¶ *Tanto plus tenebrarum in animo est*) inepte. lege; *quanto plus tenebrarum &c.* quomodo est in quatuor meis, neque recedit Pal. pr. nisi quod; *quando plus*.

Deinde etiam e contrario istis non videntur tibi &c.) ita Muretus persuasu mss. Pinciani. habet Palat. pr. item Erasmus *Deinde etiam istis e contrario non videntur tibi*, alia vero editio, *videntur sibi*. Pal. sec. ac tert. *deinde etiam e contrario stare. Non videntur tibi*, quæ lectio & distinctio altera illa decuplo sincerior. nescio tamen an plane germana Senecæ. nam quart. *deinde etiam isti contrario stare. Non videntur tibi*. Col. *deinde etiam isti e contrario Non videntur tibi*. notatũque ad utrã legi alias, *deinde etiam stant e contr.*

Qui totonis bibunt) ita ex Pinciani scriptis Muretus. stabiliuntque mei tres. Erasmi editioni, item Pal. pr. ac quart. abest pronomen *qui*.

Atqui frequens hoc adolescentium) sic ex mss. Pinc. Muretus. Erasmi *Atq;*, quod & remanet in meis Pall. quatt. nam Col. *Atqui hoc adolesc.* sine dictione *frequens*. quæ tamen in aliis.

In ipso pene balnei limine) sic quidem Pal. pr. ac quart. at tres alii præponunt coniunctionem *vt*, leguntque, *vt in ipso pene balnei limine inter nudos bibant*, imo potent quod mihi probatur, vt annectatur præcedentibus. nam & Pal. pr. ac quart. custodiunt *bibant*, item *potent*.

Vt sudorem quem mouerunt) mei omnes, *& sudorem*; neq; reprehendo.

Subinde destringant) *destringere* est sudorem strigilibus siccare & detergere. & apud Plinium lib. 14. ca. 8. *se destringentem*; est ἀποξυόμενος, qui strigilibus se defricat & sudorem sordesque deterget. sic Turnebus lib. 26 cap. 20. cui addo istud Plinii, vbi auunculi mores prodit: *In secessu solum balnei tempus eximebatur. cum dico balnei, de interioribus loquor. Nam dum destringitur tergiturq;, audiebat aliquid, aut dictabat.* ad quem locum cõsule Dousam præcidan. ad Arbitrum lib. 1. cap. 24. adduxit & isthæc Senecæ verba Colvius notis ad lib. 2. Florid. Apulei. deseruiebant enim strigiles ad desquamandum fricandum purgandũque corpus, quos ita depingit Apuleius: *iuxtaq; honestam strigileculam, recta fastigatione clausula, flexa tubulatione ligulæ; vt & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur.* ¶ *Hoc patresfamiliæ rustici faciunt &c.*) notat Turnebus lib. 30. cap. 3. verba hæc Senecæ caliginem aliquam remouere Horatio, canente lib. 2. Sat. 2: *Post hoc ludus erat, culpa potare magistra.* ¶ *Quod non innatat cibo*) ita ex mss. Pincianus, neque secus Pal. sec. tert. quart. alii duo faciunt pro Erasmo, cuius editio, *nõ quod innatat cibo*. male. ¶ *Qui commutat cum feminis vestem*) Palat. quart. *communicat*. alii quatuor vulgato subscribũt. porro videtur hunc locum sic capere lib. 1. cap. 15. Semestr. P. Faber, vt insectetur eos auctor noster qui ad mollitiem & luxum in cœnis veste vtebantur muliebri; ex quibus fuit & Senator ille de quo Pomponius in d. l. inter vestem. ff. de auro & arg. legat. *Quintus Mutius ait, scire se quendam Senatorem muliebribus cœnatoriis vti solitum*. ex quibus fuit etiam Cornelius Fronto, qui Adriano Imperatore celeberrimus causarum patronus fuit. hic enim, vt apud Dionem legimus, a cœna nocteque iam intempesta & silentii Turbonem præfectum prætorio tanquam iudicaturum muliebri cœnatoria indutus atque amictus, & amico suo adfuturus adiit. verum videatur elegãs ille Faber. Lipsius tamen meus commẽt. ad lib. 3. Annal. Taciti, intelligi putat Sericas vestes Coasque, quibus non abstinebant viri, cũ eæ tamen proprie mulierũ. vnde & Plinius: *Nec pudent has vestes* (de Cois loquitur) *vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam. in tantum a lorica gerenda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes.* plura petenda e Clemente Alexandrino lib. 3. Pædag. cap. 3. cuius index, πρὸς τοὺς καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν. nam ego præceptori meo hic potius adhæserim, quam Fabro. videatur & Langlæus lib. 1. ca. 5. Ocii semestris. ¶ *Qui expectant vt pueritia splendeat tempore alieno*) ita legi voluit ex mss. Pinciani; cũ habeat Erasmus *qui spectant*, quod ego non contemserim: eruidẽ scilicet imo fere vehementioris cum altero significatus, neq; aliter sane est in meis quinque Lipsius d. loco corrigit, *expetunt*. ¶ *Quid fieri vel crudelius*) ita Romana editio. versum Erasmi, & mei adeo omnes excludunt particulã *vel*.

Vt diu virum pati possit) sic Erasmus & Pal. pr. probuq; sec. *& si diu iure pati possit*. tert. *vt sibi diu virum pati possit*. quart ac Col. *& si diu virum pati possit*.

Ne ætas quidem eripiet) sic Erasmus. mei omnes, *non ætas*.

Et calorum apta mutatione, bruma lilium, florem vernũ exprimunt) est fere ab ingenio Pinciani scriptura ista, ne quis forte legitimam putet Senecæ. nam cum vulgasset Erasmus, *& calorum apta imitatione brumalium, flore &c.* *mutatione* inquit Pinc. non *imitatione*, agnoscũt mss. mei, & forte commodior esset lectio, *bruma lilium*, quam *brumalium*. sic ille. Pal. pr. *apta mutatione bruma lilium flore vernum*. sec. *& calorum aperta motione brumalium florem &c.* tert. *& calorum apta motione brumalium florem &c.* quart. *apta mutatione brumalium florem nemini exprimunt*. Col. *& calorum apta mutatione brumalium &c.*

Qua pomaria in summis turribus) citat & hunc locum Fornerius commentariis ad tit. de verb. signi. qui videatur.

In tectis domorum) ita lectio Pinc. codd. adiutantq; eã Col. Pal. sec. ac tert. Erasmus *domuum*, vt etiam quart. at pr. *demum*. ¶ *Ac fastigiis nutant*) sic quoque mei tres. nã Pal. pr. *mutant*, quart. *moueant*. ¶ *Nec delicate natare ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna*) est a coniectura Pinciani. erat in Erasmi edit. *& delicate natare ipsi videntur vbi calentia stagna*. ad quæ Hispanus ille, in mss. inquit, meis est, *& delicate natare sibi ipsi videntur, nisi calentia stagna*; vt forte legendum sit, *nec delicate natare ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna*. Pal. pr. habet *& delicate natare ipsi sibi videntur nisi calentia stagna*. sec. tert. *& delicate natare sibi ipsi videntur, vbi calentia stagna*. quart. *& delicate natare ipsis in non videntur, nisi caletia stagna*. Col. *& delicate natare ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna*. quam lectionem amplector. videntur enim eam sibi opinionem acquirere voluisse præposteri isti homines, tanquam maxime a deliciis alieni; vtpote qui ad fremitum maris procellarumq; expositi, cum id ipsum tamẽ tabidarum deliciarum causa facerent. acumen istud facile se cuique probat qui laurum momordit. itaque nil addo fungis. ¶ *Lucet. somni tempus est. Quies est nunc exerceamur*) sic & Erasmus & Colon. & Pall. tres. recte, nisi si forte libet interrogationis immittere notas. Pinciani tamen correctiores codd. *Focus lucet, somni tempus est. quies est.* a qua lectione non vidi codices qui starent. nam & Pal. pr. *Lucet somni tempus est &c.*

Dies publicus relinquatur: proprium nobis) ita etiam ad vtram edit. Erasmi, quæ, *relinquatur proprius nobis, &c.* quomodo & mei quinque.

Nunc gestemur, nunc prandeamus) ita Erasmus. at monet Pincianus exẽplar vnũ habere; *nũc gest. nunc pẽdeamus*, quod non ita, inquit, displicet. nã Cornelius Celsus lib. 2.

inter gestationum genera ponit *lecti suspensionem*. imo, nullo modo admittenda illa lectio. quid enim duas exercitii non valde absimiles species hic ponat Seneca, omisso *prandio*, quod magis ad genium istis aduersipedibus? mei tamen libri etiam variant. Pal. pr. *nunc gestemus nunc pandeamus*. sec. tert. quart. *nunc gestemus nunc prandeamus*. Col. *nunc gestemus nunc prandemus*.

Trita ac vulgari via viuere) sic & mei tres. at enim Pal. sec. ac tert. *trita aut vulgari*.

Qui ad faces & cereos viuunt) *faces candelasq;* in funeribus plerunque adultorum reperias; in puerorum, id est, acerbis immaturisque, *cereos* fere: vt appareat, quod interpres vetus Persii monuit, pueros ad cereos solitos efferri, facibus tamen immixtis; quod Senecæ hic locus euincit: item alter lib. de Tranquill. vitæ cap. 11. nec non lib. de Breuit. vitæ cap. vlt. vide Lipsium ad lib. 3. Annal. Taciti, apud quem (vt & Torrentium Suet. August. cap. 98.) de funebribus istis facibus nimis quam bona.

Recitabat Montanus Iulius) eiusdem nominis laudatur quidam, egregius item poeta, Senecæ patri lib. 7 Controuers. 1. Sed & nomen idem apud Tacitum lib. 13. Annal. verum vltimus iste alienus fortasse ab illo de quo hic agitur. porro nomen *Iulius* in nullo est mss. meorum, sed *Montanus ille*.

Et amicitia Tiberii notus & frigore. Ortus & occasus libentissime) sic Erasmus, cui omnino accedunt Pal. pr. ac quart. nisi quod ii vice vltimæ vocis, *licentissime*, quod placet. nam alterum illud hic non conuenit. quid quod & alterum istud, in nonnullis Pinciani exempp. qui insuper fatetur aliquot codd. eius habuisse non *frigore* sed *frequenter*, quod verbum etiam in Pal. sec. tert. Col. verum perperam. at ille omnium pessime qui nullo adiutus aut rationis aut libri adminiculo, audacter imperat legamus: *& amicitia Tiberii notus. Is in opere ortus & occasus libenter inserebat*. quæ enim exlex licentia est, mutare quicquid non intelligis? nam vt sciat idem, dicit Seneca, Montanum istum & ardenter amatum & subito fastidium. rem quippe ipsam & leporem illum gratiæ siue amicitię vocabant *frigus* Plinius lib 8. cap. 14: *Interim Paulo aliena delirasio, aliquantulum frigoris attulit*: nec peccet qui Horatium sic explicet --*maiorum ne quis amicus Frigore te feriat*. Suetonii locus corrigendus Augusti cap. 66: *Desiderauit & M. Agrippa patientiam, & Mecœnatis taciturnitatem: cum ille ex leui rigoris suspicione & quod Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se contulisset*. scripsit enim *frigoris*. Terētii illud huc quoque fecerit: *Nimirum hice homines frigent*. atque omnino amor *ardor* est, fastidiū aut defautio *frigus*. hæc Lipsius lib. 2. Animaduers. ad Paterculum.

Nunquid liberalius possim agere?) est ex veteri lectione Pincianorum. mss. Erasmi, meique absque interrogatione, *Nunquam liberalius*. sed, vt opinor, minus recte.

Argatis reditura cibos) ita ex membranis suis Pincianus, quo modo etiam Pal. sec. ac tert. a quo nō longe quart. & Col *reddutura*. at pr. *reddit vsa* Erasmus, *rodit vsa cibos*.

Et molli partitos ore ministrat) sic Erasmus, & recte. Pal. tamen pr. *partitus ore min.* sec. tert. Col. *partitur & ore ministrat*. quart *patitus omne ministe*.

Eques Romanus L. Vinitii comes] sic Muretus ex vno ms Pinciani, qui id ipsum probabat: fuitque, inquit, hic L. Vinitius præstans orator Augusti temporibus tam præsentaneo in agendis causis ingenio, vt quicquid longa cogitatio aliis pręstatura erat, pręsto illi adesset prima animi duntaxat intentione. itaque eleganter de illo Augustus, *ingenium in numerato habere* dixit, vt auctor Seneca pater in Controuersiis. hactenus Pincianus. mei hic mire turbant. Pal. pr. *vanis eque S R. M. Viuni comes*. sec. *Varusq; f. p. R. Vinicii comes*. tert. *Varus eques Ro. Vinicii comes*. quart. *Nanis eques R. M uacinii comes*. Col. *Varus eque S R. M. Vinicii comes*. publicatus Erasmi; *Varus eques Romanus Viuinii comes*. ¶ *Deinde cum subinde recitasset*) sic & mei duo. at Pal. sec. tert. Col. *Demum cum subinde*.

Quid dicit? Iā nox est) ita Erasmus & Pal. pr. at alii mss. tres, *Quid dicit? Iā nox est?* &c. quart. *Quicquid dicisiā vox est*. ¶ *Sed quia nihil tunat obuiū*) sic Erasmus; cui nullus assentitur meorum mss. nā Pal. pr. quart. Col. *sed quia nihil tunat oblitum*. sec. ac tert. *sed quia nihil tunat solitū*. quod vltimum tuetur se eo, quod hac eadem subiicit Epistola, *nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium infamia est*.

Itaq; male habent, quoties aea faciunt quod excitet famam) nec istud Senecæ est, sed Pinciani ita legendum suspicantis; cum haberent vnæ membranæ eius: *Itaq; male habent quoties faciunt quod excedat famam*. præfert Erasmi editio, *Itaq; aliquoties faciāt quod excitet famam*. Pal. pr. ac quart. *Itaq; aliquotiens faciunt quidem vt excitēt famam*. sec. *Itaq; male habent quotiens faciunt quod excedat fama* tert. *Itaq; male habent, quotiens faciunt, quo excedat fama*. Col. *Itaq; male habent quotiens faciunt quidā vt excitent famam*. ¶ *Multo bona comedunt*) monet lib. 26. ca. 20. Aduers. Turnebus eodem modo locutū antea Horatium lib. 1. Epist. 15: -*non hercule miror, Aiebat si qui comedunt bona*. ¶ *Sed notabilem facere*) ita Erasmus. mei tres addūt voculam; *sed & notabilem facere*. Pal. pr. *sed notilem facere*. quart *sed aubilem facere*. vt forsan scriptum voluerit, *sed nobilem*. pronior tamen sum vt arbitrer duobus istis postremis nocuisse compendiosam scribendi rationem. ¶ *Habitasse se supra domum Sp. Anis*) ita Mureti editio. Erasmi, *domum Spanii*. Pinciani codd. quidam habent *Spapinii*, quidam *Spu. Panii*, vt forte ipsus legendū putet, *Spu. Papinii*. est in Pal. pr. *domum Spanii*. sec. *Sp. Paperi qui erat*. tert. *supra domum Sp. Papinii qui erat*. quart. nullum agnoscit nomen, tantumque præfert; *domum illam*. Col. *domum Sp. Papinum, qui erat*.

Flagellorum sonet) mei omnes, *sonum*.

Clamorem concitatum) ita omnes etiam scripti mei. & recte, vt prodo lib. 2. cap. 9. Opinion. mallet tamen Pincianus *clamorem concinentium*, siue *clamorem cantuum*.

Quis sit ille sonus rotarum. velle gestari dicitur) ita Erasmus. Pal pr. ac quart. *quid*. Col. *quod sit ille rotarum sonitus veller gestari dicitur*. omnino repoluerim, *quod sibi ille sonus rotarum vellet. gestari dicitur*. ¶ *Mulsum & alicā poposcisse*) hinc patescit etymon *promulsidis*; & curnā ita dicta prior pars cœnæ; a *mulso* nempe. quo etiam respexit Horatius; -*vacuis committere venis Nil nisi lene decet. leni præcordia mulso Proluerit melius*. item Plinius lib. 1. de eadem gustatione verba faciens: *Parata erant lactuca singula, cochlea terna, oua bina, alica cum mulso & niue*. quo etiam pertinebit illud a Martiali distichon

Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere diues.

Si tibi noluerit mittere diues, emo. hæc fere amicus ille noster Ianus Dousa Præcidaneorum lib. 1. ca. 15. ad Petronium. mss. mei non omnes collineant ad verum. nam Pal. sec *multa metallica poposcisse*. Col. *mulsum & aligeram se poposcisse*. quod *aligeram* notatum quoque a secunda manu in Pal. tert. ¶ *A balneo exisse*) ita mei tres. at Pal. pr. *a balneo existebat* quasi *ab alueo exisse*; quod cum in vno inuenisset suorum Pincianus, putauit retineri posse. nā solium, inquit, in balneo, etiam *alueus* dicebatur. qua in significatione vtitur præter alios auctor Rhetoric. ad Herennium lib 4. *Deinde vbi visum est, vt in alueum descenderet, ecce tibi iste de transuerso*.

Excedebat, inquit, cœna eius diem? minime) ita Erasmi editio. Pal. sec. tert. Col. item Pinciani codd. *excedebat, inquit, cuius diem cœna minime*. vnde putat forte scribendū, *Excedebat, inquit, eius in diem cœna?* est in Pal. pr. *Excedebat inquit. Cuius diem? cœna? Minime*. Col. *Excedebat inquid eius diem cœna, Minime* dixi lib. 24 cap. 9. Susp. legendum videri: *Excipiebat inquit cœna eius diem? minime*. nunc, nihil nimis affirmo, cum non iuuent mss.

Itaq; crebro dicentibus illum) ita etiam Erasmi editio ea prior, *credo*, quod & in mss. meis quinque. at Pincianus scribendum putat; *Itaq; Pedo dicentibus &c.* vt referatur dicterium sequēs ad Pedonē Albinouanū cuius erant priora verba. ¶ *Vos, inquit, illum & Lychnobiū dicetis*) sic Erasmus. Pincianus *lichnobiū* per i nō per y legendū autumat, vt ludatur in ambigua verbi significatione. designat enim inquit, & hominem ad lucernam viuentē, & helluonē ac voracē, prout hoc vel illo modo scribitur. Pal. pr. ac quart. assētiunt voluntati Pincianæ. sec. tert. Col. habēt *lichinobiū*.

Idem moribus euenit a naturam sequentium. Faciles sunt, soluti &c.) sic etiam Erasmus. at interpunctio ista prorsus vitiosa. distinxeram, *Idem moribus euenit. Naturam sequentium faciles sunt &c.*

Ab his

Ab his disserti plurimum) ita ex vnico manuscripto cod. Pinciani Muretus. alii eius, *his disserti*, quomodo & Erasmus protulit & seruant Pall. quatuor. scribit Col. *hi disserti*.

Temporum dispositione) Erasmi editio & Pall. quatuor, *dispositiones*. vnde illud alterum sumserit Muretus, nescio. nam & Col. *templorum dispositiones*. qui etiam *separant* habet, non *separari*.

Nolunt solita peccare) notat lib. 30. cap. 3. Aduers. Turnebus, ita istud dicere Senecam, vt Horatius lib. 1. Epist. 1. *Insanire putas sollennia me*, quod est more aliorũ. mss. mei omnes retinent *spectare non peccare*.

Quibus peccandi præmium infamia est) ita omnes mei præter Pal. quart. qui *infantia est*. Pincianus putat commodiorem futuram lectionem, *quibus peccandi præmium in famam est*, vel sine præpositione, *præmium fama est*. quam correctionem reprehendit Lipsius comment. ad lib. 11. Annal. Taciti; ita enim quippe comparatũ est; vt hominibus perditis, & ad flagitia proiectis ipsa infamia voluptas sit. vnde Cornelius ille. *Nomen matrimonii concupiuit, ob magnitudinem infamiæ; cuius apud prodigos nouissima voluptas est.* a quibus non longe abeunt ista Ciceronis 4. in Verrem; *Faciunt hoc homines, quos in summa nequitia non solum libido & voluptas verum etiam ipsius nequitiæ fama delectat, vt multis in locis notas ac vestigia scelerum suorum relinquere velint. ardebat amore illius hospitæ, propter quam hospitii iura violarat. hoc non solum scire tunc, verum etiam commemorari semper volebat*, &c.

Qui, vt ita dicam, retro viuunt) est a coniectura Pinciani, scripti quippe eius & Erasmi, *recto viuunt*. vt etiam Pal. sec. at pr. *qui ita dicant, recto viuunt*. tert. *qui, vt ita dicam, conuersim viuunt*. quart. *qui vt ita dicant, rapto viuunt*. Col. *qui vt ita dicam, totto viuunt*. ex quibus facile colligimus Pinciani diuinationem non abire nimis a vero.

Tenenda nobis via est) ita quidem Erasmus. at scripti mei omnes, *vita*, quod libens amplector.

EPIST. CXXIII.

In lecto lassitudinem pono) sic & mei tres. Pal. tamen sec. ac tert. *in lectum*. Pinc. codd. *in lectulo*.

Hanc coci, hanc pistoris) ita mss. Pinc. & Pal. pr. & tert. editio Erasmi; *ac pistoris*, quomodo alii mei tres.

Quam indignandum nihil) est a coniectura Pinciani: membranæ enim eius & Erasmi, *quod indign.* quibus accedunt etiam mei quinque.

Nisi ipse indignando astruas) sic quidem Erasmus. at mei quatuor non habent vocem *nisi*; estque in Pal. tert. *quod indignandum, si nihil ipse indignando adstruas*.

Quam aut bonum panem) sic Erasmus & Pal quart. reliqui omnes, *quam vt bonum*.

Etiam locupletibus & instructis ac regibus octauam prohibent & occurrunt) sic editio Romana: nec immerito indignatur Stephanus quod & hic suspensum relinquat lectorem Muretus; cum nouam plane exhibeat scripturam, nec addat tamen, vtrum coniecturæ an veteri cuipiam exemplari accepta ferenda sit. ad se quidem quod attinet, Mureto non assentitur, siue ex coniectura siue ex vet. exemp. prodierit: cum Seneca de re, quæ iis qui genio indulgebant peculiaris esset, loqui nolit: & noua alioqui potius quam octaua hora cœnarent. verum tu ipse lector videas Stephanum Epistola ad Dalechamp. 7. mihi suffecerit variantes proposuisse scriptiones. & quidem Erasmi editio præfert, *etiam locupletibus & instructis, a Diis optantem prohibent & occurrunt*; sicque opinatur & ipse legendum: quanquam putet abesse nomen *qua*, *qua a Diis*. additque in aliis fuisse, *a nobis optantem prohibent*, siue, *a diebus*; item postea, *instructis nobis optatum prohibent & occurrunt*. Pincianus conqueritur hic omnia exempp. eius deprauata fuisse, præter familiare, in quo sinceram deprehenderit scripturam ad hunc modum: *etiam locupletibus & instructis aciebus optatum prohibentes occurrunt*. suffragatur, inquit, nonnihil exemplar scholarũ, legens *a diebus*, non vt est in vulgatis antiquitus, *a nobis*. I. C. quidã quod videret non satis plausibiliter excipi coniecturas quas modo posui, voluit & ipse capitalem cõsulere Mineruam, eiusque ex adytis sic fatetur legere; *etiam locupletibus & instructis (Diis optata prohibentibus) occurrunt*. correctio pluma hercule leuior. si enim Dii optata prohibent, quomodo dicuntur *locupletes & instructi*? imo vero si *locupletes & instructi*, quid est quod adhuc desiderant votis? sed venio ad mss. meos. habet Pal. pr. ac quart. *& instructis a duobus optantem prohibent & occurrent*. sec. tert. Col. *instructis a diebus optantem prohibent & occurrent*. hoc denique moneo Pal. pr. ac quart. legere *Multa difficultates colorum*, non vti est in aliis *locorum*, item præferre quartũ, *etiam qui locupletibus*, cum illud *qui* exulet a nostris.

Non vnctiones, non balneum) sic & mei tres, Pal. tamen sec. ac tert. *vnctores*.

Labor contraxit, quies tollit) ita Erasmus. mei quinque *qui extollitur*.

Hac qualiscumq; cœna aditiali iucundior erit) ita Mureti editio. Erasmi, *cœna Diali*, quod retinet P. Faber lib. 1. cap. 6 Semestr. peruerseque ait legere quosdam *Attali*, cum ea intelligatur quæ ante Iouis cellam in Capitolio fiebat, eratque publica; vt ex duobus eiusdem Senecæ locis colligitur Epist. 95. & Epist. 98. sed tu vise mihi lector Fabrum. illud *Attali* eruerat ex vno suo ms. Pincianus, & placebat ei. est in Pal. pr. *cœna adsali*. sec. *hoc qual. cœna dissoluit, qua Attali iucundior erit*. tert. *hoc qual. cœna dissoluit qua tuli iocundior erit*, notatumque intra lineas alias legi, *qua autem dialis iucundior cœna temporis quare iucundior erit*. sed illa *temporis quare*, punctis notata sunt; quod solet cum aliquid deletum volunt. Col. *hoc qual. cœna dissoluit qua autem Dialis iucundior erit*. ego hic hiatum aliquem odoror. interim video non difficulter restitui posse illud, *cœna aditiali*, de quo dictum nobis supra.

Aliquando enim experimentum) ita & mei tres. Pal. tamen sec. & tert *Aliquod enim*.

Hoc est simplicius) omisit vocem Mureti editio, quæ in Erasmi, & omnibus meis: *hoc enim est simpl.*

Æquus molesta sed placidus) est a coniectura Pinciani, adiuta aliquantum a libris eius, qui *molestia*. Erasmi enim codd. *molestiam*. Pal. pr. ac quart *æquus modestia sed pl.* Col. vero, *æquus molestia sed etiam placidus*, notatumq; ad oram legi alias *sumes molestia*. sec. *æquus molestia, sed etiam pl.* tert. *æquus molestia sed etiam placidus*.

Si quod dari deberet) est ex mss. Pinciani. edidit Erasmus *sed quod dari*. a quo tamen nullus stat meorum; ita omnes retinent illud *si*.

Vtebamur enim illis) ita scripti Pinc. & mei quatuor. at Erasmi & Pal. pr. non habent aduerbium *enim*.

Quam multa autem paramus) est ex coniectura Pinciani: cum enim esset in Erasmo; *Quam multa ante parabamus*, monuit mss. habere *autem*; & puto, inquit, castigatiorem lectionem *paramus* quam *parabamus*. & vero diuinatio hæc eius firmatur auctoritate Pal. quart. nam pr. *ante parabamus*. Col. *ante parebamus*. sec. ac tert. *autem parabamus*.

Quod viuimus ad exempla) ita Erasmus & Pal. quart. omnino probe. pr. ac Col. *quod viuimus & ad exempla*. sec. tert. *quod viuimus ad explenda desideria*.

Illos Numidarum præcurrat equitatus) scilicet olim receptum vt viris lautioribus ditioribusq; Afri aut Numidæ equites essent ad iter. noster supra Epist. 87: *O quam cuperem Catoni occurrere aliquem ex his trossulis in via diuitibus, cursores & Numidas, & multum ante se pulueris agentem*. Martialis:

Cum cathedralitios portet tibi rheda ministros
Et Libys in longo puluere sudet eques.

plura Lipsius notis ad lib. 2. Historiarum Taciti. item Turnebus lib. 30. cap. 5. Aduers. nec non Dousa lib. 2. cap. 13. Præcidan. ad Arbitrum.

Turpe est nullos esse) sic & Pal. pr. ac quart. alii tres; *Turpe est enim nullos esse*.

Omnes iam mulos habent qui) ita Muretus ex scriptura plurium exemplariorum Pinciani; qui tamen malebat, *Omnes iam famulos habent*; quod id magis videretur exposcere sensus. Erasmi editio, *Omnes iam mulos habent*, quomodo & quatuor mei; solum Pal. quart. *mulos*. equidem, malim ego *mulos* quam *mulos*. facilius enim cauent homines ne rumpantur quam animalia.

Omnium pædagogia oblitu faciei vehuntur) legit Turne-

bus *padagogia*; sic autem, inquit, vocantur pueri qui in deliciis habentur, eorumque multitudo: quorum facies ne Sole fuscaretur iter facientium, operiebatur, & vt ait velabatur. sic ille lib. 26. cap. 20. ex quibus patet putasse ipsum scriptum fuisse, *velata facie*, cum & habeat editio Erasmi *padagia oblita facie*; Pal. vero sec. ac tert. *padagogia oblita facie*, a quibus nnn ita longe recedunt alii mei tres, in quibus; *Omnium padagogi abolita facie*. & vero *oblita* legendum non *velata*, sequentia Senecæ verba satis iodicant, sicque etiam legit medicorum ille doctissimus Hier. Mercurialis lib. 3. cap. 21. Variarum lectionum. qui tamen ingenue fatetur, haud satis scire se quo succo isti vngerentur. id mihi perspectum est, inquit, hodie Genuenses mulieres, ne a Sole facies ipsarum denigretur, in æstate solatri succum per linteamina expressum vultibus inungere. vnde & mihi persuadeo, potuisse veteres huiuscemodi succo, alioqui paratu facili (quod simili in re exigitur) vti. sic fere noster ille Æsculapius. de his pædagogus plenius nos lib. de Vita beata, cap. 16.

Cmus sana facies medicamentum desideret) ita & Erasmus, & simplicissimi codices duo Pal. pr. ac quart. neque aliter fuisse in Pinciani scriptis, inde cnniiciamus, quod taceat. & certe probat hanc scripturam Dousa lib. 1. cap. 4. ad Petronium. item Lipsius Comment. ad 15. Annal. Taciti. at ecce alii mei tres legendum innuunt, *medicamentum non desideret*. quomodo etiam legendum videri prodidit lib. 2. Coniecturarum & Variarum Dion. Gotofredus. quam lectionem tamen egn nullus probo. vult enim auctor turpe videri istis ambitiosis, si quisquam sit inter pueros, cui non ita delicata facies, vt oblini habeat necesse. interim suo more eosdem perstringit noster, quod medicamentum sanis adhibeant, cum id alioquin vsurpari solitum in morbis, in vulneribus alia significatione. venit *medicaminus* vox aliis aliquot auctoribus, item Propertio, lib. 1. Elegia sec.

Crede mihi, non vlla tua medicina figura est:

Nudus amor formæ non amat artificem. isthic enim medicina est, quæ formæ emendandæ, apud Senecam vetoque faciem formosam defendit conseruatque. lapsus itaque Colvius qui istum Philosophi locum ita cepit, tanquam ageretur de iis qui, vt Prnpertius loquitur, *forma amant artificem*. eum vide notis ad 2. Apolog. Apuleii.

Horum omnium fermo vitandus est) sic etiam membranæ meæ quinque. at reponit Pincianus, ex domestico, vt loquitur, exemplari, *Horum hominum*. haud temere sequar.

Vitia tradunt, & alio aliunde transferunt) ita ex scriptis Pinc. Muretus. Erasmi editio, *vitia tradent & alio aliunde transferent*. at mei tres, *vitia tradunt & alio aliunde transfeunt*. Pal. pr. ac quart. *vitia tradent, & alio aliunde transfeunt*.

Pessimum genus hominum videbatur) sic Muretus, vna voce omissa quæ & in Erasmi cusis, & in mss. meis Pincianique; *Pessimum genus horum hominum vid.*

Nam etiamsi non statim efficit) sic Muretus ex vno Pinc. calamo exarato cod. cui proxime accedit Pal. sec. in quo *statim eficit*. Erasmus aliique Pall. tres; *proficit*. Col. *percit*.

Modulationem ac dulcedinem cantus, qua cogitationes) sic etiam ex Pinciani mss. Muretus, voce tantum omissa. ii quippe; *modulationẽ illam ac dulcedinẽ cantus qua cogitat*; vti etiam præfert Pal. sec. ac tert. nam ediderat Erasmus *modulationem. illa ad dulcedinem cantumq. cogitationes, &c.* quod & in Pal. pr. est tamen in quarto; *modulationẽ illam ac dulcedinem, tantumq. cogitat*. Col. *modulationem illam ad dulcedinem cantumq. cogitationes, &c.*

Nec ad seria patitur intendi) ita & mei tres, ac recte. Pal. nihilominus sec. ac tert. *nec ad certa pat.*

Admissaq. sunt plus audent) ita etiam Pal. pr. ac quart. alii duo: *admissa quo insunt magis plus audent*. ita inquam sec. ac tert. nisi quod sec. habeat *audiens*. Col. *admissaque sunt, magis plus audent*.

Vna felicitas est bona vita: facere omnia libero, frui patrimonio) Erasmi editio. *bona vita, facere, &c.* cui consentit Pal. sec. ac tert. at prodit Pincianus, haberi in suis; *vna felicitas est bona vita, facere, esse, bibere, frui, &c.* vt forte, inquit, accipiatur *facere* pro, *Venereis vti*. in qua significatione apud Plautum inuenitur, & vulgo vsurpatur. recte ille: nam & aperte eandem repræsentat scripturam Pal. quart. neque admodum contrait pr. qui: *vna felicitas bona vita facere est libere frui patr.* Col. consentit Erasmi libris, præterquam quod excludat voculam; legatque, *vna felicitas bona vita, facere omnia, libere frui patr.*

Dubitamus quod iuuat facere) ita Muretus ex aliquot Pinc. codd. alii eius, vt & mei quatuor, *quod iuuat sapere*. quod equidem non video cur non admitti debeat. at Pal. tert. *Dubitamus quod iuuat sapere*. Erasmus, cum etiam illud *sapere* inuenisset in mss. diuinandum sibi inquit; iussitque videremus num placeret, *vita decurrit. Dubitamus. Quid iuuat sapere, & ætati non semper voluptates decerptura, interim dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem, vltro mortem præcurrere, & quicquid illa ablatura est, sibi interdicere?*

Voluptates decerptura interim dum potest, dum poscit ingerere?) ita legendum ex mss. prodidit Pincianus, nisi quod Muretus renueat illud *decerptura*, non *receptura*. quod in Pinc. codd. est in Pal. pr. *deceptura, interius dum potest. Dum possit ingerere frugalitatem. eo vt mortem, &c.* sec. tert. *voluptates decerpere. interim dum poscit ingere frugalitatem*, sicque etiam Col. nisi quod ille *possit*, item *ingerere*. at Pal. quart. *deceptura, interim dum potest, dum poscit ingerere frugalitatem*. quomodo etiam habet scripturam quam producit Erasmus.

Quid iuuat frugalitate vltro mortem præcurrere, & quicquid illa oblatura est iam sibi interdicere) sic quidem editio Mureti, adiuta coniectura Erasmi. sed enim priora illa, *Quid iuuat*, nusquam inueniuntur. Erasmus profert, nescio an ex cusa editione, an ex mss. *ingerere frugalitatem, eo vt mortem præcurrere & quicquid illa ablatura est, iam sibi interire*; neque aliter Pal. pr. nam quart. *ingerere frugalitatem, eo more præcurrere Et quicquid illa ablatura est, iam sibi interrima*. tert. *ingere frugalitatem, vt mortem possit præcurrere. & quicquid illa ablatura est, iam sibi ingere*. sec. *ingere frugalitatem eo vt mortem præcurrere. & quicquid illa oblatura est. iam sibi vigere*. Col. *ingerere frugalitatem. & vt mortem præcurrere, & quicquid illa opta ablatura est iam sibi interire.*

Tanquam ephemeridem patri approbaturus) ita Erasmus & bene. mei hic iterum fluctuant. Pal. pr. *causa ephi heredes patri approbatus es*. sec. *Sic cenostam ephymercede patri approbaturus*. tert. *tamen ephi heredem patri approbaturus*. quart. *tanquam ephy heredes patri approbatus es*. Col. *sic cœnas cum ephy heredem patri approbatus est*.

Heredi suo procurare) ita quidem Erasmus, at omnia exemplaria scripta Pinciani *heredis sui res procurare*; quibus adstipulantur mei quatuor; neque variat Pal. tert. nisi qund referat, *heredis tui res procur.*

Vt tibi ex amico inimicum magna) sic & mei quatuor. Pal. quart. *ex amico in vnicum*.

Sua hostes) ita mss. Pinc. & Pal. tert. ac quart. eleganter. Erasmus tamen & alii mei tres, *sine hostes*.

Bonam vitam quam opinionem bonam) ita etiam mei tres. male Pal. sec. ac tert. *bonam fidem quam* nam *bona vita* hic ponitur in qua quis laute, delicate genialiterque viuit. vnde alibi Terentius; *Vixit, dum vixit, bene* ei contrarium, *mala vita*, de qua nos multa in Suspicionibus.

Præteruehi noluit) sic quoq; Pal. pr. quart. Col. alii duo *præteriri noluit*.

Et in turpem vitam miseros turpius illudunt) sic fere ex mss. Pinciani Muretus. illi quippe; *& in turpem vitam miseros illudunt*. Erasmi editio, *& in turpem vitam ac miseram vbi turpius illudunt*. Pal. pr. *& in virtutibus & in turpem vitam miseram nisi turpis illudit*. sec. *& in turpem vitam miseros illudunt*, quomodo etiam tert. præterquam quod ipse, *illudunt*. quart. *& in turpem vitam miseram nisi turpis illudit*. vt & habet Col. excipio quod in eo, *misera*.

Si fecerimus duo esse genera) ita Erasmus & Pal. pr. sec. Col. alii duo; *si feceritmus*; quod longe melius quam alterum.

Fugent, labor mors) mei omnes præter Pal. tert. *Fugant*, aut *Fugat*. qui tamen tert. interserit particulam, hoc modo: *Fu-*

de: *Fugent, vt labor, &c.* nec displiceret si alia exempp. exhiberent idem.

Aduersus petitia cbcitemur) ita & Erasmus; sed omnino male, & contra membranarum veterem scripturam. monuit enim Pincianus omnes suos codd. habere *adu. potentia*, inclinabatq; ipse eo vt legi vellet, *aduersus prementia*; vt dicat hic *prementia*, quæ nos fugent: supra enim, inquit, duo dixit genera esse rerum, quæ nos inuitent aut fugent. bene Hispanus ille quod ad sensum. at malim ego, *aduersus impotentia concitemur*; vti retinent Pal. sec. ac tert. plano omnino sensu. restat in Pal. pr. ac Col. *aduersus potentiam*. in quart. *potentia*. diuinabam olim *perterrentia*. nunc id reuoco.

Qui in arduum incuruant) ita Mureti editio. at Erasmi, & mei omnes, *qui in arduum incumbunt*. sic, inquam Pal. pr. sec. tert. nam quart. *in ardua incumbunt*. Col. *qui per arduum incumbunt*. miror itaque vnde alterum illud eruerit Muretus.

In res asperas & durum) ita Erasmus. at Pinc. mss. omnes *in aspera & dura*, quibus accedunt Pal. sec. ac tert. nam pr. ac quart. *quidem res asperas & duras: subeundum est*, ita vt priora illa pendeant a præcedentibus. Col. *asperas & durum*. absque præpositione *in*.

Qui doloris metum, per se formidabilis rei, incutiunt) est a nuda Pinciani coniectura, cui ipse fauere putabat verba Epistolæ sequentis: *quibus nimium voluptas placet, quibusq; summus est doloris timor, &c.* præfert Erasmus, *qui dolores, metus, per se formidabiles res, incutiunt*: cui patrocinantur mei quatuor, item Pal. tert. nisi quod ille insuper, *qui dolores & metus, &c.*

Solum sapientem & doctum esse amatorem) Stephanus lib. 1. cap. 8. Prood. iubet coniûgamus, *doctam, & amatorem*, vt intelligamus solum sapientem, amatorem etiam esse doctum. Pal. pr. sec. quart. Col. iuuant lectionem vulgatam. refert tert. *solum sapientem edoctum esse amatorem*.

Solus apto ad hanc artem aquo combibendi & conuiuandi sapiens est peritissimus) ita Pinc. scripti. Erasmi, *& conuiuandi sapiens*. Stephanus pro *aquo* libenter legeret *atque*. quamuis, inquit, & aliud aliquod mendum sub his postremis verbis delitescere videatur, & *apto* in *aquo* mutandum esse. Pal. pr. quart. Col. non recedit a scriptura quam vulgauit Erasmus. tert. habet *solus apto ad hanc artem, aque combibendi & conuiuandi sap.* quomodo & sec. nisi quod ipse retineat *aptus*. tert. ille superpictum habet voci *artem*, illud *arcem*. verum taceo. nam & aliquid magnæ rei hic desidero.

Et pusilla est) Pal. tert. *& pusilla res est*.

Et contemptissima aduolat) ita & Erasmus. at ego rescripserim cum meis quinque, *aduolant*; vt, *ad quam minima*, animalia designent ad voluptatem aduolantia, non quod Erasmus voluit; qui *quam* coniunxit voci sequenti, insignivitq; virgula tâquam si aduerbium esset. hoc satis. noto tantum, Pal. sec. exhibere, *ad quam minima una & contemptiss.* Col. vero *ad quam minima & una & cötempt.* cum habeam *ad quam minima & contemptiss. &c.*

Et volatile quiddam est) ita & mei tres. Pinciani mss. item Pal. sec. ac tert. *& volubile quiddam est*.

Paupertas nulli malum est) ita & iidem tres. Pal. tamen sec. *Vsus paupertatis nulli malus est*. tert. *Vsus paupertatis nulli malum est*.

Quid quereris? Sola ius aquum est generis humani) ita quidem Mureti editio, at Erasmi; *Quid quaeris? Sola in aquo est generis humani*, notatumque ad oram, alias legi *Sola ius aquum est, &c.* quod vltimum, extat in membranis Colon. Pinciani codd. leguot: *Quid sit quaeris? Sola vis aquum est generis humani.* vnus eius familiaris: *Sola ius generis humani aquat*; quæ vtraque lectio iunctim exhibetur nobis a Pal. sec. hoc scilicet ordine: *Quid sit quaeris? sola vis aquum. Generis humani, sola ius aquat generis humani superstitio.* habet Pal. pr. *Quid quaeris? Solam in aquo est generis humani.* tert. *Quid sit quaeris? Sola ius aquat generis humani.* quart. *Quid quaeris sola vis aquum est generis humani superstitio.*

Superstitio error insanus est) ita & mei quinque, licet vnus atque alter male interpungat. at liber vnus chirographus Pinciani, *Superstitio error insaniis est*.

Imo edissenda sunt) Pal. tert. ac Col. *dediscenda*. quart. *adiscenda*.

Non debet excusationes vitio Philosophia suggerere) ita quidem Mureti editio. at Erasmus, at mei quinque quasi de compacto, *Non debet excusationes vitio Philosophia suggerere*.

EPIST. CXXIV.

Ni refugis, tenuisq; piget) Pal. sec. *Tu refugis tenuisque piget*. tert. *Ni refugis, tenuisq; piget*.

Tantum magna sectari) est a sublesta coniectura Pinciani. libri enim eius & Erasmi, *tam magna sectari*; neque aliter sane mei quatuor. solum Pal. sec. *tam multa sectari*.

Atqui improbamus gula ac libidini deditos) sic & mei tres, nisi quod duo eorum *addictos* habeant, tertius *adiectos*. Pal. sec. ac tert. *Æque improbamus gula ac libidini addictos*. rescripserim: *Atqui improbamus gula ac libidini addictos*. vox enim isthæc fortior, quam altera illa.

Id est iudicibus) sic mei quatuor. at Pal. tert. *scilicet indicibus*. credo ortum inde quod & prius illud & istud posterius vna tantum exprimerent scribæ littera.

Appetitionis & fuga arbitrium) ita & mei tres. Pal. tert. *& fuga imperium*. quartus destituitur voce vltima.

Ratio isti rei praposita est) ita etiam Erasmus. at Pal. pr. sec. quart. Col. *ratio istius rei praposita est illi*. tert. *huius rei ratio praposita illi est*.

Quid si quis velit) Erasmus, *Quod si quis vellet*, vt etiam mei quatuor. Pal. tert. *Quod si quis volet*.

Subtilior ad hoc nulla) Pal. tert. *ad hac*.

Intentior daretur) sic Erasmus. at monuit Pincianus mss. suos habere partim, *daret*, partim *deberet*. quod & ego pronuncio de meis. Pal. namq; pr. ac quart. *daret*. alii tres *deberet*.

Et eo quod sub sensum cadit) Col. *sub sensu cadat*, quomodo & Pal. pr. quæ tamen prius *cadant*. sec. ac quart. *sub sensum cadat*. vti etiam tert. qui repetit initio, *& ab eo quod*.

Beata esse qua secundum naturam sunt) ita Erasmus & Pal. sec. etiam Col. nisi quod ille, *naturam sint*. at alii tres; *beatam esse qua secundum naturam sit*. excipio Pal. quart. qui, *quo secundum*.

Sicut quid sit integrum. Quid est secundum naturam? quod contingit & protinus nato) ita restituit ex scriptis suis Erasmus, quomodo etiam restat in Pal. sec. ac tert. nisi quod ii pro *Quid est* habeant *Quod est*. Pal. pr. lineas hic duas transilit. quartus refert; *integrum sed secundum naturam est. quod contingit*. Col. *integrum, quod naturam est. quod contingit*. notatum tamen a secunda mano in margine legendum, *quod secundum naturam est*.

In materno vtero iacentem, vix inceptum, tenerum) ita Muretus. at Erasmus, *iacentem sexus quoq; incertum; tenerum, &c.* adpictumque oræ alias legi, *latentem vixq; inceptum tenerum*. Pal. pr. quart. Col. *vtero latentem sexuq; conceptum, tenerum*. sec. *latentem sexus quoq; incepti tenens*. tert. *latentem sexus quoq; incepti tenerum*.

Iam in aliquo bono esse) sic quoque tres mei. at Pal. sec. ac tert. *iam aliquo bono esse aptum*.

Qui cum maxime vitam accepit) ita Erasmus, sicut fere etiam Pal. sec. quart. nempe, *quicumq; maxime vitam accepit*. item Col. qui, *quicumq; max. vitam incepit*. nam Pal. pr. *quicumq; maxime vita accepit*. tert. *qui vtcumq; maxime vitam accepit*.

Maternorum viscerum latens onus est) sic quoque Erasmus. at nulli eum adminiculantur mss. meorum. Pal. enim pr. *latens vnum est*. quart. *latens ymum est*. alii tres, *latens vermis est*. quod auctori nostro restituendum probaui lib. 10. Sospic. c. 9. certe illud *onus* hic nullo consistit modo, cum agat de eo qui adhoc longe abest a natiuitate.

Quia non magis infans adhuc boni) est partim a libro vno Pinciani, partim a diuinatione eius. liber enim, *Quia non magis infans ad hoc boni, &c.* ipsi vero visum legi posse, *adhuc* non *adhoc*. vulgauerat Erasmus; *& non magis infans ad hoc boni capax est*. quomodo remanet in Pal. pr. Col. itē quart. nisi quod ei desit vox *boni*. sec. ac tert. *& non magis infans adhuc boni capax est*. q̄ scriptura mihi placet.

Ob hoc in infante quoq; non eſt) ita omnis vetus lectio mſſ. Pinciani, cui accedit Pal. ſec. quart. Col. nã tert. ordine alio; *ob hoc nec quoq; in infante eſt.* at pr. *ob hoc nec infantia quoq; non eſt.* editio Eraſmiana; *ob hoc infantia quoq; non eſt.*

Tunc ad bonum perueniet, cum ad rationem peruenerit) ſic & Pal. pr. quart. Col. at ſec. *peruenitur.* tert. *bonum peruenit cum ad rationem peruenitur.*

Ratio illud ſecum affert) ſcribi voluit per maiorem Pincianus, ex mſſ. hoc eſt, inquit, bonum ſine ratione eſſe nequit, & bonum comitatur. recte; ſicque etiam diſtinguit Pal. ſec. quart. Col.

Nunquam erit bonum in eo quod irrationale eſt: In eo quod nondum rationale eſt, tunc eſſe bonum non poteſt: in imperfecto iam poteſt eſſe bonum, ſed non eſt) ita ſe caſtigare ex lectione diuerſorum exemplarium (cum in vno veram ſcripturam non inueniret) profitetur Pincianus, tantumque immutauit ordinem verborum Mureti editionem Pincianus præfert; *In eo quod irrationale eſt, nunquam erit bonum. In eo quod nondum, &c.* edidit Eraſmus: *Num quod erit bonum in eo quod irrationabile eſt? In eo quod nondum rationale eſt, tunc eſſe bonum non poteſt, ſed imperfectum iam poteſt eſſe bonum. ſed non eſt.* repræſentabo & meorum lectionem. Pal. pr. *Non quod erit bonum. In eo quod irrationale eſt, tunc eſſe bonum non poteſt. ſed imperfectum iam poteſt bonum. ſed non eſt.* ſecundus; *In eo quod irrationale eſt, nunquam erit bonum. In eo quod nondũ rationale eſt, tunc eſſe bonum poteſt, ſed imperfectum. Iam poteſt bonum eſſe, ſed non eſt.* tertius; *In eo quod irrationale eſt, nunquam erit bonum. In eo quod nondum rationale eſt, tunc eſſe poteſt non modo ſed in eo quod eſt rationale, ſed imperfectum: Iam poteſt bonum eſſe, ſed non eſt.* quartus; *In eo quod irrationale eſt, nunquam erit bonum. In eo quod rationale eſt, omne eſſe bonum non poteſt, ſed imperfectum. Iam poteſt bonum eſſe, ſed non eſt.* Colon. *In eo quod irrationale eſt, nunquam erit bonum. In eo quod nondum rationale eſt, tunc eſſe bonum non poteſt ſed imperfectum. Iam poteſt eſſe bonum, ſed non eſt.* hactenus mei.

Ergo nec in vtero, modo coaleſcente, &c.) ſic voluit reponi ex libris ſuis Pinc. cum haberet Eraſmus; *ergo nec in tenero modo coaleſc.* cui proxime accedunt omnes mei. nam Pal. pr. ac quart. *ergo nec in tenero imo coaleſc.* alii tres, *ergo non in tenero modo coaleſcente, &c.*

Quam in ſemine. Vt ſi dicas aliquod) ita editio Romana, Pinciani adiuta monitis. cum enim edidiſſet Eraſmus *quam in ſemine hoc. Si dicas, &c.* ſubiecit alter ille, caſtigandum ex ſcripta ſuorum codd. lectione, *quam in ſemine. Hac ſi dicas, aliquod arboris ac ſati bonum nouimus*; quomodo fere eſt in Pal. ſec. tert. quart. niſi quod idem *Hoc ſi dicas*, item quod ſec. abſit vox *bonum*. quart. vero legat *ſatis* pr. ac Col. idem fere habent quod Eraſmus.

Aut ſati bonum: hoc non eſt) omiſit Muretus dictionem quæ in omnibus & Pinciani & meis ſcriptis, item in editione Eraſmi; *aut ſati bonum nouimus, hoc non, &c.* quod ſi quis dicat eam non habere quod hic agat; annuam forte, ſed quæram, an Critici alicuius ſit contraire tot ſententiis librorum; illius præcipue, qui non norit diuinitus?

Qua emiſſa cum maxime prorumpit) neglexit & hic verbum editio Romana. Eraſmi enim, *cum maxime ſolum rumpit*; notatumque ad oram, alias legi, *max. ſemen rumpit*. & vero Pall. quatuor conſtanter habent, *qua emiſſa cum maxime ſolum rumpit*; quod ſcio Senecæ germanum. Col. præfert, *qua emiſſa maxime ſolum rumpit*.

In herba lactente) eſt a coniectura Pinciani, vt eodem modo hic dicatur *herba lactens*, quo Virgilio, *lactentia frumenta*. mſſ. eius, vt & Eraſmi, habebant, *latente*, neque aliter mei quatuor. Pal. tamen quart. *in terra lactante*.

Nec cum folliculo ſe exerit ſpica) ſic Eraſmus & Pal. ſec. cui proxime accedit Pal. quart. in quo, *nec dum folliculo ſe exierit ſpica*. pr. ac Col. *ne dum folliculos erexit ſpica*. tert. *nec cum folliculos erroxerit ſpica*.

Quod autem hoc ſit bonum) ſic & Pinc. ſcripti, nec non mei tres. Eraſmus non habet verbum *ſit*, vt nec Pal. pr. aut Col.

Liber animus eſt ac rectus) Pal. pr. ac Col. non agnoſcit vocem *eſt*. habetque ſec. *Liber animus arrectus*. tert. *Liber animus eſt & erectus*. quart. *Liber animus erectus*.

Si illus longo ſtudio intentoq; peruenit) ita quidem editio Mureti: at Eraſmi, *vt illus longo*. Pal. pr. *ſi illud*. ſec. quart. *ſi ad illud longo*. tert. *ſi ad illud longo ſtudio intentoq; prouenit*. Col. *ſi ab longo ſtudio intentoq; &c.*

Vbi & hoc & bonum & intelligibile eſt) ſic fere Muretus ex membranis Pincianis, quæ *vbi hoc & bonum & intelligibile eſt*. at Eraſmus; *Si hoc & bonum, &c.* quomodo & Pal. pr. tert. quart. mutatum tamen in tert. *in hoc & bonum*. præfert. ſec. *niſi hoc & bonum*. Col. *ſed hoc & bonum*.

Precario bonum dicitur) ſic eleganter ex correctioribus ſuis codd. Pincianus, neque ſecus Pal. ſec. tert. quart. Eraſmi quippe editio, Pal. pr. ac Col. *prædicatione bonum*.

Bonum quidem cadere) ita mſſ. Pinciani, item Pall. quatuor. at Col. *Bonum quoque cadere*. Eraſmus, *Bonum autem*.

Hac duo qua irrationalia ſunt) ita etiam Eraſmus. at mei quinque. *qua rationalia*.

Alterius cura, hominis) deeſt, dictio *ſcilicet*, inquit Pincianus, ex mſſ. vt fiat, *alterius cura, hominis ſcilicet*. & quidem adeſt ea Pal. ſec. tert. Col. deſiderat tamen primus ac quart.

Quo beata vita efficitur) ita etiam Pal. pr. ac quart. at alii tres *perficitur*.

Beata autem vita bonis efficitur) ſic ſolum Eraſmus. Pal. pr. *bonus efficitur*. tres alii, *Beata autem vita hominum efficitur*, niſi quod Col. *perficitur*. Pal. ſec. horum verborum nihil adeſt.

In muto animali non eſt, quo beata vita efficitur) ita Pinciani codex vnus. Eraſmi editio; *In muto animali beata vita non efficitur*. Pal. pr. *In muto animali non enim beata vita efficitur*. ſec. horum nihil habet. tert. *In muto animali non eſt beata vita qua bonis perficitur*. quomodo etiã Col. niſi quod ipſe, *qua hominis*. quart. *etiam muto animali, nam eſt beata vita, nec id quo beata vita efficitur*; quæ poſtrema lectio viam nobis ſternere videtur ad verum auctoris ſenſum: de quo alias.

Præteritorum reminiſcitur, cum in id incidit, quo ſenſus admonetur: tanquam equus reminiſcitur viæ cum ad initium eius admotus eſt.) multa ex his non haberi in exemplari Franciſcano teſtatur Pincianus; ibi enim tantum legi; *Præteritorum reminiſcitur. reminiſcitur viæ cum ad initium eius admotum eſt*. & vero aliquam multa deſunt Pal. tert. ipſe enim exhibet; *Præteritorum reminiſcitur, cum id incidit quo ſenſus admonentur. reminiſcitur viæ cum ad initium eius admotum eſt*. quæ lectio ſane commoda & rotunda; neſcio etiam an germana Senecæ nam reliquæ membranæ mirifice turbant. Pal. quippe pr. ac quart. referunt; *Præteritorum reminiſcitur, cum ad incidit quos ſenſus admoueretur, tanquam quot reminiſcitur. reminiſcitur viæ cum ad initium eius admotum eſt* ſic, inquam, duo illi, niſi quod primus habeat *me*, loco *viæ*. oſtentat ſec. *Præteritorum reminiſcitur cum id incidit quo ſenſus admouerentur. tanquam quoq; reminiſcitur. reminiſcitur via cum ad initium eius admotum eſt*. Col. *Præt remin. cum ad id incidit quo ſenſus admonentur, tanquam quot reminiſcitur Reminiſcitur cum ad initium eius admonitum eſt*. ſic mei: curque magis putem illa de equo adulterina eſſe, facit quod omnes neutrum genus exprimunt, in voce *admotum*, aut, *admonitum*.

In ſtabulo quidem nulla via) ſcribendum ex Pinc. mſſ. vt & Pal. ſec. tert. quart. Col. *quidem nulla illi via*. Eraſmus, *nulla vllius via*. Pal. pr. *nulli via eſt*.

In tranſcurſu datum præſens) ſic quidem editio Eraſmi; at mei quinque *intra curſum datum præſens*, quod tamen haud probauerim.

Hoc habet, quod habent & ſata) codd. bini Pinc. *hoc habent & ſata*. quomodo etiam Pal. pr. & quart. at ſec. & tert. *hoc habet quod non habent etiam ſata*. Col. *Aut ſi a natura, hoc habet quod habent & ſata*.

Aliquod erit bonum in muto) ita Eraſmus. at Pal. pr. & Col. *erit aliquando bonũ*. ſec. vero ac tert. *non erit aliquando bonum in muto*, addita negatione. Col. *non erit aliquando aliquod bonum*.

Sed

Sed quale? nec bonum absolute) Erasmus, *sed quale, nec bonum absolute, &c.* Sed enim prodit Pincianus oullum mss. suorum agnoscere dictionem *quale*; neque hercle vllum eius vestigium in meis quinque.

Rationabilibus solis contingunt) ita Erasmus. sed iidem mei omnes, *rationalibus*.

In nullo est, nisi in quo ratio) addunt tres mei voculam, *ratio est*. Pal. vero sec. ac tert. aliter legunt; nempe, *in nullo est, in quo ratio non est.*

Dico; & exerceo illum, &c.) Pal. pr. abest vocula *dico*, quod mihi placet. Pal. tert. *dico quod exerceo illum.*

Prodest autem & quod moratur) mss. mei omnes *etiam*, non *autem*, quod amplector. Pal. quoque pr. *Prodesse autem etiam quo moratur.* sec. *Prodest autem etiam quo moratur.*

Nullo modo prodesse tibi magis possum) vox *tibi* abest Pal. pt. ac quart. item ab Erasmi editione. interim pt. & Col. legunt, *magis possunt*.

Cum omnia feceris) sic Pal. pt. alii tres addũt, *cum omnia sic feceris*. Pal. quart. *omnia feceris*, sine particula *cum*.

Vel Germanorum nodo vinxeris) ita Muretus edit, coniectura motus Pinciani, cuius libris vox *nodo* aberat. at Erasmi, & mei quinque, *modo*. neque profecto dubitauerim reuocare. nam licet Germani *nodo* comam astringerent, id ipsum tamen æque vox *modo* innuit atque alterum illud. legit tamen etiam *nodo* Lipsius ad Taciti Germaniam notis; cuius plura adducimus infra lib. 3. cap. 26. de Ira.

Sui ponens. Quod ergo in te bonum est?) omisit duas voces editio Mureti. nam Erasmi, *sui ponens rationalis animalis Quod ergo*. vti etiam Pal. quart. nam pr. hic mancus est. at Col. *sui ponens rationale animal. Quid ergo vita bonum est.* quæ vox *vita* etiam in Pal. pr. ac quart. at sec. *sui ponens. Rationale animal es. quod ergo in te bonum est.* sicq; etiam tert. nisi quod ille. *Ratio animal est.*

Cum tibi ex te gaudium omne) ita Pinc. codd. & Pal. sec. Erasmi editioni desunt illa *ex te*. Pal. pr. *dum tibi gaudium omne*. tert. *cum & tibi ex te gaud.* quart. *cum tibi ex ea gaudium* Col. *dum ex te omne tibi gaudium.*

Cum in his quæ homines eripiunt, optant, custodiunt) sic Erasmus. at mei quinque, *cum visis quæ homines eripiunt.* quæ scriptura sane mihi tolerabilis, imo proba. nec turbat interim illud *eripiunt*, quod mutatum voluit in, *cupiunt* & Lipsius lib. 3. Epist. quæst. 23. & Lectius in transmissis suis ad me in hunc auctorem notis. scilicet eo verbo innuit Seneca, quã sollicite & tenerrime vtrinq; seruentur amenturque illa ipsa quæ vult contemnamus. nihil quippe *eripitur* nisi violenter; vti ipse prodit lib de Prouidentia c. 5: *Quid opus est auferre? accipere potuistis. Sed ne nunc quidem auferetis: quia nihil eripitur nisi retinenti. nihil coger, nihil patior inuitus.* I. C. quis etiam stare nos cepit vulgato; sed idem iubet, vt si malimus legamus, *cum in his quæ homines capiunt, optant, &c.* quæ emendatio, contra stippulam leuis.

Bonum tunc habebis tuum) ita aptiorem putauit futuram lectionem Pincianus ex domestico codice, quã quomodo habet Erasmus; *Tunc habebis bonum tuum.* prodit tamen idem in exemplari Franciscano desiderari dictionum *bonum*, eamque deesse item Pal. pr. iam nunc iudicet qui, *Tunc habebis tuum, cum.* verum alii quatuor ordinem eum seruant verborum quem prætulit Erasmus; neque displicet.

IN SENECÆ LIBRVM DE PROVIDENTIA DIVINA,

ANIMADVERSIONES.

Inscriptio libri istius in mss. meis quinque, quos voco Pal. secundum, tertium, quartum, Coloniensem, Ortelianum, hæc est. Palatinus secundus; *Incipit liber Senecæ de mundi gubernatione, Prouidentia diuina; quare multa mala bonis viris accidunt.* tert. *Incipit liber Senecæ de Prouidentia Dei ad Lucillum.* quart. *Incipit liber primus de Prouidentia Dei ad Lucillum. cum mundus prouidentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.* Col. *De Prouidentia diuina ad Lucillum.* sic illi Erasmi editio: *L. Annæi Senecæ de mundi gubernatione, diuina Prouidentia, & qualiter multa mala bonis viris accidunt, liber vnus.* Ortel. *Incipit libellus Senecæ de prouidentia diuina:* quæ inscriptio omnium simplicissima Sed enim lector, ne erres: cum videbis citare me Palatinum secundum reliquosque, hoc ita accipias velim; vt nihilominus constet tibi, non esse etiam Pal. primum. nempe cum semel tale nomen secundo imposuissem, volui id ad extremum vsque retineret.

CAPVT I.

Si prouidentia mundus ageretur) ita legitur in membranis Pinciani, consentiuntque mei quinque. Erasmi editio *si prouidentia diuina mundus ageretur*, notatumque ad oram libri, alias legi, *si prouidentia diuina mundum regeret.*

Multa bonis viris acciderent mala) sic Erasmus. iidem mei omnes, *multa bonis viris accidere mala*. nisi quod Ortelius prius habuit, *accidere at mala.*

Hoc commodius in contextu operis redderetur) ita vulgati & scripti. quidam tamen homo magnus se legere significat; *operis quæreretur*. nam antecedit, inquit, *Quæsisti a me Lucilli.* absit vt hic quicquam motem, aut alius quispiam cui nota significatio vocis *redderetur*. nam indicat Seneca se de quæstione hac commodius responsurum fuisse in ipsius operis contextu; vt sequentia aperte vociferantur.

Cũ præesse vniuersis prouidentiã probaremus) ita mei, ita Erasmi, ita etiam Pinciani codd. qui contra eos castigandum censet, *quo præesse vniuersis prouidentiam probamus.* existimamus enim, inquit, fieri hoc loco a Seneca mentionem operis alterius de Prouidentia quod citatur a Lactantio & aliis. ego nihil interpolauerim; tum quod suspicer illa alia de Prouidentia quorũ meminerunt Theologi, nondum ab auctore tunc perfecta; tum quod similis argumentatio huius supra Epistola 108. *Id de quo quæris, ex his est, quæ scire tantum eo, vt scias, pertinet. Sed nihilominus quia pertinaciter properas, nec vis expectare libros quos cum maximo ordine, continentes totam moralem Philosophiæ partem, te statim expediam.*

Causam Deorum agam) ita & mei, & margo editionis Erasmi: nam ipsa *causam Deorum agens.*

Sæpe turbari, & cito arietare) illa duo verba *& cito* desiderantur in Pinciani exemplo domestico. adsunt tamen meis quinque, quorum Pal. sec. habet, *& cito aduentare*. tert. *& cito variare*. Ortel. *& cito variari.* erat tamen *arietare* ad oram. recte. nam *arietat* nostro quod in alterum impingit: honesta prorsus metaphora ab petulca illa gente. Epist. 103. *Non arietant inter se, nisi in eodem ambulantes.* lib. 3. cap. 4. de Ira, *Adice dentium inter se arietatorum, &c.*

Vt infusa vallibus maria molliant terras) ita omnino quinque mei. at Pincianus; quid si, inquit, non legas *molliant* sed *moueant*, siue *commoueant*. nam in quibusdam codicibus *commolliant* habetur; vnde a poëtis *Ennosigæus* appellatur Neptunus, hoc est terram quatiens. sic ille. I. C. quis prædicat se legere; *muniant terras*; hoc enim, inquit, sensu auctor noster appellat vinculum terrarũ. neuter audiendus. nam molliunt maria terram dum tantum non arenæ modo aridam, arcanis subeunt cuniculis & vndiquaque humectant, diffluentemque adeo cohibent.

Ruptis montium verticibus) ita etiam Pal. tert. ac quart. alii tres, *virtutibus*.

Tremores labantis soli) tert. ac quart. *labentis*; vt & a prima manu Ortelianus.

Et alia quæ tumultuosa pars rerum circa terras mouet) ita Erasmus & Pal. tert. Ortel. Col. nisi quod ii, *aliaq; quæ tumult.* quart. *alia quæ tumul.* sine particula *&*. sec. *aliaq; quæ cum luctuosa pars rerum circa terras mouet.* Ortel. videtur tamen habere, *mouet*.

Sed suas & illa causas) ita Pinciani mss. nec non mei quinque, præterquam quod Pal quart *sed suas & illas causas*. Erasmi editio; *sed & illa causas*, absq; pronomine *suas*.

Alienis locis conspecta miracula sunt) sic ex Pinciano Muretus, neque aliter mei quatt. Pal. sec. *miracula*, quomodo vulgauit Erasmus. sed male.

Cæca quadam volutatione) ita & alias legi annotatat ad editionis suæ oram Erasmus, cum in ipsa *certa quadam*. & quidem *cæca*, extat in omnibus meis.

Quod tu non dubitas de prouidentia) ita Erasmus; at mei quinque *quo tu non dub.*

Sed quereris) ita & Erasmus & Pal. quart. alii quatuor, *sed quæris*. male.

Aduersus optimos optimis) ita legendum ex chirographis libris monuit Pincianus, vt legantur per consequentiam cum præcedentibus. & sic quoque Pal. tert. quart. Col. Erasmus: *aduersos optimos optimum sit: neq; enim, &c.* quomodo custodit Palat. sec.

Neq; enim natura patitur, vt bona) sic Mureti editio: Erasmi, *neq; enim natura patitur vt vnquam bona*. voluit Pincianus restitueremus cum suis; *Neq; enim rerum natura patitur vt bona*. at ego malim sequi meos quatuor, quis *neque enim rerum natura patitur vt vnquam bona bonis noceant*. neque aliter Ort. nisi quod careat *enim*.

Quoniam quidem bonus ipse tempore tantum) ita Pal. quart. alii quatuor destituuntur pronomine *ipse*. Col. insuper habet *qua quidem*. Pinciani membranei libri, *quandoquidem*; & ei placet, non etiam mihi. altero enim nihil auctori nostro frequentius.

Non leuis exactor) sic etiam Pal. sec. at tert. & quart. *non lenis* Col. *non ennis exactor*.

Per arduum escendere) Erasmus *conscendere*. mei quioque *extendere*. vnde liquet illud *escendere* purum probumque. quod natum, vt puto, a Mureto.

Filiorum nos modestia delectari) ita & Erasmus, probatque Dousa præcidan. ad Arbitrum lib. 1. cap. 11. sicq; prorsus legendum ex meis scriptis quinque. at Pincianus vult legamus cum suis *filiorum hos modestia*. quod plane mihi ineptum; cum non videam ad quos referri possit *hos* nisi ad *Deos*.

Vernularum licentia) recte. iis enim impunissime in dominos iocularia fundiare ius erat; sicut & morionibus quoque cinædisque, ac mancipiis denique cum in vsum præstinatis conciliatisque; quo initium videlicet ab ipso conuiuii præbitore facientes, in conuiuas porro singulos scommata ac dicteria viritim euibrarent; quibus tantum abest, vt perstricti offenderentur, vt etiam risu ea ipsa prosequerentur ac plausu; ioco quippe & vino vetpalsiet, hoc est argute ac ridiculariter profusa. Probatur istuc ipsum ex Seneca lib. In sapient. nō cad. iniur. *Eadem causa est, cur nos mancipiorum vrbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in conuiuas ius facit, si cœpit a Domino. &c.* vide locum cap 11. circa finem. nam plura sunt. neque vero genus istud hominum laxo imperio modo, verum soluto quoque; imo etiam sub magistro (vt Seneca illo cap. 11. innuit) habebatur; quo videlicet præeunte nequitiæ omni ac scurrilibus cauillis, mimicisque dicteriis iam inde a prima ac tenella ætate assuefierent strenue. Vnde planum fit cur scripserit Martialis lib. 10.

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fœda lingua probra circulatricis. item lib. 1.
Vrbanus tibi Cæcili, videris.
Non es, crede mihi. quid ergo? Verna es.

neque omittendum id hominum genus *Vernas equites*, ioculari, imo Satyrico conuicio indigitatos eodem Martiali ac Iuuenali auctoribus. proinde haud inscite Horatius;

–*Vernasq; procaces Pasco libatis dapibus.* nec non Tibull[o]:
Consuescet numerare pecus, consuescet amantis
Garrulus in domina ludere verna sinu.

hæc fere magnus ille meus amicus Dousa ad Petronium.

Herum ab audaciam] ita & Erasmi editio & scriptura mss. meorum quatt. posteriores cusi *ab audacia*, quod & improbat Dousa. Pal. quart. *horum alii audacia*.

CAPVT II.

Tantum superne deiectorum imbrium] sic & mei quatuor. aliquot tamen Pinciani, *tot superne deiectiones imbrium*. Pal. sec. *tanterum superne deiectorum imbrium*.

Tanta mediterraneorum vis fontium] audie iohiabam Mureti vberrimas ad hunc librum notas, cum bona spe fore vt inuenirem argutissimam aliquam horum verborum expositionem, aut certe firmaretur suspicio mea quam prodidi lib 15. cap. 10. nugarum mearum nunc quid? clausis oculis hæc transiliit. itaque iterum dico, videri mihi legendum, *tanta medicatorum vis fontium*. neque iam itero rationes meas, indico tantum sic aperte præferre Pal. tert. quart. Col. tantum apparebat alterum illud in sec. nam Ortel. *meditarum*.

Est enim omnibus externis potentior] sic mei tres, nisi quod *exteraus* a secunda manu in Ortel. videtur esse in Pal. tert. *Est propter omnibus externis*; vel certe, *Est prope omn.* exemplaria alia Pinciani: *Est enim omnibus casibus potentior*. vt suspicari liceat *externis* a malo esse calamo.

Et erectus ad honesta] ita & Col. at Pal sec. videtur habuisse prius *euectus ad honesta*. mutatum tamen in *erectus*, sine præcedente copula &. quomodo & retinent tert. ac quart. item Ortel.

Athletas videmus quibus virium cura est] pugiles hic proprie intelligi putat P. Faber lib. 1. cap. 9. Agonist.

Per quos certamina præparantur] sic Erasmus & Ortel. item Pal. tert. quart. at sec. *certamina properantur*. Col. *certamine preparantur*. nihil est mutandum, etsi aliquot Pinciani mss. exhibeant, *per quos certamen præparatur*, vt eos significet (inquit Hispanus ille) quos Græci agonothetas vocant: nam & eosdem notat prima lectio.

Cædi se vexariq; patiuntur] ita & meorum quatt. at Pal. sec. & Erasmianæ editioni abest pronomen *se*.

Pluribus simul obiiciuntur] ita Erasmi, ita mei & Pinciani, qui tamen male mauult, *obiiciant*, refertque ad agonothetas. nam idem etiam sensus priori scripturæ: vt obiiciantur quidem hic athletæ ab certaminum præsidibus, sed lubentes tamen.

Quantum valeat polleatq;] rescribo cum mss. & Pinciani omnibus & meis quatt. *quantumq; polleat*; non, *quantum valeat, polleatq;*. solum Pal. quart. *quantumcumq; polleat*.

Illi exercitari iubent liberos] ita Mureti editio, meo animo male. prætulerim quod est apud Erasmum; *Illi exercitari iubent liberos*: nam & ita quoque Pal sec. Col. Ortel. neq; variant alii duo, nisi quod destituantur voce *liberos*.

Et illos fortius amat] sic etiam Erasmus, mei tamen omnes, *& illos fortiter amat*.

Doloribus ac damnis] Pal. tert. quatt. Col. non habet coniunctionem &. neque requiritur.

Sed mole, & ipso sui onere] mei calamo exarati omnes, *sed motu & ipso &c* quod placet.

Per iniurias ducit] iidem mei *duxit* excepto Ortel.

Miraris tu si Deus] orditur ab his verbis caput tertium Pal. sec. alii scripti quatuor nullas capitum præferunt notas.

Qui illos quam optimos] ita & Pal. sec. & Col. at tert. *qui illos quos optimos*. quart. ac Ort. *qui quos optimos*, sine voce *illos*: probarem, si & abesset alterum, *qui*.

Si quando voluptatem capiunt dii, dum spectant magnos viros colluctantes] ita editio Romana: Erasmi, *si aliquando impetum capiunt Spectant Dii magnos &*. neque aliter scripti omnes Pinciani, qui tamen castigandum arbitratur; *si quando impetum capiunt spectandi magnos viros*. mei quatuor non abeunt a scriptura quæ in Erasmianis, nisi quod Pal sec habeat, *colluptantes*.

Quanto id honestior fecit] ita & ad oram editionis Erasmi; ipsa vero, *honestius*, quod & in Pal. sec. alii tamen quatuor præferunt alterum.

Sed puerilia & humana oblectamenta leuitatis] ita ex Pinciani scriptis Muretus, nisi quod ipsis absit coniunctio *sed*; quæ nec in Pal. quart. aut Ort. alii tres; *hæc puerilia & humana oblectamenta voluptatis*. Erasmi editio alio verborum ordine, *sed puerilia & oblectamenta humana voluptatis*.

In vnius ditionem concesserint] Erasmi editio *conditionem concesserint*. Pal. sec tert. *conditione concesserint*. quart. & a secunda manu Ort. *conditionem cesserint*. Col. *in vnius Iulii conditionem concesserint*.

Latam libertati viam facit] ita & Pal. tert. Col. Ort. Erasmi, *latam libertatem nostram facit*. Pal. sec. *latam libertatem nostras facit*. quart. *latam libertati viam facit*.

Ferrum

Ferrum istud etiam ciuili bello purum] ita ex scriptis Pinc. Muretus, vt & Pal. sec. tert. Col. Ort. at quart. destituitur tribus postremis vocibus, *ciuili bello purum*.

Cum magno spectasse gaudio Deos) ita & Col. Pal. quart. & Ort. alii duo, *expectasse*.

Retenta ac reuocata virtus est) ita & mei quart. male Pal. quart. & quidam codd. Pinc. *ac renouata*. nam locutio est sumpta a re gladiatoria, qua *reuocabantur* a populo ii qui strenue se gesserant, theatroque adeo toti approbauerant. Suetonius Tiberii cap. 7. *Munus gladiatorium dedit, rudiariis quoque quibusdam reuocatis auctoramento centum millium.*

Mors minatur) ita & mei tres & Erasmus, cuius tamen ora habet *imminatur*. Pal quart. *venitur*. Ort. *immittitur*.

Et qui timent laudant) Pal. sec. *etiam qui tim*. quod & emendatum in Ort.

CAPVT III.

Ac dignos malo esse si nolint) ita & mei omnes, nisi quod Pal. sec. retineat, *noluit*. tert. *voluit*. Erasmi editio *eos dignos malo esse qui nolint*. Pinc. codd. præferunt tantum, *ac dignos malo esse*, sine vocibus *si nolint*, quod ei placet.

Fato ista fieri recte eadem lege bonus) ita quidem editio Mureti, sed dissentientibus aliis: nã Erasmi editio, *fato ista sic esse, recte eadem lege his*. Pal. sec. *fato ista sic ei recte eadem lege bonus* tert. *fato ista sic enim recto eadem lege bonis euenire quam sint bona*. quart *fato ista sic ire, recte eadem lege bonis euenire quam sunt bona*. Col. *fato ista sic enim recto eadem lege bonus, &c*. Ort *fato ista sic eis recte, &c*.

Persuadebo inde tibi) sic solum Pal. tert. alii omnes, & Erasmus, *Persuad deinde*.

Si miraris hoc pro aliquo esse) Pal. tert. *hac pro aliquibus esse* Ort. *hac pro aliquo*.

Et radi ossa & legi) ita voluit scriberemus ex mss. suis Pincianus, sicque & mei omnes, nisi quod Pal. tert. *rodi*. Erasmi editio *& laedi*. male. alludit enim ad morem veterem; & viuis eis inquit contingere, quod mortuis solet. vide me lib. 17. cap. 6. Suspic.

Haerere non poterant) Pal. quart. *haberi*.

Sonat adhuc & vibrat) Pal. sec. *& sonat adhuc &c*. alii tamen particulam illam *&* non agnoscunt præter Ort.

Vt ex voto illi fluxerint omnia, vt ante votum) sic fere mss. mei, nisi quod Pal. quart. *ante motũ*. Erasmi editio, *vbi ex voto illi fluxerunt omnia, vel ante votum*. Pinciani calamo exarati; *vt ex voto illi fluxerint omnia, imo vt ante votum*.

Statim arma submittet) metaphora sumpta a gladiatoribus iam læsis & mortem metuentibus; signumq; victi fractique. ipse noster Epist. 37. *Gladiatoribus licet arma submittere. misericordiam populi tentare. tu neq; submittes arma, nec vitam rogabis. recto tibi inuictoq; moriendum est.* de hoc more plura Lipsius lib 2. cap. 22. Saturnal. Serm. Pal. sec. hic legit, *arma submitteret*, tert. & Ortel. *arma demittet*.

Gladiator cum inferiore componi) verbum artis. ipso enim die muneris gladiatores ordine deduci in arenam mos fuit, & inibi solemni quadam pompa circumduci. Quintilianus: *Iam dies aderat, iam ad spectaculum supplicii nostri populus conuenerat, iam ostentata per arenã periturorum corpora mortis sua pompam duxerant*. Postquam introducti, paria inter se componebantur, siue vt Græci decenter appellant, ζεύγη. Plinius pulcerrime de occulta quorundam animalium discordia lib. 8. cap. 12. *Quam quis alium tanta discordia causam adtulerit, nisi natura spectaculum, sibi paria componẽtis*. vbi melius liber vetus, *nisi naturam, spectaculum sibi ac paria componentem*. in hac compositione prima editoris cura, vt paria cum paribus conligerent. atque adeo id volebant ipsi gladiatores, vt hic clare prodit Philosophus noster; item Lucanus lib. 4.

—Veluti fat alia arena
Muneribus non ira vetus concurrere cogit
Productos: odere pares. Lipsius lib. 2. cap. 19. Saturn.

Contumacissimum quemq; & rectissimum aggreditur) ita Erasmus & mss. mei quatt. sed ego non satis video quid hic *rectissimus* iste faciat, liceat ante oculos habeam illa modo producta Epistolæ 37. *recto tibi inuictoq; moriendum est*. suspicor enim reuocandum: *& recentissimum*, quomodo habet Pal. sec. vt is denotetur qui viribus animisq; adhuc integris, qui nondum cum vno atque altero aut etiam pluribus, eo muneris die depugnauit, si non læsus, at defessus tamen & tantum non ruptus.

Ignem experitur in Mutio) sic & Pal. tert. Col. Ort. neque aliter ex mss. Pincianus. Erasmus, *ignemq; experitur*. Pal. quart. *ignem peritur*.

Magnum exemplum nisi mala fortuna) ita Erasmus & Pal. sec. tert. quart. Ort. at Pinciani aliquot exempp. *nisi magna fortuna*. Col. vero meus, *Magnum exemplum in magna fortuna non inuenit*.

Tam cum Pyrrho, quam cum diuitiis) agnosco & hic inuersum verborum ordinem. vult enim non modo bellandum fuisse Fabricio cum *Pyrrho, sed etiam cum ipsis diuitiis*.

In agro repurgando triumphalis senex vulsit) ita Mureti editio ex mss. Pinciani, nisi quod & ii, *euulsit*, quomodo & Pall. tres & Ort. *vulsit* tantum Col. Erasmi editio præfert; *in agro triumphalis senex euulsit*, absque dictione, *repurgando*.

Et peregrina aucupia congereret) notat ad hunc locum Langlæus lib. 6. cap. 1. Octi Semestr. *aucupii* nomine significari, non *auium captionem*, sed *aues captas*; idemque etiam de *venatione* dici posse, vt eo intelligamus non tantum *ferarum inquisitionem*, sed etiam effectum & propositum venationis, *prædam* nempe *captam*. sic sane Liuius belli Punici secundi lib. 5. *conuenerat autem, vt Philomenes portula assueta venationem inferens armatos induceret*. nam quod Grammatici quidam *venationis* nomine apparatum aut comitatum venatorum intelligant, ridiculum est; cum de ferina id capiendum sequentia hæc apertissime ostendant: *Nota vox eius & familiare iam signum cum excitasset vigilem, dicentis vix sustinere grauem bestiam onus, porta aperitur: inferentes aprum duos iuuenes secutus*. alibique apud eundem Quinctius de cœna *Chalcidensis* hospitis agens: *Cum miraremur vnde illi eo tempore anni tam varia & tam multa venatio, homo non quam isti sunt gloriosus, ridens condimentis ait varietatem illam & speciem ferinæ carnis ex mansueto sue factam*. Sed & frequens huius dictionis in hunc sensum vsus apud recentiores. scribit enim Lampridius, *Alex. Seuerum leporem quotidie habuisse venationem frequentem, sed eam cum amicis diuisisse*. quo pacto & Spartianus in Adriano: *venationem*, inquit, *semper cum amicis participauit*. sic & Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianũ: *Quis vsus porcorum absq; esu carnium? quid caprea, terunb, damula, apri, lepores & huiusmodi venatio? si non comeduntur hæc, omnia frustra a Deo creata sunt*. similiter & Sidonius Apoll. lib. 4. Epist. 9. *Ferarum carnibus abstinet, cursibus acquiescit. itaque occulte delicateq; religiosus, venatu vtitur, nec vtitur venatione*. vsurpat & Plinius *venatus* verbum eadem notione lib. 7. cap. 2. lib. 8. cap. 8. & 34. hæc prolixius ex Langlæo, vt videant omnes quam temerarie quidam atque inscite nos legere iubeat, imo alibi ceu germana producat lib. 1. cap. 12. de Beneficiis: *Nemo tam stultus est vt monendus sit, ne cui gladiatores, aut venatoria arma ad venationem, iam munere edito mittat*: pro eo quod legitur in scriptis cusisque omnibus, *ne cui gladiatores aut venationem iam munere edito mittat*.

Si ingenti pomorum strue cingeret prima forma feras) ita Mureti editio & Erasmi, castigationes Pinciani præferunt, *augeret*; monentque ex mss. reponendum *augeretur*, quod fere est vt putem typographi mendum. nam illud *augeretur* in nullo est meorum; neque video quomodo consistere possit. suspicari libet voluisse scriptum *cogeretur*, quoniam iubet rescribere nos deinde ex vno codice Franciscano, *multa cade venantium degluttire*; quæ vltima vox vix hic consistat, sine illo *cogeretur*. sed cur nec hic certius aliquid possim, est quod dicat fuisse ita in mss. cum tamen sit in meis, Pal. inquam quart. Col. Ort. *congeretur*. in sec. *cingeret*, in tert. *congeretur*. vulgatam lectionem dextre satis explicat in notis Muretus. quare non est quod admittamus desultorias nugas cuiusdam, nunc legentis, *si ingentis ...orum strue cingeret prima*. vel ita, *si ingentis pomo...*

via strue cingeret, vel adeo; *si ingenti demorum strue cingeret prima forma feras*. nam via est vt risum abstineamus, dum inquit, interpretari nos posse, *prima forme feras*, elephantem, Leonem, Leænam, tigridem, Pantheram, Pardum, leopardum, rhinocerotem, gryphen, Camelopardalim, lyncem *secunda forme*, ceteras feras, lupum & similes. si enim attendisset menti Senecæ, aut adeo considerasset sequentia & præcedentia, vidisset agere auctorem nostrum de iis feris quæ in aluum delicatorum descendunt, quæ inquam conuiuiis apponuntur. at iis immittere elephantos, leones aliosque eius generis, quid aliud est quam decimum tertium laborem denunciare non ipsis innitans, sed Herculi?

Captas multa cade venantium) ita solummodo & mei quatuor, nec non Erasmus. nullus itaque a fine admiserim, *deglutire*, quod tamen ex vno tantum mss. volebat Pincianus.

Viderint, inquit, hoc isti quos Roma) sic Erasmi editio & Pal. sec. at alii quatuor non habent pronomen *hoc*; quod & abest Pinciani chirographis; qui legendum putabat, *viderint, inquit, ista quos Roma*; sicuti paulo post, *Videant ista qui exalare non possunt*.

Felicitas tua) ita & mei quatt. Pal. tamen quartus non retinet illud *tua*, neque quicquam eius habet loco. an forte *felix sua*.

Et supra Seruilium lacum) ita Muretus, at mss. omnes & Erasmi editio *Seruilianum*, quomodo & laudat lib. 2. cap. 11. Semestrium Faber. & lib. 2. cap. 7. Animaduersorum Hadr. Iunius. qui autumat de eadem re intelligere Ciceronem Orat. pro Roscio Amerino: *Te pugna Cannensis accusatorum sat bonum fecit: multos cæsos non ad Thrasimenum lacum, sed ad Seruilium vidimus? quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?* &c. de laco autem *Thrasimeno*, in agro Perusino notum est, periisse illic cæsa ingenti clade, vna cum Flaminio Cos. vicena Romanorum millia, præter captiuorum non parcum numerum. *Lacum* autem *Seruilium*, Festus Pompeius Romæ, ab auctore nominatum refert in principio vici Iugarii; basilicæ Iuliæ continentem, vbi Hydræ effigies extiterint a M. Agrippa positæ: quod forum hoc nomine fuisse asserit antiquitatis omnis scientissimus Morillonus. certe Cicero illic *Seruilium lacum* appellat *Tribunal C. Seruilii Glaucia*, longe post homines natos improbissimi, optimorumque quorumcumque ciuium & Senatorum sanguine madenti atque restagnans. de quo & Iul. Firmicus lib. 1. mathes. vbi ait: *Vis ne aliquid tibi, quia in Syllanis temporibus immoramur, de laco Seruilio referam? in quo multorum Senatorum capita ad ostentationem immanissimi facinoris, secta ceruicibus pependerunt*. hæc fere Iunius, apud quem de hoc facto plura & ea quidem accurata.

Proscriptionis Sullana spoliarium est) ita Pinc. codd. & mei. Erasmi editio non habet dictionem *Syllana*. porro vocis vltima ratio ducta a gladiatoribus. *Spoliarium* enim non ipse ludus gladiatorius sed *ludi pars*. apparet ex lapide prisco, qui Tybure: CVRATORI MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI. XII. QVOT. ES. TEMPORE. HONORVM. CVRARVMQVE. SVARVM. PLENISSIMO. MVNIFICENTIAE. STVDIO. VOLVPTATES. ET. VTILITATIBVS. POPVLI. PLVRIMA. CONTVLERIT. LVDVM. ETIAM. GLADIATORIVM. ET. SPOLIAR. SOLO. EMPTO. SVA. PECVNIA. EXTRVCTVM PVBLICE. ORTVLARET. etiam Tertullianus ab ipsis Amphitheatris separat: *Ceterum a sæculo coronantur & lupanaria, & latrina, & pistrina, & carcer, & ludus, & ipsa Amphitheatra, & ipsa spoliaria, ipsaq. Libitina*. ductum nomen a re balnearia. Nam, *exteriores cellula in Balneis*, *spoliaria* dictæ, vt norant Glossæ Latinæ veteres; vel, vt Græcæ, ἀποδυτήριον, *spoliarium*. Vbi ergo in balneis exuebantur, seque veste exspoliabant, *spoliaria* dicta. & a causa simili in Ludis. nam ibi credo, gladiatorum vestes, ornamenta. Plinius in Panegyrico; de Ærario differens: *Nunc templum, nunc vere Deus, nō spoliarium ciuium cruentarumq. prædarum sæuum receptaculum*. Imo amplius, locus ille receptor vulneratorum cæsorumque. Cassius Seuerus in controuersia, Debilitans expositos: *Produc agedum familiam, semiuiuam, tremulam, debilem, cæcam, mancam, famelicam: ostende nobis captiuos tuos. volo me hercules nosse illum specum tuum, illam humanarum calamitatum officinam, illud infantium spoliarium*. itaque crebræ illæ acclamationes senatus mortuo Cōmodo, sunt ab hoc, apud Lampridium: *Gladiatorem in spoliario*: &, *Gladiatoris cadauer vnco trahatur: gladiatoris cadauer in spoliario ponatur*. Quin & ii qui sine spe curationis læsi, illic interficiebātur. Seneca Epist. 93. *Numquid aliquem esse tam cupidum vitæ putas, vt iugulari in spoliario, quam in arena malit?* Lipsius lib. 1. cap. 18. Saturn. Serm.

Capita consularium virorum patitur appendi) Erasmus & Pal. sec. ac quart. *patitur ostendi*. tert. Col. Ort. *capita sibi consularium virorum patitur ostendi*.

Qui legem Corneliam tulit) de sicariis scilicet & veneficiis toto tit. ff. ad l. Corneliam de sicariis. l. 1. ff. de public. iud. l. 1. ff. ad l. Pomp. l. 15. ff. de pœnis. l. 23. §. 11 dolo. ff. ad legem Aquil. l. 17. §. si iussu. ff. de iniuriis. l. 3. §. si quis quē eorum, & l. 25. ff. ad Silam. l. 3. §. vlt. ff. de incend. ruina. l. 11. Cod. de his qui accus. non possunt. & apud Paulum lib. 5. Sent. tit. 23. at vero ea lege Sulla iste nominatim eos qui proscriptos a se occiderant, exceperat; vt ostendit in Iulio Suetonius. Brissonius lib. 3. de verb. signif.

Figunt cutem claui) ita Erasmus & Col. nam Pal. sec. *crucem claui*. tert. & Ort. *cutem clauis*. quart. *cutem clari*.

Quotidiana repudia deflenti) idem est quod alio loco dixit, *milies vnam duxisse vxorem*. quod pertinet ad l. vir. 64. ff. de donat. inter virum & vxorem. egregia alia de hac coniunctione post pœnitentiam Iuretus ad lib. 1. Symmachi Epist. 31.

Ex longinquo lene resonantium) sic Erasmus & Pal. quart. atque Ort. nam sec. *leuæ*. tert. *cæna*. Col. *bene*.

Et aquarum fragoribus auocet) ita etiam Pal. sec. quart. Col. at enim tert. *& aquaram fragoribus somnum auocet*. quod procliue mihi mutare in *aduocet*, vt habet Ort. sed vereor vt vox *somnum* interpretis sit nugamentum.

Tam vigilabit in pluma) & Erasmi & mei omnes, *vigilantz*.

Nascetso Terentiam maluit) ita & Pal. tert. Ort. Col. at vero sec. *Terentiam maluisset*. quart. *Terentia maluit*.

Medicamentum immortalitatis obduxit) ita Muretus, emendante pridem Andrea Schotio notis ad cap. 76. de viris illustribus, id est *ebibit* vel *exsorbet* quod in Cicerone Tuscul. 1. reponendum idem Petro Victorio assentitur: sic enim habet; *Theramenes cum coniectus in carcerē a xxx iussu tyrannorum venenum vt sitiens obduxisset, reliquum sic ex poculo eiecit, vt id resonaret*. Erasmi editio hic habet *eduxit*. illud tamen *obduxit* restat in Pall. tribus & Ort. neque abludit Col. qui, *abduxit*.

Male tractatum Socratem iudicas) ita reponendum duxit ex mss. suis Pinc. neque aliter est in omnibus meis. Erasmi editio; *Male tu natum Socratem*.

Actum est quod gelatus est sanguis) sic ex mss. restitui voluit Pincianus, neque secus mei iidem. Erasmi editio alia interpunctione; *actum est? congelatus est sanguis*, &c.

Omnia pati doctus, suspensam auro niuem diluit) ita Muretus; secutus forte iudicium Lipsii mei, sic legendum arbitrantis lib. 1. cap. 26. Electorum; cum haberent vulgatis *omnia pati doctus, exesta veritatis aut dubia, suspensam auro*, &c. quibus libris cum adsentiūtur Pal. tert. ac quart. neque nimium abeant Pal. sec. aut Ort. qui, *haut dubie*, aut adeo Col. in quo, *hanc dubie*; non ego illa intermedia eiecerim, vt sint, interpretamentum quidem ad vocem exoleti, sed quod ab ipso tamen profectum Seneca. Schottus noster ad idem cap Aurelii Victoris tradit legere se & interpungere ex manu scriptis; *quibus gemma ministratur, quibus expletus est animus. Omnia pati doctus, exesta veritatis aut dubia suspensam*. quod nec mihi placet. nam etsi mei non conspirent in voce *exoletus*; habeatque Pal. sec. *quibus exoletus omnia pati*, &c. Ort. *quibus exoletur*: quart. *quibus exoleto*; videntur tamen eam habuisse membranæ Pinciani, restatque in meo Col. ac Pal. tert.

Vomunt remetiūtur) ita fere alias legi notat & Erasmus, nempe *remetiuntur*. eius editio, *remittunt*. mss. mei quinque, *remetientur*.

Summamque illi felicitatem contigisse) ita ex codd. Pinciani Muretus, vti etiam est in meis, preterquam quod abfit Pal. sec. vox *contigisse*. Erasmus poblicarat, *suamque illi, &c.*

Caesari & Crasso) remoue, inquit Pincianus, coniunctionem ex veteri lectione. & vero remoueatur fide insuper meorum librorum triom Pall. nec non Ort.

Quid per hoc consequar) malim *hac*, vti est in Ort.

CAPVT IV.

Sine morsu animi velle transire vitam) ita quoque editio Erasmi. sed qui me audiet, verbum *velle* procul amandabit. nam neque hic requiritur, neque conspicitur in vllo meorum librorum.

Sed nemo praeter te, coronam habes, victoriam non habes) iussit Pincianus scriberemus; *si nemo praeter te, coronam, &c.* quomodo & est in Pal. tert. quart. Col. allegatque P. Faber lib. 3 cap. 21. Agonist. cuius explicationem ad isthaec non inutiliter contuleris. Pal. sec. praefert: *sed nemo praeter te Olympia, coronam habes, victoriam non habes.* Erasmi editio, *sed nemo praeter te: victoriam non habes, Olympiam coronam habes.* Ort *si nemo pr. te cor. habet, &c.* notatum tamen ad oram alias legi *habes.*

Quod quisque posset, nisi tentando) ita Pinc. mss. & Pal. tert. quart. Ort. Erasmus, *quod quidem quisque posset, &c.* Pal. sec. *quod alius quidem quisque posset, &c.* Col. *quid quisque posset nisi tentando didicit.* absque voce, *nisi.*

Et virtuti iter in obscurum occasionem per quam enitescerent) ita ex Pinc. scriptis Muretus, nisi quod iidem *enitescerent*, quomodo etiam Pal. tert. Ort. Col. at Erasmi editio; *& virtuti iter in occas. per quam enitescerent.* Pal. sec. *& virtuti iter in obscurum occasionem per quam enitescerent.* quart. *& virtuti ire iter in obscurum, occasionem per quam enitescere.*

Gaudeat, inquam, magni viri) mei omnes, *inquit.*

Non aliter quam fortes milites bello) sic quidem Mureti editio, at Erasmi, *milites bello triumphos*; quomodo etiam plane in meis quinque. & absit vt plus tribuam Mureti libidini, quam tot scriptorum codicum, lectionique vulgatae auctoritati.

Ego murmillonem) Pal. sec. quart. *murmillonem.* Col. *mirmillonem.*

De raritate munerum) ita & Pall. tres, & Ort. male Col. *vulnerum.* nam loquitur de gladiatorio munere: expressitque noster sententiam Arriani lib. 1. Dissertationum, vbi est: ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς Καίσαρος μονομάχοις εἰσί τινες οἳ ἀγανακτοῦντες, ὅτι οὐδεὶς αὐτοὺς προάγει οὐδὲ ζευγνύει. id est, *at in Caesaris gladiatoribus quidam sunt quibus molestum est non produci, non componi.* Prodit Lipsius lib. 2. cap. 16. Saturn. Serm.

Quoniam & quod passura est) ita & Pal. sec & tert. at vero quart. *quanquam etiam quod passura est.* Col. atque Ort. *quoniam etiam quod.* Pinciani membranae omnes, *quanquam & quod*, quibus non auscultauerim.

Si diuitiis diffluas) ita & Pal. sec. & Col. habetque quart. & Ort. *diffluas.* tert. tamen *affluas.*

Laturum se orbitatem) ita Pinciani codd. & mei. addit Erasmus vocem, *orbitatem filiorum*, quam sensus non desiderat

Graue est tenera ceruice iugum) ita Mureti editio. Erasmi; *Graue est non assuetus ferre ceruicibus iugum.* antiquius cuius nec non Pal. tert. quart. *Graue est ferre ceruicibus iugum.* nec aliter Ort. nisi quod addat; *Graue est eu.* monetque Pincianus legendum ex veteri lectione. *Graue est ferre teneris ceruicibus iugum.* atque ita Col. at Pal. pr. *Graue est terrere in ceruicibus iugum.*

Aut mala valetudine, aut luctu afficit) omisit duas voces Muretus; *aut luctu, aut incommodis afficit*; quod & restat in Pall. tribus, & Ort. at Col. adhuc amplius, *aut luctu, aut aliis incommodis afficit.*

Quare in castris quoque periculosa) ita Erasmus, cui fere accedit Pal. sec. in quo *Quare in castris quoque peric.* at alii mei quart. *Quia in castris quoque, &c.* quod tantum non praetulerim alteri; aut certe interpunxerim, *Quare? in castris quoque periculosa, &c.* sine interrogationis nota. Pincianus legit distinguitque cum mss. suis; *Quia in castris quoque periculosa fortissimis imperat dux. Lectissimos*, vti & retinet Pal. quart. sed tamen quart. alii *fortissimis imperantur. Dux lectiss.* quod malim. cum & sic extiterit in membranis quas euoluit Erasmus.

Qua animi permadescunt] ita fere ad oram editionis Erasmianae, nempe *madescunt.* nam illa alioqui habet, *marcescunt.* at quoque mei *permadescunt.*

Quorum specularia semper a flatu] Pal. tert. quart. Col. Ort. *ab afflatu.* vulgatam lectionem producit Cuiacius lib. 13. Obseruat. cap. 13. vbi plura de his specularibus, quae & significari vult Martiali, cum inquit: *Condita perspicua viuit vindemia gemma* Basilius Homil. 3. εἰς τὸ πρόσεχε σεαυτῷ: ἡ δὲ ἀντιλάμπουσα φύσις ἐν πολυτελεῖ συνεστηριγμένη λίθος, &c. vide alia quaedam de his ipsis Epistola 90.

Cuius coenationes subditus & parietibus circumfusus calor) quod fieri solitum per ambientes quosdam tubos prodit ipse noster Epistola 90. quam vide. nam colligit ex his Lipsius, notis ad Taciti Germaniam, iam tum Romanos quid commentos, si non forma, at effectu tamen parem cum *stubis* nostris, vti eas Ditmarus & illa aetas appellant. easque putat intellectas Iuliano in Antiochico, vbi de Lutetia vrbe: ἐθάλπετο δὲ τὸ οἴκημα οὐδαμῶς, ὅνπερ ἐκοίμων· ὅνπερ εἰώθει τρόπον ὑπὸ τοῖς καμίνοις τὰ πολλὰ τῶν οἰκημάτων ἐκεῖ θερμαίνεσθαι.

In varias mentes imagines) ita Pincianorum scripta lectio, nisi quod ea, *mentem.* Erasmi, *in varias mentem imagines.* mei consentiunt Romanae editioni.

Quid ni fatuus sit) ita Muretus. Erasmi editio, *Quid ni id fatuus sit.* Pal. sec. *Quod vt hic fatuus sit.* alii quatt. *Quid ne id fatuus.*

Infelicitatem qua aduocat ad virtutem sustinere) sic Erasmi editio, quae tamen notat ad oram alias legi, *inf. aduocante virtute sust.* at Pal. sec. tert. quart. *infelicitati aduocat a virtute.* Col *aduocata virtute.* quod vltimum stomacho meo valde facit. Ort. habet, *infel. qua aduocat hominem a virtute sust.*

Lentor ieiuno mors est) sic editio Romana & Col. at Erasmi & Pall. tres *ietuno*, sicque prius fuit etiam in Ort.

Cruditate dissiliunt; ita & mei omnes, notatumque ad Col. *cruditate assiliunt morientes scilicet.* Erasmus tradit alias legi, *cruditate dissilit.*

Publice verberibus admotis) vnde merito Horatius Odar. 1. *Me nec tam patiens Lacedaemon.* nec non Martialis: *Vel non caesus adhuc matre iubente Lacon.* item Arbiter: *Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi* ibi Dousa noster, quibus addo illud Tertulliani lib. ad Martyres cap. 4. *Quae hodie apud Lacedaemonios solennitas maxima est διαμαστίγωσις, id est, flagellatio, non latet. In quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur, adstantibus parentibus & propinquis, & vt perseuerent adhortantibus. Ornamentum enim & gloria deputabitur, maiore quidem titulo, si anima potius cesserit plagis quam corpus.* adeatur & Cicero Tusculana quinta. quae loca quoque citat Gotofredus. quod superest, testatur Pincianus habere scriptos eius, *publice verberibus admotos*: at alterum illud restat in meis quinque, agnoscitque editio Erasmi.

Patiamur non est fauitia] ita Muretus. at Erasmus at quinque mss. *Patimur.*

Quam frequens vsus agitauit] sic Erasmus & mei tres. Pinciani codd. & Pal quart atque Ort *exagitauit.*

Contra ipsam ab ipsa duremur] sic & Pal. quart. alii duos *contra illam ab ipsa duremus.* Col *contra illam ab ipsa duremur.* Ort. *contra ipsam ab ipsa duremus*, sed ad oram; *induremur.*

Sic sunt nauticis corpora ferendo mari dura] Erasmi lectio *nautica.* Pinciani, *nautis* Pall. tres *sic sunt nautis corpora offerendo mari dura.* Col. *Sic sunt nauticis corpora efferendo, &c.* Ort. *Sic nautis sunt corpora a ferendo, &c.* quod vltimum quis probare posset.

Agricolis manus trita] sic & mei omnes. Pincianus tamen *extrita.*

Ad contemnendam malorum potentiam] Pinciani membranae, *patientiam*; neque aliter quoque Col. duo tamen Pall & Ort. alterum retinent. at tertius vtrumque verbum admisit, hoc modo; *ad contemnendam patientiam vel potentiam malorum.*

Quantum nationibus nudis] sic etiam Pal. sec. & Ort. at tert. *nationibus in nudis*. quart. *quantum a nationibus timidis* Col. *quam nationibus nudis*.

Super durata glacie stagna persultant] sic quoque Apuleius lib. 4. metamorph: *Adsunt Nerei filiæ, chorum canentes, & Portunus cæruleis barbis hispidus, & grauis piscoso sinu Salacia, auriga paruulus Delphini Palæmon, iam passim maria persultantes Tritonum cateruæ*. Sidonius Panegyr. Maioriani:

—Cum stagna superbo
Irrupit temerata gradu: turmæq; frequentes
Hellespontiaco persultauere profundo. Coluins.

Porro quidam mss. Pinciani non retinent vocem *stagna*, neque extat in Pal. quart. Ort. quoque voce vnica, *superdurata*.

Hoc quod tibi calamitas] ita & mei quatt. tantum Pal. tert. *Hoc quidem tibi*.

Capvt V.

Hoc est propositum Deo quod sapienti viro, ostendere] ita Pincianus ex scriptis. Erasmo aberat pronomen *quod*. at id meis omn. adest, sed iidem præferunt *ostenderet*. Ort. etiam a manu prima *dare* non *Deo*.

Et Elius leno] mei quatuor *& Elius leno*. Ort. *Celius leno*.

Ad turpissimos deferre] ita etiam Col. & Ort. at Pall. *turpissimis deferre* præter tert. in quo, *a turpissimis deferre*.

Aut constringi, aut alligari] ita Mureti editio; sed male; non enim video quænam ita magna sit differentia inter hanc illamque vocem, vt hic ponenda esset. Erasmi editio, *aut confringi aut alligari*. Pinciani membranæ omnes, nec non meæ, *aut configi aut alligari*. quod cur non admittamos?

Præcisos & professos impudicitiam] ita & editio Erasmi; neque aliter citat Ludo. Cælius lib. 15. cap. tt. antiq. Lectionum, interpretaturque *muliebria passos*; & ex Græcæ linguæ proprietate atq; imitatione deflecti eius verbi notionem putat. nam id, inquit, apud eos κόπτειν, quandoque signat, quod apud nos *præcidere*; vt apud Aristophanem, κόπτετ᾽ ἐξεκεκυφὼς, id est *præciderat inclinatus*; adnotante etiam Interprete, id verbum κόπτειν, pronunciari ἐμφατικῶς. sic Rhodiginus ille, sed quæ hic putarim minus conuenire. capio enim *præcisos* istos pro castratis, quibusque excisa genitalia. iidem enim etiam molles & impudici. vnde & factum putat Tornebus lib. 30. cap. 16. Aduersar. vt *præcisus* pro impudico & muliebria passo veniret. videatur & de eis Brissonius lib. 2. cap 13. Selectar. Antiquitat. interea sciendum, mss. meos quatt. legere, *procasos*, non *præcisos*. nam Ort. exhibet, *interim securos esse procos & professos imp*.

Senatus per totum diem sæpe consulitur] ita alias legi annota- uit ad marginem editionis suæ Erasmus, quæ habet *sæpe tur. consultat*. at Pal sec *sæpe consuluit*. tert. *sæpe consumitur*. 1quart. & Ort. *consulitur*. Col. *consulitur*.

Is in hac magna republ. sic] ita & Pinc. & mei quatt. Erasmus; *in hac re magna publica*; vti etiã remanet in Pal. sec.

Laborant, impendunt, impenduntur, & volentes quidem non trahuntur a fortuna] ita fere Pal. quart. nempe; *laborant, impendunt, impenduntur. nolentes quidem a fortuna trahuntur*. quomodo fere distinguit sec. qui tamen legit, *laborant, impendunt & impenduntur. Nolentes quidem non trahuntur a fortuna* Col. *laborant, impendunt, impenduntur. & volentes quidam non trahuntur a fortuna*. Erasmi editio; *laborant, impenduntur, volentes quidem, non trahuntur*. Pal. tert. *laborant, impendunt, & nolentes quidem non trahuntur a fortuna*.

Sequuntur illam & æquant gradus. si scissent, antecessissent] ita ex Pinciani scriptis Muretus; vti etiam est in Pall. tribus, Ort. & Col at Erasmi editio; *sed sequuntur illam, & æquo gradu, si scissent, antecessissent*.

Distingui, summa in vnum venit] ita & Pal. sec. at vero tert. *distinguitur, summa in vnum venit*. quart. *distingui, summarum venit*. Ort. *distinguit*. Col. *distingui summa in vnum venit*.

Quicquid est quod nos sic viuere iussit, sic mori, &c.] voluit rescriberemus addita voce iussu codd. suorum Pincianus, *sic mori iussit*; sine vlla interrogatione. cum haberet Erasmus, *Quid est quod nos sic viuere, sic mori iussit? Eadem necessitas*. Pal. sec. *Quid est quod nos sic viuere sic mori & iussit eadem necess*. quart. *Quicquid est quod nos iniuere iussit, sic mori iussit eadem necess*. Col. *Quicquid est quod nos sic viuere, sic mori iussit. eadem necessitate*. quod omnium optumum puto, si deleatur tantum punctum, scribaturque *iussit, eadem necess.* quomodo omnino repræsentat Pal. tert. & Ortel.

Hæc passa est) ita & mei quatt. at Pal. quart *hæc passam*.

Vt efficiatur vir cum cura ducendus) ita & mei quinque & Pinciani omnes; quærit tamen idem; quid si inquit, legas, *cum cura ducendus*. nollem equidem ego; nam & hanc locutionem iterum vsurpauit supra, nisi fallor in Epistolis, estque a Salustio.

Quam alte escendere debeat virtus) Erasmi editio; *quã alte se extendere*, quomodo & mei omnes, nisi quod nullum in illis pronomen *se*.

Scies illi non per secura) ita coniecit legendum Pincianus, nec aliter Erasmus, probantque Pal. sec. quart. Ort. alii duo vt & exoleta editio; *Sciunt illi non &c.*

Et qua vix mane) Pal. tert. quart. Col. *& quam vix*, quod sane mihi fere se probat. Ort. *& quamuis*.

Fit timor & pauida trepidat) Pal. sec. & quart. *Sed timor & pauida trepidet*. alii duo, *Sit timor & pauida trepidet*. Ort. *Sit timor*.

Tethys solet ipsa vereri) Pall. tres, *solet vna ver*. Col. *solet ima vereri*, vt & emendatum in Ort. qui & prius *vna*.

Escendo est tanti per ista) Erasmi, *Ascendo. est tanti*; cui accedit Pal. sec. Ort. Col. at tert. & quart. *exercendo est*. vnde liquet scribendum vt & modo supra, *Escendo*.

His quibus deterreri) omisit aliquot voces Muretus quæ in editione Erasmi: *Post hæc ait, Finge datos currus His quibus deterreri*. & quidem in meis omnibus, nec non Pinciani legitur: *Post hæc* (Ort. *hoc*) *ait, Iunge datos currus*. ad quæ Pincianus, videntur, inquit, verba esse adolescentis: alioqui, si *Finge legas*, verba erunt Solis, *Finge datos currus. quid ages? poteris ne rotatis obuius ire polis, &c* sed ratio non procedit. sic Hispanus ille Hercules Ciofanus Obseruationibus suis ad lib. 2. metamorph. Ouidii, arguit Senecam nostrum, tanquam memoria lapsum, quod inquiat; *Post hæc ait, Finge datos currus*, quoniam ea verba collocet Naso ante illa, *Hæmoniosq; arcus, &c.* haud tamen celat nos, in veteri libro Vaticano sic legi: *Post hæc ait:*

Finge datos currus: quid ages? poteris ne rotatis
Obuius ire polis, ne te citus auferat axis? quæ sane, inquit, lectio, si quid ego video, ad Senecæ sententiam magis magisque pertinet; imo vero ita necessario legendum est: etenim in illis verbis; *Finge datos currus*, quid terroris & incitamenti est? sic Sulmonensis ille. quæ mihi neutiquam probantur. sequor enim mss. Pinciani & meos, qui, *Iunge datos currus*. vt velit auctor tantum abfuisse vt post terriculamenta illa paterna, muneris ei fecerit gratiam natus, vt contra institerit currusque petierit iungi. nempe leuiter deflexit primorem Ouidiani versus syllabam Seneca, vt accommodaret proposito suo. quod ei non insolens, norunt qui propius salutarunt.

Inertis est tuta sectari) sic & mei codd. Erasmi tamen, *tuta secare*.

Capvt VI.

Et aliena imminentem auaritiam) sic & mei tres. at Pal. tert. & Ort. *inuidentem*. quod frigidum præ altero.

Cum aliquando & ipsi excidant) vox *ipsi* est ab vno tantum cod. Pinciani. certe nusquam conspicitur in Erasmi editione, aut etiam membranis meis quinque.

Quare quædam dura patiuntur?) ita & mei omnes, & Pinciani. edidit Erasmus; *qui etiam quædam dura patiuntur, &c.*

Vt etiam alios pati doceant) vox illa *etiam* non comparet aut in scriptis meis, aut in cusis Erasmi.

Si non quæ occurrunt) ita & Erasmi editio; ad marginem tamen, alias legi, *quæ cernuntur*. Pal. sec. *si non quæ iaciuntur, sed quæ latent*. tert. Col. Ort. *quæ currunt*. quart. *si non curant*.

Sordidi, turpes) Pal. tert. & Ort. *Sordidi sunt, turpes*.

Parietum fucatum extrinsecus culti) ita & mei tres. Pal. tamen tert & Ort. *exterius culti.*

Magis versaueritis & vndiq. inspexeritis, meliora maioraq. permisi vobis) Castiga, inquit Pincianus, ex mss. Francisci Ioann. *magis versauerit aliquis & vndiq. inspexerit, tanto videbis meliora maiora, quæ permisi vobis* habuit Erasmus, *magis versaueritis & vndiq. inspexeritis, meliora maioraq. Permisi vobis metuenda. &c.* Pal. sec. tert Col. Ort. *magis versauerit aliquis & vndiq. inspexerit meliora maioraq. permisi vobis. &c* sic inquam Pal. tert & Ottel. nam distinguit secundus; *inspexerit. Meliora maioraq. permisi vobis;* Col vero, *inspexerit meliora maioraq. Permisit.* quart. *magis versauerit aliquis & vndiq. inspexerit meliora maioraq. inueniet. Promisi vobis.* fere est vt scribam, *magis versauerit aliquis. & vndiq. inspexerit meliora maioraq. permisi vobis,* & ambigo tantum, qua interpunctione verba isthæc insignire debeam.

Cupienda fastidire) sic quidem Erasmus. at mei quinque, *cupiditates fastidire.*

Contemnite dolorem aut soluetur aut soluet. Contemnite fortunam: nullum illi, &c. contemnite mortem. aut finit aut transfert.) ita quidem Muretus ex Pinciani mss. nisi quod ii auctiores vocula, hoc modo, *transfert vos,* quod & in Pal tert. quart. Ort. excepto quod vltimus, *transferet vos* sed & in eo abit a meis libris & Pinciani Muretus q omnes *dolores* primo statuat loco, *mortem* medio, *fortunam* vltimo. quorum certe suffragiis magis obtemperandum, quam vni Mureto. Erasmi editio præfert: *Contemn. dolorem, quia aut soluetur aut soluet. Contemnite fortunam. &c.* omissis illis intermediis; quæ sic concipiuntur in Pal. sec. *Contemnite mortem quos aut finit aut transfert.* Col. *Cont. mortem qua vos aut finit, aut transfert.* iidem tamen duo, non retinent illud *quia,* quod in Erasmi libris.

Commissura ceruicis) sic & ad oram Ort. at in contextu, *commissa ceruix* Col. *commissam ceruicis.*

Qui caput collumq. committit) sic quidem etiam Erasmus & Pal. sec ac Col. sed enim cum proxime præcesserit vox *commissura,* capior legere, *qui caput collumq. connectit,* vt est in Pal tert. quart Ort notaturque ad Col.

Non sunt vulnere impresso scrutanda) ita & Pal. sec. at tert. & Ort *Non sunt penitus vulnere impresso scrutanda præcord.* quartus vero ac Col *Non sunt vulnere impresso penitus scrutanda.* quorum alterum reuocauerim.

Destinant locum. quacumq. peruium est. Ipsum illud quod vocatur mors sic Erasmi editio, nisi quod voculam præterea haberet, hoc modo; *quacumq. vi peruium est;* notatumque ad oram alias legi, *quacumque vi pronum est.* Distinguit ex vett. suis Pincianus. *Destinant locum Quacumq. peruium est ipsum illud quod vocatur mors Quo anima, &c.* quam interpunctionem non probauerim, licet ita fere restet in meis Col. tamen, *æstimant locum. Quantumq. vis. peruium est ipsum illud quod vocatur mors. quo anima.* sec autem atque Ort. *extimant locum. Quacumq. peruium est ipsum illud quod vocatur mors. quo anima, &c.* quomodo etiam legit quart. ac tert. nisi quod ille, *quacumq. imperuium est,* variant tamen ab interpunctis.

Siue in caput lapsos subiacentis soli duritia comminuit) ita ex mss. omnibus Pincianus; neque aliter præfert Col. aut nimis abeunt alii tres Pal. enim sec. *siue in caput lapsus subiacentis soli, &c.* tert. *siue in caput lapsa subiacent soli, &c.* quart *sub in caput lapsa iacentis soli, &c.* Erasmus edidit *siue corpus lapsum subiacentes. &c.* Ort *siue in caput lapsa subiacentis.*

Timetis deos) ita & mei tres Pal quart *Dii timetis* hactenus. Quod restat, scire nos voluit Pincianus in omni vetere lectione, post hunc priorem librum de Prouidentia, sequi & alterum eiusdem materiæ cuius initium: *Tantum inter Stoicos, &c.* qui liber in impressis codicibus secundus de Tranquillitate animæ inscriptus. sic ille. & verum est: Pall. quoque mei & Col librum cui titulus; *Quod iniuria vel contumelia non cadunt in sapientem,* huic de *Prouidentia* adiungunt, appellantque *secundum,* alterumque adeo titulo insigniunt prioris; vocant inquam, *librum de Prouidentia secundum.* itaque nihil fere video causæ cur non deinceps coniungantur.

AD SENECÆ LIB. I. DE IRA, ANIMADVERSIONES.

CAPVT I.

Minime humana ferueus cupiditate) Erasmi editio, Pal. sec. ac Col *fruens.* tert. ac quart. *furens.*

Et vltionis, secum multa tractura, auidus) Erasmi editio, *& vltionis secum multa tractare auidus;* putauitque ipse legendum, *& vltionis mulctam retractare auidus.* Pal. sec. *& vltionis secum multam rem tractare auide.* alii tres, *& vltionis secum multam rem tractare auidus.*

Breuem insaniam] sic etiam Themistius Orat. 4: ἡ ὀργὴ μανία ὀλιγοχρόνιος. multa ad hanc rem vtiliter aduocabis a P. Fabri comment. ad tit. de reg. iur. l. 48.

Ad aspectum æqui veriq. inhabilis] ita ex membranis suis repositum volebat Pincianus. neque aliter Pal. tert. ac quart. Erasmus edidit, *ad conspectum* Pal. sec. ac Col. *ad inspectum.* prius mihi placet. notoq; ad verbū *inhabile,* illud Epistolæ 104. *etiam ad tutelam salutis tuæ inhabilis es.*

Flagrant & micant oculi) ita Erasmus, at Pinciani mss. omnes, & mei, *Flagrant emicant oculi.*

Exæstuante ab imis præcordiis, Pall. tres, *& æstuante.* Col. *& exæstuante.*

Articulorum seipsos torquentium sonus) idem inter alia commoti vehementius animi recensset Petronius Satyrico: *vt ergo tam ambitiosus detonuit imber* (malim ego *detumuit*) *retexit superbum pallio caput, & manibus inter se vsq. ad articulorum strepitum contritis; Quænam est, inquit, hæc audacia?* etiam Propertius:

Spirantisq. animas & vocem misit? at illi

Pollicibus fragiles increpuere manus. hæc mihi communicauit Ianus Dousa Nordouix; cuius vide pro Albricto Præcidanea lib. I cap 8.

Magnaq. minas agens) omisit vocem editio Romana. Erasmus enim meique omnes; *magnaq. ira minas agens.*

Nescias vtrum magis) ita & mei tres. at Pal quart. *vt nescias vtrum.*

Vt omnium animalium, simul ad nocendum insurrexerunt, procurrant nota) sic Erasmus, nisi quod ipse *præcurrant,* quomodo & Pal. tert. nam sec. *vt omnia animalia simul ad nocendum insurr quomodo in eis præcurrant nota.* quart. *vt omnium animalium simul cum ad noc. insurr quomodo in eis præcurr. &c.* Col. *vt omnia animalia simul ad nocendum insurrexerunt, præcurrant nota.*

Inflantur iratis colla serpentibus] sic quidem Muretus; at malim ego cum Erasmo, scriptisque meis omnibus, *irritatis.*

Rabidarum canum] ita restituendum, ex Pal. sec & Erasmi libris: licet alii mei tres, *rabidorum.* nam *canem,* feminino etiam genere, frequenter in vsu apud auctores bonos, adductis ostendit abunde exemplis P. Faber lib. I. cap. II. Semestr.

Vt non appareat in illo, vbi ira inuasit] Erasmus, *in illo si ira inuasit.* Pal. sec. quart *si illud ira inuasit.* tert. *in illo simul vbi ira inuasit.* Col. *in illo simul si ira inuasit.*

Quæ nihil moueat in vultu] ita Pal tert. ac Col. verum sec. *quæ non moueatur in vultu.* quart. *quæ nil mouet in vultu.*

CAPVT II.

Et reorum mutuas sordes] ita recte emendasse Rod. Agricolam, cum esset in mss. omnibus: *& eorum mutuas,* prodit Erasmus. sentit enim, inquit, mutuas accusationes. nam olim, rei sordidati veniebant in iudicium.

Sub ciuili hasta] de ea dicetur infra Consolat. ad Marciam cap. 20.

Nec intra mœnia coercitos ignes] ita & Erasmus & Pal. sec. ac quart. at enim tert. ac Col. *nec intra mœnia cohærentes ignes.*

Alium inter sacra mensæ ira percussit] sic & mei tres. at Pal tert. (cui accedunt plerique codd. scripti Pinciani) *alium inter sacra mensæ iura percussit;* quod mihi magis placet quam prius, ob repetitionem dictionis *ira,* quæ elegantius subauditur.

Celebrisq; spectaculum fori lancinauit] ita mei quatuor, nisi quod Pal. quart. *lacrimatur*, pro *lancinauit*. mallet Pincianus legeremus, *celebreue spectaculum fori*.

Alium in cruces membra diuidere] sic Muretus. at Erasmus *diffindere*. Pal. sec. ac quart. *diffundere*. tert. vtramque refert lectionem, *diffundere vel diffindere*. Col. membra *distendere*. quod probauerim: etsi habeam quo defendam *diffindere*. nā Propertius: *Arboreasq; cruces Sinis*, &c.

Quin tibi si libuerit] mei quatuor: *Quid tibi*.

In quos ira virium exarsit] sic quoque Erasmus, neque male. at Pal. sec. *in quos ira non exarsit*. tert. ac Col. *in quos ira virium exarsit*. quart. *in quos ira viri non exarsit*.

Aspicere casus gladio] Pal. quart. *aspice*. quomodo etiam emendatum in Col. a secunda manu. neque prorsus improbe.

Totos populos capitis damna passos] extat & vltima vox *passos* in Pal. sec. ac Col. abest tamen tert. ac quart. quod velim animaduertat lector.

Tanquam aut curam nostram deserentibus aut auctoritatem contemnentibus] sic Erasmus & mss. mei quatuor, nisi quod Col. *aut auctoritatem nostram contemnentibus*. at Pincianus ad hunc locum scribit: desideratur, inquit, verbum *Dis*, ex antiquis exempp. vt sit *tanquam Dis aut curam*, &c. ego vero etiam deesse opinor dictionem *suam* ad sententiæ complementum, vt in totum legendum sit, *tanquam Dis, aut curam nostri deserentibus, aut auctoritatem suam contemnentibus*. sic Pincianus. at ego magnum hic suspicor latitare hiatum.

Quid gladiatoribus quare populus irascitur] Erasmi editio, *Quid de gladiatoribus? quare*, &c. at Pall. tres vnusque Pinciani priorem firmant lectionem. Col vero distinguit; *Quid? gladiatoribus quare populus*, &c. quomodo & legendum sibi videri significauit mihi humanissimus Lectius, monuitque pridem lib. 2. cap. 4. & 9. Prood. Stephanus; perinde enim esse, ac si diceret; Quid de populo dicam, qui gladiatoribus irascitur, & tam inique, vt iniur. &c. quidnam causæ cur hoc faciat esse putem?

Et tam inique] sic & mer duo. at Pal. tert. *& tanquam inique*. quart. *& tam vtique*.

Quod non libenter pereunt] vide Senecam de hoc ipso Epist. 7. item lib. de tranquill. animi cap. II. proditq; hanc sæuitiam Cicero quoque pro Milone: *Etenim si in gladiatoriis pugnis timidos & supplices, & vt viuere liceat obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes & animosos, & se acriter ipsos morti offerentes, seruare cupimus*, &c. item lib. 6. Lactantius: *Quaero nunc an possint pii & iusti homines esse, qui constitutos sub ictu mortis ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed efflagitant. Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter e duobus alter occisus est*. plura petantur ab P. Fabro lib. 2. Semestr. cap. II. ab Franc. Iureto, felicibus ad lib. 2. Epistolarum Symmachi notis. Lipsio lib. 2. Saturnal. c. 22. denique Stephano lib. 2. Proodop. c. 9.

Ardere de spectatore in aduersarium vertitur.] ita Pal. tert. ac Col. nisi quod ii, *ardore, a spectatore*. sed enim sec. *audire, a spectatore*, &c. quart *ardere, a spectatore in aduersarium mittitur*.

Quicquid est, certe non est ira, sed quasi ira] sic quidem Mureti editio; at vero Erasmi; *Quod quidem tamen non est ira, sed*, &c. cui proxime accedunt Pal. sec. ac tert. in quibus; *Quod quidem tale non est ira, sed*. magis quart. qui, *Quod quidem talem non est ira*, &c. Col. *Quicquid est tale, non est ira*, &c.

Et sæpe nesciunt quidem cui irascantur] ita mss. Pinc. & Pal. tert ac quart. sequentia videntur suadere vt rescribamus, *cur irasc*. Erasmi editio habuit, *& sæpe nesciunt quid est cui irascantur*: quomodo etiam Pal. sec. nam Col. *nesciunt quidam cui irasc*.

CAPVT III.

Irascimur inquit] Stephanus reponit, *inquis*.

Vt scias iram non tantum ex iniuria nasci. Verum est irasci nos læsuris] sic scribendum ex mss. suis monuit Pincianus, vt videlicet hæc verba, *vt scias*, per minorem scribantur, præcedentibusque iungantur, aut ab eis saltem non separentur: alioqui verba obiicientis & ad obiectionem respondentis permixtum iri docet Stephanus lib. 2. cap. 6. Prood. nam qui obiicit, dicit; Irascimur sæpe non illis qui læserunt, sed iis qui læsuri sunt: quod tibi argumento est, iram non tantum ex iniuria nasci. huic autem respondetur, Verum est quod ais nos læsuris etiam irasci; sed ii a quibus nos læsum iri nouimus, iam nos ipsa cogitatione lædunt, & iniuriam qui facturus est, ipsa iam cogitatione facit. vulgauit Erasmus: *Vt scias iram non tantum ex iniuria nasci, verum etiam irasci nos læsuris. Sed ipsa*, &c. Pal. sec. ac Col. retinent lectionem Erasmi. de interpunctione nihil dicere possum; nam ea fere extranearum manuum. tert. præfert; *Vt scias itaq; non ex iniuriam nasci. Verum est*. quart. *vt scias iram ex iniuria nasci, verum etiam irasci*, vterque absque voce, *tantum*.

Et iniuriam qui facturus est, iam facit] ita tres Pall videtur tamen prius fuisse in tert. *iam fecit*; quomodo aperte habet Col.

Vt scias, inquit, non esse iram] Pal. tert. *inquis*. quod de coniectura auctori nostro reduuiatum volebat Stephanus lib. 2. cap. 5. Proodop.

Primum diximus, iram cupiditatem] sic Erasmus. at meis quatuor deest vox, *iram*.

Et hanc finitionem] Pal. sec. tert. *diffinitionem*.

Non magis quam luxuriam] ita Pinciani membranæ, omnesq; meæ. addiderat Erasmi editio duas voces, *quam luxuriam, vel iniuriam*.

Intemperantiores homines sunt] sic iterum ex Pinc. mss. Muretus, quibus accedunt Col. qui tamen, *intemp. hominibus sunt*. tres Pall. *intemperantiores homines sunt*, vti ediderat Erasmus.

Prouidentia, diligentia, cogitatio] ita omnia habuisse exempp. testatur Pinc. in plerisque vero non extitisse vocem *prouidentia*. Erasmi editio; *cognitio*; vti & Col. qui tamen habet illud *prouidentia*, quod & in Pal. tribus; licet iidem, *cogitatio*, quomodo etiam inuenisse se in aliquot mss. Erasmus ipse testatur.

Regium illud & principale parum subtile, parum exacte: vt vox est quidem, &c.] ita editio Mureti, retractis a fine huius capitis aliquot vocibus; probatque Stephanus lib. 2. cap. 6. Proodop. Erasmi editio *Regium enim illud & principale aliter ducunt: vt vox est*, &c. annotatque sic se restituere auctoritate Rod. Agricolæ. regium enim ac principale signare τὸ ἡγεμονικόν. editiones exoleræ; *Regimen est illud & principale aliter ducunt: vt vox*, &c. Pinciani codices quidam; *Regium autem illud & principale aliter ducunt*, &c. eius familiaris, *Regium est illud & principale aliter ductum; vt vox*, &c. quam postremam lectionem tanquā a Pinciano profectā probatamq; alibi producit vituperatq; quidā Iurisconsultus; omnino iniurie. nec minus callide ac dissimulanter reticet alteram illam scripturam librorū aliquot Pinciani; vt iactare posset, rescribendum: *Regium enim illud & principale aliter ducunt*, tanquam scilicet a se natum: quod tamē male interpretatur, id est aliter flectunt aut mouent. si enim regium est ac principale, ducere debebat, non duci. sed venio ad meos. Pal. sec. legit; *Regium est illud & principale aliter ductum; vt vox*, &c. Col. *Regimen illud & principale aliter ductum, vt vox*, &c. tert. *Regimen est illud quod principale aliter dictum, vt vox*, &c. quart. *Regum est illud & principale aliter dictum*. sic illi. ex quibus nihil eruo, quam voces illas turbatrices, *& principale aliter ducunt*. videri e glossā natas; quæ innuere volebat, Senecam alibi τὸ ἡγεμονικόν, quod hic regium vocat, expressisse nomine *principalis*; eo sane vtitur initio Epist 92. *propter ipsum principale nobisq; datas*, &c. verum quam magis rem considero, tam minus ausim pronunciare aliquid hic delendum. hoc tantum dico; non placere mihi audaciorem illam verborum transpositionem Mureti; cum contra cant & mss. mei quatuor, & sexdecim fere quos excussit Pincianus.

Perturbata & inefficax) inepta lectio nec vllius nixa auctoritate. addit enim a principio coniunctionem &, editio Erasmi, restatq; in Pall. tribus, *& perturbata & verborum inefficax*. vnde non temere suspicer emendandum; *sed perturbata, & verborum inefficax*; quomodo plane repræsentat calamo exaratus liber Coloniensis.

Sed deuincta, nec in motus varios soluta) ita etiam Pal. sec. ac tert. at quart. *sed indeuicta nec*, &c. Col. *sed deuicta*,

nec

nes in modos varios soluta. quod iure placet. porro hæc verba finem faciunt capitis editioni Romanæ, orditurque nonum ab istis: *Caput ergo visus, &c.* at inter illa ponuntur ab Erasmo, ab mss. meis Pincianique *ista ipsum principale, parum subtile, parum exactum. Caput ergo, &c.*

Capvt IV.

Caput ergo visus speciesq; rerum) ita Erasmus, ita Pal. tert. ac Col. neque aliter codd. Pinciani; nisi quod eius aliquot videntur habuisse, *Caput ergo visus, &c.* quomodo restat in Pal. sec. at ipse scribendum putauit: *Caput eorum visus species rerum.* fuit primum in Pal. quart. *Caput ergo visusq; species rerum,* sed mutauit id extera manus in; *visus speciesq; rerum.*

Metus autem sollicitudinesq;) ita & Col. at Pall. tres, *motus autem.*

Mutantur in contrarium) præponamus coniunctionem hoc modo, *& mutantur,* cum Erasmo & membranis meis quattuor.

Decursúq; vesano) ita Erasmus & Pal. sec. alii tres, nec non Pinciani omnes, *discursuq;* quod malim.

Quid esset ira satis explicitum est) Pal. sec. nouum caput ab istis incipit verbis, qui tamen præfert, vt & Pal. reliqui, *explicitum est.*

Iracundus potest aliquando iratus non esse) sic quidem editio Romana: at Erasmi, at mei duo bene; *Iracundus non potest aliquando iratus non esse.* Pal. quart. *iratus non potest esse iracundus: iratus non potest aliquando iratus non esse.* Col. *Iracundus vero potest aliquando iratus non esse.*

Quæ intra clamorem considant) Erasmi editio & Pal. tres, *concidant.* Col *desident.* fuisse etiam in nonnullis, *considerantur,* testatur Pal. tert. quid, vt & *concidant,* in contextum recepit.

Quædam (sana manu) ita ex ms. Siculo Muretus. laudo. nam & sic Pal. tert. ac Col. Erasmi editio; *Quædam sede manent.* Pal sec. *sana manu.* quart. *sine metu.*

Maledictorumq; amaritudinem effusa) ita Pinc. scripti & mei. edidit Erasmus; *dictorumq; amaritud.*

Et auersatione) mss. mei omnes *aduersationes.*

An in illum aliud animal sic quoque mei tres. at Pal. tert. *an in illum alium,* sine voce *animal.*

Capvt V.

Homine quid aliorum amantius?) ita Pinciani codd. sed alio ordine, *Quid homine aliorum amantius?* Erasmi editio, *Homine quid amantius?* sine voce *aliorum*; quomodo etiam habet Pal. sec. ac Col. nam tert. *Homine aliorum amantius.* quart. *Homo hominum amantissimus.*

Homo in adiutorium mutuum) audiui qui vocem *adiutorium,* tanquam non satis Latinam reprehenderent: verum illi sciant, non Senecam tantum, sed etiam Val. Maximum, nec non Quintilianum & Columellam ea vsos esse: quin etiam ex Asinio Pollione a Suetonio in libello De claris Grammaticis locum afferri, in quo ea vtitur. sed ideo fortasse quod legerunt, *Adiutorium meum in nomine Domini;* & quod hoc ipsum vocabulum nostris aliquando intermiscemus in sermone familiari, veluti cum dicimus, *I'ay trouue vn petit adiutorium;* ideo vix Latinam satis esse vocem existimant. aliquot quidem certe Senecæ loci hanc vocem habent; ex quibus est & cap. 9. huius libri: *Ideo numquam assumet ratio in adiutorium improuidos & violentos impetus.* hæc Stephanus lib. 2 cap. tt. Proodop.

Hic congregari vult) ita Pinciani libri, vt etiam Pal. sec. quart. Col. nam tert. *Homo congregari.* Erasmus, *Ille congregari.*

Ille discedere) sic & mei omnes, nisi quod Pal. tert. addat, *alios dispergi.*

Ira in periculum, dummodo secum deducat alium, parata descendere) ita editio Erasmi. at mei quatuor; *ita in periculum dummodo deducat, descendere.* quam scripturam non ausim excludere. facile enim repetamus illud *parata.* & cum deducit, certe sola non est, sed alium aliosve secum habeat necesse est.

Et commendatissimo) sic & Erasmi editio. sed enim cum meæ membranæ omnes, nec non aliquot Pinciani præferant *emendatissimo,* neque dubitauerim admittere.

Beneficiis enim humana vita constat) Pinciani codd. *consistit,* vt etiam Pal. quart. restat tamen prius in tert. at sec. *Beneficiis autem humana vita constat,* quomodo excudit Erasmus. Col. *Beneficius humana vita constat,* sine adnerbio vllo.

In fœdus auxiliumq;) ita & margo editionis Erasmi, ipsa autem, *in fructum auxiliumq;* quod & exhibet Pal. sec. reliqui tamen tres, *in fœdus.*

Hastilia detorta) ita mei omnes, nisi quod Pal. tert. *detorta vel distorta.* ex quibus apparet solitum recipere vtramque scripturam in contextum. & vero *distorta* fere placet præ altero illo.

Exercitationibus ordinem ponere) Pal. sec. quart. Col. *ordinem imponere.* tert. *ordine imponere.*

Proximum est, vt modus proficiat) ita & Pal. quart. ac Col. sed eorum sec. *vt medicus proficiat.* tert. *vt mons proficiat.* ego non video quid verba hæc quinque hic agant.

Nec vlla dura videtur) notat Erasmi margo alias etiam legi *nec illi.*

Vt facienda suadeat) Pal. tert. *vt facienda sudeat vel suadeat.*

Ad tristiorem orationem) ita mei omnes. at putat Pincianus castigatius esse quod habet eius scriptus vnus; *ad strictiorem orationem.* & sane quantuis pretii verbum istud, haud tamen temere alteri prætulerim; quod & hic vnice conuenit.

Lenes & reuocabiles decurrat) ita & mei Pall. tres. Col. *lenes reuocabiles decurrat.*

Nisi quem perire etiam) ita & ora editionis Erasmi, item Pal. sec. ac Col. ipsius contextus, *nisi quemquam.* tert. ac quart. *nisi quam perire.*

Capvt VI.

Non potuerunt largeri) ita & Pal. sec. ac Col. nam quart. *potuerant.* tert. *non potuerant, alias possunt.*

Hic damnatum cum dedecore & traductione vita exigit) ita editio Romana secuta notas Erasmi, sic iubentis legere. nam contextus eius, *damnato;* & mox, *vitam exigit.* Pall. tert. *Hic damnatus cum dedecore & traductione vitam exigit.* scripserim; *Hic damnatus cum dedecore & traductione vitam exigit;* vti repræsentat ms. Col.

Quia delectetur vllius pœna) ita Pinciani manuscripti, nec non mei omnes, nisi quod Pal. tert. *vllus.* Erasmus vulgarat *illius.*

Et qui viui noluerunt prodesse) ita quidem Muretus, & quidem argute. sed enim & Erasmi editio & chirographi mei omnes; *& qui ubeni noluerunt,* quæ lectio, etiam sensum suum habet; vt velit eum qui nulli viuus vtilis fuit, iam mortuum toti prodesse reipublicæ. sed, ne quid mentiar, est hoc coactum nimis.

Quid enim prohibet alienis vti, ex parte) sic & Erasmus, Pal. quart. ac Col. verum sec. *quid enim nocet alienis vti illa ex parte.* tert. *quid enim prodest alien. &c.*

Ob hoc nec ira) Pal. tert, *ob hoc nec ira quidem.* Col. *ob hoc ergo nec ira* alii duo stant a scriptura publicata.

Si vir bonus non gaudet) omisit hic editio Mureti vocem valde, meo animo, necessariam; *Si vir bonus pœna non gaudet;* habentque eam & Erasmi codd. & mei tres; tantum desideratur in Pal. tert.

Non gaudebit nec eo quidem affectu) ita ex Pinciani libris Muretus, neque secus mei quatuor. Erasmi editio; *nec in eo quidem aff.*

Nunquid quamuis non sit naturalis ira, assumenda est) ita Erasmus & Pal. sec. tert. Col. at enim quarto absunt priores voces quinque. habetque tantum; *Assumenda est, &c.* odoror & hic etiam defectum aliquem subsituunt enim pleraque Pinciani exempp. *Quid? quamuis non sit, &c.* quod tamen præ altero placet.

Nisi hinc subdita flamma est) aliquot mei adeo dubiis scribunt literis, vt æque noterit *hunc* atque *hinc.* locus nec iste mihi sanus, aut integer.

Et hic stimulus peragitauit) ita Pal. tert. ac quart. at Erasmus aliique mei duo; *& hinc stimulus.*

Capvt VII.

In possessione posuerunt) Pal. tert. *in possessionem pos.* probo;

cum & videam probari Torrentio comment. in Suetonii Augustum cap. 131 vbi ipse ille Imperator cuidam sepultu- ram precanti, respondisse dicitur; *Iam istam in volucrum potestatem fore.* Cicero pro lege Manilia. *Cum vestros portus in prædonum fuisse potestatem sciatis.* Terent. Andria; *in ignem posita est.*

Quam diu deducta est ab affectibus) ita Erasmus & Col. tres Pall. *deducta.* male tamen.

Commota enim semel & concussa mens) ita ex mss. Pinciani Muretus, quod & stabiliunt membranæ Pal. quart. at alii tres, firmaot editionem Erasmi, habentq; *& excussa.*

Et seruit, a quo expellitur] Pall. tres & Erasmus legunt, *et seruit quo impellitur.* Col. *et seruit ruit impellitur.* cotusnam fide altera illa nitatur scriptura, nescio.

Vlteriora nos sua vi rapiunt] ita & Pal. tert. at enim sec. ac Col. *vlt. nos in sua rapiunt.* quart. *vlteriora nos in suam rapiunt.* nihil mutauerim de vulgato.

Et tam vitiorum natura procliuis] Erasmi editio; *etiam vitiorum natura procliuis.* at Pall. tres. *& vitiorum natura procliuis.* Col. *& vitiorum natura procliuis.*

CAPVT VIII.

Primum irritamentum iræ protinus spernere] ita & Erasmi, & mei quatuor, nec non Pinciani codd. qui tamen legere mallet, *protinus aspernari*, vt in secundo libro, *ad quosdam tactus aspernatio.* nihil mutauerim. notio enim vocis *spernere* latior quam vulgus autumat.

Ipsisq; repugnare sensibus] ita & alias legi notat margo editionis Erasmianæ; ipsa vero, *ipsisq; repugn. sensibus.* alterum illud iuentut mei quatuor.

In primis, inquam, finibus hostis arcendus est] ita & Col. at editio Erasmi; *In confinibus hostis arcendus est*; quomodo etiam retinet Pal. sec. ac quart. nam tert. *In nostris finibus hostis arcendus est.* retinuerim lectionem mediam.

Sed in affectum ipse mutatur] ita Muretus ex vno exemplari Pinciani; cui prope accedit Pal. tert qui, *sed in aff. ipse irritatur*, etiam quart *sed in affectum ipse mutatur.* alii duo totidem literis primum illud exprimunt. edidit Erasmus, *sed etiam affectum ipsum imitatur.*

Proditam iam infirmatamq;; ita & mei tres & ora editionis Erasmianæ, in qua tamen, vt & Pal. quart. *perditam.*

Deductaq; habenæ) ita & mei tres, solum *deductaq;* Pal. sec.

Affectus qui in prius, ratio, quæ in melius animi mutatio est) ita Muretus ex coniectura Erasmi. eius namque editio. *affectus & ratio, peiusq; in melius mutatio animi est.* Pincianus vero induxit, legendum cum omni lectione scripta; *affectus & ratio in melius peiusq; mutatio animi est.* est in Pal. sec. *sed affectus & ratio in melius peiusq; mutatio animi est.* neque secus Col Pal. sec tert. nisi quod illi, *animi mutatio est* quod amplector. teticulæ editiones *sed affectus & ratio, peiusq; in melius animi mutatio est.* Rod. Agricola tollebat vocem *sed*, legebatque deinde, *quæ in melius mutatio est.* Erasmus putat illud *sed*, fuisse *scilicet*, additumque ab explanatore.

Verum ergo ita, nihil vt faciant) sic & meorum tres, nisi quod Col. *ira*, non *ita.* at Pal. tert. *verum ergo iratum faciant.*

Aduocabatis) mei tres; *aduocabitis.* Pal. tert. *aduocatis.*

CAPVT IX.

Aut metus, aut cupiditas) scribe cum omnibus meis, *& aut metus, &c.*

Aut cupiditas aliquid imperauit) spuria lectio. repono suasu meatum membranarum quatuor, & tantum non postulante sententia; *aliquid impetrauit.* quod quanto elegantius sit, nemo non videt, qui videt.

Non rationis tunc beneficio] ita Pinciani codd. & Pal. tert. ac Col. Erasmus vero, aliique duo destituuntur particula, *tunc.*

Quoties impetu opus est) sic Pinciani mss. & mei tres. Pal. sec. *Quoties impetu est locus.* Erasmus, *Quotiens impetui est locus.*

Miles qui signum receptus datum negligit] ita & Erasmos, at Pal. tert. quart. Col. non agnoscunt dictionem *datum.* scribit quartus; *qui signum receptum negligit*, quod germanum arbitror Senecæ.

Si non patitur) ita mei etiam omnes. respiciuntque hæc ad superiora, *Si modum adhiberi patitur* male itaque Erasmus legendum arbitratur; *Si non paret, hoc est obtemperat.*

Nisi pares illis similesq; opposuerit) non aliter etiam Pal. quart. ac Col. at tert. *nisi pares vel similes apposuerit.* sec. *nisi pares illis similesq; apposuerit.*

CAPVT X.

Industrius nisi cupit) ita & Pal. sec. *nisi cupiat* tert. *industrius vite cupit* quart. *industr. non cupit* Col.

In clientelam vitiorum) ita & mei omnes, & margo membranarum Col quarum contextus, *in clientulam.*

Par vtrumq; est, vbi esse alterum) sic & mei tres, at Pal. quart. *Par vtrumq; est, nisi esse alterum.*

Ira, inquit, vtilis affectus est si modicus est) hæc verba ita extant in Pinciani scriptis & Pal. tert at eorum nullum vestigium in quart. habetque Erasmi & alii mei duos *Ita, inquit.*

Sed si patiens imperii rationisq; est hoc, &c.) sic quidem Erasmus; sed minus vere. si fides manuscriptis & argumentationi Senecæ. nam Pal. sec *sed si impatiens imperii rationisq;, hoc*; neque aliter Col. nisi quod & ei adsit verbum *est.* tert *sed impatiens imperii rationis eius est, hoc, &c.* quart. *sed si impatiens imperii rationis est, hoc, &c.* quam postremam lectionem amplector tanquam auctoris meræ germanam. quippe iram non pati imperium rationis vbique oggerit noster.

CAPVT XI.

Ergo mediens) non debebat sane ab his verbis nouum quis incipere caput. præcedentibus enim seruiunt loco conclusionis. sed omnes illi libri de Ira hoc singulare præ ceteris habent, vt capitum distinctione admodum sint inordinata. quod semel dixisse sufficiat.

Cum idem perficiat ratio?) Pal. tert. & Col. *proficiat.*

An qui venientes excipit & fugientes persequitur?) Pal. tert. ac quart. *an qui effugientes persequitur, venientes excipit.* neque aliter sec. nisi quod is alio ordine. *an qui euenientes excipit & effugientes persequitur.* Col. *atqui euenientes accipit, effugientes persequitur.* forte: *atqui & venientes excipit & fugientes persequitur.*

Omnia illa sine ira facit ratio) ita Erasmus. at mei tres præponunt particulam, *Et omnia illa, &c.* quart. *Et omnia illa facit ratio.* quæ lectio mihi proba.

Teutonorumq; tot millia) ita vnum exemplar Pinciani, cui accedit Pal. tert. & Col. Erasmus, *Theutonicorumq; tot*; vt & quart. nam sec. *Theothemcorum.*

Erat illis ira pro virtute) malim cum Pal. tert. ac quart. *erat illis pro virtute ira.*

Quæ vt aliquando perculit sternitq; obuia; ita Moretus, cum Erasmo, nisi quod postrema vox a Pinciani libris, in quibus, vt & Col. *quæ vt aliquando propulit sternitq; obuia.* Erasmus, *sternitq; omnia* quomodo & Pal. sec. ac tert. ac quart. præterit, *pertulit sternitq; obuia.*

Quid ad incursum acrius?; ita & Pal. quart. & Col. verum sec. *quid incursu acrius?* tert. *quid ad incursum eorum acrius?*

Quorum vnica illis cura est) sic & Col. alii tres & Erasmus, *vna*, & malim.

Non suffugia aduersus perpetuum coeli rigorem) ita Mureti editio, sed ex mera coniectura Pinciani, cum & libri eius scripti & Erasmi præferrent, *non suffragia.* & vero sic quoque mei quatuor, neque displicet. rationes alibi reddo: nunc addo tantum illud, *perpetuum* etiam repræsentasse oram editionis Erasmi; in ipsa quippe; *aduersus perpetem.* quod forte reponendum erat in Pal. sec qui, *aduersus perpetua.* alii tamen duo *perpetuum.* at quart. vocem illam nullus agnoscit. scias scriptum a Germano, qui perpetuo damnari rigore patriam suam nolebat, cum ipse tale nihil sentiret.

Et Asia Syriaq;) ita & mei tres. Pal quart. *Syrique.*

Necesse erit nobis certe) melius instruit Pal. tert. quart. Col. *necesse erit certe nobis.*

Mores Romanos repetere) acute, tanquam iam tunc *mores virtutesq; Romani funditus periissent.* Pal. tert. *mores humanos*; Col. *mores romanos.* quart. *mores Romanos expetere.*

Fabius

Fabius affectas imperii vires recreauit] ita corrigendum annuit ex veteri lectione Pincianus, cum publicasset Erasmus; *Fabius affectus imp.* Pal. sec. *effectas imp.* tert. ac quart. *affectans imp.* Col. *affectus imperii recreauit, sine vires.* omnes male illo enim *affectas* nihil elegantius.

Morari sciunt) sic solum Pal. sec. alii tres, *sciit.* vt liqueat scriptam fuisse literam tertiam maiuscula forma, quæ duplicem notaret, tanquam esset *sciit.*

Et vnam vtilitatem & occasionis intentus) sic Erasmus & Pal. sec. ac quart. nam tert. *& occasionis int.* Col. *& occasiones int.*

Quam dum circumuallat & includit hostem) non haberi verbum *quam*, in membraneis Pinciani codicibus ipsius loquuntur castigationes. & vero exulat etiam Pal. tert. quart. Col. extat tamen in Pal. sec. mihi hæc omnia non satis sana videntur. non habeo tamen quomodo medear.

Capvt XII.

Quæ se diu multumq; circumspexit & rexit] ita & Pal. quart & Col. sed malim ego quod est in Pal. sec. ac tert. nec non Erasmi editionis margine, *& texit.*

Quid ergo? vir bonus non irascetur inquit] vulgata lectio *irascetur*, vt & Col. meus, nisi quod destituatur voce *inquit.* at collocant & Pinciani codd. & Pall. tres, *Quid ergo? inquit; Vir bonus non irascitur.* neque displicet.

Quid ergo cum viderit] Stephanus lib. 2. cap. 4. Prood. distinguendum putat; *Quid ergo? cum viderit, &c.* vt aliquo interuallo separetur a sequentibus; & sic etiam fuit in editione Erasmi.

Exequar quæ oportet] ita & Erasmus & Pal. quart. ac Col. *exequetur* sec. ac tert.

Cum hoc dicis Theophraste] cum nõ præcesserit Theophrasti nomen, nec quicquam quod ei notandi, non temere suspicent aliquam multa hoc capite desiderari.

Quia vnusquisq; &c.] sic etiam Erasmus & mss. mei. at ego punctũ collocauerim ante has voces, distinxerimque porro; *Quia vnusquisq; in eiusmodi suorum casu irascitur, putas indicaturos homines id, &c.*

Nec linquetur animo) ita corrigi voluit ex scriptis suis Pincianus. Pal. quart. *nõ deflet nec linquitur animo.* Erasmi, nec non alii mei tres, *nec liquetur animo.* quod & posses ferre, nisi alterum propositæ rei faceret magis. nam Mercatore sc. Ex summis opious, sic loquitur Plautus:

-- *edepol cor miserum meum*

Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem. illud *linquetur* venit etiam in mentem Gothofredo.

Si calida non bene præbeatur] mei tres *præbetur*; & placet, vt etiam *calda*, quod exhibet Col. at Pal. quart, *præbentur.* quod forsan factum quia *calida* putaret pluralis, vt loquimur, numeri. sed non est. subintelligitur enim *aqua.* quæ Romanis veteribus ad potum. Iuuenalis,

Quando vocatus adest calidæ gelidæq; minister. Paulus I.C. l. 18. ff. de instr. & inst. leg. *Nec multum refert inter cacabos & ahenum, quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur.* Varro lib. 4. Ling. Lat. *Calix a caldo. quod in eo calida puls apponebatur, & calidam eo bibebant.* Ammianus lib. 28: *Ita autem pauci inter eos seueri vindices delictorum, vt si aquam calidam tardius attulerit seruus, trecentis adfligi verberibus iubeatur, &c.* etiam apud Græcos idem mos; præceptumque apud Athenæum est lib. 2. cap. 2: ἀγαπήσεις ὕδωρ, ὃ μὲν χλιαρὸν ἢ ὑπερθερμόν ... Apud eundem lib. 3. cap. 3 quæritur, *vtrum aqua calida an frigida post ficus bibenda sit*: & vtrinque dat causas. vide & lib. 3. cap. 21. item nostrum lib. 2. de Ira cap. 25. vbi & nomina cum a quo hæc desumpsi.

Si calceus luto sparsus est] ita & mei tres. Pinciani mss. & Pal meus tert. *adspersus est.*

Qui tam parentibus amissis flebunt quam liberis] I.C. quis ad hæc notat; Tu lege & muta sic; *Qui tam nucibus amissis flebunt quam parentibus.* at tu ei nullus auscultaueris nisi Senecæ compositioni vim inferre velis. iam enim tibi, vt puto, familiaris est peruersus iste verborum ordo; quem etiam confirmant Pall. mei tres, item Col. nisi quod ille, *quam nutricibus*, acute profecto, sed non vere.

Non impulsum & rabidum) Erasmi editio, nec non Pal. sec. quart. Col. *& rapidum.* tert. *ac rabidum.*

Prærapida & amens) Erasmus, *prærabidus & amens*, vti etiam Pal. tert. scripserim cum quart. ac Col *prærapidus & amens*; nam respicit pendetque ab voce, *affectus.* Pal. sec. *post rapidus & amens.* Pinciani tamen scripti, *prærabida & amens.*

Vt omnis fere cupiditas] sic ex Pinc. mss. Mureti editio, quibus etiam patrocinantur mei tres. Pal. tamen quartus accedit Erasmo, habetque, *& omnis, &c.*

In id in quod properat] ita quidem Erasmus, at mei quatuor, *in id in quo properat.*

Martem esse communem] sic etiam Pinciani codices, quibus adstipulatur Col & Pal. quart. qui sic alias legi supernotarat voci *mortem*, quam exhibet Erasmi editio, meique reliqui.

Quia aliquando aliquid boni effecerunt] sic quoque Pal. sec. at dictio *boni* tribus aliis abest, habentq; duo Pall. *quia aliquando aliquid effecerunt.* Col. vero, *quia aliquando aliquid efferunt effecerunt.*

Ex inopinato profuit] sic Erasmus & Col. at Pall. tres, *ex opinato prof.*

Non ideo salutaris omnino iudicanda est] tribus meis non adest vocula, *omnino*, habetque eam solum Pal. sec. qui tamen legit; *non omnino salutaris iudic.* sine verbo *ideo.* itaque aduerbium illud *omnino*, eiecerim.

Capvt XIII.

Quia pugnaciores facit] ita Erasmus. mei tamen quatuor *pugnatores.*

Quia sæpe validiorem furor reddit] mei tres; *validiores.* Pal. tert. *quia sæpe validiores vires furor reddit.* euocauerim lectionem mediam.

Metus ex pauido fecit audacem] ita Erasmus. tres mei, *metus ex contrario fec. aud.* Pal. quart. *e contrario, &c.* alterutram scripturam prætulerim vulgatæ.

Excitauit in prælium] sic & mei tres. Pal. autem tert. *excitauit, alius incitauit ad prælium.*

Sed segnem aliquando animum] ita Erasmus & Col. at Pal. sec. *sed segnem alioqui animum.* quod certe altero illo melius. tert. *sed segnem animum*, absque aduerbio *illo*, quod nec in quart. qui tamen, *sed segnem animi* quæ lectio mihi valde proba.

Ira non in adiutorium] sic etiam solus Pal. quart. at malim ego cum aliis tribus: *ira non in adiut.* vt sint vice conclusionis, pendeantque a præcedentibus.

Capvt XIV.

Non potest, inquit Theophrastus, fieri] nescio quid sibi velit, quod mei tres alio ordine; *Non potest inquit fieri Theophrastus*; quartus quoque; *Non potest, inquit, fieri Theophrastus.* an suspicari licet abiiciendum *Theophrastus*, retinendumque, *inquit?*

Vt non bonus vir irascatur] ita editio Mureti. at Erasmi, at mei omnes, *vt bonus vir nõ irascatur*, quod reduxerim.

Vide ne contra placidior] Pal. tert. non habet particulam, *ne.*

Peccantes vero quid habet cur oderit] sic Erasmus. at Pal. quart. præponit; *Sic peccantes*; quæ dictio tamen in nullo alio. nam sec. *peccatis. non quidem habet cur oderit.* tert. *peccantis vero quid habet cum oderit.* Col. *peccantes vero quid habent quo oderint.*

Non est autem prudentis] Pal. tert. ac quart. *Non est tamen prud.*

Nemo, inquam, inuenitur] ita Erasmus & Pal. sec. alii tres, *inuenietur.*

Mitem & pacatum animum] sic quidem Muretus. at Erasmus, *& paternum animum*, quomodo & præfert Col. *mitem & patrium animum*, Pall. tres, quod non displicet.

Errantes per agros ignorantia viæ] ita fere ex Pinc. scriptis Mureti editio; Erasmi enim; *Errantes per agros ignorantes viæ.* Col. *Errantem per agros ignorantia viæ.* Pal. sec. *Errantem per agros ignorantem viæ, melius.* tert. *Errantes per agros ignorantia melius.* quart. *Errantes per agros ignorantia viæ.* quomodo & Pinciani membranæ.

Corrigendus est itaq; qui peccat] vox *itaq;* abest Erasmo

Pal. sec. ac quart. quorum vltimus iste eius habet loco; *corrigendus enim est qui pecc.* at tert. inuertit; *corrigendus est qui itaq; peccat.* Col. *corrigendus itaq; est, &c.*

Et admonitione & vi) sic quoque Col. & Pal. sec. alii duo, *& vi & admonitione.*

CAPVT XV.

Nihilq; in illis spei bonæ capax est] omisit duas voces editio Romana. Erasmi quippe; *nihil in illis lene aut spei bonæ cap. est.* cui accedunt mei tres. nec abit Pal. tertius, nisi quod is *lene*, quod fere probauerim. prodit Erasmus alias legi *leats.* id si admittimus, dicemus metaphoram esse ab arboribus, quæ nondum induratæ ac retorridæ, facile huc atque illud flectuntur, certe corriguntur.

Tunc eum abscindat] Pall. tres, *abscidit.* Col. *tunc odit eum abscondit.*

Rabidos effligimus canes] Pal. tert ac quart. *effugimus* alii duo, *affligimus.*

Boues cædimus) ita & Pal. sec. ac quart. at Pinciani codd. aliique mei, *bouem occidimus.*

Ne gregem polluant ferrum demittimus) sic quoque Erasmus. chirographi mei tres *dimittimus.* at Pal. tert. & vnus Pinciani liber, *ferrum apponimus*

Portentosos fœtus extinguimus. liberos quoq;, si debiles monstrosiq; editi sunt, mergimus) sic etiam Col nisi quod legat, *Portentuosos.* item *monstruosos.* Pinciani codex Franciscanus: *Portentuosos fœtus extinguimus; liberos quoq;, si debiles monstrosiq; editi sunt, abigimus.* alia eius exemplaria omnia habebant, vti est in Erasmo, *Portentuosos fœtus extrahimus,* reliquis omnibus neglectis, quæ nec in Pal. sec. aut quart. qui tamen legit; *Portentuosos fœtus non ira,* sine voce, *extrahimus.* at tert. *Portentosos fœtus extinguimus, liberos quoq;, si debiles monstruosiq; editi sunt, non ira sed.* vt quouis ausim contendere pignore spuria esse, certe falsa sunt. legerim itaque, *Portentuosos fœtus extinguimus. Non ira, &c.*

Illo tempore se admonuit) ita Pinc. libri, nec non Pal. tert. quart. Col. at Erasmus & Pal. sec. *in illo temp.*

Cuius erit temperatus affectus) sic Erasmus. at mei omnes *tam temperatus*, voce immissa.

Ad correctionem errantium) ita Mureti editio. Erasmi, *coertionem.* Pinciani aliquot codd. *correctionem,* quomodo & Pal. quart. nam reliqui, *cohercionem.*

Non oportet peccata corrigere, peccantem) ita & Erasmus.

CAPVT XVI.

Non irascar latroni? non irascar venefico) omisit hic iterum duas dictiones editio Mureti: Erasmi namque, *latroni? quid ergo? non irascar venefico?* vti etiam mei tres Pall. neque abit Col. quam quod vtrobique exhibeat, *irascetur.* quin & tradit Pincianus codicem Franciscanum insuper habuisse; *non ir. latroni? non. Quid ergo? non irascar venefico.*

Obiurgatio te primum) Pal. tert. *Obiurgatione primum.*

Deinde publica emendare tentabit) ita Pinc. mss neque secus Pal. sec. ac Col. Erasmi editio, *publicata,* quod & in Pal. quart. at tert. *deinde publica emendare tentabit.*

Ignominia non continebitur Erasmi & meis scriptis omnibus & Pinciani, abest *non.* quod tamē deesse existimauit Hispanus iste, quē sequitur more suo Muretus, omnino contra Senecæ mentem, qui quinque suppliciorum gradus enumerat; & ignominia castigandos putat publica verborum nota inemendabiles. vide me lib. 9. cap. 12. Suspic.

Tibi fortius aliquid) sic quoque Pal. tert. quart Col. editio vero Erasmi, vt & Pal. secundus, *cum tibi fortius,* quæ vox causam præbuit Pinciano putandi aliquid desiderari.

Iam solida nequitia desiderat) ita & mei quatuor. quidam codd. Pinc. *iam solita nequitia* vnde forte legendum credidit, *iam insolita neq.* ego nihil mutauerim. nam illud *solida* verbum est cuiuslibet efficaciæ.

Et carcer adhibebitur) sic Erasmus. & laudo, mei tamen quatuor, *adhibetur*

Tibi insanabilis animus est) sic ex membranis Pinciani Muretus, at meis, nec non Erasmi, exulat vox vltima.

Et sceleribus scelera contexens) ita etiam Pal. sec. et quart at vero tert. *scelerum scelera cognoscens.* Col. *& sceleris scelera contexens.*

Perbibisti nequitiam) Pal. sec. ac tert *perbibuisti neq.*

Bene de te merebimur) Pal tert. *Vnum de te mer.* quod ortum putauerim a compendiaria scribendi ratione.

Et per tua alienaq; voluptate supplicia, id quod vnum bonum tibi superest) sic Muretus. Erasmi editio, *& perpetua alienaq; a voluptate supplicia. Id quod vnum bonum, &c.* quomodo etiam Pal. sec. nisi quod ei desit interpunctio illa media. iubet Pincianus corrigamus cum mss. *& per tuam alienamq; voluptatem supplicium id quod vnum bonum tibi superest.* Pal tert. *& per tuam alienamq; voluptatem supplicia. id quod, &c.* quart. *& per tua alienaq; voluntate supplicia, id quod, &c.* Col. *& per tua alienaque voluptate supplicia Id quod.* vix est, vt tantum non reponi debeat, *& per tua alienaque voluntate supplicia, id quod vnum, &c.*

Quare irascar cui cum maxime prosum?) ita etiam Pal. tert. & Col. at enim sec. *cui maxime cum prosim intersint* quart. *quare irascar cum maxime cum prosim?*

Interim optimum misericordia genus est, occidere) ita & mei quinque. quidam tamen mihi amicus legendum putat *Interdum,* aut certe *Interim* interpretandum atque si idem notaret quod illud alterum: certe *interdum* aliquoties ponitur pro *interim* apud Apuleium; vt obseruauit in notis suis Coluius initio lib. 3. Milesiarum fabellarum.

Si intrassem valetudinarium) huius loci mentio etiam apud auctorem de claris Oratoribus, item Columellam lib. 11 cap. 1. 16 & lib. 12. cap. 3. 7. & sciendum Romæ ægrotos decumbere solitos in insula Tiberina, vbi ædes erant Æsculapii; item in alio quodam loco in id extructo, vt qui ad ludos Circenses veniebant, si forte fortuna ægrotassent, haberent vbi commode curari possent, sed nec Romæ tantum detenti in templis ægroti: quod locupletissime testatus est Strabo in 8. Geogr. lib. vbi memorat in Epidauro, Coa insula, & Trica, Æsculapii fuisse ædes, in quibus magna ægrotorum copia nutriebatur, tabellæque cum curationum inscriptionibus pendebant. An vero idem, vel quid simile fuerit *valetudinarium,* certe affirmare non audeo. Puto autem fuisse peculiarem locum in vnaquaque priuata domo, vbi serui tantum infirmi curabantur & detinebantur, eo pacto quo hodie in Monachorum cœnobiis simili muneri peculiaris locus dicatus conspicitur. hæc fere Mercurialis lib. 1. cap. 13. Variar. lect. quem vide ibidem.

Et sciens, non idem, &c) omisit aliquot voces editio Mureti. Erasmi quippe. *& sciens vt domum dimitti, non idem, &c.* Pal. sec. ac Col. *aut domos dimitte.* tert. *aut domus dimittis.* quart. *& sciens, aut domum dimittis.* quod placet. ratio est lib. 9. cap. 12. Suspic.

Peruersa induenda magistratui vestis) Magistratus Romani non modo in luctu plebeiam vestem assumebant, verum etiam cum reum quempiam capitali supplicio damnaturi essent (tanquam eius vicem quodammodo lugerent) prætextam ponebant, peruersam vestem induebant. quod præter istum Senecæ locum, etiam probat ille Val Maximi lib. 9. cap. 12. *C. Licinius Macer vir Prætorius Calui pater, repetundarum reus, dum sententiæ dicerentur, in Mænianum conscendit. siquidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum sed reum perisse: nec sua bona hasta subiici posse. ac protinus sudario (quod forte in manibus habebat) ore & faucibus coarctatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit.* hæc mihi communicauit *P. Faber,* quem vise ad lib. 2. Semestr. cap. 10. Quod ad lectionem meorum attinet, habet Pal. tert. *peruersa induenda vel intuenda magistratus vestis.* Col. *peruersa induenda nigra cui vestis.*

Et conuocanda classico concio) cum ciui rei capitalis dies dicta esset, iamque instaret supplicii hora, *classicum* Roma in celeberrimis vrbis locis canebat nam cum omnis pœna (vt Quintilianus loquitur Declamat. 274.) non tam ad delictum quam ad exemplum pertineat, aut certe cum pleræque pœnæ olim ad exemplum infligerentur, ideo ad sup-

ad supplicii spectaculum olim per cornicinem tubicinemve aduocabatur populus. Plutarchus in Gracchis *καίτοι πάτριόν ἐστιν ὑμῖν, ὅπως ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούῃ, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τοὺς δικαστάς.* In commentario Marii Sergii apud Varronem lib. V. de LL. *Quo die comitia erunt, in arce classicum canat, circumque muros, & ante priuati huiusce T. Quinctii Trogi scelerosi hominis hosticum canat, & vt in campo cum primo luci adsiet.* Tacitus lib. 2. Annal: *In P. Martium consules extra portam Esquilinam cum classicum canere iussissent, more prisco aduerterunt.* Nec Romæ solum & inter ciues seruatos illemus, sed etiam in castris. Vegetius lib 2. cap. 22: *Classicum appellatur, quod bucinatores per cornu dicunt. hoc insigne videtur imperii, quia classicum canitur Imperatore præsente, vel cum in militem capitaliter animaduertitur, quia hoc ex Imperatoris legibus fieri necesse est.* Capito apud Senecã patrem lib. 9. Controu. 2 de Flaminio, qui inter cœnam noxium puniverat: *fit a præcone silentium: adhibentur deinde legitima verba: canitur ab altera parte classicum.* Ibidem Gallius Seuerus: *si tribunal conscenderit cenatoria veste: si cum classicum canere deberet, symphoniam canere iusserit.* Exempla hæc accepta fero P. Fabio lib. 2. cap. 6, Semestr. Torrentii comment. in Suetonii Vitell. cap. 11. Lipsii Comment. ad 2. lib. Annal. Taciti.

Procedam in tribunal] ergo Romæ quidem in triumuirorum capitalium conspectu; in prouinciis autem imminente stanteque pro tribunali præside aut proconsule, de noxiis sumebatur supplicium. Capito d. Controuer. 2: *Ascendit Prætor tribunal inspectante prouincia: noxio post terga ligantur manus, stat intento ac tristi omnium vultu, &c.* & hoc beneficii est P. Fabri, quem consule lib. 2. Semest. cap. 10.

Non furens nec infestus, sed vultu legis: & illa solennia verba, seuera magis grauiq; quam rabida voce concipiam. & agi iubebo non iratus, &c.] vox. *seuera*, vt arbitror a Mureto. certe eius loco habetur in vulgatis ab Erasmo; *lenis magis*. P. Faber lib. 2 Semest. cap. 6. ita hunc locum restituendum contendit; *sed vultu leni; & magis graui quam rabida voce illa solennia verba concipiam: & lege agi iubebo, non iratus sed seuerus.* hocque quidem modo legi in Gryphianis impressis, diserte testatur fraternæ eruditionis vnice æmulus Nicolaus Faber in Annotationibus ad libros Controuersiarum. quod verum est sed tamen sciendum, putare me istam lectionem irrepsisse in editionem illam Lugdunensem a Pinciani coniectura. sane conqueritur Hispanus ille in castigationibus suis ad hunc locum talibus verbis: Præpostere scripta verba totum sensum obnubilant. corrigendum arbitror; *sed vultu leni & magis graui quam rabida voce illa solennia verba legis concipiam & agi iubebo.* Posset etiam legi, & forte aptius, *illa solennia verba concipiam, & lege agi iubebo.* sic Pincianus, quæ deinde suo more intruserunt in contextum, ouguiendi isti correctores, qui nullo vnquam consulto manu descripto codice, iactare tamen audent, se nouam inducere Senecæ faciem. Lipsius ad lib. 2 Annal. Taciti citat; *sed vultu leni. & illa solennia verba graui magis quam rabida voce concipiam.* Si mihi post tot senatores sententiæ dicendæ locus, pronuntiarim bene se habere proletarias editt. in quibus; *sed vultu legis: & illa solennia verba leni magis grauiq; quam rabida voce concipiam; & agi iubebo, non iratus sed seuerus.* quid autem per vultum legis hic intelligat Seneca, explanatura me lib. 16. Suspic. cap. 8. interim sciamus etiam Brissonium lib. 5. de Formulis reliculam istam adducere scripturam; quam & testor extare in mss meis quatuor, nisi quod plerique habeant, *lenis magis*, non *leni*, præseratque Pal. quart. *quam rabida voce incipiam.* sed & Gotofredus noster vulgatam tuetur.

Et agi iubebo] subintellige; *lege*. sic quippe loqui mos erat supplicium de aliquo sumi iubentibus. vt satis patet ex lib. 9. Controu. 2. vbi illa verba a Declamatoribus enucleate examinantur. sed & Liuius lib. 26: *Id ita esse ratus acceptas literas neq; resolutas, cum in gremio imposuisset, præconi imperauit vt lictores lege agere iuberet.* adde Val. Maximum lib. 3. cap. 8. de Fuluio Flacco. hæc suggessit mihi & ad hunc locum facere putat Brissonius lib. 5. de formulis; neque reiicio. tantum dico fortassis etiam post legitima verba, eo momento quo erat carnificis caput præcidere aut alio modo supplicium sumere de noxiis, iterum imperare solitum carnifici præfectum iudicio, hac voce, *Age*. inducunt me illa Asinii Pollionis apud Senecam patrem lib. 2. Controuers. *Filius ceruicem porrigat: carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat Agon? quod fieri solet victimis.* nam quamuis facete ibi ludat Triarium Pollio, quod patrem vltimo demum temporis articulo exorandum fingebat, non ideo tamen minus puto imperium istud præcedere solitum; sane ita omnino lib. 9. Liuius de Papirio Cursore: *Lictorem expedire securim iussit: ad quam vocem exanimi stante Prænestino, Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus.*

Tarpeio proditorem hostemue] ita ex Pinc. scriptis omn. Muretus, neque aliter etiam mei. Erasmus *Tarpeia*. sed quid? an credemus solos proditores hostesue olim de saxo Tarpeio Romæ deiectos? id vt fere factum credam, facit locus Liuii lib. 3. decad 3: *Recepti perfugæ CCCLXX. quos cum Romam misisset consul, virgis in comitio cæsi omnes, ac de saxo deiecti.* quem habeo monstrante P. Fabr. lib. 1. cap. 18. Semestr. ex quo tamen haud piget nonnulla alia describere, quæ huc proprie faciunt: nempe fuisse olim id pœnæ genus ordinarium & legitimum, Romæ nascentis initio, & vigente Republica. Ergo non affectatæ tantummodo tyrannidis rei vt de Manlio Plutarchus in Camillo, & Mamertinus in Panegyrico Iuliani, scribit: non qui perlati falsi testimonii post accusationem conuicti essent, vt ex Aulo Gellio cap. 1. lib. 20. colligitur; sed & qui cædem admisisse dicerentur, pœnam hanc luebant, ve de saxo deiicerentur: *αὕτη γὰρ ἦν τοῖς τότε Ῥωμαίοις* (ait Dionysius Halicarnasseus lib. 8.) *ἐπιχώριος ἡ τῶν ἐπὶ θανάτῳ ἁλόντων ἡ κόλασις.* Plutarchus vero generaliter ait in Romulo, *ex saxo Tarpeio sontes deturbari solitos: καὶ τὴν πέτραν ἔτι νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ταρπηΐαν καλοῦσιν ἀφ' ἧς ἐρρίπτουν τοὺς κακούργους.* atque ita etiam ille Dionysii locus exponi potest, vt in damnatos capitalis criminis, eo vltimi supplicii genere Romani olim animaduerterint. Igitur habita Romæ post Cæsaris obitum funebri oratione ab Antonio cum ex plebe multi iam tumultuari cœpissent, *πολλοὺς τῶν θρασυτέρων οἱ ὕπατοι κατὰ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισαν*, vt Dio scribit. Ac Tiberii quoque Imperatoris temporibus incesti damnatum e saxo Tarpeio præcipitatum legimus apud Tacitum: cuius verba sunt. *Sextus Marius Hispaniarum ditissimus defertur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur.* lib. 5. Annal. Verum tamen hoc illorum temporum sæuitiæ quibus in omne genus crudelitatis Tiberius iam tum erupetat, tribuendum puto. Carnificinæ quidem eius ostendi locum auctor est Suetonius in Tiberio cap. 62 Capreis: *vnde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat, excipiente classiariorum manu, & contis atq; remis elidente cadauera, ne cui residui spiritus quicquam inesset.* Sane præcipitationis supplicium iam inde post leges Porciam & Valeriam frequentari desiit Romæ, ac paulatim obsoleuit: adeo vt non posse quem sic damnari, vt de saxo præcipitaretur, Modestinus Iurisc. responderit l. si diutino §. vlt. ff de pœnis. Itaq; *τοῖς τότε Ῥωμαίοις* dixit Dionysius, non etiam *τοῖς νῦν Ῥωμαίοις* & Plutarchus *ἐρρίπτουν* non *ῥίπτουσιν*. Beatus item Augustinus tale supplicium, vt homo præcipitetur, insolitum Romanis legibus, & potestates Romanas eo nunquam vsas fuisse, multis in locis asseuerat. lib. 2. aduersus literas Petiliani cap. 20. & lib. 3. contra Cresconium cap. 49. & in tract. 11. de cap. 3. Iohannis. vt mirum non sit, quod transfugas & proditores, hostesque publicos (quos tamen grauissimis quibusq; suppliciis dignos esse nemo negauerit) eo pœnæ genere affectos, posteriorum Impp. & Iurisc. tempore non legamus.

Quid enim? Videtur lex nasci hic; ita & Erasmus. at Pinciani membranæ, nec non meæ; *Quid tibi videtur lex &c.*

Sentiet itaq; suspiciones quasdam) sic Muretus ex vno Pinciani scripto, cui accedit Col. meus & recte. alii tres & Erasmus *suspirationes*. quod etiam defendere quis posset.

Quam hanc ab iracundia &c.) ita legendum ex vno

exemplari monuit Pincianus. Pall. tres nota pronomen illud expresserunt. Col. & Erasmus, *quam hoc ab irae.*

Ideo stat semel constitutis) sic & ora editionis Erasmi: ipsa vero, *semel constans*. male; nam & mei quatuor, *constitutus.*

Habet enim non solidum robur) ita legi voluit ex mss. Pincianus, estque adeo in omn. meis. Erasmi editio: *habet enim non solum insolidum robur.*

Sed tantum tumorem) mei quatuor, *sed vanum tumorem.* itaque rescribendum *sed vanum tumorem.*

Paludibusq. excepti) Pinciani codd. vt & mei vno ore, *concepti.* quod libens reuocauerim.

Deinde desinit ante tempus) tres mei *deficit*, quod placet. nam & Pal. quart. *defecit.*

Noua genera pœnarum versauerat) Palat. tert. ac quart. *vexauerat.*

Iam fracta leuisq. est) mei *iam ira fracta leuisq. est.* etiam Erasmus *ira iam fracta &c.*

Quia recentiori ira obiectus) vox *ira*, non comparet in mss. meis.

Et in tantum inaequalis est) ita & Pal sec. ac quart. putarat tamen Erasmus forte legendum, *& in totum inaeq.* quomodo diserte in Pal. tert. ac Colon. itaque sic deinceps scribatur.

Modo citerius debito) sic Muretus ex vno codice Pinciani. neque aliter meus Col. Erasmus tamen & Pal. tres, *modo citius.*

Ratio vtriq. parti locum dat & tempus) sic quoque Erasmus. at mei quatuor non habent vocem *locum* aut particulam *&.*

Aduocationem etiam sibi petit) ex hoc loco licet eruamus quid proprie per aduocationem intelligat; spatium scilicet illud quod nonnunquam Iudex iis dabat, qui ad caussam tuendam nondum satis parati & instructi venire poterant. atque ideo aduocatio vocabatur quod illis interim aduocare amicos liceret, quos in consilium adhiberent. hinc eleganter Consolat. ad Marciam cap. 10: *Nihil de hodierna die promittitur. Nimis magnam aduocationem dedi; nihil de hac hora.* metaphorice enim sic vocat nimis magnum temporis spatium. hæc fere Stephanus lib. 2. cap. 11. Proodop. quibus aliquanto meliora Budæus Annotat. posterior ad tit. ff. de pœnis l. Moris §. solet. Brissonius lib. 1. de verb. sign. Cuiacius Paratitlis ad lib. 2. Cod. tit. de Aduocatis diuersorum iudiciorum. ignoratione librariorum exciderat istud verbi Valerio Maximo libro 2. cap. 9: *Accedit his, quod etiam Fortuna longam praestandi huiusce muneris aduocationem illis assecuti.* sic enim primum reposuit pertinaci motus veterum exemplariorum consensu vir maximi iudicii Stephanus Pighius, cum nescio quam *vocationem* substituissent homines fungi. Pal. sec. hic legit, *aduocatorem & sibi petit.*

Ira id aequum videri vult quod iudicauit) sic Erasmus. Pal. tert. Col. *Ira id aequum videri non vult quod iud.* sec. hæc non habet, aut aliquot verba praecedentia, scribitque, *Ratio id adiudicari vult quod iudicauit. Ratio nihil praeter ipsum de quo agitur spectat.* quart. *Ira id aequum habere non vult, quod iudicauit ratio.*

Fauor popularis exasperat) sic quoque Palat. quart. alii tres *exasperant.*

Cn. Piso fuit) ita & Pal. sec. nisi quod illa *Gn.* at tert. *Et in ipso fuit.* quart. *Nam Piso fuit.* Col. *Tamen Piso fuit.*

Damnatus extra vallum ductus est) In castris Romanis cum crimen aliquod capitale aut militare flagitium esset admissum, damnati ad principia milites, per portam (quemadmodum Vegetius lib. 1. cap. 23. tradit) Decumanam deducebantur olim *extra vallum*, vt capite plecterentur. Hirtius siue Oppius lib. de bello Africano, *Abducito*, inquit, *istos nefario scelere contaminatos & cæde ciuium saginatos. sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti.* & alibi lib. de bello Hispan. *Hac re cognita insequenti nocte, vigilia tertia, tessera data, extra vallum omnes sunt concisi Mundenses duces.* Plura P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 8. quod ad lectionem spectat; habet Erasmus *vallum deductus est.* cui assentitur Pal. sec. at tert. & quart. *productus est* Col. facit pro editione Romana, *ductus est.*

Et iam ceruicem porrigebat] habitum hunc eorum qui gladio feriendi, describit Panegyristes in Theodosii laudatione: *poplitem flectere, ceruicem extendere ad plagam fortasse non vnam.* Tacitus lib. 15. Annal. *Admonitus fortiter protendere ceruicem, vtinam, ait, tu tam fortiter ferias.* quod supplicii genus tamen ignotum reip. prisc. gladii enim loco securis, etiam in militia. ideo Lucanus:

Nondum artis erat caput ense rotare.

Cæpit paulo ante Impp. in militia, vt apparet ex Hirtii comment. de bello Africo & Hispan. vbi aliquoties, militib. ceruices incisæ leguntur. hinc in milites primo atque militibus vsurpatum. Suetonius Calig. cap. 32: *Miles decollandi artifex, quibuscunq. e custodia capita amputabat.* Honestior autem pœna gladii, quam securis, ab eaque mente Antonini Caracallæ vocem capio, cum securi Papinianus occisus esset: *Gladio te exequi oportuit meum iussum.* Xenophon eleganter de Cyri exped. lib. . . carmine de cæde Menonis Thessali: μὲν δὲ τῶν ἄλλων ... στρατηγῶν παρ᾽ ὧν βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος ... οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅσπερ τάχιστος θάνατος δοκεῖ εἶναι, ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν ὡς πονηρὸς λέγεται τελευτῆς τυχεῖν. id est: *Post aliorum Praetorum cædem damnatus a rege interiit: non vt Clearchus aliiq. duces, capite a ceruicibus ablato (quod pulcerrimum mortis genus esse censetur) sed annum totum variis contumeliis cruciatibusq. affectus vt sceleratus quispiam tandem obiit.* hæc fere Lipsius ad Tacitum.

Apparuit ille qui occisus ferebatur] male vocem vnam expunxit Mureti editio. legatur cum Erasmi, meisque scriptis omnibus, *app. ille commilito qui occ.*

Tunc centurio supplicio præfectus] ex hoc loco notabimus per *centuriones* plerumque exigi solita sub Impp. supplicia. nam de iis iterum noster lib. 1. cap. 20. de ira . . lib. de tranquill. vitæ cap. 14. etiam Suetonius Octauii cap. 27. Lamprid. in Elagabalo. adi Fabrum libro 2. capite 9. Semestr.

Condere gladium speculatorem iubet] meminit iterum lib. 3. de benef. cap. 25. Turnebus lib. 27. cap. 20. Aduers. *speculatorem* ac *speculatorem* multum inter se differre scribit. non recte: nam & in marmoribus, & in Antonii III. viri nummis & in vetustissimis codd. magno fere consensu per e scriptum animaduertimus. & bene. militum enim id genus erat siue qui ad hoc instituti, vt (quod inquit Festus) hostilia silentio perspicerent (Græci ἐπ᾽ ἄκρας & σκοποὺς & κατασκόπους appellant) siue potius qui inter custodes corporis Imperatorii, & veluti in specula eius salutis, a verbo *speculor*, non a *speculum*. tanc arma eis clypeus & lancea. Iosephus Iudaic. ἁλώσ. lib. 3 cap. 6. φέρουσι δ᾽ οἱ μὲν ἐπίλεκτοι περὶ τὸν στρατηγὸν πεζοὶ λόγχην καὶ ἀσπίδα & capite 8. μεθ᾽ οὓς αὐτὸς Οὐεσπασιανὸς ἐξήλαυνε, τούς τε ἐπιλέκτους τῶν πεζῶν καὶ ἱππέων καὶ τοὺς λογχοφόρους ἔχων. nec enim temere ibi λογχοφόρους ceperimus pro aliis quam speculatoribus. Suetonius hortatur in Claudio cap. 35. & Galba cap. 18. ibi enim iisdem *lanceas* tribuit, non *specula*. accedit Suidæ auctoritas cum σπεκουλάτωρ δορυφόρος exponit. sumuntur & ex eo ordine qui in capitis reos lege agant, vt aperte demonstrat Euangelium Marci: ὁ βασιλεὺς ἀποστείλας σπεκουλάτορα ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. & Iulius Firmicus lib. 8. ca. 26: *Speculatores faciet qui nudato gladio hominum amputent ceruices.* Sed & Vlpianus lib. 6. de bon. damnat. *Spolia quibus indutus est qui ad supplicium ducitur, neq. speculatores vltro sibi vindicent, neq. optiones ea desiderent.* Postremo speculatorum opera etiam in mittendis ad Senatum literis vsitus Caligula, vt tradit Suetonius cap 44 hæc carptim ex Cuiacio lib. 6. cap. 37. Obseruat. Fabro lib. 2. Semestr ca. 9. Torrentio comment. in Suetonii Caligulam cap. 52. Lipsio notis ad lib. 1. histor. Taciti. Erasmi tamen editio scriptique mei quatuor, *speculatorem* hic repræsentant, non *speculaterem.*

Nam militem fortuna reddiderat] sic & Erasmus & Pal. sec sed omnino male reponendum omnino, iussu veteris lectionis librorum quibus vsus Pincianus, nec non meorum trium. *nam milit. fort. redd.* subaudiendumque *innocentiam*. I.C. quis tradit posse nos paulo apertius legere *innocentiam quam milit. fort. &c.* possemus hercle, si nostro potius loqui mallemus more quam verbis Senecæ.

Quid hoc indignius?) sic Pinciani codd. nec non Palat.

tert

tert. quart. Colon. Erasmi editio & meus sec. *Quid ergo indignius.*

Constituti sunt in eodem illo loco) vox illo est a Romana editione, ideoque inepta, excluduntque eam mss. omnes & cusi.

Quemadmodum tria crimina faceret) Pal. tert. hæc habet, additque textui. legi alias. *tria genera minuum faceret.*

Enim tum maxime placidus esse debet & in statu) ita Mureti editio. Erasmi, nec non Palat. sec. ac quart. *enim tum.* Col. *enim tamen max.* tert. *enim tunc maxime placidus esse solet & in statu.* quod mihi non omnino displicet.

Et fasces lictori auferentem) recte. Pal. tamen sec. ac Col. *& faces lictori* tert. *& falces alias faces lictori aufer.* quart. *& falce lictori.*

Et sua vestimenta scindentem quia tardius scindebantur aliena?] nempe perituris ita detractam vestem, vt vi adhibita dilaniaretur ac scinderetur, ex Plutarchi locis didicimus in Publicola; vbi de Bruti liberis ei sermo. Liuius etiã lib. 8: *Tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum, ac virgas ac secures expediri iussit. Fabius fidem militum implorans lacerantibus vestem lictoribus, ad triarios sese recepit.* quam historiam recitans Val. Maximus lib. 2. cap. 2. *Rutilianum scissa veste spoliatoque corpore, lictorum se verberibus lacerandum præbuisse scribit.* Tacitus lib. 10. Annal. de Herennio Gallo legato agens, *Protractum e tentorio scissa veste, verberato.* hæc me fere docuit P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 10.

Tenetur itaque a proximis, & rogatur vt ipse sibi placetur] sic & Erasmus. mei omnes plurali numero, *Tenentur, rogantur, placentur.*

Summo quod aiunt animo inhærere] hoc est ἐπιπολαίως & leuiter. de quo Erasmus adag. 25. Cent. 10. Chil. 1. Iunius Cent. 7. adag. 18.

Non eodem modo afficiet] ita ex mss. Pinciani Muretus, nec aliter Pall. tres. Erasmi editio, *non eodem modo malo afficiet.* legerim cum vetustioribus cusis, etiam Col. meo *non eodem malo afficiet.* nam *malum* etiam sumi pro *pœna* alibi doceo.

Palam occidet] ita & Erasmus. mei tamen quatuor, *palam occidet.*

Hæc cuique expendenda æstimandaque sunt. Vides quantum] sic Erasmus. at Pal. sec. *Hæc cuique expertenda æst. sunt. Vides quam.* tert. *Hæc cui expetenda extimandaque sunt. vides quam* quart. *Hæc cui expendenda æstimandaque sunt, vides quam debeat*: quomodo castigandum monuit ex mss. suis Pincianus, neque displicet mihi. Col. meus, *Hæc cui expenenda æst. sunt. Vides quam debeat.*

Male irato ferrum committitur] id est, *ius gladii.* paulo enim generaliorem esse *ferri* quam *gladii* appellationem optime docet P. Faber ad l. 70. de reg. Iur. item lib. 1. Semestr. cap. 3. vnde apud Papinium per *Ausonios enses* & *Ausonii munera ferri* eandem rem significari opinatur, lib. 3. Syluarum in lachrimis Hetrusci:

Nec vulgare genus fasces summamque curulem,
Frater & Ausonios enses, mandataque fidus
Signa tulit. Et lib. 3. Sylu. in Protreptico ad Crispinum in fine: *-en ingens reserat tibi limen honorum*
Cæsar, & Ausonii committit munera ferri.

etiam *ius ferri,* pro mero imperio vsurpat Lucanus lib. 5:

Qua sibi ne ferri ius vllum Cæsar abesset
Ausonias voluit gladiis miscere secures;
Addidit & fasces aquilis & nomen inane
Imperii rapiens. Verum tu mihi adi & audi fabrum illum Fabrum.

Quos vecors ira animum] ita Erasmus. sed tamen meis omnibus abest vox *ira.* neque requisiuerim.

Altum quidem & sublime] ita etiam Pal. sec. Pincianus ex codd. suis legamus mandat, *altum quiddam & subl.* Pal. tert. *altum quippe vel quoddam & subl.* quart. *altum quippe & subl.* Col. *altum quidam & subl.*

Ab austeritate tristitia, a seueritate crudelitas] ita quidem Erasmus, sed nullus meorum habet medias voces; præferuntque omnes *ab austeritate crudelitas.* quod ego minime damnauerim.

Veternosi & infelicis animi, imbecillitatis sibi conscii] sic Muretus ex mss. Pinciani, neque secus Palat. quartus. Erasmus publicarat; *ventosi & infelicis animi imbecillitatis sibi consci.* Palat. sec. *ventuosi & infelicis animi imbecillitatis sibi conscia.* tert. *ventosi & imbecillis animi imbecillitatis sibi conscia.* Col. *veternosi & infelicis animi, imbecillitatis sibi conscia.*

Ægra corpora ad tactus leuissimos] ita Mureti editio, secura aliquatenus vnum ex mss. Pinciani, in quo, *quæ ad tactus leuiss.* cum haberent vulgati sub Erasmo, *quæ ad tactum leuiss.* quomodo & exhibent Palat. sec. quart. Colon. solum tert. *ægra corpora ad tactus leuissimos.* quod maxime probarim.

Qua magno emisso videantur animo] ita Muretus ex mss. Pinciani, quibus accedunt Pal. sec. ac tert. nam quart. *emisso,* Col. *emisisse.* Erasmi editioni abest vox *emissa.*

Sic nos amari quidem vellem] ita etiam Palat. quart. at tertius, *quidem vellem vel vellent.* sec. ac Col. *vellent* male.

Aut & bonum erit, aut nec magnum] sic Pinc. scripti & Pal. quart. ac Col. Erasmi, *etiam bonum erit, aut &c.* tert. *aut etiam bonum erit &c.* sec. *aut etiam bonitatura, aut &c.*

Qualis messe malis ingenuis non solet] ita iterum Muretus ex vno codice Pinciani, cui adsentitur Palat. tert. nam Erasmus & Pal. sec. ac Col. *non potest.* quartus meus, *magis ingeniis non potest.*

Quodque comessatio sua] *Comessari* proprie post cœnam dici ex Suetonii Vitellio cap. 13. Domitiano cap. 21. & Liuii aliquot locis lib. 40. vbi de Persei & Demetrii dissidio, notat Torrentius.

Prorsus parum certis] legendum mihi videri; *prorsus palimpsestis,* monui lib. 4. Suspic. cap. 11. nunc testor vulgatam scripturam retineri a membranis meis quatuor.

Et quidem sine missione] sic habere omnem scripturam antiquam, excepto vno codice, cui hæc verba abessent, testatur Pincianus. probo. vide me d. cap. 11. Suspic. item ad Senecæ Epistolam 37. Pal. tamen sec. tert. nec non Colon. editioque Erasmi, *sine intermissione.* solum, *sine missione* simplex ille, nullasque medici expertus manus, Pal. quart.

Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ] conuenire huic loco hemistichium istud quod a Dione affertur non negat Torrentius Comment. in Caligulam Suetonii cap. 23. eique fortiter assensum præbet Stephanus Epist. ad Dalechamp. 34. Erasmi editio præfert aliud quid; nempe verba ista Menelai:

Ζεῦ πάτερ ἤ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος. mei quatuor retinent aliquot literas sed quas vix est vt legam. apparet tantum in Pal. sec. H M. PENER M. CE. in tert. H μα. pene ro. vuec. quart. H μ λ penet re. Col. totidem fere habet literas, sed informes, tantum liquido apparens PENER.

Ad incitandum coniuratorum animos] ita Erasmus. Pal. sec. *incitandum coniur. mentes.* reliqui tres; *incitandus coniuratorum mentes.* Pal. quartus prius habuit, *coni. manus,* sed id punctis notatum, positumque consequenter *mentes.* vnde oritur suspicio fuisse *ad incitandam coniuratorum manum.*

Occupare fastos vult) bene. variant tamen mei. Pal. sec. *fastus.* tert. *fastas.* quart. *faustus.* Col. *fasces.* omnes male. nisi quod *fastus* ferri posset, cum dixerit poeta aliquis *fastibus.* Consulum nempe nomina *fastis* inscribebantur: itaque qui honorem illum sibi sæpius iteratum cupiebant, aliorum nomen fastis excludebant.

AD SENECÆ LIB. II. DE IRA.

CAPVT I.

In proclinia vitiorum] Palat. sec. ac quart. *in proclina.*

Vtrum ira iudicio] mei omnes, *ira vtrum iudicio.*

Et vitalia minime speciosa visu] ita correxit Pincianus, non ex membranis, sed de ingenii ariolatione. primæ editiones, *& vt alia minime;* quibus assentiuntur Pall. tres, nisi quod sec. *minime pretiosa.* Colon. *aut alia minime speciosa.* Erasmi editio *& alia minime speciosa visu.*

Species oblata iniuria moueat) ita mei tres. Palat quart. *oblito iniuria.* Stephano Epistola 24. ad Dalech. placet legi: *species oblata iniuria.*

Ex quibus omnis in faciem aspectumq; decor est) sic Erasmus nec non Pal. sec. ac quart. verum tert. *quibus omnis in facie aspectuq; decor est*, absque voce *ex*. Colon. *ex quibus omnis in facie aspectuq; decor est.*

Perfecto iam corpore affulcitur) ita pleraque exempp. Pinciani, meaque adeo omnia. Erasmus *effunditur*. male.

Nobis placet, nihil ipsam per se audere sed animo approbante) nihil hic damno. putarim tantum potuisse scripturam priscam imponere exscriptoribus; *se animo*; hoc est, *sine animo*. sic in prisca formula SE DOLO MALO. id est *sine dolo malo*. sed nihil pertendo. nam vulgata scriptura etiam in meis tribus. Pal. autem quart. hic aliquam multa prætermisit.

Sine voluntate nostra concitetur) mei quatuor, *concitatur*.

Nisi animus qui tangebatur assensus est) sic Erasmus. at quidam ex mss. Pinciani, *nisi animus eis quibus tangebatur assensus est*, quomodo etiam repræsentant mei quatuor a quibus dissentire vix ausim.

CAPVT II.

Quorsus, inquis, hæc quæstio pertinet?) ita Muretus ex scriptis Pinciani, quibus fauent Pall. tres. Erasmi editio; *Quorsus, inquis, nunc hoc pertinet?* Col. *Quorsus, inquit, hæc quæstio pertinet?*

Et immutabiles sunt) Pal. tert. ac Colon. *& immutabiles sunt.*

Vt horror frigida aspersis) sic Erasmus & Palat. sec. proboque. tert. *& horror frigida asperis*. quart. *vt horror frigida aqua aspersis*. Col. *vt horror & frigiditas & asperis.*

Ad quosdam ictus aspernatio) forte, inquit Erasmus, *consternatio*. vocem vltimam non mutanerim; potius scribendum cum Pinc. scriptis. nec non Pall. tribus, *ad quosdam tactus aspernatio*. nam & Col. *ad quosdam actus seu tactus aspernatio.*

Prærupta cernentes) mei omn. *cernetis.*

Et contra Syllæ proscriptionem) Pal. tert. ac quart. abiiciunt coniunctionem, me prorsus volente.

Quis non Theodoto) Pall. tres *Theodoro*. Coloniensis, *Theodoco.*

Cantus nos nonnunquam & concitatus modulatio) ita Erasmus. quidam codd. Pinciani; *cantus nos nonnunquamq; citata modulatio*. Palat. sec. *Quantum nos non nunquam. quam citata modulatio*. quart. *Cantus non nunquam citatu modulatio*. scripserim cum duobus meis Palat. tert. ac Colon. *Cantus nos nonnunquam & citatu modulatio.*

Martius quoq; ille) vox *quoq;* abest Col. at sec. ac tert. Pal. *Martiusq; ille*. quart. *Martius illeq;*.

Et tristissimorum suppliciorum) sic quoque Palat. tert. quart. Col. *& infestissimorum* Pal. secundus. Stephanus lib. 1. Proodop. cap. 6. putat forte scribendum, *vel tristissimorum.*

Inde est quod arridemus arridentibus) ita etiam Erasmus. sed malim *arridemus ridentibus*. nam Pal. sec. *Idem quod adridemus ridentibus*. tert. *Idem quod arridere ridentibus*. quart. *Id quidem arridemus ridentibus*. Colon. *Id est quod arridemus ridentibus.*

Ad conspectum inimici naufragi) sic & omn. mss. nisi quod Pal quart. *naufragis*. dixi lib. 10. cap 18 Suspic. legendum videri, *inimici naufragiu*. mimosque talia etiam lusisse, ibidem probo exemplis.

Lectoris percutit animum) sic Mureti editio: Erasmi, *animos*, quomodo etiam Palat. sec. alii tamen tres, *lectoris percurrit animos*. quod *percurrit* mihi animum valde titillat.

Animorum moueri volentium) ita Erasmi & Pinciani exempp. quorum tamen vltimus ille malebat, *nolentium*, vbi aperte præfert Pal. sec. ac Col. reliquis duobus suffragantibus vulgatæ lectioni.

In media pace togati iam aures) Pall. tres *pace iam togati aures*. Col. *pace non togati aures.*

Xenophanto canente) sic iussit legeremus sine *Xenophante* ex mss. Pincianus. quod vltimum in Palat. quart. ac Col. alterum in tert. nam sec. *Cenophanto*. Erasmus *Zenophanto.*

CAPVT III.

Indicium affectus) sic prorsus legendum monuit iamdudum P. Faber lib. 2. cap. 16. Semestr. Erasmus & mei quatuor, *iudicium.*

Ira non mouere) tollatur typographicum vitium. nam editi & impress. omnes, *Ira non mou.*

Nunquam autem impetus sine assensu mentis est) Stephanus Epistola 24. ad Dalech. miraturum se dicit isthæc Senecæ, nisi videretur, quod fit mente non nesciente, cum eius assensu fieri existimare. sed hoc (addit) non minus quam illud est cur mirum dicatur, meo quidem iudicio. Ceterum de hoc quoque ambigi potest, quomodo de impetu dici illud possit (præsertim si verba illa, *sine assensu mentis*, ita vt apud alios sonarent accipiamus) cum alibi scribat (de brutis animantibus loquens) eum errare qui ea in exemplum hominis adducit, *quibus pro ratione est impetus*; cum homini contra pro impetu ratio sit. Alicui enim locum hunc legenti videbitur primo aspectu *impetum* in hominem non cadere, cum tamen ipse & alibi passim illum ei tribuat. eius certe frequens mentio Epistola 89. nam cum tripartita sit Philosophia, moralem eius partem in tria rursus diuidens, primam esse ait, *inspectionem* suum cuique distribuentem, & æstimantem quanto quidque dignum sit; secundam *de impetu*, tertiam *de actionibus*. vbi quæ de impetu dicit, aut certe eorum pleraque, Stoici Græci περὶ τῆς ὁρμῆς dicerent: nec tamen secus in altero dixit loco, brutis animantibus pro ratione esse impetum, homini pro impetu esse rationem, ita Græci, τοῖς μὲν ζώοις ὁρμὴν ἀντὶ λόγου εἶναι, τοῖς δ᾽ ἀνθρώποις λόγον ἀντὶ ὁρμῆς, dicerent, vt opinor. quomodo enim ὁρμὴ ab homine remoueri potest, cum a Cicerone reddi *Appetitum* & *Appetitionem* videamus? nec vero, vt ὁρμὴ habet sibi oppositum ἀφορμὴ (Stoica quidem certe lingua) sic & *Impetus* habet quod ipsi eodem modo opponatur. Sed nec ipse Seneca alibi satis his consentanea loqui potest videri fortasse, sed *impetum* ab *assensu* separare, quod ad tempus attinet, vbi scribit: *Omne rationale animal nihil agit, nisi primum specie alicuius rei irritatum* (vel potius *incitatum*) *est. Deinde impetum capit: deinde assensio confirmauit hunc impetum*. Denique hac voce Senecam non vno modo vti, ex eo apparet quod interdum *primum impetum* dicit (non simpliciter *impetum*:) & *sequentem impetum*, vt hoc capite: *sed ille sequens impetus*. nam videtur primam agitationem animi, de qua locutus est, pro eo qui præcedit impetu habere. item, consilii indigentem impetum, nec non improuidos & violentos impetus, quos affectus sine ratione postea videtur nominare. at cum impetum inconsultum ferarum dicit, frustra hoc addere videtur, & satis esse *impetũ* dicere, vt in eo qui allatus ex eo fuit loco. hæc fere Stephanus, apud quem ibidẽ plura. quod ad scripturam, Palat. tert. præfert; *Nusquam autem impetus &c.* quart. *Est enim impetus nunquam. Nunquam autem impetus &c.* Col. *Nunquam autem animi impetus &c.*

Statim resedit] Stephanus legendum suspicatur dictione interiecta, *statim ira resedit*. ego nihil addiderim, quod *residere* etiam ad hominem ipsum referri posse putem, resterque ea lectio in meis tribus. Palat. quart. *statim resederit.*

Quam ipsa iniuria species] sic Pall. tres. at Colon. *quam ipse iniuria species*. Stephanus eadem Epistola item lib. 1. cap. 6. Prood. putat scribendum repetita voce; *quam ipsa iniuriæ species iniuria est*. aliud enim, inquit, est *iniuria*, aliud *iniuriæ species*: quam significauit & cum dixit; *Putauit se aliquis læsum*. Sic autem & cap. 1. huius libri; *iram quin species oblata iniuriæ moueat non est dubium*. atque ita Aristoteles iram oriri ἐπὶ φαινομένῃ ἀδικίᾳ dicit.

Sed ille sequens impetus) ita Erasmus. at vox *Sed* non est in vllo meorum.

Voluntate & iudicio pergentis) Stephanus Epist. ad Dalech. 24. inquirit in Senecam; rogatque quomodo ira quidquam cum iudicio commune esse potest, si iratus extra se est? si ira furor breuis est? si ea quæ per iram fiunt non solum αὐτογνώμονας & αὐτοβουλήτους, sed & αὐτοπροαιρέτους, nec tantum αὐτοπραγεῖς, sed ἀκουσίους etiam fieri a quibusdam Philosophis dicuntur. qui autem inquit hæc dicunt, quomodo non & ἀκρατεῖς iis addant? Videndum

igitur

igitur ut quemadmodum dicit Seneca esse quiddā quod non sit ira, sed quasi ira, ita etiam quod dicit esse *iudicium*, dicere debuerit esse *quasi iudicium*. hæc Stephanus, a cuius iudicio amicus quidam meus Senecam absolui posse putat, si fas suspicari scriptum fuisse; *voluntate haud iudicio pergentis*: quod vereor vt liceat; nam & prior illa lectio, est a Pinciani scriptis, firmantque eam mei duo, neque recedit tert. aut quartus, nisi quod exhibeant, *& iudicio pergentis*. Erasmus ediderat, *voluntatis iudicio pergentis*.

Quem tumor fugam habeat.) ita Erasmus & Col. at enim tres Pall. *quem tumor finem habeat*. excipio sec. qui, *quem tumor finem habeat, &c.* vero vox *fugam* valde mihi suspecta.

Capvt IV.

Et quadam comminatio) ita Muretus: neque aliter an notatum habet ad marginem editio Erasmi. ipsa tamen exhibet, *& quadam commutatio*: quod & in tribus Pall. restante altero in Colon. & vero illud *commutatio* restituendum auctori. præcessit enim cap. 2. *Sed omnia ista motus sunt animorum moueri volentium. nec affectus, sed principia prœludentia affectibus*. scribiturq; Epist. 57. *Sensi ergo, vt dicebam, quandam non quidem perturbationem sed mutationem*. quæ loca habeo monstratore Stephano lib. 1. cap. 6. Proodop.

Quis rationem euincit) Erasmi editio, meique quatuor *euicit*. quod reduxerim.

Ad intentationem subitam digitorum) sic quidem Erasmus, & probare quis posset, nisi aliud quid ostentarent mss. mei. Pal. enim sec. ac Col. *ad impotentationem subitam digitorum*. tert. *ad impositionem ad impotentationem subitam dig*. quart. *ad impositionem subitam digit*.

Nec accepisse se existimant) ita Muretus, at mei at Erasmi, *nec accepisse ipsos existimant*. legerim, *nec accepisse se ipsos existimant*; vt deliquerit syllaba vna ratione vocis præcedentis.

Qualis fuit Apollodorus aut Phalaris) sic Erasmus: verum mei quatuor *Apollodorus apud Phalarim*, excipio Pal. tert. qui, *apus Phalaris*.

Capvt V.

Hæc non est) male hic statui initium capitis, suggerit Stephanus lib. 2. cap. 7. Proodop. cum hæc ipsa verba sint velut epiphonema. aptissimum autem habiturum fuisse principium ab his capitis præcedentis; *Illud etiamnum quærendum*. & vero sic distinxit Palat. sec. nam alii tres, vt dixi, continuo procedunt ordine.

Sed parata est dum vocat) Palat. tert. ac Colon. *sed paratus est*.

Origo huius mali, ab ira est, quæ vbi &c.) sic exoleta editio & Col. at Pal. sec. ac tert. *quæ nisi* sed id natum a cōpendiaria scribendi ratione. quart. *Quid ergo huiusmodi mali ab ira est quæ nisi* Erasmus notat aliter legi; *Origo huiusmodi mali imbibita est*. legendum arbitratur: *Origo huiusmodi mali imbibita est natura. quæ vbi*. vel, *indita est natura*.

Volesus nuper) Lipsius eundem facit cum eo de quo mentio apud Tacitum lib. 3. Annalium; *Tiberius quæ in Silanum parabat. quo excusatius sub exemplo acciperentur, libellos Diui Augusti de Voleso Messala eiusdem Asiæ pro consule, factumq; in eum Senatusconsultum recitari iubet*.

Incedens inter cadauera) sic quidam codd. Pinciani, & mei tres; vnus eius, *incedens super cadauera*. Erasmi editio & Pal. sec. *incedens intra cadauera*.

Quid hic rex fecisset?) ita Muretus ex duobus codd. Pinciani, neque aliter Pal. tres & Col. Erasmi editio *Quis hæc rex fecisset?* male.

Non fuit hæc ira) Col. *Non fuit hoc ira*. Palat. tert. *Igitur non fuit ira*.

Capvt VI.

Ita turpibus irata esse debet) sic & mei duo. Pal. tamen. sec. vocem *irata* non agnoscit, habetque eius loco tert. *ira esse*.

At qui hæc dicit, illam extolli vult) ita quidem Mureti editio, sed male. Erasmi enim. *Atqui hæc dicit qui illam extolli vult*; cui scripturæ accedunt Pall. tres, nisi quod habeat quart. *hic*, non *hæc*. est in Col. *At qui hoc dicunt, illam extolli volunt*.

Imitetur ipsa: iram castigandam) sic Erasmus, nec improbo. Pall. tamen omn. & Col. *imitetur: Ipsam iram castigandam &c.*

Irasci non est ex dignitate] ita Pinc. codd. & tres mei. Erasmus, *Irasci non ex dign.* sine verbo *est*. Pal. quart. *Irasci non est de dignitate*.

Atqui iracundia tristitia comes est) sic recte Erasmus. Pal. sec. *iracundia & tristitia comes est*; quod & ferri queat. tert. *Atqui iracundia & tristitia comes est*. quart. *At qui verecundia & tristitia comes est*. Colon. *At quæ mœror iracundia & tristitia comes est*

Modus enim esse non potest] sic Erasmus & Colon. at tres Pall. *modus inquit esse non potest*.

Si profacto cuiusq; irascendum est] sic Pal. sec. tert. neque aliter restitui voluit ex mss. suis Pincianus. Erasmus ediderat, *si profecto cuiquam irasc*. Palat. quart. *si profecto cuiq; irasc*. Colon. *si profacto cuiusquam irasc*.

Desinet Socrates posse eundem vultum) sic Erasmus. at malim, vt est in Pal. quart. ac Col. necnon Pinciani omnibus, *Desinet ille Socrates posse eundem*. Palat. sec. *Desinet Socratem eundem &c.* tert. *Desinet ille secum posse eundem*.

Capvt VII.

Quam turpes lites, quanto turpiores aduocatos habent?] ita editio Erasmi & Pal. tert. quart. Col. nisi quod eis deest interrogatio. membranæ quædam Pinciani; *aduocatos consciscunt*. Pal. sec. *aduocatos conspicis*. I.C. quidam legit, *quam turpes lites, tam turpiores &c.* vel, inquit, *quanto turpes lites tanto turpiores*, sicque alibi etiam citat sine correctionis suæ mentione; quibus nihil aliud probat, quam inscitiæ semine haud quicquam fœcundius.

Alius iudicia patris accusat, quæ mereri satius fuit. alius cum matre consilit. ita Muretus secutus aliquantulum Pinciani codd. nam cum edidisset Erasmus; *Alius iudicia patris accusat, quæ mereri satis erat: alius cū matre consistit*, annotauit Hispanus ille, istihæc verba omnia in nōnullis desiderari exemplaribus. alioquin, inquit, sic ni fallor legenda fuere; *Alius iudicio patrem accusat, quem demereri satius fuit*. nam & exemplar Facundi & Primitiui *satius* legit non *satis*, equidem omnia hæc itidem abiunt Palat. sec. ac tert. hic tamen omnino requisiuerim, tanquam scilicet prætermissa errore librarii quem induxerat repetitio vocis *Alius*. nam scriptura editionis Romanæ clare extat in Col. neque abit Palat. quart. nisi quod legit, vti & antiquitus vulgara *quem mereri* castigatio Pinciani mihi non placet. nam *iudicia patris* vocari puto siue abdicationem, siue aliud quid, quo pater animaduersum voluit in filium vitæ non bonæ.

Capvt VIII.

Non alia quam in ludo gladiatorio vita est] *ludus* dicitur, vbi habiti aliique gladiatores, sicut *arena*, vbi dati & producti. de quo videatur abunde Lipsius lib. 1. cap. 14. Saturn. Sermon.

Cum iisdem viuentium pugnantiumq;] ita Erasmus & Palat. sec. ac Col. recte. at tert. *Quorum ludentium pugnantiumq;*. quart. *cum iisdem furentium pugnantiumq;*.

Nunquam irasci desinet sapiens si semel cœperit] ita ordinauit e mss. suis Pincianus. Erasmi quippe; *Nunquam irasci desinet, semel si sapiens cœperit*, quomodo & Palat. sec. ac tert. nam quartus voce auctior. *semel si sapiens furere cœperit*. Coloniensis, *Nusquam irasci desinet, si sapiens semel cœpit*.

Quam quod possit coercitione] pronomen *quod* superfluit ex veit. Pinciani: sed enim cum restet in meis quatuor, absit id iugulem.

Certatur ingenti quodam nequitia] ita Muretus, sed a coniectura Pinciani; cuius scripta, vt & Erasmi editio, *quodam*. neque aliter sane mei.

Ad fas nefasq; miscendum coorti sunt) sic & Pal. sec. ac quart. Pinciani vnus liber; *miscendum coiere*, cui accedit Palat. tert. in quo; *misc. coierunt*. nam Colon. *cohercitisunt*.

Parentum liberorumq; sacramēta diuersa] editio Erasmi

addit ab initio coniunctionem *&*, quæ in omnibus alioqui mss. itaque reducenda est. vulgatam scripturam propugnant Pal. sec. quart. Col. Pinciani vnum exemplar & meus tert. habent *& parentum lib. sacramentum diuersum.*

Cinis manu flammam] ita duo mei. Pal. tert. *cinisque manu.* sec. *cinium manu.*

Prædatam obsessis parentibus festam] recte. sicque etiam Pal. tert. ac Col. at sec. abest vox *obsessis*, habetque eius loco quart. *obscœnis.*

Et ne os quidem libidini] sic duo mss. Pinciani, & Pal. tert ac Col. etiam quart. nisi quod is destituatur voce *quidem.* quidam Pinc. *& ne eos quidem.* Pal. sec. *& ne hoc quidem.* Erasmus, *& hoc quidem.*

Capvt IX.

Adde nunc publica] sic mei quatuor. Erasmi editio; *Adice nunc publ.*

Et in prædam validioris quicquid non resistebat abductum] vox vltima manauit a coniectura Pinciani. scripit enim eius publicatque ab Erasmo, nec non Pal. tert. ac Col. *adductum* testat tamen alterum illud in Pal. quart. at sec. neutram vocem agnoscit; qui, vt etiam alii Pal. duo, destituitur præpositione legitque, *& prædam validioris.* Col. vero *& in pœnam validioris.*

Quibus trina non sufficiunt fora] cum multiplicia essent Romæ *fora*, de tribus intelligit, in quibus causas orarent: quorum primum *Romanum* nuncupatur: secundum *Caii Cæsaris*: tertium *Augusti*, quod hæc duo postrema ab his Impp. constructa essent. Martialis:

Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Brodæus lib. 2. cap. 18 Miscellan.

Si quis irascatur in tenebris parum vestigia certa ponentibus] Erasmi editio nec non Pall. tres, *irascitur*, sicque etiam Col. qui tamen, *vestigia circa ponentibus*, quod natum a compendiaria ratione scribendi, *cta* facile enim degenerat litera illa secunda in caninam. I. C. quidam rescribit, *irascitur tenebris, parum vestigia certa ponentibus*; adiecitque: *tenebras parum vestigia certa ponentes*, accipio quæ in causa sunt, vt parum certo ponas vestigia. at quis vnquam ita locutus est? aut quis Grammaticus sic aliquem loqui posse prodidit? nihil planius scriptura vulgata, quæ sic pueris resoluenda; *si quis irascatur iis qui in tenebris vestigia parum certa ponunt.*

Irasci velis qui ægrotant] ita Pinciani codd. nec non Pal. sec. tert. Col nisi quatenus duo postremi habent, *quod ægrotant.* quart *irasci velis vel qui ægrotant.* Erasmi editio: *irasci velis vel qui ægr.*

Incommoda, & hæc est] sic ex Pinciani libris Muretus, nec aliter fere mei. Erasmi, *inc. & hoc est.*

Vniuersis ignoscendum: generi humano] sic iterum ex Pinciani scriptis Muretus, vt etiam est in Col. Pal. tert. quart. nisi quod eorum duo adnectunt, *est.* at auctior est duabus insuper vocibus Erasmi editio, *vniuersis ignoscendum & indulgendum est, generi, &c.* Pal. sec. *vniuersis ignoscendum, indulgendum est. generi. &c.*

Alter alteri vitiorum exempla) sic Muretus contra omnes scriptos cusosque qui, *Altera alteri, &c.*

Quisq; sequitur priores] ita & Erasmus. mei quatuor, *Quisque* sed enim cum annotatum habeat Col. ad eam vocem; *Omnis*, verosimile est errasse manum exscriptorum.

Quid ni habeant excusationem cum publica via errauerint] sic & Pal. quart. nisi quod repræsentet *errauerit*, vti etiam alii tres, quorum Pal. sec. *habeat*. tert. ac Col. *hanc.* quod ortum a compendio scripturæ.

Capvt X.

Vbi totus deseruit exercitus] ita & Pal sec. ac quart. meo animo lectio nihili. primæ impressionis exempla, item Pal. tert. ac Col. *defuit.* puto fuisse: *totus defecit exercitus.*

Intelligit quam iniquum sit] Pinciani codd. omnesque mei, *intelligit quam & iniquum sit*. Erasmi, *intelligit quam est iniquum.* media lectio reuocanda.

Et tantum circa se male viuentium] ita & mei tres. Pal. tert. *& tantum contra se male.* notatque quart. alias legi, *& totum circa se male viu.* quod quis probare posset, nisi tot obstarent exempp. aliaque lectio videretur insignis.

Mitis animo] vox *mitis* abest Pal. tert. extat tamen in aliis tribus.

Vbi istic ira locus est? Aut ridenda. &c.] recepit Pinciani coniecturam in contextum Muretus. Erasmus enim; *Vbi isti hocce ne locus est?* ad quæ ipse: Alius habebat, *Vnde isti hocce ne locus est?* Rod. Agricola adduinarat; *Vnde isti hoc omne locus est.* forte melius; *Vbi hic iræ locus est?* nam sequitur; *Aut ridenda omnia aut flenda sunt.* nusquam igitur iræ locus. sic Erasmus. Pal. sec. *Vbi iste oceme locus est.* tert. *Vbi istocceme locus est.* quart. ac Col. *Vbi istuc eme locum est.*

Lento adiutorio opus est] ita & mei tres. vnus Pinciani, *Non lento adiuter.* Pal. tert. *Lento alias non lento adiut.* retinenda vulgata lectio, vt doceo lib. 28. cap. 9. Suspic.

Capvt XI.

Ob hoc ipsum quia terribilis est] Pall. tres, *ob hoc ipsum quod terribilis est* Col. *ob hoc ipsum quod terribile est.*

Quia terribiliora, potentiora sunt] ita Romana editio. at ego rescripserim cum Pall. tribus & Erasmi editis, *quia terribiliora, potiora sunt.* haud celo tamen esse in Pal. quart. *quia terribiliora sunt, potiora sunt.* at Col. *non ideo quædam sunt; & quo terribiliora, quia potiora sunt.*

Nec hoc sapientis dici velim, quod fera quoq; telum est timeri] sic primitus publicatt, nisi quod ii omiserint vocula *est*; scripserintque *fere* tanquam si aduerbium esset. mutauit ad eam faciem qua in contextum accepit editio Mureti optimus ille Erasmus, aitque sentire auctorem, feras terrore tutas esse, idque minus conuenire sapienti. prodit tamen idem, quosdam habuisse; *ne hoc sapientis malim quod fere quoq; sapientis telum est timeri.* Agricola annotarat; *Nec hoc serpentem malim, quod fere sapientis quoq; telum est timeri.* scribit Pincianus veterem omnem lectionem præferre; *Nec hoc sapientiam dici velim quod fere sapientis quoq; telum est timeri.* sed in parte, inquit, magis ab impressa lectione isto modo emaculetur. existimo enim legendum, *Nec hoc sapientis dici velim, quod fera quoq; telum est, timeri.* nam verbum *est*, omnis antiqua lectio agnoscit. hactenus Pincianus, qui vt apparet idem sentit quod Erasmus. neque ego abiuerim ab eorum iudicio. nam magnus quidam homo quid nisi risum mouet, quærendo, Quid si ita mutemus: *Nec hoc sapientis dici velim quod fera, cui bellum est timeri. cui bellum*, id est inquit, *cui bella eos est timeri.* nam cur id dicat mox adiicit causam, *At contra omnia despecta & fœda & turpia timentur.* ecce hic, *despectum, fœdum, turpe, bello* opponi legimus. sic illesquæ vt sine riuale semper amet, serio vereor. Palatinus quartus stat ab mss. Pinciani. refert sec. *Ne hoc sapientiam dici velim quod sapientis quoq; telum est, timeri.* tert. *ne hoc sapientiam dici velim, quod fere sapientis quaq; telum est, timere.* Col. *ne hoc sapienti adici velim. quia fere sapientis telum est timeri.*

Quid? non timetur febris] sic etiam Pal. sec. ac Col. verum tert. *Quid ergo? non timetur febris.* quart *Quid non timebitur febris*

At contra omnia despecta & fœda, & turpia timeantur] ita Muretus ex manuscripto vno Pinciani, nisi quod is haberet, *At contra.* at alterum Pinciani exemplar exhibet; *At contra omnia despecta fœdaq; turpia ipso quo timentur sunt.* Erasmi editio, *aut contra omnia despecta & fœda & turpia ipso quo timentur sunt?* Pal. sec. *At contra omnia despecta fœdaq; & turpia sunt, ipso quo timentur.* tert. quart. *At contra omnia despecta fœdaq; & turpia ipso quo timentur.* nec aliter Col. nisi quod habeat, *Ad contra.*

Ira per se deformis est] sic Erasmus. vnum exemplar Pinc. *Si ira per se.* cui accedit Col. nam Pal. tert. ac quart. *Ira sic per se.* sec. *Sicut ira per se. &c.*

At timetur a pluribus] sic solum Pal. sec. alii tres, *Ac timetur.*

Sicut deformis persona ab infantibus] *persona* hic notat tegmen quo os faciesque hominis tegitur, de qua Gellius lib. 5. cap. 7. Iuuenalis Sat. 3.

---cum persona pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.

Et Mart.

Et Martialis lib. 14. Epigramm.

Sum figuli lusus Rufi persona Bataui,
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

De his personis exquisite Langlæus lib. 8. Ocii Semestr. cap 9.

In theatro dictus] sic etiam Col. at Erasmus & Pall. tres, *ductus.*

Leoni, inquam, pauida sunt] sic etiam Pal. sec. tert. Col. at quart. *Leonum quam pauida sunt.* quod si retinemus, erit insigniendum a fine nota interrogatoria.

Ad leuissimos strepitus pectoris] sic Erasmus. at Pal. sec. ac Col. *ad leuissimos pectora tactus.* tert. *ad leuissimos pectoris,* sine voce *strepitus*, aut vlla alia quæ eius suppleat vicem. quart. *ad leuissimos ictus pectoris*, quomodo legendum diuinarat Pincianus, cum exemplar eius vnum exhiberet, *ad leuissimos pectora sonos*, alterum, *ad leuissimos pectora tactus* vide me de hoc loco lib. 29. cap. 12. Suspic.

Quicquid terret & trepidat] ita & Erasmus. at mei omnes, *Quicquid deterret & trepidat.*

Capvt XII.

Quia formido est. quoniam quadam etiam] sic Mureti editio, cum monuisset Pincianus; fuisse in mss. *quia formido est. quando quidem etiam.* at mei quatuor, *quia formidinis est. quoniam quidem etiam.* Erasmi editio, *quia formidandum est. quoniam quidem.*

Et ossa mortifera & morsus] sic & Erasmus. Pincianus putabat castigandum, *& ossu mortifera morsu.* restat in Pal. sec. *& ossa pestifera & morsus.* tert. *vt vena & ossa mortifera & mors* quart. *& ossa mortifera & morsus.* Col. *& omnia pestifera & morsus.*

Cum maximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, & in insidias agat: ab ipso effectu dicta formido] sic Mureti editio. malim alia interpunctione, *& in insidias agat, ab ipso effectu dictu formido*; quomodo & exhibet editio Erasmi, nisi quod ea male, *ad insidias agat.* postulatque adeo auctoris mens. est namque constructio, cum greges ferarum in insidias agat, illa res quæ ab ipso effectu nomen inuenit, quodque formidinem incutiat dicta formido. Similis pene locutio Lucretii lib. 1.

Principio quidem Auerna vocantur. nomen id ab re
Impositum, quod sunt auibus contraria cunctis. nec non Propertii lib. 4. Eleg. 7:

Deliciaeq; meæ Latris, cui nomen ab vsu est,
Ne speculum Domina porrigat illa noua. Hæc rudius libuit proponere, quod I. C. quis ad hunc locum hisce loquatur verbis: Sic interpungo & lego, *cum maximos ferarum greges linea pennis distincta conterreat, & vt ab se arceant, agat. Ab ipso effectu dictu formido. Vanis vana, &c.* addit, Mouet me, quod *formidinis* originationem inde repetat Varro lib. 5. de Ling. Lat. *Metuere*, inquit, *a quodam motu animi, cum id quod malum casurum putat, refugit mens. Cum vehementius in mouendo, vt ab se abeant, & foras fertur, formido.* Nisi si ita legas, *Ab ipso effectu dicta formido. Vanis enim vana terrori sunt.* & post. *Non ipsa in se quidquam habet firmum.* vt hanc, inquit, extremam sententiam priori iungat, & *formidinem* dictam putet Seneca, quod *minime sit firma.* prior tamen emendatio magis placet. Obiter etiam notandum Isidoro 10. Origin *formidinem* trahi *a formo*, hoc est *calido*: calido, inquam, hoc est a sanguine qui formidine contrahitur. sic I. C. ille. quæ talia sunt, vt me dent in solidum stuporem, cum hisce nihil aut absurdius, aut a mente auctoris alienius. Vt cum sciat, *Formido* vsitata venatoribus, quod exemplis aliquot probat Notis suis ad hunc locum Muretus. quidque sit dilucide satis ostendit Turnebus lib. 5. cap. 5. Aduersar. Hinc metaphorice Gellius lib. 2. cap. 9: *Remotarum autem quæstionum nebulas & formidines capiendis imperitorum animis ostentantes.* item Apuleius Apolog. 1 *non quod pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te præsertim iudice, timerem, &c.* sed satis est. redeo ad lineas. tradit Pincianus vnum codicem suum legere, *linea pennis distincta conterreat.* quod minus admiserim, cum sic tantum extet in Pal. meo tertio, legantq; alii tres, *distincta contineat, & insidias agat, &c.* scribatque noster iterum lib. 1. cap. 13. de Clement: *Sic feras lineu & pinna conclusas contineas: easdem a tergo eques telis incessat, tentabunt fugam per ipsa qua fugerant, proculcabuntq; formidinem.*

Curriculi motus, rotarumq; versuta facies] sic ex scriptis Pinciani Muretus, nec aliter Pall. tres. Col. enim *rotarumque versatura facies.* ediderat Erasmus: *Curriculi motusq; rotarum versata facies.* idem de ipsis tradit Plinius lib. 8. cap. 16.

Leones in cuneam redegit] sic etiam membranæ Pinciani, nisi quod ex, *leonem* Erasmi, *leonem redegit in caueam*, quomodo restat in Pal. quart. nam tert. & Col. *leones redegit.* sec tamen, *Leones redegit*, quod probo. Intelligit autem specus subterraneos quibus emittebantur bestiæ, iterumque in eos immittebantur post pugnam: vt luculenter docet politus ille Lipsius cap. 9. lib. de Amphitheatro.

Elephantos porcina vox terret] nota historia est, quemadmodum Megarenses ab Antipatro afflicti, cum extreme premerentur, vereturque ille elephantorum robore, excogitarint porcos pice oblitos, & iniecto mox igne flammatos in elephantorum gregem immiserint: quo facto validissimum Regis conatum, negotio minimo irritum reddidere; victoria per ingenium sibi comparata. vide Pierium Valerianum lib 2. & lib. 8. Hieroglyphic.

A feris rubens pinna] sic Erasmus & recte. mss. mei omnes, *rubens spina.*

Sed leues animos mouet] ita Mureti editio; Erasmi, *sed vanos animos mouet*, cui accedit Pal. sec. ac quart. nam tert *si varios animos*. Col. *sed varios animos.*

Vigiliam indefatigabilem extendit] ita & Erasmi editio, & mei tres, nisi quod Pal. quart. præponat coniunctionem; *& vigiliam, &c.* tert. *vigilia se indefatigabilem ostendit, vel extendit.* Pinciani vnus, *vigilia se indefatigabilem ostendit.*

Dedicerunt ahi tenuissimis] ita ex vno Pinciani cod. Muretus. Erasmi meisque tribus est, *Dedicerunt tenuissimis*, sine voce media. Pal. quart. *Dedicerunt quidam tenuissimis.* quod ego malim.

Capvt XIII.

Mens patientiam indiceret] ita omnes cusi, omnes calamo scripti. quidam tamen I. C. *indixerit.* cur quæso?

Non magno auctoramento lab or perueniet] ita & Pal. sec. ac quart. verum tert. non agnoscit vocem *magno*. Col. *cum magno auctoramento.*

Aut nulla pertinacis studii, aut non digna] mss. Pinciani, *aut nulla tam pertinacis.* cui adhæret Pal tert ac quart. etiam reliqui duo, nisi quod ii postea, *aut indigna.* Erasmi editio, *aut nulla causa pertinacis studii aut indigna.* male, lectio secunda reducenda est.

Et alios comites affectus eius] sic Erasmus. & Pal sec. nisi quod transponat, *eius affectus.* at tres reliqui, *& alios comites eius affectus eius.* relinquitque Col. aliquid vacui post vltima illa, tanquam quatuor scilicet aut quinque deessent literæ.

Quod patrocinium nobis quæramus & excusatum] ita Muretus ex vno libro Pinciani, quomodo & mei quatuor. Erasmi editio, *quod in patrocinium nobis quæramus, etiam excusatum, &c.* Pincianus cod. habet quoque illud, *in patrocinium*, sed abest ei alterum, *etiam.*

Aut vtile esse aut ineuitabile] Pall. tres addunt voculam, *aut vtile id esse aut ineuitabile.* at legit Col. *aut vtile id autem ineuitabile*, extatque tantum vacui inter dictionem *vtile* & *id*, quantum satis esset recipiendis litteris quatuor.

Non vana vobis auctor rei venio] ita ex veteri codd. Pinc. lectione Muretus, cui accedit Col. & proxime Pal. quart. qui, *nobis auctor rei venio.* nam sec. & quart. *Non vana nobis auctor rei nemo.* Erasmi editio, *Non vana nobis auctor rei venit.*

Inire modo bonis auspiciis] ita Erasmus & Col. at Pal. quart. *qua interest modo bonis ausp.* sec. *terra modo bonis ausp.* tert *tuto modo bonis ausp.*

Quid enim quiete otiosius animi?] sic & Erasmus. at Pal. sec. tert. quart. *Quid animi quieto otiosius?* sine particula *enim*. Col. *Quid enim animo quieto otiosius?*

Rectiusq. scelera tollentur] ita & Pall. tres, Pinciani vnus & Col. meus, *potiusq. scelera toll.*

Capvt XIV.

Cuius modum sollicitus obseruet.] scribendum puto, vt & putauit Pincianus, *cuius modum sollicitus obseruet.* nam cum sit in Erasmi editione, *cuius causa domum sollicitus obseruet.*; ipsius mss non agnoscunt vocem *causa.* & vero nusquam ea etiam in meis. haberque Pal. quart. *dominum obseruet.* Col. *modum obseruabit.*

Sannulis facibusq. subditis] probo vocem, *facibus*; quæ est a mss. meis quatuor & a vetertima quaque lectione; hicque profecto non paulo magis conuenit, quam illud *calcibusq.*, quod præfert ora editionis Erasmi.

Certaminis gymnici] Pal. quart. *gymnatici*; vt fingi posset *gymnastici*, nisi obstarent aliæ membranæ. at de *Gymnastica* siue *Epistata* munere exacte P. Faber lib. 2. cap. 6. Agonist.

Pyrrhum] de hoc quæ dicuntur, quispiam non inepte ad ipsum armatæ (quæ ab eo Pyrricha dicta) saltationis auctorem iudicemq. ac magistrum retulerit. quanquam hoc affirmare nolim. hæc Faber, quem adi lib. 1. cap. 15. Agonistic.

Ne irascerentur] propterea iræ frenos luctantem Herculem adhibuisse ex Philostrate discimus. Latius de hoc vide sis P. Fabrum lib 1. cap. 13. 14. 15. Agonist.

Et qua noceat tantum, non qua caueat aspicit.] ita Mureti editio ex vno manuscripto Pinciani. at alii eius, at Erasmi, at mei, *& qua noceat tantum aspicit.* resectis reliquis.

Ratio patientiam suadet.] ita Erasmus, & recte. at Pall. tres, *ratio pat. innadet.* Col. *pat. inuadit.*

Capvt XV.

Vt scias inquit.) magis placeret Stephano: *inquis*, lib. 2. cap. 4. Prood at alterum illud restat in omnibus meis scriptis. sique hic mutandum est, multoties idem faciendum erat & supra & infra.

Quadam nonnisi melioribus) mei quatuor; *Quadam enim nonnisi mel.*

Alia fœcundi soli silua est) iidem mei addunt, *& alia fœcundi. &c.* Pal. præterea quart. *& alia fœcunda soli silua est.* forte legendum, *at alia fœcundi soli, &c.*

Itaq. tibi sæpe bonam indolem in malis quoq. ostendam) ita Mureti editio. at Erasmi. *in malis quoq. tuis ostendam.* Pal. sec *Itaq. bonam indolem malis quoq. sua ostendam* tert. *Itaq. sæpe tibi bonam indolem malis quoq. suis ostendamus.* neque aliter quart. quam quod ipse *ostendam.* Col. *Itaq. sæpe tibi bonam indolem malisq. sua ostendam.*

Si natura meliorn) sic Erasmus & Col. Pall. tres, *sed natura, &c.*

Non enim humani vim ingenii) Pal. tert. abest vox *enim.*

Capvt XVI.

In exemplum hominis adducit.) ita scriptura librorum Pinciani, nec non meorum quatuor. Erasmus ediderat, *adduxit.*

Quibus pro ratione est impetus) declarat idipsum suo more, hoc est circumspecte, P. Faber lib 2. cap. 1. Semestr.

Feras ne patem quibus ex raptu) mei quatuor nô agnoscunt particulam *ac.*

Quid autem est cur hominem) vox *est* interiecta a mss. Pinciani, cum abesset Erasmi editis. neque adeo extet in Pal. sec. aut quart. tertius tamen. *Quid est autem cum hominem.* Col. *Quod est autem quod homines.*

Cum habeas mundum Deumq.) ita Muretus ex Pinciani scriptis, quibus accedunt Pal. sec. fere etiam Col. qui, *cum hanc mundum Deumq.* alii mei duo, *cum habeas mundum denique.* Erasmus vero, *cum habeas mundum denique Deum.* quæ postrema lectio non adeo mihi fatua.

Simplicissimi, inquit, omnium habetur) sic & Pal. sec. ac Col. verum alii duo, vt & Pinciani omn. *hominum habentur.*

Nepotibusque.) exulat ea vox manuscriptis Pinciani; comparet tamen in quatuor meis.

Et omnibus visus parum callidus) ita etiam Pall. tres; at Col. *in omnibus visus, &c.*

Capvt XVII.

Imo imitatus iratum) sic Erasmus & mei tres. scribit tamen Pincianus omnes fere codd. suos præferre, *Imo irritatus iratum*; vnde forte Pal. quartus vtrumque admisit, hac forma; *Imo irritatus vel imitatus iratum.*

Et apud iudices itaq. & in concione.) ita etiam Pal. tert. & Col. at vero sec. *apud iudices. Itaq. &c.* sine copula; vt priores duæ voces pendeāt a verbis præcedentibus. quart. *vt apud iudices itaq. &c.*

Effecit imitatio) Pal. sec. *efficit.*

Nec latronem oportet esse nec prædam) ita reposuisse se iactat Muretus, motus forsan eo quod Pincianus traderet legendum forte, *nec prædam*, vt sicut in verbis sequentibus, *nec misericordem, nec crudelem*, ita & in his duo opponerentur contraria. eiusdem tamen membranæ, vt & Erasmi & meæ; *nec latronem oportet esse nec prædonem.* quod tamen vitiosum esse quiuis videt. nec eo tamen vtrum coniectaneum præferre debeam. & fere omnino est vt Pinciani.

Capvt XVIII.

Quoniam quæ de ira quæruntur, &c.) Pal. secundus orditur ab verbis hisce librum de Ira tertium: tertiumque initium habet quarti. siquid sentio, bene. bene inquam si in capita diuidendus iste tractatus, quod neque obseruatum ab aliis meis tribus; neque vero necesse.

Ne incidamus in iram) ita omnes Pinciani & mei. Erasmi tamen editio præposuit vocem, *scilicet ne incidamus, &c.*

Alter compescere, vt vincamus) sic Erasmus & Pal. sec. at tert. & Col. *vt vitemus.* quorum tamen vltimus nouam orditur orationem ab illis, *Vt vitemus.* at quart. *vt videmus.*

Potestates pares his sunt.) ita & mei tres. Pal. tert. *& potestates.*

Et proinde in aliquos magis incumbunt. prout, &c.) omisit dictionem editio Romana, quæ & in Erasmo, & in omnibus scriptis, *magis incumbunt ingenia, prout, &c.*

Capvt XIX.

Iracundos feruidi mixtura facit.) est a Pinciani coniectura: cum enim præferret & Erasmi editio & mss. Hispani illius, *Iracundos feruida animi natura facit.*, haberet solum familiaris eius codex, *feruidi natura*, non *feruida*, putauit contra omnia exemplaria scribendum illud quod exhibet editio ista Romana; eo etiam magis quod idem probare viderentur verba mox sequentia. bene forsan ille; sed non bene Muretus, qui adeo dissimulanter ouidum coniectaneum recepit in contextum. mei variant. nam Pal. sec. *Iracundos feruidi animi natura facit.* tert. stat ab editione Erasmi. quart. *Iracundos feruidos animum natura facit.* Col. olim vulgatam habet scripturam. sed tamen videtur illud *feruida*, accessisse, non ab alterius quidem manu, sed ab eo qui cum antea scripsisset *feruidi*, vltimam literam altera permutauit.

Frigidi mixtura frigidos facit.) ita Erasmus & Pal sec. ac tert. *fundi mixtura timidos facit.* alii duo melius, *Frigidi mixtura timidos facit.*, quomodo legere nos iussit ex correctioribus duobus exempp Pincianus.

Siccis ætatibus vehemens) ita & mei tres. Pal. tamen tert. videtur legisse, *Siccioribus ætatibus.*

Quæ inclinatum calorem frigus insequitur) vox vltima est a Pinc. codd. quæ ita etiam conspicitur in meis omnibus. Erasmi editio, *insequetur.* sed enim cum eadem, vt & scripti Erasmi & mei tres ostentent, *inclinaturum*, non *inclinatum*, id iterum reducendum putarim. nam & ei alludit Pal. quart. in quo, *inclamaturum.*

Vinum incendit iram) Pall. tres & Col. *iras.* & malim vel euphoniæ causa.

Capvt XX.

Quidam ebrii efferuescunt, quidam saucii) ita & Erasmus, neque aliter Pal sec. ac Col. Pinciani duo codices adiiciunt verbum, *quidam saucii sunt.* alius quis, *quidam saturi.* Pal. tert. *Quibusdam ebrii efferuescunt, quibusdam saucii*

fanim abas fanim. quart. *Quibusdam ebrii efferuescunt, quibusdam sancti.*

Quibus talis natura color est] ita sibi legendum videri annotauerat Erasmus, cuius editio, *calor est*; vti etiam habet Pal. sec. tert. ac Col. nisi quod tert. vitiosa scriptione *natura calorem*. quartus tamen retinet *color*. quod omnino probum.

Et continua peruigilia] Pal. sec *aut cont*. quomodo etiam quart. item margo Col. qui tamen ipse habet, *aut continua vigilia*, quod & restat in tert.

Plurimumque potest consuetudo) ita Erasmus & Pal. sec. alii tres vt & Pinc. libri, *Plurimum potest, &c.*

Quæ si grauis est, alit vitium) ita & Col. meus. at Pal. sec. *quæ si grauis est, aliud vitium alit*. vnde putabat Erasmus forte legendum; *quæ si grauis est, altius vitium alit*. est in Pal. quart. *grauis est, aliud vitium alitur*. in tert. *aliud vitium est*. cui proxime accedit scriptus vnus Pinciani; *quæ si grauis est, aliud vitium est.*

Sed in hoc nosse profuit) ita Col. at mei duo & Erasmi; *noscere profuit*. Pal. quart. *nocere*.

Subtrahatur vinum) Pall. tres, *subtrahim vinum*. Col. *vinum subtrahas.*

Distenduntur enim corpora) sic etiam Pal. sec. ac quart. verum alii duo, *distenduntur*. sed postea tamen, *tumescunt*. non *tumescent*. quod solus Pal. tertius.

Vt minuatur non vt consumatur) ita Pinc. membranæ & meæ omnes. male Erasmi editio; *vt minuatur & non vt cons.*

Lusus quoque proderunt) ita editio Erasmi & quatuor mei. at Pinciani, *Ludi quoque prod.*

Capvt XXI.

Aut indolem retundamus) ita recte Erasmus. nam mei perperam, *aut in dolorem retundamus.*

Facile autem etiam attendentem) ita etiam Pall. tres, nec male. at Col. & Pinciani mss. abest dictio *etiam*.

Vt modo frenis vtamur) sic voluit scriberemus ex suis Pincianus, at Erasmi editio & mei quatuor, *vtatur*. vt forte scribendum sit, *vtatur*.

Rogare suppliciter, nec profit rogasse) ita Muretus secutus aliquatenus Pinciani calamo exaratos libros qui, *rogare supp. nec profit rogare*, vti etiam habet Pal. tert. at sec. *rogare simpliciter, nec profit rogasse*, vti etiam editio Erasmi, quæ annotat alias legi, *rog. similiter, &c*. Pal. quart. *rogare suppliciter, nec profit rogauere*. Col. *rog. suppliciter non profit rogasse.*

Nihil enim magis facit) sic quidem etiam Pal. sec. at alii tres, *facit*.

Ideoque vnicos quo plus) Pal. tert. *vnico*.

Pupilloque quo plus licet) idem *pupilloque*, neutrum receperim. puto enim præbuisse occasionem mutandi, quod pluralis numerus locum non videretur habere, cum sermo de vno tantum.

Cum lacrimas sollicita semper mater) ita etiam editio Erasmi, ne quis I. C. sibi placeat, tanquam sic ipse coniecerit, cum edidisset male *solita*. at malim ego cum Pal. sec. tert. Col *cuius lacrimas sollicita, &c.*

Cui de pædagogo satisfactum est) ita & Pall. tres. at male Col. *cuius pædagogo satisf.*

In diuitibus & nobilibus) Pal. tert. non habet præpositionem, *In*; at quart. præponit particulam *&*. itaque fere est vt legam, *Id in diuitibus, &c.*

Quod flenti negatum fuerat) sic & Pal. sec. alii tres *fuerit*. quod malim.

Capvt XXII.

In adolescentia mores) ita quidem Erasmus. sed tamen mei quatuor. *in adolescentiam mores*; quod amplectar necesse est antiquitatis causa.

Vociferantem videret patrem) Stephanus ad Dalech. Epist. 16. ait, mirum esse ni Seneca scripserit, *vociferantem audiret patrem*, potius quam *videret*; etiamsi sequatur, *Nunquam hoc apud Platonem vidi*. alioqui, inquit, respondendum fuerit, vt opinor, dicentem, *vociferantem videret*, ad gestus qui vociferationis comites erant respexisse. sic ille. cuius vltima putauerim vera. nam mss. mei quatuor vulgatiam illam lectionem propugnant.

Quin citius patrem imitatus sit quam Platonem) ita & Pal. sec tert. Col Erasmi editio paulo alio ordine; *quam citius patrem quam Platonem imitatus sit*. Pal. quart. *quin citius patrem imitatus sit Platonem*. codices plerique Pinciani; *quid citius patrem quam Platonem imitatus sit*. vnus vero, *quin citius Platonem quam patrem imitatus sit*; quæ lectio meo animo Senecæ exprimit sensum; sed tamen restituerim peruersum illum verborum ordinem, *quin citius patrem imitatus sit, quam Platonem*. quanquam & alterum illud subsistere possit: vt velit noster hunc puerum paulo post etiam imitatum patris mores, neglecta illa quam a Platone hauserat virtute morum; cum nihil procliuius sit homini quam relabi ad deteriora. Verum ne quid negem, priori magis meæ acquieuerim sententiæ. si tamen quis asseuerauerit quædam mox desiderari, ei nec ego contradixerim.

Tenuis ante omnia sit victus) vox penultima *sit*, abest mss. meis quatuor.

In nobis siquidem sors nascendi) ita Pinc. chirographi libri, vt etiam Pal. tert. & quart. at alii duo nec non Erasmi, *in nobis quidem, &c.*

Nec iam præcepti habet) ita Erasmus & Pall. tres. at Col. *nec vim præcepti habet*. quod nescio an non adsumere debeam tanquam ipsius Senecæ legitimum.

Nec apertis quidem, &c.) sic Pal. sec. ac quart. at tert. & Col. sine vltima illa voce *est* habet, *Ne apertis quidem manifestisque statim accedendum*. quod mihi nonnihil fortius videtur.

Veritatem enim dies aperit) de hoc dicto multa Erasmus Adag. 17. Cent. 4. Chil. 2. at malim tamen ego legeremus; *Veritatem dies aperit*, sine particula *enim*; quæ in nullo meorum.

Quod quæ inuiti audimus, libenter credimus) ita & mei, nisi quod vnus & alter *quodque inuiti*. Pal. vero quart *quædam inuiti audimus libenter credimus*, pro, *quod quæ inuiti*. Stephanus Epistola ad Dalechamp. 16. existimat Senecam hic contrarium sensisse ei quod librarius scripserit; legendumque ideo; *quod quæ non inuiti audimus, libenter credimus*. præcedit enim, inquit, *ne sint aures criminantibus faciles*. quomodo autem *faciles esse aures* dicentur iis quæ inuitæ audiunt? Adde inquit, quod ipsa etiam experientia illi quam adsero lectioni assentiri videtur; nec nō quod ab Ouidio scriptum:

Sed nos in vitium credula turba sumus, Hoc enim scribit de Claudia loquens, quam rumor iniquus læserat cum facile criminantibus fuissent aures. nam addit. *& falsi criminis acta rea est*. sic Stephanus, at ego sic satis verisimiliter videor asseruisse vulgariam lectionem cap. 12. Suspic. lib. 2. nec retracto sententiam. pro me enim omnino facit sequens caput primo & illud ipsum quod a se stare putat amicus ille noster.

Capvt XXIII.

Et ab Hippia tortus) ita & mss. Pinciani & mei quatuor, Erasmi editio, *& ab ipso tortus*.

Quibus quam maxime carum) sic & Pal. sec. & Col. at alii duo destituuntur particula, *quam*.

Interrogauit ecquis superesset?) sic fere etiam Col. qui *interr. & quis super*. Pall. tres, *interrogauit pro antiquus & quis superesset*: quam lectionem suspicor natam ex nota marginali, cum aliquis scilicet adscripsisset vocem *ecquis*, hic poni pro *an quis*. id postea degenerauit in *antiquis*, receptumque est in contextum, peperitque deinde doctorum coniecturas, putantium legendum *interrogauit pro aliis*, vel *pro amicis, & quis superesset*, quæ conspiciuntur in Pal. sec. ac quart. tanquam variæ lectionis. Rod. Agricola diuinarat, *rogauit proin & quis sup*. Erasmus, *rogauit porro an quis & quis superesset*, aut, *rogauit, e propinquis & quis superess*. verum labitur eo demum vt glossema putet natum ab illo *ecquis*, vt modo exposui.

Tyrannicida manus commodaret) sic Muretus, contra omnia exemplaria scripta cusaque, quæ habent *accommodares*.

Qui cum legissent epistolam matris) Dissentiunt, inquit Pincianus, quinque præstantissimi scriptores, Curtius lib. 4. Val. Maximus lib 3. Trogus lib. 11. Arrianus lib. 2. Plutarchus in Alexandro. Omnes enim produnt hanc epistolam a Parmenione missam, non ab Alexandri matre.

Non deterritus bibit) ita Col. & Pal. quart. quomodo etiam legendum monuit ex mss. Pincianus. siue, inquit, vt quidam præferunt codices, *non territus bibit*. Erasmi editio, item Pal. sec. *non veritus bibit*. tert. *non deterius bibit*.

Hoc eo magis in Alexandro] ita editio Romana ex vno scripto Pinciani; quidam enim eius, vt & Col. meus, *Hoc ergo magis*: alii, *Hoc ergo magis*, quomodo effert Erasmus & Pal. sec. alii mei tamen duo recte, *eo*.

Quo rarior autem moderatio in regibus] est a coniectura Pinciani, cum præferrent mss. Erasmi eiusq. adeo omnes. *Quo maior autem*. nam, si inquit legas *maior*, inepta erit sententia. non enim in regibus tantum. sed in plebeiis hominibus maior moderatio magis laudanda est. sic ille. at *maior* etiam constanter in omnibus meis.

Cum sarcinam deprehendisset epistolarum] ita iterum Muretus, Erasmi secutus diuinationem, qui tamen adiecerat alteram, nempe *cum scrinia*, quam iste profecto præponere debuisset. sic cum aperte Pall. tres & Col. nisi quod priores illi *scrinea*. ediderat autem ex mss. Erasmus, *Cum sententiam deprehendisset*. omnino hoc inepte. nam de eadem hac re sic ecce Plinius lib. 7: *Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeii Magni scriniis epistolarum, iterumque apud Tapsum Scipionis, ea optima concremasse fide, atque non legisse*.

Aut in aduersis aut in neutris] recepit hic Muretus coniecturam Pinciani, sic legendum putantis contra omnia exemplaria, in quibus *aut in diuersis*. quomodo & mei quatuor, nisi quod Pal. quart. annotet, alias legi *aut in aduersis*.

Quamuis enim moderate) meis omnibus abest particula, *enim*

Gratissimum putaui genus] sic ex mss. Pincianus, cui accedit Col. & Palat. tert. ac quart. nam sec. *putans*. Erasmi editio *putanc*.

Capvt XXIV.

Ille inchoatum sermonem cito abrupit] Pal. quart. *ille in quatium serm.*

Illius vultus auersior visus est) Pall. tert. ac quart. *illius vultus aduersior*.

Oborgemus credulitatem] sic & mei tres, recte. Palat. quart. tamen *crudelitatem*.

Capvt XXV.

Inde & illud sequitur) sic Palat. sec. ac quart. Erasmi editio, *Vade illud sequitur*. Pal. sec. *Inde & insequitur*. scripserim cum membranis Col. *Inde & illud sequetur*. pendent enim hæc a superioribus, quorum postrema verba, *consuetudinem officeet*.

Aut tepidior aqua potui erogata) sic Erasmus & Pal. sec. Pinciani codd. aliquot; *aut tepidior aqua poturo*: cui adsentitur Col. meus; alia, *aut tepidiore aqua potus eros* vel, *tepidior aqua potaturo*, vt etiã exrat in Pal. tert. at quart. *aut tepidiori aqua potus*. notaturq; alias legi, *aut trepidiori*. Lipsius vulgatam scripturam producit lib 1. cap. 4. Elect. at ego fidenter scripserim, *aut tepidior aqua aut turbatus torus*, eiectis illis litigiosis, quæ quiuis videt esse a mala manu, vtique cum ita varient in dictione testimonii. at vero ad rem quod attinet; non solum in vsu Romanis ad mensam *aqua calida*, vti audiuimus lib. 1. de Ira cap. 12. sed quod miremur, in delitiis fuit. inde apud Plautum, *Thermopolii* mentio, cum hilarior inuitatio describitur, aut solutior luxus. vt Curculione de ebriosis:

Quos semper videas libentes esse in thermopolio. in Trinummo

-Satin in thermopolio

Condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem. item Rudente:

Ne thermopolium quidem vllum ille instruit.

Ita salsam prabet potionem & frigidam. vbi *thermopolia*, nõ hercle aliud quã cauponæ in queis hæc calida veniret. *calidam* dico *puram putam*; non potionem nescio quam dulcem & confectam, quod sine auctore veteri ponit & vulgus interpretum & eximius Turnebus. Philo ad hunc ritum egregie, De vita Theoretica: οἶνος οὐκ εἰσφέρεται τοῖς ἀμέραις ἀνακομίζεται, ἀλλὰ διαυγέστατον ὕδωρ, ψυχρὸν μὲν τοῖς πολλοῖς, θερμὸν δὲ τῶν πρεσβυτέρων τοῖς ἁβροδιαίτοις. vbi vides palam deliciarum fuisse hunc potum. Itaq; thermopolia Romæ Claudius sustulit, & bonus censor quasi ruina correcturus; *calidam in cauponis præstare ferme interdixit*. Dio Cassius his verbis: τά τε καπηλεῖα ἐς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε μήτε κρέας τι ἑφθὸν, μήθ' ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι, καί τινας ἐπὶ τούτῳ μὴ πειθαρχήσαντας ἐκόλασεν. Etiam apud Ammianum lib. 28: Ampelius præfectus vbi; qui statuit: *ne taberna vinaria ante horam quartam aperiretur, neue aquam vulgarium calefaceret quisquam*. Ea re Caius Caligula cauponem quendam interfecit, quod per dies funeris Drusillæ, *calidam vendidisset*. idem Dio, τὸν, inquit, πωλήσαντα θερμὸν ὕδωρ ἀπέκτεινεν, ὡς ἀσεβήσαντα: scilicet quasi hominem impium. & lasciuiæ administrum in publico luctu. nec prætereundus Dionis locus de Druso Tiberii filio, quem ebrietatis accusat, quod aliquando cum prætorianis ad ignem restinguendum e conuiuio exciuatus, *Aquam illis poscentibus, calidam infundi iusserit*. nimirum quasi conuiuii res esset, non incendii. verba Græca sunt, quorum sententiam non expressit interpres: τῇ τε μέθῃ κατακορὴς οὕτως ἐγένετο, ὥστε ποτὲ αὐτὸς ἐμπρησθέντι τινὶ ἐπικουρῶν μετὰ τῶν δορυφόρων ἀναγκασθεὶς, ὕδωρ αὐτοῦ αἰτούντων, θερμὸν σφίσιν ἐγχέαι κελεῦσαι. nec ab alia causa agnominatio illa Tiberii Imp *Biberius Caldius Mero*. *Caldius* videlicet, a frequenti calidæ potu. Reliquum quæri est, *pura* hæc aqua in deliciis fuerit, an *mixta*. censeo *mixtam*. non quin duplicem calidæ vsum non agnoscam: (bibebatur enim & solitaria & infusa vino: sed quia gulonibus expetitam maxime & laudatam comperior cum vino. credo, quia procliuius & iucundius potio feruens quam frigida iret in bulgam. Apuleius lib. 2: *Fotis mea arripit poculum, ac desuper aqua calida mixta, porrigit vt bibam*. Martialis:

Me conuiua leget, mixto quincunce, sed ante
Incipiat positus quam tepuisse calix. alibi:
Iam defecissent portantes calda ministros.
Si non potares, Sextiliane, merum. qui versus diserte probat mixtionem. sed clarissime Plautus, qui vinum ita mixtum intelligens, *Calidi* nomine vti non *Calida* voluit. Curculione:

Vbi quid surripuere, operto capitulo calidum bibunt.
Tristes atq; ebrioli incedunt. & Milite, eleganter potionem eam exprimit puer ebrius:

Neq; equidem heminas octo exprompsi in vrceum,
Neq; ille hic calidum exbibit in prandio.
Pa. *Neq; tu bibisti?* Pv. *Dii me perdant, si bibi,*
Si bibere potui. Pa. *Quid iam?* Pv. *quia enim absorbui.*
Nam nimis calebat; amburebat gutturem &c.

plura huius rei Lipsius d. cap. 4. vnde ego hæc mutuo sumsi.

Aut turbatus torus) sic & mei tres. Pal. sec. *aut turpatus torus*.

Æger & infelicis valetudinis est) Pincianorum codd. verus lectio, *Æger & infelicis &c.* quomodo & extat in Pal quart. nec recedit Col. nisi quod is; *Ægri & infelicis*. Pal. sec. *Et ager & infelicis* tert. *Æger & infelix valetudinis est*. Erasmus; *vt agra & infelicis &c.*

Mindyridem aiunt) sic iussit legeremus cum mss. exemplaribus Pincianus; quomodo & restat in Pal. tert. ac quart. nã sec. ac Col. *Midiridem*. Erasmi editio, *Miridem*. at Brodæus lib. 5. cap. 13. Miscellan. corrigit: *Smindyridem*, motus testimonio Aristotelis Moralium Eudemiorum lib. 1. οἱ δὲ σμινδυρίδην τὸν Συβαρίτην, ἢ Σαρδανάπαλλον. nec aliter citat hunc Aristotelis locum Politianus lib. Miscellaneor. cap. 15. *Smindyridam* etiam vocat Lud. Cælius lib. 11. cap. 13. lect. antiq. nullo tamen adducto auctore, vt ei fere mos. & vero sic quoque appellat Ælianus lib 9. cap. 24. lib. 12. cap. 24. Variæ Historiæ, aliique scriptores Ecclesiastici.

Altius

Altius rastrum alleuantem) sic & Pal. sec. & quart. quorum tamen vltimus suggerit alias legi *lastrum*. tert. *altius castrum aduelantem*. Col. *altius rastrum leuantem*.

Vetus illum opus) ita exemplar vnum Pinciani. alia eius, vt & Erasmi; *illud*. quibus fauent & mei quatuor.

Sed quia molles patimur) sic etiam Palat. sec. ac tert. nam quart. *molle*. Col. *mollis patitur*.

Aut versus calix) sic Mureti editio. at Erasmi. *aut obuersatus canis*. Pincianus testatur exemplar vnum præferre *calix*. an suspicer fuisse; *obuersatus culex*. & profecto fere est, vt firmiter suspicer, imo putem, imo arbitrer. meæ tamen membranæ quatuor; *aut obuersatus canis*

Male diluenti nomen) sic Erasmus & Col. meus. probe. Pal. tamen sec. *nucem*. tert. *nutem*. quart. *iuuens*.

CAPVT XXVI.

Ex prioribus quadam sine sensu sunt) ita ex Pinc. scripsit Muretus. quibus accedunt mei tres Pal. iātum quart. *sine consensu sunt*, vt habuit editio Erasmi.

Sic & mutis animalibus) coniunctio *&* exulat meis omnibus; neque eam desideramus. Pinc. codd. duo *multis*.

Quia nulla iniuria nisi a consilio profecta. Nocere itaq.) sic & Erasmi editio ex eiusdem diuinatione. ea vetustior adiicit vocem, præfertque. *quia nullam iniuriam a consilio profectam faciunt*. alias; *quia nullam iniuriam si a consilio profectam*. Pinciani eædem binæ membranæ legunt, *quia nullam iniuriam non faciunt, quia velle non possunt. Non est enim iniuria nisi a consilio profecta*. neque aliter est in Col nisi quod vice vltimæ vocis custodiat, *perfecto*. est in Pal. sec. *quia nullam iniuriam a consilio profectam inferre possunt*. *Nocere itaq.* tert. *quia nullam iniuria si a consilio profecta nocere vtiq.* quart. *quia nulla iniuria sed a consilio profecta. nocere itaq.* Rod. Agricola diuinatat legendum, *quia nullam iniuriam nisi a consilio profectam intelligo. Nocere itaq.*

Obsequentes alteri equiti) sic bene & Erasmus & meus Col. nam Pal sec *post sequentes alteri*. tert. *possunt sequentes altere*. quart. *se sequentes alteri equiti*.

Et arte tractandi) Pal tert. *& artes tractanda*. quart. ac Col. *& arte contractandi*.

CAPVT XXVII.

Ad nos proprie dirigatur] ita Erasmus & Palat. sec. at quart. & Col. *dirigantur*. tert *erigantur*.

Si verum ipsi dicere nobis voluerimus) Pall. tres addunt, *si vero verum ipsi dicere*. etiam Col. in quo; *si vero verum ipsi dicere volumus*:

Nihil peccans. nihil feci) sic Erasmi editio & Colon. at Pall tres interponunt coniunctionem; *nihil peccans &, nihil feci*.

Quo aducimus malefactis arrogantiam) rescribo cum meis quatuor, *quod aducimus*. Palat. tantum tert. *quod adducimus*.

Quam angusta innocentia est ad legem bonum esse?) hæc & sequentia adducit explicatque Duarenus tit. de origine Iur cap. 3. item tit. de pactis. Connanus vero lib. 1. cap. 7. Comment. Iur. Ciuil.

Quam iuris regula) ita & tres mei. verum Palat. tert. *quam iuris regula, al. vel rel gio*. & sane blanditur mihi omnino illud *religio*. vellem tantum toc et non contrairent exemplaria.

CAPVT XXVIII.

Codomus obiurgantibus] sic Erasmus. at mei tres; *Credamus obiurgantibus*. Pal tert. *credas obiurgantibus*.

Vtiq. aliqua fugiendum est) sic Mureti editio. at Erasmus & mei omnes *aliquo*, Coloniensis insuper *frigidum est*.

Alios pro nobis facere) ita editio Romana, nulla vsa ms. codice. Erasmus quippe; *alios per nos facere*. monoitque Pincianus repræsentare membranas suas *alios pronos facere*: quod cur non amplexus fuerit Muretus equidem miror. ego sane id amplector, motus insuper auctoritate meorum quatuor calamo exaratorum. *pronos* enim non male opponi *coactis*, quiuis videt. interim tamen notanda vocis illius notio, non tam obuia hercle quam imber cum pluit.

Etiam eos qui volentes) sic Pinc. codd. & mei. Erasmi editio, *& eos &c.*

Hæc & ipse commisi. Sed vbi tam æquum iudicem inuenies) hæc absunt omnia Erasmi editione, quæ auctori nostro restituit opera manuscripti vnius Pincianus, restantque adeo in Col. exulant tamen Pall. tribus.

Pudicitiam seruulorum suorum) ita ex veteri lectione Pincianus: cui adhærent mei omnes. Erasmi editio, *seruorum*.

Tempestiua filii conuiuia) vetus lectio codd. Pinciani; *filii vitia* Pall. tres *filii conuiuia*. Col. *filii coniugia*. sed nihil verius lectione quam præfert Erasmus, *conuiuia*: dubitabimus tantum quid per ista velit. quidam enim aiunt, *conuiuium tempestiuum* esse, quod tempore celebretur, verboque honestum; nec in vitio poni vnquam nisi in libris vitiatis. alii *tempestiuum* nihilum differre dicunt ab *intempestiuo*, & in culpa habitum vtrumque. tertium vidi, qui *conuiuia tempestiua* vellet esse quæ statis certisque temporibus præberent sacerdotes. qui omnes inducunt & seducunt. melius enim Lipsius de hac re ad lib. 14. Annal. Taciti. nempe legitima conuiuii hora apud Romanos priscos, Sol occasus. Saluianus lib. 1: *Numquid parentem illam tunc agrestemq. vitam cum vita & gemitu tolerabant, cum vilis ac rusticos cibos, ante ipsos quibus coxerant focos sumerent, eosq. ipsos capere nisi ad vesperam non liceret.* Itaque quia vespere cœna, ideo prouerbii forma in Plauto. *De vespere suo viuere*. Postea autem *Decima* haberi cœpta. clarum ex Cornificio ad Herennium, vbi describit hominem vane gloriosum lib. 4: *si ad vos quos vocauerat ad cœnam non in suas ædes, Itane? Eamus, inquit, hospites. Frater venit ex Salerno. ego illi obuiam pergo, vos huc decima venitote. hospites discedunt. ille se raptim domum suam coniecit: illi decima, quo iusserat, veniunt.* & ab ea mente Philippus Vulteium inuitat apud Horatium; *Post nonam venies*. imo actuosi homines & forenses post decimam sæpe. quoniam res & iudicia in foro exercita ad decimam horam, vti ex Miloniana Asconii discas. At labente imperio moribusque *octaua hora* balnei haberi cœpta, *nona* ipsa *cœna*. Plinius de Spurinna: *vbi hora balnei nuntiata est* (*est autem hyeme nona, æstate octaua*) *in sole ambulat nudus. lotus accubat*. Martialis præter alios.

Imperat extructos frangere nona toros.

Hanc horam qui præueniebant, *tempestiue epulari* dicebantur, & præmature, & *conuiuia* eorum *tempestiua*. qui in longum trahebant, inque noctem intempestam, iure eorum *epulæ intempestiuæ*. qui de multo die, inquam, epulari incipiebant, in eos gulones hæc nota & hoc nomen. eaque sunt conuiuia quæ Catoni placita apud Ciceronem: *Ego vero propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuiis delector*. itero Claudio, de quo Tacitus lib. 11: *Claudius domum regressus & tempestiuis epulis delinitus*, quæ epulæ si media nocte fuissent, nō potuit inter eas Messalina esse interfecta, sine querela aut verbo historicorum. Alexandro, de quo Curtius lib. 8: *Iamq. iter parare in posterum iusserat, solenni & tempestiuo adhibetur conuiuio.* tamen hæc conuiuia iure in vitio. Cicero ad Atticum lib. 9: *Audio bonis viris hanc cunctationem nostram non probari, multaq. & seuere in me in conuiuiis quidem tempestiuis disputari*. ibidem: *Quas ego cœnas facere & obire scripsit ad me Sextius? quam lautas, quam tempestiuas*. Quintilianus Declam. 331. *Neq. enim senectutem affert summus dies. sed longus ordo vitæ. nec ebrietatem facit illa potio postquam concedendum est, sed tempestiuum conuiuium & audiras nimia* Tacitus lib 2 Histor. *Discubuerat Vitellius Titius adhibito ad epulas Verginio. Legati tribuniq. ex moribus imperatorum seueritatem æmulantur, vel tempestiuis conuiuiis gaudent.* qui vel solus locus sententiæ nostræ firmandæ. cedo enim si non de die illud epulum, quomodo subrungit de *lucta* inter milites? quomodo *pulsus procul & arma adspiciebantur*, in tenebris? Sane iterum de Vitellio Cornelius *medio die temulentus*. & Xiphilinus, τὸ πλῆθος τῆς ἡμέρας ἐς τὰς νυκτὸς ἐδαπάνα. Diuturnum ergo *conuiuium* (intellige a meridie aut circiter) *tempestiuum*, quia initū tempori nimis: nocturnum contra *intempestiuum*. Suetonius Calig. cap. 45: *Senatum populumq. obiurgauit edicto*

quod Cæsare prælante, intempestiua conuiuia, circum & theatra & amœnos secessus celebrarent. Cicero pro Murena: *Intempestiui conatus, amœni loci, multarum delitiarum comes est extrema saltatio.* Curtius lib. 6: *Intempestiua conuiuia & perpetandi peruigilandique insana dulcedo.*

Expeditne nobis ista damnari?) Erasmi editio, meique quatuor, *damnare*.

Nec ab illa pene initio vt ignoscat sed vt indicet) sic forte legendum scripsit Erasmus at ingratum hoc, præ eo quod exempla chirographa Pinciani promunt, *Hoc ab illa pete initio, non vt ignoscat &c.* sic enim etiam omnes mei, nisi quod Pal. tert. ac quart. *Hoc ab illa pene initio* item in fine quart. *vindicet*. Colon. vero *Hoc ab ira pete &c.* Erasmi editio. *Hæc ab illa pœna initio, non vt ignoscat.*

Dum partibus carpetur) Pal. sec. *capetur*. quartus *corripetur*, sed nihil mutandum.

Capvt XXIX.

Alia ipsi audiamus) Pal. sec. *audiuimus*. tert. vtrumque recepit; *alia ipsi aut audimus alias audiuimus.*

His quæ narrata sunt) sic Erasmus. at omnis scriptura codd meorum, vt & Pinciani; *De his quæ narrata sunt*. quæ reuocanda vel propter tot exemplariorum consensum.

Vt videatur delusisse factam] ita Pinciani mss. & mei tres. Erasmi editio *delusisse*, quomodo fere in Palat. quart. nempe *delusiße*

Et qui spectare ludos cupiat] Palat. sec. ac Col *& qui expectare ludos cupiat*. tert. quart. *& qui spectare ludos capiat* forte, *capiatur*

Quos commisit] sic quidem editio Mureti, neque aptius inueniatur vocabulum sub cœlo Senecæ menti. Erasmus tamen meique omnes, quos *collisit*.

Dares aduocationem) Erasmi editio *actionem* cui videtur fere adsentiri Palat quart nisi quod notis scripsit. alii duo præferunt *dares actiones* Col. *actores*.

Quæ sæpius ad manum venit] sic ex Pinciani libris, quibus fauent & mei. Erasmi, *venere*.

Illi antequam aut accusatorem] Col. *Illi autem accusat*. Pal. tres alio ordine tantum; *antequam illi aut accusatorem*, quod placet.

Iam enim iam quid vtrumque diceretur] ita & Pinciani membranæ, Palque quart. Erasmus ediderat, *Iam verum iamque quid, &c.* scripserim cum tribus meis reliquis; *iam verum, iam vtrinque quod diceretur.*

Aliquem nihil vnquam tibi dicam] sic scribi iussit ex mss. suis Pincianus; quomodo etiam habent Col. Palque duo. at sec. *aliquis nunquam tibi dicam*, vt expressit editio Erasmi.

Capvt XXX.

Tantum profuit vt illius iam iniuria ius sit] sic Mureti editio, secuta sublestam Pinciani coniecturam, clare interim testantis habere antiquam omnem lectionem, *vt illi etiam iniuria eius sit*: quomodo etiam distincte in membranis nostris quatuor. Erasmus vocem interposuit, edidit que, *vt illi donanda iniuria eius sit*. male. nihil enim concinnius eo quod ex mss eruebat politissimus vir Nicolaus Faber; *vt illi etiam iniuria ius sit*. scilicet in veteribus libris diphthongus scribebatur separatis literis. *a e*. indicauit hanc eius emendationem harum artium callidissimus Iacobus Bongarsius notis suis ad lib. 21. Iustini.

Mulier est, errat] sic Erasmus & mei tres, nisi quod Pal. tert. præponat, *Item, mulier est, errat*. Pincianus emendandum arbitratur: *Mulier est, erat*. vt sit sensus, muliebrem errorem ignoscendum esse; erat enim mulier, hoc est sexus in errores proni. equidem extat illud *erat* in Pal quart sed tamen non abiuerim a vulgata lectione.

Quis nisi vnquam sui censet] Pal. tert. *quis nisi vnquam* Col *qua nisi in quo sui censet*.

Lenius transiliet sustinentem] sic Erasmus & Pal. sec. ac Col. sed mihi & oculos rapit & animum quod splendet in Pal. quart. *lenius transiliet patientem*. sic enim scripsisse nostrum quid ni putem, cum singulari hac notione istius meminerit vocis iam pluries, vt suis quibusque locis notaui. sed & alioqui vtrumque complexus est Pal. tert. hoc modo: *lenius transsiliet patientem, alias sustinendum.*

Et iam sibi dedit qui peccauit] sic Erasmus. mei quatuor coniunctim, *etiam sibi, &c.*

Quædam quia non sperauerint] sic codd Pinc. & mei quatuor. Erasmi editio, *quæ* antiquior insuper, *superauerint*.

Indigna putamus] sic Pinc. mss. & mei. Erasmus, *putauimus*.

Capvt XXXI.

Vt licentiam sibi dari velit in alterum] ita quidem editio Mureti, sed tamen voces duæ postremo positæ loco nusquam comparent, non in exemplaribus meis, non in Erasmi. itaque eiiciantur.

In se nolit] ita Pinciani mss. & mei. at Erasmi editio auctior, *in se nolit alteri.*

Aut ignorantia nos itaque rerum] ita scribi monuit ex chirographis Pincianus, cum Erasmi libris nec non quatuor meis absit vltima vox *rerum*.

Ignorantia. quid enim, &c] ita & Erasmus. verum enimuero mei quatuor hic ostentant; *Ignorantia rerum. quid enim, &c.*

Et in bonis moribus aliquid] ita & Pal. quart. tres reliqui, *etiam in bonis*: quod præposuerim.

Fert humana natura insidos animos] ita Mureti editio, secuta diuersos codices Pinciani: quidam enim eundem, *insidiosos animos*, quidam *infidos amicos*. Erasmus edidit, *insidiosos amicos*. mei habent quatuor, *insidiosos animos*. quod maxime probauerim.

Repente inter pocula finiuque] ita Erasmus & Pal. quart. at sec *intra pocula*. tert. *inter ocula*, apposita tamen deinde alterius manu litera vna. Col. *repentantes inter pocula*. venire cui posset in mentem scribendum, *inter oscula finiuque*.

Adulantesque domino feras] ita ex Pinciani libris Muretus. Erasmi editio, *adulantibusque. Non ergo.* Pal quart. ac Col. *adulantibusque dominum feras*. tert. *adulantesque dominum feras.*

Pudebit cum animalibus permutasse mores] ita etiam Muretus ex Pincianorum codd penu, vti etiam Pal. quart. ac Col. Erasmi enim editio; *Non ergo feras pudebit cum animalibus permutasse mentes?* Pal. sec *tractantiumque ora placida. Non ergo tractantibus adulantibusque, feras pudebit cum animalibus permutasse mores.* tert. *Pudebit cum animalibus permutasse mores.*

Ergo cuiui quoque] sic bene Erasmus. Pal. enim sec. ac tert. *ergo cuique*, quart. *ergo vtique*. Col *ergo cuiquaque*.

Nam hic pars patrie est] disputationi suæ illhæc immiscet Fornerius Comment. ad l. 72. de verb sign.

Ergo & homini) sic Erasmus. vetustiores editi, *ergo & homines*, quo modo & Pal. quart. nam sec. & Col. *ergo & homini*. tert. *ergo & homo*. Pincianus scribendum rebatur, *ergo & homo vnus.*

Quia singula seruari totius interest) ita Erasmi editio. at Pall. tres, *quia sing. seruari potius interest* Col *quia singula seruari potius inter se*.

Quia ad cœtum geniti sumus) Pal sec. *quia ad centrum geniti sumus*. tert. *quia ad cœtum geniti sunt*. Col *quia ad totum geniti sunt*.

Aut tecta nocent effugeremus) sic Muretus. mss Pinciani, *affligeremus*, vti etiam Pal. tert. nisi quod ei desit vox *nocent*. Erasmiana editio, nec non Pal. quart *effugeremus*. Col. *aut tecta nocua affligeremus*. correctumque *noxia*. quod placet, nisi malimus, *aut tecta nocina effugeremus* certe in illa voce penultima variat etiam Pal. sec. in quo, *aut tecta nocent effugeremus*.

Si vt reliqua mansuefacere possemus) sic Erasmus. at Pal. sec. *si in reliquo mansuefacere possemus*. tert. *mansuefacere possemus*, omissis tribus vocibus præcedentibus quart. *si in reliqua mansuescere possemus*, vti etiam est in Col. nisi quod is *reliquum*.

Nam

Nam si puniendus est) ita Muretus. at Erasmi editio & Pall. tres, *puniendum est*. Col. *Nam puniendus est*.

CAPVT XXXII.

Vt in beneficiis honestum est) sic & Pal. sec. at alii tres non habent voculam, *in*.

Inhumanum verbum est, & quidem pro iuste receptum, vlto) consentanea his plura P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 2. qui omnino adeatur.

Et a contumelia non differt, nisi ordine) ita Romana editio aliæque, nudam secutæ coniecturam Pinciani, cum esset in mss. eius (vti etiam Erasmi meisque) *prorsus receptum vlto & talio: non multum differt nisi ordine*, habetque vnus scriptus *& tale multum non differe*, verbi vnius ordine commutato. at ego non ausim reiicere receptam lectionem itaque qui me audiet, hic reuocabit.

M. Catonem in balneo quidam percussit imprudens) sic Erasmus. nec improbo. testor tantum in omnibus meis conspici, *M. Catonem in balneo ignorans quidam percussit imprudens*. sic inquam Pal. tert. ac quart. sec. vero ac Col. alio positu; *Marcum Catonem ignorans in balneo quidam percussit imprudens*. quæ lectio ita accipienda videtur vt homo ille qui imprudenter percusserat Catonem, eum alioqui etiam ignotum habuerit de facie inuisumque.

Non agnoscere quam ignoscere) sic Mureti editio. scire vellem qua fiducia. nam certe Erasmi editio, membranæque Pinciani, nec non meæ quatuor, *non agnoscere quam vindicare*. quod ego hinc eiicere minime ausim: si tamen quis contenderit id mutari posse in, *quam vlciscare*, ei non valde contradixerim.

Alius demisere dum vindicant) omisit & hic vocem Muretus, quæ in omnibus editionibus chirographisque libris; *alius demisere sibi dum vindicant*. sicque etiam mei, nisi quod Pal sec. ac Col. scribant, *dimisere*; Col præterea primum exaratum habuerit. *alius sibi immersere demisere dum vind*. sed deleta postea dict. o. *immersere*.

Ille magnus & nobilis est) ita solum etiam Pal quart. reliqui tres non exhibent voculam. *est*.

Latratus minutorum canum securus exaudit) ita & Col. & Pal. sec. ac tert. & Erasmi editio: annotatum tamen ad eius dextram oram alias etiam legi, *obaudit*, quod quis commode defendat. Pal. quart. *latr. minutorum*. sec. ex indice, sine voce *canum*; quod scie placet, vt subaudiatur *hominum*, vel tale quid.

Si tanquam ad remedium sine ira veniamus) ita & Erasmus. at iussit Pincianus scriberemus, ex veteri suorum lectione, *Si tanquam ad remedium venimus, sine ira veniamus*. & vero ita omnino scribendum, vt noua sit sententia, non alterius continuatio, nam nec aliter Pall. mei tres aut Col.

Non quasi dulce sit vindicari) ita Erasmus & mei tres. at Pal. quart non agnoscit vocem postremam *vindicari* & certe posset quis propemodum ferre vt abiiceretur. nam ego nihil pronuncio.

CAPVT XXXIII.

Sæpe autem satius fuit] ita & mei tres. at Pal. tert. *Sæpe autem satius, alias, satius fuit*.

Se se fecisse crediderint] Pal. tertio abest pronomen *se*, neque ego magnopere requisiuerim.

Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes] ita & Pal sec. sed enim tert. *Hoc habet pessimum* quart. *Hoc habent pessimi animi, &c.* Col. *Hoc habet pessimum cum magna fort. &c.*

Quos læserunt & oderunt) extendit magis in vita Agricolæ Tacitus, *Proprium humani ingenii est, odisse quem læseris*.

Et *gratias agendo*] ita Pinciani membranæ & mei quatuor. male Erasmi editio, quæ voces duas adnectit. *& gratias agendo de ipsis*.

Munditiis eius & cultioribus capillis offensus] ita editio Mureti, cum antea esset; *immunditiis eius & incultioribus capill*. quam emendationem mutuo sumpsit a Pinciani scriptis, Læuinoque Torrentio, qui etiam ad hanc faciem legendum censebat comment. in Sueton. Caligulam cap. 27 Caius enim pulchros omnes comatosque oderat; vti testis ipse Tranquill. in eiusdem vita cap 35. & vero scriptura isthæc extat quoque in mss. meis quatuor.

Duci protinus iussit) legitime omnino. pessime factum ab iis, qui addiderunt de suo; *ad mortem duci protinus iuss*. hæc enim verba melius subintelliguntur. non aliter sane loquitur quatuor in locis lib. 1. cap 16. de ira, etiam lib. de Tranquill. vitæ cap. 14: *Ne forte decepta spe tibi blandiaris, duci te iussi*. Consolat. ad Polyb cap 35. *Eo ipso tempore quo M. Antonius ciuium suorum vita sedebat mortisque arbiter, frater eius duci iubebatur* & alibi sæpe.

Venit Pastor nihil vultu exprobrante) rescripserim cum Pal. tert. quart. Col. alio verborum ordine, *venit Pastor vultu nihil exprobrante*. quod quanto sententiæ auctoris conuenientius sit quilibet facile odoratur cui sagacior nasus.

Propinauit illi Cæsar heminam) Pal. quart. *Prop. ei Cæsar*. tertio pronomine illud omnino exulat, me volente.

Vnguentum & coronas misit) in cœnis veteres vnguentis & caput & pectus perfudisse ex malobathro Syrio, nardo, rosa, aliove aliquo florum odoratorum succo expressis, docet Athenæus lib. 15. Deipnosophist. cap. 14. vsque ad 19. Clemens Alexandrinus lib 2. Pædagog. cap 3. post Plutarchum lib. 1. Sympos. quæst. 1. Tibullum lib. 3. Eleg. 6 in fine: Lucanũ lib. 10. Pharsal. Horatium in odis Lucretium lib. 4. aliosque, quos notat P. Faber lib. 1. cap. 6. Semestr.

Sumpsit eo die quo filium extulerat, imo quo non extulerat. Iacebat conuiua, &c.) inepta oculis meis & animo distinctio fecerim; *& observauit an sumeret. sumpsit. Eo die quo filium extulerat, imo quo non extulerat, iacebat conuiua, &c.*

Et potiones vix honestas natalibus liberorum) lustrico die nomina Romanis infantibus (vt a Suetonio didicimus in Nerone cap. 7.) imponebãtur; eodem ad epulum & conuiuium propinquos vocari solitos Capitolinus in Clodio Albino his docet verbis: *Cum rarum esset aquilas in his locis videri, in quibus natus est Albinus, septimo eius die hora conuiuii quod celebritati pueri deputabatur, cum ei ponerent nomina, septem aquilæ paruæ de nidis allatæ sunt, &c.* Nec tamen ideo minus existimarim quo die quis natus esset, eodem anniuersarium epulum celebrari solitum. Nam & hac ratione veteres Romani natalitia dare dicebantur. Cic. 2. Philipp. vbi de Antonio: quorum Hegio caprius Act. 1. Scen. 2. & Ballio Pseudolo Act 5. Scen. 2 Plautini, & Seneca lib. 2 de ira cap 33. & Iulianus Imperator in Misopogone siue Antiochico meminere: hic quidem his verbis. [Greek text illegible] Sed & Plutarchus tribus locis, quod sciam, in Bruto, Antonio, & Catone. vbi [Greek text illegible] Hæc etiam P. Fabri sunt lib. 1. Semestr. cap. 6.

Non lacrimas emisit) malim, quod in Pal. tert. ac quart. *Lacrimam*.

Nec dolorem aliquo signo) mss. mei, *non dolorem, &c.* quod placet.

Contempsissem Pastorem, si sibi timuisset) ita Muretus, sed nullo subnixus tibicinis præsidio: Erasmi enim editio scriptique mei nec non Pinciani; *Contempsisset Romanum patrem si sibi tim*. vnde faciebat Hispanus ille; *Contempsissem Romanum patrem*; quod sane propius ad exemplaria, quam illud suppositium Mureti. vnde quidam I C. vtcumque stare ait sententiæ significationem retento, *Contempsisset Romanum patrem*; sed idem tamen veretur, ne quis, ne aptum huic loco potius sit legere; *Confodi iussisset Romanum patrem. iussisset*. scilicet Caius nisi mauis legere; *Contempsissem Romanum*. optionem dedit elegendi. quisquis bardus non est & bliennus, arripito primam eius emendationem, tantum non literarum ipsissimis apicibus curiose supra quam dici potest inhærentem scilicet.

Ad ossa filii legenda) fuisse hoc maxime propinquorum munus scripsi lib 16. cap. 6. Suspic. pete etiam nonnulla a Ræuardo lib. de legibus XII tabul.

Vt cura leniretur lacessebat) sic Erasmus. Pal. sec. *vt cura leniretur admonere lacessebat*. tert *vt cura leniretur admonentis lacessebat*. quart. *& cura leniretur admonens lacessebat*. Col *vt cura leniretur admonens lacessebat*.

Quid eo actum esset die præstitit) ita & mei quatuor & Erasmianæ editionis ora: ipsa vero *die prædixit*.

Periurat alter filius) ita recte Erasmus. mei tamen *Periret*.

CAPVT XXXIV.

Nam cum pare contendere) scribo suasu membranarum mearum, *Cum pare*, &c. eiecto vocabulo *Nam*.

Repetere mordentem. vt mures & formicæ ad quas si manum admoueris, ora conuertunt Imbecilla se lædi putant, si tanguntur] sic & Erasmi editio at Pincianus ad illa sic commentatur: Exemplar, inquit, Facundi & Primitiui, *quas si manu admoueris ora conuertit*, sine præpositione *ad*: sed & paulo ante dictio *vt*, superflua ex exemplari Franciscano, in quo legitur: *Mures & formicæ*, &c. Sed considerandum an ordine verborum erratum sit, forte enim Seneca sic scriptum reliquit *Imbecilla se lædi putant si tangantur, vt mures & formicæ. quas si manum admoueris ora conuertunt*. aut sic, *ad quas si manum admoueris, ora conuertunt*. posset etiam aliter legi; *Mures formicæq. si manum admoueris ora conuertunt. Imbecilla se lædi*, &c. nam & in codice Facundi & Primitiui præpositio *ad*, non habetur. sic enim præfert; *Mures formicæ quas si manu admoueris ora conuertunt*. sic Pincianus. Pal meus sec. legit, *vt mures & formicæ. Quas si manu admoueris ora conuertant. Imbecilla*, &c. tert *repetere mordentem mures formicæ qua manus admoueris ora conuertunt Imbecilla*, &c. quart. *vt mures & formicæ quas si manu admoueris ora conuertunt. Imbecilla*, &c. Col *vt mures formicæ. quas si manum ammoueris ora conuertunt. Imbecilla*, &c. ego nihil habeo quod dicam, nisi Pal. tertii scripturam; si distinctione iuuetur, videri posse proximam veræ.

Quod aliquando nobis profuerit ille cui irascimur) Pal. sec. ac Col. *quod aliquando*, &c. tert. *quod aliquando nobis profuerit qui ille cui irascimur*.

Et meritis offensam redemerit) ita Erasmus. at mei quatuor, *& meritis offensa redimetur*.

Et quam multos venia amicos) sic quoque Pal. sec. reliqui tres excludunt particulam *&*.

An expediat omnes nobis inexorabiles esse) ita & mei omnes, præterquam quod transponant hoc pacto, *an expediat nobis omnes inex.* &c. quomodo etiam fuit in vno exemplari Pinciani; vnde ipsius forte putauit scribendum, *an expediat nobis homines inexorab.* &c. addit tamen in altero codice omnino non haberi eam dictionem.

Quam sæpe pedibus eius aduolutus est] sic lectio vetus librorum Pinc. nisi quod alio ordine *quam sæpe eius pedibus aduol.* quem etiam seruant mei tres; etiam Pal. quart. excepto quod is *quam sæpe huius pedibus*. Erasmi editio; *quam sæpe hic eius pedibus aduol.* &c.

Quos pop. Rom. fideliores habet socios) ita legi voluit ex mss. suis Pincianus, neque secus est in meis tribus. solus Pal. tert *fideliores habuit socios* at Erasmus adiicit; *Quos po. Ro. feliciores habet socios fideles*, reliqua.

Ab altera parte deserta) Pal. tert. & quart. *ex altera*, &c. quod placet.

Nisi par non pugnat. Si vtrinq. concurritur, ille est melior) ita Mureti editio, aliquatenus secuta coniecturam Pinciani. cum enim significasset scriptos suos habere: *nisi pariter non pugnant. Si vtrinq. certabitur ira concurritur, ille est melior*, vide, inquit, an hæc lectio magis arrideat, *nisi par non pugnat*, &c. Erasmi editio repræsentat, *nisi pariter non pugnant, sed si vtrinq. certabit ira concurritur: ille est melior*. Pal. sec. *vbi pariter non pugnant. Sed si vtrinq. certabitur ira concurrit Ille enim melior*. tert. *vtrinq. nisi pariter non pugnant. sed vtrinq. certabitur. ira concurrit. ille enim est melior*. quart. *nisi pariter non pugnant. sed vtrumq. certabitur. ira concurritur. ille est melior*. Col. *vbi pariter non pugnant. Sed vtrumq. certabitur. ira concurrit. ille enim melior est*.

Nunquam velit quisquam tam grauiter) ita etiam Erasmi editio & Pal. sec. at ego accessissem Pinciano emendanti fideiubentibus mss. suis; *Nunquid velit quisquam*, vt a fine ponatur interrogatoria nota. nam & sic aperte in Pal. quart. ac Col neque mutat tert. quam quod referat, *Nunquid velis quisquam*.

Vix retrahitur) sic Pinc. codd. & mei quatuor. Erasmi editio; *vix retrahatur*.

CAPVT XXXV.

His graues magis furiosos) ita etiam Pal. sec. ac quart. at vero tert. ac Colon. *his graues funerosos*, absque dictione *magis*.

Et qua flecti) Pal. sec. absque coniunctione, *qua flecti*. cui non longe abit Col. in quo, *qui flecti*. alii duo *flectiq.* alterutrum præposuerim vulgato.

Senex, aut infirmi corporis est) sic videtur etiam habere Pal quart. at tert. & Col *Senex autem infirmi*, &c. sec. *Senex autem & infirmi corporis est*.

Non suo feruntur) sic solum etiam Pal. quartus: alii tres *feruntur*.

Nihil tamen æquo profuit) ita scribi voluit ex membranis Pincianus. Erasmi editio; *Nihil tam æque profuit*: cui accedunt Pal. sec. ac Col. nam tert & quart. *Nihil tamen æque profuerit*.

Intueri deformitatem rei) Pal. tert. *iræ*. alii tres retinent vulgatum.

Et siue amictus illius compositus sit ad legem attrahet vestem) sic Mureti editio, ex vno codice Pinc nisi quod ille *trahet vestem* Erasmus habebat, *etiam si amictus illius compos. sit ad legem retrahet vestem*. Pal sec *& si amictus illius compositus est ad legem retrahent vestem*. tert. *& si e amictus eius compositus sit vel est ad legem trahent vestem*. quart. *& siue amictus eius compositus sit ad legem retrahent vestem* Col. *& siue amictus eius compositus est ad legem trahet vestem*; quæ scriptura omnium maxime placet.

Si capillorum) Col. *Sic capill.* alii tamen tres retinent publicatum.

Non informis est habitus) vox *est* abest Pal. sec tert. Col.

Concutitur crebro spiritu) ita Erasmi editio. at mei tres, *concutietur*. Pal vero sec. *concutiuntur*.

Colla distendit) & sic Erasmus. mei omnes, *colla distendet*.

Tunc artus trepide) ita & margo editionis Erasmianæ; ipsa enim *artus turbide*, quod tamen in nullo meorum, etsi alioqui Pal sec. ac tert. *tamen artus trepide*.

Qualem intra putas esse animum) sic Erasmus. Pal. sec. *intro*, alii tres *intus* quod placet.

Teterrima inferum exeunt Furia) ita Pincianus ex suis. & bene, puto. Erasmus, *deterrima*, &c. vt & Pal. sec. nisi quod is, *inferorum exeunt furere*. nam quart. *teterrimum inferum exeunt furia* tert. *deterrima inferum exeunt*, sine voce *furia*, quæ nec in Col. qui legit, *deterrimo in inferum exeunt*.

Neque enim illi tegere se cura est) ita Erasmus. Pal. sec. *tegere se cura est*. tert *neque enim illi se regere cura est* quart. ac Col. *se regere cura est*.

Liuidam, incessu vesani, offusam multa caligine, incursitantem, &c.) sic quidem editio Mureti; sed nescio quorum librorum auctoritate. nam Erasmi, *incessu vesano offusam, multa caligine incursitantem*, &c. exemplar vnum Pinciani, *liuidam sua sanie offusam*, quomodo etiam habet Pal. tert. nam sec. *liuidam incessu sua saniei obfusam multa caligine. Incursitantem*, &c. quart. *liuidam, incessibus vesanis, obfusam multa caligine incurs* &c. quod omnium maxime placet. Col quippe distinguit. *liuidam incessu sua saniei offusam, multa caligine incursitantem*.

Cælum ruere cupientem) ita & Col. at Pal. sec. ac quart. *eruere*, tert *tuere*.

Vel si videtur, qualis apud) sic Erasmus. at antiquior editio voce interposita, *vel si videtur qualis sit apud* pro quo reponit verbo retracto Pincianus ex membranis, *vel si vide-*

si videtur, sit qualis apud. vti etiam est in Pal. sec. ac Col. nam tert. *vel si videri sit qualis, &c.* quart. *vel si videtur aequalis sit apud nares nostros.*

Sanguineum quatiens dextra Bellona flagellum) sic ex lectione scripta codd. Pinc. Muretus, cui fauet Pal. sec. tert. ac Col. at Erasmi editio, item Pal. quart. *dextra lanaquo flagellum.*

C A P V T XXXVI.

Et si in vlla materia perlucere) ita etiam Col. at Pal. quart. *& si in illa mat.* tert. *& non in vlla mat.* sec. *& in vlla materia perlucere*, quod amplector.

Aestuans & distortus) mei tres, *& aestuans.* Pal. sec. *exaestuans & distortus.* alterutrum antehabuerim vulgato.

Et tot impedimenta effluentis) sic Erasmus & Pal. sec. ac tert. verum quart. *& tot impedimenta effluens.* Col. *& tot imped. fluentis.*

Speculo quidem neminem deterritum ab ira credo) an ita legendum esset considerare nos iussit Pincianus; ita enim conjicere, cum extet in mss. duobus *ab ira credis?* & vero *credis*, extat etiam in omnibus meis. tantum praeterea variat hoc modo Pal. tert. *speculo quidem neminem detentum ab ira credis*; quae ita scribuntur vt cohaereant praecedentibus, nec vlla separentur distinctione; quae & abest Palatinis aliis, quorum quart. *qui* pro *quidem*. Erasmus edidit, *ostenderetur speculo, qui neminem deterritum ab ira credit?*

Qualesq. esse, etiam videri volunt) ita Erasmi codd. item Pal. tert. ac Col. alii tamen duo non agnoscunt dictionem, *esse*, quod non prorsus improbauerim.

Nec quam expulerant mentem) Pal. quart. *repulerant.*

Vitandiq. tarissimis) ita & Erasmus & Pal. quart. ac Col. verum Pal. sec. *vitandiq. luminis.* tert. *vitandiq. vel literis.* quae varietas nata ex veteri ratione scribendi; *lūīs.* quae extant in Pal quart. ac Col.

Vis huius est) sic Pinc. codd. & mei quatuor. Erasmi editio, *vis eius est.*

C A P V T XXXVII.

Quid? non ambitiosus) Pal. sec. *nonne ambitiosus.* tert. *non ambitiosus.*

Magno aestimata proiecit insignia) ita Muretus ex Pinc. scriptis. quibus adhaerent omnes mei. Erasmi editio: *magno aestimata ira proiecit ins.*

AD SENECAE LIB. III. DE IRA.

C A P V T I.

Omnisq. impedimento exasperatur] sic solum Pal. sec. alii tres, *omniaque imped.*

Et agenda retro sit] sic Romana editio & Col. meus. at Pall. tres & Erasmiana lectio praefert, *& agenda sit*, absque voce *retro*: quā & ego libens remiserim vnde malum huc attulit pedem.

Huius incitata & se ipsam rapiens] vox prima est a Pinciani codicibus: at ii tamen pro *se ipsam* referunt *seipsam*. Erasmi editio: *Hac incitata & seipsam rapiens*, quomodo & Pal. sec. alii tamen tres faciunt pro Pinc libris, nisi quod Pal. quart. *Huius vitiata & seipsam rapiens.*

Cupidosq. vel communis mali] Pal. tert. *cupidiosus vel comm. &c.*

Sed in occurrentia obiter ferit] Pal. sec. *obitus fuit*. tert. *occ. subito surre.* quart. *abitus ferit.* Col. *obiter fuit.*

At certe affectibus ipsis licet stare] Pal. sec. abest particula *at*. tertius eius loco habet *autem*. Col. *& ceteris affectibus.* Pal quartus voces omnes quatuor omisit.

Quam fulmina procellaeque] sic & Erasmus & Col. at triga Palatinarum membranarum. *quam flumina.*

Quia non eunt sed abeunt] ita & mei quatuor. vnum Pinciani exemplar, *sed rafiuruunt.*

Alia accessus lenes habent] sic & Pal. sec. at alii tres, *lenes.*

In ira deiectus etiam animorum est] illud *etiam* sumpsit Romana editio ab codice vno Pinciani, cum exulet aliis omnibus, etiam meis quatuor; quorum tamen Pal. tres retinent, *in iram deiectus animorum est.*

Nulla itaq. res vrget magis attonita] Erasmi editio, *resurget*, vt & Pal. sec. quod videor posse probare. at tert. *resurget alias assurget magis.* quart. *Nulla itaq. resurget attonita*, sine voce *magis*. Col. *Nulla itaq. assurgent magis attonita.*

In se ipsam morsus] Pal. sec. tert. Col. *in se ipsa morsus.*

Nec refert quantum sit ex quo surrexit] ita Mureti editio ex Pinc. codice. Erasmus, *Non refert.* Pall. tres, *nec refert quantum sit ex quo resurrexerit.* Col. *nec refert q. s. ex quo surrexerit.*

C A P V T II.

Circumscriptio ignota est] vox *est* abest Col. at Pal. sec. *circumscriptus ignota est.* tert. *circumscriptio ignara alias ignota est* quart. *circumscriptio ignata alias ignota est.* vnde puto scribendum, *circumscriptio ignara est.*

Tam inter Graios] sic & mei tres. Pal. tert. quart. & aliquot Pinciani *tam inter Graecos* quod non admiserim. videtur enim poetae alicuius carmen. Vatibus autem *Graius* vsitatior quam *Graecus.*

Nunquam vniuersus populus vnius feminae amore flagrauit] vox *vnius*, reposita est ex duobus Pinciani libris: sed enim eum & Erasmi & meis omnibus absit, putauerim abesse posse, & subintelligi nihilominus.

Ambitio virium singulos occupat] ita Erasmus. at Pal. sec. ac Col. *ambitio virium sing.* tert. *Amb. virium sit. g.* quart. *Ambitio ira sing.*

Et modo eloquio fauorabilior habitus, in medio honore iram sua concionis excepit] ita partim tradit vnus codex Pinciani qui vult perpēdamus an legere malimus, *in medio honore*: alii eius omnes vt & Erasmi & mei quatuor; *fauorabilis habitus in multo honore, iram, &c.* quod placet: ita tamen vt suspicer spurium quid redolere verba illa quatuor; *habitus in multo honore*, si mei arbitrii res esset, fidenter eiecerim. sed tamen iudicium esto acutiorum. nam apparent omnino in omnibus membranis meis. poterat illud *in multo* facile mutari in *tumultu*, sed alterum transformare apte non possum.

Iram sua concionis excepit] Pal. tert. *conditionis.* quart. *communis.* extat tamen *concionis* in sec. ac Col. qui postremus annectit; *illi qui fuerunt eloquentes & in habitu fauorabiles per concionem suam in iram populi inciderunt.* sic, inquam Col quae tamen nusquam in Palatinis.

Dissedit plebs tota cum patribus] Pal. sec. ac quart. *Discedit.* alii duo *discessit.* vtrumque perperam.

Subitos ira sua ducet] sic etiam Col. at Pall. tres, *subito ira.*

Violauit legationes rupto iure gentium] ita quidem Erasmus. at Pall. omnes, *Violat legationes*; vt verisimile fiat legendum, *Violata legationes.* certe Col. *Violato legationes.*

Et onerata tumultuario milite] sic & Pal. sec. verum tert. *& honerata tumultuario milite.* quart. *& honerato tumultuario, &c.* Col *& onerata tumultuarius milite, &c.*

Sine more, sine auspiciis] ita dixit pro; *contra morem* vel *praeter morem.* nec aliter Tacitus, eodem forsitan aspiciens, vbi de Othone agit lib. 1. histor. *Rapta statim arma, sine more & ordine militia, vt praetorianus aut legionarius insignibus suis distingueretur.* hinc Venus apud Virgilium lib. 10. Aeneid. vbi Iouem alloquitur, *sine pace tua*; & *inuito numine*, pro eodem posuit:

Si sine pace tua atq. inuito numine Troes
Italiam petiere: luant peccata neq. illos
Iuueris auxilio. Plura exempla apud P. Fabrum cap. 18. lib. 2. Semestr.

Ductus ira sua egressus] eleganter; neque aliter Pal. tert. ac Col alii tamen duo male voce, *ductu*, carent.

Audacis ira luit] sic etiam, vt decet, Col. at Pall. tres *aud ira eluit*, ex quo iterum liquet duabus literis exprimi solitum diphthongum *ae*.

C A P V T III.

Hic barbaris forte ruentibus] sic Erasmus, meo animo bene. Pal. tamen sec. *forte viuentibus.* alii tres; *forte vinentibus.*

Species iniuria, prurulic.] mei fere perperam, *protulic.*

Gaudens feriri] Pal. tert. *ferri.*

Vetat illam nobis exsecari) Palatini tres, *exequari.* Col. *exsecrari.* sed nihil mutandum.

Pigrum inertemque fieri] ita Erasmus. at restat in manuscriptis meis quatuor, *inermemque.* quam vocem supervacuam ex veteri suorum lectione tradit Pincianus. nam eam mox præcessisse, quare legit, *pigrum fieri.*

Quos mox amissos fleturus est] ita Erasmi editio, sed malim, *quæ mox amissa fleturus est*; quomodo exhibent vno consensu membranæ meæ quatuor.

Sine quibus virtus gerit nihil, eædem, *nihil gerit.* quod nescio quomodo suauius est.

Tempus in supervacuis consumere) ita quidem Erasmus & Pal. quart. sed tamen alii tres *temp. in sup. sumere.* quod nescio quomodo etiam magis arridet palato.

Dubia opinionis sit infamem] sic voluit ex mss suis Pincianus. neque secus mei. Erasmus edidit, *dubia opinionis, sic infamem.*

Eculei & fidicula) ita Pinciani codd. Erasmi editio, *eculeus & fidicula*, quomodo & Pall. tres. nam Col. *eculei & fidicule.*

Circundati defixis corporibus ignes) citat Erasmus *defossis*, nec aliter mei scripti quatuor, vti etiam Ræuardus cap. 22. lib. ad leg. XII tab. & Freherus lib. 2. cap. 11. Parergorum. atque ita esse in omnibus exemp. fatetur Pincianus qui tamen corrigendum putauit, *defixis*; quoniam non dissimiliter Iuuenal. Sat. 1:

---*tæda lucebis in illa*

Qua stantes ardent qui fixo gutture fumant.

quod pro suo mox sumsit I.C. vnus, & omnino probat præ altero, *defossis defixaque corpora*, dicta vult, vt Epist. 14. *adactum per medium hominem, qui per os emergat stipitem.* a quo ego dissentio, & reduco *defossis*; lib. 9. cap. 4. Opinionum

Inscriptiones frontis) ita & Pal. sec. ac quartus; verum tert. *circumscriptiones frontis.* Col. *circumscriptiones frontis.*

Et bestiarum immanium cauea) sic quidem scribi voluit ex vno manuscripto Pincianus, neque aliter Col. at Erasmi tamen editio & Pall. tres *cauerna.*

Omnibus per quæ furit tetrior) ita vett. libri Pinc. item Pal. sec. ac tert. Erasmus publicauit, *deterior*, quomodo & habet Col nam Pal. quart. *cetrior.*

Nunc in vno obtutu defixis & hærentibus) ita fere etiam Pall. tres, nisi quod tert. *defixissot hærentibus.* at Col. *nunc in vno obtutu defixo inhærentibus.*

CAPVT IV.

Adiice dentium inter se arietatorum] ita omnes libri Pinciani & mei. Erasmi editio, *Adiice nunc dentium, &c.*

Quam est apris) Pal. tert. *apriniis.* Col. *apis.*

Adiice articulorum crepitum, cum se ipsa manus frangunt) de eo dixi lib. 1. supra, cap. 1.

Sine illas famous exagitat) Pal. tert. ac Col. *agitat.*

Siue infixum visceribus ferrum) ita membranæ Pinciani & meæ. Erasmi editio, *vel infixum.*

Dici possit ira captum) sic quidem editio Mureti, verum Erasmi, *dici possit ira sua captus*, quemadmodum etiam Pal. tert. quart. Col. at sec. *dici possit ira sua.* sine voce *captus.* media lectio mihi placet; imo perplacet. *captus*, quippe idem quod *captiuus.*

Vt ipse se circumspiciat) mei omnes, *& ipse se circ.* quod probo.

CAPVT V.

Nihil prodest firmitas corporis) ita mss. Pinc. & mei tres. Erasmus, *nihil potest*, vt etiam est in Pal. sec.

Ab ira tam inquietis moribus periculum est, quam compositis) agnoscat & hic lector peruersum verborum ordinem. vult enim non minus capi ira quibus compositi mores, quam illi quibus turbidi.

Quibus eo turpior) Pal. sec *quibus tamen eo turpior.*

Secundum, retinere) sic etiam Erasmus: at mei omnes *secundum, detinere*, quod malim.

Quemadmodum ab illa liberemur) sic Erasmus. at rectius Pinciano videbatur, *quemad. nos ab illa liberemus*, vti habent mss. eius, restatque in omnibus meis, nisi quod Pal. quart. *quemad. nos ab illa liberemur.*

Quemad. irascentem retineamus) Pal. tert. ac Col. *detineamus.*

Ira impendit) Erasmi editio, omnesque membranæ *ira incendit.*

Peior est etiam quam luxuria] sic exemplar vnum Pinciani; cui adsentum præbet Pal. tert. nisi quod is, *Peior etiam est quam lux.* nam Col. *Peior est quam luxuria.* Erasmi editio; *Potior est inquam luxuria*, quomodo etiam habet Pal. sec. at vero quartus; *Potior est quam luxuria.*

Hæc alieno dolore. Vincit malignitatem & inuidiam] ita bene monuit distingueremus Pincianus. nam Erasmi codd. & mei. vno contextu; *hæc alieno dolore vincit malignitatem & inuidiam.* perperam prorsus & confuse.

Naturam hominis vitiat) talis lectio. Col. enim *naturam hominis cuitat.* Pal. sec tert. *vitat.* quart. *curat.* supperpictumque alias legi *violat.* vix ambigo quin legi possit, imo debeat, *naturam hominis exurat.* legi etiam queat *cuirat*, sed alterum genio meo magis approbatur.

Adiice quod cum indignatio animo sit suspecta; ita Erasmus. at legendum videtur immissa vocula vna, exclusaque altera: *indignatio eius animo suspecta.* nam Pal. sec. *Adiice quod cum indignatio eius animo suspecta eueniat.* tert. *Addice quod cum indignatio eius animi suspecta eueniat.* quart. *Adiice quod cum indignatio eius animi suspecta eueniat.* Colon. consentit Palat. tert. nisi quod habeat primo *Adiice.*

Cum dolore cadentis solida) mss. mei omnes præponunt voculam, *& cum dolore*; quæ huc arcessenda.

Ad sensum sui adducit) ita & iidem mei vno consensu, Pincianus tamen mandat cum veteribus legamus membranis, *abducit.*

Quem incurrat iniuria) ita Mureti editio ex Pinciani illis libris, quos firmant mei quatuor. Erasmus edidit, *incurrit.* male.

CAPVT VI.

Inferiora fulminant) sic Pinciani codices & mei. Erasmi editio, *fulminantur.* perperam.

Intra se premens) Pal. tert. verbo amplius, *intra se omnia premens*; vt etiam Col. nisi quod is, *omnia intra se premens.* siue recipiamus vocem illam, siue non, suspicor legendum, *infra* non *intra.*

Et venerabilis est & compositus) sic quidem editio Mureti. at Erasmi editio errore aliquo typographi, *& dispositus.* Pal. tert. ac Col. *& dispositum.* sec. ac quart. nec non omnes Pinciani, *depositus.* quam postremam lectionem est quomodo defendamus.

Non primam reiecit iracundiam) ita & Pall. tres. at Col. *non primum reiiciet verecundiam.*

Quis linguæ temperauit?) malim vt est in Pal. quart. *quis lingua temperauit?* Col. *Quis benigne temptauit?*

Quis se regere potuit? In immensum prodesset nobis) lectionem hanc vno ore arguunt libri mei. Pal. enim sec. tert. Col. *Quis se regere poterit immissum? Proderit nobis.* quomodo etiam Pal. quart. nisi quod ei desit vox *potuit.* & vero stare eleganter posset alterum illud *Quis regere potuit immissum?* vt respiciat ad equos quibus immittuntur habenæ, sed tamen, nescio vtram præferre debeam. si vulgatam, libens scripserim; *Quis se regeret? immensum prodesset, &c.* recisa voce *In.*

Sineque priuatim) ita Erasmus, & meo animo recte. quatuor tamen mei quasi de compacto, *sine quo priuatim.*

Sequitur ergo vt ii, cui, contra quam proposuerat, aliqua cesserunt) Pal. sec. *vt is contra quæ prop.* tert. abest dictio *cui*: quarto vocabulum *sequitur*, legitque deinde; *Ergo vt ii cui contra me quæ proposuerat aliqua cesserint.* Col. *Sequitur ergo vt ii cui contra quem proposuerat, aliqua cessarunt.*

Ex leuissimis causis irascatur) ita & Col. & Pal. quart. alii duo præponunt coniunctionem hoc modo, *& ex leuissimis, &c.* Pincianus corrigere nos voluit ex mss. suis, *& leuissimis*, sine vocula *ex.*

Supraque vires appetitarum) ita & Col. Pall. tamen tres, *supra vires.*

At quæ alienis in nos manibus) ita legendum putauit

contra

contra omnia exemplaria sua Pincianus; quæ, vt & Erasmi editio, *Atqui alienis*. mei tres, *At qui alienis*. *&c.* Pal. quart. *Atq; alienis*.

Ægre sustinemus) ita & iidem mei tres. at quart. *illes grauitas eget sustinemus*. credo ad vocem *agre*, annotatum fuisse *grauate*, atque deinde vtrumque verbum exscriptorum inicitia corruptum; nisi si forte prius fuit *grauate*, & postea appinxerint alii *agre*, quod, eiecto legitimo, locum postea occupauit non suum.

Vitia in proximos effundimus) sic quoque Pal. quart. alii tres, *in proximo*.

Capvt VII.

Idem accidere in rebus ciuilibus] ita etiam Pal. sec. at vero tert. *Idem accidere ciuilibus rebus*. quart. *Accidere in rebus ciuil.* absque voce *Idem*. Col. *Deinde accidere in rebus ciuil.*

Sequuntur auctorem] sic quidem editio Mureti. at enim exculi prius & mss. omnes *seq. actorē*, quod reuocabimus.

Et supra mensuram agentis] ita & Pal. sec. ac quart. verum tert. *mensuram agentis vel gerentis*. Col *mensuram gerentis*.

Premunt atq; adducunt administrantem] Pinciani codd. *abducunt*, quod ipse probat. & hercle sic quoque habet Pal. quart ac Col. Erasmi tamen editio, & reliqui mei duo, *adducunt*, quod vix reiecerim.

Tenerique tam visa cum ipso cadunt. Itaq; fit vt frequenter irrita sit eius voluntas] ita editio Mureti, secuta fidem Pinciani isthæc hoc loco reponentis ex vno codice Facundi & Primitiui, cum reliquis exempp. plane abessent, neque repræsentaret ab Erasmo cusa lectio. & vero horum nec vola, nec vestigium comparet in Pall. tribus, solum Col. præfert, *tenerique tam visa cum ipso cadunt. Ita fit frequenter irrita. sic eius voluntas. &c.* & fere est vt hæc omnia vt edi voluit Pincianus admittam.

Quibusq; pararis] sic quoque Col. ac Palat. quart. nam tert. *parata* sec. *paras*.

Hoc interest, vtrum, &c.] sic liber vnus Pinciani. at Erasmi codd. & mei, *Hoc interest*.

An frigidi atq; humilis] sic Muretus. Erasmus, *an frigidi aut humilis*. scribo cum meis quatuor, *aut frigidi aut humilis*.

Nec praua sint) est a coniectura Pinciani, cum mss. eius nec non cusa lectio haberet, *nec parua sint*. & vero mei quoque quatuor *parua*, repræsentant. nihil itaque mutemus. vult quippe auctor nobis mediam sequendam viam.

Successisse miremur) ita etiam Pal. quart ac Col. sedenim tert. *succ. numeremur*. sec *succ. misericordiemur*.

Quam ferre nescimus) sic Erasmus. at nonnulli scripti lecti membranarum Pinciani, item Pal tert quart. Col. *quia ferre nescimus*. Pal sec. *quia referre nescimus*.

Et minime anxie morosoq; viuendum) est a libris Pinciani, cui adstipulantur mei tres, quartus vero Pal. *& minime auxieano cosoq; viro viuendum*. Erasmi editio. *& minime obnoxio*, notatumque ad oram alias legi *obnixo*. quod vltimum probarem, si plures accederent calamo exaratæ schedæ.

Summouetur a conuersantibus mores) declarat Erasmus Adag. 84. Cent. 10. Chil. 1.

Et vt quadam in contactae corporis vitia transiliunt) sic Pal. sec. quart. ac Col. Erasmi editio. *in contactos e corpore vitia, &c.* Pal. tert. *& vt quadam ad contactus corporis vitia transiliunt*; vti etiam extat in duobus exempp. Pinciani.

In amorem vini traxit) Pal. tert. ac Col. *in amorem meri traxit*.

Fortem quoq; & silicernum virum emolliit) ita Muretus, non a se, sed a Pinciani coniectura: cum enim edidisset Erasmus, *fortem quoq;*. *& si liceat virum, emollit*; legendum, inquit, reor. *& silicernum virum emollit*. vetus etiam lectio nonnihil adiuuat, dicit ille sed ego istud, *si liceat virum, emollit*, retinuerim, cum sic nulla litera minus membranæ tres Palatinæ & Col. & *vires* verbum alioqui Senecæ quantiuis est virtutis. vnde idem Epistola 86. vbi agit de balneis antiquorum: *Hoc loco dicet aliquis, liquet immundissimos fuisse. Quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum.* & clarius cap. 6. lib. de Tranq. vitæ: *Licet aua-ros mihi, licet vel iracundos enumeres, vel odia exercentes iniusta, vel bella; omnes isti viribus peccant. in venerem ac libidinem proiectorum inhonesta labes est.*

In turba meliorum versari) sic quidem Erasmus; at mei quatuor, *in turba meliore versari*.

Nulliq; immani bestia vim) Pal. sec. ac quart. *nulliq; etiam immana bestia vim*. tert. *nulliq; etiam immanis bestia vim*. Col. *nulliq; etiam immani peste vim* scribendum videtur; *nulliq; etiam immani bestia vim*.

Retunditur omnis asperitas) ita etiam Col. nec longe abit margo Pal. sec. 10 qua, *retuditur*: ipse enim, vt & tert & quart. *Reconditur omnis, &c.*

Capvt VIII.

Exemplo melior fit) ita Erasmus, & placet. mei nihilominus omnes, *melior fit*.

Dicax contumelia) sic etiam Pal. sec. ac quart. & recte mea sententia. male Pal. tert. ac Col. *dicax contumelia*.

Non euocent sed ferant) est a scriptura vnius libri quem euoluit Pincianus, cui proxime accedit Pal. tert. qui, *non euocent sed & ferant*. alter eius, *nec euocent neq; ferant*. Erasmi editio, *nec euocent & ferant*, sicuti quoque est in Pall. duobus reliquis. nam Col. *non euocent & ferant*.

Nimia assentatio offendit) sic & mei. solum Pal. tert. *nimia assentatio, alias assertatio offendit*.

Lecta patientia cliens) Pal. sec. *lata patientia cliens*. tert. *electa alias lecta pat.* quart. *electa pat.*

Sed difficile erat illi in crapulam coniecto, rixam eius cum quo odebat fugere] sic quidem etiam Erasmi editio, sed nunquam potui mihi persuadere lectionem istam Senecæ genuinam; quod non viderem quomodo ille electæ patientiæ cliens in crapulam diceretur coniectus, & tamen tam probe temperaret qua animo qua linguæ. quid ergo? scripturam præsentem vitii coarguunt manuscripti mei quatuor. quippe Pal. sec. ac tert. *illi in copulam coniecto, rixam eius cum quo habebat effugere*. tert quart. *illi in copulam coniecto rixam eius cum quo habitabat effugere*. sic Palatini. quocirca vix ambigo quin scribendum sit, *sed difficile erat illi in copulam coniecto, iram eius cum quo habebat effugere*; ita sane nullo apice minus seruant membranæ Col. cuius loci emendatio, tam cara mihi, vt laborem omnem hactenus calamo exaratis impensum codicibus edulcari, imo vero compensari putem arbitrerq;. nam vt eum firmem explanemve non faciam, tantum verum putum pronuntiabo & defendam: hactenus vt dicam posse etiam consistere *rixam* loco *iram*.

Et secundas agere, Pal. sec. *secundas agere*, sine particula *&* tert. *& gratias agere*. quart. *secundas agere* quidem habet, sed deest illi etiam coniunctiuum *&*. extat tamen in Col. & recte; vt alter alterum explicet. nam *secundas agere est*. assentari, subparasitari, atque, quod ille profitetur, *Aiunt? aio. negant? nego*. ducta locutio ab histrionia. Festus: Ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, *secundarum partium* fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur. neque aliud intellexit Horatius:

> --*aut mimum partes tractare secundas.*

clamosi enim inducuntur parasiti. Glossarium *Secundarius, subdiga, ὑπομιμος*. hæc sere Scaliger ad Festum.

Sed exclamauit] mei tres, *& exclamauit*. Pal. quart. neutram voculam agnoscit.

Sine aduersario desiit) sic Erasmus, & bene puto. Pall. tres *desit*. superioratumque quartn alias legi, *cessat*. Col. *desinit*.

Nihil contra voluntatem audiendi) Col. *audiendo*.

Sed proderit vitio internallum) sic mss. aliquot Pinciani. Erasmi, *sed proderit vitio suo internallum*, vti referunt omnino mei quatuor. quod cum & habeatur in aliquot membranis Pinciani, temere eiiciendum non erat.

Difficilis quoq; & indomita natura) Pal. sec quart. ac Col. *indomita*, quomodo etiam editio Erasmi. tert. *indomitam naturam*. mediam lectionem huc reuocauerim.

Tetrumq; palpanti est) sic quidem Erasmus etiam edidit, sed tamen chirographi mei libri, *terrsumq; palp* quod nescio quid antiquæ redolet elegantiæ.

Antequam robur accipiat. Alit se ipsam contentio) sic Pal. sec. at quart. *incipiat*. tert. *antequam alit se ipsa contentio*. absque *robur accipiat*. nec aliter Col. quam quod ille, *antequam alat se ipsa contentio*.

Demissos altius tenet) est a coniectura Pinciani. vnus enim scriptus codex eius, *dimissos tenet*: reliqui, *& dimissos altius tenet*, quomodo ediderat Erasmus, repræsentantque mei quatuor: nisi quod Pal. quart. *& dimissos alicui tenet*; Col. vero *& dimissos altius teneat*. ego, vt verum fatear, nescio quid sibi emendatio Pinciani, aut adeo vulgata lectio velit. itaque vt cæcus in tenebris, diuinabam *immissos altius tenet*, nisi si fuit, *commissos*.

Capvt IX.

Quibus mens resoluatur] Pal. tert. ac Col. *quibus mens soluatur*.

Quorundam splendore perstringitur) iidem duo *præstringuntur*. forte *perstinguntur*.

Et acria concitat) ita scribere iussit ex omni veterum codd. lectione Pincianus. Erasmi editio, *& acria concitantur*. Pal. sec. tert. Col. *& atria concitat*. quart. *& acria concitant*.

Bilem cibo temperent) Pal. quart. *bilem cito temperent*. Col. *bilem esca temperet*.

Siue quia calorem media compellit, & nocet sanguini) ita publicauit Erasmus, retinetque Col. nam Pal. quart. horum nihil habet, nisi, *siue quia eius venis laborantibus, &c.* Pincianus ait locum non videri carere vitio, proinde iubet perpendamus an sit legendum, *siue quia calor in mediam compellit, ea nocet sanguini*. Pal. sec. *siue quia calorem in edia compellit & nocet sang.* tert. *siue calorem media quia compellit & nocet sanguini*.

Exasperat enim & incendit) dictio *enim*, non est in vllo meorum.

Capvt X.

A lasso rixam quæri] huc pertinet quod scribit Plinius lib. 22. cap. 24. *sic in lassis maiore pronsores esse ad iracundiam & in sitie*.

Ad litem eant] ita Erasmus & Palat. quart. verum sec. ac tert. *ta litem eueant*. Col *vt litem moueant*.

Tum verba quoque sua] ita etiam Pal. sec. & recte, mea sententia. tert. *tamen verbis*, quæ lectio nata a compendiaria scribendi ratione *tn̄*. quart. *cum verbis &c.* Col. *cum liber quoque suis verbis fuit*.

Ante ipsam nota veniunt] Pal. sec. tert. Col. *nota eueniunt*. quod natum ex veteri eorum scriptura qui diphthongum duplici scribebant litera. quart. tamen *ante ipsam nota eueniunt*.

Sunt quædam prænuntia] ita etiam omnino mei tres. Pal. tert. *sunt quædam prænuntia, alias prognostica*. quod vltimum in vno suo exemplari etiam inuenit Pincianus; sed non admittendum est, quoniam prioris vocis videtur interpretamentum.

Incipientem casum occupant] sic Erasmi editio. at vetus lectio codd. Pinciani, *incip. causam*, cuius tamen aliquot exemplaria, *incip. curam occupant*. Pall. tres retinent, *causam* Col. *incipientem tamen occupant*.

Proderit morbum suum nosse) ita edidit Erasmus. at quatuor mei. *Prodest*. quod non damnauerim.

Alium verum contumelia moueant] sic quoque Pal. sec. ac quart. sed tert. *contumelia mouent, alias concitant*. Col. *contumelia concitant*.

Non omnes ab eadem parte feriuntur) Col *feruntur*.

Capvt XI.

Etiamsi secreto habiti sint eruit) ita aliquot membranæ Pinciani: neque aliter Pal. tert. alii eius, *quærit*; quidam etiam *eruerit*; quomodo & Pal. sec. ac quart Erasmi editio *euerrit*. Colon. *eruet*. prima scriptura mihi optima videtur.

Quædam interpretatio eo perducit) ita ex Pinciani libris Muretus, & sic etiam Col. at tamen Erasmus & Pall. tres, *eo producet*. quod ego probare possum.

Tyrannorum quoque tumida & fortuna & licentia ingenia) sic editio Romana, secuta fere mentem Pinciani, qui cum inuenisset in olim vulgatis, *tumida fortunata & licentia ingenia*, legendum sibi videri inquit, *fortuna non fortunata*. edidit Erasmus, *tyrannos quoque tumida & fortunata licentia ingenii iam familiaremque*. Palat. sec. quart. Col. *tyrannorum quoque tumida & fortunata, licentia ingenia familiarem*. tert. *tyrannorum tumida quoque & fortuna licentia ingenia familiarem*.

Pisistratum) forsan de hoc ipso facto Val. Maximus lib. 5. cap. 1.

Qui vellent manus ei commodare] sic Erasmus. Colon. ac Palat. sec. *manus eius moderare*. quart. *qui nollent manus eius moderare*. tert. *qui vellent manus eius moderare*.

Non magis illi se succensere) sic etiam Pal. sec. ac quart. & retinuerim. tert. *non magis illi esuccendi*. Col *se succensere*. Pincianus, quod vnus eius codex haberet, *non magis illius se succendit*, id alteri præferendum putat, quia, inquit, præcessit, *faces subderent*. quod mihi non fit verisimile, cum & alioqui repugnet sermonis series, vt sequentia satis docet.

In se occurrisset) ita solum Palat. quart. alii omnes, vt & Erasmi editio, *in se incurrisset*, quod malim.

Capvt XII.

Quæ nunquam accersenda est) Pall. tres *arcessenda est*.

An noluerit, an inciderit] sic quidem Mureti editio, at Erasmi, *an voluerit*. Palat. sec. tert. Colon. *voluerit an incid.* absque particula *an*, quæ nec in Pal. quart. qui, *noluerit non inciderit*. item supra pro, *intuendus est*, idem retinet, *metuendus est*.

Vt ferre aut humanum, aut) sic Mureti editio, nullo adiuta manu exarato codice. Erasmus enim, nec non mei quatuor, item omnes Pinciani membranæ, *vt ferro aut pati aut humanum aut* ad quæ Hispanus iste, clarius nihil quam duo illa posteriora verba, *aut pati*, glossema esse, siue annotationem diuersæ lectionis: idem enim est *ferre* quod *pati*. sic ille. cuius sententiam secutus Muretus. at ego tot librorum auctoritatem non ita præfracte eleuauerim, vtique cum diuersum esse queat, *ferre* ac *pati*, hocque corpus spectare, illud animum. diiudicet tamen acutior criticus nam ego nihil adfirmo.

Nunc facit iracundos] mei quatuor; *Nunc nos facit iracundos*.

Aut resideat) Palat. tert. *resideat*. Colon. *residet*. nihil mutauerim.

Si in hoc erit petita aduocatio) ita legendum sibi videri annotarat Rud. Agricola, placuitque Erasmo, cum tamen scripti eius haberent; *Si nihil erit petita*. quomodo etiam est in meis quatuor.

Apparebit iam iudicium esse non iram) Pall. meis & Pinciani libris abest particula *iam*; retinet tamen Colon. male Erasmus, *apparebit iudicium non esse iram* porro non male hæc ipsa enucleat P. Faber tit de reg. iur. l. 48. quæ habet: *Quicquid in calore iracundiæ vel fit vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseuerantia apparuerit iudicium animi esse*.

Nihil diligenter in fluctu cernitur] ita etiam margo editionis Erasmi: neque aliter Pall. tres ac Col. vulgatur tamen, *in ductu cernitur* prius probare quis posset; etsi non negem elegans quod coniecit I. C quidam *in ictu cernitur*. quod tamen statim ideo haberi nolim pro legitimo Senecæ, vt ipse vult: pro tali certe Nomenclatori suo satis licenter inseruit, imo adeo inter Adagia, si Diis placet, retulit. si mihi liceret esse ingenioso, dicerem suspicari aliquẽ posse, *nihil diligenter in fluctu cernitur*. rationes eequire a me lib. 9. Opinion. cap 2.

Sua manu ipse percussurus] sic & Palat. sec. at quart. ac Col *ipso cessurus*. itaque scripserim, *ipse cæsurus*, vti diserte in Pal. tert emendatumque in Col a secunda manu.

Et stabis percussuro similis) ita Pinc. codd. & mei. male Erasmus *percussori*.

Gestum illum deformem) omisit vocem Mureti editio quæ in Erasmi, nempe, *gestum illum sæuituro deformem* & exulat ea quidem etiam Pal. sec. sed tamen eius loco habet Pal. tert. *gestum illum seuituri deformem*. quart. *seruituri deforme* Col. *seruituri deformem*. equidem, non video cur non restitui possit, *gestum illum sæuituri deformem &c.*

Ob hoc non cecidit) ita legere nos voluit ex vno suo codice

dice Pincianus, cum in aliis eius, necnon Erasmi editione, *ob hoc non cecidit* quumodo etiam in omnibus meis.

Aliquis vult irato committi vltionem) sic & mei, nisi quod Pal. tert. *Aliquis vult irato, vel iras tenente committi vltionem.*

CAPVT XIII.

Et incendere oculos] Col. *& intendere oculos.*

Et mutare faciem) sic & mei quatuor. aptius tamen videtur Pinciano quod erat in vno exemplari, *& immutare faciem.*

Interiora formentur] ita vetus lectio librorum Pinciani; & recte. Erasmi tamen editio, membranæque meæ, *formantur.*

Nec erat illi exprobratio) sic & mei tres. solum Pal. sec. atque editio Erasmi, *Nec illi exprobratio*, absque voce *erat*.

Rogemus amicissimum) Pal. tert. *Roges.*

Nec assentiatur ira nostra) idem libet, *nec assumatur.*

Contra potens malum) sic Mureti editio; at vero Erasmus & mss. omnes; *contra nos potens malum*: quod reducendum. habet enim pronomen magnam hic emphasin. porro vellem vocem *contra* scribi maiore litera, tanquam si sententiæ initium esset; vt, meo animo, est.

CAPVT XIV.

Parere sibi in aduersa valetudine] sic etiam Pal. sec. verum tert. ac quart. *parere ipsi in adu.* Col. autem *parere ipsis in adu.*

Vt & grauissimis rebus] malim enim omnibus meis, *vt etiam grauissimis rebus.*

In altum retrahat) bonum hoc puto, quamuis Pall. tres, *in altum retrahat.* Col. *in altum trahat*; Erasmus vero; *in altum retrahat.* *altum* enim vocat quicquid penitum est & profundius adictum.

Id fieri apparebit) eiecit editio Mureti verbum sine quo laborat sententia. scribo cum Erasmo, cum membranis meis quatuor, *Id fieri posse apparebit.*

Exempla protulero) Palat. tert. *exempla prompsero.* forte *promsero.*

Praxaspes vnus) ita iussit scriberemus ex lib. 3. Herodoti Pincianus, cum esset in vulgatis, *Traxhexaußes.* in Erasmi editione, *Traxhexaupes.* habet. Pal. sec. *Trabeßaupes.* tert. *Trabexaspex* quart. *trabet auspex.* Col. *Teabaspet.*

Et vinolentus) post hæc duas voces adiicit editio Erasmi, *ac violentus*: quas desiderari in veteri suorum codd. lectione testatus est Pincianus, quem hic secutus est Muretus. & vero Palat. sec. pro quatuor illis vocibus *& vinolentus & violentus*, solũ habet, *& violentus.* tert. ac quart. *& temulentus.* Col. *& vinolentus.*

Recisoq; pectore) ita etiam Pal. tert. ac quart. *rescissoq;* est in sec. ac Col.

Harens in ipso corde spiculum) sic etiam Pal. tert. quart. Col & recte. Erasmi editio & Palat. pr. *harens in ipso spiculum*, sine dictione *corde.*

An satis certam haberet manum) scripserim cum meis tribus, *satisne certam haberet manum.* nam Pal. sec. etiam *satis certam*, sine vocula *an* ceterum mei quatuor verbum *interrogauit*, non ponunt post dictionem *manum*, sed ante isthæc omnia; nempe, *interrogauit satisne certam haberet manum.*

Apollinem potuisse certius mittere) rescripserim cum quatuor membranis meis, *certius dimittere.*

Omnium suorum arcus verterentur) ita Pinc. codd. & mei. Erasmus ediderat *vertantur.* minus bene.

Videbimus quomodo se pater gerere debuerit) primum verbum habet Muretus ab libris Pinciani, in quibus, *Videbimus quomodo se pater gerere debuit*: Erasmi enim editio, *Videmus quomodo se pater gerere debuerit.* & vero vti expressit editio Romana, ita legitur in chirographis meis quatuor.

Id de quo nunc agitur paret) mei omnes; *apparet*, vt & Erasmi editio, itaque Mureti ingenio nihil permittamus; reuocata prioris æui scriptura.

In illo casu gessisse) ita etiam Colon. sed enim Palat. sec *nullo cursu.* tert. *in alio cursu* quart *in illo cursu.*

Quem satius erat] sic Erasmus & membranæ Colonienses. omnis scripta lectio Pincianorum librorum nec non Pall *quam satius erat* forte, *quoniam satius erat.*

Quanti constarent regum amicis) Pall. tert. *quantis.* Colon *quantum.*

CAPVT XV.

Non dubito quin Harpagus) ita legi voluit ex Herodoto, Trogo, aliisque Pincianus: eius alioqui membranæ, nec non meæ, item editio Erasmi, *Harpalus.*

Regi suo Persarumq; su oferit) sic mss. Pinciani & mei. Erasmus vulgarat *regi suo Persarum suas.*

Sed hoc interim intelligo) ita etiam Pal. sec. ac quart. verum Col. *colligo.* Pal. autem tert. *sed hoc interim colligo & intelligo* quod ferre possum aut si non, saltem malim *colligo* quam vulgatum illud *intelligo.*

Pesso etiam ex ingentibus malis) est ab emendatione librorum Pinciani, cui adhærent mei tres. solus Palat. sec. *exigentibus malis*, vti ediderat Erasmus.

Sic editur apud illos) miror cur ita maluerit Mureti editio, cum esset in vulgatis omnibus. *sic editur*; neque aliter haberent chirographi codices Pinciani. Pal. sec ac quartus, *sic dicitur apud illos.* alii duo. *sic editur*; quod reuocandum.

Hunc miseriam finire secum licet] ita & iam aperte Pal. sec. & fere Col. in quo, *hunc miseriam finire.* at tert. *hunc miseriam fixtere.* quart. *hunc miseriam funere secum licere.*

Quid expectas vt te aut hostis] sic Erasmus & Col. recte. Pal. sec. ac tert. *Quid expectas vt te aut hostis* quart. *Quid expectas vite aut hostis.*

Vides illud mare, vides illud flumen) mei omnes *Vides illud mare, illud flumen*, sine repetito *vides*, & placet.

Vides illam arborem breuem, retorridam, infelicem?) sic Mureti editio. at enim Erasmi; *vides illam arborem, breuem horridam, infelicem?* ad quæ notat Pincianus: corrigendum, inquit, reor, *Vides illam arborem retorridam.* nam si breuis erat, quomo[illegible]erat libertas ab illa suspendio peti! equidem le[illegible]quam publicauit Erasmus. remanet in Pall. duobus, neque abit Col. nisi quod, *vides illam arborem breuem & horridam infelicem*; vt nec Palat. tert. quam quod ipse; *arborem breuem horridam & infelicem.*

Guttur tuum?) omisit duas voces editio Romana, quæ omnino reuocandæ; *guttur tuum? cor tuum?* sic enim editio Erasmi, omnesque adeo calamo exarati, præter Palat. sec. qui *guttur tuum, cor*, sine repetito *tuum.* abiecit Muretus puto, quod non caperet quomodo dici posset videre nos cor nostrum. at, si aliquid hinc exterminandum, eiectum potius illa *guttur tuum.*

Nimis mihi operosos exitus monstras) sic Erasmus. at Pal. sec *Nimis tibi.* omnino legendum cũ notis Pal. quart. *Nimis tibi operosos exitus monstramus*; aut certe; *Nimis tibi operosos exitus monstro*, vt est in Pal. tert. ac Col.

CAPVT XVI.

Plumis omnibus illinũt) mei tres *illiniunt* Pal. tert. *illimũt.*

Vnum est leuamentum malorum ingentium) ita & tres Pall Col. autem, *malorum innocentium* monetque Pincianus in vno manuscriptorum non haberi postremam vocem *ingentium.*

Et huius præcipue rabidi] Pal. sec. ac quart. *rapidi.*

Periclitantur enim) ita Erasmus. at mei omnes; *Periclitatur*, quod malim, vt referatur ad verbum *potentia*, quod præcessit.

Communis motus surrexit) Pal. tert. ac quart. *vinxit.*

Post ablatum Mago imperium] ita dixit habere omnem veterum lectionem Pincianus, neque secus in meis tribus. nam Pal. quart. *magno* at Erasmi editio, *magorum.*

Rogatus ab Obazo] sic Romana editio; Erasmi vero, *ab Oraborto*, quomodo & aliquot Pinciani codices. alii eius, *ab Orobasio*; quidam, *Orobazo*; ipse legit ex lib 4. Herodoti, *Oobazo.* Palat. sec. *Orobace.* tert. *Orobazo.* quart. *Orobaco.* Col *Orabazo.*

Omnes se illi dixit remissurum] sic & Pall. tres. at Colon. *omnes sibi illi dixit remissuros.*

Et occisos in conspectu] ita legendum, non vt Erasmus edidit *otiosos*, recte, præter Muretum, monet Stephanus Prodidop. lib. 2. cap 8. neque aliter Pal. sec. tert. quart.

Capvt XVII.

Qui Pythio) ita scribi voluit ex Herodoti libro septimo Pincianus, cum esset in Erasmo, *Pithio*, vt etiam repræsentat Pal sec. nam quart *qui Pycho*. tert. ac Colon *qui Pichio*.

Quos nulla eruditio) sic & mei tres; Pal. tamen tert. adiicit voculam, *quos nulla eruditio fuit*.

Et manu quidem sua] meis quatuor abest particula *et*. Erasmi præterea editio, solum habet *manu sua*.

Lysimachum leoni obiecit] idem repetit exaggeratque lib. 1. cap 25. de Clement. verum si scire amas lector, quam varie auctores de hoc ipso facto loquantur, adi Pausaniam in Atticis, Curtium lib. 8. Plinium lib. 8 cap. 16. Iustinum lib 15. Valer. Maximum, Plutarchum & Arrianum.

Nam Telesphorum Rhodium amicum suum decurtatum, cum aures illi nasumq; abscidisset] nihil hic reprehendo; quæro tantum an non ferri possit. *suum purpuratum*. & tale quid suspicarer, nisi esset in meis tribus, item editione Erasmi; *amicum suum vndiq; decurtatum*. Si vero ea lectio restitui debet, dum aliquid exoriatur quod eam falsitatis arguat. Pal quart. hic interpolatus est relictque, *vndiq; detruncatum*: prius habuisse videtur, *detruncatum*. porro quod attinet ad nomen huius miseri, scribitur Pal. sec. *Telesforum Todium* tert. *Thelesphorum Thodium* quart. *Theles Phorum Thodium* Colon. *Talesphorum Cordium*.

Nouum animal aliquod & inusitatum : forte *& inusitatum*, dictione quæ Plauto & optimo cuique frequens.

Mutilatiq; deformitas] sic & mei, excepto Pal. tertio, in quo, *inuteliq;*

Et illum ex corporis] sic etiam recte Col. nam Pal sec. *& illum ex corporis* tert. *& illum ex corporis*. quart. *& illum ex corporis*.

Capvt XIIX.

Nec in Romanos mores cum aliis aduentitiis vitiis, suppliciorum irarumq; barbaria transisset) bene prorsus. interponatur tantum suasu manuscripti Col. ac Pal. quart. *aduentitiis vitiis, etiam suppliciorum &c.* male Pal. sec *transissent*, qui tamen repræsentat illud *etiam*, vt & tert a quo solum abest vox *vitiis*, hoc modo; *nec in Rom mores cum aliis aduentitiis etiam supp. irarumq; barbaria transisset*. vulgauerat Erasmus, *aduent. vitiis, suppliciorum irarumq; barbaria transissent*; quod ferri posset, vt *barbaria* multitudinis numero dicatur. Pinciani exemplar vnum refert; *nec inter Romanos mores cum aliis aduentitiis vitiis, etiam suppliciorum irarumq; in barbariem transissent*.

Cui thure & vino populus Romanus supplicabat) non aliter scilicet atque Deo fieri solet. vnde de hoc ipso Salustius in lib histor. apud Macrob. lib 3. cap. 13. Saturn. *Cum eum venienti, thuro quasi Deo supplicabatur*.
Plautus in prologo Aululariæ,

Ea mihi quotidie aut thure aut vino aut aliqui semper supplicat. adice Suetonii Augustum cap 35. & Tiberium cap. 70. hæc fere Brissonius lib 1 de formulis, ceterum, lectio hæc vulgata ab Erasmo nullis firmatur mss. meorum auctoritatibus. Palat. quippe sec. *cui thure & vino n. supplicat* tert. *cui thure & vino. N. supplicabat*. quart. *cui thure & vino. n supplicata*. verum litera illa quæ istud *n* repræsentat ita ficta est, vt appareat voluisse scribam exprimere illud quod in autographo erat, vocem videlicet aut literam minus sibi intellectam. Colon. *cui thure ac vino supplicauit*, aliis exclusis.

Perfringi crura : Pal. sec. *præfigi*. tert. *præfungi cura*. quart. *perfigi*. Colon *præfringi cura*.

Iam in omne facinus manus exercens) ita Mureti editio, secuta fere Pinciani codices: cum enim vulgo circumferretur, *iam omne facinus in Mario exercens?* retulit ipse, vnum exemplar membranaceū habuisse, *in omne facinus manus exercens*. alterum, *iam omne facinus manu exercens*. Pal. sec. *nam omne facinus marius exercens*. tert. ac Col. *in omne facinus manus exercens*. quart. *iam omne facinus manus exercens*.

Sic illum ante bustum) Pall. tres, *stellam*. Colon. *Is illum*. quod mihi longe melius videtur quam publicatum.

Grauissimus molestissimis viri cineribus) Pal quart. *grauissimam*. sed tamen alii tres *grauissimus*, nisi quod ita fuit in Col. a manu secunda, cum prius fuisset *grauissimis*.

Et non tam immerito quam nimis amatus) ita etiam. & recte. mei quatuor, nisi quod Palat. sec. ac Colon. *quam minus amatus*. Pinciani liber vnus. *& non tam merito quam*. alter *& non tam meritus quam*. vnde quis suspicari posset fuisse. *& non tam meritus quam minu amatus*. sed absit vt ego id faciam, qui pro scriptura vulgata magnam paratus pugnare pugnam.

Dignus erat Marius) Palat. tert. *Dignus erat manus*. quart. *Dignus erat Menarius*.

Et hostium & ciuium gladios reciperet) ita voluit legi Muretus: at prodidit Pincianus lectiones scriptas præferre *& hostium & vindicum glad.* quomodo certe etiam mei tres. nam Palat. quart. *& iudicum*, quomodo & olim cusi. quippe Erasmi editio, nescio an typographi vitio, *& iudicum*

Modo C. Cæsar) Pal. quart. *Non G. Cæsar*. prima vox abest tert. eiusque loco habet Colon. quod legi a me non potest.

Betilenum Bassum) ita Muretus. Erasmi editio. *Bethenum Bassum*. Pal. sec. ac tert. *Bethenum*. quart. *Bethlienum*. Colon. *Bidienum*. Pinciani liber vnus, *Bedienum Bassum*, quod minus corruptum putat.

Vno die flagellis cecidit] ita & mei tres. Palat quart. *vna flagellis cecidit*, superpictumque, *id est simul*. quod hercle probarem, si plures adstipularentur membranæ.

Non quæstionis sed animi causa) idem quartus, *non quæstionis causa, sed animi*. probe.

Quam ingens crudelitas fuit) Pinciani codex vnus, item Pal. tert. addit, *crudelitas eius fine*. Pal. sec. vt & Erasmi editio *ingentem crudelitas fine*. quart. ac Col. *quam ingentem crudelitas eius fine*. forte *quam inquies crudelitas fine*.

Vt in Xysto maternorum hortorum qui porticum) ita corrigere nos voluit ex omni vetere lectione Pincianus. antea legebatur; *vt in cyrrha matern hortor. quo port.* hinc Faber lib. 2. cap. 9. Semestr. rescribendum autumat; *in crypta matern hortorum qua*. nam *crypta*, inquit, apud Suetonium Caligul. cap. 58. apud Vitruuium lib. 6. ca. 8. aliosque auctores classicos, *& cryptoporticus* apud Plinium Epist. ad Gallum lib. 2 & ad Apollinarem lib. 5. & ad Cornutum lib. 7. fieri mentionem scio. quid autem *Cyrrha* hoc loco faciat equidem non video. hæc ille. & certe *crypta* habet etiam Pal. sec. verum tert. legit *vt in vno alias Chrestomatern. hortorum qui porticum*. quart. *vt in Xisto &c.* superpictumq; alias legi *in vico*. Col. *vt in isto maternorum*. vnde fit vt *xysto* retinendum putem, quod & videtur placuisse Lipsio meo.

Qui porticum a ripa separat) Lipsius lib 1. Epistolic. quæstionum 13. putat legendum *qui porticum Euripo separat*. Nam *Euripi* inquit & *Nili* in ædificiis diuitum istorum crebri. restat in Pal. sec *qua porticum a ripa separat*; vti etiam in Erasmi libro, quod scilicet hic supra retineret, *cyrrha*, ille *crypta*. tert. *qui porticum a ripa separaunt*. quart. *qui porticum a rippa separauerat*. Col. *qui porticum agrippa separant*. vnde aliquis putare posset forte rescribendum; *qui porticum Agrippa separat*. is enim tertio suo consulatu porticum templo addidit, cuius tectum XVI. ingentibus columnis sustentabatur. de quo & Marlianus lib. 5 cap. 11. vrbis Romæ topogr. sed ne sic quidem locus mihi sincerus videbitur.

Quantulum fuit lucem expectare? Denique, ne senatorem pop. Ro. soleatus occideres] male affectus locus. sanabitur si ad istam distinguatur faciem; *quant. f. l. expectare denique ne sen. P. R sol. occ?* atque ita interpungebat P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 9. cui fauent Colonienses membranæ.

Soleatus occideres] respexit forte ad illud Vibii Rufi, cuius meminit Senecæ pater lib. 9. Controuers. 2, vbi agitur de Flaminio qui inter cœnam reum puniuerat: *Prætor ad occidendum hominem soleas poposcit*.

Cap.

CAPVT XIX.

Quanquam aberrare aliquando possemus videri & in deuium exire] Pal. sec. *quoniam aberrare alioqui possimus videri &c.* neque aliter Col. nisi quod ille habeat, *quanquam* non *quoniam*. sed & Pal. tert. custodit, *quanquam aberrare alioquin possemus videri & in deuium exire*. quod mihi placet. at quart. *quanquam aberrare alioquin possemus videri, & videremur exire*. quod certe quis fere defendat. Pinciani quoddam exemplar breuius; *Alioqui possemus videre in deuium exire*. alterum eius; *quanquam aberrare alio possimus videri & in deuium exire.*

Fidiculis talaribus] ita Muretus, miror vnde. nam Erasmus *tabularibus*. prodit Pincianus codicem vnum manuscriptum legere *tribularibus*. at Stephanus Epist. ad Dalech. 8. non videtur omnino abhorrere ab illo *talaribus*: quod fortasse inquit inter βασανιστήρια erat tale σφυρίον, quoniam Synesius instrumenta eiusmodi enumerans, ποδοστράβης etiam faciat mentionem. sed alibi addit: de quodam quod peculiariter cum vsum haberet, aliquid legisse mihi videor. equidem, etsi in Pal. sec. tert. Col. remaneat *tabularibus*, arridet tamen illud *tribularibus*, quod etiam est in Pal. quart. rationem quare, sciet qui perpendet ista Varronis lib. 1. cap. 52. *Quæ seges grandissima atque optima fuerit, seorsum in aream secernis oportet spicas, vt semen optimum habeas. E spicis in aream excuti grana. quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo. id fit e tabula lapidibus aut ferro asperata: quæ imposito auriga, aut pondere grandi, trahitur iumentis iunctis, vt discutiat e spicis grana.*

Vultu suo) recte hic notat Stephanus Epist. 8. ad Dalechamp. nihil esse cur cuidam istud suspectum sit; cum inter tormenta merito nomeretur vultus minax, & quidem vsque adeo minax vt alia crudelitatis multo maioris genera minari videatur. Eodem modo ab Horatio dictum est:

Non vultus instantis tyranni

Mente quatit solida. hæc Stephanus. plura ego de hoc lib. 5. cap 29. Opinionum.

Inter verbera & flammas dimisit) ita repositum est ex veteri lectione librorum Pinciani, cum haberet editio Erasmi, *inter vesperam & flammas dimisit*. est in Pal. sec. *inter vespera & flammas dimisit*. tert. *inter verba & flammas dimisit*. quart. *inter verbera & flammas dimisit*. Col. *& verbera & flammas dimisit*.

Tot locis ac temporibus deductu] ita & mei tres; solum Pal. tert. *deducta*

Et in vnum diem cogeret] præpositio *in* est a Romana editione. neque enim vsquam restat in Erasmi editione aut membranis.

Quid tam inauditum quam nocturnum supplicium?] Interdiu non etiam noctu sumptum Romæ supplicium discimus ex hoc loco. notatum quoque a Catone Cẽsore factum T. Flaminii, qui cum esset consul in Gallia, exoratus in conuiuio a scorto est, vt securi feriret aliquem eorum qui in vinculis essẽt, damnati rei capitalis, vt Cicero docet in lib. de Senect. In ipsius facti ęstimatione Montanus Votienus apud Senecam patrem lib. Contr. dixit; hæc obiici; *quod meretricem habuit, quod aliquem occidit, quod noctu, quod in conuiuio, quod rogante meretrice*. Argentarius vero apud eundem: *Age lege, scit quid dicat: interdiu ago, in foro age*. Et Ruffus Vibius: *Prætor ad occidendum hominem soleas poposcit &c. At nunc a prætore lege actum est ad lucernam*. & Senianus denique: *Nocte nõ debere fieri supplicium &c.* quod tamen *sui generis infamiam habere*, nescio quam ob rem Seneca dixerit. hactenus P. Faber lib. 2. Semestr. capite 9.

Cum latrocinium tenebris abscondi soleat] mei omnes *latrocinia* & *soleant*.

Ad hoc vigilat] ita & Erasmus. at iidem mei tres addunt voces. Pal. enim sec. ac Colon. *ad hoc vigilat, ad hoc lugubrat*. tert. ac quart. *ad hoc vigilat, ad hoc lucubrat*. quod vltimum probo.

Qui imperauerit his, in quos animaduerti iubebat, os inferti &c.] est ex emendatione chirographorum Pinciani. nam vulgarat Erasmus: *qui imperauit silentium his in quos animaduerti volebat. Iubebat os inserta &c.* quomodo nec vlli meorum: omnes quippe; *qui imperauerit omnibus his in quos animaduerti iubebat, os inferti &c.*

Non est relictum quo gemeret] ita & vetus Pincianorum lectio, & pleri que meorum. Erasmus *quo gemeret*.

Et in os farciri pannos] sic & Pinc. & Pal. quart. ac Col. Erasmi editio *farcire* Pal. sec. ac tert. *fartiri*.

Liceat vltimum spiritum trahere] ita & mei tres. Pall. sec. nihil horum habet, vt nec sequentia ista, *Da exituræ animæ locum*. quod accidit scribæ vitio, dum solum vocis *liceat* attendit. Pinciani vnus codex habet; *Obice vltimum spiritum trahere.*

Liceat illam non per vulnus emittere] ita Pinciani codices, nec non quatuor mei. male Erasmi editio; *liceat animam non per vulnus emittere*. Stephanus Epist. ad Dalech. 8. tantum non affirmat legendum videri, duobus vocabulis amplius, *liceat illam per os non per vulnus emittere*, hoc ideo quod alibi scribat Seneca: *Et si scit sua nihil interesse, vtrum anima per os, an per iugulum exeat*. equidem libentius illas voces duas relegauerim vnde venerunt; elegantius enim multo eas subintelligamus; vtique cum nemo non sciat, animæ egressum per os. at quod idem noster amicus arbitratur, *vulnus* nominari a Seneca, quod cum magna vi ingererentur & infarcirentur ori panni, & modo non intruderentur; lingua, maxilla, palatum ex affrictu sanguinem emitteret, id nec probo, nec præfracte improbo; suspicor solum, non incommode referri posse ad vulnus illud vltimum quod carnifex facit dum hominem aut transuerberat aut capite minuit, aliove modo enecat; vt pluribus diduco exemplis lib. 13. Suspic. cap. 2.

CAPVT XX.

Quot patres quoq; occisorum] est ex mss. Pinciani; neque aliter Pal. tert. aut Col. reliqui tamen duo non agnoscunt voculam *quoq;*. Erasmus habuit; *quot patres occisorum*.

Dimissi per domos centurionibus] exacta supplicia per centuriones probauimus supra lib. 1. cap. 16.

Id est homo misericors luctu liberauit) Pal. sec. *adest homo misericors a luctu liber*. tert. quart. *id est homo &c.* Col. *adest enim hic. o. misericors, &c.* Erasmi editio non habet illud *id est*. solum scribit, *homo misericors luctu liberauit*: notatum tamen ad oram, alias legi; *adhuc homo misericors &c.*

Qua non tantum virorum fuerit) ita conicit Pincianus; cuius vnum exemplar, *virorum fuerit*. edidit Erasmus: *qua non tantum in vnum fuerit*, vti est in Pal. sec. ac quart. tertius, *tantum virorum* Col. *tantum viriti*.

Propositum est scribere) Stephanus Proodop. lib. 2. cap. 3. mallet legeremus *describere*. & vero sic aperte præ se ferunt membranæ meæ quatuor.

Flumina exuta ab omni sensu) non sapit satis Latium, *exuere ab omni sensu*. Col. scribit *flumina & rura ab omni sensu*: ex quo fabricabã; *flumina & tuta*, quomodo postea offẽdi in Pal. tert. ac quart. retinet. sec *flumina tuta ab, &c.*

Inde Rhinocolura loci nomen est) sic editio Erasmi: nec aliter sanandum putauit Hadr. Iunius libro 5. capite 3. Animaduers. nisi & *Rhinocorura* cum Stephano ethnographo legere malimus. Est autem *Rhinocolura* siue *Rhinocurura*, & *Rhinocera* Diodoro, Ægypti vrbs, Plinio etiam Palæstinæ adnumerata; cuius incolæ trunci omnes & mutilati naribus fuere: ex talibus namque deducta fuit colonia ab Æthiopum rege Artisane, aut quod Seneca maluit, *Perfurum ego*, qui mitiore pœna in sontes animaduerte putans, non gentem totam succidere, sed ad iniuriam superstitem viuere voluit. euentui attestatur nominis etymon. Græci enim ῥῖνα nasum vocant, κόλουρον, quicquid mutilum est & parte truncatum. quod si *Rhinocurura* legas, ἀπὸ τοῦ τὰς ῥῖνας κουρᾶν. sin *Rhinocera*, ἀπὸ τοῦ τὰς ῥῖνας κείρεσθαι. vtrobique a demessis truncatisq; naribus nominis rationem elicias. vide plura apud Iunium; inde enim omnia desumpsit quæ tanquam si propria essent venditat I. C. quidam. membranæ meæ hic risum mouent lectoribus. Pal. namque sec. *Tindertino colura loco nomen est*. tert. *vnde erchinocolura loco nomen est*. quart. *nam Dercinocolura loco nomen est*. Col. *vnde Orthinocolura loco nomen est*. ex quibus hoc saltem discimus, scribendum *loco*, non *loci*.

Macrobii appellantur] Pal. sec. *Macrobide*. tert. *Macrabide*. quart. *Macrobite*. Col. *Macropide*.

Cui intra primum iter] est a libris Pinciani, quibus videntur accedere membranarum mearum notæ. Erasmi editio *inter*.

Humanaeq; ignota vestigio regio) ita legendum coniecerat Erasmus, cum libris eius deesset verbum *vestigio*. & vero sic omnino inuenitur in Pal tert. at Pal. sec *humanaeq; victus ignota regio*. quod non omnino reiecerim. quart. *humanaq; ignota regis*. Colon. *humanaeq; ignara vestigio regis*.

CAPVT XXI.

Nam cum Babylonem] ita mss. Pinc. at mei quatuor & Erasmi, *Babyloniam*.

Gynden late fusum) Pal sec. ac Colon *Gangem late*. tert. *Gangem, alias Gigem late*. quart. *Gulgelate fusam*.

Amnem vado transire tentauit] & hoc a Pinciani libris, quibus fauent mei tres. nam Palat. sec. *andempaando transire &c.* Erasmi editio, *amnem nando transire*. male.

Regiam currum albi solebant] ita legit ex Herodoto Pincianus, cum esset in suis & Erasmi libris, *alibi*. at *albi* etiam Pall. tres.

Amnem illum regiis equis meatum auferentem] miror quod tam confidenter in contextum receperit Muretus coniecturam oppido timidam Pinciani. antea siquidem legebatur, restatque adeo in Pal. sec. ac tert. *illum regis commeatus auferentem* quod ipsum, siue vt est in Pal. quart. ac Col. *commeatum* cur pro germano auctoris non agnoscamus, haud video. etsi enim Herodotus lib 10 equi tãtum abrepti meminerit, nec vllius præterea rei; quid tamen vetat *commeatus* nomine etiã comprehendi equos? Porro ex hac fabula hausisse nos sententiam Tibulliani versus

— nec rapidus Cyri dementia Gyndes.

docuit Lipsius ad lib. 11. Annal. Taciti.

Cantum & octuaginta cuniculis] ita etiam mei tres, solum Palat sec. *curris alis*. Erasmus annotat, forte reponendum *canaliculis* sed ego alterum illud hic conuenientius putarim.

In trecentos & sexaginta riuos] Palat. tert. *numeros* non *riuos*. Col *riuulos*.

Periit itaq; & tempus magna &c.) sic legendum putauit Pincianus traiecta coniunctione. Erasmi enim editio: *Periit itaq; tempus & magna &c* quomodo etiam seruat Pal sec. at quart. illud & nu'quã agnoscit; reliqui vero duo iterant hoc modo: *Periit itaq; & tépus & magna &c.*

Magna in vanis rebus iactura, sic quidem Mureti editio; at Erasmi, at codices Pinciani, *magnam magnis rebus*. mei *& magna in magnis*; excepto Pal. quart. qui, *in magnis rebus iactura*, absque voce *magna*, aut adeo vocula &. legendum equidem, *Periit itaq; & tempus. magna in magnis rebus iactura*. nam temporis iactura in leuiculis rebus nõ ita magna, hominum quidem æstimatione.

CAPVT XXII.

Stantem enim prænauigabamus] sic etiam Palat. sec. ac Col. neque abit quart. nisi quod ille *pernauigabamus*. at tertius monstrum hic alit, scribendo, *Sunt autem enim prænadigabata*.

Et tam hæc cogitanda sunt exempla quæ vites, quam illa e contrario) ita quidem Erasmi editio: at quatuor mei; *Et hæc cogitanda sunt exempla quæ vites, & illa e contrario*; quæ lectio hercle mihi neutiquam iniusta videtur.

Incumbentes regio tabernaculo) iidem mei, *regis tab.*

De rege (ac male existimant] sic etiam mei quatuor, nec reiecerim. Pincianus tamen iubet legamus ex veterum lectione, addita voce, *qui de rege &c.* idem expendamus moneo an pro verbo quod paulo ante habetur *incumbentes*, reponendum sit *excubantes*: si & ego consulor, pro sententiã dictã, nihil mutandum viderim; idem enim hic notare *incumbere* quod *prope cubare* & *imminere* nam si ei de excubitoribus fuissent, equidem numque tam fatui fuissent. vt tale aliquid dixissent rege tam vicino: sed nec regis dictum huiusmodi aliquid permittit.

Inter dicentes & audientem] est a coniectura Pinciani, sic legendum putantis, quod duo essent manipulares. mss. eius nec non Erasmi editio, *inter dicentem*; quomodo etiã & mei quatuor.

Palla interesset, quam ille &c.] est ab vno exemplari Pinciani, cui adsentitur Col nisi quod ille seruet *quid* pro *quam* Pal sec. *pala interesset, quam ille &c.* tert *palam interesset quam ille*; vti & quart. præterquam quod retineat *illo*. edidit Erasmus, *paulum interesset, quem illo*. Lipsius lib. 1. Epist quæst 13. emendat, *aulaum interesset. quod ille*, scriptum, inquit, negligenter *aulum*: unde alius *paulum*. Polybius, nisi fallor, de hac ipsa re, apud Suidam: ἀπαίτο ζωντας καὶ τὰ δὶα τῶν αὐλαίων ὁ βασιλεύς, ἰδών. sic amicus meus at ego, quod pace eius fiat, illud *palla interesset*, retinuerim; cum constet *pallam* & *aulaum* aliquando notare fere idem.

Ne vos rex audiat] ita Pinc. codd. vt etiam Palat tert & Colon. at Erasmi editio, meique alii duo, *ne vos rex exaudiat*.

Idem tam miti animo] sic Erasmus & Col. at Palat. sec. *Idem inuiti animo*. tert. *Idem merati animo*. quart. *Idem vnito animo*.

Gaudeo, inquit, & aliquid boni spero: in castris meis Silenum habeo) ita edidit Erasmus. Pincianorum lectio non agnoscit illud *aliquid*. additque, *si in castris*. vnde ipse Hispanus legendum putat, *& bene spero si in castris meis &c.* at malim ego: *Gaudeo, inquit rex, & aliquid boni spero si in castris meis Silenum habeo*. nam ita Pal. sec nisi quod referat *silentium* pro *Silenum*, quomodo etiam Col qui tamẽ non recipit vocem *rex*. tert. custodit, *Gaudeo inquit boni spero si in castris meis silenum habeo*. quart. *Gaudeo inquit rex & aliquid boni spero. si hoc est si mei de me male loquuntur. silentium habeo*.

Captis sic visus est) est a mss. Pinciani, quibus proxime accedit Col. in quo *captis sic visus est*. at Palat. sec. ac quart. *captis sicut mos est*; quomodo etiam edidit Erasmus. tert. *captis sic mos est*.

Ceteros praecones subiiceret] sic Pinciani scripti, quibus subscribunt omnes mei. Erasmi editio, *præconio*, sed typographi vitio.

Id quoq; se negaret] mei tres, *idq; se negaret*. Palat. quart. *Id se negauit &c.* quod placet.

Nisi expediret his Dominum habere] ita etiam recte Colonienses ac Palat quart male vero sec. *cum non expediret his &c.* tert. *nisi non expediret &c.*

CAPVT XXIII.

Parrhesiastes] Pal. sec. ac quart. *Paresiades*. Pinciani duo exempp. *Parrhesiades*.

Te, inquit, suspendere] mei tres, nec non Pinciani omnes, *& te, inquit suspendere*; quæ coniunctio etiam in Palat. tert. licet is retineat *suspende*.

At vos ceteri legati, inquit) mei quatuor alio ordine; *At vos, inquit, ceteri legati*.

Quibus appareat] scribo cum meis omnibus, *ex quibus appareat*.

Et in totam domum eius dixerat) tollatur pronomen *eius*, fide mss. meorum, in quibus nusquam comparet neque vero debebat.

Ac tota ciuitate dilectus est] falsa meo animo lectio. reposuerim auctoribus Pal. tert. quart. Colon. *direptus est*, videte me lib. 15. Suspicion. cap. 2. est in Palat. sec. *directus est*.

Historias postea quas scripserat, recitauit) est ex veteri lectione codd Pinc. cui accedit Pal. quart. alii *historias quas postea scripserat recitauit*, vt ediderat Erasmus.

Nemo quasi fulguritum refugit] ita quidem Muretus, sed vellem securus fide. superiores editiones; *fulgure ictum*; quod & monet lib. 2 cap. 10. Prodop. Stephanus. id tamen manasse puto a coniectura Pinciani, qui sic legere malebat, quam quomodo erat in mss. suis, nec non Erasmi; *quasi fulgure ictum* & hercle sic etiam mei tres, Palat. autem quart. *volgaris ictum*. illud tamen *fulguritum* sapere Latium liquet ex lib 2 cap. 21 Nat. quæst. *Quid, quod omnibus fulguritis odor sulphureus est*.

Paranti deinam excusationem) malim enim omnibus meis & duobus Pinciani, *Paranti deinde excus.*

Fruere inquit] addatur vocula; *& fruere, inquit*, ex iisdem manuscriptis.

Statim illi domo mea interdicam] ita & mei tres. Pinciani

ciani membranæ duæ excludunt ista, *statim duo.* Erasmi editio & Pal. quart. *statum illi domum meam interdicam.*

Capvt XXIV.

Serm mei hilarius responsum) ita Erasmi editio; addit tamen alias legi *liberius*: Pinciani codices quidam, *seruus mei clarius responsum*, vti & Pal. meus tert. ac Col. alii eius *clarius*, quomodo & Pal. sec. at vero quartus, *durius responsum*; quod mihi omnium maxime satisfacit. etsi prorsus non excludo illud *clarius.*

Nunc primum offendit] sic quoque Pal. sec & quart. sed tert. *Nam primum off.* Col. *Coniunx primum off* quod velim excutiant docti; nam mihi sic vtcunque probum videtur; sed forsan videtur tantum.

Inimicus est] eiecerim verbum *est* iussu membranarum mearum quatuor.

Prudentiori cedamus] ita legere nos voluit ex mss. suis Pincianus; quibus fauet Col meus. Pall. tamen tres adhærent Erasmianæ editioni, leguntque, *credamus.* mea sententia minus recte.

Capvt XXV.

Etiam ex regia duci] placet. nam & sic etiam mei tres, neque recedit Pal quart. quam quod is, *etiam ex regia duo.* Pinciani liber vnus, *etiam ex regia domo duci.* verum vocem *domo* a glossa putarim profectam; pro tali sane habet Col. meus; qui eam minutioribus literis dictioni *regia* superpinxit.

Animo aquiore ferre) Pal. tert. ac quart. *fere.* Col. *ferat.*

Quo dispicere) sic & Col. at Pal. tert. *quo despicere, alias respicere.* quart *quo respicere.* sec. *quo despicere.*

Denique dabit pœnas] diu est quod lectio ista mihi suspecta, emendaueramque, *Deniq. debeat pœnas: nea est. &c.* lib 12. cap. 2. Suspic. nunc testor sic etiam omnino preferre membranaceam scripturam Pall. trium & Col.

Proprium est magnitudinis vera non se sentire percussum) sic etiam Col ac Pal. quart. nisi quod iis desit pronomen *se.* at sec. *Proprium est mansuetudinis vera, non sentire percussurum.* tert. *Proprium est mansuetudinis, vel magnitudinis, nunc non sentire percussus.*

Ad latratum canum lenta respexit) scribendum, inquit Pincianus, alterutro modo, aut *ad latratus canum.* aut *ad latratum canis*, vt præfert exemplar vnum. equidem cum mei omnes constanter ostentent. *ad latratum canum.* illud facile tulerim, nisi si quis malit, *ad latratum caninum.*

Inconcussus iniuria perstitit) ita & vetus lectio codd. Pinc. cui accedunt Pal. sec. quart. Col solum tert præponit, & *inconcussus iniuria perst.* olim editi; *inconcussus in iniuria perstitit.* priori lectioni acquiescit & editio Erasmi.

Tenet quodam amplexu) malim vt est in Pal sec. & Col. *tenet amplexu quodam.* nam & tert. *tenet amplexum quoddam.* quart. *tenet amplexu quoddam.*

Capvt XXVI.

Imprudentia par in omnibus patrocinium est) sic & mei tres, imo & quartus, nisi quod is destituatur vltimo illo *est.* at notat Pincianus, aut legendum hic *Imprudentia par*, aut superuacaneas esse duas illas dictiones *patrocinium est*, vt quidã, inquit, ostentant codices. ego non video cur non sibi constare possit vulgata scriptura; quæ vult Imprudentiam omnibus pariter æque patrocinari.

Deniq. ad conditionem) Pal. tert. ac Col. *Deinde ad conditi.* quart. *Deinde ad conditionem.*

Vt omnium accidentium) ita & Col. & Pal sec. forte etiam tertius qui, *accintium.* at quart. *accedentium*

Et in nodum coactus apud Germanos) idem Epist. 125. *Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel nodo Germanorum vinxeris, vel vt Scythæ solent sparseris.* Plura de hoc nodo Hadr. Iunius cap. 3 Commentario de Coma; & meus ille Lipsius notis ad Cornelii Germaniam. ibi enim Tacitus proprie Suevis tribuit: *Insigne*, inquit, *gentis obliquare crinem, nodoq. substringere.* alii Germanis vulgo; Martialis etiam Sigambris:

Crinibus in nodum torti venere Sigambri. idem vniuerse alibi. *Rhenique nodos.* Tertullianus *cirros* in Germanis agnoscit, fortasse ab hac crinium obliquatione & flexu. De Virgin. veland. *Debebunt & ipsi aliqua insignia sibi defendere, aut pennas Garamantium, aut crebylos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum.* ideo quia crinem obliquabant. Iuuenalis:

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem & madido torquentem cornua cirro.

libens itaque Poetas aliquot emendet Lipsius qui *cirrigero* epitheto Germanos ornant, quod male flexit in *crinigeros* vbique. Apud Sidonium:

Inter cirrigeras situm cateruas
Et Germanica verba sustinentem.

Lucanus lib. 1.

Et vos cirrigeros bellis arcere Caucos Oppositi.

Claudianus de laudibus Stilic.

ingentia quondam Nomina cirrigere flauentes vertice reges.

idem tamen Taciti locum de obliquando crine, ita etiam capi posse fatetur, vt crinem non in rectam passi sint descendere, sed reduxerint in posteriorem verticem & obliquarint.

Vtrumq. decet) sic Erasmi editio, cui adstipulatur Pal. sec. Pinciani exempp. quædam *virum dum decet*; vt forte inquit, legendum sit, *verum dedecet.* additque: In codice D. Francisci, *Nec ruffus crinis in nodum coactus apud Germanos dum decet*, pro quo existimo, vt dixi, legendum, *apud Germanos dedecet.* sic Pincianus. at tu mihi lege lector; *nec ruffus crinis & coactus in nodum, apud Germanos virum dedecet*; ita enim aperte Pal. quart. neq. abit Col. nisi quod ei syllaba excidit propter similitudinem quæ ei cum altera illa, habetque, *apud Germanos virum decet.* est in Pal. tert. *Germanos vnum dum decet.*

Nihil in vno indicabis) sic & mei Pall. tres. Col. Et *nihil in vno.* liber vnus Pinc. *Nec in vno, &c.*

Quod gentis sua publicum est) ita & iidem Pal. at Col. facit pro Pinc. libris, qui, *gentis.*

Sed iam aliquem fortasse lasisti) ita ex Pinc. libris Mureti editio, quib. patrocinantur mei tres. Pal. tamen quart. *aliquem fortasse non lasisti.* Erasmus edidit, *aliqua fortasse lasisti.*

Capvt XXVII.

Multum temporis vltia absumet) mei tres, *assumet.* Pal. quart. *adsumet.*

Multis se iniuriis obiicit dum vna dolet) emendaui olim lib. 12. cap. 17. Suspic. *dum vnã dolet*, nec plane pœnitet. nam ita etiam repræsentat simplicissimus codex Pal. quartus. certe id propius accedere ad literarum ductus, quam quomodo emendari posse Iurisconsultus quidam coniicit, *dum vlcisci vult*; vel lippi viderent, imo vel cæci. verum iudicent docti. nam si vulgatum ita accipiamus, vt *iniuria* casus sit, vt loquimur, auferendi; nihil opus quicquam mittare: vtique cum ei accedant Pal. sec. tert. Col.

Abire in diuersum) sumtum est ab aliquot libris Pinc. neque aliter Pall. tres, aut Col. Erasmi editio, *abire in vniuersum* Pinciani codex vnus, *ire indulsum.*

Nec vitia vitiis opponere] ita etiam Pal. tert. quart. Col. Item aliquot Pinciani mss. malim tamen quod est in quibusdam aliis eiusdem membranis, necnon in Pal. sec. ac Erasmi editione, *nec vitia vitiis componere.* de qua voce alibi diximus.

Num quis satis constare) tres mei, *Nunquid.* Pal. quart. *Vnde quis* sed nihil mutauerim.

Primum, quam iniquum est) scribe, inquit Pincianus, ex lectione veteri, *iniquum et.* at aliam propugnant omnes mei, nescio tamen quam bene.

Animalia ira tua subducit) meorum tres, *animalia hoc ira tua subducunt* Erasmus, *animalia hoc ira tua subducit.* forte, *animalia hoc ira tua subducuntur*; quemadmodum liquido extat in Pal quart.

Eo loco tibi sit] scribo cum meis omnibus, *eodem loco, &c.*

Si quod in omni peccato muta defendit, similem habet caliginem mentis) lacunula hic est in Pal. sec. orta ab voce *habeat*, quæ supra præcedit. scribit enim, *an alia multis si similia hac caligine mentis.* est in tert. *si hoc habet quod in*

omni peccato defendit. muta similem habet. caliginem mentis peccauit. quart. *si hoc quod in o p. m. defendit simile caliginem mentis peccauit.* Col. *si hoc quod in om. p. in vita defendit. simile habet caliginem meatis.* arbitror corrigendum. *si hoc, quod in omni peccato muta defendit. simile habet, caliginem mentis.* sensu plano & pleno.

Peccauit. Hoc enim primum, hoc enim extremum) ita Pal. sec. Erasmus habet omisso voce amplius, *Hac peccauit. Hoc enim. &c.* nisi quod non repetat dictionem *enim.* Pinciani mss. *Peccauit, hoc est primum, hoc est extremum,* quomodo etiam seruat Pal. quart. item tert. verum Col. *Peccauit, hoc enim primum, hoc extremum.*

Etiam si dixit) Pal sec. quart. Col *dixerit*; quod probo. tert. *dixerim.*

Inter errores volutabitur) ita Pinciani chirographi & mei. Erasmus tamen interponit, *inter errores suos volut.*

Satius est iram relinquere) scribamus vna dictione amplius, animemusque finem sententiæ interrogationis nota. *quanto satius est iram relinquere, &c.* sic quippe concorditer mei quatuor.

Sit semper hac cogitatio) Pal. sec. quart. Col. item Erasmi editio, *An semper has cogit.* tert. *Si semper, &c.* quod & in vno codice Pinciani.

Qualis enim erit semper tumentis?] ita Romana editio, nescio tamen qua fiducia Erasmi quippe, *Qualis erit semper ira tumentis?* Pal. sec. *Qualis erit enim vita semper timentis.* tert. nihilominus. *Qualis enim erit semper timentis.* alia *tumentis.* quart. *qualis enim semper timentis erit.* Col. *qualis erit semper tumentis* quæ scriptura mihi proxime ad verum accedere videtur, si modo adnectatur prioribus verbis.

CAPVT XXIIX.

Quod nisi bene te ipse succenderis] sic Erasmi editio. Pinciani liber vnus, nec non Col. *quod cum bene te, &c.* Pal. sec. *quod bene te ipse succenderis.* tert. *quod bene succenderis te ipse.* quart. *quod bene te ipse succenderis.*

Quibus stimuleris renouaueris] sic & Col. item Pall tres, nisi quod ii antique, *renouaberis.* Pinciani idem liber, *renouaueris.*

Hinc te ille furor rapiet] sic Erasmus. at Pal. sec *ille.* tert. *Hinc te illo furor rap.* quart. *Hinc te lo ille furor rap.* Col. tamen, *Hinc illo te furor rapiet.*

Et illinc alio] deleo particulam *&*, monitu Pal. sec. ac Col. nam etiam alii duo, *illic alio,* sine coniunctione.

Quo aut dignitatis etat) ita solum Pal. sec. tres alii, *quod aut* id si retineremus, referetur ad sequens, *vulnus.*

Vinctum licet accipias) sic Pinciani codd. & Col. ac Palat. quintus. recte. at Erasmus, aliique mei duo, *Victum.*

Verum aliquis voluptati mea absit) ita quidem Erasmi editio: sed enim cum mei quatuor retineant *voluntati meæ,* id alteri præposuerim.

CAPVT XXIX.

A seruitute vrbana & feriata translatus ad durum opus) quæret fortasse aliquis, quare duriorem fuisse dicamus *seruitutem rusticam?* ratio in promptu est: quod olim *vrbana mancipia* minus laboris, demensi plus caperent. vnde Paulus l. serui vrbanis 117. in princ. ff. de legat. 3. iuncta l. vrbana 166. ff. de verb. sign. *ex cibariis vt ex famili numeris atq; libellis deprehendi possit, quos paterfamilias inter seruos vrbanos adnumerare sit solitus.* plura de hoc nunc indiligenter vt solet P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 5 quædam etiam Fornerius ad d. l. 166.

Argumentum sit iuste irascendi) emendo suasu membranarum quatuor, *iuste irascentis.*

CAPVT XXX.

Friuolis turbamur) sic Pall. tres. Col *perturbamur* Stephanus lib. Proodop. 2. cap. 4 & cap. 7. iure conqueritur orationis structuram paulo insolentiorem indoctis occasionem præbuisse, vt hic ex duobus membris, quæ in vnum membrum, aut saltem in vnam periodum coalescunt, prius capitis vnius sit finis, alterum alterius principium. quod tamen idem addit, scriptum forte a Seneca fuisse, *turbatur,* quod mutarim, *turbetur,* poterat, particula, *vt,* præfixa; ad continuandam periodo vna orationem hoc modo: Quod accidere vides in animalibus mutis, idem in homine deprehendes, vt friuolis turbetur & inanibus &c. diuersum ab ipso sentio.

Taurum color rubicundus excitat) ad eam rem alludit Cicero lib. 2 de Diuinat: *Tu vero quid habes, quare putes si paulo ante cor fuerit in tauro optimo, subito id in ipsa immolatione interiisse? an, quod aspexit vestitu purpureo excordem Cæsarem, ipso corde priuatus est?* Locus est præclarus, quem ex hoc loco intellexi. quærit enim an taurus is, cuius cor non est inuentum in sacrificio conspecta Cæsaris purpura sic expauerit, & terrore exanimatus sit, vt cor amitteret. hæc consultissimus ille Hotomannus ad lib. 3. Institut. tit. de obligat. quæ ex del. nasc. §. interdum; qui locus etiam huc retrahendus, vt & ille Vlpiani ff. de furtis *Cum eo qui pannum rubrum ostendit, fugauitq; pecus, vt in fures incideret, furti actio est.* certe & Plutarchus in oratione cui connubialia contexuit præcepta, sic de eadem re: *Qui ad Elephantes se admouent, vestem claram non gestant, nec qui ad leones qui tauros; quod huiusmodi coloribus illa animalia maxime efferantur.* idemque iterat libro De fortuna Alexandri. hocque vult Ouidius lib. 12. Metam.

> *Haud secus exarsit quam circo taurus aperto,*
> *Cum sua terribili petit irritamina cornu,*
> *Phœnicias vestes, eludiq; vulnera sentit.*

Videatur Lud. Cælius lib 16 cap. 11. Lect. antiq. vnde ego hæc fere sumpsi.

Vrsos leonesq; mappa prorItat) hæc sic accipit P. Faber Comment. ad tit. de orig. iur. vt non quidem ipsius mappæ albus color, sed curriculi circensis strepitus & stridor motusque bestias illas offenderit. vnde idem Seneca lib. 2 cap. 11. de ira: *Leones pauida sunt ad leuissimos strepitus fera.* & statim. *Curriculi motus rotarumq; versati o facies leonem redigit in caueam.*

Consternantur ad vana) sic Romana editio; at Erasmi, *consternantur ad minima,* quomodo & legi posse fatetur Pincianus; etsi idem prodat in omnibus exempp scribi, *const. ad sima,* & forte legendum *ad inania.* nam paulo ante dixerat, *Friuolis turbamur & inanibus.* equidem & Pal. sec. quart. Col retinent illud *ad ima,* tert. vero *abima.*

Rerum suspicione feriuntur) ita etiam Pal. sec. ac quart. *feruntur* tert & Col.

Certe acerbissima, sic & Pal. tert. at alii tres, *certe, ac acerbissima,* quod non reiecerim.

Quam mente concipimus, quam qua alii tulerint) Stephanus lib 2. Proodop. cap. 5 scribendum putat; *quam mente concipimus, aut quam qua alii tulerint* Pal. sec. ac tert. *quam mente concepimus, quamq; alii tulerint:* & ita etiam margo Col qui tamen in contextu, *conspicimus.* restat in Pal. quarto, *quam mente concepimus, quamquam alii tulerint.*

Magis alteri indulsit?) interrogationem tollit Stephanus.

Minus habeo quam speraui?) & hic notam delet interrogatoriam; nam, inquit, particula, *sed,* quæ statim sequitur, ostendit perinde esse ac si dixisset, Habeo quidem minus quam speraui, sed fortasse plus speraui quam debui.

Quantum poterat vnus) Pal. tert. quart. Col *quantum vnum poterat* at male Pal. sec *quantum poterat dare vnus.*

Cimbrum Tilliam) sic Muretus; quomodo & in Suetonio cap. 82. Iulii reposuit Pulmannus. at in vulgatis fere est, *Tullium;* vt etiam præferunt membranæ Tranquillianæ, quibus vsus est Torrentius Pal sec. *Cimbrum Tullium* tert. *Cimbrum Villium,* quart. *Cubrum Nelium* Col. *Cymbrum Vellium*

Aliosq;, post Pompeium demum Pompeianos) acute; nec ceperunt tamen mss. mei. nam Pal sec ac tert. *aliosque post Pompeium demum post Pompeianos.* quart. *aliosq; primum Pompeium, demum Pompeianos.* Colon. *aliosque post Pompeium, domum Pompeianam.*

CAPVT XXXI.

Quantum sequatur a tergo ingentis inuidiæ) ita etiam Pall tres. at Pinciani codex vnus, *a tergo spu alii ingentis inuidia fanciant.* alter eius liber; *quantum hominum retro sit, & pauci inuidentes quantum sequatur a tergo ingentis inuidentia.* equidem simile quid habet Col. meus, his verbis

bis: *quantum hominum oestro sit; & paucis inuidentem quantum sequatur a tergo ingenuis inuidia.* & vero quam magis isthæc perpendo, tam magis placent. itaque si per Senatum licet Criticum, scriptura codicis Coloniensis adiicietur Senecæ libris. si tamen aliquis reponere malit *inuidentia* non *inuidia*, haud admodum refragabor.

Sed non fecit ordinarium consulem) bene docuit Turnebus lib. 5 cap. 10. Aduerti *ordinarium* dici *cõsulem* ex cuius nomine anni supputatio ordinabatur; id est, cuius nomen in literis & instrumentis, & in fastis scribebatur; qui denique Kal. Ianuariis honorem inibat. nam ætate Imperatorum, annus in multos diuidebatur *consules*; sed soli, qui anni sortio inibant honorem, *ordinarii* censebantur, honoratioresque erant id a Dione lib. 43. etiam scribitur. Suetonius cap. 2. Domitian: *In sex consulatibus non nisi unum ordinarium gessit.*

... est mihi ad sacerdotium) ita diserte membranæ mei quatuor. miror itaque Pinciani codd. omnes custodire, *sed decesse mihi.*

Cooptatus in collegium suum] sic etiam Palat. quart. nam sec. *Quo apeatus in collegium suum.* tert. *Captatus in collegium suum.* Col *coaptatus ad collegium suum.*

Consummauit dignitatem meam) sic & alibi vocat *consummata sapientia viros.* id est perfectos nec vlla in re deficientes. plura exempla huius vocis suppetit P. Faber lib. 3. cap. 10. Agon.

Ea dedit mihi qua debebat) est ex Pinciani scriptis, quibus subscribunt mei tres. solum Palat. sec. adhæret editioni Erasmianæ, habetque *& dedit mihi &c.*

Omnes vicisti?) sic cum interrogationis nota scribendum, vt & quod sequitur. *Multi te vincimus?* ostendit Stephanus lib. 2. ad Senec. lect. Prodop. cap. 4.

CAPVT XXXII.

Quod sit in te maximum vitium quæris?) ita Mureti editio Erasmi, eaque priores: *Quod si in te maximum vitium quæris.* Pal. sec. *Quod si in te vitium maximum quæris,* quomodo etiam alibi inuenit Erasmus, præterquam quod aberat pronomen *te*. tert. *Vel quod sit in te nesciente vitium maximum quæris.* quart. *Quod insciente vitium maximum quæris.* Colon. *Vel quod sit in te sciente vitium maximum quæris.* Rod. Agricola annotarat, *Quod instante maximum vitium quæris?* putabatque Erasmus rectius, *Quod in instante maximum vitium quæreris &c.*

Quid properamus verberare statim, crura protinus frangere) est a coniectura Pinciani; cum eius & Erasmi editio per minorem literam scriberent, *quod properamus &c.* sine interrogatiuncula. equidem est in Col. quemadmodum diuinauit Pincianus, nisi quod interrogatio deest. sed enim Pall. tres valde hic dissentiunt nam sec. atque loco harum vocum omnium solum exhibeat, *Quod properamus frangere.* tert. vero, *quod properamus frangere verberare statim crura,* vltimam tantum vocem minus liquido expressit.

Si differetur) Col *si differtur.* Pal. tert *si differetur, alias vel si sit dilata.*

Sine id tempus veniat quo ipsi iubeamus) sic palam etiã extat in Pal. sec. at tert. *sine id tempus.* quart. *sum id tempus veniat quo ipso videamus.* Col. *Sum id tempus veniat quo ipsi videamus.*

Nunc ex imperio ira loquimur) & ita etiam Pal. sec. at vero tert. *Tunc ex imperio &c.* quart. *Nunc ex imp. ira loquamur.* quomodo & habet Col.

Quanti sit illa lis æstimanda) Pal. sec. *quanto illa lis æstimanda.* alii tres, *quanto illa lis æstimanda sit:* quod velim examinet lector.

Castigandam flagris leuioribus) ita & mei quatuor, & probo. Pinciani tamen membranæ, *flagellis leuioribus.*

Per quæ ladi videmur) Pal. quart. & Colon. *videamur.* tert. *videamus*

Quam sumere ingentem animum) Col. *magnum animum.* Pal tert. *indigentem animum.*

Quam humilia & abiecta sint) Pal tert. *quam humilia vel quam abiecta sunt.*

Patres liberosq. committit) ita quoque Pal. tert. quart. Col. at sec. *liberosq. nulla committit.* an forte, *vna comm.* sed nihil mutauerim.

In cinere vrbium scrutentur) Pal. tert. *in cinerem.*

CAPVT XXXIII.

Propter quos oculi clamore exprimuntur) Pal. sec. *clamore experimantur.* tert. *propter quos clamore vena tumescunt.* quart. ac Col. *clamore exprimantur;* quomodo etiam exoletæ editiones. exemplar quoddam Pinciani Pal. tertio tamen scribitque, *propter quos vena clamore tumescunt;* quod videtur interpretatio esse alterius lectionis puto enim hic tangi actorem ac reum, nec non eorũ aduocationes quod magnis clamoribus causam suam agerent. est tamen Iurisconsultus, qui se legere dicit, *propter quos oculi lacrimore exprimuntur*, deque nummorum amissione loqui putat auctorem. quo casu, inquit, rari qui non lacrimentur. talis emendatio vereor vt Latinis se probet auribus. nam ad eius interpretamentum quod attinet, admitterem, si de mulieribus auctori sermo. quando enim quæso viri lacrimamur? quando multi? quando fere omnes? nunquam hercle aut vidi aut audiui; at in ira & contentione, *tumere oculos*, nemo nescit. vnde & illud Ciceronis in Vatinium: *repente enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti.* ipse noster quoque cap. 2. de breuit. vitæ: *Quam multorum eloquentia quotidiano ostentandi spatio ingenii sanguinem educit?*

Euocat ex longinquis regionibus iudices sedere) ita legitur in vno exempl. Pinciani, atque inde sumpsit Muretus, nisi quod illud retineat non *sedere* sed *aduolare* Erasmus ediderat, *euocat qui longinquis regionibus iudices sedeant.* at tamen Pal. sec. *Euocat ex long. reg. iudices sedent.* alii tres, *Euocat ex long. reg. iudices sedeant:* vt forte hæc & præcedentia per interrogationem contemptim scripta videantur hoc modo *Hi sunt, propter quos oculi clamore exprimuntur? fremitu iudiciorum Basilica resonat? euocati ex longinquis regionibus iudices sedeant? &c.* nam nihil obstat illud *resonant*, cum nihil vetet quin tertia habeatur coniugationis. ceterum quod ad hos *euocatos* attinet, adi Mureti notas; quibus non [illegible] isthæc Plinii: *Inquisitio per partes agitur: & [illegible] summo iudicem, a Gadibus columnisq. Herculis accersitur.* nec alio traxerim illud Latini Pacati Panegyr. ad Theodosium. vbi de Hispania ipsi sermo: *hæc facundissimos Oratores, hæc clarissimos vates parit; hæc Iudicum mater, hæc Principum est.*

Ne propter fiscum quidem) ita & Colon. at Pall. tres, *non propter &c.*

Aut imputatum a seruo denarium) ita & mei quatuor; & recte; vult enim auctor plus forte impendisse seruum quam auarus ille senex rationibus subductis putarat. Pincianus tamen, inclinat legere, *aut ampucatum &c.*

Quid si propter vsuram haud millesimam) ita editio Romana, haud sane inepte. Erasmi nihilominus editio, nec non membranæ omnes, item meæ tres, *aut millesimam.* solum Pal. tert. *ante millesimam.*

Et manibus ad computandum modo relictis) est a coniectura Pinciani, in cuius codicibus scriptis erat, *ad comparandum non relictis*, vti etiam refert editio Erasmi. mei omnes exhibeant *ad comparandum non relictis*, quod hercle ego iam nullos sollicitauerim. cum enim non constent mensularis rationes nisi cum pares sint; bene & eleganter Seneca, qui digitos auaritiam duratos in lapidem ineptos facit hoie duplici calculo: vtique cum aliqui numerorum inflexis ac complicatis, non apertis modo & porrectis denotarentur digitis; vt pluribus probo exemplis lib. 1. Suspicion. cap. 8.

Auaritia iterum sub terras referente quæ male egesserat) Pal tert. *au. iterum super terras ref. quæ male gesserat.* quart. *auaritia rerum &c.*

CAPVT XXXIV.

Horumq. causa paratam ambitionem) Pinciani liber vnus, verborum istorum vice tantum habet vnicam dictionem, *ambitiones.* est in Palat. sec. *ortum aram ambitionem* tert. *ortumq. causa, perram ambitionem* quart. *ortumque tam paratam ambitionem* Col. *horumq. tam paratam ambitionem* nihil est sincerius vulgata scriptura.

Et motus corporum) coniunctio & abest Pal. tert. quart. Colon.

Nihil ex his quæ tam tristes agimus, serium est) ita voluit scriberemus ex vno exemplari Pincianus. addit tamen idem, esse etiam codd in quibus, *tantegerimus*, non, *tam tristes agimus*; vnde putat forte legendum: *Nihil ex his quæ tanquam tristia agimus, serium est.* publicauit Erasmus, *Nihil ex his quæ tam tristes agimus, seuum est.* Pal. sec. *Nihil ex huius quæ tam triste agimus, serium est.* tert. *Nihil ex his quæ tam caragerimus seuum est.* quart. *Nihil ex his quæ tam tristegerimus, serium est.* neq; aliter Col. nisi quod ipse præferat, *serum est.*

Inde inquam vobis, ira) mei quatuor, *nobis.*

Magno æstimatis) Palat. sec. ac quart. *magna extimatis.* tert. ac Col. *magna extimamus.*

Hic me diu spe suprema captatum criminatus est) coniectura est Rud. Agricolæ; quam & probauit Erasmus, cuius quædam exemplaria, vt & Pal. sec. *Hic me diu spem supremam captatus tunc criminatus est.* tert. *Hic me diu spem suprema captatus criminatus est.* Col. *hoc me diu spem supprimam captatus er &c.* Pal. quart. *Hic me diu spe in supprimam captatum crim. &c.* olim impressi, *Hic me dum spe suprema captus est criminatur.*

CAPVT XXXV.

Pugnam & iurgia excitant) ita etiam Pal. sec. at tert. *pugnata & iurgia excitant.* quart. *pugnam iurgia excitant.* Col *pugnas iurgia exc.*

Respondisse tibi indignaris libertum) sic Muretus. at Erasmus *libertumq;*, quomodo etiam Palatinarum membranarum trias. Col. vero voce amplius, *Respondisse tibi sermone indignaris, libertumq;* quod omnino probarem si subuenirent & aliæ schidæ. sed vt verum fatear, latet hic aliquod maius vitius. nam illa, *Rursus si taceat interrogatus*, non habent ad quem referantur.

Et silentium solitudinis) coniunctio & solum adest Pal. quart. reliquis exulat.

Vt non modulata tantum) ita & Pal. tert. ac Col. verum sec. *vbi non nisi modulata tantum.* quart. *vt non nisi modulata tantam*; quomodo etiam seruat editio Erasmi.

Ad clamorem serui [illegible]*nnitum æris, ad ianua impulsum?*) ita & Pal. tert ac [illegible] Erasmi editio, *& ad clamorem serui, & ad tinnitum æris, aut ianua impulsum?* quomodo etiam Pal sec. nisi quod is, *& ad tremitum æris* Col. *ad cl. serui, ad tynnitum æris, aut ianua impulsum.* Pinciani vnus liber. *ad cl. serui, ad tinn. æris, ad lamena impulsum.*

Transfer ad oculos) est a vett. Pinciani; edidit enim Erasmus, *transferunt ad oculos* Palat tert. ac Colon. *transfers.* quart. *transfoct.* sec. tamen *transfer.*

Mensam crebris distinctam uenis) Pall. tres. *dist. vinis.* Colon *dist. venis*, quomodo forte legendum annotarat acutissimus Batauorum Erasmus: quod profecto ad os adpressetim, ita placet. Plinius lib. 13 cap. 15: *Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis.* sic enim ibidem legerim, motus statim subsequentibus: *Illud oblongo euenit discursu. ideoq; tigrina appellantur: hoc intorto, & ideo tales pantherina vocantur.*

Exesos, rimosos, inæquales) Pal. tert. *exesos et mosos. inæq.* quart. *excesos cumosos.* Col. *rimosos*; quod nou côtemserim.

CAPVT XXXVI.

Illic aqua & patiens) ita Erasmus & Col. at Pall. tres *illic aqua & impatiens.* quid dicam? an præpositio hic erit augendæ significationi? ita ferme suspicor.

Si animus illos desinat) Pal. sec. ac Colon. *desit.* legerim *desinet* cum Pal. tert ac quart.

Faciebat hoc Sextius) Pal. sec. ac quart. *Faciat hoc quod Sextius.* tert. *Faciat hoc Sextius.*

Ad nocturnam quietem recepisset) Pal. quart. *recepisse.*

Totum diem mecum scrutor) Pal. sec. abest vox, *mecum* pro ea habet tert. ac quart. *meum*; etiam Col. in quo; *totum diem meum tam scrutor.* non displicet illud *meum.*

Ex erroribus meis timeam) Pal. sec. *nostris timeam.* Col. *meis timeant.* quart *ex moribus meis timeam.*

De cetero vide) *vide* abest Pal. quart.

Non tantum an verum sit quod dicit) Pal. sec. tert. Col. *ne non tantum an verum sit quod dicis.* quart *ne non an verum sit quod dicis.*

CAPVT XXXVII.

Pessimus quenq; correptorem) ita solum Palat. sec. nam tertius ac quart *correctorem.* Col *correctionem*, quod vt tamen non displicet.

Vitare vulgarem conuictum memento) Erasmi editio, *vulgare conuictum.* rescribo cum meis quatuor, *Vitare vulgares conuictus memento*: sic enim omnes, præter Palat. quart. in quo, *conuictos.*

Quia ne sobrius quidem pudor est) ita voluit Pincianus ex mss. quibus assentiuntur mei duo, quippe Pal. tert. ac quart. *quia ne sobrius quidem pudorem.* ediderat Erasmus, *quia nunc ne sobrius quidem &c.*

Ostiario causidici alicuius aut diuitis) vix damnarem hanc lectionem editionis Mureti, nisi auctoris nostri subsequa indicarent agi tantum de *causidici* foribus: dum est; *quod custodit litigatorum turba limen obsessum.* & quidem vulgatæ habent, *alicuius audisti*: quod & exhibet ad oram Erasmus. cuius editio, *aut vidisti.* ad quæ notarat P. Faber lib. 2. cap. 12. Semestr. illud; *aut vidisti*; vel *aut audisti*, totum delendum, legendumque; *ostiario causidici alicuius.* quod; tanquam annotatum fuerit ad prius illud, *vidisti*, atque inde ex margine in contextum venerit. est in Palat. sec. quart. Colon. *ostiario caus alicuius aut vidisti.* in tert. *ostiario caus alicuius, vel aut vidisti.*

Irasceris ergo catenario cani?) Brodæus lib. 4. cap. 3. Miscellan. *catenarium* hunc *canem* capit pro homine ostiario qui veteri more in catena: si quid iudico, peruerse. videri enim intelligere Senecam veram *canem*, tota omnino flagitat argumentatio. nec aliter sentit P. Faber lib. 2. cap. 12. Semestr. vbi mancipia hæc ostio adposita catenariis canibus comparare Senecam scribit. sed & antiquitus æque catenæ alligata *canis*, atque ostii custos. aperte Petronius: *Ceterum dum ego omnia stupeo, pene resupinatus, crura mea fregi: ad sinistram enim intrantibus non longe ab ostiarii cella, canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus, superq; quadrata litera scriptum: caue caue canem.* ideo enim cautionem præferebat paries, ne homines se propius ei admouerent, inciderentque in canem viuam, quæ ibidem in cella serui ianitoris subcustos. Ex edicto enim Ædilium canem mordacem ita habere, vt cuiquam nocere vel damnum dare posset, non licebat L. si enim cum seq ff de Ædil. edict. huc allusit meo animo Plautus Truculento vbi scitatur ex Dinarcho amatore Phronesium:

Num tibi nam amabo, ianua est mordax mea,

Quo intro ire metuas mea voluptas? Satis. vise si libet Torrentii Comment. in Suetonii Vitellium cap. 16. Dousæ vero præcidanea pro Tibullo cap. 2.

Nunc illo qui intra iacet) Palat. quart *intus iacet.*

Et beati hominis ac potentis iudicat indicium) mei quatuor alio ordine, *& beati hominis indicat ac potentis indicium.* ceterum norit lector vocem *indicium* etiam in Erasmi extare editione, ne eam adscribas acceptumq; feras, vti ipse vult, I. C. nupero; qui ipse perperã excuderat, *iudicium.*

Vocatori) qui conuiuas inuitabat. Plinius lib. 35. ca. 10. *vocatores suos ostendens, vt diceret, a quibus inuitatus esset.* Catullus Epigr.

mei sodales quærunt in triuiis vocationes.

Elegans Suetonii locus cap. 39 Caligulæ, *Compererat prouincialem locupletem ducenta HS numerasse vocatoribus vt per fallaciam conuiuio interponeretur: nec tulerat moleste tam magno æstimari honorem cœnæ suæ.* hęc ibi Torrentius.

Turpiorem pot est facere puluinum?) sic Col at Erasmus at Pal. sec *puluinum.* Pinciani membranæ, necnon Pal. tert. ac quart. *puluinar.*

Non aquis quendam oculis) Pal. tert. *Nã non aquis.* forte an, *Iam, nõ aquis &c.* ¶ *Si desideres carmina eius*) Col. *si desideres carmina eius.* Pall. tamen tres defendũt vulgatũ.

CAPVT XXXIIX.

De ira cum maxime disserẽti) Pal. sec. *cum maximo.* tert. *de ira maxime differents.* Col. *tum maxime differents.*

Tulit hoc ille leniter) Pal. sec. ac quart. abest pronomen *ille.* habet tert. *Tulit hoc ne leniter.* Col. *Tulit ille hoc leniter.*

Sed dubito tamen) ita & mei tres. at Pal. tert. *sed subito dubito*, sine voce *tamen.* fuit forte, *Sed subdubito tamen.*

Cato noster melius) ita repositum voluit Pincianus, ex vno codice suo. Erasmi enim editio: *Cato videtur melius.* Pal. sec. ac Col. *Quanto noster melius.* tert. *Quanto Zenon noster melius.* quart. *Quanto noster Lælius.*

Patruus

Patrum nostrorum memoria fastidiosus) sic etiam Palat. sec. ac tert. verum quart. *patrum annorum memoria fastidiosus* Col. *patrum nostrorum memorificus.*

Contigit iam nobis) Pal. sec. tert. Col. *Continget.*

Aut superior est) Pal. tert. ac Col. *superiorem.*

Capvt XXXIX.

Nec oculos tumentes tentabimus) Col. *temptauerimus.*

Vim rigentem monendi incitaturi) Pal. tert. *irritaturi*, quod ferri queat.

Deinde custodiet, ne recidat) mei omnes; *custodire* bene.

Et dum maiorem quæris pœnam) Pal. tert. ac quart. alio posito, *pœnam quæris.* sec. vero ac Col. *pœnam quærere.*

Aut pudorem illi cui non resistat, incutiet) Pal. sec *incutiem*, alii tamen tres vulgato huic fauent. Erasmi editio præfert; *aut pudorem illi cui non resistit incutiet*, notatque voluisse Agricolam tollere negationem *non*. quod improbat Benc, inquit, habet lectio, *si sit cui non resistas*: vt intelligas vehementem.

Et cupiditate cognoscendi auocabit) Palat. sec. *vacabit.* tert. ac Col. *vocabit.* quart. habet aliquid quod non intelligo, nempe, *mabit*, & comma literæ *a* superpictum.

Eadem quia non expectauit) ita etiam Erasmus & Pall. tres ac Col. est tamen I.C. qui se legere iactitat, *eadem quia non spectauit.* vellem addidisset quorum codicum fide; aut si non, qua motus ratione. certe tali casu dolor expectatur, non spectatur, nisi improbam admittamus figuram.

Capvt XL.

Cum potueris & pro mora reddes) Pal. quart. *cum poteris pro mora reddes.*

Et vltro obuiam ire ei) ita & Pal. sec. at alii mei tres, *& vltro obirasci*: nisi quod Pal. quartus vtrumque retineat in contextu, hac forma, *& vltro obirasci, aliis obuiam ire ei.*

Cum cœnaret apud &c.) Col. *cum cœna apud*, emendatumque deinde, *cœnauit.*

Apud Vedium Pollionem) ita restituit Pincianus facti-que huius sæui, mentio apud Plinium cap. 23. lib. 9. Dionem lib. 54. Tertullianum lib. de pallio: memoratque alibi Alciatus libris Parergon, item Lipsius ad lib. 1. Annalium Taciti. præferebat editio Erasmi, *apud Atedium Pollionem*, ea superior, *apud Nedium*; quomodo & habet Pal. sec. quart. Col. at tert. *apud Nedium Pollionem.*

Fregerat vnus ex seruis eius crystallinum) ita legi ex vett. scriptura monuit Pincianus, & sic etiã mei, nisi quod Pal. sec. absit pronomen *eius*, quartus vero retineat *fregit*. Erasmi habebat editio; *fregerat vnus crystallinum ex seruis.*

Ad mortem rapi eum Vedius iussit) Erasmus, *Atedius*: mei omnes *Nedius*. sed heus lectot, iidem hic glossema mihi indicarunt; quod iam & vos hunc me monitore eiicietis, legite, inquam, *rapi eum Vedius iussit*, resectis illis, *ad mortem*, quæ nusquam in membranis nominatis comparent: & iure quidem.

Nec vulgari quidem periturum morte) Pal. sec. ac quart. *nec vulgari quidem more periturum.* tert. *ne vulgari quidem more periturum.* quod ego probo. nam nec longe abit Col. in quo, *ne volgari quidem more periturus.*

Quas ingens piscina continebat) ita & Erasmus. Pinciani scripti codices, partim, *quas ingentes in piscina continebat* (quomodo & Col. & Pal. tert. nisi quod ille *ingentis*) partim, *quas ingentis in piscina continebat*, quibus accedit Pal. quart. nam sec. *quas ingens ibi piscina continebat*, quæ lectio mihi maxime omnium abblanditur.

Crystallina autem omnia coram) ita castiganit ex mss. suis Pincianus, cum repræsentaret editio Erasmi, *& crystallina ante omnia coram &c.* cui suffragantur mei quatuor, nisi quod iis desit coniunctio *&*.

Bene vsus est verbis suis) eadem forma dixisse etiam Arbitrum monuit me amicissimus Dousa, vbi ait: *Sed intentans in oculos Tryphænæ manus, vsurum me verbis meis clara liberaq; voce clamaui.*

E conuiuio rapi homines) Pal. quart. ac Col. non habent præpositionem.

Et noui generis pœnis lacerari) Pincianorum codicum scriptura viget legamus, *lanciinari*, quam confirmant Pal. sec. quart. Col. nam tert. *pœnis lacienari*, alias *lanciatri.*

Viscera hominis distrahentur?) Palat. tert. *distraherentur.* quart. *detraherentur.*

Capvt XLI.

Sic instandum potentia est) ita quoq; Pal. sec. item quart. in quo tamen: *sic vitandum potentia*, alias *instandum.* tertius solum, *sic vitandum potentia est.* Colon. *sic eius tantum potentia est.*

Vt iram ex superiori loco aggredi possit, male tractabilem, ac talem dumtaxat) Erasmi editio *vbi iram &c.* Pal. sec. *male tractantem.* tert. *male tractet, at talem &c.* quart *aggredi posset, male tractet. At talem.* Col. *aggressi possit male tractet. ac talem &c.* qui tameo licet sic variant, constanter retinẽt; *vt iram ex &c.* exemplar vnum Pinciani exhibet: *vt ira ex superiori loco aggredi non possit male tractet. At talem dumtaxat.*

Nisi maius aliquid extimuit) ita & Erasmus. Palat. tert. *extimuerit.* tert. *nisi inanis aliquid extimuit.* quart. *nisi immanius aliquid extimuit.* Col. *non maius aliquid extimuit.*

Sequatur vel mala dum bene mereatur) ita omnis lectio vett. codd. apud Pincianum. editio Erasmi; *sequatur vel mala de bene meritis.* Pal. tert. *sequantur vel mala dum bene merentur.* & ita etiam tert. nisi quod ille habeat *merentes.* quart. *sequatur vel mala dum bene meritis.* Col. *sequamur vel mala de bene meritis.*

Sed simul ac æqualitas vita) mei quatuor, *ac qualitas*, nisi quod Palat. sec. *sed simul & qualitas vita.*

Capvt XLII.

Et extirpemus radicitus ea vitia, quæ quamuis tenuia) locus proculdubio affectus. Palat. enim sec. *& extirpemus radicitus ea vitia s. quæ quamuis tenuia.* tert. *& extirp. radicitus. Ea vitia s quamuis tenuia.* quart. *& extirpemus radicitus Ea vitia s. quæ quamuis tenella.* Col. *& extirpemus radicitus. quanquam sint tenuia &c.* cum nõ videam quid sibi velit illud. *s.* nisi vt notet *scilicet*, suspicor delendam vocem *vitia*, tanquam interpretamenti vice adiunctam dictioni *ea*. ¶ *Vndecunque inferiora, renascentur*) Pinciani mẽbranæ. *vndecunq; inferiora renascentur*: quod cum item restet in meis quatuor, omnino amplector. non enim omne quod exit, ad pristinam adsurgit magnitudinem, ad antiquum robur.

Admiramur modo) sic & Pal. sec. & Col. at tert. *admirabimur modo.* quart. *admiramur.* vtrumque perpere.

Sibi quisq; vt alteri dicat) ita bene Erasmi editio. at tamen Pal. sec. *& alteri*; alii tres *atque alteri.*

Quid iuuat tanquam in æternum genitos, iram indicere?) Ræuardus lib. 5. cap. 14. Varior. existimat Senecam hic notare *inimicitias*, quas Iurisconsulti appellarunt *capitales* L. 18. in fiae ff. de procurat. L. 15. ff. de recept. arb. L. 6. ff. de excusat. L. 3. §. 9. de adim. vel transf. leg. L. 9. de his quæ vt indign. § item si propter. instit. de excusat. eas inimicitiarum, quas alter alteri testato denunciarat. certe quia sanguinem & vindictam spirabant ex professo, indeque *capitales* appellatas videri omnino posse. Sed tu enim de more illo veteri vide, vti & Lipsium ad lib. 2. Annal. Taciti. etiam nos ad Epistolam 77. supra.

Non capiunt res ista iacturam) ita & mei omnes; quædam tamen exemplaria Pinciani; *res gesta iact.*

Quid tot annum nobis accersimus) Pal. sec. *arcessimus*; quod non displicet.

Et perituros dies imputat) sic & Pall. tres, & bene, si capimus pro accusandi casu, quomodo aperte est in Col. nimirum, *& pereuntes dies imp.* habet editio Erasmi, *& pereuntis dies imputat.*

Fortasse circa tuam est) Pinciani codd. *circa tuam est*, vt etiam Pal. sec. ac Col. videtur tamen tert. ac quart. retinere illud *extra*, quod probo.

Capvt XLIII.

Et quid illum nimio ex alto) Palat. tert. & Col abest coniunctio *Et*, me volente. alii duo horum nihil habent vsque ad voces *& contemptum, sed superioribus &c.*

Acidum ac molestum) Palat. sec & quart. *accidum.*

Exterrere verbis) Pal. tert. *exercere.*

Ridere solere) probat hanc Mureti emendationem Stephanus Epist. ad Dalech. 22. membranæ tamen editionesque aliæ omnes, *Videre solemus*.

Cum alter alteram vexarit) Pal. tert. *vexarem*. quart. *vexarunt*. Col. *vexari vole*.

Sui confector expectat) est a coniectura Mureti, cui refragantur omnes fere membranæ & editiones, in quibus *sam confector*, quod mihi non ita prorsus absurdum. Col. refert, *finis confector expectatur*. Pinciani exemplar vnum repræsentat, *finis confector expectat*. cui lectioni, inquit, suffragantur verba hæc sequentia; *cum victo victorique finis æque maturus, &c.* Mureti emendationi fauet Stephanus.

Cum victo victorique finis æque maturus immineat) quæ hæc supinitas non admittere scripturam quæ in plerisque mss. codicibus? ea quippe nulla litera minus; *finis & quidem maturus immineat*. vt de suis prodit Pincianus. respicit enim eo auctor, quod bestiarum bestiariorumque hæc pugna non duraret vltra horas matutinas. Vnde Martialis lib. 14. Epigr. 96:

Matutinarum non vltima præda ferarum
Sæuus oryx. iterum lib. 3. Epigr. 66:
Dat numera nouus prælia mane dies.

adde lib. 11. Epigr. 25. sed quid extera adlego? ecce ipse noster Epist. 7 *mane leonibus & vrsis homines, meridie spectatoribus obiiciuntur*. & Epist. 70: *Nuper in ludo bestiariorum vnus e Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, secessit, &c.* hactenus. libri mei non faciunt quidem prorsus pro hac lectione, sed non tamen vsque quaq. iuuant vulgatam. Pal. enim sec. tert. Col. *finis & quidem maturus immineat*. quart. *finis & quidem matuturus immineat*.

Quantulumcunque superest exigamus) Pal. tert. male, *existimamus*. Col. *existamus*.

Conclamatum in vicino incendium) fidelior videtur lectio Pinciano, *in vicinia*. est in Pal. sec. *conclamantium in vicinio*. tert. *conclamantium inuiciniam incendium*. quart. *clamantium in vicinio incendium*. Col. *clamantium vicinum incendium*.

Vbi motus maior apparuit) Pinciani libri, *maiorum*. Pal. sec. *vbi vanus maior app...* Col. *vbi maior apparuit*, absque voce *motus*, quam tamen seruant Pal. tert. ac quart.

Nolo, inquit, vtique occidere) ita omnino Pall. tres. at Col. & codex vnus Pinciani destituuntur dictione *vtique* male.

Magis ignosco ei qui vulnus inimici quam qui pusulam concupiscit; ita Mureti editio: quam certe posthabuerim receptæ scripturæ. *qui punctiunculam concup.* nihil enim affine *pusula* cum *vulnere*. sed ne sic quidem legendum. nam Palatinæ Bibliothecæ codices tres, item optimus Col. concorditer retinent, *quam qui insulam concupiscit*. quod non video cur non admittamus. per *insulam* enim exilium intelligit. certe homines in insulas illis plerumque æuo relegatos; patet satis ex Tacito, Dione, Suetonio aliisque. at quod quidam huic sententiæ vocem omnino deesse censet, ideoque reponit; *quam qui punctiunculam concupiscit amici*, vide quæso lector, num dignus sit, qui Solstitio nudus muscarum prostituatur morsiunculis. nam nihil hercule, nihil hac interpolatione ineptius, nihil absurdius.

Iam ipsum spiritum expuimus) mei tres, *istum*. at Pal. quart. *cum istum semper expuimus*.

Vellicationes contemnamus, ita mei omnes. quidam tamen mss. Pinciani; *vellicationes contemptas*.

Iam mortalitas aderit) lectio hæc nititur Pinciani coniectura: sic quippe legendum putauit contra omnia exempp. & excusa & calamo exarata, quod auctor supra dixisset; *Nec vlla res magis proderit, quam cogitatio mortalitatis*. verum passus est humani aliquid homo scitus. retinendum enim omnium ætatum scriptura, *immortalitas aderit*. respicit enim Seneca ad animæ diuinitatem; hocque vel innuant præcedentia, *& magno animo breuia feramus incommoda*. Vide me lib. 11. Opinionum cap 1. quod testat, & mei scripti omnes olim vulgato adhærent, nisi quod sit in Pal. quart. *immortalitas adheret*.

AD SENECÆ LIB. I. DE CLEMENTIA.

CAPVT I.

Iuuat tamen inspicere) aduerbium *tamen* exulat Pall. quatuor, Naz. ac Col.

Et ita loqui secum] particulam *&*, ex domestico exemplari eruit Pinc. atque extare quidem in Pal. sec & Col. ipse testor. alii, *ita loqui secum*, vt extat in editione Erasmi. qui tamen notat, alias legi, *ita ergo loquetur*.

Ego ex omnibus mortalibus] hæc omnia animanda interrogationibus, si fides modo membranis meis sex, quas vno quasi ore: *Egone ex omnibus, &c.*

Nisi volente propitioque me flores] allusit ad solennem formulam. orabantur enim Dii quorum numen inuocabatur, vt essent *volentes propitii* prior vox obseruanda lib. 1. Æneid. *Ipse canam, vocemque volens atque ora resoluat.* vbi Seruius. *Volens, ait, quia cogi non potest si nolit: vt in sacrificiis,* VTI VOLENS PROPITIVSQVE. Liuius lib. 1: *pacem precibus exposcunt, vti volens propitius suam sospitet progeniem*. plura exempla petes ab Brissonio lib. 1. de Formul.

Quæ pax mea comprimit] ita Naz. Col. Pal. sec. tert. at pr. *qua pax nostra*. quart. *qua pars nostra*. Erasmus, *qua pars mea*.

Ad nutum meum stringentur?] Pal. pr. tert. Col. *stringuntur?*

Funditus exscindi] mss. mei sex, *excidi*.

Mea iurisdictio est] sic solum Naz. alii quinque *mei iurisd.*

Nec temeritas hominum & contumacia] ita & margo editionis Erasmianæ, ipsa enim, *contumelia*. priori adhærent omnes meæ.

Dira sed frequens magnis imperiis] ita etiam solus Naz. alii omnes minus recte, *dira & freq.*

Conditum imo constrictum] sic quoque solus ille Naz. & Col. quatuor Pall. *strictum*.

Apud me gratiosus est] ita & Pinciani codices & omnes mei. exoletæ editiones non habent illud *est*.

Seueritatem abditam, clementiam in promptu habeo] lectio nihili restituo ex Pal. pr. tert. Naz. Col. *abditum, at clementiam in procinctu habeo*. ducta figura a re militari, qua in procinctu versantur milites qui in expeditione belli sunt. l. vnic. ff. de bon. poss. ex testam. noster Epist. 74: *Honestum enim, securum & expeditum est, interritum est, in procinctu stat.* Quintilianus pro Milite: *Neque in militiam grauissimo asperrimoque bello ita venit, vt nesciret sibi mortem in procinctu habendam.* vide Festum in ea voce, & Brissonium lib. 14. de verb. sign. Modium Epist. 49. Nou. Lect. Schegkium ad lib. 2. Velleii. Pal. quart. refert, *at clementiam in prospectu habeo*. Erasmianæ editionis margo huic quoque lectioni alludit; vbi erat, *clem. in procinctu habeo*.

Omnium quæ in fidem tutelamque tuam venerunt] ita editio Mureti, secuta duos codices Pinciani, item eius diuinationem. nam *omnium* malebat; cum tamen in exempp. inuenisset, *omnia quæ, &c.* locus mihi mire suspectus; tanquam qui non ab vno interpolatus amanuensi. nam antiquissimæ membranæ Nazarii, præferunt; *omnia quæ in fidem tutelam heri nihil parte neque vi neque clamari Reip. Rarissimam, &c.* Pal. pr. *Omniaque in fidem tutelam suscepisti, nil per te, neq. vi, neq. clam, R. P. rarissimam, &c.* Pal. sec. *omniaque in fida tutela haberi, nihil parte, nec vi nec clam resp. ereptum.* Pal. tert. *omnia quæ in fidem tutelam suscepisti, nihil parte, neq. vi, neq clam dampne vel dampnato clamarem R. P. missimam laudem, &c.* quart. *omnia quæ in fidem tutelamque suscepisti, nihil te neque vi neque clam abtraxisse Romano populo Rar. ssimam laudem, &c* Erasmi editio præfert; *omnia in fida tutela haberi, nihil per te neq. vi neq clam Resp. ereptum.* Col. *omnia quæ in fidem tutelamque tuarum venerunt, nihil parte, neque vi neque clam adeptum Resp. non rarissimam.* quis Sol ingeniorum isthæc illustret sine chirographo notæ, vt ita dicam, Opimianæ? nam & lectio mss. Pinciani etiam extat in cod. Herbipolensi, nisi quod habet *suscepisti* pro, *venerunt*, ex cuius porro literarum vestigiis locum ita constituere conatur Epist. 49. Modius: *Omnium quæ in fidem tutelamque tuam suscepisti, nihil p. t. n. v. n. c. Resp. abrasam.*

Quas ex abdito ac tenebris] sic quidem etiam Pall. quatuor, ac Col. sed tamen Naz. *quas exitu ac tenebris*; vt omnino legendum sit, *quas ex situ ac tenebris*.

Redditur in

Redditurum sim] idem Naz. *redd sum*: soperpictum tamen alterum *sim*, quod restat in alijs omnibus.

Nulli adhuc principium concessam] Naz. *principium*.

Non perdis operam] Naz. *perdis*. notatum tamen alterum illud *perdis* a secunda manu.

Refertur tibi gratia] Pal. quart. non habet pronomen *tibi*. Naz. primum habuit. *Refertur ti gratia*, mox adpositum est *bi*, incertum an ab eadem manu.

Nemo unus homo uni homini tam carus unquam fuit] imitatus est hoc ipsum Mamertinus Panegyr. dicto Imp. Iuliano. *Duo aut tria ferme ex veteri memoria amicorum paria proferuntur. neque quempiam ab uno amico plus dilectum quam tu Imp non modo a comitibus tribunis tuis, sed a legionibus cunctis, equitibus ac peditibus, gregariis etiam militibus diligaris.* porro quidam codices Pinciani leguint; *Nec unus homo* alii, *Non unus homo, &c.* at vulgata lectio perstat in omnibus meis, excepto Pal. tert. qui refert, *Nemo unus hominum homini tamen carus fuit unquam.* Col. quoque, *tam carus usquam fuit, &c.*

Nec quod te imitari velis exemplar] ita etiam editus ab Erasmo liber, sed non paulo melius scripti & quos consuluit Lipsius *nemo quod te*. sic certe habet Pal. sec. & Naz. quibus assentitur Col. cod. neque aliter emendauit ex ingenio Modius Epist. 49. Pinciani lectio ex vett. *nemo qui te imitari*, huc manus conuenit, etsi & eadem in Pal. sec. tert. quart.

Principatus tuus ad eum gustum quem dedisti exigitur) magna hercle hic audacia Mureti, a quo ista manauit lectio. nam mss. aliquot prioresque editt. *Principatus tuus ad gustum exigitur*. plerique vero *ad Augustum*: quod Torrentio placuit cap. 9. Commentar. in Sueton. Neron. sicque offendi in Pal. sec. quart. Col. at est in pr. *ad agustum*, in tert. *ad augustum exigune*. male illi ipsi. adeo enim Seneca principatum Neronis ad Augusteum non exigit, vt præponat longe (nec vane prorius, vt hæc initia erant) neget que quemquam iam de Augusto, aut Tiberii temporibus primis loqui. commode itaque legit Lipsius: *Principatus tuus ad anni gustum exigitur.* hæc enim Senecæ mês & scriptio: Age Nero, inquit, perge in hac virtutis & gloriæ via quam insistis: ardua tibi certe, quia optima & maxima omnes de te sperant nemo iam Augustum tibi proponit, quem imiteres nemo Tiberii laudata primordia; omnes te tibi: Principatus, inquam, tuus ad gustum & exemplar vnius anni illius exigitur, quem in imperio laudatissime transegisti. hæc sensit, hæc scripsit: ad rem vere, & ad tempus. de te i constat tirocinium illud imperii tam probum fuisse, vt Traianus identidem iterare solitus: *Omnes boni Principes procul abesse a primo quinquennio Neronis*. de tempore: ecce hic liber siue libri De Clementia, scripti sub primũ statim Neroniani imperii annum. hanc io ex ipsis & lego lib. 1. cap. 9. *Diuus Augustus cum esset id ætatis quod tu nunc es, duodeuicesimum egressus annum.* Nĕro igitur si compari ætate cum Augusto, tunc expleuerit decimum octauum annum. atqui imperium decimoseptimo suscepit. hæc Lipsius lib. 2. cap. 9. Elect. quem audio nam ille qui in Politicis suis vulgariæ lectionis verba sic accipit, atque si velit Seneca *exigendum principatum ad populi gustum*; a curru decidit, oblusque et prorsum ad res ... gustus.

Tibi ista bonitas esset) sic Naz. & Col. at quatuor Pall. *bon fuisset*.

Ficta cito) non aliter excusi patrum memoria, & mss. miror itaque vnde in nuperi correctoris recentissimam editionem irrepserit: *Falla cito*. si vllus id prætulit typis exaratos, scire debebat mendum esse operarum. nam editus sub Erasmi nomine, etiam *Ficta* habet, qui ipse ceterarum editionum omnium exemplar. quare causa non erat cur alter ille præter morem suum illud ipsum *Falla*, tanquam recens emendatum ab amico suo, tot fulciret desinis; cum veritas alioqui proprio facile prodatur splendore.

Magnam adibat albam) sic solum, res indigna, Naz. & margo Colon. cuius textus, vt & Pall. quatuor, *magnam adibat album*.

Quo se statim nobilis indoles daret) ita Erasmi editio. at Naz. ac Colon. *quo se flatur nobilis*. alii quatuor, *quo se flatu nobilis*. scriptura media placet, hucque omnino reuocanda.

Vt meo quod contigit desinant) scribo fide mss. quatuor *quod contingit*. nam nec Pall. tert. facit pro vulgato, habetque *quod contingat*, nec quart. in quo, *quod contingere*.

Esse se felices) pronomen *se*, nusquam locum habet in mss. sex.

Nisi ut perpetua sint) ita etiam Pal. sec. tert. Col. at pr. ac quart. *ut non perpetua sint*. Naz. vero, *ut perpetua sint*, sine dictione *nisi*.

Lætissima reip. forma) ita & Naz. atque Palat. quart. at Col. *beatissima*. Pinciani liber *lectissima*: quod suauiter auribus meis accidit. nihil tamen mutauerim. nam cum vulg. conueniunt Palatini reliqui.

Nisi perennis licentia) acuta gnome, & de qua ego alibi. nihil igitur hic innouandum. nam & et scripturæ alludunt melioris notæ chirographi, nempe Palat. pr. tert. quart. Naz. Col. in quibus; *nisi per eum diligentia*. quidam liber Pinc. *nisi perennis diligentia*. olim cusi, *nisi pereat diligentia*: quomodo est in Pal. sec.

Proportione) Erasmi editio, & mss. mei sex *proportione*, syllabis in vnum coalitis. Pinciani tamen emendatiora exempp. *portione*, omissa etiam præpositione.

CAPVT II.

Deinde habet clementia in persona) repono: *Deinde habet hæc in persona*, suaso membranaceorum codicum fe a.

Nec innocentia tantum clementia succurrit) ita Erasmus, nec carpo. Naz. tamen *nec innocentia ætatum clementia suc.* pr. *nec innocentia e tanti clementi succ.* sec. ac Col. *nec innocentis ætatis clementia succ.* tert. *nec innocentia ætati clementis succ.* quart. *nec innocentia ætatis clementia succ.* quẽ errorem ortum puto quod diphthongus æ duplici scriberetur litera.

Qua possint laudata puniri) sic etiam Naz. at Pal. pr. ac quart. *qua possint laude puniri*. sec. *laudare puniri*. tert. *qua possint in laude puniri*. Col. *laudato puniri*.

Sed non tamen) ante hæc verba, aliquam multa desiderari suspicor. quod præter fere interruptum orationis nexum, vel ipsa arguerit lectionis diuersitas. quidam enim mss. eique antiquiores, Naz. inquam, *si non tamen*. Pal. pr. *si non tantum*. Col. etiam, *Sed non cum*.

CAPVT III.

Prima erit manumissionis) ita quoque Pall. quatuor & Naz. ac Col. ad quæ verba sic Lipsius, ridicula inquit lectio; & nusquã gentium hic Seneca de *manumissione* scripserat cum vniuersum opus partiretur; *Prima erit manuductionis manuductio*, χειραγωγία, ὁδηγία. & sic Cicero eam vocem vsus. hæc noster amicus lib. 1. Epist. quæst. 13. est tamen alter cui potius placet *commendationis*; quod primo membro huius tractationis clementiam tantum laudet auctor. at mi homo, quid si & nuda laus manuductioni conueniens? & quænam obsecro literarum inter illam tuam veteremque scripturam affinitas? at ex ea inolescere errores, nemo nescit. ego tolerabilem extricarem sensum ex vulgata voce, si fingeremus dicere Senecam, se primo loco Clemẽtiam omnibus facturam communem, & non huic aut illi adsignaturam, tanquam si serua esset. verum nec hoc mihi satis arridet.

Nullam vero ex omnibus virtutibus magis homini conuenire) Naz. abest vox *magis*. Palat. pr. *Nulla ex omnibus virtutibus hominis conuenit*. sec. *Nullam vero ex omn. virt. mag. h. conuenire strimus quam clementiã*. & sic Colon. nisi quod non habeat vocem *scimus*. tert. *Nulla ex omn. virt. magis conuenis homini*. quart. *Nulla ex omnib. virt. sic homini conuenit*.

Communi bono genitum) de ea locutione nonnulla cap. 8. infra.

Hominem voluptati donare) aliquot quidem codd. Pinciani *vel dare*, sed potior mihi prior lectio, cui suffragantur Pal. quatuor, Naz. Col.

Ita enim virtutes magnus viris decori gloriæq; &c.) ita & Erasmus & Col. at virtutes nunquam non cuicui, etiam

losimo, decori gloriæque sunt; neque vllis aut potentiæ viribus, aut paupertatis contemptui subiiciuntur. quare cum sequatur; *pestifera vis est valere ad nocendum*, rectam opinabitur lectionē scriptam Naz. & Herbipol. *Ita enim magna vires decori gl. q. &c.* quod & monuit Modius, neq; nimium abeunt ab ea scriptione Palatini. nam est in pr. *Ita enim magno iuris decori.* in sec. *Illa enim virtutes magnis viris &c.* in tert. *Ita enim magni viri decori.* in quart. *Ita enim magnis iuris gloriaq.*, sine voce, *decori.*

Quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt) sic dixit artificioso verborum ordine; illud scilicet intelligēs: *tam pro se esse quam supra se sciunt.* subiicit enim: *cuius curam excubare &c.* annotat P. Faber lib. I. cap. 23. Semestr.

E tabulis prosiliret) Naz. Pal. pr. tert. quart. Col. *prosilierit*, & placet. ¶ *Nec hac vilitas sui est*) sic prope etiam Naz. nempe, *nec hac vilidus sui est.* at Col. *vtilitas.* Pal. pr. tert. *nec hic vitalis sui est.* sec. *nec hac vita lusus est.* quart. *nec hac vtilis est.* nihil integrius lectione vulgata.

Illum iussa tacemus) sic etiam Naz. ac Col. verum Pall. quadriga *illum vsu tacemus.* nisi quod Palat. quarto superscriptum, alias legi; *illum iussa.*

Dextram flammis obiecimus) sic Pal. sec. Naz. Colon. at pr. *abiecimus.* tert. ac quart. *adiecimus.*

Aut voluntarie subsiluimus) sic Pal. sec. quart. Colon. at vero pr. & Naz. *aut voluntariam subsiluimus.* tert. *aut voluntarius subsiluimus.* ego ingenue fateor me non intelligere quid hæc verba sibi velint.

Vnius anima circumdata) mei sex, *vnius anima.* Naz. quoque, *circa data.*

CAPVT IV.

In ruinas agit] sic concorditer Pal. quatuor, Naz. & Col. & placet; vt sic dicatur, quomodo *agere in scopulos, in saxa, &c.* monet tamen Epist. 49. Modius, librum scriptū Herbipol. non habere illud *in ruinas*; videturque ei profectum ab aliquo qui vim verbi *ago*, non satis intelligeret.

Quos si quando ruperis] Pal. pr. tert. quart. Col. *aliquando.*

Tutores status publici) hæc aliquam multis egregie confirmat Iuretus noster ad lib. 3. Symmachi Epist. 55.

Sequitur vt & quoq. carcer sit) prius fuit in Naz. *his*, sed expuncta est deinde litera princeps. in Pal. quarto extat, *& is quoq. carcer sit*, absque voce *sequitur.*

Vt deduci alterum non possit) profectom hoc a coniectura Pinciani, cum prius esset *deduci*, testatur q; idem vetustam lectionē habere *seduci*; quod minus ei probabatur. at mihi omnino non displicet illud *seduci.* nam & ita etiam Pal. pr. Naz. & Col. habet q. tert. *vt se duci, &c.* quart. *vt se alterum seduci non possit.*

Ita & huic capiti] ita Pal. sec. & Col. aliis quatuor abest vox *ita.*

CAPVT V.

Nam si, quod adhuc colligitur, animus reip. tu es] Naz. *colligit in animus resp. tua es.* Pal. pr. *Nam si quis adhuc colligis ea, animus resp. tu es.* sec. *Nam si quid adhuc colligit; tu animus resp. tua es.* tert. *Na si quid adhuc colligit, animus.* quartus, *nam si quid aduc colligis, cum animus R. P. tu es.* Pinc. libri, *Nam si quid adhuc colligis, animus tua est*; sed postea erasa est vltima litera ex *tua.* Col. *Nam si quid adhuc colliges tuus animus respubl. &c.*

Ne vltra quam necesse sit incidas) ita legendum duxit Pincianus; quoniam in quibusdam exempp. *insidas* antea erat *incidas*, quod & seruat Pal. sec. & Col. nam *insidas* etiam est in Pal. pr. & tert. at Naz. habet *insidat*: proque eo quod præcessit, *sustinendum est*, idem præfert; *sustinenda est.* Pal. quartus seruat, *insidat.*

Apud illos quod seruet) sic solum Naz. & Col. at quatuor Pall. *quos seruet.*

Quid enim maius aut fortius] ita Naz. Col. ac Pal. sec. sed enim alii tres, *Quid enim maius in infortuniis.*

Hac tamen in bona fortuna] acquieuit hic Muretus Pinciano. nam cum in omnibus vett. libris esset; *Hac tamen magnanimitas in bona fortuna*, ipse vocem *magnanimitas* adiectitiam opinatus est. ego non ausim eiicere, cum sit & in meis mss. sex. ¶ *Latiorem locum habet*] Pinciani veteres & mei; *laxiorem.* quod non dubitarim reponere.

In tribunali quam in plano conspicitur] *plana* cliuosis & sublimibus opponūtur. sic enim apud Vlpianum l. 5. commodati; *de plano opus facere, & in machina operari*, contraria sunt, vt *de plano cognoscere & pro tribunali.* Paulus l. 18. ff. de quæstionibus; *Custodia non solum pro tribunali sed & de plano audire possunt, & damnare.* sic etiam locuti Cicero aliique. *de plano* enim fieri dicitur, quando iudex aut magistratus, sine forma (quod aiunt) ac strepitu iudicii, non editiore loco sedens, sed in via ac transitu, aut inter deambulandum, de leuioribus negotiis, his maxime quæ voluntariæ iurisdictionis sunt, decernit ac statuit. Torrentius Comment. in Sueton. Tiber. cap 33. quibus non dissimilia Brissonius lib. 14. de verb. signo.

Quid enim est mirabilius] tradit Modius legi in membranis Herbip. *est memorabilius.* quod cū maneat in Naz. & Pal. sec. ei assentior sic legendū existimanti, vtiq; cū hoc quoq. modo pridem exhibuerit Erasmus *mirabilius* tamē placuit Pinciano, atque sic suos habere codd. inde sumpsit editio Romana, neque aliter reliqui mei quatuor.

Et innumeras offensiones q. semper despicere] vocem penultimam hinc præcipitem egerunt foras, reuocarim in suos penates, *off. q. superne desp.* ita sane retinent Pall. quatuor, Naz. & Col. sicq; extare in Herbipol. pridem prodidit Modius. *superne* enim, inquit, dixit, tanquam ex arce aliqua virtutum & sapientiæ. Hæc annotaram, cum ecce monet me Lectius ita etiam olim emendasse Musarum illum patronum insignem, Enricum Memmium.

Ferarum vero, nec generosarum] ita Erasmus & Pal. sec. at pr. quart. Naz. *Ferarum vero & generosarum.* tert. *Ferarum vero non & generosarum.* Col. *Ferarum vero non generosarum.* ¶ *Elephantes leonesq.*) Pal. sec. tert. Col. Naz. *Elephantes.* Pal. pr. ac quart. hæc non habent, sed scribunt, *pramordere & vrgere pertinacia est. Non docet, &c.*

Transeunt qua impulerunt) ita Pinc. codd. & mei. Erasmi editio, *quem* male. ¶ *Si dat dignitatem percelitantibus & meritis, amittere facit quod*) interpūctionem vitiosam emendarim cum Erasmi editione & plerisque meis; *& meritis, amittere, facit quod.* ¶ *Nisi rerum potentis licet*] mss. mei sex, nec non quos excussit Modius *potentis*, quod hercle hic malim; eo namq; iterum vtitur cap. 21. *Vti itaq. animose debet tanto munera Deorum, dandi auferendiq. vitam potens.* ¶ *Qua nunquam magis suspici debet*) Palat. quart. *suscipi.* alii tamen omnes stant pro vulgato.

Quam cum illi contingit) Pal. tert. ac Colon. *quantum illi contingit.* Naz. *quam cum illi contigit.* Pal. quart. *quā quod illi contigit.*

CAPVT VI.

Cogitato in hac ciuitate) Pal. pr. ac Col. *Cogita te in hac ciu.* sec. *Cogitare in hac ciu.* tert. *Cogites in hac ciu.* ¶ *Sine intermissione defluens eliditur*) sic etiam quatuor Pall. at optimus Naz. & Col. *eligitur.* equidē etsi legerim apud Nonium: *Eligere, defatigare.* Lucil. lib. XXIX: *Corrumpat prorsus, ac neruos omneis eligat*, haud ausim tamen eam significationem huc transferre. ¶ *Velut torrentis rapidi morarentur*) sic quinq; mei scripti. solum Col. ille addit, *morarentur despecta.* ¶ *Ea ipsa lege teneantur qua quaris?*) ita libri Pinciani. Erasmi *qua quaritur.* at mei sex, retinēt quidem illud *quaris*, præterquā quod habeat Pal. quart. *quaris*; sed iidem tamē pro, *ea ipsa lege*, exhibēt concorditer, *ex ipsa lege.* quod cum etiā videatur fuisse in mēbranis Pinciani, nullus hic dubitauerim reuocare. ¶ *Alii forte impulsi*) Pal. quart. *alii forte vel forte impulsi.* ¶ *Nos delinquimus tantū*) Pal. pr. tert. quart. Naz. *dereliquimus.* ¶ *Ad extremum vsq. delinquimus*] Pal. pr. ac tert. *dereliquimus.* alii hic ab eis deficiūt. ¶ *Ta bene purgauit animū*) ita & Pall. quatt. ac Col. nescio tamen quomodo placeat illud Naz. *tam bene animum purgauit an.*

CAPVT VII.

Optime hoc exemplum principi constituam) ita mei quatuor. Pal. quart. ac Col. *optimum hoc, &c.*

Cuius non membra haruspices colligant?) ita Pal. pr. sec. Col. item Naz. nisi quod is primum habuit prisca scriptura *haruspicis.* Pal. tert. ac quartus male, *colligantur.* quidam, tanquam si locus maxime esset contaminatus, legere se dictitat; *cuius ossi membra stipatores tegant?* agnoscas acumen hominis, quodque literarum ductibus mordicus insistat, sonituumque allusiones diuine captet. verum nec hoc quidem ipsi satisfecit. addit enim se aliter ita legere, *si non eius membra aruspices expiant.* sic enim, inquit, Seneca lib. 2. cap. 38. Natur. quæst. *Quid ergo aruspex mihi prodest? vtiq. enim expiare etiam non suadente illo, mihi necesse est.*

æ nugæ nugarum. nihil sincerius publicata lectione, eis certe qui primoribus labris Romanorum degustarunt antiquitates: eo enim tendit auctor vt affirmet, neminem non regnum fulmine membratim disiectum iri, si diu in peccata rigidius tandem animaduertant. adeantur notæ Mureti: sed & ego certiora quædam de hac re, lib. 6. cap. 17. Opinionum.

Quod si Dii placabiles & æqui) sic Mureti editio, ex mss. Pinciani: Erasmi enim; *placabiles sunt & æqui*. mei sex: *Quod si Dii placabiles & æqui*.

Et ignes hinc atque illinc micant) Pal. sec. ac quart. *micantur*. reliqui tamen quatuor defendunt eusam scripturam. quin Naz antique, *migans*.

Nec eo quidem) Pal. pr. Naz. Col. *ne eo quidem*, quod placet. quart. Pal. *non eo q*.

Facilius priuatis ignoscitur, pertinaciter se vindicantibus) ita & mei mss. lex, nec non omnes Pinciani. qui tamen legendum putat, *Difficilius priuatis ignoscitur*. alias, inquit, non video quis sensus elici possit. at sensus tamen satis patet. vult enim Seneca, caussas esse iustas cur facilius ignoscamus, si qui se vindicant priuati, quam si Principes: illi enim reuera lædi possunt, & si læsi non reponunt iniuriam, verentur ne audiant vulgatum illud, *Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam*. videntur mihi tamen aliquam multa deesse quæ verba ista præcesserint.

Et non retulisse lædentibus gratiam) Stephanus lib. 2. cap. 11. Proodop. & Epistola 17 ad Dalechamp. via sibi persuadere potest ita locutum Senecam. nam quamuis non ignoret visum in nonnullis loquendi generibus sibi permisisse, quod in malam partem dici soleret, in bonam etiam dicere (vt & in verbo ἀμείβεσθαι a Græcis factum videmus) tamen non libenter vice etiam versa libertatem hanc sibi concessisse putat, in loquendi generibus, inquit; nam de vocabulis singulis non loquitur. quod si tamen ita esset, vix nihilominus in animum inducere posset, Senecam ausum esse vocare *gratiam*, quod alius *malam gratiam* diceret. Itaque contendit vocem alteram librarii omissam negligentia, rescribendumque; *lædentium malam gratiam*. sicque iterum loqui Epist. 81. *Hoc certe, inquam, iustitia communis: suum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriæ talionem, aut certe malam gratiam*. sic Stephanus. at ego lib. 9. Suspic. cap. 2. propugnaui lectionem vulgatam, stabiliuntque eam membranæ meæ sex quid quod & noster iterum Epist. 47. vbi de Calixto loquitur: *Retulit illi gratiam seruauit ille in primam decuriam coniectus, &c.* videatur modo locus.

Exercere manum) ita & Erasmi editio; at eædem meæ membranæ omnes, *exercere manum*. quod nescio an non probare debeam.

CAPVT VIII.

Ista, inquit, seruitus est) ita Romana editio ex libro vno Pinciani, Erasmi quippe; *Ista quidem seruitus est*. mss. loci quinque; *Ista inquit seruitus est* Pal. tert. *Ita, inquit, &c.*

Istud nobis esse, non tibi seruitutem) annotat Pincianus negationem non comparere in chirographis libris, & vero etiam abest Naz. Pal. pr. ac tert. nam sec. pro positis verbis habet, *istud tibi esse seruitutem*. quart. *istud non esse tibi seruitutem*. Col. autem repræsentat, *istud nobis esse libertatem, tibi seruitutem*. tradit Erasmus veruste cusos habuisse; *Quid tu, non experiens istud nobis esse tibi seruitutem*; Rod. vero Agricolam appinxisse, *Quid istud non experiris istud non esse tibi seruitutem*.

Nullius magis cauendum est] ita quidem etiam editio Erasmi; at mei sex concorditer, *nullius magis curandum est*. quod non video cur non admitti possit.

Est hæc summa magnitudinis seruitus est] sic solum Pal. sec. nisi quod habeat summæ, vt etiam Erasmi editio. verum pr. tert. quart. destituuntur vltima voce, *est*: retinentque item *summa*: quod omnino reuocandum. at ecce Naz. ac Col. custodiunt; *Est hæc summa magnitudinis seruitus*: quomodo forte an scribendum.

Sed cum Dii tibi communis ista necessitas est] Pal. pr. sec. tert. non agnoscunt vocem *communis*, habentque *ipsa*, non *ista*. est in quart. *sed cum Dii tibi ipsis necessitas est*. Naz. ac Col. *sed cum Dii tibi communis ipsa necessitas est*.

Nec magis illis descendere datum est, quam tibi) omisit Muretus vocem a fine, quæ reperitur & in editione Erasmi, & in meis quinque, hæc nempe; *quam tibi tutum*. Pal. quart. eius vicem ostendit, *quam tibi durum*.

Nisi vt omnia tremant) ita quidem editio Mureti; at Erasmi, omnesque passim mss. *nisi vt omnia premantur*. solum Naz videtur prius habuisse *pramant*; affixæque deinde binæ literæ ab alio. eadem etiā habuit, pro iis quæ mox sequuntur: *sic neminē affligeret*, habuit inquā. *quia neminē affligé*. sed videtur postea correctū vtrumq; ab eadē manu.

CAPVT IX.

Diuus Augustus] Stephanus lib. 2. cap. 7. Prood. iure eos carpit, qui cum supra admonerentur a Seneca de exemplo quod adferret, nihilominus tamen præcedens caput clauserunt, & nouum ab illa ipsa quæ in exemplum affertur narratione inchoarunt, aut saltem a quadam de Augusto præfatiuncula quam illi narrationi præfigit. Quod si, inquit, aptum huic capiti principium dare volebant, illic certe dandum erat: *Adhuc nunc quod, &c.*

In communi quidem Rep. cum hoc, &c.) omisit & hic aliquas voces Mureti editio; Erasmi enim; *in communi quidem Rep. gladium mouit, cum hoc, &c.* quomodo plane habet Col. nisi quod *rep.* scribat literis duabus R. P. at Naz. refert *resp.* qui tamen etiam custodit illa, *gladium mouit*. Pal. pr. exhibet; *Iam communi quidem R. P. gladium mouit, cum hoc*. sec. *In communi quidem Romano populo gladium mouit. Cum huius, &c.* tert. *Iam communi quidē R. P. commodo gladiū mouit. cum hoc, &c.* quart. *Iam communi quidem R. P. gladium mouit, cum huius* scribendum videtur; *in communi quidem Republ. gladium mouit. Cum hoc.* vt scilicet noua oriatur & explanatior narratio ab his, *Cum hoc*.

In sinu amicorum absconderat) Pal. pr. tert. quart. Col. Naz *in sinum* quod probauerim.

Iam fuerat collega proscriptionis) ita fuit in Pinc. libris, quibus subscribunt Col. & Pall. tres. nam tert. *iam fuerat collega proscriptiones*. Naz. *iam fuerat collega proscribitionis*. Erasmus, *proscriptoris*.

L. Cinnam) Pompeii ex filia nepotē. videatur Dio: quāuis ille de prænomine dissentiat, ac *Caium* appellet. Pal. pr. scribit *L. Cignam*. tert. *L. Cinnam* quart. hic plane vitiosus habet, *delatum est ad eum indicium Cincii, nam stolidi ingenii virum, &c.* Col. *L. Cynnam*. at mire miratur Torrentius Comment. ad Octauii cap. 19. nullam a Suetonio huius cōiurationis fieri mentionē. Budæus lib. 2. cap. 27. Miscellaneorū, putat *L.* hunc *Cinnam* notari Val. Maximo lib. 9. sed enim cum caput nō apponat eiusdē libri; neq; meminerim ibidē Augusti ætate nomen nisi prorsus in fine capitis, vereor ne errauerit, illaque ad Octauianū retulerit, quæ alii melius ad Tiberium referunt, ac *L. Ælium Seianum* perstringi autumant.

Constituit se ab eo vindicare] ita etiam Pal. sec. & quart. at enim pr. ac Naz *cōstituisse ab eo vind. &c.* tert. *constituisse ab eo vindicta est* Col. *constituit se ab eo vind.*

Cum M. Antonio proscriptionis edictum inter cœnam dictaret] recepta hic est simplex coniectura Pinciani: libri enim eius, vt & Erasmi; *Cum M. Antonius proscr. edict. inter cœnam dictaret* quomodo etiam & mei sex; nisi quod Pal. tert. *cum M. Antonius proscr. edictum inter denam dictaret*.

Postquam terra mariq; pax parta est] prius scriptū fuerat in Naz *pax parata est*, & ita etiamnum restat in Pal. quart.

Muliebre consilium] certe a prudētia eam laudat Dio. & scribit Suetonius cap. 50. Tiberii. *Matrē Liuiam grauatus, velut partes sibi æquas potentiæ vindicantem, & congressum eius assiduum vitauit, & longiores secretioresq; sermones; ne eius consiliis, quibus tamen interdum & egere & vti solebat, regi videretur.*

Saluidenam Lepidus] ita contra cunctam veterem receptamq; lectionem, quæ habet *Saluidenum*, legendū duxit Pincianus ex Velleii Paterculi libro secundo. equidem & mei *Saluidenum*, nisi quod in Pal. quart. *Saluidenū*. in Col. *Saluidenum*; quomodo etiā extare in Suetonii membranis aut *Saluidenum*, testatur Torrētius ad cap. 66 Augusti, quem vide huius exitum narrantem ex lib. 48. Dionis.

Lepidus secutus est] fortis M. Lepidi triumuiri ex Bruti sororis filius, Antonii gener, Mæcenatis tunc præfecti vrbis cōsilio oppressus. de quo Velleius Paterculus. vide Torrentium ad cap. 19. Augusti Suetoniani.

Capio] ita etiam Naz. & Pall. quatuor. at Col. *Scipio*.

Egnatium] *M. Egnatius Rufus Ædilis*. de quo Dio lib. 53. Suetonius cap. 19. Tacitus lib. 1. Annalium, & ibi Lipsius.

Quos tantum ausos pudet] ita etiam Pal. sec. Col. ac Naz. licet hic primum habuerit, *putos*. male Pal. pr. ac tert. *quos tamen ausos pudet*, item quart. *quos tantum ausum pudet*. nam intelligit vltimæ sortis homines, quorum conspiratione & periculo non caruisse, auctor Suetonius.

Gaudium suos, quod aduocatum] verbum *sibi*, inquit Pincianus, non habetur in veteri lectione. at ita omnino in meis quinque; Pal. vero tert. eius loco præfert: *Gaudium ergo quod ada*.

Vxori quidem gratias egit] ita & Pal. sec. Naz. Col. aliis tribus deest vox *quidem*.

Renuntiari autem extemplo amicis) Pall. quatuor scribunt *extemplo*.

Quos in consilium rogauerat] sic quoq; Pal. pr. sec. quart. Naz. Col. at tamen, tert. *quos in cons. vocauerat*.

Dimissisque omnibus e cubicul.] ita Pinciani codd. nec non Pal. sec. Naz. Col. Erasmi editio exhibet, *Dimissisque omnibus egressus est e cubiculo*. quod nec in reliquis meis. nam Pal. pr. ac quart. *Dimissisque omnibus e cubili* tert. *dimissisque omnibus e cubili*.

Ne meo sermone medio proclames] ita Erasmi editio at Pinciani vnus liber, item Naz. Col. ac Pall. tres, ordine verso, *ne medio sermone meo proclamet*. quod placet. alii eius non agnoscunt vocem *meo*; & vero Palat. quart. habet, *ne medio sermone proclames*. Lipsius lib. 4. Epist. quæst. 17. quinq; hæc verba, glossam suspicatur ad vocem *interpelles*. alioqui, inquit, næ me tam ineptæ repetitionis ipsius Augusti causa, pœnitet.

Non factum tantum mihi inimicum sed natum] ita bene ex aliquot manuscriptis. Erasmus: vt referatur, inquit, ad factum. erat enim in hostium castris natus, aut hostium filius. quidam alii libri eius *inimicum seruatum*. a quo tamen abeunt omnes mei sex. qui etiam, *sed natum*.

Male me hercle cum Republ. agitur] malim, vt est in Pal. sec. *cum populo Romano agitur* nam & Naz. & Pal. pr. tert. *cum P. R. agitur*, solumque quart. ac Col. *cum R. P. agitur*.

Tantumque agmen nobilium] dictio *nobilium* abest Pal. pr. tert. quart. item libro scripto quem euoluit Modius, eique videtur abesse posse, Epist. 49. Nouant. lect. at ego non ausim excludere, cum conspiciatur in optimo Naz. item Pal. sec. nam Col. exhibet, *tantum quia agratiu nobilium*.

Non mansia nominis præferentium) sic etiam Corn. Tacitus lib. 6 Annal. in fine. *neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem externa mollitia*. & lib. 4. Histor. *intellecturi tantum oculos, & inania legionum nomina ne pauescerent*. Horatius lib. 1. Epist. 17.

—aut virtus nomen inane est,
Aut decus & pretium recte petit experiens vir.

hæc Iunius, qui huius rei plura profert exempla ad lib. 2. Symmachi Epist. 52.

Magnam voluminis partem occupem) Pal. pr. *occupare*, tert. *magni voluminis partem occupem* Naz. *occuparet*.

Quæ sola erat contentus futurum, extenderet) ita etiam optimus Naz. & Col. at male Pall. quatt. *ostenderet*. nam vult auctor nullam voluisse irrogare pœnam Cinnæ Augustum, quam vt sine interpellatione dicentem audiret.

Post hæc detulit vltro consulatum) ita etiam Pal. sec. ac Col. at alii tres notis vocem secundam expresserunt, tam quæ signare potest *hoc*, atque *hæc*. atque *hoc* remanet in Naz. qui tamen præterea, *consulatus*.

Amicissimum fidelissimumque habuit) Ea nempe reconciliationis est vis, vt gratiam sarciat, & simultatem sempiterna deleat oblinione. vt non ab re dictum sit, discordia interdum fieri chariorem concordiam, & ex reconciliatione firmiorem nasci amicitiam. quod & affirmat apud Amphitruonem Plauti Alcmena; extantque apud veteres quamplurima eorum exempla, qui cum prius simultates inuicem exercuissent, in gratiam rediti, dehinc amicitiam perfincte coluerint. vt de P. Africano ac Tib. Graccho M. Æmilio Lepido & Fuluio Flacco, Cæl. Rufo & Q. Pompeio Cicero orat. de Prouinc. Consul. Valeriusque lib. 4 commemorant. Hæc Langlæus lib. 3. cap. 5. Otii Semestris.

CAPVT X.

Sallustium) Sallustii historiarum regis ex sorore nepotem. ad eumque facit quod Plinius lib. 34. *Metallum quoddam Sallustianum appellatum*, scribit, *ab amico Diui Augusti*. vitam eius mortemque memorat Tacitus lib. 3. Annalium; de eo etiam quiddam lib. 1. Annalium; vbi isthæc attulit Lipsius meus.

Et Dullios) ita legi voluit Pincianus; non, vt præferunt cusis ab Erasmo, *Duellios*, tum ex veteri, inquit, lectione, tum ex vulgata apud historicos nomenclatura. at Lipsius ad lib. 1. Annalium Taciti, scribendum monet *& Dellios* siue *Dellios*. *Dellium* a Seneca patre dicitur, in Suasoriis: *Bellissimam tamen rem Dellius dixit, quem Messalla Coruinus desultorem bellorum ciuilium vocat: quia a Dolabella ad Cassium, a Cassio deinde transiit ad Antonium, nouissime ab Antonio transfugit ad Cæsarem. Hic est Dellius cuius Epistolæ lasciuæ ad Cleopatram feruntur*. Græcis tamen est *Dellius*, Plutarcho Dionique, item Horatio, in inscriptione Odes tertiæ libro 2. vbi temere interpretes *Gellium* suffecerunt. Plutarchus & Dio eum historias quoque scripsisse ostendunt. Hæc Lipsius. est in Naz *& Duellios*. Col. *Duellios*, vti etiam Pal. pr. ac sec. verum tert. *Duellos*, quart. *& Aduellos*.

Et totam cohortem primam interioris admissionis) Modius Epist. 49. Nouant. lect. legendum pronuntiat ex vno membranis, *& totam cohortem primæ admissionis* nam, inquit, *interioris* illud vulgatum videtur in aliquo libro a glossographo, nescio quo, ad vocem *primæ* adscriptum, moxque mutato *primæ* in *primam*, in contextum irrepsisse, &c. at idem Epist. 133 in fine, vulgatam lectionem retinendam putat: quid si enim plures quoque cohortes solius interioris admissionis fuerint? equidem publicatam scripturam quoque adducunt, Torrentius ad Suetonii Vespasianum cap. 12. Lipsius ad lib. 6 Annalium Taciti, apud quos, vt & Brissonium in Appendice librorum de verb. signif. plura de *admissionibus* legenda; sed tamen, cum lectio illa vulgata auctorem iactet non membranas aliquas, sed ingenium Rod. Agricolæ, sic legendum annotantis, cum in quadam esset editione, *& totum cohortem viris admissionis*; quæsiu vt Critici examinent manuscriptorum scripturam. ea quippe apud Erasmum, *& totam cohortem primam admissionis* a qua nihil abeunt Pal. pr. tert. quart. at sec. ostendit; *& totum cohortem primam admissionis* Colon. *& totum cohortem primum admissionum*. Naz *& totum cohortem primam admissionis*. nisi aliquid grauioris mendi subest, inclinauerim in diuinationem Modii, legerim, *& totam cohortem primæ admissionis* a e-nio facile degenerare in *am* cuius secunda super notetur linea, quiuis videt.

Nam Domitios) membranacei mei libri omnes, nec non vnus Modii *Iam Domitios*. quod reuocandum. nam & sic legendum sibi videri, communicauit mihi per literas optimus Lectius.

Quamdiu mori passim non est?) sic & editio Erasmi. at libri mei chirographi sex non admittunt negatiuam particulam, *non*; habentque constanter, *quamdiu mori passus est?* quod probo. Modius Epist. 49 Nou. lect. etiam alteram vocem eiicit, nescio proprie an e manuscripto an vero coniectura ductus: legitque, *quamdiu passus est?* quomodo, inquit, & locutus Terentius Phormione: *Ego te complures aduorsum ingenium meum menses sum Pollicitantem*. probarem & ego, nisi alio me abriperent tot calamo descripti. itaque eam hic reuocauerim. hoc namque vult auctor, cum subito potuisset interficere Lepidum istum, reliquerit tamen in exilio vitam trahere, hoc est lenta morte mori. nam intelligere M. Lepidum qui vnus de triumuiris, vix ambigo is certe Pontifex Maximus furtim creatus in locum Iulii Cæsaris, vti testatur Paterculus lib. 2. at exilii eius ita meminit Suetonius Octauii cap. 16. *M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium euocarat, superbientem xx legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliauit exercitu, suppliceque concessa vita, Circeios in perpetuum relegauit*. deque eodem idem Tranquillus infra cap. 31. *Postquam vero Pontificatum maximum, quem nunquam viuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo de-*

tua domum suscepit &c. vbi bene notat doctiss. Torrentius, non modo Pontificatum, sed & cetera sacerdotia perpetua fuisse; vt ne exules quidem sacerdotio priuarentur, quod de Arualibus a Romulo institutis tradit Plinius lib. 18. cap. 2.

Ornamenta principis retinentem) Pal. pr. ac tert. *principem* ex eo quis formare posset *Principum*; sed altera lectio melior, firmantque eam reliqui mei quatuor.

Et Pontificatum maximum) ita & Pinciani & mei quinque; Naz *sed Pontif.* Erasmi editio, *cum Pontif.*

Maluit enim illum honorem vocari quam spolium) ita & mei sex. at Modius ead. Epistola 49 inducit vocem *vocari*. & Latio, inquit, consulens, & membranis vnis Herbipolitanis. equidem etsi ita etiam optimus quisque scriptor loquatur, non ausim tamen vnius libri auctoritate nisus, tot contemnere contra sentientes scripturas: cum & illis sua sit venus atque efficacia.

Subactis Reipubl. ceruicibus) malim, vt est in Palat. sec. *subactis populi Romani ceru.* nam & antiquus ille Naz. refert, *P R* non vt reliqui quatuor, *R P.*

Hac hodieq; praestat illi famam) ita etiam Palat. pr. ac tert. at sec. ac quart. *Hac hodieq; praestant illi famam.* Nazar. *Hac hodieq; praesta illi fam.* Col. *Hac hodie quia praestant ei famam.*

Quae vix viuis Principibus seruit) Palat. quart. *seruiunt.* Naz. *quae vix ei ibis princ seruit.* sed nihil mutandum.

Bonum principem Augustum) Nazar. *bonum esse Princip. &c.*

Et bene illi conuenisse) Palat. pr. tert. quart Nazar. non agnoscunt voculam *&*.

Ob adulterium filiae suae) ita forte legendum annotauit Erasmus, ne quis hoc sibi alius quis I. C. arroget. editur passim *familia sua.* quomodo & custodiunt Pall. quatuor & Col. at tamen Naz. *filio sua* vtrumque non absurde defendamus. sed magis tamen *familia.*

Adeo non occidit) ita etiam Palat sec Naz. Col. at reliqui tres. *adeo non odit*, quomodo & olim legi, prodit margo editionis Erasmianae, sed male. vult enim auctor non affecisse adulteros capitis supplicio, relegasse tantum in insulas, vt pluribus probat Brissonius libro singulari ad legem Iuliam de adulter.

Et tibi alieno sanguine gratificentur) ita & Erasmus. at Pal. pr. & tert. non habent particulam *&* custoditque Pal. pr. ac sec. *sanguine gratificante.* tert. Naz. Col *sanguine gratificantem* quart *sanguine gratifitante.*

CAPVT XI.

In adolescentia caluit) sic mei omnes, praeter Pal. sec in quo voce amplius. *in adolescentia vere caluit.* admitterem, nisi obstarent tot membranae. at bene Faber locum hunc laudat ad l. 48 de reg. Iuris; quae habet: *Quicquid in calore iracundiae, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est quam si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse.* vbi videatur.

Senectutem plus quam maturam) ita & Erasmus & Naz. ac Col. at exemplar vnum Pinciani, *senectutem potius quam maturam.* Pal. pr & quart *senectutem postquam natura fuerit moderatus* sec. *senectutem postquam maturam fuerit moderatus.* tert. *& senectuti proquam natura fuerit moderatus.*

Nempe post Perusinas aras) ita Pal. sec. itē Col. nisi quod hic *Perusines.* nam Naz. *Perusionas.* Pal. pr. *nempe perusi nas f. ras.* tert. *nempe perusione asarm* quart. *nempe & post Perusinas aras* vulgata lectio mihi satisfacit. putatque Torrentius tangere factum illud de quo sic Suetonius Octaui cap 15: *Perusia capta, in plurimos animaduertit, orare veniam vel excusare se conantibus vna voce occurrens, Moriendum esse. Scribunt quidam trecentos ex dediticiis electos vtriusque ordinis ad aram Diuo Iulio extructam Idibus Martiis hostiarum more mactatos.* videatur Dio lib. 48.

Et humani generis incomprehensibilis amor) ita legendum putauit Agricola. lectio vulgata praeferebat *comprehensibilis amor*, quam tolerari posse putat Erasmus, si modo accipiatur vox *comprehensibilis* actiue: quod mihi placet; quamuis nullus mearum membranarum hanc exprimat scripturam. nam Palat. pr tert *& humani generis comprehendit te sibi amor.* neque aliter quartus, qui postea tamen, *cum cupiditate*, non vt alii, *non cupiditate*, sed quatuor literis totam dictionem expressit quod membrana perforata esset. est in Naz. *& humani generis comprauditte sibi mor.* at vero Col. longe aliud substituit, nempe. *& humani generis certa securitas.*

Non temeritate incendii) sic etiam Pal. pr. alii quinque, *incendiis.*

Non priorum principum exemplis corruptum) Erasmi editio, meique scripti omnes, *corruptis*

Quantum in ciues suos liceat) Palat. quart abest dictio *suos* at Naz. addit & alteram, *quantum sibi in ciues suos liceat.*

Nullam te toto orbe) Pal quart *tota vrbe*, Naz. *nulla toto tet orbem.*

Nulli vnquam citius gladius commissus est) Petrus Faber *gladium* hic accipit pro summo illo imperio. nam, inquit, quod gladium Imperatores & gerebant ipsi nonnunquam, & asseruandum suis Praefectis dabant, eo merum imperium & ius vitae ac necis ciuium ipsis tributum fuisse constitit cuius nota & signum est gladius. Sane Galba vt occisum Neronem cunctosque in verba sua iurasse cognouit, *deposita legati suscepit Caesaris appellationem, iterque ingressus est paludatus, ac dependente* (vt est apud Suetonium in vita eius cap. 11.) *a ceruicibus pugione ante pectus: nec prius vsum togae recuperauit, quam oppressis qui nouas res moliebantur.* deinde Vitellius, qui Imperator consalutatus circumlatusque fuerat per celeberrimos vicos, strictum Diui Iulii gladium tenens detractum ei delubro Martis atque in prima gratulatione porrectum sibi a quodam (vt idem Suet. narrat in eius vita cap. 8.) ille ipse Imperator Vitellius a Vespasiani exercitu Romae oppressus assistenti Consuli (Caecilius Simplex erat) solutum a latere pugionem, velut necis vitaeque ciuium reddidit, quemadmodum relatum est a Tacito lib. 19 Annalium, & a Dione his verbis: [illegible] idest *gladium in concione Consulibus & vel Senatoribus praebuit, velut ea ratione imperium depositurus.* haec Faber ille, apud quem plura lib. 1. cap. 3 Semestr.

Cum reges consenuerint &c.) ita quidem Erasmus, sed mei quinq. vocē hanc praeponunt. Pal. in primo m. pr. sec. quart. Naz. Col. *Quid enim est cum reges* tert. *Quid enim est quod reges tum senuerint.* ii mediam lectionem admitterem ii sententiae clausula interrogatione esse animanda. sed quid factu opus sit, statuant eruditiores: mihi scripturam librorum veterum protraxisse sufficit.

Tyranni ex voluptate saeuiunt) ita in libro Notabilium Pal. quart. editio Erasmi, item membranae meae sex, *tyranni in voluptate saeuiunt*, notatque Erasmus suos codices quosdam habere, *in voluptatem.*

CAPVT XII.

Et se toga reddiderit) Col. *& se toga tradiderit.* Pal. tert. ac quart. *& se regem reddiderit.*

Et cum in vitio) sic Pal. sec. Naz. Col. alii tres, *& cum in initio*

Hoc agamus inquit P C.) sic & Pal. sec. Naz. Col. & recte. male Pal. pr. ac tert. *P. R.* item quart. *R. P* porro, illud *Hoc agamus*, desumptum a sacris monet libro a. Form. Brissonius. nimirum dum magistratus res diuinas facerent, vel auspicia captarent, a praecone inclamatum, HOC AGE, Plutarchus in Numa & in Marcio Coriolano testatur qua voce admonitos eos, vt erectis & attentis animis, in eam curam cogitationemque incumberent, ne perfunctorie aut oscitanter, aliusve res agentes sacra auspiciisque operam darent, idem auctor vbique expressit. Atque ita Tranquillus in Caligula cap. 58, *quosdam e crudelisse scribit, alloquenti pueros Caligulae a tergo Chaeream ceruice gladio caesim grauiter percussisse, praemissa voce, Hoc age, tanquam numerum victimam immolaret.* extrema quoque Galbae vox percussoribus iugulum offerentis haec fuisse fertur, *vt hoc agerent, ac ferirent, si ita e rep. videretur*; quemadmodum ab eodem Tranquillo & Plutarcho in Galba, & a Tacito libro 17. memoriae proditum est. haec Brissonius. quae fere probauerim; etsi tamen malim hic simpliciter de attentione agi; tantumque rogare Syllam, vt aliis cogitationibus posthabitis, rei propositae incumberent. id enim etiam verba ista notare, prodidit quoque

Bussonius, liquetque ex Plauti prologo Asinariæ, & Pseudolo Act. 1. Sc. 1. ex Persa Act. 4. Sc. 4. ex Captiuis Act. 5. Sc. 2. eademque verborum figura apud Terentium in Eunucho Act. 1. Sc. 2. audientiam sibi fieri Thais postulat, cum eam loquentem Phædria & Parmeno sæpius interpellarent. his & alia similia exempla si quis requirat, ea Horatius lib. 2. Sat. 2. Iuuenalis Sat. 7. & Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, suppeditabunt.

Hoc non est mentitus) sic restituit ex veteri lectione librorum Pinciani; neque aliter Pal. pr. quart. Nam alii tamē tres fauent Erasmianæ editioni, quæ, *Hic non est mentitus.*

Sed mox de Sylla consequemur) Naz. habet *consequeremur*, aut certe *consequeremus*, nam vix possum discernere verum vltima litera accipienda pro R, an vero pro S. sed magis tamen videtur S.

Arma habet, quibus in munimentum pacis vtitur) huc spectat illud Mamertini ad Imp. Iulianum: *Nego quempiam ab vno amico plus dilectum quam te Imp. non modo a comitibus tribunis tuis, sed a legionibus cunctis, equitibus ac peditibus, gregariis etiam militibus diligaris. Itaq; quod ad te attinet, tuncta iam a custodia tua arma remoueres. sed quando hoc petes persuadere militibus? anxia est fidelium diligentia. maxime amori maximus timor iunctus est. Non nobis sufficit quod obtinuisti vt nemo te velit lædere, nisi nos curamus, vt nemo possit.*

Nam & inuisus est, quia timetur) correctio hæc, puto, orta est ab ingenio Mureti, certe habet editio Erasmi; *Nam vt inuisus sit quia timetur*, neq; aliter Pall. quatuor & Col. nam Naz. repræsentat; *Nam e inuisus sit quia timetur.* Pincianus corrigendum rebatur, *Nam vt inuisum se sciat, quia timetur*, etsi non neget posse etiam scribi, *inuisus sit.* quod vltimum mihi non ita ineptum.

Et timeri vult quia inuisus est) particula &, etiam manauit a Mureti editione. in Erasmi certe nec in vllis alibi membranis locum inuenit.

In audaciam iacentes excitat) ita & mei quinque. at Naz. *iacentes excita.*

Si feras lineis & penna clusas contineas: easdem a tergo eques telis incessas) omnia mihi hic bene habere videbūtur, si legamus *linea*, & primę dictioni affigamus literā vnam, vt fiat *Sic feras linea &c.* Erasmi editio præfert, *Sic feras lineis & penna conclusas contine, easdem &c* adnotatque idē vetustissimum exemplar prætulisse: *Sic feras lineam & penna clusas, contine, easdē &c.* Rodulph vero Agricolam pauculis syllabis in suo codice mutatis legisse hunc in modum; *Sic feras linea & penna conclusas contineas, iubeasq; telis incessi, tentabunt fugam &c.* quomodo etiam citat Lud. Cælius lib. 16. ca. 11. lect. antiqu. quanquam, inquit Batauus ille, coniunctio q; mihi videtur redundare: quin & illud *contineas*, videtur suppositicium. satis erat, *si iubeas telis incessi.* hactenus ille. at castigat Pincianus ex veterum codd. lectione, *Sic feras linea & penna clausas contineant. &c.* I C. quidam, post tantos viros nulla adiutus scripti libri schedula, pronuntiat se legere; *Si feras linea & penna clusas contineat. & easdem a tergo eques telis incesset, tentabunt fugam.* satis rutilie. custodit Naz. *Sic feras lineas & penna clusas contineas demat ergo eques telis incessat.* Col. meus Pinciani membranis patrocinatur, nisi quod postea habet, *easdē at ergo si quis telis lacessi:* est in Pal pr. *Sic feras lineas & penna exclusas contineas. Demat ergo eques telis incessit.* in sec. *Si feras funem vel muris conclusas contineas iubeasq; telis incessere, temptabunt fugam per ipsam scilicet viam quam fugerant.* in tert. *Sic feras lineas & penna exclusas contineas. Veniat ergo eques, telis incessit &c* in quart. *Sic feras lineas & prouia sit clusus contineas demens. Ergo omnes telis incessit, temptabunt fugam per ipsa &c.* P. Faber lib. 2. cap. 7. Agon. hæc verba citat iuxta castigationē Pinciani quod vt præcise non improbem; ita vix est vt assentiar interpretationi eius, quæ vult, quemadmodum Romæ in amphitheatro plerumque caueis coercebantur bestiæ spectaculis paratæ, ita ludorum tempore lineis cohibitas; additque Ex iis lineis confecta fortasse retia feris arcendis podium protegentia, quæ succinis notata suo tempore Plinius lib. 37. cap. 3. memorat. Cur enim isthæc Senecæ, lineis malim accommodare quæ tenendis feris libere vagantibus, faciunt auctoris nostri sequentia, *tentabunt fugam per ipsa qua fugerant, proculcabuntq; formidinem* si enim licuisset proculcare formidinem feris quę spectabantur, periculum sane ingēs fuisset iis quę ad podium. nam per *lineam* istam & *pennas* nihil aliud puto intellexit quam ipsam *formidinem. lineam* dixi non *lineas*, quia & singularem numerum iterum vsurpauit lib. 2. cap. 12. de Ira, & inuenitur aliquoties apud alios auctores, quorum verba citant ibidem Mureti notæ. huc etiam faciunt illa quæ laudat Calcagninus ille ex Ouidii lib. 15:

Retia cum pedicis, laqueosq; artesq; dolosas
Tollite; nec volucres viscata fallite virga,
Nec formidatis ceruos includite pennis.

item ex Ausonii Epist. ad Theonem:

An cum fratre vagos dumeta per auia ceruos
Circundas maculis, & multa indagine pennæ?

item ex Lucani lib. 4:

—sic dum pauidos formidine ceruos
Claudat, odorata metuentes aera penna.

sed & Hieronymus in Luciferiani & Orthodoxi dialogo: *Et pauidorum more ceruorum, dum vanos pennarum euitatis volatus, fortissimis retibus implicamini.* nec non Augustinus lib. 1. de nuptiis & concupisc. *Et cum verentur infamiam falsam, verum crimen incurrunt; instar ferarum, quæ circumdantur pinnis, vt cogantur in retia.* hactenus. est amicus meus, qui suspicatur forte legendum; *Sic feras linea & penna clusas, contineas: easdem a tergo &c.* de quo iudicet lector. vt vt est, non leue attulit momentum ad huius loci corruptionem literarum similitudo. cum enim scriptū fuisset; *contineas easdem*; prioris vocis syllaba vltima perit quamuis tamē, ne quid dissimulem, arbitror exaratum primitus fuisse, *contin E A S dem.* quod tantumdē valebat.

Quam vltima necessitas extendit) Pall. tert. ac quart. *extendit.*

Securitati dare operam videtur) sic & mei quinq. Naz. *securitatis se dare operam videm.*

Capvt XIII.

Bona ac fida voluntatis ministros) ita & Pinc. mss. & mei. Erasmi editio permutato verborum ordine, *fida ac bona vel. min.*

Omnibus reis noxiior ac sollicitior) ita fere legebat Agricola, nempe, *om. reis noxior.* prior editio, *omnibus rebus noxior*; quomodo extat in Pall. quatuor & Col. Erasmus notat antiquissimum illum suum codicem habuisse, *omnibus rerum noxior*, atque ita quoque in Nazario meo. ego hic suspicor de hiatu.

Hoc enim inter cetera vel pessimum habet crudelitas: perseuerandum est) sic & Pall. quatuor. Pinciani codd. *Hoc enim vel pessimum habet crudelitas, quod perseuerandum est.* at meus Col. *Hoc enim inter cetera vel pessimum habet crudelitas, quia perseuerandum est.* Naz. non differt a vulgato nisi quod scribat *pessimaum*; addita apostrophi nota supra literam a, tanquam si scribere voluisset, *pessimarum* sed tamen non solet liber ille compendiariam scripturæ vsurpare rationem.

Cur iam esse malum necesse est) non aliter quoque Col. ac Pall. quatuor. verum non possum quin probem quod scribit Naz. *malo necesse est.*

Quanquam alia magis) editio Erasmi; *quia alia magis.* Pal. pr. *qua alia magis* sec. tert. quart. Naz. *quis alia magis.* Col. *quis non alia magis.*

Sermone affabilis, accessuq; facilis) ita & mei quinq. at Naz. vocem interponit, *serm. aff. aditu accessuq; facilis.* forte voluit, *aditu accessuq; facilis.*

Qui maxime populos demoretur) Pal. pr. tert. quart. *quo maxime populos demoretur.* Col. *quo maxime populus demoretur.*

Et iniquis acerbus, a tota ciuitate amatur) ita ex codd. Pinciani Muretus. at Erasmi editio; *& iniquis acerbus, qui a tota ciuit. &c.* verum nec vllus meorum pronomen illud agnoscit; solusque præterea Pal. tert. præfert *& iniquis* alii quinque: *etiam iniquis &c.* quod placet; vt velit, illum talem, quamuis acerbum iniquis, ab omnibus tamen promiscue amari defendi coli.

De liberis suis quisq; non dubitat) vox *quisq;* exulat Pall. quatuor ac Col. habetque Naz. *de liberis suisq; non dubitat.* quod non damnauerim.

Caput XIV.

Admonere etiam verberibus) recte. nam & aliis quoque auctoribus admonitionis nomine *verbera* illa veniunt, quibus coercitio lenis & modica in corpus liberum aut seruum infligitur. inde L. 7. ff. de pœnis, *admonitio fustium*; &, *verbere monere* Tacitus lib. 5. Annal. *flagello admonere* Columella lib. 2. ca. 1. sed & adnotat Marcellus *admonere* idem interdum valere, quod *coercere & castigare*. sic Virgil. lib. III. Æneid. *telo admonere*. P. Faber lib. 2. cap. 6. Semestr.

Nunquid aliquis suum filium ad primam offensam exheredat?) ita Mureti editio monitu librorum Pinciani, quibus patrocinium præstant Pall. quatuor & Col. vulgarat Erasmus *filium a prima offensa exheredat*, quomodo etiam diserte Nazarius meus, neque aliter citat Brissonius lib. 7. de Formulis, vbi bene additur locus iste Ciceronis pro Roscio Amerino: *Magna oportet esse vitia atque peccata filii, quibus inconsus parens potuerit animum inducere, vt naturam ipsam vinceret, vt amorem illum penitus insitum eiiceret ex animo, vt denique patrem esse sese obliuisceretur.*

Non accedit ad decretorium stilum) nempe, cum in gladiatorio munere prælusio quædam legitimo præmitteretur certamini, eaque fieret in hastis, rudibus atque armis; videntur ea appellata *exercitoria & lusoria tela*, vt e contra, vera & acuta tela, *decretoria* noster Epist. 117. *Quam stultum est cum signum pugnæ acceperis, ventilare remotae ista lusoria arma: decretoriis opus est.* item lib. 2. Quæst. natur. *Illos vero viros altissimos error iste non tenuit vt putarent, Iouem modo leuioribus fulminibus & lusoriis telis vti.* ab eo more metaphoram huius loci ductam putat præceptor noster Lipsius lib. 2. cap. 19. Saturn. Serm. credo ideo, inquit, quia hæc velut decreto Prætoris siue editoris dabantur, postquam inspecta acriter & probata. hinc & Epist. 112. *Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice*. certe eadē *arma* dixere & *pugnatoria* Suetonius in Caio: *Batuebat pugnatoriis armis*: significat enim eum omissa rudi, vsum gladio vero; non aliter quam Commodus, qui gladiatores, *specie depugnandi, crebro trucidauit, cum ipse ferro obtecto veronibus plumbeis vteretur*; sic enim restituit Lipsius in Aurelio Victore; cui ea mens, mala fraude pugnasse Commodū; & velut lusoriis armis vteretur, vsum veris. ferrum enim obduxisse duntaxat laminis e plumbo; cum gladium ipsum putarent esse e plumbo. Franciscus Iuretus notat ad lib. 3. Epist. 73. Symmachi, dixisse hic Senecam *stilum decretorium* quem Tullius pro Cluentio *censorium* vocat. eum consulat curiosus lector. nam propero ad reliqua Senecæ.

Simul deplorata est) sic Erasmus. Naz. *simul deploratum est*. quod probo: etsi non negem Pall. quatuor ac Coloniensem, retinere concorditer; *Postquam omnia simul deplorata sunt*.

Vt sciret datam sibi potestatem patriam) ita omnino extat in Naz. meo ac Pal sec. & bene. nota enim satis Iurisconsultis *potestas patria*. alii quatuor exhibent *potestatem patris*, vti & fuisse in exempp. omnibus Pincianus, ipse fatetur, contraque illa omnia scribendum putabat *patris*, miror cur non potius *patriam*, quomodo diserte editio Erasmi. sed non callebat forte legum peritiorum linguam.

Quæ est temperatissima) sic & Pall. mei tres. at Colon. *quæ est intemperantissima*. Palat. vero secundus: *quæ est consolatissima & temperatissima*. Nazar. *quæ est temperantissima*.

Suaque post illos ponens) ita quidē Mureti editio, sed contra omnia exemplaria & cusa & scripta, quæ, *illos reponens*; nisi quod Pal meus sec. *suaque post illa reponentis*, quart. *suaque post illos reponentis*.

Tarde sibi pater membra sua abscindat) lectio hæc est ab ingenio Agricolæ. ad quā Erasmus; sententia, inquit, Principi bono omnia facienda, priusquam veniat ad extrema supplicia, eo quod omnes subditos pro suis membris ducat. vulgauit Erasmus, *Tarde sibi pater membra sua abscidat*. est in Naz. *tradis ibi pater membra sua abscidat*, sed ita tamen vt isthæc pendeant a superioribus verbis: sicuti etiam volunt Pal. pr. sec. tertius; hoc tamen modo: *reponens tradi sibi. Pater membra sua abscidat* at vero quart. *reponentis tradi sibi pater membra sua abscindat*. Col. *tradita sibi membra sua pater abscidat*, atque ita vt ne separentur ab iis quæ præcedunt. membranæ Erasmi custodierunt, *tradi sibi pater membra sua abscidat*.

Prope, vt inique puniat) Pall. quatuor, *Prope est vt inique puniat*; quod probo. nam alioqui etiam Colon. *prope est inique puniat*. & Naz. *prope et inique puniat*.

Erixonem equitem Romanum) ita & Erasmus, margo tamen editionis eius prodit alias legi *Buxonem*, alias *Trixonem*, vti etiam habent Pall. quatuor ac Naz. at Colon. meus *Traxonem*; a quo & abest dictio *Romanum*. quod accidisse puto quoniam vna tantum notaretur litera, vti est in Pal. tert. ac Naz.

Filium suum flagellis occiderat) ita plane etiam chirographi mei libri sex. quid si tamen legamus *ceciderat*, quomodo citat Brissonius lib 3. cap 9. Select. antiquit. vel ideo potissimum populus in equitem istum impetum fecerit, quod indignum existimaret facinus, filium ingenuum seruiliter a patre tractari. *Fustibus* enim ac *virgis* liberi homines castigabantur, *loris* vel *flagellis* serui. Leuiorem certe fuisse fustium quam flagellorum verbera, ex eo satis apparet, quod *fustium* admonitio in leui & modica castigatione ponitur, *flagellorum* contra verberatio in atroci coercitione grauissimaque iniuria consistere censetur, vt illucescit ex coniunctione L. sed siue in fine ff de vsufruct. cum l. item apud Labeonem §. si communem ff. de iniuriis ff. de iniuriis & l. prætor edixit §. præterea ff. eodem tit. cum l. sed si hac lege §. penult. ff. de in ius voc. denique fustium ictus, *admonitus*, vocabulo ipso, iræ leuitatem significante appellatur l. veluti ff. de pœnis. Vnde quod a Venoleio traditur, *atrociter verberandi ius legatum Proconsulis non habere*, l. si quid erit ff. de offic. Procons. id ad flagellorum coercitionem procul dubio referendum est. nam & in metallum damnatis libertatem adimi Callistratus l. in metallum ff. de iure fisci, ex eo demonstrat, quod seruilibus verberibus coerceantur, & sumpti seruos flagris lusisque præter leges supra positas, ostendit etiam l. sed & quæstionis § penult l item apud Labeonem §. adiicitur ff. de iniur. item veteres passim Comœdiæ. quod & Seneca in libello ioculari de morte Claudii significat eodem argumento euincens Claudium in seruitute fuisse, quod seruilibus verberibus vapulasset. *Apparuit subito C. Cæsar, & petere illum in seruitutem cœpit. Producit testes qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem*. ergo, ex quibus caussis liberi fustibus castigātur, ex iisdem serui cædebantur flagellis. l. in seruorum ff de pœnis. l. lenia ff. de accusat. l. Pedius § 1 ff. de incend. ruin. Brissonius d. cap 9.

Populum in foro graphiis confodit) Pall quatuor ac Naz. alio ordine, *populus graphiis in foro confodit*. at Col *populus eum in foro confodit*. sciamus necesse, quomodo graphiis aliquis confodi posset: quod tamen multa probant; quæ videantur apud me lib. 4. Opinionum cap. 18.

Caput XV.

T. Arium) ita editio Mureti: Erasmi, *Tarium*, cui patrocinantur mss. mei sex; nisi quod Pal. pr. *Tharium* & *Tarium* errant passim scriptores huius æui. P. Faber lib 2. cap. 5. Semestr. Hotomanus comment. ad lib. 1. Instit. tit 9. de patria potestate §. 1. Connanus lib. 2. ca. 13. Comment. Iuris ciuilis.

Exilio damnauit) ita Erasmi editio & Pall quatuor. at Naz & Col *consilio damnauit*, quod & extare in omnibus membranis suis testatur quoque Pincianus, atque lectioni et suffragari verba mox seqq. *aduocauit in consilium Cæsarem*

Causa cognita) sic quidem etiam Naz. Col. & Pal sec. at alii tres, *consilio cognito* mendum aliquod latet in his aut præcedentibus verbis. vtque mea est suspicio, vnum forte atque alterum superuacuum habemus

Et exilio delegato Massiliæ, parricidam contentus) Palat. pr. *delegato Mansilio*, positumque ad oram libri *relegato*. sec. tert. *Delegato Maxilia*. quart. *delegatus Marsilia* Col. *delegato Mamphilia* nugæ meræ; scribamus *& exilio delegato Massiliæ &c* auctoritate optimi Naz. sed & sic legendum videri prodidit Torrentius ad cap. 3. Vespasiani Suetonii.

Et annua illi præstitit) *annuum* appellatur, quod alimentorum causa in singulos annos præstatur, &, vt Lexicon Latinogræcum ædis B. Germani definit, *annonarium amplius*. l. 22. ff de pactis dotal. l. 15. & l. 29. §. pen. & vlt. ff. de donat. inter vir. l. 6 §. pen. de pecul. leg. l. 6 ff. de cessio. bon. l 10. §. pen. & l. 4. ff de annu. leg. Plinius lib. 10. Epist. ad Traianum: *vt publici serui annua accipiant*. Suetonius in Tiberio: *Peculio concesso a patre præbitisq. annuis fraudauit*. Symmachus in Epist. *Priscianus frater meus Senatus auctore, salarii emolumenta consecutus; super eius annuis dicitur orta dubitatio*. Brissonius lib. 1 de verb. sign.

Hac liberalitas effecit) ita solum Palat. sec. alii quinque *efficit*.

Quem is pater damnare potuisset) Pal pr. tert. *quem ipse ter damnare potuisset*. sec. ac Col. *quem ipse pater damnare &c.* quart. *quem ipse tibi damnare pot* quæ lectiones omnes, natæ ex transpositu vnius literæ, vti docuit me Naz. codex, in quo, *quem ipsa ter damn. &c.*

Aduocauit in consilium) nimirum solebant patres conuocatis agnatis & amicis suis iudicium domi in filium constituere. vnde illud Suetonii in Claudio: *In recognoscendis equitibus, iuuenem plenum probri, sed quem pater probatissimum sibi affirmauerat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum*. Profert etiam Val. Maximus multa paternæ seueritatis exempla, in quibus Cassii, qui propinquorum & amicorum adhibito consilio, affectati regni crimine damnatum domi filium verberibus castigatum necari iussit, peculio eius Cereri consecrato. Manlius vero Torquatus, cum accusaretur Syllanus filius eius a Macedoniis pecunias accepisse, nullo conuocato consilio, domi causa cognita ita pronuntiauit: *Cum Syllanum &c* Connanus d. cap. 13.

Vt sententiam suam quisq. scriberet) eadem ratione olim in Areopago tacitas & per tabellas sententias editas fuisse sunt qui tradant; ne ex maioris auctoritatis aut eruditionis viri, qui prior sententiam dixisset, præiudicio, ab opinione sua alii discederent, aut idem responderent. Eam ob rem ait Dio lib. 36. *In omnibus comitiis, vbi quid cum populo agendum erat, prius priuatis hominibus concio dabatur quam magistratum tenentibus, ne quis nimirum potentioris, vt fieri assolet, sententia præuentus, suam ipse supprimeret, sed summa cum libertate quod sentiret exponeret*. Memoratur & a Symmacho lib 1. Epist 7. Theodosii & Arcadii Cæsarum illa sanctio, qua veterem dicendarum sententiarum ordinem restituerunt constitueruntque *ne prior in Senatu censeret; qui vel opibus vel gratia cæteris antestaret, sed cui muneris ratio id iure tribueret*. hæc Langlæus a quo plura petantur lib. 7. cap. 7. Ocii Semestr.

Se T. Arii hominis locupletis) Erasmi editio *se Tarii*. Pall. quatuor, *se dare hominis locupletis*. Col. *se dare homini locupleti*. Naz. *se dari hominis locupletis*.

Filii damnatione) Pal pr. ac tert. *in filii damnationem*, sec. quart. *in filii damnatione*. Col. *filii damnationem*. Naz. *velli fili damnatione*.

Principes multa debent etiam famæ dare) quandoquidem, vt est apud Ciceronem ad Q. Fratrem lib. 1. Epist. 2. *ratio salutisq. omnium qui ad Remp. accedunt, non veritate solum, sed etiam fama & opinione nititur*. & Plautus Trinummo: *Omnes bonos bonasq. Accurare addecet suspicionem & culpam ab se segregent*. hinc illud Isocratis ad Demonicum: *Caue criminationes etiam falsas. Vulgus enim cum veritatem ignoret, opinione ducitur*. plura Langlæus Ocii Semestr lib. 7. cap. 3.

Iurauit se non aditurum hereditatem. Arius quidem eodem die & alterum heredem perdidit, sed Cæsar libertatem sententiæ suæ redemit) ita & editi omnes, & mei; nisi quod Pal. sec. ac Col. *Tharius quidem* alii quatuor, vt & editi, *Tarius quidem*. item quod Col. quoq; non habeat vocem *heredem* Pal. vero tert. destituatur illis, *eodem die*. vulgata lectione nihil sincerius, constaret modo de nomine huius hominis. at en tibi turbonem, qui legere se iactitat, *Iurauit se non aditurum hereditatem Tarii. Equidem, eodem die Cæsar Tarii hereditatem perdidit, & libertatem sententiæ suæ redemit*: satis hercle confidenter; sed interim ignorantia summa argumentationis Senecæ. nam cum Tarius iste, siue mauis Arius, Cæsarem instituturus esset heredem, aut forte iam tum cohæredem instituisset; vt Cæsar iuramento suo hereditate ille se priuat; excidit sane Tarius altero herede, filio nempe primum, & deinde Augusto. quid potest clarius?

Et postquam approbauit gratuitam esse seueritatem suã) ita Erasmus & Naz. Col. Pal. sec. omnino recte: itaque non auscultes Pall. tribus reliquis, veteriq; lectioni Pincianorũ codd. *esse sententiam suam*. hoc enim principi omnino cauendum, ne videatur vel lucri vel nescio cuius alterius rei causa, animaduertere in aliquem porro quod I.C quidam hic legat *& postquam comprobauit*; carbones nobis ingerit thesaurumq; eripit. imo vero *approbauit*, hoc est: postquam aliis etiam fidem fecit gratuitæ seueritatæ. postquam eorum tantum non confessione probauit nullius se pretii aut spei ergo dicturum aliquid in filium. si legum nostrarum meminisset, scire debuerat *approbari opus* cum is cuius interest, aut adeo qui de eo recte iudicare possunt, id ipsum idoneum & recte factum asseuerant, vti multis ostendit exemplis Galliæ princeps lumen Budæus ff. ad leg. Iuliam repetund. l. 7. §. illud quoque cauerit. Vitruuius. *Redemptor ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbauit; & ad sacoma pondus coronæ visus est præstitisse*. sed neque aliter auctor noster Epistola 70. *Vitam aliis approbare quisq; debet, mortem sibi*. Epist. 75. *Hoc vnum tibi approbare vellem*. Epist. 114. *si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit; argumentum est luxuria publica orationis lasciuia; si modo non in vno aut in altero fuit, sed approbata est & recepta*. hoc libro cap. 13: *approbare imperia sua ciuibus cupiens*. quibus omnibus locis aliisque, miror cur non item substituerit suum illud *comprobare*.

Non culleum, non serpentes) de hoc genere supplicii nemo non dixit. at haud etiam illud, quod tamen valde notandum, olim tantum hoc acerbissimo supplicii genere adfici solitos, non conuictos parricidii, sed vltro confessos. id quod innuit satis Capitolinus, vbi scribit in Antonino Pio: *Vsq. adeo sub eo nullus percussus est Senator, vt etiam parricida confessus in insula deserta poneretur; quia viuere illi naturæ legibus non licebat*. nec enim otiosum est quod parricidæ nomini, hoc confessi epithetum adscribit historicus. verumtamen, vt nullus dubitandi relinquatur locus, en Suetonii locum, qui ita loquitur de Octauio cap. 33. *Dixit autem ius non diligentia modo summa, sed & lenitate: siquidem manifesti parricidii reum, ne culleo insueretur (quod nonnisi confessi afficiebantur hac pœna) ita fertur interrogasse; Certe patrem tuum non occidisti*. hæc mihi suggesserunt Cuiacius Paratitlis in lib. 9. Cod. tit. de iis qui parent. vel lib. occid. Faber lib. 2. Semestr. cap. 7.

Qui excarnificat discipulos) ita Erasmus & Palat. quart. alii tres & Naz *qui excarnificabit* quod receperim; nam & Col. *excarnificauit*, antiqua nimirum scribendi consuetudine.

Tribunum centurionemq. da saeuum) ita & mei quinq. at Col. *Tr. centurionemq. dare feruentem*.

Nunquid nam æquum est) sic quoque Pall. quatuor. verum Naz. *Nunquid ne æquum est*. Col. *Nunquid ne æquil est*.

Nisi eum tactu blandiente permulseris) Pall. quatt. & Naz. inuerso ordine; *blandiente tactu*. Col. *nisi eum blando & actu permulseris*. ¶ *Qui instituunt catulos*) Palat. sec. ac Naz. *quiq. instituit cat.* Pal. tert *qui instruit catulos*.

Contunditur enim animus, & quicquid est indolis comminuitur) sic editio Romana ex vett. lib. Pinciani. at Erasmus, *contundet enim animos, & q. est indolis commenuetur*, quomodo seruat etiam Naz. Pal. sec. at pr. *contunditur enim animus & qu. est ind. comminuetur*. tert. *contunditur enim animus & quicquid est ind. comminuetur*. quart. *cõtenditur enim animus & quicquid est indolis & comminuetur*. Col. *contundet enim animos si hoc fecerit, & quicquid est indolis comminuetur*. ¶ *Nimia sæuitia coguntur iugum detrectare*) Naz ac Col. *coguntur*, vti & Pal. pr. tert. quart. nec displicet. sec. *coguntur alienum iugum detr.*

CAPVT XVII.

Pessima autem conditione hominem esse) ita Erasmi editio; at Pal. pr. sec. tert. *conditione sub homine esse*. quart. *conditione est sub homine est*. Colon. *pessima autem conditio est sub homine esse*. Naz. primum habuit; *pessima autem conditionem sub hominem esse*.

Atque

Atqui & morbus animi mollem medicinam) sic quidem editio Mureti. sed contra prius cusos, membranasque meas sex. in quibus, *Atqui & hic morbus est animi: mollē medicinam, &c.* quod reuocauerim in proprias sedes.

Desperare ne coper.) ita Palat. sec. ac tert. at alii quatuor *desp. ne cures.*

Cui credita salus omnium est) ita Muretus ex aliquot exempp. Pinciani. alia eius, vt & Erasmi, nec non mea sex. *cui tradita salus om. est.*

Quosdam molli curatione decipiat.) ita corrigendum ex antiqq. cod. monuit Pinc. nec aliter omnes mei, nisi quod Pal. sec. *quadam molli, &c.* publicarat Erasmus, *quosdam morbi curatione decipiat.*

Nulli regi gloria est) rescribo suasu meorum sex; *Nulla regi, &c.*

CAPVT XVIII.

Quanto iustius hominibus liberis] agnosco & hic Mureti manum. nam lectio olim erat, item Palat. pr. tert. quart. *Quāto iustius hoc iubet, tanto iustius hominibus liberis.* multa tamen horum videntur a glossa nam Col. *Quanto iustius iubet hominibus.* Naz. *quanto iustius iubet quanto iustius hominibus.* at Palat. sec. *Quanto iustius hoc parcis iubet, tanto iustius hominibus liberis.*

Non traditu seruitus sed tutela) mei quinq; interserunt voculam hoc modo, *non seruitus tradita sit, sed tutela* at Col. *seruitus sit sed tutela seruis. ad statuam, &c.*

Seruis ad statuam licet confugere) sub Impp. inualuit, vt non templa solum, sed *statua* eorum imaginesque perfugium essent seruis. Vlpianus in *Pithœanis* fragmentis: *Ideoq. cognosce de querelis eorum qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerant, & siue durius habiti quam aequum, vel infami iniuria affectos cognoueris, venire iube, ut in potestatem Sabini non reuertantur.* Tacitus lib. 3. Annal. *Incedebat teterrimo cuiq. licentia impune probra & inuidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cæsaris: libertiq. etiam ac serui patrono vel domino, cum voces, cum manus intentarent, vltro metuebantur.* ex quibus verbis patet ibidem etiam confugisse ingenuos; quod & confirmat Suetonius in Augusto. *Antonium iuuenem simulacro D. Iulii, ad quod post multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit.* in Tiberio de Agrippina: *Nouissime calumniatus modo ad statuam Augusti modo ad exercitus confugere velle.* fons huius moris Iulius Cæsar, vti docet Dio lib. 47. *Edixere etiam triumuiri, ne quis qui impunitatis causa in templum D. Iulii confugisset, inde eici vel abripi posset: quod ante ne Deo quidem vnquam concessum, exceptis iis qui ad Romuli asylum pertinent.* Hæc fere Connanus lib. 2. cap. 2. Comment. iuris ciuil. Hotomanus ad lib. 1. Institutionum tit. 8. §. 3. Lipsius ad lib. 3. Annal. Taciti, apud quos de hac re pluta vtiliter petantur.

Cum in seruum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere commune ius vetet.) ita Mureti editio, omissa dictione, quæ & in Erasmi libris & in membranis meis sex; *commune ius animantiū vetet.*: quod reuocandum est. Pal. tamen pr. sec. quart. Naz. malunt, *in homine licere.* tert. ac Col. *in hominem*; sed in eo non sitæ sunt opes Græcanicæ, itaque non est quod de illo multum glorietur I. C. quidam; vtique cum idem incontinenti turpiter erret, dum *hominem* se hic accipere ait seruum; quomodo & in l. 2. Cod. de Episcopis. quid enim ab auctoris mente separatius? quidque hac foret argumentatione absurdius? imo, mi homo, vt omnia liceant in seruum, non omnia licent in hominem. id sibi quid velit quoniam nescis, disce a P. Fabro lib. 2. cap. 1. Semestrium circa finem.

Quis non Vedium Pollionem) sic & Naz. quoque & Pal. sec. at pr. *Medium Pollionem.* tert. quart. *Nedium Pollionem.* Col. *Nodium Pollionem.*

Quid aliud quam serpentibus obiici iubebat?) ita & editio Erasmi, & Pal. sec. at iubet Pincianus legamus cum mss. suis, *Quid aliud quam serpentium, vbi iiceiubebat?* quomodo profecto legamus etiam monet Naz. Col. Pal. tert. item quart. nisi quod is, *iubebatur.* estque in pr. *quam serpentiū. obiici, &c.* certe eleganter vocat *viuarium serpentium*, vbi homines crudelissime necabantur, non aliter atque si in serpentes incidissent.

Deuorandos seruos obiiciebant.) legit ex suis Pincianus *abiiciebat*, vti etiam extat in Pal. pr. tert. quart. alii tamen tres retinent vulgatum.

Non nasci melius fuit.] Pal. tert. *non trasci melius fuit.* quart. *non vasa melius fuit.* Naz. *non nasci fuit*; sine dictione *melius.* Col. alio ordine, *melius non nasci fuit.*

Inter publico malo natos] ita etiam bene Naz. ac Colon. male Pall. quatuor, *inter publica mala natos.* vt enim præclarum erat virtutis elogium si quis dicebatur *publico bono, vel reipubl. bono natus*, (de quo videantur notæ meæ ad lib. de Tranquillitate vitæ cap. 8.) ita contraria ratione summi habebatur vituperii, *nasci* vel *fieri publico malo.* Suetonius Neronis cap. 6. *Præsagio etiam fuit Domitiani patris vox, inter gratulationes amicorum negantis, quicquā ex se & Agrippina nisi detestabile & malo publico nasci potuisse.* sic Quintilianus Declam. 385. scribit, *lenonem esse damnum publicum.* ac Lampridius, *Commodum Imp. malum Reip.* vocat; vt Plinius lib. 22. cap. 22. *Neronem terrarum venenum* & Tranquillus in Caligula cap. 11. refert Tiberium dixisse de Caligula, *se natricem populo Rom. & Phaethontem terrarum orbi educare.* quibus adde illud Nasonis: *O mihi perpetuum nata puella malum.* Iuretus ad lib. 1. Symmachi, Epist. 43.

CAPVT XIX.

Sed ad natura legem compositum) ita fuisse in aliquot exempp. prodidit Pincianus, placuitque Mureto. alii mss. & editiones reliquæ, *si ad natura legem componitur.* quod retraxerim in possessionem propriam, cum & sic quoque seruent membranæ meæ sex; & tale aliquid postulet argumentatio auctoris.

Totum dilabitur examen) sic Erasmi editio & Palat. sec. verum alii chirographi quinq; non agnoscunt vocem *examen*; quod miror.

Nec vnquam plus vnum patiuntur) Palat. pr. ac tert. *nec vnquam post vnum patiuntur.* quart. *nec vnquam plus quam vnum pat.* quomodo etiam citat inter prouerbia pr. nam quart præfert, *plus quam depascuntur.* Col. *nec vnquam pusillum patiuntur.* quod quis probare posset, nisi deinde sequeretur; *Insignis regi forma est:* haberetque idem inter Prouerbia; *nec vnquam plus quam vnde patiuntur.* vti etiā Pal. sec. qui tamen melius illa ipsa *Notabilium* nomine insignit, non *Prouerbiorum.* lectio tamen publicata, restat in textu Pal. illius sec. ac Naz.

Hoc tamen maxime distinguntur] sic & Pall. quatuor & Naz. at abest Col. dictio *maxime*; notatque Pincianus aliquot libros referre; *Hoc cum maxime dist.*

Rex ipse sine aculeo est) *Aculeum* vero cum gerere, putat Basilius homilia 7; eo tamen ad iniuriam propulsandam non vti: ἔχει μὲν γὰρ κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' οὐ χρῆται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. Plinius lib. 11. cap. 17 hæc de re inter auctores non constare eleganter ostendit. Brodæus lib. 4 Miscellan. cap. 10.

Est enim illi mos exerere se in paruis] sic legendum duxit Erasmus, cum esset in mss. *exercere*, malletq; insuper Rud. Agricola *illis*. sed perperam, inquit Batauus ille; nam pronomen refert *naturam*, non *reges.* at id tamen habet Col. hoc ordine *Mos enim illis est exercere se, &c.* verum & meo iudicio male. interim nescio an illud *exercere* prorsus excludendum sit, cum & restet in meis sex, quorum Pal. tert. in eo amplius abit a vulgaris, quod scribat, *Est enim illi mos exercere in paruis*; absque pronomine *se.* at vero quart. *Est enim illi mos exercere se in peius*

Et ingentium rerum documenta minima agere) sic & Pal. pr. sec. tert. quare putat Erasmus commodiorem fore lectionem, *& ingentium rerum documenta per minimas agere.* restat in Naz. *& ingentium rerum documentam minima urgere.* Col. *& ingentium rerum documenta minima augere.* quocunq; modo legendum sit, idem voluit quod Prudentius in Hamartig.

Ex minimis sed grande suum voluit pater ipse
Conciliare hominis.

Nullumq. momentum immune a metu habeat.] ita hæc restituit Erasmus, confirmantque mss. Pinciani, nec non Pal. quartus. prior editio, *nullumq. momentum immune amet. Habeat hanc aliquis, &c.* vti etiam fere mei quinque nisi quod Pal. pr. *nullumq. momentum immunes amet. Ha-*

beat si quis hanc, &c. Naz. vero; *nullumq; momentum immineam & habeat, habeat hanc aliquis.*

Hanc aliquis agram vitam sustinet, cum liceat, &c.] ita etiam Erasmus. verum emendat ex vett. libris Pincianus; *Si quis hanc vitam agram sustinet? cum liceat.* Pal. pr. tert. *Habeat si quis hanc agram vitam sustinet, &c.* sec. *Habeat hanc aliquis agram vitam sustinet, &c.* Col. *Habeatq; hanc aliquis agere vitam sustinet, &c.* Naz. *habeat hanc aliquis agerem vitam sustinet.* Pal. quart. *Si quis hanc vitam agram sustinet.* quiuis videt legendum; *Hanc aliquis agere vitam sustinet, &c.*

Cum liceat innoxium atq; ob hoc securum, salutarem potentiam, latis omnibus, tractare) ita legendum sibi videri timide indicauit Erasmus. cum enim inuenisset in membranis; *cum liceat innoxium aliis, ob hoc securum, salutarem potentiam eius, latis, &c* suspicor, inquit, *aliis* mutatum fuisse pro *atq;* deinde, *eius*, pronomen videtur redundare. sic ille. Pincianus monet corrigendum ex veteri suorum lectione, *Cum liceat innoxium aliis, & ob hoc securum, salutarem potentiam eius latis, &c* quomodo fere Pal. quart. est in pr. ac sec. *Cum liceat innoxium. Aliis ob hoc securum salutare potentiam eius latis, &c.* & ita etiam tert. nisi quod vna periodo isthæc omnia includat. sed enim Naz. *Cum liceat innoxium aliis ob hoc securam salutare potentia eius latis, &c* quæ scriptura maxime viam sternit ad verum; quod restat in Col. *Cum liceat innoxium aliis, ob hoc securum, salutare potentia sus latis omnibus, tractare:* sic enim omnino restituendum, aut potius, immissa copula, *innoxium aliis, & ob hoc securum, &c.* monuit dudum Iacobus Bongarsius notis suis ad libr. Iustini 21. ita nimirum corrigente diligentissimo ac solertissimo Nicolao Fabro, cum is etiam in mss. inuenisset, *salutare potentia eius* errorem enim inde natum, quod in antiqq. codd. diphthongus scriberetur literis separatis *ae*.

Vbi nihil a rege tutum est Securitas, &c] ita editio Romana; vt coniicio ex collectaneis Prouerbiorum. atque sic etiam est in meis. Erasmi, *tutum est Sed securitas*, quomodo & mei in contextu omnes, nisi quod concorditer destituantur dictione *est*, habeatque Pal. pr. *Se:* sec. *Sed:* forte *Scilicet securitas.*

Securitate paciscenda est] Pal. pr. vbi ista citat inter Prouerbia, tradit alias legi, *pascenda.*

Nec in ascensum arduos colles emunire] sic etiam Pal. sec. tert. Naz. at enim pr. *nec in asc. arduos colles enumerare*. quartus, *arduos calles emunire*. Col. *arduo collo si munira.* nihil mutauerim a vulgato. Modius tamen Nouantiq. lect. Epist. 21. putabat commodius scriptum iri ex libro prisco Dominicanorum Wirzeburgensium; *nec in ascensum arduo colle munire* præcipuum enim, inquit, munimentum arcium in edito extructarum difficilis ad eas & vndique præceps, atque angustus aditus; eoque pertinet illud; *nec latera montium abscindere*. alioquin enim si vulgatam lectionem sequimur, bis quodammodo idem dicet.

Nec latera montium abscindere] membranæ meæ sex; *abscidere*.

Et vota non sub custode nuncupantibus?) in solennibus votis, non modo de scripto præisse aliquem, verum etiam adhibitos appositosque *custodes & obseruatores* vota nuncupantibus, qui attenderent, docere lib 28. cap. 2. Plinium monet lib. 1. de Formulis Brissonius, eoque sensu *custodis* nomen hic in Seneca accipiendum asseuerat. non damnauerim præfracte: sed tamen longe aliud quid velle auctorem nostrum, prodo lib. 9. Opinion. cap. 12.

Omne quod illi contingit, sibi quoq; euenire deputet) lectionem illam commodiorem putabat Erasmus, coniecturæ tamen suæ indulgens, quam quomodo restituerat R. Agricola, *Omne illi quod contingit, sibi quoq; euenire debeat*. antiquitus cusi custodiunt; *Omne illo cui contingit, sibi quoq; venire debeat.* Erasmi diuinatio quidem ingeniosa, sed nescio an & vera. certe Pal. pr. sec. Naz. *Omne illo cui contingit sibi quoq; venire debeat*. tert. *sine illo cui contingit sibi quoq; venire debeat*. quart. *Omnem illo cui contigit, sibi quoq; venire debeat*. Col. *Omne ille cum hoc contingit sibi quoq; venire deberet*. ego his me non expedio. hoc ausim dicere scripturam Senecæ genuinam nondum nos habere; quæ item proxime sequentibus verbis, meo quidem iudicio, abest. Amicus quidam meus vitium tantum putabat in voce prima, legebatque, *Vnum hoc assiduo, &c.* pro eo quod habemus, *In hoc assid.* verum & sic tamen membranæ meæ omnes.

Rectorem suum intuetur] sic legi voluit Pinc. neque aliter Naz. & alii mei quinque. Erasmus *intuemur*.

Intueremur venerantes colentesque) ita per minorem legendum cum superioribus putabat coniectura ductus Pincianus; cuius libri vt & Erasmi, & mei, per maiorem; *Intueamur venerantes colentesque*.

Vt optimus simul habeatur) ita Pal. pr. sec. tert. Colon. at quart. *vt optamus simul habeatur.* Naz. *vt optimus simul habeare*, quod fere perplacet.

CAPVT XX.

Duabus de causis) Pall. quatuor ac Naz. *A duabus causis.* Col. *In duabus causis.*

Prius de parte disseram) Colon. ac Naz. *Prius de ea parte disseram*, quod placet. alii mei quatuor, *Prius de ipsa parte dixeram* aut *disseram*, quomodo & editio Erasmi.

Vt appareat non minus rem agi periclitantis quam iudicis. Hoc ad iustitiam, &c.] ita quidem diuinauit Erasmus: de quo sic ipse fere loquitur: Est in olim cusis; *vt appareat, vt non minorem magis rem periclitantis quam iudicis sciat. Hoc autem ad iustitiam.* Rud. Agricola coniicit; *vt non minorem agi rem periclitantis, &c* Mihi videor germanam scripturam deprehendisse, si vnam vocem expungamus; *vt appareat non minus agi rem periclitantis quam iudicis.* aut si non placet tolli verbum, *sciat*; vt mutandum erit in *quod*: *vt appareat quod non minorem*. quanquam non satis arridet vox *minorem*. suspicor fuisse scriptum, *non minus rem agi eius periclitantis*. ex *minus rem agi eius*, mutarunt, *minorem magis rem*. sic Roterodamus ille: acute quidem; sed enim Pall. etiam pr. sec. quart. *vt appareat, vt non minorem magis rem periclitantis quam iudicis sciat. Hoc enim ad iustitiam.* tert. *vt appareat, vt non minorem magis rei periclitantis quam iudicis sciat. Hoc enim.* Col. *& appareat, vt non minorem magis rem periclitantis quam iudicis sciat. Hoc enim.* Naz. *& vt appareat non minore magis rem periclitantis quam iudicis sciat. Hoc enim, &c.* emendatio mihi vna est sub ictu calami, sed non eam nunc expromo. interim legendum apparet, *Hoc enim ad iustitiam*, immissa particula, quæ exulat editione Romana.

In alienis exorabilior iniuriis) Pal. pr. ac tert. *exhortabilior*. Col. abest vox *iniuriis*. Naz. ordinat, *in alienis iniuriis exorabilior.*

Qui de alieno liberalis est) Pal. tert. ac Colon. non agnoscunt præpositionem *de*.

CAPVT XXI.

Qui accipit iniuriam) Palat. pr. tert. Naz. *accepit*, quod non displicet. Pal. quart. *recepit*.

Quam vt tali solatio egeat) dele vocem *tali*, quæ nusquam est in vllo meorum Pal. quoque pr. ac tert. *quam solatio egeat*.

Seruauit quidem nemo) Naz. ac Col. *Seruabit quidem nemo*, prisca forte scribendi ratione.

Quos scit aliquando suo fastigio obstitisse) ita editio Erasmi, nescio an ex ingenio, an vero ex libris. nam olim cusi & Pal. sec. *quos scit aliquando sibi fastidio obtinuisse*; ad quæ commentatur Pincianus: locus, inquit, vitiatissimus. veteres codices *fastigium* legunt, non *fastidio*. vt putem hunc locum restituendum sic, *quos scit aliquando par sibi fastigium obtinuisse*; aut sic; *quos scit aliquando simile fastigium obtinuisse*. hactenus ille. præfert meus Naz. *quos scit aliquando sibi fastigio optinuisse*. Col. *quos scit aliquando sibi fastigia obtinuisse*. Pal. pr. tert. quart. *quos scit aliquando sibi fastigio obtinuisse*.

Alienam de capite suo sententiam expectauit) ita Mureti editio, contra exemplaria calamo exarata & cusos codd. nam editio Erasmi, *alienam de capite suo regiamq; sententiam exp.* neque aliter Pal. sec. at vero pr. tert. *alienam de capite regiamq; sententiam expect.* sine voce *suo*, & sic etiam quart. nisi quod is *expectans*. Colon. *alienam de capite regia sententiam expectauit*, quod quis probare posset, cum & sic ca-

sic castigandum dixerit ex membranis vnis scholarum Salmanticentium. sed nimis multi eam destituunt scripturam libri. nam & antiquissimus Naz. *abenam de capite regio, sententiam exp.* suspicari quis posset *de capite rogato*, i. cum sic se in vno manuscripto inuenisse testetur Modius Epist. 21.

In seruatoris sui gloriam viuet.) ita conseruat & Erasmi editio, & Pal. sec. at reliqui quinque, & vous Modii, *viuit*. quomodo restituendum.

Plurq; nomini eius conferret.) legamus iisdem suadentibus *conferet*. nam & sic præterea Pal. sec.

In triumpho cito transisset.] bene ita Erasmus. Pall. tamen quatuor *in triumphum cito transisse*. Naz. ac Col. *in triumpho cito transisse*.

Quod dignum esset victore.] ita scribi voluit ex veteri suorum lectione Pincianus; & sic quoque Pal. sec. ac Naz. meo animo bene. Erasmi editio *victoria*. Pall. tres ac Col. *victoria*.

Quid ab animalibus paruis] a meis sex abest præpositio *ab*.

Qui vt ore ciuitatis seruati puniteq; erunt.] dictio *erunt* non extat in Palat. quart. sed eius vicem; *ex quo*. habetque idem, vt & alii quatuor, *qui more ciuitatis*; solum retinet illud, *in ore*, Naz. meus.

CAPVT XXII.

Aut vt eum quem punit emendet.] hoc membrum ac sequens, conspicitur etiam in editione Erasmi, aliisque eam insequentibus; frustra itaque est Modius Epist. 21. nouant. lect qui vtrumqua ex membranis reduxisse videri vult.

Aut vt pœna eius ceteros] Col. non agnoscit voculam *vt*. abest etiā Pal. pr. ac tert. est in Naz. *at pœna eius ceteros*.

Aut vt sublatis malis) ita legi iussit ex mss. suis Pincianus. neque aliter meorum tres. Erasmi editio, item Palat. quart. ac Col. carent dictione *vt*. Pal. pr. *aut si sublatis*.

Ipse facilius emendabit, Pal. tert. *emendabit*. Col. *emendare*. Naz. *Ipse facilius emendabit*.

Magis corrigit paritas, ita recte Colon. at Pall. quatuor, *corripit*. Naa *magis corriget paritas*.

Quam turba damnatorum leuat) ita etiam Col. at vero Pal. pr. sec. quart. Naz. *damnationū*. Pal tert. *damnantium*.

Et vitia eius facilius compescit si patiens eorum est) ita Mureti editio, ex eo, arbitror, quod traderet Pincianus codicum suorum maiorem partem habere, *& vitia eius facilius reprimit*, cum abesset vox *facilius* Erasmianis libris, hoc modo, *& vitia eius compescit, si*; quomodo etiam ostendit Pal. sec. at alii tres confirmant exemplaria Pinciani. verum neutram lectionem auctoris veram, arguunt casci illi mei Naz. ac Col. in quibus comparet tantum, *& vitia eius, si patiens eorum est*. quæ scriptura ferri queat, modo *constituere vitia* interpretari liceat redigere in ordinem & coercere.

Tanquam inuitus; & cum magno) copulam immitti voluit fuisse mss. suorum Pincianus, neque aliter mei; quare probo, si modo scribamus sublata distinctione, *tanquam inuitus & cum magno*. altera enim illa interpunctio eneruat sensum. Erasmi editio publicarat, *sed tanquam inuitus cum magno*, &c.

CAPVT XXIII.

Intra quinquennium culeo insuti.) vtitur hoc loco Senecæ Torrentius Comment. ad Suetonii Claudium cap. 34. in Naz. legitur *infra quinq.* 10 Pal. tert. *inter quinq.*

Itaq; parricida cum lege ceperunt.] Naz. *cum a lege ceperunt*. Col. *Itaq; parr a lege cap.*

Pessimo loco pietas fuit.) scribo vna voce amplius auctoritate chirographorum meorum sex; *Pessimo vero loco*, &c.

In ea consensus sit innocentia) Col. *confessus*. Pal. pr. *confessus fit*. tert. *confexus fit*.

Mihi credo, ostendere.) Naz. *mihi credere ostendere*.

CAPVT XXIV.

In Senatu dicta est aliquando sententia) ita editio Romana. probare quis posset, si fas vnicuique verba alterius distorquere ac interpolare. editio enim Erasmi; *Indicta est aliquando a Senatu sententia*; qua forma etiam citat P. Faber lib. 1 cap. 10. Semestr. neque aliter Pal. pr. sec. tert. at vero quart. *Inducta est aliquando a Senatu sententia*. Naz. hæc adhuc connectit capiti præcedenti, refertque: *ostendere ciuitati quanto plures mali indicta est aliquando senatu sententia*. Col. quoque; *ciuitati ostendere. Quanto pluribus malis indicta est aliquando senatus sententia*. equidem Naz. suadere videtur vt fere legamus; *Dicta est aliquando senatu sententia*. Col. vero; *indictum est aliquādo Senatus sententia*. quod mihi non ita displiceret, si auxilio venirent coniecturæ meæ codices. quanquam non infitear, olim vulgatam retineri posse.

Vt seruos a liberis cultus distingueret.) an idem liberis cultus qui seruis, docebit te Faber ille d. cap. 10.

Ita clementiam voluntaria innocentia impetu suo) sic Pall. tres. nam quartus hic lineas duas transilit. at enim Naz. *Ita clementia voluntaria. innocentia imp* Col. autem; *Ita clementia voluntaria innocētiam imp* vterq; perperam.

Indignā tam tristi animo) malim vt est in Pal. sec. quart. Col. Naz. *indignumq; tam mitis*. Pal. pr. ac tert. repræsentāt, *dignumq; tam miti animo*.

Clementia vocatur, si ad occidendum amicum, carnifex inter homines eligitur) manauit hæc lectio a coniectura Erasmi. cum enim prius publicaretur; *Clementia innocatur, ad occidendum amicum carnifex, &c.* notat ad id: Nihil est, inquit, quod Rud. Agricola diuinat hoc loco. non dubium est quin legendum sit; *clementia vocatur, si ad occid. &c.* inde quidam codd. habebant *inuocatur*, in. *si*, obscurato sota & mox *f* submota, *r* adiuncta præcedenti dictioni. notat enim Principum crudelitatem, qui amicos obiiciūt bestiis, iuxta illud Maronis *Si pereo manibus hominum periisse iuuabit*. hactenus Erasmus; cuius diuinationem vt non reiicio, ita moneo videri posse errare quod putet taxari Principum crudelitatem, cum auctor de vno agat Alexādro, imo vero cum ipsum alloquatur. Est in Pall. quatuor; *Clementia inuocatur ad occidendum amicum carnifex, &c.* at Col. *clementia vocatur ad occidendum amicum, carnifex inter homines*; absque voce *eligitur*. quæ tamen in prisco Naa. qui; *clementiam vocatur ad occidendum amicum carnifex, &c.* Pincianus scribendum putat; *Leo etiam inuocatur ad occidendum amicum, &c.* veteres enim, inquit, codd. *inuocatur*. sed nihil hac scriptura frigidius.

Tunc ille durus animi morbus) ita mss. Pinciani. nec non Naz. ac Pall. tres. nisi quod omnes habeant *illi*. at quart. *illi durus animi morbus*. Erasmi *diri animi morbus*. Col. *Tunc ille durus animi morbus*.

Nam talem virū a tergo sequitur) ita Erasmus & Col. ac Pal. sec. alii tres, *Naturale virū a tergo seq.* vti & est in Naz.

Euersio, odia, venena, gladii: ita Muretus ex vno manuscr. Pinciani, quomodo & meus Col. edino Erasmi, *euersio. Odio veneno gladiis*. Pal. pr ac quart. *euersio. Odiosus venena gladii*. sec. *euersio. Odiosus vena gladii*. tert. *euersio odiosus, venena gladii*. Naz *auersio odia venena gladii*. ex his nihil elicio, nisi potius legendum *auersio*, quam *euersio*.

Tam multis periculis petitur] prodit Pincianus codices suos plerosque habere *patitur*. quid si legas, inquit, *patet*. equidem & Naz. & Pall. tres *patitur*, mutatom tamen illud in *patet* a secunda manu Pal. primo. at Pal. tert. *vt tam multis pericula patitur*. Col. *tam multa pericula patitur*.

Nec publico consequuntur) insolens significatio vocis *consequuntur*; quam tamen non vocarem hic in dubium, cum sic restet in Pall. quart. ac Col. aut certe *consecuntur*, nisi esset in optimo Naa. *nec publico consequerantur*. quid? an scriptum voluit *conquerantur*?

Et sufflatu deuriet) credo ortum a coniectura Mureti. Erasmi quippe editio, *& si afflatu deurit*. quomodo etiam constanter membranacei mei sex. itaq; restituatur in propriam possessionem; donec exurgat lectio melior. si quid mutandum, potius fingendum erat, *& quicquid afflatu deurit*. ¶ *Et Dii ipsis manum intenduntur*) sic Colon. & Pall. omnes, præter tert. in quo *manus concenet*. Naa. *& Dii ipsis manibus intentantur* ego nihil temere mutauerim; cum perspicuus subsit vulgatæ lectioni sensus: nempe eo ascendere impatientiam hominum vt Deorū simulacra tantum nō sugillent, in ora ipsorum ambas tendendo manus; dum nimirū queruntur ac indignātur tali non obuiā iri calamitati. CAPVT XXVI.

Seruiles quoq; manus) manuerit voluit dictiones Pinc. ex mss. suis, cum esset in Erasmi editione, *quoq; seruiles manus*, quomodo etiam remanet in Pall. quatuor ac Naz. at vero Col. *Priuatorum quoq; crudelitatem seruiles manus*.

Suo certe crucis periculo) nempe. vt olim fuere quædam *verbera seruilia* (de quibus dictum supra cap. 14. quibus addatur Val. Maximus lib. 6. cap. 1. vbi de Veturio; quæ atrociora, flagella & habenæ scilicet:) sic & *seruilis pœna crux*, & omnium aliquando pœnarum grauissima est habita: idque significans Horatius, ita cecinit lib. 1. Sat. 3.

Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces tepidumque ligurierit ius,
In cruce suffigat; Labeone insanior inter Sanos dicatur.

& Paulus lib. 5. Sentent. tit. 21. § vlt. *Si serui de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est cruce, afficiuntur.* & Iuuenalis Sat. 6 vbi de imperiosa vxore loquitur,

Pone crucem seruo. meruit quo crimine seruus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit?

& Apuleius lib. 10 Metam. *Nec mirum desperatissimum istum latronem, certum extremæ pœnæ, quæ more maiorum in eum competit, cruciatus istos vt leuiores facile tolerare, &c.* & statim: *Nouerca quidem perpetuum indicitur exilium, seruus vero patibulo suffigitur.* quo fit, vt & crucem *seruilium cruciatuum* nomine a Tacito designari arbiter; & hinc explicem quod idem lib. 18. Annal. (vbi Pseudoscriboniani cuiusdam, conditione fugitiui, nomine Getæ commeminit) *sumptum de eo supplicium* memorat *in seruilem modum*: quodque idem lib. 20. Annal. *Asiaticum Vitellii libertum, licet aureis annulis antea donatum, malam potentiam seruili supplicio expiasse* refert. itemque quod apud Arbitrum: *Ego adhuc seruo, nunquam succubui, nec hoc Dii sinant vt amplexus meos in crucem mittam. Viderint matronæ quæ flagellorum vestigia osculantur. ego etiamsi ancilla sum, nunquam nisi in equestribus sedeo.* Hæc fere P. Faber, apud quem de hoc supplicio eleganter plura lib. 2. cap. 8. Semestr.

Excindere aggressi sunt) ita solum Naz. meus. nam Col. & Pall. quatuor *excidere*; nisi quod quartus *accidere*.

Et impietatem & feritatem) sic & mei sex tradit tamen Pinc. quædam excin pp. sua habuisse *& impunitatem*.

Non disparet nequitia) ita quidem editio Romana, sed Erasmi, sed mss. mei quinque, *Non diu apparet nequitia*. quod omnino reuocandum. nam & *apparet* aliquantum elegantius quam *paret*, vt promo lib. 29. Suspic. cap. 12. habet Naz. *Non diu nequitia apparerat*.

Nec quantum iubetur peccat) nec huius scio lectionis auctore, nisi ipse sit Muretus. haud tamen displicet. Erasmi editio, *nec quantum videtur peccat*, vti & Pall quart. ac Col. solum Naz *nec quantum videtur peccat*. Pinciani liber vnus vocem interserit; *nec quantum videtur tantum peccat*.

Quale eius regnum est?) ita bene, mea sententia. Erasmi editio; cui proxime accedit Pal. sec. ac quart. *quale huius regnum est*. nam pr. ac tert. *Quare? Hic regnum est non aliud, &c.* Naz. autem. *quare ius regnum est, &c.* Colon. *quare ius regni non est aliud, &c.*

Trepida & confusa) coniunctiua particula abest meis omnibus, quorum tamen Pal. pr. tert. quart. *turbida confusa*.

Non conniuia secura manent) multo melius iidem mei, *securi*.

Ex quibus materia criminis ac periculi quæritur) I.C. quis ad hæc notat; Pro cuiusque, inquit, spectatoris studio in gladiatoreio rixæ fuerunt, sponsiones & cædes: Suetonius Titi cap. 8. Domitiani cap. 10. Plinius Panegyr. Traiani; Epictetus 3. Dissertationum; Ouidius 1. de arte. sic ille; quæ licet transcripsent ex lib. 2. cap. 24. Saturnal. Sermonum Lipsii, apparet tamen eum non intellexisse; ita exempla confudit. vt enim norit, non dicit Seneca, spectacula ista parere factiones, exque iis sponsiones nasci, item rixas ac cædes; sed eam esse tyrannorum impotentiam, vt non ferant aliquem in circo vel Amphitheatro alii fauere vel Aurigæ vel Gladiatori; itaque ex re ludicra oriri materiam criminis ac periculi, dissensionem hanc ad grauiora alia trahentibus delatoribus. quod egregie explicat Plinius: *Nemo spectator spectaculum factus, miseras voluptates vnco & ignibus expiauit. Demens ille verique honoris ignarus, qui crimina maiestatis in arena colligebat, & se despici ac contemni, nisi etiam gladiatores eius veneraremur, sibi maledici in illis, suam diuinitatem, suum numen violari interpretabatur; cum se idem, quod Deos; gladiatores, quod se putabat, &c.*

Apparentur licet magna impensa, &c.) locum istum ita restituisse R. Agricolam scribit Erasmus; ita inquam, nisi quod eiecerit vocem vnam editio Romana; ille enim; *Apparentur licet, inquit, magna impensa, &c.* verum cum nec ea vsquam in mss. meis nisi Palat. pr. ac tert. vix est vt recipi debeat. seruat Pal. pr. *Apparet licet inquit magna imp.* sec. *Apparent licet magna imp.*

Et regiis opibus) Pal. quart. *& regnis operibus*.

Quem tamen e ludo in carcerem ire iussit?) sic emendauit Agricola; quomodo tamen nulli codicum. Pal. quippe pr. *quem tantum ludere in carcerem iubent*. sec. *quæ tamen ludere in carcere iubent*. tert. *quæ tantum ludere in carcerem iubent*. quart. *quem tantum ludo in carcerem iubent*. Colon. *quem tamen ludi in carcere iuuent?* quæ verissima Senecæ scriptura, cuius reductio vel sola, facit vt laboris in Senecam mei non omnino pœniteat. ac ne quid de eius sinceritate ambigamus, en aperte etiam vetustus ille Nazarii codex, *quem tamen ludi in carcere iubent*: quæ scriptio omnes has dedit turbas. at nos scimus *iubent* valere *iuuent*. acute autem ludos in carcere fieri dicit, cum, sed nolo merito die lucernam, ingeniosis dico. nam bardis nihil satis clarum.

Ac noxiissimo cuique animali) sic legi voluit, ex vett. suis libris Pincianus, vt a *pius*, inquit, *piissimus*. quod in antiquis legitur monumentis, etsi in Philippicis Cicero reclamet ego quidem etiam inuenio in Pal. pr. ac quart. *noxiissimo*: sed tamen cum reliqui quatuor præ se ferant *noxiosissimo*, sicque etiam fuerit in Erasmi codd. haud dubitanter reuocauerim.

Illa rationis expertia) ita etiam Naz. ille meus ac Col. quare nihil temere mutauerim, etsi Pall. quatt. *inexperta* habeant non *expertia*. venustius id tamen visum Modio Epist. 21. Nou. lect. qui ita etiam inueniat in vnis albis membranis, atque sic loqui Latinissimum quemque. Tacitus Annal. 16 *Quique per longas prouincias legitima inexperti officio legationum, aut priuata vtilitate aduenerant, &c.*

Et tuta est etiam inter feras similitudo) vocem *etiam* immisit Muretus, suasu codd. Pinciani; abest enim editione Erasmi, quæ, vt & mss. omnes, dictionem aliam adiicit ipso fine, hoc modo; *& tuta est inter feras similitudo morum*. quam certe eiicere non debebat Muretus sine auditione causæ. custodit Pal. pr. sec. tert. *& tuta est etiam inter feras similitudo morum*. quart. *& tuta est & inter feras similitudo morum*. sed tamen nulla harum lectionum vera. scribendum enim eum antiquiss. Nazariano; *& tuta est etiam inter feras similitudo. Horum, ne a necessariis quidem sibi rabies temperat*. nam huic alludit Col. *& tuta est inter feras similitudo morum, nec a necessariis quidem tyrannica sibi rabies temperat*.

Apud homines tantum nec a necessariis) sic Mureti editio, cum tamen prodidisset Pincianus mss. suos exhibere, *Apud homines autem nec a necess.* quomodo & Pall. quatuor, nisi quod sec. *Apud hom. autem nec a contrariis quidem rabies temperat se*. Erasmus publicarat, *Apud homines tamen nec a necess.* quorum nullum sanum, si modo prioribus illis meis fides; quibus absunt illa, *Apud homines tamen*.

Quo possit exercitatior a singulorum cædibus, deinde in exitia gentium] ita legendum tradidit ea mss. suis Pincianus, quod & ante monuerat Erasmus. nam cum primitus cusi referrent; *quo possint exercitatiora singulorum deinde cædibus in exitia gentium serpere*; annotauit idem adscripsisse ad ista Agricolam, *quo possit exercitatior a singulorum deinde cædibus, &c.* hactenus, inquit, recte, nisi quod duarum vocum ordo videtur inuertendus, *a singulorum cædibus, deinde in exit. &c.*

Aratrum vetustis vrbibus inducere] sic & Palat. tert. quart. Col. ac Naz. verum Pal. pr. *a patrum vetustis vrb. inducere*. sec. *a patrum vetust. vrb. inducere*. omnino inepte; iureque reprehendit Agricolam Erasmus, quod correxisset, *apertum vetustis vrbibus incendium inducere*, cum prius illud *aratrũ* vetustissimus eius haberet codex. scilicet vt in condenda vrbe *aratrum* adhiberi solet, a cuius curuatura, quam *vrbum* vocant, *vrbs* dicta est, auctore Pomponio l. pupillus 239 ff. de verb. sign. & Plutarcho in Romulo, & ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς quæst. 27. ita etiam exscindenda

deuda & funditus euertenda vrbe adhibitum fuisse bene placuit L. Cælio cap. 5. lib. 26. lect. antiq. nam & Horatius lib. 1. Oda 16. *& altis vrbibus vltima*
Stetere causa cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens. Modestinus l. 21. ff quibus modis vsusfr. amitt. *Si vsusfructus ciuitati legetur, & aratrum in eam inducatur, ciuitas esse desinit, vt passa est Carthago, ideoque quasi morte, desinat habere vsumfructum.* vide plura apud P. Fabrum lib. 1. cap. 8 Semestr.

Et vnum occidi aut alterum) scripserim cum Naz. Col. ac tribus Pall. immissa litera, *& vnum occidi iubero aut alterum.* Pal. tamen sec. *& vnum occidere iubere debere aut alterum.*

Nisi eodem tempore grex miserorum subiectus floruit) Col. ac Pal. sec. *floreret.* scripsi lib. 29. Suspic. cap. 12. scribendum mihi videri, *nisi eodem tempore grex miserorum sub ictu floret.* nunc eo magis persisto in sententia quod appareat in Naz. *subiectu floret.* reliqui tamē quoque, *subiectus.*

In ordinem coactam putat) sic Naz. ac Pal. quartus. alii tres, *in ordine coact.* Col. *vi coactam ordinem putat.*

Et miseri clementia ciuicam) sic Erasmus & optimus Naz. ac enim Colon. *clementiam ciuicam.* alii vero mei aliquot adsuunt verba. Pal. pr. sec. *clementiam ciuicam non potest* tert. *clementiam cunctam non potest.* quart. *clementiam ciuicam non potest.*

Non currus barbarorum sanguine cruenti) Pinciani codi. *cruentatos*, vt & Palat. pr. tert. quart. ceteri tamen tres stant a vulgata lectione, nisi quod Nazar. *barbarum.* quod quis probare possit, tanquam si contractum esset.

Multos autem occidere & indiscretos) ita Pall. quatuor, excepto eo quod sec. præferat, *indiscreto.* at enim Colon. ac Naz. *Multos quidem occidere & indiscretos.* quos sequor vel venerandæ antiquitatis ergo.

AD SENECÆ LIB. II. DE CLEMENTIA.

CAPVT I.

Vt de Clementia scriberem) Secundus hic liber non videtur esse pars operis superioris, sed initium alterius: nec apparet esse perfectum; nisi quod in Seneca docti desiderant ordinem & connexionem. Erasmus.

Et cum diceretur audisse meminis) Pinciani exemplar vetum, item Palat. tert. ac Col. *audisse me meminis.* alii tamen mei quatuor pronomen illud respuunt.

Sed bonitatem tuam cum fortuna &c.) mutuo hoc sumpsit Romana editio a Pinciani coniectura, sic legendum arbitrantis, cum esset in publicatis nec non msſ. *& bonitatem*; quomodo proculdubio restituendum vel suasu membranarum mearum sex.

Burrus præfectus tuus) hunc Burrum Afranium sub Claudio præfectum prætoriis cohortibus: deinde sub Nerone scriptos esse ad Cecinnam Thuscum codicillos mandata ei prætoriarum cohortium cura, sed ope Senecæ dignationem Burro retentā Tacitus scribit lib 13. Annal. videatur de eo P. Faber lib 1. cap. 24. Semestr. sub finem.

Et tibi Principi natus) ita placuit Mureto. Erasmi editio, *notus*, quomodo & citat Duarenus ac Faber, & retinēt Pall. quatt. ac Col. verum Naz. *& tibi principi vtus.*

Vellem nescire literas) ita & Pinciani & mei quoque, neque mutarim sed tamen Nazar. ac Erasmus; *Vellem literas nescirem.* vocis huius meminit Suetonius in vita eius cap. 9 huncque locum adducit Duarenus, probaturus literatū imperitum, pleronque eum dici qui legere ac scribere non didicit, lib. 1. cap. 3. Disput. anniuers.

Romanum imperium incolunt) ita Pinc. codd. & mei sex. Erasmus ediderat, *colunt.*

Quæque se contra viribus aut animis attollunt) pronomē ẽculat Pal pr. *viribus ac animis* habent Pal. tert. & quart. at vero sec. *quæque circa viribus aut armis attollantur.*

In cuius verba reges principesque iurent) ita editio Mureti, sed præter consensum aliorum librorum; Erasmus enim vulgauit, *principesque iuramentum faciant*; neque secus Pal. pr. tert. quatt. nec id tamē sincerum produnt reliqui mei. nam Pal. sec. *iuramenta faciant.* Col. *iuramento constarent.* Naz. vero absque voce altera, *principesque iuramento*, super picta apostrophi nota supra vltimam literam *o*, item supra *m*, quod indicat delendum illud vltimum & pedunculos duos recidendos ab *m*, vt remaneat saltem *r*, fiatque *iurarent.*

O vocem perissa generis humani innocentia: dignam cui redderetur &c.) ita scribendum interpungendumque arbitrabatur sola ingenii ductus coniectura Pincianus, adeoque probauit Mureto, vt pro legitimis Senecæ nobis obtruserit. at editio Erasmi, *O vocem publica generis humani innocentia dignam, cui redderetur &c.* Palat. pr. ac tert. *O vocem publicam generis humani innocentiam dignam, cui redd.* sec. *O vocem generis humani publicam innocentiam, dignam cui redd* quart. Col. Naz. *O vocem publicam generis humani innocentia dignam cui redderetur &c.* scriptura Erasmi tolerabilis mihi videtur. si tamen repetámus dictionem vnam, erunt forte omnia liquidiora; hoc nempe modo; *O vocem publica generis humani innocentia dignam! dignam cui redderetur &c.*

Expulsa aliena cupiditate) restituo suasu meorum msſ. sex, *exp. aliens cupidine.*

Pietatem integritatemque) sic ex vett. Pinciani Muretus, neque aliter iidem mei, nisi quod Pal. sec. *pietatem & integritatem.*

Cum fide ac modestia surgere) Pal. sec. *suggerere.* Naz. ac Col. *resurgere*, quod amplector.

Et vitia diuturno abusa regno) sic Erasmus & Pal. quart. alii quatuor *diurno.* Pal. pr. *& vitia adiurno abusa regno.*

Tandem felici ac puro seculo dare locum) ita quidem Erasmus; & recte mea sententia. mei tamen quinque vocem *Futurum*, quæ inchoat caput secundum, constituunt vltimam primi: excipio Naz. qui nullam exhibet distinctionem. at Pal. sec. *daront locum futuro.*

CAPVT II.

In similitudinem tui formabuntur) ita quædam Pinciani exempp. & Erasmus & Pal. sec. alii tres, *suam formabuntur*, quomodo & alii codices Pinciani. Colon. meus, *in sim. suam form. ab* olim cusi *in sim. sui form.*

A capite bona valetudo inde omnia vegeta sunt atque erecta, aut languore demissa prout animus eorū viget aut marcet, ita editio Erasmi, nisi quod ipsa pro postrema voce habeat *marcescit.* notat tamē, olim cusos prætulisse; *A capite bona valetudo, ea trāsiuit in omnes, vegeta ata sunt atque erecta, aut languore demissa prout animus eorum viuit aut marcescit.* ad quæ adscribit idem Erasmus; Rod. inquit Agricola nihil de hac scriptura mutat, nisi quod pro *vegetata* legit *vegeta*, idque recte. ceterum locus hic obscurus est, adiectione verborum aliquot. primum, hæc verba, *ea transibit*, non erant in vetusto codice. quanquam totum hoc: *A capite bona valetudo in omnes*, satis apparet esse annotationem studiosi cuiuspiam. quin &, *formabuntur* verbum adiectitium videtur. His igitur sublatis, pulcre constabit lectio hūc in modum; *& cuncta in similitudinem tui vegeta sunt atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum viget aut marcet.* Aut si non placet tantum verborum abiicere, hæc erit tolerabilis lectio, cuius occasionem vnus codex dedit; *& cuncta in similitudinem tui formabuntur. A capite bona valetudo inde omnia vegeta sunt atque erecta* & cetera; vt *in omnes* (quod habebat etiam vetustissimus codex) vertas in, *inde omnia.* hactenus Erasmus; ex quibus liquet iniuriam ipsi fieri a I.C. quodam, qui sic commentatur ad locum istum: Erasmus putat hæc verba, *prout animus eorū viget aut marcescit*, superesse, ego contra retinenda cēseo, licet facta hac mutatione; *prout animus hominum viget ac marcescit.* sic ille, nil præter solitum leuis. at Pincianus notat ad vetuste cusam lectionem: prima duo verba, inquit, *a capite* superioribus adiungenda sunt. quæ succedunt, sic scribe ex plerisque antiquis codd. *Bona valitudo in omnes vegeta est atque erecta &c.* reliqua, (nempe, *ea transibit*) superfluūt ex omni scripta lectione, & mox paulo, *viuit*, substitue pro *marcet.* hæc Pincianus. nihil hic possum ego. tantum subiiciam scripturam meorum. Naz. *a capite bona valetudo in omnes vegeta sunt atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum viuit aut marcet.* Colon.

a capite bona valitudo in omnes vegetata sunt membra atque erecta, ac lang &c. Palat. pr. *a capite bona valitudo in omnes vegetata sunt, ac erecta aut langore dimissa. proat animus eorum viuit aut marcessit.* neque aliter sec. quam quod is destituitur vocula *sunt*, habetque *demissa* tert. *Accepit bona valitudo in omnes vegetata est ac erecta, aut langore dimissa, proat an. eorum viuit aut marcessit.* quart. *a capite bona valitudo in omnes, & vegetata sunt ac erecta, an langore dimissa, prout an eorum viuit ac marcessit.*

Et erunt ciues) Nazar. ac Col. abest particula *&*, me admodum volente.

Parcetur vbique manibus) sic editio Mureti, omisso pronomine quod est apud Erasmum & Pall. quatuor, *manibus tuis*. Col. quoque amplius; *Parcetur etiam, vbique manibus tuis* at Naz. *parcentur vbique manibus tuis*.

Diutius me morari hic patere) sic & Erasmi editio & Palat. tert. at pr. & quart. *Diutius ne morari. hic patere.* sec. *Diutius morari hic paterer*. Nax. ac Col. *Diutius memorari hunc patere*.

Non vt blandiar auribus tuis) ita quoque Pal. tert. quart. Col. at alii tres, *non vt blandum aurib. tuis*.

Quid ergo est propter quod bene facta dicitque) ita Erasmus. at monet Pincianus legendum, *Quid ergo est praeter id quod bene &c.* vti habebant exoletae editiones; estque in Pal. sec. tert. quart Col. verum pr. *Quid ergo est Praeter id quod*. neque displicet. Naz. tamen; *Quid ergo est praeter id benefactis &c.*

Esse te capiet) qui me sequetur, eradet interrogatoriam notam, cōtinuabitque haec cum sequentibus, ita quidem vt ne finiat ad ea, *Illud meum considero*, sed porro prioribus adnectat.

Oderint dum metuant) de ea Erasmus Chil. 2. Cent 9. Adag 62.

Terram misceri ignibus) Graecus versiculus extat apud Suetonium habetque: Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. meminit etiam Tullius lib. 3. de Finibus. vide Erasmum Chil. 1. Cent. 3. Adag 80. Torrentium ad cap. 38. Neronis Sueton.

Materia fœcundiori expresserunt) ita legit Pincianus suasu vnius codicis. alii eius, vt & Erasmi, *secundiori*. quibus adstipulatur Palat. pr. Naz. Col. alii tamen mei tres fauent nupere vulgato, *fœcundiori*

Vt raro inuitus & cum magna &c.) haec vsque ad finem capitis, sic scribenda iuxta tenorem mss. exempp. tradidit Pincianus; quae & agnoscit Erasmus, habetque in vetustissimo illo codice nec non in alio Britannico fatetur. sed cum ei non viderentur carere mēdo. nec admodum quadrare sensui, edidit pro illis; *Quid ergo est? Vt raro inuitus, & cum magna cunctatione, cum multis dilationibus. Et ne forte, &c.* atque ita extat in Palat. quart. sed alterum illud tuentur alia exemplaria quinque, & recte. nam ait Seneca, etiamsi raro inuitus ac cunctanter se adduci patiatur ad subscriptionem illam decretoriam, faciendum tamen, sed raro, sed inuite. sed cunctāter. ratio est in promptu; quia tam crudele sit omnibus ignoscere, quam nulli. haud tamen contendam, non aliquid circa haec loca excidisse.

Capvt III.

Et ne forte decipiat) ita etiam Naz. ac Col. verumenimuero Pall. quatt. ac Pinciani omnes non agnoscunt vocem *Et*, me plane nolente nisi dicamus, aliquam multa deesse.

Clementia nomen, & in contrarium aliquando abducas) Erasmi editio, *clementia nomē aliquando, & in contrarium aliquando abducas* legerim ego auctoritate meorū quinque *clementia nomen, aliquando & in contrarium abducas*: a quibus nihil abit Col. quam quod seruet, *clem. nomen & aliquando in contr. abd.*

Plures proponere est tutius) vox prima manauit a coniectura Pinciani, cum ipsius, cum Erasmi, cum denique mei habeant, *Plura prop.* & id reuocabimus, etsi alterum forte magis ad Grammaticorum sapiat regulas.

Illa finitio contradictiones inueniet) ita & Erasmus & Col. nisi quod hic antique, *contradictionis*; quomodo & mei alii omnes. quorum tamen Pal. pr. ac tert. *inuenietur*. alii duo *inuenietur*. Naz. *inueniet*.

Nullam virtutem quicquam minus debito facere) quemquam illud iterum est ab hariolatione Pinciani: eius enim scripti, nec non Erasmi, ac mei quinque; *cuiquam*; quod non video cur non ferri queat, referrique ad personam. Nazar. scribit: *nullam virtutem cuiquam minus debito facere*

Quod merito constitui posset) ita etiam Naz. ac Colon, sed enim Pall. quatuor, *potest*.

Capvt IV.

Non in compendium) sic & mei omnes, excepto Palat. quarto, qui *non compendio*.

Vt Sinis ille & Procrustes) ita emendat ex veteri suo manuscripto Martinus Antonius Delrio notis ad lib. 1. Claudiani in Rufinum. volebat Pincianus legi *Sciron*, etsi inuenisset in vno exempl *Osiris ille & Procrustes*, in altero *Sirus ille & Procustes*; idque ex Plutarcho, inquit, Ouidio & plerisque aliis. verum scripturam eam tenet Delrio, reponique cupit apud auctores vbi huius latronis mentio. *Sinis*. Erasmi editio profert, *vt Basiris ille*; quomodo pene est 10 antiquiss. Naz. nempe, *vt Vsuris ille* Pal. pr. ac tert. *vt Syrus ille & Procluc.* sec. *vt Asyrus ille & Produs*. quart *vt Syrus ille & Produs*. Col. hugiosum vocabulum omisit, habetque tantum, *vt Procrustes &c.*

Nec peccato alicui irascitur) sic Erasmus & Col. meus. nam Pall. quatt. *peccatori*. Naz *peccator*.

Extra definitionem nostram cadit) sic solum Palat. tert. ceteri omnes, *extra finitionem*.

Qua finitio continebat) ita solum Palat. quart. quippe pr *qua finitionem continebat*. sec. *quam finitionem continebat*. tert. *Quia diffinitionem continebat*. Col. *finitionem tenebat*, sine voce, qua Naz. *finitionem continebat*, etiam sine illo pronomine.

In exigendis pœnis intemperantiam animi. Possumus dicere &c.) Naz. *in pœnis exigentis intemperantia animi possumus dicere*. Pal pr. *in pœnis exigendis. Intemperantia possumus dicere* sec. tert. Col. *in pœnis exigendis Intemperantia animi possumus dicere*. quartus, *in pœnis exigendis intemperantiam; possumus dicere &c.*

Cum voluptati sauitia est) ita etiam Pal. pr. tert. quart. at enim sec. *cum voluptate sauitia est*. Naz ac Colon. *cui voluptatis sauitia est*.

Hanc clementia repellit longius a se) ita emendandum putauit Erasmus, cū prior editio repræsentaret; *Hanc clem. repellit longius stare a se*; nec vsquam esset sincera lectio. Pinciani vnum exemplar habet, *Hanc clem repellit longius qua stare a se facit*. mei quinque retinent illud *stare*, quomodo est in obsoletis editt. at Naz. *Hanc clementiam repellit longius stare a se* locus corruptus quem non ego restituo; vt nec sequentem.

Nā cum seueritate illi conuenire certū est) ita quidē editio Romana, sed nescio qua auctoritate. cum enim auorum etiam, *seueritatem illi cōuenire adesse certum est* vnde Erasmus faciebat, *nam seueritatem illi conuenire certum est. Ad rem pertinet &c.* nam, inquit, pro *adesse*, in quibusdam erat, *ad rem*; & in vetustissimo non erat, *certum est*: vt legendum suspicer, *nam cum seueritate illi non conuenit*. sic Erasmus. est in Col *nam seueritas illi non conuenit*. in Naz *nam seueritatem ille conuenit*; vtrobique sine his *certum est* at Pal. pr. ac sec. *nam seueritatem illi conuenire adesse certū est*. tert. *nam seuer. illi conuenire ad rem certum est*. quart. *nam securitatem illi conuenire, adesse certum est*.

Ad rem pertinet) ita volebat, vt dixi, Erasmus, neque aliter est in optimo Naz at Pall. quart. *Pertinet*, sine prioribus illis. Col. *Pertinet ad rem hoc loco quærere*.

Et bonum hominem vocant misericordem) sic & mei quinque. Nazar. tamen, *& bono hominem vocant misericordiam*.

Hoc autem vitium animi est) ita Pall. tres; verum Col. *& hoc vitium animi est* Pal quart. *Hæc autem vitii &c.* Naz *& hac vitium animi est*. forte, at hæc vitium animi est. quamuis manere quoque potest, *& hoc vitium &c.* vt respiciat ad crudelitatem; misericordiamque æque vitium animi dicat, quam illa est. quod verius.

Ne per speciem seueritatis in crudelitatem; neue per speciem clementiæ in misericordiam incidamus) ita hæc restituisse se prodit ex vno codice suo Pincianus, præterquā quod

quod Muretus posuit, *nemo*, vbi ipse *ne*. at vero totũ prius membrum abest Erasmo: harumque omnium verborum loco habet Naz. Col. Pal. pr. quart. *per speciem clementia in misericordiam*, absque voce initiali *ne*, & absque finali, *succedamus*, quæ etiam nusquam sunt in sec. Pal. qui; *propter spem clementia in misericordiam.* sed nec comparent in Pal. tert. qui tamen, *per speciem feueritatis crudelitatem, per speciẽ clemẽtia in misericordiã.* locus hercle valde impurus.

C A P V T V.

Omnes boni prostabunt) mei sex voce amplius, *omnes boni viri prostabunt.*

Ad speciem alienorum malorum succidentis) ita Erasmi editio, cui nulli adstipulantur ex mss. meis. nam Naz. Col. Pal. pr. quart. *ad speciem alienorum succedentis.* sec. *ad spem alienorum malorum succedentis.* tert. *ad speciem alienorum succedens.* ex quibus fere apparet vocem *malorum*, a mala esse manu: quomodo enim alias quinque exularet membranis?

Carcerem effringerent) Pal. pr. tert. quart. *infringerent*. Nazar. *carcere effringerint*. alia tamen lectio in reliquis duobus.

Clementia rationi accedit) ita etiam Col. ac Pal. quart. alii tres & Naz. *accedit*. quod & ferri posset.

Quid hac scit a durius. qua dediscere &c.) ita quidẽ Romana editio & recentissima quæque; sed dubito an nixa patrocinio manuscriptorum. præfert enim publicatus ab Erasmo: *quid in hac scientia, qua dediscere*, monuitque deinde Pincianus, veterem suorum lectionem referre, *quid in hac scientia qua dedisse* est in Palat. pr. *quid in hac scientia qua discere*. sec. *quid scientia qua discere* tert. *Quid nichil sciam qua discere*. quart. *quis dixi hac scientia qua discere*. Colon. *quid in hac sciam quam dedicere*. Nazar. *Quid in hac scientia quo dedicere*.

Mutuo auxilio cludit) Pal. tert. *concludit*. Col. *cludi*.

Et communibus bonis attentior) insulsa lectio. scribatur, *& communis boni attentior*: quomodo palam extat in Col. item in Naz. nam etsi ibidem *& communes bonis*. superscripta est tamen vltimæ literæ apostrophi nota, quod indicat eam delendam, legendumque *boni*. sed & Pal. pr. retinet *communis bonis*, non *communibus*.

Aut tristitia ex alienis malis concepta. qua accidere immerentibus credit) sic Erasmi editio, neque damnauerim. Pal. tamen pr. *aut tristitia ex alienis malis contrata accidere immerentibus credet*; quo pacto quoque habet quart. nisi quod retinet *credit*. at sec. *aut tristitia ex alienis malis. contra q. accidere immerentibus credet.* tert. *aut tristitia ex al. malis contra quem q. accidere immerentibus credet.* Nazar. *aut tristitiam ex alienis malis contea qua accedere immerentibus credet.* & ita etiam Col. præterquam quod is seruet *credit*. sed hoc nauci est. nam illud & in codd. antiquissimis vtrunque denotat & *it* & *et*. ita certe semper fere in Nazario veteri. quæ cum ita sint, legendum videtur; *aut tristitia ex alienis malis contracta, qua accidere immerentibus credit.*

Serena enim eius mens est) Pal. quart. nec non Colon. ac Naz. abest illud *enim* neque hercle hic requiritur.

Nihil aque hominem) scripserim cum mss. sex, *nihilq. aque hom.*

Magnus esse idem si metus & mæror contundit, si mentem abducit & contrahit) ita nulla litera minus etiam Pal. pr. ac sec. item tert. nisi quod custodiat *confundat*; item & quart. excepto quod ipse, *mæror contendit*, *si mentem adducit*, factumque deinde, *abducit*. at Naz. *magnus esse idem a c metus mæror contundit. Mentes ebucit contrahit hoc sapientis ne in suas &c* Col. vero; *magnus esse & idem si metus & mæror contundit mentes abicit, contrahit os sapienti.*

Placidam & inconcussam) mei omnes eiiciunt copulam & nec desideratur

Quod sapiens prouidum est) Col. *quod sapiens & prouidet.* Naz. Palat. pr. tert. *quod sapiens ac prouidet.* sec. *quod sapiens prouidet* quart. *quod sapiens prauidet.*

Vt illa excogitanda) nusquam hoc bene scribitur in meis. Pal. pr. sec. tert. *vt ille excogitando.* quart. *vt illas excogitando* Naz. ac Col. *vt illa excogitando.*

Æqua æstimanda) ita Pinciani libri. mei omnes, *æque æstimanda*. Erasmi editio, *æqua æstimanda.*

Ergo non miseretur, quia est sine miseria. Ceterum omnia &c.) ita editio Romana; longe aliter atque Erasmi, quæ, *Ergo non miseretur, quia & sine miseria animus facit cetera omnia, qua qui miserentur. Volo facere libẽs, qua alius animo faciet.* sic Erasmus, at Pal. pr. *Ergo non miser est* (notatumque ad oram alias legi, *miseretur*) *quia & sine miseria animus non fiet. Cetera &c* sec. tert. *Ergo non miseretur, quia & sine miseria animus non fiet. Cetera &c.* quart. *Ergo non miseretur, quia etiam sine miseria animus non fiet.* Col. ac Naz. *Ergo non miseretur quia & sine miseria animus non fit.* omnino bene, si modo *et* mutetur in *id*, hoc modo, *quia id sine miseria animus non fit.* & sic etiam inuenit in vnis membranis Modius; quibus tamen, meo animo, male aberat vox *animus*, licet id ipse probet, quem videas licet, Epist. 41. Nouant. lect.

Ceterum omnia qua qui miserentur, dolenter facerent, his libens & alacri animo faciet) ita Mureti editio, tantũ in eo diuersa a pridem vulgatis, quod *dolentes* scripserit, vbi illæ *nolentes*: quod vltimum satisfecit Modio scripturam quam publicauit Erasmus, egoque supra posui, vitiosissimam clamat Pincianus; verum cum nihil ei opis in mss. coniecit legendũ, *Ceterum omnia qua si misereretur nolens faceret, libens & alacri animo faciet.* restat in Pal. pr. *Cetera omnia quaq. miserentur volo facere libens, & alius alio faciet.* & sic quoque quart. ac Nazar. præterquam quod scribant, *& alius animo faciet.* at sec. aliter interpungit; *Cetera omnia quaq. miserentur. Volo facere libens & alius animo faciet.* tert. vero; *Cetera quaq. omnia miserentur, volo facere libens & alius animo faciet.* Col. *cetera omnia quaque miserentur, volo facere libens, & alius non faciet.*

C A P V T VI.

Dabit manum naufrago) ita & mei omnes, nisi quod Pal. tertius, *Dabit manũ siue naulum naufrago.* quod examinabũt doctiores. nam Iuuenalis Sat. 14. *mersa rate naufragus assem Dum rogat &c.*

Et fortius laborantibus) ita & Pall. quatuor; bene; *fortius* enim hic nihil quam magis atque amplius; vnde legitur in Col. *& laborantibus nimium.* Naz. *& fortis laborantibus.* at Pincianus, *fortuitis*, loquit, non *fortius* legendam puto, vt sequentia indicant.

Nec animũ ad corruscantis ciuis aut pannosi aridam faciem, & obnixam baculo senectutem) verba isthæc omnia desiderantur in editione Erasmi, primumque reposuit Pincianus, cum in aliquot eius membranis haberetur, *nec animum obstrusit causa verum in pannosam faciem, & in obnoxiam baculo senectutem*: in aliis vero, *nec animum ad corruscantis ciuis aut pannosi aridam faciem, & obnoxiam baculo senectutem.* horum etiã nihil extat apud Palatinos quatuor. sed enim præfert Col. *nec animum obstrusit, aridam aut pannosam aciem, & innixam baculo senectutem reficit.* Nazar. vero; *nec animum obtrusaci ciuis aridam aut pannosam maciem & in noxum baculo senectutem.* latet hic aliquid quod non eruit Pincianus. de quo cogitet, me ingeniosior.

Et ad omnium oscitationem) vera lectio, sed pro qua tamen Pal. primus; *existimationem*. sec. tert. quart. Col. *extimationem*. Naz *estitationem*.

Ipsum quoq. ad deducere) sic & mei quinque solum Col. *deducere.*

Misericordia vitium est animorum, nimis miseria fauentium) ita legendum arbitratus est Erasmus, cum reperisset in vetusto illo suo codice; *Misericordia vitium est animorum nimis miseria pauentiũ* quomodo & ostendit meus Nazarianus. antiquitus vulgati seruant, *Ira vitium est animorum, virtus miseria patientium.* ex quo formabat Agricola, *Ira vitium est animorum, vicina miseria patentium.* Palat. pr. ac tert. *ita vitium est animorum nimis miseria fauentium.* sec. *ita vitium est. amicorum nimis miseria pauentium.* quart. *Ita vitium est animorum nimis miseriam pauentium.* Colon. passus est scalpellum, erasisque prioribus substitutũ; *Ita vitium est animorũ nimis miseria pallentiũ.*

At quare non ignoscat dicam &c.) vox vltima desumpta est a coniectura Pinciani, cum scripti eius libri nec non exoleta editio; *vacuum*. Erasmus publicauit, *ignoscet vacuum?* equidem locus iterum fractus. nam Naz. *Ad quare*

non ignoscet vacuam constituamus. Nunc quoque quid sit veniam & sciemus dare illam &c. Col. vero *at quare nō ignoscat vacuam constituamus. Nunc quoque quid sit venia constituamus, ut sciamus* Pal. pr. ac quart. *At quare non ignoscet vacuam constituamus. Nunc quoque quid sit venia.* & sic etiam habet tert. nisi quod ipse custodiat *ignosceret.* at sec. *At quare non ignoscet? vacuam constituamus veniam, & sciemus dare illam &c.*

Venia est pœna merita remissio) sic protulit ex mss. suis Pincianus, neque aliter Erasmus, item Naz. aut Col. verum Pall. quatuor *pœna debita.*

Reddunt rationem dicetis) Stephanus lib. 2. ca. 7. Proodop. dubitat an ita scripserit auctor. ita tamen restat in Pall. tribus prioribus, in Nazar. ac Col. quartus solum, *reddunt rationem dicemus.*

Capvt VII.

Ego ut breuiter tanquam in alieno iudicio dicam) carpit hic exscriptores Stephanus quod ab his nouum orsi caput, cum manifestum sit esse hic alterum illorum quæ per antithesin opponuntur; perinde ac si dictum esset; *rationem reddunt dicetis: at ego, ut breuiter tanquam in alieno &c.* sic ille, qui & obseruandum ait *alienum iudicium* vocare Senecam, quod suæ sectæ, Stoicæ videlicet, iudices nō habeat, sed alicuius ex aliis.

Et ignoscitur qui puniri debuit) Naz. Pal. pr. tert. quart. *& ignoscitur* sec. sine illo, *Ignoscitur quod puniri debuit.* Col. *& ignoscatur et qui puniri debuit.*

Sed illud quod ex venia consequi vis, honestiore tibi via tribuit) ita Naz. nisi quod exhibeat, *illum:* item *honestior & tibi.* at Pal. pr. tert. quart. *sed illud quod ex venia consequi tuiturum est, & tibi vitam tribuit.* sec. *sed illi qui ex venia consequitur tuiturum est, & huic vitam tribuit.* Col. *sed illud quod ex venia consequitur ius, honestiorem tibi viam tribuit.*

Aliquem inuidia criminis manifesto laborantem) ita Erasmi editio & Col. meus: at Pall. quatuor; *aliquem inuidia crimine laborantem*, eiecta voce *manifesto*. Pinciani vnum exemplar; *aliquem e inuidia crimine manifeste laborantem.* Naz *aliquem inuidia criminis manifesto laborantem.*

In bellum acciti sunt) mei quinque *acciti sunt.* Palat. quart. *acuti sunt.*

Clementia liberum arbitrium habet) & hoc nomine, Cicero pro Roscio Com. Iudicium ab Arbitrio differre ita scribit: *Iudicium est certa pecunia; Arbitrium, incerta. Ad iudicium hoc modo venimus, ut aut totam litem obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil, neque tantum quantum postulauimus, consequamur. Eius rei ipsa verba formula testimonio sunt. Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex; Si paret HS ↀↀↀ dari oportere, hic nisi plenum facit HS ↀↀↀ ad libellam sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? mite, moderatum. Quantum æquius & melius, id dari* vide plura supra lib. 3. cap. 3. de Beneſ. item apud Fr. Hotomannum Instit. lib 4. de action. § Actionum autem quædam bonæ. item Brissonium lib. 5. de Formul.

Non sub formula iudicat) *formulas* Latini auctores pro *actionibus* accipiunt, quas ne populus prout vellet instituerer, certas solennesque esse Romani prudentes voluerunt. l. 2. § his legibus ff. de orig. iur & multis Tullius oratione laudata. hinc *sub formula iudicare* dicebantur iudices qui formulæ cancellis adstringebantur. Quintilianus lib. 3. cap. 11. *Priuata quoque iudicia sæpe vnum iudicem habere multis & diuersis formulis solent.* ita *atrocitatem formularum* apud eundem auctorem accipe lib. 7. cap. 1. & *formulam fiduciæ* apud Ciceronem lib 7. Epist. ad Trebatium &c. Brissonius lib 6 de verb sign.

Et quanti vult æstimare litem) tradidit Pincianus chirographos libros habere, *taxare litem*, quod cum & vno ore in meis restet sex, nullam video causam cur non alterū illud *æstimare* eiiciatur foras. taxari vel æstimari lis dicitur, cum quanti res est quæ in iudicium venit, a iudice æstimatur l. 9 ff. quod certo loco l. 15. §. in hoc ff. quod vi aut clam l 29 ff. de neg gest nec ciuilibus duntaxat in causis, sed in capitis iudiciis lis victis æstimari dicebatur, ut Cicero pro Cluentio, & Liuius multis locis & Asconius in Verrinis ostendit. Brissonius lib. 10. de verb. sign.

Tanquam nullo minus feceris) Naz. *minus.*

Ignoscere autem est) idem Naz. *Cognoscere*; quemadmodum etiam Col. ac Pal. quart.

Quæ iudicas punienda, nō punire) ita Erasmus: cui scripturæ proxime accedit Naz. qui; *quem iud. puniendum non punire.* notandum tamen tribus tantū literis perscriptū illud *iudicas* transuersamque et super impositam lineam; quod magnas aliis ex scriptoribus dedisse turbas inde coniicio quod extet in Pal. pr. tert. *quem vides puniendum non punire* sec. quart. *quemquam iudicio puniendum non punire.* Col. *quemadmodum iudex puniendum debeat. Venia &c.*

Sed illis quoque quas aliqua) ita etiam Col & Pal. sec aliis vero tribus abest dictio *sed.* habetque Naz. *illi quoque &c.*

Quibus regantur applicant) ita etiam Pal. quart. tert. pr. at sec. *quibus tegantur.* Naz. *quibus dirigantur.* Col. *quibus erigantur.*

Secundum hac videbit perfectus sapiens quod ingenium qua ratione) Pinciani libris loco horum omnium tantum adest: *Videbit quod ingenium qua ratione*; neque amplius exhibet Naz. Pal. pr. quart. solumque vulgata extat lectio in Pal. sec. nam tert. *Videbit quoque ingenium qua ratione.* Col. *Videbunt quo ingenio qua ratione.*

Quomodo in rectum praua flectantur) sumpsit ex scriptis Pinciani; sicut etiā est in omnibus meis sex, nisi quod Col. *quomodo in flectam praua flectantur.* edidit Erasmus; *donec in rectum praua flect.* quia contra omnia exemplaria, male.

AD SENECÆ LIBRVM DE VITA BEATA.

Capvt I.

Viuere Gallio frater omnes beate volunt) ita Erasmus & Col. at vero Palat. sec. *Viuere Gallio semper omnes beate volunt.* tert. *Si vere Gallio frater viuere omnes se beate volunt.* quart. & Ortelianus, *Viuere Gallio frater omnes quidem beate volunt.* quod non displicet

Sed ad peruidendum quid sit) ita quoque Col. ac Palat. quart. alii duo *sed ad prouidendum.* Ortel. *prauidendum.*

Quo ad illam citatius fertur) scribe fide iubentibus mss. meis quioque *concitatius fertur*; neque aliter est in Erasmi editione.

Si via lapsus est) ita Mureti editio per minorem. nam Erasmus, *Si via &c.* quomodo & Col. & Pal. sec. nam tert. *sic via lapsus est.* quart. *sic vir lapsus est.* Ort. *Sicut via lapsus.* & forte rescribendū litera minuta, *sicut via lapsus: qua &c.*

Qua vbi in contrarium ducit) ita Muretus ex veit Pinciani, quomodo & Pal. tert. & Ortel. Erasmi editis aberat aduerbium, *vbi*: quod nec in Col meo. at vero Pal. sec. *qua ibi in contemptum ducit.* quart. *quam in contrarium ducit.*

Quid sit quod petamus) sic quidem Mureti editio. at rescribendum suasu Pall. trium Ort. & Erasmianæ editionis, *appetamus* Col. *appetemus.*

Quantum quotidie profligetur) ita in suis fuisse significauit Pincianus, & sic quoque in Col Pal. sec. & quart. tertius tamen *quantum quotidie proficiamus*, quomodo habet & Palat. tert. & Ort. nisi quod & alterum ad oram eius. malim & ego prius. videantur Mureti notæ.

Conteritur vita) sic etiam Pal quart. Ort at Col. & sec. *contereretur.* tert. forte *contentur*, forte inquam; nam extat talis scriptura, *conretur.* ¶ *Tritissima quæque via & celeberrima*) ita & editio Erasmi & mei quatuor, quomodo & quidā se legere gloriatur, cum expressisset prius *celerrima*, tanquam si ab omni æuo ita publicatum fuisset. ita solent Sarag. Ort. pro *tritissima*, habet, *certissima*: ad marginem vero, *tutissima.* ¶ *Non qua eundū est sed qua itur*) ita editio Mureti at Erasmi *non quo eundum est, sed quo itur*, quēadmodum restat in membranis meis quinque.

Quorumque exempla multa sunt) est coniectaneum Pinciani. nam cum edidisset Erasmus, *quodque exempla pro bonis multa sunt*, infit alter ille bina eius exemplaria seruare, *quodque exempla bone multa sunt*: reliqua vero, per defectum illorum duorum verborum, *pro bonis*, habere, *quodque exempla multa sunt*: itaque arbitrari congeudum, *quorum*

exempla

exempla multa sunt. at Col. Pal. sec. & Ort. *quodq; exempla bonis multa sunt*, neque aliter tert. nisi quod ei absit enclitica dictio q. quartus præfert; *quodq; exempla boni, nulla bonis multa sunt*. an forte fuit literis transpositis, *quodq; exempla nobis multa sunt*.

Supra alios eminentem) mei omnes *super alios euentum*.

Nemo sibi tantum errat) scripserim cum Col Palat. sec. tert. Ort. *tantummodo errat*. nam & quart. *nemo sibi tantummodo errat*.

Sed alii erroris causa & auctor est) Erasmi editio *alieni*. reposuerim immissa copula, *sed alieni erroris & causa & auctor est*. ita enim diserte meorum quatuor. nam quart. Pal *sed alieni erroris & causa auctor est*.

Itaq; idem euenit) sic etiam Erasmus; at nihilo deterius quod exhibent mei quinque; *Itaq; id euenit*.

Eos factos pratores) iidem mei, *eos factos esse pratores*.

Hic exitus est omnis iudicii) Pal. tert. *communis*, non *omnis*; quod tamen in reliquis quart.

In quo lis secundum plures datur) ita quidem & Erasmi editio. veruntamen dictiuncula *lis* nusquam comparet in meis; Pall. q. tres, *in quo secundum plures datur* Colon. autem, *in quo secundum plures sententia datur*. Ortel. *quod secundum plures datur*.

Capvt II.

Mihi illud discessionum more) ita, & bene forsan. Rod. Agricola, cum esset in vulgatis olim, nec nõ esset in Pall. tribus ac Ort. *dissensionum*. in Col. vero *distentionem*. indicat enim, inquit Erasmus, consultandi genus, quo pedibus ibatur in sententiam, & in hoc numerabantur suffragia, non expendebantur. atque hoc verum est. nam solennibus & lege præscriptis verbis discessiones imperatas, & in contrarias partes vocatos eos qui sententiis dissidebãt, iussosque in hanc & illam partem discedere, Plinius tradit Epist. 14. lib. 8. confirmatque pluribus Barnabas Brissonius lib 2. de Formulis. At vero legem esse curiæ, vt maioris numeri antistet auctoritas scribit Symmachus lib. 4. Epist. 27. inde illud Plinii lib. 2. Epist. 12. *numerari scilicet sententias, non ponderari, nec aliud in consilio publico fieri posse, in quo nihil est tam inæquale quam æqualitas ipsa. nam cum sit impar prudentia, par tamen omnium ius est*. id eleganti versu Prudentius libro 2. contra Symmachum in fine expressit:

Si consulta patrum consistere conscriptorum
Non aliter licitum prisco sub tempore, quam si
Trecentum sensisse sones legerentur in vnum:
Seruemus leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, paruaq; in parte silescat.

atque inde fluxit elegans illud vetus verbum apud Festum *Numera Senatum*, quod obiiciebat quiuis Senator cõsuli, cum impedimẽto esse volebat, quo minus fieret S. C. numerusque legitimus aberat. hocque tangit apud Ciceronẽ Cælius lib 8. Epist. Fam. *Renuntiatum erat nobis Hirtium diutius dicturum, præcidimus eum: non modo non fecit, sed cũ de hostibus ageretur, & posset rem impedire, si vt numeraretur postularet, tacuit*. & ita Dionysius Halic. lib. 11. diuersis dictis sententiis L. Cornelium ab Appio Decemuiro postulasse scribit, Ἀριθμῆσαι τὰς γνώμας. hinc Plinius in Panegyr. *Consulti omnes atq; dinumerati sumus, vicitq; sententia non prima sed melior*. & huc forte pertinet quod Cicero Epist. 5. lib. 5. ad Atticum ait; *Hactenus ne quid ad Senatum, consule aut numera*. Sed id non tantum in Senatu locum obtinuit, verum etiam in aliis ordinibus. P. Decius apud Liuium milites alloquens: *Vbi sententiam meam, ait, vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dexteram partem transibitis. qua pars maior erit, eius stabitur consilio*. quæ autem maior pars sit in sententiis ferendis tractat Quintilianus Declam. 365. hæc fere ad istum locum Iuretus notis ad lib. 2. Epist. 36. Symmachi. Brissonius d. libro 2. tangit & Stephanus lib. 2 cap. 11. Prood.

Hac pars maior esse videtur) discessione facta, dinumeratisque sententiis, credibile est Consulem eam sententiam in quã plures pedibus ierant, istis pronuntiasse verbis quæ vsurpat hic auctor. sic Brissonius lib. 2. de Formulis. elegã-tia multa ad hanc vocem habes apud Erasmum, 1. Chil. Cent. 6. Adag. 28.

Cum rebus humanis agitur) sic Muretus & Palat. tert. ac quart. alii duo & Erasmi editio; *humanis geritur*.

Quaramus quid optime factum sit) ita etiam Palat. sec. quart. Ort. at reliqui duo, *optimum factum sit*; quod amplector. nam ita certe loquebantur antiquitus. sed & fuisse in vno codice Pinciani, ipse tradit, & ibique posse putat, *quid optimum facta sit*.

In possessione felicitatis) scripserim *in possessionem* cum Col. Pal. quart. & Ort.

Tam chlamydatos quam coronatos vocat) ita Mureti editio; at Erasmi *tam chlamyd. quam coronatos voco*, quomodo & mss. mei quinque, nisi quod scribant *clamedatos*. Pal. etiam tert. *clamitatos*. Lipsius lib. 1. Elector. cap 13 emendare se ait, *tam candidatos quam coloratos voco*. diserte enim, inquit, Senecæ allusio ad hunc vestium colorem, vel ipsu teste qui subiunxit, *Non enim colorem vestium aspicio*. *Coloratos* vocat pullatos hoc est de plebe homines, vt alibi *Voluptatem pallidam* describit, *Virtutem puluerulentam & coloratam*, id est fuscam. vulgatam lectionem nunquam erit vt explicent omnes Quindecemviri fatalium librorum. Auctor huic emendationi meæ. Senecæ locus alter hoc eod. lib cap. 25. *malo quid mihi animus sit ostendere prætextatus & candidatus, quam nudis scapulis*. at vulgo etiam hic ad oram notarunt *chlamydatus*; credo quasi emendantes. quod ait *prætextatus*, vide ne scribendum *pexatus*. hactenus Lipsius; cui assensi lib. 13. ca. 7. Susp. quod ad *coloratos* quidem attinet, sed non quatenus vult *candidatos* loco *chlamydatorum*. rationes videantur ibidem. & quidem illud *coloratos* hic aperte extat in editione Veneta quæ annorum centum.

Hic si vnquam cessare) sic quoque Palat. sec. Col. Ort. at alii duo *nunquam*.

Quicquid dixi cum recogito in multa video) satis negligenter aut infideliter editio Romana, quæ a[n]tiquam multa omisit verba. aliæ quippe editiones ante illa habent: *Quicquid feci adhuc infectum esse mallem. Quicquid dixi cum recog. &c.* neq; aliter restat in membranis meis quinque. itaque id omnino reuocandum. membrum tamen secũdum dubiæ mihi habitum semper sanitatis: nec enim videbam quid hic sibi vellet illud *in multis video*. itaque posui lib. 16. Susp. cap. 9. legendum videri, *Quicquid dixi cum recogito mutis inuideo*. quam correctiunculã ne nunc quidem dimitto, etsi extet vulgatum istud in Pal. sec. tert. atque Ort. interpuogatque Col. *cum regito. In multis video quicquam leptam &c.* nam proxime accedit ad scripturam quam ego finxi Pal. quart. in quo aperte, *cum recogito multis inuideo*. sed & paris locutionis exemplum habeo Epist. 123. *Ille in se stringet, ille obligat, mordet cæcos*.

Quanto melius fuit quam quod concupiui) ita & Pal. tert. nisi quod ei abest pronomen, *quod*: vti & accidit quart. qui tamen, vt & editio Erasmi & reliqui mei tres, *quanto lenius fuit*. alterum illud hausit ex Pinciani libris Muretus.

Cum malis inimicitiam gessi) & hoc est a Pinciani codicibus, a quibus nihil abeunt mei quinque, neque postulabat auctoris sententia. Erasmi tamen editio, *amicitias*.

Et aliqua dote notabilem) & istud est a Pinciani membranis quibus adhæret Palatinus tert. ac Coloniensis, fere etiam quartus, qui *aliqua dota*. sec. tamen & Ortel. *& aliquam dotem notabilem*, vti est in editis ab Erasmo, qui ad marginem apponunt; *& aliquando rem notabilem*. sed nihil hercle mutandum.

Vides in illos) meis omnibus abest pronomen, *in*.

Capvt III.

Non in speciem bonum) ita Pinc. membranæ. nec non Coloniensis, ac Palatinus quart. Erasmi editio & Ortel. *specie* Pal. sec. ac tert. *spem*.

Sed solidum & æquabile) ita quidem Muretus. at Erasmi, & mei, *& æquale*. Pinc. libri, *sed in solidum & æquale*.

Nec longe positum est, inuenietur) ita & Erasmus & quinque mei. Stephanus tamen Epist 35. quærit ad ista: Quid? inquit. an non & quod longe positum est, tandem inuenitur? hoc certe nemo negauerit. & vicissim id quod non longe positum est, cito inueniri. quamobrem scribo, *positum est, cito inuenietur*. videtur autem pro hac emendatione facere & quod sequitur, *scire tantum opus est quo manum porrigas*. hactenus Stephanus. ego quomodo vulgatum defendi posset dixi supra Epistola 78. vbi similis locus.

Offensantes in ipsa qua desideramus) Palat. sec ac quart. item Col. non agnoscunt præpositionem *in*, habentque eius loco Col. ac Pal. tert. *Offensantes ea ipsa qua desider.* alterutrum præposuerim scripturæ vulgo publicatæ.

Est & mihi censendi ius) id est dicendæ sententiæ. vt enim Senatores Consulis excitati vocibus ad sententiam dicendam surrexerant, eam his fere concipiebant verbis. *De ea re ita censeo*: vel breuius, *Ita censeo*; imo etiam *Censeo*. exempla multa promit Brissonius libro 2. de Formul.

Aliquem iubebo sententiam diuidere) de eo dictũ quod satis esset Epistola 21. vbi erat: *Cum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat, iubeo illum diuidere sententiam, & sequor.*

Et dicam, Hoc amplius censeo) dixi lib. 26. Suspicion. cap. 9 legendum videri, *sed dicam*: nunc non nimis contendo. nam & est prius in Palat. sec. tert. Ort. Colon. habetque solum quart *sed dicam Hoc amplius &c.* porro est I.C quidam qui hæc in Iuridicis, ad *sententiæ* accommodat *ampliationem*. quasi velit auctor, ego amplius deliberandum censeo; vt est apud Terentium Phormione act. 2. sc. 3. & Martianũ Capellam; quos citat. supino sane errore, cuiusque etiam pudeat septuennem puerum. nam vt sciat, qui non omnino assentiebatur sententiis iam ante dictis, sed aliquid præterea addendum censebat, dicere solebat, HOC AMPLIVS CENSEO. præter Senecæ hunc locum, aduocat & sequentium auctorum Brissonius lib. 2. de Formulis. Cicero Philip. 13. circa finem: *Quæ cum ita sint, de mandatis literisq. M Lepidi V. C Seruilio assentior, & hoc amplius censeo.* Idem Epistola ad Brutum: *Cum de iis qui hostes iudicati sunt bello persequendis, sententiæ dicerentur, dixit Seruilius etiam de Ventidio, & vt Cassius persequeretur Dolabellam. Cui cum essem assensus, decreui hoc amplius, vt tu, si arbitrarere vtile fore, æque Republ esse, persequerere Dolabellam bello.* Dionysius Halicarn lib. 13. μετὰ τοῦτον ἀναστὰς ἕτερος, οὕτω, Ἐμοὶ δ', ὦ βουλή, δοκεῖ καὶ τοῦτο ἐπιπροσθεῖναι τῇ γνώμῃ. si nec his acquiescit: impingatur illi similis ipsius auctoris nostri locus ex lib. 3. cap. 15. Natur. quæst. *Quædam ex istis sunt quibus assentiri possum, sed hoc amplius censeo.* ibi certe non ampliat sententiam suam, sed e vestigio exprimit. puderet immorari tam perspicuis, nisi interesset iuuentuti ostendere non omne esse aurum quod splendet.

Rerum naturæ assentior) suspectus hic locus Stephano lib. 1. cap. 5. Prodop. ita tamen est in Colon. at Pall. tres & Ort. *rerum natura assentio.*

Deinde si fortis ac vehemens) est a Pinciano. nam cum publicasset Erasmus, *Deinde sit fortis*, annotauit alter verbum *sit* superuacaneum esse ex mss. lectione, alioqui, inquit, *si* legendum erat, non *sit*. quod arripuit editio Romana, etiam contra membranas meas quinque, in quibus neque *sit*, neque *si*.

Tu pulcherrima & patiens) notat Erasmus codicẽ Rod. Agricolæ amplius habuisse, *patiens anxii*. hoc, inquit, quid sibi velit, nescio, nisi forte pro *anxii* scriptum erat *anxiis*. ita Erasmus, at nec quicquam comparet in meis post vocem *patiens*.

Tamen rerum quæ vitam instituunt) omisit vocem editio Mureti. Erasmi enim, *illarum rerum quæ &c.* at Pall. tres ac Col. *aliarum rerum quæ*, quod probo. libet tamen varietatem subiicere quam habẽt in proxime antegressis. Pall sec. fauet vulgatæ scripturæ. tert. *curiosa non anxie, & ad aliarum rerum contemplationem quæ vitam instituunt.* quart. *curiosa non anxio cum aliarum rerum quæ vitam instr.* vix dubito quin scribi possit, *curiosa non anxia; cum aliarum rerum quæ &c.* ita sane est in Col. nisi quod legitur, *cum* pro quo ego *tum*. estque in Ort. *tum & aliarum rerum contemplationi quæ vitam instr.*

Sine admiratione cuiusquam) & hoc sumtum a Pinciano: nam vt ediderat Erasmus *sine admiratione cuiuscunq.* præferunt, inquit, mei, *cuiusq.* melius *cuiusquam*. equidẽ & ego sic puto, sed non quia ita placuit Pinciano, verum quoniam ita ostentent Col. ac Palat. tert. nam sec. ac quart. Ort. *cuiusq.*

Et in ipsis flagitiis noxia) Pall sec. quart Ort. non habẽt præpositionem *in*. est in tert. *& huiusdem flagitiis noxia*; in Col. *& ipsis flagitiis obnoxia.*

Inconcussum & æquabile) ita & Erasmi editio. mei omnes, *& æquale.*

Tum pax & concordia animi, & magnitudo) ita Mureti editio. at Erasmi, *& pax cum concordia animi, & magn.* quomodo & Ort. & Pal. quartus, excepto quod careat voce *animi*. nam sec *capax & concors est animi magnitudo*. tert. *sine alias tum pax & concordia animi & magnitudo.* Col. *cum pax est. & concordia animi magnitudo.*

CAPVT IV.

Potest aliter &c.) hæc & seqq. vsque ad dictionem *Quemadmodum* absunt Pal. sec. ac quart. habet tamen tert. Colon. Ort.

Idem itaq. erit) sic Romana editio, sed contra omnia exemplaria & cusa & calamo depicta, in quibus, *Idem vtique erit.*

Quod sibi ipse) ita scribi voluit Pincianus ex mss. neq. aliter mei. Erasmi *ipsi*.

Voluptatum contemptio) ita Col. at Palat. sec. ac quart. *contentio*. tert. *contemptus.*

Nos beatam vitam dicere) ita Pinc. & mei quinque, nisi quod Pal tert. *ducere*. Erasmus *nos beatum dicere.*

Cui vnum bonum honestas) omisit vocem Muretus. Erasmi namque editio, *bonum sit honestas* Palat. meus sec. quart. Col. Ort. *bonum sit honestas* tert. *bonum est honestas.* nisi obstarent membranæ, litigiosam illam vocem cum Mureto eiecerim; sed vel sic suspicor, e glossa natam.

Nec detrahens quicquam beatæ vitæ) ita Erasmus, & mei etiam quinque. vnum Pinciani exemplar, *detrahit.*

CAPVT V.

Incertissima domina potentissimaq.) sic quidem editio Mureti, sed tamen valde inepte. ab Erasmo enim vulgatũ *incertissima dominia potentissimaq.* elegãter. *dominia* enim positum pro ipsis *dominantibus*, quemadmodum *coniugium* dicitur pro *coniugibus*, & similia, quorum vbique copia est. sed & sic seruant Pal sec. tert Col. Ort. nam Palat. quart. *incertissima dominis potentissima.*

Expulsisq. terroribus) Pinciani codices quidam, *doloribus* & legendum forte, inquit, *erroribus* est quidem *doloribus* in Pal. quart. sed retinuerim tamen vulgo receptam lectionem, quam repræsentant reliqui mei quatuor, nisi quod Pal. tert. *expressisq. terroribus.*

Comitasq. & diffusio animi) ita quoque Col Ort Palat. quart. sed sec. *comitansq.* tert *communicaq.*

Blandimentis suis leniat) ita Col. at Pal. sec. *liniat.* tert. ac quart *leniat.*

Quibus totas quoq. partes nostri sollicitet) sic Erasmus. at tradit Pinc. esse in suis, *quibus totos partesq. nostri soll.* Pal. sec. *quibus nos totasq. partes nostri soll.* tert. *quibus totos partesq. pars quam nostri soll.* quart. & Ort *quibus totas partesque nostri soll.* Col. *quibus totas partes nostri sollicitet.*

Cui vllum superest hominis vestigium) sic & Pal. tert. at quart. Ort. Colon. *cui nullum superest.* sec. *nisi cui nullum superest.* quod placet. nam excidit vox *nisi*, quod vnica tantum notaretur litera.

CAPVT VI.

Sed animus quoq. inquit) Pal. sec. ac Col. *inquis.*

Hoc mihi videtur miserior) ita Pal. quart. & Ort. alii tres *videbitur*. quod probo.

Mala pro bonis legere dementia est) ita & Palat. tert. ac Col. at enim sec *bonis amplecti dementia est.* quart. *bonis appetere dem.* &c. Ort. *bonis egere &c.*

Nec sine sanitate quisquã beatus est) Col. ac Pal. tert. *Nec sanitate quisquam beatus est.* sec. ac quart. *nec sanitate*

quo

quisquis beatus est &c. Ort. *nec sanitate quoq; beatus est.* omnes absque voce *sine.* equidem videor patrocinari posse ac forte etiam debere, scripturæ Col. ac Pal. tert.

Videns & illis qui summum bonum voluptatem dixerunt) ita se reponere notat quidem Muretus, sed non addit an ex libris an vero ex ingenio. nam certe editio Erasmi; *Vide autem & in illis qui summum bonum vol. dixerint, &c.* nec aliter libri Pinciani, nisi quod vnus, *Videat qui in his summum bonum, voluptatem dixerunt.* at Palat. sec. tert. quart. *Videas & in illis qui summum bonum dixerint,* absque voce *voluptatem.* sic inquam Pall. tres, nisi quod tert. ac quart. *his* non *illis.* Col. tamen, *Videat & in illis qui summum bonum voluptatem dixerunt.* Ort. *vide atq; in illis qui &c.*

A virtute deduct) ita putabat potius legendum Pincianus, cum haberet vetus lectio *deduct.* quomodo & mei omnes, quorum tamen solus Col. ac Pal. tert. *a virtute deduct.* sec. enim *etiam a virtute deduct.* quart. atque Ort. *& a virtute deduct,* quemadmodum vulgauerat Erasmus.

Vt non iucunde, nec iucunde vt non honeste viuat) sic Muretus disposuit. nam cum abesset in publicatis ab Erasmo dictio *viuat,* eiusque loco haberet *quoq;* dixit Pincianus reponendum ex mss. hoc modo, *vt non iucunde viuat, nec iucunde vt non honeste quoq;* quomodo hercle nunc iterum reponẽdum moneo auctoritate chirographorum meorum quatuor. Ort. enim solus, *vt non iucunde viuat, nec iucundus vt non honeste quoq;*

Quomodo ista tam diuersa) vox *tam* adiecta est editioni Romanæ, sed nusquam ea in olim cultis aut adeo membranis. itaque quamuis hic non inepte quadret, ne affingamus tamen auctori alterius quæ sint.

Videlicet quod omne boni ex virtute principium est) Erasmi editio *bonum;* quomodo & restat in Pal. sec. ac Col. nisi quod ii *quia* non *quod.* nam quart. *quia bonum omne ex virt.* habet tamen tertius diserte, *boni,* item *quia,* quomodo legendum putabat ex vno ms. Pincianus. quod & nos sequamur. at Ort. *quia omne bonum ex virtute præcipuum est.*

Quædam iucunda sed non honesta) ita Erasmus: quibus proxime accedunt membranæ Col. vbi est, *sed inhonesta.* nam Pal. sec. ac tert. *sed honesta,* sine negatiuo; quart. atq; Ort. *quædam iucunda & honesta.* dispiciat lector quid sequatur: nam non mihi ille Mercurii digitus. puto tamen *inhonesta* reuocandum.

Sed aspera & per dolores exig.) abest Pall. tribus & Ort. copula *et.* at Col. *sed aspere per dolores &c.*

Capvt VII.

Addite nunc quod voluptas) ita Mureti editio, at vero Erasmi & omnes mss. mei, *Adice nunc;* ita dico, nisi quod vnica scribant litera, vti semper, *Adice.*

Imo ob ipsam voluptatem sunt) ita Pinc. codd. at Pall. sec. abiunt quatuor voces primæ, tantumque restat *sunt.* remanent tamen in quart. ac Colon. nec non Ort. nam tert. *imo ad ipsam volupt.* editio Erasmi præfert, *imo ab ipsa voluptate sunt.*

Excelsum, regale) sic Mureti editio. scripserim cum Erasmo & omnibus meis, *excelsum & regale.*

Fornices & popinæ sunt) nempe meretrices Romanæ sub *fornicibus* prostabant. inde illud Horatii lib. 1. Sat. 2:

Contra alius nullam, nisi olente in fornice stantem.

qua periphrasi meretricem designat. idem eodem loco:

Quidam notus homo cum exiret fornice, macte
Virtute esto, inquit, sententia dia Catonis.
Nam simul ac venas inflauit tetra libido,
Huc iuuenes æquum est descendere, non alienas
Permolere vxores. Arnobius lib. 2 contra gentes:
Stans in lupanaribus prompta, in fornicibus obuncta.

Martialis lib. 1. Epigramm.

At meretrix abigit testes, veloq; seraq;
Raraq; summœnus fornice rima patet.

Petronius in Satyrico: *Tandem imo iam sero intellexi me in fornicem esse deductum. execratus itaq; aniculæ insidias operui caput, & per medium lupanar fugiens, cœpi in aliam partem.* Isidorus lib. 10. Etymolog. *Fornicatrix est, cuius corpus publicum ac vulgare est. hæ sub arcuatis prostituebantur, quæ loca fornices dicuntur, vnde & Fornicaria.* sed & in Lexico Latinogræco B. Germani ita scriptum reperi: *Fornicaria, πόρνη ἀπὸ καμάρας ἐν ᾗ ἵσταται.* Brissonius lib. de Iure connubiorum.

Callosas habentem manus) ita & Ort. at Pal. sec. & Col. *callas habẽt.* item tert. sed is apostrophi notam appositam habet ad postremam *L.* quart. *callosas hab.*

Circa balnea ac sudatoria) de iis iterum Epist. 51: *Quid mihi cum istis calentibus stagnis; quid cum sudatoriis, in quæ siccus vapor corpora exhausturus includitur?* Scilicet habebant balnea tres domos, siue vt eas vocat Plinius in Epist. ad Gallum lib. 2. cellas. quarum superior aeris erat calidi, & *caldarium,* vel vt Græci vocãt, *πυριατήριον,* siue *sudatoriũ,* quod in eo sudorẽ sicco calore pronocabant, & *Laconicum* dicebatur. media, calidæ aquæ, siue tepidæ, *caldarium,* siue *tepidarium,* Græce *βαπτιστήριον* dicta, in qua erat solium siue labrum vbi considentes lauabantur. infima, aquæ frigidæ, *frigidarium* dicta, quę solium item habebat. Galenus lib. 3. de sanit. tuenda addit his quartam cellam, in qua scilicet loti vngerẽtur. quæq; ob id *Vnctoriũ,* a Græcis vero *ἀλειπτήριον* dicebatur. has designat Plinius loco memorato, cũ inquit, *Inde balinei cella frigidaria spatiosa & effusa.* & post: *Mox duæ cellæ, magis elegantes quam sumptuosæ.* & lib. 5. Epist. ad Apolloniũ: *Si pœniteat teporis, frigidaria cella connectitur media, cui Sol benignissime præsto est, caldaria magis; prominet enim.* ad easdem itẽ cellas respexisse videtur Corn. Celsus lib. 1. cap. 4. cũ inquit: *Si in balneum venit sub veste primum paulo in tepidario insudare; ibi vngi: tum transire in caldarium vbi insudauit* (sic enim legendum) *in solium non descendere, sed multa aqua calida per caput se totum perfundere tum tepida deinfrigida, diutiusq; ea caput quam ceteras partes perfundere: deinde id aliquando perfricare; nouissime detergere & vngere.* sed hæc ex ipso fonte, hoc est ex Vitruuii lib. 5. cap. 10. haurienda sunt, in quo & *Laconici* meminit, quo vtebantur ad sudorem ex calore sicco eliciendum, de quo ita Columella in procemio lib. 1. *Quotidianam cruditatem Laconico excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus &c.* Fuluius Vrsinus Appendice ad librum Petri Ciacconii de Triclinio.

Ac loca Ædilem metuentia) nempe ædilitiæ potestatis erat, propinis & ganeis interdicere, ac insontes vendicare, thermarum curam habere, ne quid in his flagitii committeretur vtque pro sua quisque dignitate ludos spectaret prouidere. hæc ad istum locum Brodæus lib. 5. cap. 13. Miscellan. quibus addatur Cuiacius Paratitl. in lib. 3. Cod. tit. 43; de aleæ lusu & aleatoribus; vbi docet & eius rei curam olim fuisse Ædilium. vnde Martialis: *Ædilem rogat vdus aleator.* & alio loco: *Nec timet Ædilem moto spectare fritillo &c.* vide & Langlæum lib 8. cap. 14. Ocii Semestr. ¶ *Pallidam fucatam*) sic quidem Mureti editio, sed cõtra exempp. Erasmi enim, *pallidam ac fucatam,* quomodo & Pinc. codd. nisi quod vnus, *pallidam aut fucatam,* quod omnino retinuerim; vt velit natura pallidam; aut si colore meliori, factum eum fuco. ita etiam restat in Palat. tert. ac Col. nec abeunt alii duo, quam quod ii, *callidã aut fucatam.* ¶ *Et medicamentis pollinctam*) ita fuisse in veteribus suis libris scribit Muretus. mei id nulli habent, sed *pollutam,* vti etiam edidit ex suis Erasmi; & vix est vt præ altero illo relinquam; etsi meminerim istorum quæ apud Val. Maximum lib. 7 cap. 7. *neq; erubescis ei totum patrimonium addicere, cuius pollincto iam corpori marcidam senectutem tuam subtrahisti.* acute enim & stomachose *pollinctũ corpus* senis appellat, morti & rogo vicinum. nam, vt ibidẽ doctiss. Pighius, est *pollincere* Plauto aliisq; vett. cadauera vngere: & *pollinctores,* funerum curatores, vt in Pœnulo: *Quod mihi pollinctor dixerat, qui eum pollinxerat.* id ipsum, vt hic quis tam proprie vsurpare possit, prorsus dubito. videtur tamen probare Stephanus li. 2. ca. 10. Prood. pro me faciunt illa Prudentii Hamartig.

Tædet sacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei, quæ plasmata fuco
Inficiunt, vt pigmentis cutis illita perdat
Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.

sed & ad Eibiam cap. 16: *Non faciem lenociniis ac coloribus polluisti.*

Nec quicquam mutauit optima) ita etiam Palat. tert. quart. Ort. etiam Colon. nisi quod seruet; *nec quicquam*

mutabit optima. Erasmi editio atque Palat. sec. plures habent voces, nimirum, *nec quicquam mutaunt, quia semper secuta est optima*: quæ hercle non ita plane displicent.

Quod venit transitu celerrime) ita Pinciani libri & mei. Erasmi, *quod venit transitu celerrime.*

CAPVT VIII.

Turpes dedecus suum) pronomen abfuit Erasmi editione, addiditque ex suis Pinc. adest quidem & Pal. tert. & Col. at non item reliquis tribus.

In diem data & fugacia) ita Ort. & tres Pall. at Colon. *fugitiua.*

Et armaturæ leues) sic ex Pinciani libris Muretus: neque abit Col. Ort. aut Pal. quart. at sec. Erasmi adhæret editioni, quæ, *& armatura leuis* Pal tert. *& armatura leues.*

Incorruptus vir sit externis) sic etiam Erasmus & Palat. sec at tert. *sit interritus.* quart. atque Ort. *sit externus.* Col. *Incorruptus sit, vir exteritis.*

Mirator & tantum sui, fidens animi) sic editio quidem Mureti at Erasmi, *mirator & sui, tantum fidens animo.* quemadmodum etiam seruat Pal. sec. ac quart. Col. *imitatorque tantum veri, fidens animo.* Palat. tert. & Ort. *mirator & tantum sui. fidens animo.*

Atq; in vtrumq; paratus) abest præpositio *in* Pal. quart. at habet eius loco sec. ad. Ort *atq; in vtraq; paratus.*

Fiducia eius non sine scientia sit, non sine constantia) ita & Erasmus. sed reducam orationis ac sententiæ merum vnionem repetitione vocis. *non sine scientia sit, scientia non sine constantia.* ita diserte Pall. tres & Ort. nam Colon. *Fiducia eius neu scientia sit, non sine constantia.*

Erit vera ratio sensibus insita) ita Erasmus & Pal. sec. at tert. *magnificum erat, alias alturum vera, nam ratio nam sensibus irrita.* quart. & Ort. *magnificum. Erat vera ratio vera sensibus irrita* Colon. *magnificaturum vera. Ratio vbi a sensibus irritata.*

Tendit, sed tamen in totum vndiq; in se redit) ita Pinciani codd. & mei quinque. Erasmi editio tantum habet, *tendit & redit*, resectis reliquis.

Porrexerit) sic Pinciani libri & mei. Erasmi editio *perrexit.*

Et (vt ita dicam) deuinciat summum bonum) horum verborum restitutionem debemus Pinciani scripto codici vno, quorum nec vola nec vestigium in Erasmi editione, neque adeo in vllo Palatinorum; aut Col. illi meo aut adeo Ort.

Non diffidens) sic Pinciani membranæ, Pall. tres, & Ort. at Col. *non dissuadens.* ab Erasmo vulgatus, *non diffidenc.*

Nec in sua persuasione) pronomen *sua* abest Colon. ac Palat. tert.

Et vt ita dicam concinuit) Erasmi editio *concinit*, quomodo & Pall tres & Ort nam Col *continuit.*

Nihil lubrici superest) & hoc est ex Pinciani chirographis, quibus assentiuntur Pal. tert quart. Col. Ort. nam sec. stat ab Erasmo, legitque *nihil subiit.* malo tamen. nam alterum illud, verum arguit quod sequitur, *nihil in quo arietet aut labet arietet* enim refertur ad *praua*, *labet* ad *lubrica*: soletque Seneca libenter eamdem sententiam aliis verbis repetere: vt hic bene prodit Pincianus.

Arietet aut labet) sic & mei cuncti, nisi quod Pal. tert. *aut labat*, *vel labatur* Ort *arietet aut labatur.*

CAPVT IX.

Et inconstantiam ostendit) ita fere Col. Palat. quart. & Ort. at tert. *ostendunt.* sec. *offendit.*

Sed tu quoq; inquit) Pal. sec. ac Colon. *inquis.* tert. atque Ort. *Sed tu quoq; duus.* quart. *Si tu quoq; inquit.*

Non enim hanc præstat, sed & hanc: nec huic laborat) ita fuisse in correctioribus exempp. monuit Pincianus, cũ tantum exhiberet Erasmi editio, *Non enim hanc præstat, sed nec huic laborat.* & vero prior lectio etiam restat in Pal. tert. ac quarto; altera in sec. at Col. *non enim vt hanc præstat ne huic laborat.* Ort. *Non enim hanc præstat, sed habet. nec huic laborat &c.*

Quod segetes processum est) sic etiam Col. at Pal. sec. *pretiosum est.* tert & Ort. *procesum est.* quart *præcesum est.*

Sic voluptas non est) mei quoque, *sic & voluptas.* quod placet.

Quæ cum sinum habitum impleuit) est hoc a Mureto, nã editio Erasmi, *quæ cum sinum impleuit*, quomodo & restat in Palat. sec. tradit Pincianus in vno suorum esse, *quæ cum impleuit*; in altero, *quæ cum suum impleuit.* quod vltimum quoq; in Col ac Pall. reliquis. Ort *quæ cũ sinum suum impl.*

Supra summum. Interrogas, quid petam ex virtute ipsam: ita propemodum Col ac Pal. tert. nempe, *Interrogas quid petam ex virtute ipsa.* Erasmi editio: *Interrogas quid petam extra fortunam ipsam* neque aliter Palat. sec. ac quart. Pinciani membranæ; *supra summum bonum interrogans quid petam extra virtutem ipsam.* lectio prima mihi optima videtur. nã & alioquin Ort *Int. quid peta extra virtutẽ ipsam.*

Nihil enim est melius) sic Mureti editio, at Erasmi, *Nihil enim habet melius*, a qua non abeunt mss. mei quinque. itaque reuocauerim.

Ipsa pretium sui est) nulli meorum adest vox *est* nisi Ort. quare ablegauerim alio.

Infragilis animi rigor) ita & Colon. ac Pal. tert. at enim sec. quart. Ort. *infrangibilis animi rigor.*

Sanitas & libertas) Erasmi editio habet voce amplius, *subtilitas sanitas &c.* scripserim *& subtilitas & sanitas &c.* ita quippe mei quinque.

Concordia & decor) iidem quinque addunt particulam, *& concordia.* neque displicet.

CAPVT X.

Dissimulas inquit] Pal. sec. *inquis.* alii tamen tres stant a vulgato. Ort. vocem secundam nullus habet.

Clare, inquam, ac palam] sic quoque Pal. sec. quart. Ort. alii duo, *inquit*, vti etiam extare in vno exemplari suo notat Pincianus.

Voluptatibus vestris] ita & Erasmus & Col. meus. sed vero Pall tres. *nostris*, non *vestris.* in Orteliano non apparet discrimen, hoc ne an illud scribi voluerit.

Stultissimos quoq;] sic etiam Pal. tert. Ort. Col. alii duo *quoq;* Erasmi editio nec hoc nec illud habet, sed tantum *stultissimos.*

Iam dicacitatem & loquacitatem] tradit Pincianus illa, *& loquacitatem.* abesse mss. eius; absuntque etiam meis omnibus, habetque Col. *& ex minimis ac puerilibus causis exultantem dicacitatem, ac superbiam &c.* quod ego probare possem. non iuuant tamen ceteri codices: nisi quod etiam in Pal tert. quart. Ort. *& ex minimis*, adiecta particula copulatiua. ¶ *Nec quas probauit magni pendit (vtiq; enim admittit)*] verba isthæc omnia absunt cuidam Pinciani libro. at diserte tamen restant in Palat. sec. ac quart. estque apud tert *nec quasi probauit magnipendit, vtiq; enim admittit.* apud Colon. *nec quas si probauit &c.* Ort. *nec quas probauit magni pendit vtiq; enim admittit.*

Cur soli concedis voluptatem] ita Pall. tres & Ort. at Col *concedo.*

CAPVT XI.

Atqui ab hac occupatus] Pal. sec. ac quart. *At ab hac occ.* Ort *Ac ab hac.* restat tamẽ prius illud in duobus reliquis.

Quomodo doloris] Ort *dolores.* non improbo.

A tam molli aduersario victus] vox *tam* abest Pal. tert. ac Col. item quart. in quo *aut molli.* at sec. & Ort. *tam molli adui* sine præpositione *a.*

A tergo ponit quod imperat] mei Pall. tres. *At ergo ponis* Col. *A tergo ponis.* quod malim. nam & alioqui Ort. *Ac ergo ponis.* ¶ *Egregium autem virtutis apud vos officium, voluptates pregustare*] Erasmi editio *præstare*: perperam. nam & mei & alii scripti omnes *prægustare.* est tamen in duobus Pinciani, *Egregium autem habet virtus apud vos officium voluptates prægustare*, quomodo etiam extat in Pal. tert. & Ort. at sec. *Egregium est autem virtutis apud vos off. volupt prægustare.* quart. *Egregium autem virtus apud nos officium volupt. prægustare.* Col. *Egregium habet apud vos virtus officium, voluptates prægustare.*

Aspice Nomentanum] Pal sec. *Mementarium.* tert. & Ort. *Mementanum.* quomodo etiam quart. ac Col. *Nomentani* tamen tanquam nepotis ac prodigi sæpius meminit Horatius, & nominatim lib. 1. Sat. 1. & 8. lib. 2. Sat. 1. 3. & 8.

Bona conquirentes] ita Erasmus, cui proxime accedit Pal. sec. *qui, conquerentec.* nam tert. Ort. Col. *concoquentes.* quart. *concoquens.*

Omnium gentium animalia) ita bene ex suis Pincianus, neque secus mei quatuor. Erasmi editio & Ort. *omn. generum animalia.*

Vide

Vide hos eosdem e lectis suis spectantes popinam suam] sic quidem editus ab Erasmo, sed a quo longe diuertunt meæ membranæ. Pal. sec. *Vnde hos eosdem esuros. expectantes popinam suam.* tert. *Vide hos eosdem e succensuros expectantis popinam suam.* quart. *Vide hos eosdem esa tessaras expectantes pop. &c.* Col. *Vide hos eosdem succensuros expectantes pop. s.* Ort. *Vide hos eosdem esurissimos expectantes popinam.*

Aures vocum sono, spectaculis oculos] nimirum inter cœnandum, acroamata omnis generis adhibebantur. nam aut symphonia personabat triclinium, aut instrumenta organaque varia concinebant, aut tragœdiæ, comœdiæ, mimique agebantur: succendebantur & odores naribus gratissimi. Plaut. in Menæchm: *Sternite lectos, incendite odores.* hinc apud Vergilium Æn. 1. in conuiuio Didonis *--cithara crinitus Iopas Personat aurata.* & Liuius lib. 39: *Tunc psaltriæ sambucistriæq. & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.* Macrobius lib 2. Saturn. cap. 4. de Augusto: *Delectatus inter cœnam erat pueris symphoniacis Toronii Flacci mangonis: atq. eos frumento donauerat, cum in alia acroamata fuisset liberalis nummis.* hinc in marmoreis tricliniis fidicinas & auloedos sculptos videmus. Plautus in Sticho:

Lectos eburatos, auratos, Babylonica peristromata.
Consutaque tapetia, fidicinas, tibicinas, sambucinas.

hæc Petr. Ciacconius lib. de Triclinio.

In quo luxuria parentatur] Pal. tert. *præparatur.* Ort. *qui luxuria præparatur.* Col. *in quo lux. parentur.*

Hos esse in voluptatibus] tres mei, *Hoc esse.* Pal. quart. *Hic esse.* male. natusque error a compendiaria scribendi ratione. Ort. etiam habet, *Hoc esse.* sed idem ponit ad oram, alias legis *Hos enim in volup.*

CAPVT XII.

Quæ perturbant animum] ita solum Pal. tert. alii quatuor, *perturbent,* & melius.

Tam longe tum illos ab omni molestia] ita corrigi voluit ex veteri exemplari Pincianus; alia eius, vt & Erasmi, *tam longinquum illos ab, &c.* equidem istud vltimum etiam est in Pal. sec. at tert. habet, *tam longe tum illos.* quart. *tam longe illos,* sine *tum,* quomodo & Ort. nam Col. *tam longe tamen illos.*

Vt ludum iocumque] Pal. sec. *ludus.* forte *ludos.* sed nihilominus alii quatt. fauent vulgato.

Reptabundus semper atque ebrius] ita scribendum putauit, coniectura ductus Pincianus: vt infra, *quo minus virtutem adorem & ex interuallo ingenti reptabundus sequar.* Erasmus edidit, *ac vagabundus semper, &c.* membranæ meæ quatt. & Pinciani, *raptabundus semper atque ebr. &c.* quod non amplecti religio sit.

Ita non ab Epicuro impulsi] sic Pinciani codd. & Palat. quart. nam Erasmi, *repulsi.* Pal. sec. tert. Col. Ort. *itaque non ab Epicuro impulsi.* quod probarim.

Nec æstimatur voluptas illa] sic Pinciani codd. & mei quatt. at Pal. quart. *hæc æstimatur.* Erasmi editio, *Nec æstimabitur vol.*

Ita enim me hercules sentio] vox *enim* abest Pinciani mss. item Pal. tert. ac Col. habetque quart. *ita me hercules ego sentio.* sec. *ita me hercule enim sentio,* quod & Ortel. nisi quod is, *me herculesi* & placet.

Quam sobria ac sicca sit] ita quidem etiam Erasmus: at mei omnes, *quam sobria.* probo.

Cum honestissima turpi desidia] sic etiam Col. ac Pal. tert. at sec. destituitur dictione, *cum,* estque in quart. *vbi & honestis turpi desid.*

CAPVT XIII.

Mea quidem ista sententia est] ita edidit Erasmus. at ego correxerim, *In ea quidem ipse sententia sum.* quippe Pal. sec. quart. Ort. *In ea quidem ipsa sententia sunt.* tert. & Col. *In ea quidem ipsa sententia sum.*

Inustis hoc nostris popularibus dicam] notat Stephanus lib. 1. cap 1. Prood. ita vocari a Seneca *Stoicos.*

Ad parum & exile reuocatur] ita mss. Pinciani & mei quatt. Erasmus *ad pronum & exile.* Ort. *ad prauum & ex.*

Ille qui desidiosum otium] mei quatt. & Erasmi editio; *Ille quisquis desid.* quart. *Ille quisque desid.*

Et dum ille venit] ita legit ex mss. suis Pincianus, quomodo etiam est in Pal. tert. at Erasmus, Pal. sec. quart. Ort. *ille.* Col. *illius.*

Luxuriatur etiam inoperto capite] sic & Erasmus; cui proxime accedit Colon. *etiam inde aperto capite.* nam Pall. tres, *etiam inde peracto capite.* quod & ad oram Ort. ipse enim, *lux & vita parate tempore.*

Itaque non dico] Pal. tert. quart. Col. *dicunt.*

Infamis est] ita quidem & Erasmo vulgatis, sed Pall. tres Ort. Colon. *infans est.* ¶ *Nec hoc scire quisquam potest, nisi interius admissus fuerit*] ita Erasmus. verum Pal. tert. abest vox *nec,* item vox *fuerit.* alii tres iidem etiam destituuntur. sed & *n. quis,* non *quisquam* seruant. Pal. quoque quartus, *Hic scirg.* equidem nisi reiicienda lectio mss. legenda hæc erunt per interrogationem; *Hoc scire quis potest nisi interius admissus?* & tamen Ort. *hoc scire quis potest, nisi interius admiseris, cum frons ipsa, &c.*

Frons ipsa dat locum fabulæ] Pal. tert. ac Col. *frons eius ipsa dat.* sec. *fratres ipsa dat.* vulgatam tamen defendit Pal. quart. ¶ *Et ad malam spem inuitat*] scribo cum Erasmo & omnibus meis, *irritat.* ¶ *Vir fortis stola indutus*] restituerim iidem meis fide iubentibus, *stolam indutus.*

Virtus salua est] reponendum ex meis quinque, *veritas salua est.* ¶ *Nulli corpus suum impudicitia vacat*] talia item lectio. restituo eleganti ac prisca voce, *Nulli corpus suum patientia vacat:* sic sane nulla litera minus Pall. tres, neque recedit Col. nisi quod addiderit aliquid de suo, nempe: *Nulli corpus suum turpi patientia vacat.* at patientiam per se notare *impudicitiam quamque,* notat Nic. Faber annotationibus ad lib. 10. Contr. 4. qui itidem vocabulum istud hic reuocandum suasu manuscriptorum indicat. Ort. hic duas præmittit voces, hoc modo; *Falsa est si nulli corpus suum patientia vacat.* ¶ *Excitans animum ad ea repellenda, quæ statim eneruant, cum venerint, vitia*] ita Muretus ex vno codice Pinc. nisi quod iste posuit, *venerint,* vbi manuscriptus *venerunt.* Erasmus ediderat; *ad ea repellenda quæ non statim venerint vitia.* quidam codex Pinciani *quæ statura venerunt vitia.* at mei scripti loco omnium verborum istorum quæ initio posui, tantum habent hæc. Pal. quidem sec. ac quart. *excitans animum quæ statim venerunt vitia.* tert. *excitans animum quæ statim eneruant cum venerunt vitia.* Col. *excitans animum quem eneruant vitia.* Ort. *excitans animum quia* (alias, *quæ*) *statim venerunt vitia.* ¶ *Dedit generosa indolis spem*] sic etiam Pal. tert. quart. Ort. at sec. & Col. *speciem.* quod non omnino reiecerim. ¶ *Degenerans a viro, peruenturus ad turpia*] credo huius lectionis patrem Muretum. nam Erasmi editio, *degenerans vir, peruenturus in turpia;* annotatumque ad oram, alias legi; *degenerans vt perueniat. &c.* adiicitque deinde videri argutius, *degenerans vix peruenturus in turpia.* Pincianus ad hunc locum, quid si, inquit, legas *mox,* non *vix.* exemplar Facundi ac Primicerii, *vir peruenturus in turpia;* vt forte scribi possit, *degenerans & peruenturus in turpia.* sic Hispanus ille. mei quinque seruant pertinaciter, *degenerans vir peruenturus in turpia.* ¶ *Intra naturale desiderium sistant*) ita Romana editio. Erasmi, *resistant,* mei quatt. *desistant,* quod probarim. Pal. sec. *vltra naturale desiderium desistant.* ¶ *Quæ in præceps ferant*) ita corrigi voluit ex veterum lectione Pinc. Erasmus enim publicarat *ferantur,* cui scripturæ patrocinatur Pal. tert. & Ort. nam quart. ac Col. *quæ præceps ferantur.* sec. *& quæ præceps ferantur.* neque displicet, nisi si fuit, *quæ vel præceps ferantur.* ¶ *Et quo magis implentur*) Palat. sec. quart. Ort. *& cum magis.* an forte, *& quam magis impl.*

Voluptas nocet nimia) ita scribi voluit per maiorem Pincianus, iussu mss. quomodo fere Pal. tert. alii tamen quatuor adsentiuntur Erasmianæ editioni, habentque, *& voluptas nocet nimia.*

CAPVT XIV.

Et si placet illa iunctura) Pall. tres, *ista vinctura,* nisi quod tert. videatur habere *etiamsi.* Col. *& placet ista vinctura.* Ort. *Et si placet ista vinctura vel vtraq. scilicet ad beatam vitam ire comitatu, &c.* ¶ *Si hoc placet ad beatam vitam ire comitatu*) ita Col. meus. neq; abeunt Pall. tres, nisi quod interseruit vocem; hoc modo, *si hoc placet scilicet ad beatam vitam;* quomodo & repræsentat editio Erasmi, excepto quod illa *comitatum.* at Pincianus nullum istorum verborum putat esse Senecæ, sed studiosi alicuius Senecæ sensum exponentis; cui facile adsentior.

Virtutem quidem excelsissimam omnium) ita quidem editio Romana, at Pinciani membranæ, at meæ omnes, *excellentissimam*, quemadmodum etiam exhibuerat Erasmus. qui tantum male *quidam*, non *quidem*; vt monuit Pincianus.

Nihil magnum animo capientis est) per minutam hæc scribenda ex mss. duobus Pinciani, eius docent castigationes; neque aliter mei tres. per maiorem tamen exarauit editio Erasmi, cui adsentitur Pal. tert. sed omnino male.

Prima virtus sit; hæc ferat signa) ita Erasmus. at Palat. sec. tert. Col. *Prima virtus, ad hoc ferat signa*. quart. *Prima virtus. hoc ferat signum.* interpositum tamen mox ab eadem manu præpositio *ad.* Ortel. *Prima virtus ad. hæc ferat signum.*

Si domini eius) rescribendum ex membranis meis quatuor *sed domini eius.* prius tamen restat in Ort.

Sicut deprehensi in mari Syrtico) reducenda lectio quam publicauit Erasmus; sed & scribendum litera minuscula; *sicut deprehensi mari Syrtico*: sic enim etiam chirographi mei libri quatuor, solumque maior in Ort. vim vocis, *deprehensi*, explano lib. 9. cap. 17. Suspic.

Et amore cæcorei) ita Erasmus. at iidem mei quinque omnes, *cæcaret*.

Ita habentis magna voluptates) sic quoque Erasmus, iussitque Pincianus emendaremus ex veteri suorum lectione, *ita habentes magnas voluptates*. vti quoque habet quadriga membranarum meatum. nec non Ort.

Capiaq. cepere) sic quoque mei quatuor. Pal. tamen sec. *capiaq. cepere.*

Eo ille minor) sic Pal sec. quart. Ort. alii duo, *eo ille minor.*

Ac plerumque ferunt est) sic solum Ort. alii mei quatuor, *ac plurimum.*

Captare feras magno æstimat) Colon. *feras in agro æstimat.*

Et magnos canibus circumdare saltus, ut illarum vestigia) ita etiam Erasmi editio: verum longe alia lectio in meis. Pal. namque pr. *& laceratas canibus circumdare intus ut illa vestigia, &c.* tert. *& laceratas canibus circumdare in tantum vt illarum vestig.* quomodo & Ort. nisi quod immutat, *circumdare saltus in tantum.* quart. *magno æstimat lacertos canibus circumdare intus vt illarum vestig.* Col. *& saltus canibus circumdare. interim vt illarum vestigia.* si quid suspicor, legendum, *magno æstimat, interim vt illarum vestigia premat*. tanquam intermedia illa addita sint a sciolis ad illud hemistichium, *Et laqueo captare feras.*

CAPVT XV.

Quam lætitia & tranquillitas) ita quidem Romana editio, at Erasmi, at membranæ meæ quinque, *quam lætitia tranquillitas.*

Et ne exæquat quidem) ita corrigi voluit ex suis scriptis Pincianus, cum præferret Erasmus, *& ne ex æquo quidem.* quod tamen hercle ego ambabus amplectar manibus præ priore illo. notum enim satis Iurisconsultis, quinam *socii non ex æquo*. & ita alioqui in chirographis meis libris quatuor. nam Ort. *& nec ex eo quidem.* ad oram vero, *quæ ex æquo.*

Quicquid in altero vigoris est hebetat) sic bene ex codd. pestis Pinc. neque aliter Colon. aut Ort. alluceatque etiam Pal. tert. in quo, *vigoris est, hoc vel hebebat vetat.* restat in sec. *vigoris est, hoc vetat* in quart. *vigoris est hac vetat.* ediderat Erasmus, *vigoris est, vetat*; annotaueratque legendum fore, *enervat*. ad sensum non male.

Libertatemq. illam, ita demum si) & hoc bene ex mss. Pincianus, quibus adhæret Pal. tert. quart. Ort. etiam Col. nisi quod ipse, *libertatem illam vti demum* est in sec. *libertatemq. illa, ita demum si.* at Erasmi codd. *libertatemq. illam voluntas ista demum si.*

Iamiam sub iugum mittis) sic recte iterum ex suis Pinc. neque abit Col. Ort. aut Pal. tert. nam sec. ac quart. *inuitam*, vti publicauit Erasmus.

Qua maxima seratus est) ita Pinc. & mei quatt. Pal. sec. *quod max.* vti edidit Erasmus.

Casum pauens) sic & Pal. quart. Ort. Col. vti quoq; scribi voluit ex suis Pincianus, etsi adderet esse libros qui scriberent, *casum timens*. Erasmi præferebant *casum patiens*, (quomodo quoque Pal. sec. ac tert.) notabantque iidem ad marginem alias legi *casuum impatiens*. arridet mihi quod monebat Lectius, *casuum pauens* facile enim litera vna, præcipue similitudinis geminæ, perire solet.

Temporumq. suspensa momentis) ita opinor Muretus, non sane inepte. Erasmi tamen, *temporum suspensa momenta*, monuitque Pincianus verbum *momenta* abesse libro vno. equidem mei quinque vocem eam habent & aliam præterea, hac forma, *temporum suspensa momenta sunt*: ita, inquam, mei quinque; nisi quod Pal. tertius, & Col. ista sequentibus nectat, maiorique incipiat litera. *Temporum, &c.*

Quod autem tam volubile est) ita & Pall. tres. deleuetim tamen libens dictionem *autem*, suasu codicis Coloniensis. restat & ea quidem in Ort. sed passus is est manum interpolatoris.

Nec de fato queri) sic etiam Erasmi editio & Col. at Ort. & Pall. tres, *queritur.* quod improbandum tamen, mea quidem sententia.

Dolorumq. puncticunculas concutitur) ita Mureti editio. Erasmi vero *concitatur*. quod miror cur ferre nequiuerit. ego certe id reduxeram; & addo auctoritatem ex membranis meis quinque.

Illo ergo summum bonum escendit) ita Muretus, nescio an necessario. nam vnus codex Pinciani *ascendit*, quomodo ille malebat, quam sicuti præfert Erasmi editio, alii que eius libri *ascendat*, quod statim sequeretur compar verbum, *detrahatur*, non *detrahatur*. non impugno quæ dicit, sed tamen cum & habeant mei quinque, *ascendat*, eis adhæserim, potius quam vnico exemplari: & si quid mutandum, mutarim illud *detrahatur* in *detrahatur*. certe & sequentia ad eam formam.

Escendere autem illo) ita Muretus, & fauet ei Palat. tert. alii tamen quart. item Erasmi editio, *Ascendere autem.*

Clauus iste frangendus est) sic recte etiam Col. & Ort. at male Pal. sec. ac tert. *diuus*. peius quart. *diuus ista.*

Illa fortiter stabit) ita Pinciani & mei, nisi quod quart. *Ille.* at Erasmi editio, *Illa virtus fortiter st.*

Quisquis autem queritur, & plorat) ita Pinciani & Pal. sec. quart. Ort. neque recedit tert. quam quod omittat copulam *&*, quæ & abest Col. nec illa rātum, sed & sequentia legitque *Quisquis autem conqueritur, plorat, gemit.* Erasmi editio voce auctior. *Quisquis autem cogitur, queritur & plorat, &c.* male. ¶ *Quod aliquid tibi incidit durius)* sic Erasmus. at Pal. sec. ac Colon. *quod est aliquid tibi, aut incidit durius.* tert. *quod est aliud. tamen aliquid quod incidit durius.* quart. *quod est eam aliquid tibi aut incidit durius*. quod vltimum velim examinent doctiores. Ort. *Tam cum aliquid tibi aut incidit durius æquo mutari aut indigne, &c.*

Aut mirari aut indigne ferre) ita scribendum duxit ex scriptis Pinc cum haberet Erasmiana editio, *aut æque mirari, vel indigne ferre* at Pal. sec. quart. Col. *æque mirari aut indigne ferre* tert. *æquo mirari aut indigne ferre.* perpendat & isthæc curiosos lector: nam vulgatum nimis abit a mss.

Quicquid ex vniuersi constitutione) ita vnum Pinciani exemplar: alia eius, vt & Erasmi, *vniuersa*; quod & in meis quart. extat tamen, *vniuersi*, in Pal. tert. quod & probo. ¶ *Magno excipiatur animo)* sic quidem editio Romana, sed nescio qua auctoritate. nam Erasmi & Ort. *magno nisu excipiatur animo.* Pal. sec. ac quart. *magno visu excipiatur animo.* tert. ac Col. *magno visu excipiatur animo.*

Ferre mortalia) Pal tert. *immortalia.* ¶ *In regno nati sumus)* sic & mei quinque; notatque Erasmus ita etiam fuisse in editione Tertusiana; in aliis vero præcessisse ista *In regno libertas non est. In regno nati sumus.* sed, inquit, ea verba sunt annotatoris. sunt sane.

CAPVT XVI.

Quid hoc tibi suadebit?) ita voluit Pincianus contra omnia exempp. & propria, & Erasmi, & mea quoque, cum esset in istis *Quid hæc tibi virtus suadebit?* quod enim dictio *virtus* paulo ante præcessisset, putabat adiectitiam.

Nec malitia contingit) sic iterum Pincianus, sed ex vett. lectione, quam firmant Pall. tres. & Ort. Col. tamen *contingat*. quod fere est vt præferā. Erasmi editio, *contingeret.*

Immobilis

Immobilis contra malum] mei quinque interserunt dictionem, *immobilis & contra malum.* quod non sugillatim, vt valeat idem quod *etiam.*

Nihil contra opinionem] ita & mei quatt. at Pal. quart. *nihil extra vel contra opinionem.*

Imo superfluit] ita Erasmus. at mei omnes, *imo superfluat.*

Quæ ad virtutem tendit] ita & Pal. sec. quart. Col. Ort. at tert. *quæ ad veritatem,* absque voce, *tendit.*

Opus est tamen aliqua fortunæ indulgentia] aduerbium *tamen* exulat meis quatt. Palat. vero quartus eius vicem habet, *opus est, inquam, aliqua.*

Quod alii alligati sunt] ita etiam Pal. tert. Ort. ac margo Colon cuius tamen textus, *quod a me alligati,* vti & repræsentat Pal. sec. ac quart.

CAPVT XVII.

Si quis itaq; ex istis] Pal. tert. *Si quis autem ex istis,* reliqui quatt. patrocinantur vulgato.

Quod solent dixerit] mei omnes, *dixerint.*

Quare superiori verba fabuntur?) mei quatt. adiiciunt voculam; *Quare & superiori.* Pal. autem sec. *Quare ex superiori;* quod vltimum, vt exactius excutiant acutiores velim.

Cur tibi mundior supellex est?) miror cur hoc magis libuerit fingere editioni Romanæ, quam seruare quod erat apud Erasmum, *nitidior supellex est?* & hercle id renocandum. nam & sic Pall. tres nec non Ort. ac Col. neque tam male audire potest, *supellex munda quam nitida.*

Cur autem domus disponuntur? cur arbores præter vmbram nihil datura conseruantur?) Pincianus ait in maiore veterum exemplarium parte desiderari hæc; *Cur autem domus disponitur?* at nonnullis, inquit, deest tantum vox *domus.* iubetque expendamus an legendum sit: *Cur laute domus disponitur?* quidam qui vt musca, ad vlcerosa quæque aduolare fere solet, pronunciat se legere: *Cur ante domum disposita arbores, præter vmbram nihil datura conseruatur?* at mihi nunquam probabit illam scripturam; vtique cum nullis ostatur libris qui cariem norunt. non variant tamen membranæ meæ quatuor, nisi quod vno concentu, *Cur autem disponitur? Cur arbores nihil præter vmbram conseruantur;* ita inquam Pal sec. quart. Colon. neque abit Pal. tert. præterquam quod ille *seruantur.* at Ort. non habet illa, *Cur autem domus disponitur,* tantum infert; *bibitur? Cur arbores nihil præter vmbras datura conseruantur;* nec damnarim.

Quare pædagogium pretiosa veste præcingitur) ita primum, nisi fallor, Cælius Curio; cum edidisset Erasmus *Pædagogus,* annotassetque alias legi *pædagium.* est in Pal. sec. *Quare de pædagogium præcingitur.* tert. *quare de pretiosa veste subcingitur.* quart. *quare de pædagogium pretiosa veste succingitur.* & ita quoque Ort. nisi quod vitiat, *depædagogium.* Col. *quare pædagogus pr. veste succingitur.* male. *pædagogium* enim legendum ex mss. aliis. ita enim *pueros* ipsos vocat: nam & *seruitia* dicimus pro *seruis* certe hos in veste pretiosa iterum inculcat noster lib. de Tranquill. cap. 1. *Præstringit animum apparatus alicuius pædagogii, diligentius quam intra priuatam larem vestita, & auro culta mancipia. & agmē seruorū nitentiū.* Ammianus li. 26. *Tunica auro distincta, vt regius minister, indutus, a calce in pubē in pædagogiani pueri speciē.* nec aliud sensit cum de auro Plinius scripsit lib. 33. c. 3. *Honestius viri. pædagogiis id damus, balineaq. dines puerorū forma cōuertit.* vbi nescit Lipsius an emendandum sit, *conuestit:* quem vide ad lib. 15. Annal. Taciti, qui mihi hæc subministrauit, vti etiam Torrentius Comment. in Suet. Neronem cap. 28. plura de his ego supra Epistola 95.

Sed perite seruitur) ita Muretus, neque abit Palat. tert. at vero alii mei quatuor adhærent editioni Erasmianæ. *fernatur.* Lipsius lib. & cap. 2. Saturnal. Sermon. emendandam putat, *sed perite struitur.* Ciacconius libro de Triclinio vbi hæc Senecæ citat, habet, *sed perite seruatur,* quod mihi non ita displicet, si modo id verbi formatum cupit a *seruo,* approbantque Grammaticorum pueri.

Et est aliquis scindendi obsonii magister) ita Pinciani codd. & mei, nisi quod Pal. quart *scindendis* absimiq; isthæc omnia manuscripto Col. male. nam antiquis illis magna curiositas circa mensam & doctores fuisse qui scindendi obsonii profiterentur docerentque scientiam, demonstratum abunde ad Epistolam 47. quibus addantur quæ habet Lipsius meus d. cap. 2. Saturn. Serm.

Cur plura quam nosti possides? Turpiter aut tam negligens es) Pinciani vnus liber; *Cur plura quam nosti? Aut tam, &c.* præter missis vocibus duabus. Pal. sec. *Cur plura quam nosti? Turpiter autem tam negl.* tert. *Cur plura quam nosti turpiter aut tam negl.* nec aliter Ort. si excipias interrogationis notam. quart. *Cur plura quam turpiter aut tam neglig.* Col. *Cur plura quam nosti cupis? aut tam neglig.* ita mei, ex quibus nihil eiicio sani; nisi hoc, vocem *possides* lune eiciendam.

Quam quorum notitia memoria sufficiat) ita Erasmus. at Pal. sec. Ort. Col. *notitia memoria suff.* tert. *notitiæ memoriæ sufficiant.* quart. *quorum memoria sufficiat,* absque altera illa voce.

Nunc hoc respondebo tibi) ita & Col. & Ort. at Pall. tres, *respondeo* & malim.

Non sum sapiens, & vt maleuoleatiam tuam pascam, nec ero) ita primum restituit ex scriptis suis Pincianus, neque aliter mei omnes, excepto quod Pal. sec. abiit vocul. &, item pronomen *tuam.* Erasmi editio pessime, *non tanquam sapiens, sed solum vt maleuolentiam tuam pascam. Nec ero.*

Non vt optimis par sim) ita etiam Ort. meus, vti eruerat ex vno ms. Pincianus: cuius alii, vt & Erasmi editio & membranæ meæ reliquæ quatuor, *vt non optimis par sim.* sed & hoc sciat lector restare in Pal. tert. ac Col. *Exige itaq.* non vt vulgatur, estq; in reliquis meis tribus, *Exige itaq.* quod fere est vt præ altero illo improbem: quamuis norim æque etiam locum suum obtinere posse.

Non peruenit ad sanitatem; ne peruenient quidem) ita Erasmi editio & Col. meus. at Pal sec. *Non peruenit ad san. ne veniat quidem* tert. *Non peruenit ad sanitatem, ne perueniat quidem* quart. *Non peruenit ad san. nec veniat quidem.* nec aliter Ort. nisi quod ille *venit* pro *veniat.* ¶ *Delinimenta*) Col. *delinamenta* Pal. quart *delıramenta.* ¶ *Et si minus verminatur*) inuentum hoc fuisse in veteri exemp scribit Stephanus lib. 2 cap. 10 Prood & addit, eo libentius admittendum verbum istud, quod eius verbale *verminatio,* in alio huius scriptoris loco extet. ediderat Erasmus, *& si minus fera minatur* antiquius eusi, nec non Pal. sec. *veraminatur.* tert. *nostra minatur.* quart. *& si minus irata.* Col. *& si minus & vera minatur.* Pinciani codd. plures, *minus irata minatur,* vt & Ort qui tamen ad oram, *minus iram minatur.* ¶ *Vestris quidem pedibus comparatus debilis*) ita & Pal. sec. quart. Ort. & probe. at tert *Nostris quidem pedibus comparatione tas debilis.* Col. *Nostris quidem pedibus, &c.* amicus quidam meus suspicabatur fuisse; *Virtutis quidem pedibus;* nisi si per ironiam ista accipiamus.

CAPVT XVIII.

Hæc pro me non loquor) carpit hanc capitis distinctionem Stephanus lib. 2 cap. 7. Prood. quod sermo auctoris hic interrumpatur, parsque vna in capite priore, altera in isto posita sit.

Sed pro illo cui aliquid acti est) ita aliter legi notat Erasmi editio; ipsa enim seruat, *aliquid apti est.* prius seruari in plerisque codicibus scriptis prodit Pincianus; cui tamen castigatius visum quod erat in vno; *cui aliquid actum est,* quomodo & Palat. meus tert. nam sec. *apti.* quart. ac Colon. *acti.* I. C. quidam legere se dicit, *sed pro eo qui in acta est.* est autem, inquit, *acta,* in litore, & vt capite seq. loquitur Seneca. *in portu & ad anchoram;* cui hic opposuit, *in alto esse.* satis argute, nisi aduersaretur tota auctoris oratio. loquitur enim de eo qui delinimenta magis quā remedia podagræ suæ cōponit. quem quis quæso in *portu* nauigare dicat, quodq; magis est, in *acta?* sed nec vllam similitudinem habet correctio ista cum literis prioris scripturæ, aut adeo cum syllabis. quorum diligens habenda ratio correctori sanum habenti cerebrum. Ort. habet illud, *acti,* ad marginem, in contextu vero, *aliquid datum est.*

Hoc per malignissima capita] ita Erasmi editio. at testatus est deinde Pincianus particulam *per* nusquam in veteribus comparere exempp. quæ cum etiam excludatur membranis meis quinque, non temere quis suspicetur, illa abiecta distinguendum; *Hoc, malignissima capita & optimo cuiq; inimicissima, Platoni obiectum est, &c.* vt scilicet dicantur vocandi, vt loquimur, casu; & ita eos appellet auctor qui vsurparent dictum illud, *Aliter loqueris, aliter viuis*, asseueretque sermone eo tangi, non vero homines de plebe, aut adeo Senatores, sed sectæ cuiusque principes dictatoresque.

Quo alios spargitis] ita mei quatuor. Palat. sec. *quo alios conspargitis.*

Reptabundus sequar) ita etiam Col. Ort. Pal. quart. nam sec. *rectabundus*, tert. *raptabundus.*

Nec Rutilius fuit, nec Cato?) ne dobitandum quidem puto quin hic inepte posita sit interrogationis nota. scilicet interrogationi adhibetur, *scilicet*. sic Stephanus lib. 2. cap. 4 Prood.

Cur & aliquis non istis diues nimis videatur] sic Erasmi editio. at mei quinque quasi de compacto; *Cur & aliqui an istis nimis diues videatur*, sic, inquam omnes, nisi quod Pal. quart. & Ort. *aliquis an istis.*

Parum pauper est] ita etiam Palat. sec. ac quart. alii duo, *parum pauperem*. error vnde natus sit, non opus dicere. ita omnibus patet.

O virum acerrimum] deleuerim aduerbium O, tum quod expungendum duxerit, motus membranis suis, Pincianus, tum quod nusquam locum habeat in meis; neque adeo multum faciat ad sensum, imo vero eum turbet.

Is a quod sibi interdixit, &c.) omisit hic Mureti editio aliquam multas voces, nempe, *Hoc pauperiorem quam ceteros Cynicos, quod cum sibi interdixerit habere, &c.* ita enim etiam in quinque meis, præterquam quod Palat. tert. habeat *hic* & *dixit*; item quart. etiam *hic*. Col. vero *pauperior est*. sed & agnoscunt hanc scripturam Pinciani codices, nisi quod illi scribant, *hoc pauperiorem quam ceteri Cynici*. quod certe hic, vel vti Erasmus edidit, reuocandum; ne turpiter admutiletur optimus auctor.

Negas enim sapientem egere) ita quidem Mureti editio, sed nescio cuius rei subnixa fiducia. Erasmus enim vulgat, *Negant satis egere*; atque ita Colon. Ort. Pal. sec. & tert. at quartus, *Negaut satis agere*. ego me hinc non satis expedio. nam quod I. C. quidam legere profiteatur, *Negat satis egere*, addatque, totam hanc orationem reddendam Demetrio non Cynicis, vereor vt id satis commode Senecæ applicet. apertius esset; *Negaut satis egere.*

Vider enim non virtutis, &c.) ita Muretus, cōtra omnes & cusos & chirographos libros; qui, *Vides enim, non virtutis, &c.* Pincianus expendere nos iusserat, an legendum esset, *vix enim non virtut*. sed id non patitur argumentatio Senecæ.

Non virtutis scientiam, sed egestatem professus est) ita quidem Muretus. at I. C. ille, legere se gloriatur, *non paupertatis scientiam sed egestatis professus est*. vellem adiecisset rationes. nam lectio hæc eius tam longe distat a Senecæ mente, quam Nilus ab Eridano. quippe vult, Demetrium hac extrema paupertate non arrogasse sibi scientiam virtutis, tanquam ad cuius exemplum, homines se componerent; non. quid ergo? tantum egestatis professus est scientiam, eamque non inutiliter ab se disci posse, præ se tulit scribatur itaque, *non virtutis scientiam, sed egestatis professus est*. ita namque & editio Erasmi & mei quinque; non vt expressit Muretus, *egestatem.*

CAPVT XIX.

Diodorum Epicureum) mei omnes *Epicurum.*

Quod sibi gulam præsecuit) sic & Pal. tert. Ort. Col. at sec. *prosecuit* quart. *persecuit.*

Testimonium vitæ excedens laudauitq; ætatis in portu & ad anchoram actæ quietem : ita bene Mureti editio. secuta namque omnino fere lectionem codicis vnius Pinciani, in quo, *testimonium vitæ excedens, laudauitq; ætatis in portu ad anchoram vitæ actæ quietem*. ediderat Erasmus, *testimonium præcedentis vitæ, laudabilisq; eius ætatis in portu & ad anchoram vitæ actæ quiete*, cui proxime appropinquat Pal. quart. in quo, *testimonium præcedens vitæ, laudabilisq; eius ætatis in portu & ad hanc horam vitæ actæ quietem.* nec aliter etiam Ort. nisi quod notetur ad oram i *anchoram*. at sec. *testimonium præcedens vitæ laudabitq; eius ætatis in portu & ad hanc horam vitæ actæ quietem*. tertius vero omnium optime; *testimonium vitæ excedens; laudabitque ætatis in portu & ad hancoram actæ quietem*. nam Col. *testimonium vitæ præcedens laudabitq; ætatis in portu & ad anchoram vitæ actæ quietem.*

Et dixit quod vos inuiti audistis quasi vobis quoq; &c.) recte mea sententia. scripti tamen mei & Pinciani non *inuiti* habent sed *inuidi*. at quidam, qui ex turbido stagno aurum se extrahere putat, hæc & præcedentia ita legenda profitetur, *reddidit sibi testimonium præcedentis vitæ Laudabilis eius ætas in portu & ad anchoram vitæ actæ quiete dicis (quod vos inuiti auditis, quod vobis quoq; faciendum sit) Vixi, &c.* sic ille: satis hercle inepte & præter auctoris mentem, quæ in prioribus satis patet. nam vbi se conuertit ad carptores suos, sugillat insaniam eorum, quod vitam vsque extendi cupiant, ideoque inuite sententiam illam Virgilianam auscultarint. habet quidem editio Erasmi, *dicit quod vos inuito audistis, quasi, &c.* sed testatur Pincianus veterem cunctam lectionem præferre, *& dixit* i quomodo etiam diserte in quinque meis; quibus etiam omnibus, *quasi*, non, quod alter ille fabricat, *quod*. sed pudet amplius tricari cum exensos itaq; manum de tabula.

Delictorum vestrorum sit) sic Erasmi editio. Palat. sec. tert. Col. Ort. *delictorum omnium sit*. Palat. quart. *delictorum vestrorum omnium sit*. quod placet. Ort. quidē etiam habet margini appositam vocem *vestrorum*; sed ita vt videatur posita loco *delictorum.*

Vestro detrimento audeatis) Pall. tres & Ort. *audiatis*. Col. *adeatis*. nihil mutauerim. quanquam vltimum istud defendi queat.

Negatis quenquam præstare quæ loquitur, nec ad exemplar orationis suæ viuere) hæc omnia nobis imputauit ex mss suis Pincianus: deerant enim publicatis ab Erasmo exemppll. & vero mei omnes ita fere habent; nempe, *Negatis quenquam præstare quod eloquitur, nec ad exemplar rationis suæ viuere*. quod præ altero probarim, si modo adderetur litera, fieretque, *orationis*, quod ibi est, *rationis.*

Clauos suos ipse adigite) scilicet viui prorsus infelices illi arbori, id est ferali crucis ligno suffigebantur, *clauis*, ad pedes manusque adhibitis, vt hoc supplicio afflicti tortique dolorem inter exitum vitamque detinerent, pendentes brachiis patibulo explicitis, inedia tandem perimerentur, *dilato eo, quod in malis optimum est* (vt ait Seneca Epist. 101.) *supplicii fine*, qui si longius protraheretur, pendentibus etiam suffringere ossa carnifices consueuerant, vt patet ex 19 capite Euangelistæ Iohannis, item Lactantio lib. 4. cap. 26. Diuin. Instit. at clauorum quidem meminit & D. Iohannes cap. 20. vbi de Thoma ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω, &c. quatuor clauos adhibitos vult Plautus Mostellaria:

Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit.
Sed ea lege vt offigantur bis pedes, bis brachia.

Plinius lib. 28. cap. 4. *Item in quartanis fragmentum claui a cruce, inuolutum lana, collo subnectunt.* & vero transfixos pedes manusque seruili illo supplicio, docet præter sacras historias Apuleius lib. 4. *Paulatim Chryseros adrepit, grandiq; clauo manum ducis nostri repente nexu fortissimo ad ostii tabulam affigit, & exitiabili nexu patibulum relinquit.* patibulum, id est ita adfixum quemadmodum in patibulo sontes solent. eadem significatione Plautus dixerat Carbonaria; *Patibulus ferar per vrbem, deinde suffigar cruci.* agnoscit enim Nonius *Patibulum* ibi genere masculino, &c. hæc fere P. Faber lib 2. cap. 8. Semestr. Lipsius lib. 1. c. 18. Electorum.

Hi qui in seipsos animaduertunt) Pal. sec. ac quart. *seipsi animum aduertunt*. tert. atque Ort. *seipsis animum aduertunt*. Col. *seipsos animum aduertunt.*

Et maledici) Palat. sec. *vt maledici*. alii quatt. *aut maledici.*

Crederem illis, nisi quidam ex patibulo) ita quidem Muretus, at tamen amplius Erasmus; *Crederem illis hoc vacare,*

nisi

nisi quidam ex patibulo. Pincianus præterea ex mss. *Crederem illis hoc vacare nisi quod quidam ex patib.* forte nulla harum lectionum sana. nam Col. *Crederem illis hoc negare, nisi quidam ex pat.* & ita quoque Ort. nisi quod habeat *Crederem.* Pal quart. *Crederem illis hoc vagare nisi quidam ex pat.* tert. *Crederem illis hoc vagare, nisi quidem ex patibulo suos quidam expectatores conspuerent.* sec. *Crederem illis hoc vagare quibus ex patibulo.* quæ Muretus ad hunc notat locum, ingeniosa satis sunt; nescio an etiam vera.

Suos spectatores conspuerent.) Pinc. codd. *conspuerunt.* vti est & in Pal. sec. tert. tamen & Col. fauent vulgato. nam quartus, cum primū incepisset scribere *conspue,* id statim deleuit, pinxitque, *conpuerint.* Ort. *conspuerint.*

Capvt XX.

Non præstant Philosophi quæ loquuntur) Stephanus lib. 2. cap. 4. Prood. legendum putat interrogatione adficta, *loquuntur?* meo animo minus bene. nam videntur esse aduersariorum voces iterum inculcantium illud suum, *Aliter loquis Philosophos, aliter viuere;* de quo supra dixit noster.

Nam si & paria dictis) ita legendum putauit Erasmus, licet offendisset in mss. *Nam quidem si & paria dictis,* quod ei videretur abundare *quidem.* at cum extet in membranis etiam meis, ferri posse puto. Pal. tamen tert. ac quart. item Ort. *Nam quidem & si paria dictis.*

Citra effectum laudanda tractatio est) vetus lectio Pincianorum, *laudanda oratio.* & ita quidem quoque in Pal. quart. & Ort. alii tamen tres stant pro vulgato.

Si non escendunt in altum?] ita & Pal. tert. nam sec. *ostendunt.* at reliqui tres, *ascendunt,* quomodo edidit Erasmus.

Arduos aggressus virtutes suspice.] ita Mureti editio: sed Erasmi, *Ardui aggressus ad virtutes suspice.* mei longe aliter distinguunt. nam Pal. sec. *si non ostendunt, in altum ardua aggressi, sed virtutes suscipere.* tert. *si non escendunt in altum ardua aggressi. sed vires suspice.* quart. *in altum ardua adgressi sed virtutes suscipe.* Col. *in altum ardua aggressi, sed vires suspice.* Ort. *in altum adgressi sed vires suscipe.*

Etiamsi decidunt, magna conantur) sic iterum Romana editio, cum habeat Erasmus (Erasmum autem solum cum dico, semper intelligendus etiam Pincianus: nam vbi secundus iste tacet, indicium esse puto consentire membranas eius cum Erasmi) *magna conantes.* at Pal. sec. *etiamsi decidunt. Magna conatu generosa res est resp. &c.* tert. ac quart. *etiamsi decidunt. Magna conantis generosa. &c.* Col. *etiamsi decidunt, magna conantis. Generosa res.* si quid videre volunt exemplaria mss. hæc & superiora omnia ita sere legantur, distinguantur; *Quid mirum, si non escendunt in altum ardua adgressi? Et virtutes suspice, etiamsi decidunt, magna conantes.* verum ne sic quidem ista mihi satisfaciunt. itaque trado lampada aliis. Ort. exhibet, *etiam si decidunt, magna conantis generosa res est.*

Respicientem non ad suas) & hic rursus recedit Romana scriptura ab Erasmi editione. ipsa enim, nec non Pall. tres, atque Ort. *respuere.* extat tamen illud *respuentem* in membranaceo Col.

Conari alta, tentare.) malim interpungeretur, *conari, alta tentare.* vti extat in Col. Pal. sec. Ort.

Quam qua etiam ingenti) ita Palat. tert. quart. Ort. Col. solum abest pronomen *qua,* Pal. sec. quomodo etiam ediderat Erasmus.

Qui sibi hoc proposuit: Ego, &c.) ita Muretus, Pinciani secutus codices, nisi quod ipsi, *hac,* non *hoc.* at mei tamen *hoc,* prætérquam quod Pal. quart. *hic.* male Erasmi editio; *Quis sibi proposuit hoc? Ego.* omnia quippe quæ deinceps toto isto sequuntur capite, sustinenda sunt vsque ad repetitionem illam, quæ est initio cap. 21. *Qui hoc facere proposuit, &c.*

Ego mortem eodem vultu audiam, quo videbo) ita & Col. Ort. Pal. sec. & quart. nam tertius, *eodem vultu quo audiam videbo.* Erasmi editio auctor est; *Ego mortem eodem vultu audiam, quo iubebo & videbo.* quidam liber Pinciani; *Ego mortem eodem vultu videbo, quo audiam:* male. nam & hic ordo verborum inuersus.

Et præsentes & absentes) ita & mei quinque. at vnum exemplar Pinciani *& præsentes & posteros.*

Nec si alicubi iacebunt tristior) ita Erasmi editio; cui adstipulatur Colon. præterquam quod *n, alicubi.* Pinciani codd. *alicubi iacebunt tristior.* Palat. sec. *alicubi iacebunt contristior.* tert. *alicubi iac. tristior.* quart. & Ort. *alicubi iac. tristior.* vix scio an illud *tristior* recipiam, an *tristor* istud, propter scripturam lineæ sequentis.

Nec si circa me fulgebunt animosior) ita quidem alias legi adnotat margo editionis Erasmianæ; ipsa tamen exhibet *fulgebunt animo ducor.* quod postremum diserte in omnibus meis membranis; nisi quod Palat. quart. *animo duco.*

Nisi accipientis æstimatione pendam) ita quidem Romana editio; at Erasmi, at mss. mei quinque, *perpendam,* quod reuocandum.

Quicquid me conscio faciam) Palat. sec. & Ort. *mihi.*

Ego amicis iucundus) ita & mei omnes. amicus tamen quidam mallet, *Ero amicis.* at illud ipsum verbi non inepte etiam subintelligamus, manente scriptura vulgata.

Et præsides Deos supra me circaq; me stare) Pall. tres, Ort. Col. *Deos hos supra.* quis non videt id admittendum tali interpunctione, *& præsides Deos; hos supra me circaq; me stare.*

Quandocunq; aut cum natura) Palat. sec. quart. Col. Ort. *Quandocunq; aut natura.* non prorsus improbo.

Nullius per me libertatem imminutam) Erasmi editio & mei omnes, *diminutam.* quod non video cur mutari debuerit a Mureto eiusve editionis præfectis.

Minime meam) ita Col. & Ort. item Pinciani codd. Erasmi, *a nemine meam.* quomodo & Pal. sec. nam tert. *minime mea.* quart. *inde meam.*

Capvt XXI.

Volet, tentabit.) Pal. quart. *temperabit.* Col. *valet, tentabit.* sed nihil mutandum.

Ne ille.) ita emendandum putauit Pincianus, cum offendisset in priscis editt. *nec ille.* Pal. sec. & Ort. etiam, *nec ille.* tert. *nec illa.* quart. *ne ille.* Col. *ne illa.*

Magnis tamen excidet ausis) ita cupiebat Pincianus ex Phaethontis, inquit, Epitaphio apud Ouidium. & sic certe Ort. nisi quod scribat; *magis tamen excidet.* Erasmi tamen, meique quart. *excidit.* quod non ausim reiicere.

Et auersantur diem splendidum) ita & Palat. quart. nisi quod habeat *aduersantur,* quod & in reliquis tribus, quorum tamen Pal. sec. *& aduersantur omne splendidum.* tert. & Ort. *& aduersantur eundem spl.* Colon. *& aduersantur idem spl.* margo editionis Erasmi prodit alias legi, *& auersantur eundem spl.*

Abduntur in aliquas rimas) sic etiam Col. at Pal. sec. ac quart. *abducuntur in aliquas rimas.* tert. *abduntur in latebris.* Ort. *abducuntur in latebris.*

Placidus viret.) Pal. sec. *placide.* quart. *placidus viuet.* quomodo & superpictum Col.

Ast ista debere contemni) ita Erasmi codices. at Col. *At ista non debere contemnas.* Pal. tert. ac quart. *At ista debere contemni.* sec. vero. *At ista deberent contemni.* Ort. *At ista inquam debere contemni, &c.*

In quo censorium crimen erat) ita legendum bene coniecisse Rud. Agricolam tradit Erasmus, qui ait fuisse prius, *in quo nec sordidum crimen erat,* quosdam vero habuisse, *in quo necessarium crimen erat:* quod postremum restat in Pal. tert. Ort. Col. nam sec. vocem eam omisit, refertque tantum, *in quo crimen erat.* at quart. proxime ad verum, *in quo nec sorsum crimen erat.* vide tamen an non legendum præterea, *censorium crimen erant.*

Pauca argenti lamella) ita vnus liber Pinciani; quem firmant Pal. tert. ac fere sec. qui, *pauca argenti lamella.* nam Col *pauci argenti lamella.* quartus vero & Ort. *pauca argenti lamina,* quomodo & erat in aliquot Pinciani membranis. alterutrum retinebimus; & potius primum, quod & placebat Pinciano. nam & ipse noster iterum lib. de Breuit. vitæ cap. 12. *Illum tu otiosum vocas, qui Corinthia paucorum furore pretiosa, anxia subtilitate concinnat, & maiorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit?* ediderat Erasmus, *pauca argenti armilla,* male. sic tamen nos legere posse scribit I. C. quidam, vel, inquit, *possidere argenteas armillas.* satis inepte. nam quid hic opus voce *possidere?*

bus in §. vltimo Instit. de libert. significans. ea a Plutarcho in Publicola dicitur *πανταλῶς ἀπηλευθερωμένος*. atque ita verbum *iustæ libertatis* accipitur in l. 29. ff. qui & a quibus. L. 1. ff. si quis testam. lib. l. 11. ff. vt in poss. leg. l. 16. in f. ff. ad Trebellian. L. 2. Cod. de fideicommiss. lib. & Instit. de ingenuis. Sic etiã *iuste manumissum* accipe apud Vlpianum in Instituti tit. 3. eum qui vindicta, vel testamento, vel censu manumissus est; *iustum* itẽ *dominiũ* pro legitimo L. pen. ff. de Publicia. l. 57. ff. mandat. At qui inter amicos manumittebantur, *vinculo adhuc quodam*, vt Tacitus ait lib. 13. Annal. *attinebantur seruitutis*. Latini tantum, non etiam ciues Romani fiebant, Vlpiano teste in Institut. imo retrahi poterant in seruitutem. Fragmentum quoddam I. C. veteris a Puteano: *Hi qui domini voluntate in libertate erant, manebant serui: & manumissores audebant in seruitutem denuo eos per vim ducere. Interueniebat Prætor, & non permittebat manumissum seruire.* & addit post: *Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Iuniani.* Scite ergo ob hunc iteratæ seruitutis metum Messenio seruus apud Plautum, qui inter amicos manumissus, subicit;

Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuo vt siem.

hæc Brissonius lib. 9. de verb. signif. P. Faber ad tit. 2. de Orig. iuris. Lipsius ad 13. Annal. Taciti.

Potest etiam pecuniam suam intra limen suum diffundere) ita Pal. tert. at sec. *Potest itaq; pecun. &c.* vti & edidit Erasmus. quart. *Potest itaq; pecuniam etiam intra limen suum diffunde.* Col. *Potest pecunia etiam citra limen suum diffundi.* item serim, *Potest itaq; pecuniam etiam intra limen suum diffundere.* nisi malimus cum Ortel. *Potens est itaq; per &c.*

Et libertatem exercere) Col. interserit pronomẽ, *& libertatem suam exercere.*

Nec vnquam ita defatigata erit) ita quidem Erasmi editio; at Pal. tert. *erat*, alii vero quatuor, *errat*; quod non reuocare religio fuerit.

Inter mala voluter plurima) sic mei tres; at Pal. sec. *volupter.*

Et ad exemplar ingens attollo] Pal. sec. *extollo.* reliqui defendunt vulgatam lectionem.

Quantum propositi exige) ita & mei Pall. duo quart. vero & Ortel. *quantumcumq;* sicuti erat & in Pinciani membranis omnibus. Col. *quantumes prop.* aut *quantumque*: ita puto: nam scribit *quantumq;*.

Contigit, malo displicere; Pal. sec. ac quart. *contingit.*

Et quanti quæq; æstimem) ita Pinc. codex vnus; cui fauet Palat. tert. ac quart. Erasmi editio nec non Pal. sec *& quanti quemq;* Col. *& quanticumq; est.* Ort. *& quanta extimem.*

Nunc quoniam quod apud malos) ita Mureti editio, at Erasmi aut membranæ meæ quatt. non agnoscunt vocem *quoniam*; haberque alias Col. *Nunc quæ apud malos deprehenduntur dici bona non possunt.* Ortel. *Nunc quod apud, &c.*

Et magna commoda adferentes) sic Romana editio, at Erasmi. *& magna cõmoda vitæ conferentes*, vti est & in Pal. sec. cui adhærent reliqui quatuor, nisi quod idem, *vitæ afferentes.*

CAPVT XXV.

Et quid in illis præstem aliud quam vos) Colon. Ort. Pal. tert. ac quart. alio ordine, *& quid præstem in illis aliud quã vos.* sec. *& quid præstem in illud aliud quam vos.*

Pone vbi aurum argentumq;] ita quidem editum Mureto, sed enim aduerbium *vbi* nusquam comparet in vllo meorum, quid, quod & abest Erasmianis.

In sublicium pontem) sic quoque Ort. Pal. tert. ac quart. & recte. sec. *In supplicium.* Col *In salpitium pontem.*

In illorum numero confideo) ita & Erasmus; sed malim cum meis quatuor, *consedero.* nam Ort. *consedeo.*

Splendidam malo quam pontem) ita emendauit Pincianus, nam duæ, inquit, res comparantur, domus *splendida* & pons *sublicius.* recte. & ita margo Ort. Erasmi editio, *quã patentem* Pinc codd. quidam habebant *potẽtem*; mei quatuor *potentem.* Pal. quart. *quam o entem.* de ponte hoc, vbi mendicantes, multa nos acervauimus ex classicis scriptoribus lib. 2. cap. 6. Suspic. ad illud Plauti Trinummo,

Pater cum peregre veniet, in porta est locus;

cupimus enim ibidem substitutum, *in ponte est locus.*

Pone mem in instrumentis splendentibus) pronomen *me* manauit a liberali manu Mureti, vt puto. nec enim est in Erasmianis, aut adeo Pal. tert. nam reliqui mei quatuor, *Pone instrumenta splend.* nisi quod fuit prius in Ort. *astramentis.* Pincianus quondam monuit emendaremus ex membranis eius vnis, *Pone in stramentis splendentibus*; & hercle ita facito lector, nisi si mauis *in stramenta spl.* rationem quare, latius deduco lib. 12. cap. 16. Suspicionum meorum. I. C. quidam diuinat forte reponẽdum, *Pone in strata splendentibus*; quod non admittunt antes meæ. P. Faber lib. 1. cap. 55. Semestr. citat, *Pone in instrumentis splend.* qui videatur locum enim istum interpretatur.

Quod purpura conuiuis meis substernatur) ita Erasmus, at Ort. *quod purpura in meis conuiuiis substern.* Pal. sec. *quod purpura cum vitiis subst.* Pal. quart. *quod purpuram conuiuis substernaretur.* tert. ac Col. *quod purpura conuiuiis meis substernatur*, quod tenere exosculor atque si sponsa esset. ceterum de *purpura* quod ait, intelligit vestem stragulam coloris purpurei; quæ & priscis hominibus in deliciis, vt hauitur est ex Liuio, vbi L. Valerium trib. pl. aduersus Catonem sic inducit loquentem: *Cum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matrem familias tuam purpureum amiculum habere non sines?* plura huius rei petes ab Iano Langlæo Oct Semestr. lib. 1. cap. 5.

Nihilo miserior ero) monet Erasmus Agricolæ codicem habuisse ante verba ista, *Malam magnam meam*, ac inde fecisse, *malo stragulam meam.* at ea Erasmo visa sunt immutilata. & vero absunt etiam Orteliano & Pal. tert. restat tamen in sec. *multas magnas meas.* in quarto, *multa magna meaq;*. Col. *multa magna mea* sed & mei Palat. nec non Ort. pro eo quod publicatur; *Nihilo miserior ero*, concorditer retinent, *Nihilo miserius ero.* Col. vero, *nihilo miserius* obliquo voce *ero.*

Si lassa ceruix mea) ita vetus lectio Pinc. codd. cui accedit Pal. sec. quart. Ort. nam tert. *si lassa contumax mea.* Col. *si laxa ceruix mea.* Erasmus edidit *lapsa*; quomodo & citat P. Faber lib. 1. cap. 11. Semestr.

Super Circense tomentum; ita etiam Colon. meus. male Pall. tres & Ort *tormentum.* nam *tomenti* meminit & Isidorus lib. 19 cap. 27. Orig atque *appellatum, quod aut in filo, aut in tela tomeat, nec subtilitatem habeat.* certe appellatione lanæ non contineri tomentum Vlpianus ait. l. si cui lana §. lanæ ff. de legat. 3. sed de eo non hic agit auctor nam fuit *tomentum.* duplex, aut *Lingonicum* aut *Circense.* Martialis lib. 14. Epigramm. *in tomento Lingonico:*

Oppressa nimium vicina est fascia pluma.
Vellera Lingonicis accipe rasa sagis & in tomẽto Circẽsi
Tomentum concisa palus Circense vocatur; Hæc pro Lingonico stramina pauper emit. In culcitis enim indi & inculcari solitum tomentum, quod stramenti loco esset, ex Varrone lib. 4. de ling. Lat. & Suetonii Tiberio cap. 54. probari potest. vocem istam integritati suæ aliquoties restituit, cum item degenerasset in *tormentum*, P. Faber. d. cap. 11. vnde ego fere isthæc hausi.

Per saturas veteris lintei) ita Erasmi editio. at Col. meus *per saturas.* Pall. autem tres & Ort *per sarturas.* quod omnino probo.

Prætextatus & canasinatus) ita quidem Muretus ex veteri, vt loquitur, codice; at ita nullus etiam meorum, verumtamen vt ipsi imposuerit scriptura huic affinis, *camisatus*; quomodo superpictum Pal. quarto, qui seruat, *& causatus*, neque aliter tert. aut sec. nisi quod vltimus scribat, *prætaxatus & catus*, virgulamq; habeat superpositam literæ secundæ vocis extremæ. Ort. *prætaxatus & causatus.* at Col. exhibet. *& gausapatus.* Pinciani exemplaria alia legunt, *& chlamydatus*, alia *& causeatus*: quod postremum ego fere defenderim, nisi forte malimus *causiatus.* cum enim auctor dixerit *prætextatus*, eo omne velamen corporis satis expressisse videtur; restabat tantum capitis, eique *causiam* inductam ait, pilleum scilicet eius nominis, de quo etiam lemma Martialis lib. 14. Epigrammat. 30. vbi inter Apophoreta ponitur, *Causia*; ita enim plerique libri scripti, non *Gausapa.* sed & eius mentio apud *Plautum*

Milite, &c. Sequitur ibi: *Causiam habeat ferrugineam, &c.* certe cum pilleatos fuisse conuiuas dubie nunc arat nunc neget acutissimus Lipsius lib. de Amphitheatro cap. 19. forte locus iste alterutrum magis firmabit. stabilitor scilicet & stator pillei conuiualis. si cui tamen placebit illud Col. mei codicis *Gausapatus*, ei non ego me vehementer opponam. si modo significarit, primum an per gausapen intelligat tegmen capitis, an vero amphitapam, an denique penulam. diu est quod hic legendum contenderim *prætextatus ac chlamydatus.* nunc hæreo, & nihil de isto loco dictum velim, nisi illud Iurisconsultorum NON LIQVET. Bonum igitur factum si Lectores illa quæ scripsi lib. 13. cap. 7 Suspicion. pro hilaris insaniæ accipiant ludo ac ioco. Lipsius lib. 4. cap. 13. Electorum, cum inuenisset in editione Erasmi *prætextatus & candidatus*, id omnino probat; nisi quod ambigat an non pro *prætextatus* scribendum *pexatus*: simile enim esse illi Persiano *pexusq. togaq. recenti.* & lautiores, inquit, homines in candida toga & pexa. Martialis:

Pexatus pulchre rides mea Zoile trita.

sic ille; cui cur nullatenus accedere possim dixi Suspic. dicto cap. 7. sed & *prætextam* sumi auctori nostro pro quauis veste, quæ corpus tegat prætexatque, alibi ostendi supra.

Quam nudis scapulis. Vt omnes mihi dies ex voto cedant, nouæ gratulationes, &c.] ita Muretus, cuius vide notas. nã Rud. Agricolæ codex habebat, *scapulis aut sententiis omnes mihi ex voto decedant.* ipse vero correxit, vti & Erasmus edidit, *quam nudis scapulis. Vt sententiæ omnes mihi ex voto cedant. nouæ gratulationes, &c.* Pinciani vero quidam codd. *scapulis, aut ferentibus. Omnes mihi ex voto decedant*; alii eiusdem, *scapulis, aut assentientes mihi omnes ex voto discedant.* ipse corrigendum arbitratur; *scapulis. Fac sententia omnium mihi ex voto cedant.* locus, ita me Deus amet, turpiter habitus. nam & Pal. sec. *quam nudis scapulis, aut sententiis omnes mihi ex voto decedant. nouæ gratulationes.* tert. *quam nudis scapulis aut assentientes omnis mihi ex voto discedat. nouæ gratulationes, &c.* quart. *quam nudis scapulis aut suræ. Omnis mihi ex voto decedant. nouæ gratulationes*; additumque oræ: *Sura posterior & crassior pars cruris est.* Col. *quam nudis scapulis, aut assentientes omnis mihi ex voto decedant. nouæ gratulationes.* Ort. *scapulis assentientes omnes mihi ex voto decedant, &c.*

Nulla hora sine aliqua querela sit.] ita editio Romana, vt videtur notasse Pincianum esse codices in quibus, *nulla homo hora sine querela sit*; alios in quibus, *nullus homo hora sine querela aliqua sit.* nam ab Erasmo vulgatus refert. *nulla hora sine querela sit*; quomodo etiam custodit Ort. & Colon. at Pal. quart. *nulla homo hora sine querela sit*, sicque etiam sec. sed enim notat idem ad oram legi etiam pro *homo, omnino*; quod prorsus amplector. Pal. tert. habebat; *nullus homo sine aliqua querela sit.*

Ne quis mihi ater dies esset.] ita omnino bene etiam Erasmus. at ecce mei quatuor *alter.* tantum nocet antiquitatis ignorantia. Ort. *ne quis mihi aliquis dies.* ad oram vero, *quis mihi ultera dies.*

Iura reges Persarum petant.] ita editio Erasmi, scribitque Pincianus ea priores habuisse, *Iura reges penarum petat*, manuscriptum vero eius vnum, *Iura regnis imponam*, quod postremum est in Ort. & Pal. tert. at secundus nihil horum verborum habet: quartus vero, *Iura reges potentum penatum petant*, sed mox eadem manus, punctis subduxit vocem *potentum*, quasi delendam. est in Col. *Iura reges pena tantum petant.*

Me hominem esse tum maxime cogitabo] ita Mureti liber Siculus. at in nullo meorum conspicitur vocula *tum*, abestque etiam Erasmi editioni verbum *esse*, quod tamen in Col. Pal. tert. ac quart. nam sec. tantum habet, *maxime cogitabo*, reliquis omissis.

Cum deus vndiq. consalutabar] ita se eruisse e Siculo ms. gloriatur Muretus, sed Ieronimus prius enim ad eam formam emendarat lib. 2. cap. 9. Electorum Lipsius. dixeratque velle auctorem, adeo, inquit, me non attollent efferentq; supra hominem ab hominibus honores, vt tum vel maxime mortalem me esse meminero, cum audiam immortalis. ediderat Erasmus, *cum Diis vndiq. consultabor.* Lipsii membranæ aliquot, *cum deo vbiq. conscia lustrabor*, quomodo fere in Pinciani nonnullis, & Palat. meo quart. nempe, *cum deo vtiq. conscientia lustrabor.* at tert. *est deus vndiq. quæ sua sunt requirat*; vti & erat in quibusdam Pinciani, nisi quod destituebantur pronomine *sua*. sec. seruat, *cum de his vndiq. consultabor*, quemadmodum etiam est in Col. nam Ort. *cum Deus vndiq. quæ sunt requirat, cum Deo itaq. conscientia lustrabor.*

In alienum imponar ferculum] sic bene Erasmus & Col. meus. at Pal. sec. *alienam imponam ferculum.* tert. *in alienam imponam vehiculum*, item Ort. nisi quod is, *alienum*. quart. *Alienum imponam ferculum.*

Quod vllam existimes esse sine labore virtutem] ita ordinat Mureti editio. at Erasmi, *quod existimes vllam esse sine labore*. quomodo retinent Pall. tres, Ort. ac Col. præterquam quod abest vox *esse*; quam nec ego requiro.

In ardua impellit] ita Erasmus. at Stephanus Epistol. 7. ad Dalecb. legendum dicit *in arduo impellit*. Pal. sec. quart. Ort. vocem adhuc annectunt, leguntque quart. *omnimq. in ardua impellit.* sec. atque Ort. *e minus in ardua impellit.* verum tert. ac Col. *aduersus ard. a impellit*, non, *in ardua imp.*

Qui ascendat, nitatur] mss omnes & Erasmi *ascendat*, neque debebat Muretus toties nobis inculcare vocem antiquam sine libris. habet Pal. sec. *quia ascendat & nitatur.* tert. *qui in altum tendit nitatur.* quart. *quam ascendat vertatur.* Col. *qua ascendat vincatur.* Ort. *quam in altum ascendat nitatur.*

Incitamurq. Acerrimas ergo paupertati adhibebimus illas quæ pugnare sciunt, fortiores: diuitiis illas diligentiores] ita quidem Mureti editio, verum Erasmi, *incitamurq. Acerrimas ergo paup. adhib. illas, quæ impugnatæ sunt fortiores: diuitiis illas diligentiores, &c.* at Pal. sec. *incitamurq. acerrimus. Ergo paupertati adhibebimus quæ impugnato fiunt, fortiores diuitiis, illas diligentiores.* tert. *incitamurq. acerrimis. ergo paupertates adhibemus illasq. pugnare sciunt fortiores diuitiis. illas diligentiores.* quart. *incitamurq. acerrimus. Ergo paupertati adhibemus illa quæ pugnare, fortiores diuitiis illas diligentiores.* Col. *incitamurq. acerrimus Ergo paupertates adhibebimus illas. quæ pugnare sciunt fortiores diuitiis, illas diligentiores.* nec aliter Ortel. nisi quod is, *paupertati*, item *diligentioresq.* nullamque admittat interpunctionem.

CAPVT XXVI.

Quæ exercenda tranquillius sint.] ita Pal. sec. quart. Ort. Col nisi quod postremus *exercenda*, antepenultimus, *sunt*. Pincianus tradidit codicem vnum referre *quæ exercenda tranquilla sunt*, & ita quoque Pal. tert.

Sed vos aliter auditis] sic Mureti editio; vti & Pal. tert. at Erasmi, & alii mei quart. *audistis.*

Habere volumus? Plurimum. Diuitiæ enim apud sapientem virum, &c.] ita distingui voluit ex vno suo cod. Pincianus, & recte. nec aliter Ort. Erasmi enim, *habere volumus plurimum? Diuitiæ apud sap. virum*; & ita etiam fere mei, nisi quod ii reticent vocem *enim*; vnde liquet distinguendum vti voluit Hispanus ille.

Et coharetis] sic Romana editio & Col. meus; malim tamen quod est apud Erasmum, itaque Pall. tribus, *& haretis.* Ort. *& habetis.*

Sapiens tunc maxime paupertatem] Ort. Pal. sec. ac quart. *sapiens tunc paupertatem præcipue.*

Vos domus formosa, tanquam nec ard. nec ru. poss. insolentes] ita & mei omnes. amicus tamen quidam meus emendari posse putet; *Vos domus formosa, tanq. nec ard. nec ruere possit, insolescitis.*

Pertineant quæ ex longinquo instruuntur] ita Erasmi editio, nisi quod illa *pertingant*. alterum illud quod repræsentauit editio Mureti, est a codd. Pinciani, qui tamen etiam *struuntur*, non *instruuntur*; quod & ego malim. Col. tamen, *pertinenda quæ ex longinquo struuntur.* Pal. sec. *pertinenda. nec ex longinquo struuntur.* tert. *nec quo illa ex longinquo struuntur intelligunt.* quart. & Ort. *pertinenda quæ ex longinquo struuntur*; superne notatum tamen quarto alias legi, *pertingenda.*

Iam tamq. pretiosa spolia laturi] recte. *ante fores* enim ait *causam quæ securus istis inopinato pretiosa auferat spolia.*

scribit

scribit tamen Pincianus, pro commodiore, inquit, duxerim lectione, *datum* quam *latum*. mei libri variant. nam Pal. sec. *pretiosa spolia laturo*. tert. ac Ortel. *Lam samq; pretiosa spolia laturo sapiente*, & ita etiam quart. at Col. *Lam samq; pretiosa spolia al laturus.*

Nihil magis, Socrates inquit) ita Erasmus, neque aliter Pal. quart. Ort. Col. nisi quod addant, *Socrates ille inquit*, quod malim. at Pal. sec. *Nihil magis Socrate ille inquit*. tert. *Nihil magis Socrates ille inquit.*

Actum vita mea flecterem) ita & mei, nisi quod Pal. sec. *actu vita me flect.* Stephanus lib. 1. cap. 7. Prood. scribendu putat, *actus vita mea f.* si tamē, inquit, retinendū esset, *actum*, adderem *vllum*, & scriberem *vllū vita mea actum*. liquet enim respicere eum ad *fabula actum*, ex isto loco qui Epistolam 77. claudit; *Quomodo fabula, sic vita, non quam diu; sed quam bene acta sit refert.* hactenus Stephanus. at ego nihil mutauerim. *actus vita* enim hic idem significat quod Epist. 91: *Non fuit tam inimica natura, vt cum omnibus aliis animalibus facilem actum vita daret, homo solus non posset sine tot artibus viuere.*

Soluta conferte vndiq; verba) quatuor mei, *conferre*. Palatinus quoque quartus, *insoluta conferre*. *Vndiq; verba &c.*

Velut infantes) omisit vocem Muretus; Erasmi enim editio, meique chirographi quinque, *velut infantes miserrimos*. quod certe excludendum non erat.

Non quia odit) Palat. sec. ac quart. *non quia dat*. alterum tamen restat in reliquis tribus.

Odisse & lacessere virtutem) ita quidem editio Romana. sed Erasmi amplius, *Quia calamitas est odisse & lacessere virtutem*. Pinciani vero membranæ, *quia calamitates odisse & lacessere virtutem*. quomodo & Pal. quart. Ortel. Goinn. & hercle non displicet. nam & sec. *Monet quia calamitatis est odisse & lacess. virt.* tert. *quia calamitatis odisse & lacessere virt.*

Bona spes ciuratio est) ita bene codd. Pinciani. nam Pal. meus quart. *mutatio est*. alii quatuor *curatio est*: Erasmi editio, *curatio est*.

Sicut ne Deus quidem hic) est a coniectura Pinciani ita legentis, cum esset in scriptis eius, item in editione Erasmi, *sed ne Deus quidem*. & vero sic etiam, quod miror, in omnibus meis, verum duabus scriptum literis; *s;* in Pall. tribus & Col.

Etiam vbi nocere non potuit) sic & Palat. quart. alii tres, *etiam ibi vbi nocere &c.* Ort. *& vbi &c.*

Et obnoctantem) ita Erasmus: Pinciani tamen scripta exempp. *obnoctantem*, quod & in Col. Ort. & Pal. sec. nam tert. *& obnemeritatem*. quart. *& obnoctantem.*

Alius captorem ingenuorum, corruptoremq;) ita Mureti editio. at Erasmi ac Palat. quart. abest enclitica dictio, habentque tantum *corruptorem*. Pinciani vero membranis vnis ac Pal. tert. nusquam apparet vox *raptorem*. Palat. sec. *alius raptorum ingenuorum corruptorem* quod fere placet. nam quod est in Col. *alius captarum ingenuarum corruptorem & cognatarum quidem*, vereor vt se illis probet qui hic agi putant de *Ganymede*. Ort. *captorem ingenuorum corruptorem cognatorum*, sed immissa deinde copula *&* inter vocem vltimam & penultimam.

Vestra tamen vos moneo causa) ita mei omnes, nisi quod Palat. quart. *monet*. vnus Pinciani; *vestra tamen nos monet causa.*

Et ipsam vt deos, & professores eius vt antistites colite) ita Erasmus & mei omnes, nisi quod Pal. sec. male, *& antistites*; clara enim Senecæ mens. at ecce nobis hominem qui obtrudit, *& ipsam (vt Deos) & professores eius & antistites colite*. quo quid velit, quoniam ipse non prodit, tāti non est vt ex aliquo Vespillonum quæram.

Quoties mentis sacra literarum interuenerit) ita legi in suis prodidit Pincianus, neque aliter mei. Stephanus Epist. 17. ad Dalech. suspectum habet illud *literarum*, nec tamen habet quid in eius locum reponat. nam vocem *mysteriorum* afferre non audet, quod scriptura eius non satis prope ad illius scripturam accedat; alioqui enim *sacrorum mysteriorum* libenter & audacter scriberet. Erasmus edit. *sacrarum literarum*, quod mihi magis arridet. sic & dixit *sacrorum opera ingeniorum*, cap. 9. de tranq. animi. item *clarissimos sacrarum opinionum conditores* cap. 14. lib. de breuitate vitæ. est tamen quidam qui legere se dicit, *& quoties n e... to sacrorum interuenerit*, vel ita, inquit; *& quoties mentis sacra virtutum interuenerit*: est enim hic locus integer ad virtutem exhortatorius. sic ille: quæ non aliter tamen exaudiemus quam nocturnas voces.

Fauete linguis) in rebus diuinis quæ publice fiebant, vt *fauerent linguis* imperabatur, quemadmodum a Cicerone lib. 1. de diuin. & Plinio lib. 28. cap. 2. proditum est. proinde Horatius velut antistites Musarum personam gerens, canit:

Fauete linguis: carmina non prius
Audita, Musarum sacerdos
Virginibus puerisq; canto.

Virgil. lib. 5. Æneid.

Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.

Papinius lib. 2. Syluar. in Genethl. Lucani:

Lucanum canimus, fauete linguis.

Martialis lib. in Epigramm.

Octobres age sentiat Kalendas
Facundi pia Roma Restitutor.
Linguis omnibus & fauete votis,
Natalem colimus.

sed & Ouidius lib. 2. Fastorum Terminalia describens, alios serta libaque ferētes, alios ignem lignis admouentes, alios vina libantes, reliquam porro multitudinem *spectantem & linguis fauentem facit*. idem lib. 3. Amorum Eleg. 12. ait:

Ore fauent populi, tunc cum venit aurea pompa.

Propertius lib. 3. Elegiar.

Sacra facit vates: sint ora fauentia sacris.

Brissonius lib. 1. de Formulis. &c.

Hoc verbum, non vt plerique existimant &c.) iac. Lectius ista omnia ac reliqua vsque ad finem capitis, glossema putat, seu scioli cuiusdam annotationem a margine in textum male traductam. habent tamen constanter membranæ meæ quinque.

A fenore trahitur) Col. *trahunt*. Pall. tamen *trahitur*. id ipsum impugnat Stephanus Epistola 12. ad Dalechamp. quæ videantur; nam plura sunt quam vt commode transcribantur. sed prius tamen consulatur Brissonius qui auctores plures adducit huius vel alius sententiæ; consulatur, inquam, summa cum vtilitate lib. 1. de Formulis. nam nihil ad hanc rem facit quod non examinauerit Iurisconsultus ille.

CAPVT XXVII.

Et medio lucernam die praferens) ita bene Pinciani codd. & mei, nisi quod Palat. sec. *perferens*. Erasmi editio *proferens*. & ita est. sacrificuli & vates *praferebant lucernam ac laurum*; forte, vt augustiores se facerent ornatu illo festo & quasi sacro. certe arboribus sacris, & quibus vellent exhibitum cultum, appensæ *lucernæ*. Prudentius contra Symmachum: *Et quæ fumificas arbor vittata lucernas Sustinuit, cadit vltrici succisa bipenni.* nam diebus festis ornatam lauru & lucernis ianuam dictum supra ad Epist. 67. videatur & Lipsius lib. 1. Elect. cap. 3.

Inuicem mutuum alentes stuporem) amicus quidam meus mallet diuisis vocibus, *in vicem mutuum alentes stup.* at alterum illud tuetur se fide mss. meorum omnium.

Illustrata est virtus mea) ita vnus Pinciani codex, nec non Colon. Ort. ac Pal. tert. nam alii duo, *est manus mea*, quomodo & alias legi annotarat Erasmi editio, in qua, *est mens mea.*

Malo suo vim suam exercet) recte, & ita quoque Coloniensis, ac Palatinus tert. perperam sec. quart. Ortel. *in malo suo &c.*

Laxius habitat) ita omnis scripta lectio Pinc. codd. & meorum. Erasmi editio *latius habitat.*

Ipsi obsite pluribus) ita editio Romana, at Erasmi, & mss. mei respuunt pronomen *ipsi*; neque admitti debebat.

Quem fera scabies depascitur) ita & a secunda manu Ortel. & margo editionis Erasmianæ; ipsa, *vera scabies*, quod postremum etiam in Pal. sec. ac quart. nam tert. *fera* repræsentat. Col. vero *fada*, quod & ex vno exemplari

suo eruit Pincianus probauitque: nam & lib. de tranquill. vitæ: *vt vlcera quædam nocituras manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdam corporum scabiem delectat quicquid exasperat.*

Mihi ipsi Alcibiadem & Phædrum obiectato) ita Erasmi editio. at vbi nunc est Mureti manuscriptus ille? certe hic producendus erat si vnquam. sed ita est, vix quinque sex locis in auxilium vocatur, cum de tribus agitur capellis. prodidit Nicolaus Faber, non videre se quid hæc verba sibi velint, nam, si quis forte hæc mutari nolit, quasi adhuc dicantur a Socrate qui supra loquitur; quid tamen *Alcibiades* & *Phædrus* ad diuitias? præterea inquit a Socrate non dici vel hinc notum, quod magnificentior habitatio, aut sumptuosior cœna nunquam Socrati obiecta est: nec Seneca adeo vel historiæ, vel actis dicendi inscius, vt eum induceret Aristotelis tanto minoris, & Epicuri sexaginta demum annis post obductam cicutam nati exempla referentem, de quo ne cogitare quidem potuit. Et sane omnes ante annum CIↃ IↃ XXXVII editiones locum ita exprimunt, *mihi ipsi alicubi ad se & Phædrum obiectate.* ex qua lectione, ea quæ vulgo habetur efficta est. tres mss. codices legunt, *alicubi assem & pedrum.* vnus plane *alicubi assem & prædium*, quod solum purum putum arbitror. per assem enim & *prædium* suas opes significando, extenuat, quas maxime in fœnore & prædiis constitisse apud antiquos certum est. & ipse auctor, suas in his rebus sitas in oratione ad Neronem apud Tacitum refert: *vbi est, inquit, animus ille modicis contentus? tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatiis tam lato fœnore exuberat* ita ad hunc locum diligentissimus Faber. equidem diu est, quod ego motus ex nonnullis illis editionibus, finxeram, *mihi ipsi alicubi pascua & fœnus obiectato*, quod scriptura istius pronunciatio non ita longe recederet ab alterius illius; item meminissem scribere nostrum Epistula 2. *quantum pascat aut fœneret.* nunc, vix est vt non Fabri amplectar lectionem. nam & ita diserte extat in Ortel. & ei alludunt mei reliqui. Palatinus quippe sec. *mihi ipse alibi ad se & podium obiectato* tert. *mihi ipsi alicubi assem & podrum obiect.* quart. *mihi ipse alubi ad se & podium obiect.* Coloniensis, *mihi ipsi alicubi assem & pedum obiectare*, vbi annotatum ab aliquo, *pedum dicitur baculus pastoris recuruus ad coercendos pedes animalium.*

O vos maxime felices) omissa est a Mureto vocula quæ in Erasmi editione & meis quinque, *O vos vsu maxime felices.*

Vt vobis tantum otii supersit) ita quidem Erasmus, sed testatur Pincianus legendum *& vobis*, si modo veterem libeat sequi lectionem. & hercle sic quoque Colon. at Palat. sec. ac quart. *& vobis tantum ocius supersunt*; supernotatumque quart. *id est subito.* verum tert. *& vobis tantum otia super sunt*. Ort. *& vobis tantum otiosa supersunt.*

CAPVT XXVII.

Aut tam vicina, vt vos ac vestra ruptura sint, si propius accesserint) ita Erasmus; at vult Pincianus corrigamus ex mss. suis; *aut iam vicina vos ac vestra tractura propius accesserint*; atque ita quoque Colon. nisi quod ille, *tam non iam.* nam Palat. sec. *aut tam vicina vt vos ac vestra raptura propius access.* tert. *aut tam vicina vos & vestra casura propius access.* neque aliter Ort. quam quod is, *raptura.* quart. *aut tam vicina nos ac nostra ruptura propius access.*

Nonne nunc quoque) ita etiam Pal quart. verum alii tres, *non nunc ne quoque.*

Nunc in infima allisos rapit) ita Erasmi editio. at vox *rapit* non reperitur in Colon. aut Pal. sec. aut quart. Pincianus promit librum in quo amplius, *nunc in infima allisos magno vos consensu in vitia rapit*: quod videtur probare si legatur modo *concussu* non *consensu.* at illud tamen etiam in Palat. tert. qui, *allisos magno nos consensu in vitia rapit.* cum Mureto dicere possem multa hic aut deesse aut adsuta isthæc aliunde, nisi duplicem irrepsisse scripturam proderet Ort. habet enim, *adlisos, alium, magno vos consensu in vitia rapit. licet &c. Cur vobis magno consensu vitia commendant licet.*

Cur is nobis magno consensu vitia commendant) ita Muretus, ex scriptis, vt ait, at Erasmi tamen editio, *Cur nobis magno &c.* quomodo & Palatinus secundus ac quartus. nam tertius horum verborum sex nihil omnino habet. & Colon. *Circum vobis magno consensu vitia commendant.*

Proderit tamen primo in se ipsum secedere; ita Erasmi editio. at duo Pinciani codices, tresque Pall. mei & margo Ortel. *prodesse tamen posse ipsum secedere.* Col *prodesse tamen per se ipsum secedere.* Ortel. *prod. tamen primo se ipsum secedere.*

Quid, quod secedere optimos viros) sic Romana editio. at Erasmi amplius; *Quid, quod secedere ad optimos viros.* quod malim. nam & sic Palatinus sec. tert. quart. nam Colon. *Quid quod cedere ad opt. viros.* Ortel. *Quod quidem seced. ad optimos.*

Ad quod vitam dirigamus, licet?) ita Erasmus, qui notat adiectum fuisse bis, *admonitio nota sit*: sed quod ei non viderentur facere ad sensum, absque annotatore adiecta, ipsa dispunxit. at Pincianus aloco illorum verborum iubet legamus cum mss. suis, *ad quod vitam dirigamus, licet quod in otio non fit.* quo quid sibi velit, non satis dispicio. est in Palatino sec. quart. Ortel. *ad quod vitam dirigamus licet quod in otio non fit.* in tert. *dirigamus licet quod in otio fit.* Coloniensis, *dirigamus. Licet, quod in otio, non fit.*

Vbi animo interuenit) Pal. sec. quart. Ort. *interuenerit*, neque displicet.

Sic ne hoc quidem) Pal. sec. ac tert. *Si ne hoc quidem.* alii tres, *Sine hoc quidem.*

In malo tam familiari) Pal. tert. *inuito iam familiari.* lineaque porrecta supra literas posteriores vocis *inuito.* Ort. *in malo, alias vitio familiari.*

Vexatque nos. Hoc quoque quod &c.) malim absque distinctione, *vexatque nos hoc quoque quod.*

Sed turba vestigiorum) Pal. tres & Ort. *turbam.* Colon. *sed quam turba vestigiorum.*

Deserit partes) Stephanus lib. 2 cap. 4. Prood. putat ista legenda per interrogationem. at mihi fortius & insidiosius dictum videtur si absit; cum verba sint increpantis.

Stoici vestri dicunt) ita liber vnus Pinciani, nec non Palat. tert. at Col. at Erasmi editio *nostri*, quemadmodum restat in Pall. reliquis & Ort.

Opem ferre etiam inimicis, mitis manu] sic Erasmus & Pal. tert. at tert. & Ort. *eruit manu.* quart. *eruta manu.* Col. vero, *opem ferre, etiam mitis manu*, absque dictione *inimicis.*

Vacationem damus] ita vnus liber Pinc. quomodo & Col. at Erasmi editio & Pal. sec. quart. Ort. *vacationes.* tert. *vacatione.*

In ipsis Zenonis principiis] notat Stephanus lib. 1. cap. 8. eam hic esse metaphoram quæ & apud Terentium: *Ego ero post principia.* & verum est.

Quam tu bene & nauiter] mei omnibus abest copula *&*, neque adeo conspicitur in editis ab Erasmo Pal. tamen tert. *Cum tu bene grauiter.* quart. *Quo tu bene nouiter.* Ort. *Quod tu bene noueris.*

CAPVT XXIX.

Nunc probabo tibi] ita scribi iussit ex suis mss. Pincianus, neque secus Col. ac Pal. tert. nam sec. quart. Ortel. adhærent Erasmo, leguntque, *probo.*

Non desciscere me] Col. *non desistere me.* Palat. quart *non discessere me* tert. *non discedere me.* Ort. *ne discedere a præceptis me.*

A suis desciuerunt] Pal. tert. *decesserunt.* Ort *discesserunt.*

Hoc quod dico] Palat. tert. adiicit vocem *Igitur hoc quod dico*: nusquam tamen comparet in aliis.

Contemplatione veritatis] ita Col. ac Pal. tert. verum alii duo, *virtutis*, quibus accedit editio Erasmi; & nescio quomodo id alteri præposuerim. Ortel. *contempl. veritatis alias virtutis.*

Deinde, emeritis iam stipendiis profligata ætatis optimum facere & alios: Virginum] sic quidem liber qui prodit cum nomine Mureti, sed longe nimis a vestigiis prius cusorum. Erasmi enim editio, *Deinde, vt possit hoc aliquis, emeritis*

emeritis iam stipendiis, profligata ætatis iure optimo facere, & alios actus animos referre Virginum &c. neque vna litera minus Col. aut Pal. sec. tantumque recedit quart. quod habeat *viro optimo*, item excludat vocem *animos*. nam tert. & Ort. *Deinde vt possis hoc aliquis emeritis ia stipendiis promota ætatis iure optimo facere & ad alios actus animos referre. Virginum.* ego subodoror quid auctor velit, sed non constituo verba, nisi quod videatur emendandum, *actos annos* pro *actus animos*. item *fauere* pro *facere*; vt sit idem quod canit Tibullus,

Tempus erit, cum me Veneris præcepta ferentem,
Deducat iuuenum sedula turba senem.

CAPVT XXX.

Hæc Stoicis quoque placere) prætulerim quod est in meis *Hoc Stoicis quoq. plac.*

Nonne iniuriam infert cæteris) iure reprehendit Muretum Stephanus lib. 1. cap. 8. lib. 2 cap 8. Prood. quod cum diuersam valde a vulgata obtruserit nobis lectionem, de altera tamen omnino taceat. quam alii plerique non minus fortasse (ne dicat magis) essent probaturi. sane prius cusa scriptura babet, *non id vita, sed factionis est*, eamque Stephanus vero similem fore putat si ex coniectura sua ipsius scribatur, *non id secta sed factionis est*. valde hercle ille probabiliter, sed nescio etiam an vere. nã Pal. sec ac quart. *non iniuria. sed in factionis.* tert. *non iniuria sed in factionis.* Colon. *non iniuria sed factio est*. quod postremum auctoris quidem exprimit sententiam, meo quidem animo, sed forte scribendum ex vestigiis codd. Pall. *non iniuria. sed factionis est*. quomodo & expressit Ortel verum diiudicent doctiores.

Vtinam quidem iam tenerentur omnia) est ex mss. Pinciani, quibus omnino patrocinatur Pall. tert. fere etiam Colon. in quo; *vt quidem iam omnia tenerentur*, estque virgula subdita primori vocabulo *vt*. edidit Erasmus; *vtinam quidem iam tenentur omnia*, notaruntque ad oram, alias legi, *iam ostenderentur omnia* Palat. sec præferi; *Vtinam quidem iam terrerentur omnia*. quart. *Vtinam quidem iam darentur*. Ort. *Vtinam quidem iam sedarentur omnia*.

Et inoperta ac confessa veritas esset) sic Romana editio: at Erasm. & Pal. quart. *& inoperta confestim veritas esset* scripserim fere cum membranis Palat tert. *& inoperta confessaque veritas esset*. nam sic quoque Col. nisi quod enclitica ei absit particula. est in Pal. sec. *& inoperata confessa veritas esset*. vt & in Ort. nisi quod is *confessaque*; ad marginem tamen *confestim*.

Nihil ex decretis mutaremus) mei quatuor & editi ab Erasmo, *nihilque ex decretis &c.* Ort. *nihilque ex decreto*.

In hac re dissidentes) ita & Colon. at Pall. tres ac Ort me volente præponunt particulam hoc modo, *& in hac &c.*

Causa autem illa late patet) ita ordinandam dixit ex omni scripta lectione Pincianus, neque aliter est in meis quatuor nam Palat. sec *Cum autem illa late patet*. habebat Erasmi editio alio ordine. *causa autem late illa patet*.

Quam vt adiuuari possit) ita Erasmi editio; at mei quinque respuunt particulam *vt*.

Si occupata est malis) ita Erasmi, sed nescio quid hoc sibi velit quod Colon. nec non Palat sec. quart. Ort. repræsentent. *si ofcalata est malis*. tert. & margo Ortel *si occulta est malis* suspicor sub hisce latere verbum aliquod quod significauerit, si mali rempublicam omnem quasi tabes quædam aut gangræna infecerint exederintque.

Nec se nihil profuturus impendet) ita Romana editio; Erasmi *profaturus*; quod cum etiam seruent mss. mei omnes, libens reuocauerim.

Nauem quassam) Pal. sec. quart. Ortel. *cassam*. nec displicet.

Sic ad iter quod inhabile) iidem tres, *sic aditum quod inhab.*

Commendare se bonis artibus) legerim suasu membranarum quatuor, *commendare se nouis artibus*. Ortel. *nouis actibus*

Et illud beatum otium) ita ab Erasmo vulgatus; at Pal. sec. ac Col. *& in illud beatum otium*. tert *& si illud beatum otium*. quart. *& in illum beatum otium*. forte *& in illum beatum otium*: vt referatur ad vocem *artibus* quæ præcessit. Ort. *& in illum beatum otium se exigero*.

Etiam a quietissimis) mei quinque nõ admittunt præpositionem *a*, manauitque ab editione Romana, nam nec ea vsquam in Erasmi editione.

Hoc nempe ab homine exigitur) Pall. tres & Ort. *exigit* Col. voce addita, *exigit virtus*.

Commune agit negotium) ita & Erasmi editio, quo modo legendum, non *aic*, monet etiam obiter P. Faber lib. 2. cap. 1. Semestr. neque aliter cap. 3. de Tranquill. vitæ: *In priuato publicum agit negotium*. significat autem id quod omnium hominum est; vnde & Quintilianus Declam. 260. *Quid de homine dicam; quisquamne magis negotium publicum non ciuitatis modo, sed totius rerum naturæ agit, quam qui animal hoc Deo proximum & in contemplationem omnium quæcunque mundo contigerunt, constitutum progenerat producitque.*

Quomodo qui se deteriorem) ita scribere iussit Pincianus ex mss. neque aliter mei omnes, nisi quod Coloniensis, *quomodo siquis se deter*. Erasmi editio minus recte, *quoniam qui &c.*

Sed etiam omnibus eis quibus) Palat. tert. abest pronomen *eis*; neque desiderarem, si & ceteris item exularet libris scriptis.

Sic si quis bene) & hoc a Pinciani scriptis, nam Erasmi, *sed si quis*, minus forsan bene, sed quomodo tamen & Pal. sec. quart. Ort. nam tert. ac Col *si quisquis bene*.

CAPVT XXXI.

Respicimus, aut ad illum) ita Pinc codd. Pall. tres & Ort. ediderat Erasmus, *aut illum*, quod & restat in Col.

Aut Carthaginensium) sic iterum Pinc. codd. quibus accedunt & mei. Erasmi editio repetit vocculam, *erit*.

Hunc maiori reipubl.) ita & mei omnes. at Pinciani exemplaria duo, *Hunc minori reipubl.* inepte. tori enim orbi prodesse possunt bene senatu. atque id satis euincunt sequentia.

Quod maria terrasque, & mari ac terris inserta) ita Erasmus, plano satis sensu: quod licet & in suis inuenerit mss. Pincianus, corrigendum tamen censet, *quod mari terras & maria terris inserta complectitur*. est in Pall. tribus & Ortel. *quod maria terrasque & maria a terris inserta* Col. *vnde sic hoc quod maria a terris inserta complectitur*, reliquis neglectis.

An multa Deus corpora eiusmodi) mei omnes alio ordine & meliori, *an multa eiusmodi corpora Deus*.

Immortalis sit mundus] ita Pinc. codd & mei. Erasmi *Immobilis*, quod tamen respuunt verba subsequa.

Solemus dicere] Stephanus lib. 2. cap. 7. Prood. male infra incipere caput conqueritur: quod contra eius iudicio optime constiturum fuisset in his verbis. & ei ego assentior sed sciendum mss. non agnoscere capitum notas; esse illas glossargi alicuius: quem sugillare, vix tanti est; adeo vbique fere errat.

Natura nos ad vtrumque] ita & mei quatuor. nam Palatino quarto hæc & alia abiunt vsque ad illa. *Nunc probemus*; pro quibus ipse; *Nunc imprekemus*. quod & extat in Pal. tert & Ort ponitur que pro simplici, *prebemus*.

Et contemplationi rerum & actioni] ita & iidem quart. Pinciani vnum exemplar, *& contemplationem rerum & actionem*.

CAPVT XXXII.

Pulcritudinis suo conscia] ita recte Erasmus. Pal. tamen sec. & Ort *conscia* quart. *& scientia*. Col. *conscientia*. tert. vltimam istam vocem non habet.

Sed etiam vt ab ortu sidera &c] omisit plures voces editio Mureti. nam Erasmi & Ort. *sed etiam ad contemplationem factum. vt ab ortu &c.* Pal sec. *sed etiam est contemplationem factura. vt ab orta* tert. *sed etiam hanc contemplationem facturam vt ab ortu &c* quart. *sed etiam contemplationi futurum vt ab orta*. Colon *sed hanc etiam contemplationem factura. vt ab orta sidera*.

Circumferre cum toto] ita bene Pincianus, vt intelligamus *mundo*. Erasmus namque *cir. cum toto corpore*; qua

vltima vox in nullo meorum. male tamen Palat. quart. & Ort. *rum totas sublimes.* Col. *cum totum sublime fecit.*

Sublime fecit illis caput) ita quoque Pal. sec. quoddam exemplar Pinciani *sublimius,* quomodo & est in Palat. tert. nam quemadmodum scribant distinguantq; reliqui tres iam posui.

Signa produxit, nullam non partem) ita legi voluit Pincianus, præter quam quod interponeret coniunctionem, hoc modo. *produxit, & nullam;* hoc ideo quod ostendisset in vett. libris, *signa produceret, nullam non.* & vero Palat. quoque sec. exhibet *produceret nullam non &c.* at alii quatuor. *pertimeret nullam non* Erasmus vulgauit, *signa produxerit. Nullam non partem sui.*

Aperit sibi inuestigando viam) ita Erasmus: nec improbo. nisi tamen mei omnes *inuestigandi.* quod sane non ausim prorsus reiicere. interim deliberent docti, vtrum potius sit.

Et fundamenta veritatis) sic Erasmus. at Pal. sec. quart. Ortel. *vera.* tert. ac Col. *vero.*

In partes discederent) ita quidem Erasmi editio, at chirographi codices *descenderent.*

Gemina desederint] iidem iterum *descenderent.*

An præter nisum ponderisq; corporum altior &c.) ita editio Mureti. at Erasmi, *an propter ipsum pondus corporum altior &c.* Pal. sec. quart. Colon. Ortel. *an præter visum pondus corporum altior.* tert. *an præter nisum pondus corporum.* Pinciani codd. *an præter ipsum pondus corporum altior.*

Quo maxime probatur) ita mss. Pinciani & meorum quatuor. Erasmi editio *quod a me probatur;* vti & est in Pal. sec. Erasmi margo. *quod maxime probatur.*

Esse partem, ac veluti semina illas &c.) ita Erasmus & Palat. quart. Ortel. Coloniensis, at mihi cur non secutus sit hic etiam Pincianum editio Romana; ipse enim volebat vocem *partem* sequentibus adiungendam, non præcedentibus, hoc modo *esse. partem ac veluti* Pal. sec. *esse speciem. ac veluti sint illas* tert. *esse species partem. An veluti semitillas.*

In terras desiluisse, atq; alieno loco hæsisse) ita editio Romana secuta aliquantulum codices Pinciani, in quibus, *in terram resiluisse atq; extraneo loco hæsisse,* quomodo & Palat. tert. ac Col. nam sec. *in terra resiluisse, atq; ex alieno exisse* quart. & Ortel. *in terram resiluisse atq; ex alieno loco exisse* ediderat Erasmus, *in terras desiluisse atq; ex alieno loco exisse.*

Quod vltra mundum iacet) ita Erasmus. Palat. quart. *quod intra mundum iacet* sec. *quod in terram mundum iacere.* tert. *quod in terra mundum iacet.* Colon. *quod in terra mundus iacet,* vt & Ortel. cuius tamen ora. *quod inter mundum iac.*

Ad hæc quærenda natura astima) ita & mei quinque. at Pincianus tamen artiegendum ex mss. suis; *æstimat;* quibus ego vix obaudirero.

Totum sibi vindicet) Erasmi editio, meique omnes *vindicat.*

Et vsq; in vltima &c.) probo, mei tamen Pall. tres & Ortel. *eiusque in vltima* Colon. *eius in vltimum.*

Ergo secundum naturam viuo] ita Pinc. codd. & mei: Erasmi. *Ego secundum &c.*

Si totum me illi dedo) Erasmi & mei. *dedi;* quod reuoco.

At natura vtrumque) Erasmi & mei iterum, *Natura autem vtrumq;* & certe nimium arrogantiæ Muretus, qui hæc propriæ libidinis instinctu mutat, neque tamen vno dignatur verbo.

Quoniam ne contemplatio quidem sine actione est) ita Palat. sec. neque mutat Colon. nisi quod ille, *sine acta est.* consentit etiam quart. excepto quod alio positu particulisque mutatis. *qui contemplatio quidem sine actione non est.* at vero tert. & Ortelianus, *quoniam ne contemplatio-at quidem intendere possum sine actione* quod & fuisse in vno suorum prodidit etiam Pincianus. haud tamen facile quicquam receperim quod vulgato litem intendat.

An vt semper inquietus sis) Coloniensis. Palatinus sec. tert. Ortel. *an semper inquietus sis.* quart. *an semper quietus sis,* exclusa voce *vt.*

Nec vnquam sumas vllum tempus) ita Pinc. mss & Col. meus ac Palat. quart. Erasmi editio, *illud tempus.* Palat. sec. *nec vnquam sumas illud ad tempus.* tert. *nec tu qua sumas nullum tempus.* Ortel. *ne vnquam &c.*

Et conferri debent) ita margo editionis Erasmianæ, ipsa vero, *& considerari debent.* meorum quatuor. *& conferri deberi.* nam Palat. sec. lineam transilit quæ illa verba continere debuisset.

Sic imperfectum & languidum) tres mei, *interfectum.* Ortel. *sicut interfectum.*

Quis negat illum abbere) emendo ex meis quinque *Quis negat illum debere?* subintelligit enim *virtutem,* quæ proxime præcessit.

Aliquando manum exerere) mei omnes *exercere;* quod temere non dimouerim.

Ecquid illis serum esse permittes?) ita & Erasmus. mei Pall. *hoc quid illis secum &c.* Colon. *hoc enim illis secum &c.* Ortel. *hi quidem illi &c.* sed litera *i* in voce *hi* altius paulo collocatur.

Nos certe sumus qui dicimus) Palat. sec. *ducimus.*

Non conuenit bono viro) ita Pal. tert. ac Colon. at reliqui tres, item Erasmi editio *conuenit.*

Sub alio titulo permeatant) ita & Ortel. Erasmi editio, meique reliqui, *peruenerunt.*

Qui contemplationi inseruit) ita & meus Colon. Erasmi editio, *qui se contemplationi inserunt,* vti & habet Palat. sec. & Ort. nam quart. *qui se contemplationi seruit.* tert. *qui contemplationem elegit,* quomodo fuit & in vno codice Pinciani.

Cum vita actioni destinata est] mss. omnes & cusi, *actionibus.*

Male existimare consueuimus) ita Colon. sed Ortel & Pall. tres & ab Erasmo editi, *consueuimus.*

Quam ratione efficit, firmam sibi) ita Pinciani codd & mei. Erasmi, *sed ea qua actione efficit firmos.* antiquitus publicati; *qua ratione efficit, firmam sibi.*

Voluptaria secta) sic etiam Erasmi editio aliæque, ne I.C. ille nimis infoelix qui sic se legere iactitat; cum perperam edidisset, *voluntaria.*

Nobis statio hæc, non portus est) ita legi iussit Pincianus, ex veteri, inquit, lectione, cum edidisset Erasmus, *nobis statio est, non portus hæc,* quomodo in nullo extat librorum meorum. Palat. enim sec. quart. ad extremum scripturæ codicum Pincianorum. tert. vero ac Colon. præferunt, *nobis hæc statio est non portus.* Ortel. *nobis hæc statio non portus est.* I.C. modo laudatus retinet Erasmianam lectionem, & carpit Pincianum, tanquam si legisset, *nobis statio hæc non porta est* & addit; nesciuit, inquit, Pincianus stationis ac portus discrimen; quod nobis præbet Seruius. *Statio est, vbi ad tempus stant naues; portus, vbi hyemant.* hactenus ille. insigni sane mendacio. consulantur modo castigationes Pinciani.

Adice nunc huc] ita Erasmus. item Pal. sec. quart. Ort. alii duo, *hoc,* quomodo & vous Pinciani.

Quod e lege Chrysippi] ita Erasmus. scripta Pinciani & Pall. mei tres, item Ort. *quod de lege Chrysipp.* Colon. *qui de lege Chrys.*

Si omnibus defutura resp. est) sic Erasmus. at membranæ meæ quinque quasi de compacto, *Si omnibus futura resp. est.*

Semper autem deerit) ita & Colon. Pal. quart. Ort. alii duo *aut* non *autem.*

Aristoteles ne damnaretur fugit] veritus nimirũ ne impietatis nomine in vincula coniectus, vltimo afficeretur supplicio; inquit Lud. Cælius lib. 2 cap. 2 Lect. antiq.

Accessurum ad hanc remp.] ita ex vno codd. Pinc. Muretus; alii eius, vt & editi ab Erasmo & Pal. sec. ac quart. item Ort. *accessurum in hanc remp.* reliqui tamen duo retinent illud, *ad.* ¶ *Etiam aduersus suos hostilitas?*) ita Erasmi editio. Pal. quart. & Ort. *suos hostes.* restituo dictum egregie acutum rescribendo, *etiam aduersus suos hostilis;* vt subintelligatur dictio *crudelitas.* & ne quis dubitet de integritate restitutionis huius, sciat eam me debere Col. nec non Pal. sec. ac tert.

Et hanc fugiet) ita & mei tres. Palat. tert. addit. *fugiet sapiens,* vti & erat in vno cod. Pinc. Ortel. *& in hac fugiet sapiens.* ¶ *Si percensere singulas*) mei quinque. *singula.*

Quanquam laudas nauigationem) probauerim. nam & in Palat. se. est *quam laudas naug.* debebat enim geminari

nari vox *quam* est in tert. quart ac Colon. *qui laudat nauig* in editione Erasmi erat, *quem laudet nauigationem.* Ortel. *antequam laudat nauigationem.*

AD SENECÆ LIBRVM DE TRANQVILLITATE ANIMI.

Ita librum hunc ad Serenum, deinceps vocabimus; tum propter rationes quas in notis adfert Muretus, tum quod talem etiam concipiant titulum membranæ meæ quoque. Erasmi editio habebat, *De tranquillitate vitæ.*

CAPVT I.

Quædam vitia apparebant retecta in aperto posita) vox *retecta* manauit a libro Siculo quem enmiulhit Muretus; eius enim loco habet Erasmi editio, *Serene.* at Palat. sec. tert. Ort. ipsum auctoris nomen, hoc modo. *apparebant, Seneca, in aperte:* quod depravatum a quart. in *senecta.* Col. litigiosam hanc vocem excludit, solumq. exhibet. *apparebant in aperte pos.* Ortel. margo habebat, *Serene* loco *Seneca.*

Qua manu prenderem) sic restituit ex vno ms. Pincianus, neq; aliter Pal. tert. aut quart. margove Ort. nam sec. *pendere.* Col. *prendem:* aliquot libri Pinc. & Ortel. meus, *qua manu penderem* Erasmi editio *qua manu præcederem.*

Me nec bona fide) pronomen *me* nusquam est in libris meis chirographis.

Qua in speciem laborant) ita Pall. tres & Ort. at Colon. *qui in spem laborant.*

Hoc vitium mi me altius figat) Pall. tres. & Ortel. *hoc vitiū mihi altius figat,* nec displicet. Col. *hoc vit. in altius figat.*

Longa conuersatio amorem inducit) mei quinq; *induit,* neque ineptum est.

Tenet me summus amor parsimonia) Ciacconius lib de Triclinio, ambigit an hæc & sequentia verba Senecæ sint, an vero Sereni Senecam consulantis. causa dubitandi hęc est quod Seneca iste quingentas tamen ipse mensas citreas habuisse dicatur pedibus eburneis, & inter se pares, in quibus ipse cœnaret, vti diserte testatur Dio Cassius in Nerone. Equidem ego hæc a Seneca dici suspicor. causas alibi reddu. ¶ *Places ac in ambitionem*) mei quinque *ambitione.*

Non ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa) ita Mureti editio, at Erasmi *aut mille tormentis sp. cogentibus expressa* cui adsentiūtur mei omnes, nisi quod Pal. tert. ac Col. habeant, *ac* non *aut:* quod nescio an potius sit certe *expressa* etiam citat P. Faber lib. 1. cap. 16 Semestr. qui tamen videtur *pondera* hæc vestibus tribuere, tāquam si ipse adeo graues: quoniam auro & lapillis intertexerētur: quæ si eius ibi est mens, ab eo diuersum abeo: putoq; (vt alibi in Suspicionum libellis prodidi) tāgi delicatulos istos qui splendorem vestibus conciliarent premendo eos, & tantū non in tormentis habendo multis pōderibus. ea enim ratione splendere vestes, experiuntur quotidie Germaniæ mulieres, quæ lineas torcularibus vt ita dicam subigunt. hincque etiam forsan est quod prælis includerentur. Martialis lib. 11. Epigr. 9.

De Palatinus Dimiaa qua d serica prelis &c. item lib. 2.

Sæ tua sæpositis perlucent præla lacernis pressoria vocat Ammianus alibi, ideo puto quod ibi cōpressę tenerentur.

Quem nec pareat familia nec spectet) ita Erasmi editio, neque secus meorum quatuor, aut adeo Pinciani, qui tamen scribit, pro meliore, inquit, lectione duxerim *expectent* quam *spectent,* quam approbant verba statim sequētia, *Non ante multos paratus dies.* at ego, quod pace ipsius fiat, retinuerim *spectent.* spectamus enim quæ rara quæ exquisita, quæque nos in admirationem detinent sui. Ortel. seruat, *quem nec parant familia, nec spectent* I. C. quidā quærit, quid si inquit ita legamus; *quem nec parent integra familia, nec spectent ante multos paratum dies, qui nec multorum in cultus ministratus.* equidem ita omnino scribendum, si libet nobis pedibus trahere Senecam.

Non ante multos paratus dies) ita Erasmus, & Pal quart. nam sec. *non ante in multos paratus dies.* tert. & ora Ortel. *non ante multos imperatus dies* Colon. *non ante multos preparatus dies,* quod postremum placere posset nisi alterum aliquid amplius significaret. Pinciani codd quidam. *nec in multos paratus dies.* alii, *nec ante multos imperatus dies.* quod & tolerabile esset, si inde fieret *imperatus* Pincianus tentat, *nec multos ante paratus dies.* Lipsius lib 1. cap. 20. Elect. quinque illas voces tetigit tanquam mutile: etiamentum ad ea verba paulo breuius & concinnius dicta, *quem nec parent familia nec spectent.* Ortel. seruat, *non autem in multos paratus dies.*

Sed parabilis faciliusq., nihil habens accersiti pretii: sed vbilibet non defuturus) ita Pal. sec. tert. Col. item Mureti editio, nec tamen bene. Erasmi quippe, *sed parab fac nihil habeat accersitis precio, sed habilibus non defuturus* margo vero eius, *sed vbilibet non defut.* Pincianum vetus lectio habet, *nihil habens accersiti pretio, sive vbi libet non defuturus,* vnde ipse valde bene fingit, *nihil habens accersiti pretiosive; vbilibet non defuturus* quomodo & legendum coniecerat Lectius. & vero sic fere exhibet Ort. *nih. hab. acc. pretiosi. vbilibet &c.* item Pal meus quartus in quo, *nihil habens accersitis pretiosi ve vbiq; non defuturus* I. C quidam prædicat legere se; *nihil habens accersitis pretii. sive vbilibet;* lectione inepta, vt solet.

Nec redituras qua intrauerat] Colon. *non rediturus qua intrauit.* Pall. sec. ac tert. *non rediturus qua intrauerit,* & ita quoque quart ac Ort. nisi quod habeat, *nec.*

Argentum graue rustici patris] I. C. idem hic notat; fictilia, opinor, intelligit, quibus rustici vtuntur: satis ille quidem, mea sententia, rustice. nam loqui de vero argento, sed quod solo pondere pretium sum, non etiam manupretio, indicant sequentia, *sine vllo opere aut nomine artificis.* alioqui vbi quæso rusticorum fictilia quæ magnorum artificum præferant nomina? at de altero, ecce Plinium lib. 3 Epist. 1. *Apponitur cœna non minus nitida quam frugi, in argento puro & antiquo.* item Martialem lib. 7. Epigr. 71.

Nec tura veniant leues scibl ra,
Sed lances ferat aut scyphos auitos,
Aut grauis vetus, aut potens amicus.

scilicet beatoribus seculis decresceret pondus, cresceret manupretium, vt pluribus ostendi lib. 7. cap. 9. Opinion.

Sine vllo opere & nomine artificis] cum Pinciani mss. aut adeo nullus meorum habeat illa, *opere &,* fidenter ejecerim nam non habebat nomen *artificis* quod apponeretur, si argentum purum, non cælatum.

Alicuius pædagogii) ita omnibus literis Palat. quart. alii quatuor *pa lagogi* vnica litera, quæ geminanda erat pro eo legebat Rodulph. Agricola *pædagogii,* vt prodit Erasmus. minus bene. vide me supra cap. 17 de vita beata.

Quam iam intra priuatum larem vestita] ita & citat Lipsius lib. 1. Elect cap 21. ediderat Erasmus. *quam iam intra latus vestita,* notatumque pro iis legisse Agricolam, *quā intra priuatum vestita* Pinciani exemplaria præferunt. *quam intra larem vestita* vt forte, inquit, legi possit. *quam in priuato lare vestita,* vt hoc ipso libro infra, *sed habet vbi se etiam in priuato lare explicet magnus animus.* admitterem & ego vocem *priuato,* nisi omnibus excluderetur mss. nam & Palatinus sec. tert. Colon. *quam intra latus vestita.* quart. *quam intra larum vestita.* Ort *iam inter latus vestita;* sine voce *quam.* rescripsi ita itaque, *quam intra larem vestita:* tanquam videlicet vox vna *laris,* priuatum familiæque vnius larem denotet. quod velim observet lector, si tamen lectio hæc ipsi sana. nam ego etiamnum ambigo. ¶ *Et auro culta mancipia*) auratæ enim vestes fuisse videntur Imperatoris seruis. Lampridius in Alexandro; *Auratam vestem ministrorum nullus vel in publico conuiuio habuit.* & in tunicis hunc animum. Ammianus lib. 26 *Stetit itaq; subtabidus, nusquam reperto paludamento, tunica auro distincta, vt regius minister, indutus a calce in pubem in pædagogianus puer speciem.* Lipsius d ca 25.

Qua calcatur pretiosa] ita mei quart. & Pinc. Ortel. *qua calcatur* Erasmi, *qua calc.* male.

Et assectator comesq.] ita Pinc. & mei. Erasmi editio, *adsentator.* ¶ *Tam latus incedo*] ita Mureti editio, at Erasmi *tam altius incedo.* ad oram vero notatum alias legi *cum altius incedo;* quod vltimum extat in Palat tert. alterum in quart. reliquis: quod hic reuocabimus. *alter enim incedit* qui etiā inter friuola magnum habet animum, tantique ea putat atque si regum æquarent diuitias.

Tacitusq; morsus subit) arrogat hoc coniecturæ suæ Muretus, cum sit tamen pridem legendum ipse monuerit Pincianus, idque ex vett. vt prodit mss. neque aliter hercle mei quinque. Erasmi editio, *tantusq; morsus.*

Non purpura aut virgis adductum capessere) ita Muretus, Pincianorum codicum secutus fidem: monuit enim, in quibusdam codicibus suis non haberi verbum *aureis*: in aliis *abductum* non *adductum*, & *compescere* non *capescere*. mei Pall. tres & Colon scribunt *non scilicet purpura aut virgis abductum capescere* Ortel. *non scilicet purpura aut & virgis abductum capescere* Erasmi editio, *non purpura aut aurea virga adductum capessere*; ad quam sic Lipsius lib. 1. cap 23 Electorum; mendo, inquit, manifesto scriptum *aurea*. nam *aureas* huiusmodi virgas fuisse, nemo dixit, scripsit. pinait assentior libris aliquot qui eam eiiciunt. poterat etiam scribi litera addita, *laurea virga*: vt neget Seneca magistratum cupiendum aut capiendum per ambitionem & desiderio triumphi. nam in triumpho *laurus* in fascibus, ac *laurea virga* in manibus militum & triumphantis. &c.

Propius positus. Sequor Zenonem) ita legi voluit ex scriptis lib. Pinc. meo animo inepte. nam illa *propius positus.* nihil habent quo adiungi possint superioribus; certe eis non conueniunt. neque ita distinguit quisquam chirographorum meorum præter Ortel. qui, *promptus compositus Sequor Zen &c.* Pal. namque sec. *Propius positus sequor. Zenonem* tert. *promptus compositus sequor Zenon ac &c.* sic duo illi, ita vt vno ductu pendeant a prioribus. at quart. *propter sim positus sequor & Zenonem Cleanthem.* Colon. *Promptus compositusq; sequor Zenonem &c.* atque ita etiam editio Erasmi, nisi quod encliticam omittat particulam. equidem ambigo an legendum sit, *Promptus compositus, sequor Zenonem.* an vero, *Propius positus, sequor Zenonem* de eo mihi constat, non alia interpunctione temere vtendum. nam hoc dicit Seneca: vt video pompam & splendorem eorum qui Reipubl se immiscuerunt; pudor quidam me capit Philosophici pallii; itaque excitor ocius ad alterum illud vitæ genus: at enim vt iam in eo sum vt accedam, & in rem deducat præsentem, ecce abripit me exemplum Zenonis, aliorumque qui licet eiusle genus vitæ laudarent, eo abstinuerunt tamen. hæc Senecæ mens.

Nemo non misit) Pinciani codd. & mei, *& nemo non misit*. quomodo & margo editionis Erasmi; nam ipsa habet: *omisit.*

Ad quam cum animum insolitum arietare permisi) sic editus ab Erasmo, nisi quod ille *arietari*; at iussit Pincianus legeremus ex mss. suis; *Vbi aliquid animam insolitam arietari percussit* quod quis probare possit. nam nec longius abeunt Palat tert aut Col. qui *Vbi animam insolitam arietari permisit*; & disertim extat ad oram Ortel. sed & Palat. quart. *Vbi aliquid animam insolitam arietari percussit.* at sec *Vbi aliquid animam insolatam arietari permisit.* Ortel. *Vbi animam insolitam arietari percussit.*

Res non magno æstimanda) ita & Erasmi editio. at mei quinque, *res non &c.*

Placet intra parietes) initium posuit literam minorem; pendet enim a superioribus.

Alterius coercere insero superbiam) prodidit Pincianus omnes suos codices scriptos prætulisse, *alienius coercere &* quod & testor de Colon. Ortel Palat. sec. ac tert. nam quartus quinque has voces excludit.

Verba rebus permittere) Palat. sec. *prætermittere.* Col. *premittere.*

Vis tu non id agere) sic & Erasmus, margo tamen eius, *Vis tu nunc id ag.* prius extat in Pal tert. at quart. & Ortel. *Vis tu vero id agere.* Colon. autem, *Vis tu id agere.* Palat. sec. *Vix tu non id agere*

Minus molestiarum habet funus tacitum) I C. vnus scribit & interpretari *funus tacitum*, sine cantu & symphonia; additque illud nostri Epist 12: *Pacuuius qui Syriam vsu suam fecit, cum vino & funereis illis epulis se sepelisset, quasi fiunt parentaret. sic in cubiculum ferebatur a cœna, vt inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωκε, βεβίωκε. nulli non se die extulit.* sic ibi Seneca. vbi ad illa *inter plausus exoletorum*, idē I.C. notat; alias, inquit, *planctus.* hos ego siticinas fuisse aut exhibuisse potius puto. *siticines* enim erant, qui apud sitos, funeratos, vita functos, & sepultos, soliti erāt, canere honoris causa, cārus lamentabiles, vt ex Coniectaneis Atei Capitonis & Catone probat Nonius. Erant & præficæ mulieres ad lamentandū mortuum conductæ, quæ dabant ceteris plangendi modum. Festus in *Præfica.* hactenus I.C. ille; quæ adducere libuit, vt ostenderem quam turpiter se dedat, qui vltra crepidam sutor. nam primum, nec *symphonia* vsquam in funere vllo: nec exoleti isti Pacuuii exhibuerunt siticines. multo minus vt ipsi tales fuerint. nam vt norit: *siticines* solum operam præstabant, cum ille, quisquis esset cui parentabant, iam monumento includeretur; non cum adhuc inter vespillonum versaretur manus. quid quod mæstum quid & lugubre sonarent. neque aliud sibi volunt Capitonis verba, quæ & apud Agellium lib. 20. cap. 2. quod hic cogitare in Pacuuio valde absurdum. at diceres en tibi tamen hic *symphoniam* vbi funebrium mentio epularū, vbi agitur de elatione mortui. fateor sed tu contra mihi dicito an vere Pacuuiū mortuū putes? haud arbitror. quid ergo est? nempe quemadmodum Martialis lib. 8. Epigr. 75: canit de eo, cui cum luxatus esset talus, in sandapilam imponebatur: *Hic mihi de multis vnus, Lucane, videtur, Cui merito dici, mortuo Gallo, potest.* ita & iocator more suo perstringitque istum Seneca, quod non aliter vino depositus fere ac sepultus, quam vere mortui; quod non aliter inter exoletorum plausus ablatus e cœna, quam vere mortui inter planctus præficarum aliorumque, ex atrio ad rogum. vtque isti metaphoræ audacius inhæreret auctor, faciebat illa vox exoletorum. *βεβίωκε*; sic enim legendum, quoniam & ea in vsu cum mortui conclamarentur, vt alibi doceo lib. 3. cap. 6. Opinion. *Symphoniam* lætitiæ propriam, omnia vociferantur auctorum loca: vtque nulla tamen essent, vel hoc ipsum conuinceret; quod in funere, cantus tristis, asper, grauis, flebilis. vnde & Medea apud Ouidium eadem fere figura qua hic Seneca:

Tibiaq; effudit socialia carmina vobis:

At mihi funesta flebiliora tuba. quod enim hic tibia videbatur viduæ latronis; hoc fingit Seneca symphoniam fuisse circa Pacuuiom. nam sane & *Symphoniæ cantus* circa nuptias, vtpote qui mollis, dulcis, infractus, imo parum virilis. hinc lib. 9. Controuers a: *Si cum classicum canere debeat, symphonia canere iussit, non lædet maiestatem.* & Epist. 51 *Quid ni malit, quisquis vir est, somnum suum classico quam symphonia rumpi.* iterum Epist. 123 *Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem ac dulcedinem cantus quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi; sic adulatorum & praua laudantium sermo diutius hæret quam auditur.* inde factum vt Mæcenati *somnus per symphoniarum cantum ex longinquo leno resonantium quæreretur*, vt prodit Seneca ipse lib. de Prouidentia. hæc satis cui non cornea fibra; imo etiam cui talis.

Funus tacitum) id est, sine pompa, sine designatore, sine ludis, præcone, indictione, silens & quietum; opponiturque *publico*; hoc est quod denunciatur & indicitur publicitus per præconem. hæc fere Lipsius ad librum 4. Annal. Taciti, vbi habebis de publico funere plura.

Cogitationis magnitudine) ita & Pall. tres, nisi quod tert. *cogitationibus* Pincianus rectius putabat *cogitationum*, quomodo erat in scriptis eius, testatque id Colon. meo & Ortel.

Alternque vt spirare) Pinciani codd. & mei omnes ad vnum *sperare.* haud tamen reiicienda volgata lectio.

Et ad dignitatem rerum exsurgit oratio) sic Romana editio. Erasmi, *exit oratio.* quod & in Pall. tribus & Ort. Coloniensis ita quoque habet, sed duæ literæ *se* superpositæ sunt prioribus illis *ex*, vt aliud quid compendio scribere voluisse appareat. Pinciani exemplar vnum retinet *exigitur oratio.*

Oblitus tum legis) ita scribit ex mss. Pincianos. Erasmi editio, *oblitus tum lenis.* Palat. sec. quart. Ortel. *oblitus tamen legis.* tert. *oblitus tus legis.* Coloniensis, *oblitus cum legis.*

Sub-

Sublimis feror] sic & mei tres. at Palat. quart. & Ortel. *sublimis*, quod vltimum in omn. lib. Pinciani.

Et ore iam non meo) ita Mureti editio; nescio tamen an ex aliquo manuscripto. nam Erasmus, *& ore non tantum meo*, monetque fuisse in Rod. Agricolæ libro, *& ore tantummodo*, reposuisse vero ipsum, *& ore tantum non meo.* est in Palatino sec. *& ore tamen non modo.* in tert. ac Coloniensi. *& ore tamen non meo.* quart. atque Ort. *& ore tantummodo.*

Et plus fortasse sit) sic etiam mei quart. Pal. tamen sec. *& plus fortasse in me sit.*

Quam quod ipse prouideo) mei omnes *peruideo*; præter Ortel.

Apertis oculis transiluissent) sic & Palat. tert. at Colon. *transiuissent*. Pal. sec. ac quart. *transiluissent.*

Quod nos magis aliena iudices adulatione perire) vox *nos*, abest Col. Ortel. ac Pal. tert. & quarto, non etiam sec. qui tamen alio ordine, *quod magis alienis iudices adulatione nos perire.*

CAPVT II.

Nec vllius propius admoneret exemplo) sic Erasmi editio; ea vetustior, *nec vllius propius admoneri exẽplo*. Pinc. codd. *nec vlli propius admonerium exemplo*; quomodo & Col nec non Palat. tert. ac quart. quod probauerim. nam & sec. & Ort. *nec vlli propius admoneri exemplo.*

Cum reliquum effugerint) mei omnes *effugerunt.*

Alicubi tolles grauius) ita Ort. & Pinc. ea membranis. meorum tamen reliqui *grauis*, vt editio Erasmi.

Nihil aduocatus) mei quatuor male *aduocatus*. Ortel *aduocatum.*

Et quorundam circa ipsam) copula meis omnibus adest, nec improbo.

Græci εὐθυμίαν vocant) ita recte Erasmi editio, neque aliter legendum putauerat Beroaldus cap. 8. Annotat. in Varios. Democritus enim, inquit, *euthymiam* probauit tanquam beatæ vitæ effectricem, quæ interpretatur animi tranquillitas, cuius & Cicero meminit lib. 5. de Finib. bonor. de qua Diog. Laertius ita prodidit in vita Democriti; *finem esse rectum quietumq; animi statum quem euthymiam dicit. qua non, vt quidam male intelligentes, idem sit quod voluptas; verum secundum quem animus magna tranquillitate constantiaq; beatus est, dum nullo metu nulla superstitione aut alia quauis perturbatione angitur.* olim cusi scribebant *ethimiam*. Col. *athimiam*. Pal. sec. *exstimiã.* tert. *exchimiam*. quart. *etiam*. Ort. *heremiam.*

Ego tranquillitatem voco, sic Pinc. & mei. Erasmus amplius: *Ego eam tranq. voco.*

Nec enim mutari) ita Erasmus & Palat. quart. alii quatuor, *immutari.*

Ex quo agnoscet quisq;) mei omnes & editi ab Erasmo, *cognoscet.*

Simul tu intelliges) sic Erasmi etiam editio. mei quinq; *si multum intelliges*. excipio Pal. tert. qui *Sed multum intell.* item Ort. qui *Si multum intelligas.*

Qui marcent & oscitant) indicat Pincianus editiones Erasmiana priores legere *oscitantur*, proq; eo habere exemplar vnum, *otiantur*. & sic quidem etiam Pal. tert. at alii mei quatuor *oscitantur.*

Qui non inconstantia vitio parum leues sunt) ita Erasmus & Pal. sec. alii mei, vt & quidam Pinciani, *qui non constantiæ vitio*; Hispanusque ille legendum putat, *qui non constantia in vitio parum &c.*

Sed inertia) sic quoque Palat. sec. reliqui quatt. *inertia*, quod malim.

Ab intemperie animi] ita vnum exemplar Pinc. & meorum tres. solus enim Ort. & quart. *ab intemperantia*, quomodo edidit Erasmus.

Et cupiditatibus timidis] Pal. sec. *tumidis.*

Semper instabiles mobilesq;] Erasmi editio, meique quatuor subiungit verbum vnum. *mobilesq; sunt.*

Accidere pendentibus. Omnis vita pendens] omisit plusculа verba Mureti editio: Erasmi quippe *accidere pendentibus ad vota sua. Omnis vita pendet*, vti restat in Pal. quart. ac Colon. nam alii tres vno spiritu, *accidere pendentibus ad vota sua omnis vita pendens.*

Et dolent se praua frustra voluisse] ita Erasmus. prius publicati, *nec dolent se praua &c.* Palatinus sec. *nec dolent se praua se frustra voluisse* tert. *nec dolent parua se frustra voluisse*. Pinciani quidam liber. *nec dolent se praua frustra voluisse*, alter eius, *nec dolent praua, sed frustra voluisse*, quod ipse probat, neque displicet mihi. nam & ita quoque erat in Pal. quart. ac Ortel. at Col. meus; *nec dolent parua se frustra doluisse.*

Et ad secreta studia) ita legi voluit ex vett. Pincianus, quomodo quoque remanet in Palatino sec. & Ortel. alii tamen mei tres adhærent Erasmianæ editioni & respuunt copulam *&*.

Ad cœlum erectus) sic & Colon. & Pal. quart. at reliqui *rectus.*

Inuitus aspicit se sibi relictam) ita Romana editio & Col at Erasmi, *relictus*. Pall. vero tres & Ortel. adhuc amplius, *sibi relictus est.*

Hinc illud est tædium) Pall. tert. *Hinc illud prouenit tædium.* Ort. *Hinc id prouenit tædium scilicet.*

Se ipsa strangulant] ita Pinc. & mei quatt Pal. sec. *seipsas*, vti & Erasmus vulgarat.

Et mille fluctus] est item a mss Pinciani, quibus accedit Col. meus. nam Pall tres & Ortel. stant ab Erasmo qui publicarat, *& ille fluctus*; minus bene.

Quam inchoatam habent suspensam, deploratam tristem] sic Erasmus. at Pal. sec. *quam inchoate suspensam habent deploratum & tristem*. & ita quoque est in quarto, & Ortel. nisi quod eis absit particula, *&*. tert. *quam inchoare suspensam habent deploratam tristem* Coloniensis, *quam spes inchoate suspensam habent, & deploratam tristem.*

Quia se non potuerunt prouehere] ita & Ortel atque Pal. quart. etiam sec. ac Coloniensis, præterquam quod scribant, *potuere*. at tert. *quia se prouehere non possunt.*

Et ex hac deinde auersatione) ita scribit per minorem Pinc. suasu librorum, quomodo & Colon. meus. Erasmus quippe; *Et ex hac animaduersione* exoletæ editt. *& ex hac deinde versatione*. Pall. mei tres & Ort. *Et ex hac deinde aduersatione.*

Excitandi se materia est] omissum hic aliquid a Mureto. Erasmi enim codices *excitandi se abstrahendiq; materia est*, in margine vero, *se attollendiq; mat.* & vero *abstrahendiq;* restat plane in meis quinque.

Quibusq; pessimis ingeniis] Erasmi editio; *quibusdam pess.* Pincianus iussit scriberemus ex suis membranis, *pessimis quibusq; ingeniis*; & ita sane etiam in Pall. tribus & Ort. nam Colon *pessimis quoq; ing.* quidam codd Pinciani, *gratiorq; pessimis quibusq; ing.* cum vulgetur passim, resterque in meis *gratior.*

Et feram corporum scabiem delectant] ita Muretus contra omnia exempp. & cusa & membranacea, in quibus *& fœdam corp. &c.* sic sane etiam mei omnes, nisi quod Palatinus quartus longe aliam exsculpat lectionem, hac forma, *& fœdant corpus scabiem delectant.*

Et mutare nondum nondum fessum latus] ita omnes vndique libri, etiam mei quinque: quæritque ideo Pincianus. quid si legas, inquit, *motare*, vt alludat ad Virgilianum illud, *& fessum quoties motat latus.* non inepte ille, at ineptissime I.C. qui scribit legere se, *& mutare interdum fessum latus*. nisi, inquit, ita mauis, *& mutare spondam fessumq; latus*; vel, *mutare subinde fessum latus* quamnam enim quæso de istis coniecturis dicemus veram? cum nulla se tueatur scriptis codicibus; aut adeo causam ipse reddiderit cur vulgata scriptura damnãda, quæ certe statim sequentibus firmatur, vbi est, *nihil diu pati.* ergo mutant latus, licet nondum fessum, quoniam mutationibus istis tanquam remediis vtantur.

Et alio atque alio positum ventilari] sic & mei omnes, prodidi tamen libro 25 cap. 9 Suspicion. videri mihi legendum *positu*; neque nunc muto sententiam.

Laudatusq; portus] ita Erasmus. at Palat. sec & Colon. *laudusq; portus*. tert. *laudaturq; portus*. quart. & Ortel. *laudatur portus.*

Et tectu vel antiqua satis opulenta turba] Ita Erasmus, at notat Pincianus isthæc omnia desiderari in exempp.

suis duobus. mea quidem repræsentant, sed admodum mendose Ort. *pro recto velantuque satis opulenta turba est.* Pal sec & Col *& tecto velantis, qua satis opulenta turba est.* tert. *& recto velantis. qua satis opulenta turba est.* quart. *& recto velanti, qua satis opulentia turba est.* Lipsius lib. 1. cap. 10. Elect. dicit se in patriem sanare, *& tecta Velia Antiq.* nam duo ea loca inter amœnos & salubres secessus habita. Horatius: *quæ sit hiems Veliæ,* de Antio, frequens.

Aliud ex alio suscipitur) iussit Pincianus legeremus ex chirographis: *Aliud ex alio iter suscipitur.* quod cum & extet in Pal. sec. tert. Ortel. facile admiserim. habet tamen Palat. quart. *Aliud ex alio iter suscipitur.* Col. vero, *aut ex alio iter suscipitur.*

Itaque ferre debemus) sic Pinc & quart. mei. Erasmi præponunt vocem; *Omnes itaque &c.* sed ea delenda. extat quidem in Pal. sec. verum nata est ab alia voce *comes*, qua destituimus, scribitque; *& urget grauissimus. Omnes itaque ferre &c.*

Nec vllius rei diutius) Pal. quart *dulcius.*

Rabidarum delitiarum) ita etiam Palat. sec. & tert. nam quart. Ort. Col. *rapidarum.*

CAPVT III.

Et officiis ciuilibus) P. Faber *ciuilia* hic accipit *officia* pro virilibus illis de quibus ita Vlpianus l. 2. ff de reg. iur. *Feminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ sunt &c* vnde & Quintilianus Declam 168. *Quis vsus ipsorum virorum? militiane vtiles, an ciuilibus officiis?* & Declam. 283. *Sed non necesse habeo iudices diu commendare vobis officia ciuilia, in quibus tam diu satisfeci.* Iuuenalis denique Satyr. 7.

Dic igitur quid causidicis ciuilia præstent
Officia, & magno comites in fasce libelli?

Et cura corporis diem ducunt) est a scriptura codd. Pinciani, si addita litera legamus *educunt*, quomodo legendum suadentibus item Pall. tribus Colon. Ort. male antea Erasmus, *& exercitatione curam corporis educunt.* porro quibus athletæ ad saginam roburque corporis vtebantur, multa ex Quintiliano lib. 12. cap. 10. Iuuenale ac Celso lib. 4. Budæus ad l. athletas ff de iis qui notantur infamia. itē ex variis auctoribus, vt & Basilio Homilia 52. & 54. Mercurialis lib. 1. cap. vlt. artis Gymnast. plura vero P. Faber lib. 3. cap. 1. & seqq. Agonistic.

Cui se vendicauerunt) Erasmi editio nec non mss. mei quinque, *cui se vendicauerunt.* alterum puto a Mureto, neque ita displicet.

Adeorum ciuilium certamen) ita Pinc. codd. & mei. Erasmi tamen *ad rerum ciuilium tutamen.*

In opere esse longe pulcherrimum est) mei quinque vno cōsensu: *in op. esse non a longe pulcherr. &c.* quam negatiuam particulam crediderim natam ex marginali voce, *Nota.* duabus sane prioribus scribitur literis & linea superposita.

Etiam in priuato lare explicet) ita Erasmus & Palat. sec. ac quart. alii duo, *in priuato laxe expl.* vtrumque possis probare. Ort. *etiam priuato lare exp.*

Nec vt leonum animaliumque impetus caueis coercetur) P. Faber lib 2 cap. 1. *caueas* hic accipit pro Amphitheatri illa parte qua feræ includebantur vt maiore in pugnam impetu emitterentur. quod vt non damnem, ita putarim latius paulo sumi posse, pro omni videlicet custodia quæ animalium refrenet impetus, siue seruarentur ad pugnam, siue vero mansuefierent. & alioqui vix est vt putem feras semper nutritas illis subterraneis quæ sub Amphitheatro cryptis: vero similius eo demum translatas adseruatasque sub ipsam pugnam. quod pluribus stabilire possem, nisi festinarem. videatur tamen fidei meæ causa lib. 4. Metam. Apuleius, vbi de Democharis venatione multa fabulatur iucunda.

In seductu actiones suas) sic Erasmi editio, at mei quinque, *seducto.* & fere probarim.

Ita tamen delituerit) ad eundem modum Pall. tres, Ortel. Coloniensis. at voluit Pincianus rescriberemus ex mss eius numero plurali, *delituerint*, & mox, *absconderint*, item, *velint.*

Virtute instruit animos, qui ad pecuniam &c) Pincianorum lectio, *virtute instituit quis animos ad pecuniam.* Palat. sec. *virtutem instruat animos. Qui ad pecuniam &c.* tert. *virtutem instituat. animos qui ad pecuniam* quart. *virtute instruat animum qui in pecuniam.* Col. *virtutem instituat, animosque ad pec.* Ort. *animum virtute instruat.* (al. *instituat*) *qui animos ad pec.*

Cursu vacemus) ita veteres editiones, ne hoc sibi I. C vnus arroget. cum typographus aliquis perperam edidisset *cursum*. id ego quidem ante inspectas membranas ac Pinciani castigationes mutaueram in *cursim*. nunc nihil muto contra mss.

Ruentes prensat ac retrahit) ita & Ort. at quart. reliqui, *pensat*, quomodo etiam fuisse puto in libris Pinciani. Col. quoque *ac trahit.* quid dicemus? an audire licet quod adnotatur ad marginem Palat. quart. *alias pausat id est retardat* cogitet lector. nam ego nihil affirmo, vtique cum sequatur, *certo moratur.*

Aut urbanus prætor præeuntibus assessoribus tria verba pronunciat) sic Romana editio, nec tamen rationem reddit mutationis. Erasmus vulgarat, *prætor adeuntibus assessoribus verba pronunciat.* quod & in meis. Pincianus hic nihil adfert ex mss. sed tantum, emendandum, inquit, puto, *aut vrbanus prætor adeuntibus, aut assessor aris verba pronunciat* vt pro *aris* accipias, *legum are incisa*, vt illud *nec verba minantia fixo Ære ligabantur.* ad quæ verba I. C. quidam; hanc, inquit, Pinciani diligentiam & emendationem non probo. tu lege, *adeuntibus adsessoris verba pronunciat.* nam quicquid decernebat prætor, id consilio adsessoris faciebat; ipso etiam adsessore suggerente verba: quod colligi potest ex Pauli tertio ad Edictum l. 2. ff quod quisque iuris. sic ille. quæ nemo non probaret, si, vt ingenuum os decebat, suo sibi auctori adscripsisset: sunt enim non eius sed Cuiacii lib. 23. cap 40. Obseruat. qui videatur fidei meæ caussa.

Quam qui docet quid sit iustitia) ipse Erasmus, quo est candore, fatetur duo ista verba *qui docet* non esse a membranis: desunt, inquit in notis, duo verba, *qui docet*, aut similia. & vero absunt ea quoque libris Pinciani, item meis quart. neque ea desidero, si modo repetamus præcedentem dictionem *pronunciat*, tanquam hic iterum positam. Ortel hic passus est manum alienam, habetque, *Nam & quid sit iustitia.*

Quantum bonum sit bona conscientia) sic quidem Erasmus. at Pinciani codd. *quantum gratuitum bonum sit bona conscientia declarat*; quomodo fere Ortel & Palatinus tert. nempe, *quantum gratuitorum bonorum sit bona conscientia declarat.* verum vox illa *declarat* nothа videtur; exulat sane Palat. sec. quart. ac Colon. quorum primus at postremus, *quantum gratuitorum bonorum sit bona conscientia* quartus vero, *quanto grauidorum bonorum sit bona conscientia.*

Quod subduxeris officiis) Pinciani liber vnus & Palat. tert. *quod de officiis subduxeris* quart. *subduxeris officiis* sine voce *quod* Ort. *quod subd. e officiis.*

Non deseruerit) sic mei quinque. Pincianus legendum ait ex vno exemplari, *non te deseruerit.*

Sed & qui portus tuetur) copula *&* abest cum Erasmianæ editioni tum mss. omnibus.

In numerum stipendiorum veniunt) ita & meæ membranæ quinque. Torrentius tamen, quamuis non neget aptam aliquam colligi sententiam; multo tamen fore putat aptiorem, si *in numerorum stipendia* legimus. *numerus* enim, inquit, militare vocabulum; nec solum pro *catalogo* seu *breuiculo militum* sed pro *ordinibus* ipsis *turmisque & cohortibus militum*: varie enim distinguebantur. hinc *referri in numeros*, *in numeris manere*, *desinere in numeris esse*, apud I. C. tit. de test. milit. præsertim l. 42. & l. 2. de his qui not. infam. hinc Claudianus in Epithalamio Palladii & Serenæ: *Regnorum tractat numeros, cuneosque recenset*, id est militares copias. & eodem pulcerrima translatione respexit Virgilius illo versu,

Nauita tum stellis numeros & nomina fecit.

Suetonius cap 6. Vespas. *Et tunc quidem compressa res est, reuocatis ad officium numeris parumper*: sic enim & ibidem legit Torrentius; quem eo vide loci: nam ego nihil mu-

tane

uerim de lectione vulgata Senecæ; quæadmodum elegans si *stipendia* accipimus figurate pro ipsis hominibus quibus stipendia procedunt. quãquam nec hoc quidem necesse est; reipicit enim vocem, *ministeria*.

Omne vita fastidium effugeris) sic & Col. ac Pal. tert. veterum sec. *vita studium*. quart. *vita stadium*. Ortel. *fastidium fugeris*.

Affuetq, ad te optimus quisq,) Palat. sec. bis expressit dictionem *optimus*.

Sequitur hanc solitudinem) Palat. sec. tert. Ort. *sequetur*, quod non displicet. nam & quart. *sequemur*.

Contra difficultates locorum ducere , est a veteri lectione Pinc. codd. Erasmi enim editio, *educere*, vti etiam est in Pal. sec. quart. Col. solus tert. *ducere*. Ort. vero, *difficultatem*.

Quare nihil turpius est, quam grandis natu senex) sic & Erasmus at aliæ edit. addunt, *est sæpe, quam*, &c. quomodo & in Pal. sec. quart. Ort. nec reiecerim nam I. C. ille qui se legere ait, *turpius est sane*, Latine prius discat oportet quam vt Senecam doceat loqui. Pal. tert. legit; *turpius est sæpe grandis senex*. Colon. *turpius est. Sæpe grandis senex, qui*, &c.

Non flatum auersum) sic solum Palat. tert. & Ort. reliqui tres male *aduersus*.

Quo non possit fortuna persequi] meorum quart. *in quo non*. præpositio tamen illa abest Pal. quart.

Sed parcius se inferat officiis] ita Erasmus. tradit Pincianus quosdam codd. legere *inferat*: & posset, inquit, legi *ingerat*: quomodo scribendum asseuerat Stephanus Epist. 10. ad Dalechamp. equidem mei omnes *inferat*, nisi quod Pal. quart. *inferet*, quod primum probauerim. *infert* se enim qui ingerit, atque id quidem importune. Cicero pro Cæcina: *Atq, etiam se ipse inferebat & intrudebat, & in eam opinionem Cæsenniam adducebat*, &c.

Periculosum etiam ingressu forum est?] ita & Col. at Pal. sec. & quart. *etiam in ingressu*. tert. vero atque Ort. *periculosum est etiam in foro ingredi*.

Officia si ciuis amiserit] sic & Pal. sec. & quart. alii tres excludunt coniunctionem *si* Pinciani veteres, *Officia ciuis amisit*. mediam probauerim.

Aut Prytanis aut Ceryx) sic & Erasmi editio & antiquissima quæque. vocem postremam minus fideliter exprimunt mei tres: nam Orteliano & tertio Pal. hæc & verba adhuc duo sequentia absunt at pr. *aut ceris*. quart. *aut prastans aut cetrix*. Colon. *aut terix*. I. C. quidam mutat *aut meddix*, cogitque ipsum inquit non tantum illa magistratuum similitudo inter Pœnos & Oscos; nam illis *Sufes* fuisse quod Romanis *Consul*: sed etiam quod *Ceryx* nullibi magistratus summi compareat nomen. in voce *Prytanis* aliquid etiam erat mutaturus nisi obstitisset Suida; ei enim πρύτανις non tantum διοικητής, φύλαξ & προστάτης, ἔξαρχος τῆς ἐξουσίας, sed etiam βασιλεὺς & ἄρχων. hæc ille, cui nihil opponam de meo; sed impingam Beroaldum, Cælium, & Baptistam Pium, qui religiose seruant illud *Ceryx* postremus quoque accipit pro summo magistratu in Republ. Attica; vtpote cui Cerealia commissa erant sacra. Atheniensibus religiosius culta. narrat item ex Suida, a Thrace vel a Musæi filio institutos Eumolpidas & Cerycas aliosque sacerdotes qui Cereris sacris & initiationibus inuigilarent. videatur ipse cap. 96. Annorat. posterior. item Lud. Cælius lib. 21. cap. 6. Lect. antiquar. nec non Beroaldus Annotationibus ad Liuium, qui *Prytanem* quoque hic significare ait magistratum illum qui apud Latinos insigniebatur nomine *Curionis*, & de quo scribit lib. 2. Dionysius; *Duces Curiarum factos esse sacrificulos a Romulo imitatione Græcorum; apud quos instituta fuerunt Prytanea, in quibus sacra fiebant ab his qui maxima præditi essent maiestate, qui Græce Prytanes nuncupantur*. hactenus ille, cui an fides habenda, discutias ipse lector, adito prius Alexandro ab Alexandro lib. 3. cap 3. Genial. dier.

Aut sufes) Pal sec. *aut fules*. quart. *sufes*, vt & Col. amicus quidam meus suspicatur legendum *aut Fufet*; accipitque nihilominus pro summo magistratu Pœnorum. et quantum tribuendum sit viderit ipse; nam ego nihil scio, nisi *Mettum Suffetium*, passim vocari apud Græcos *Mettum Fuffetium*.

Te sors inter triarios posuit] ita mss. Pinciani, vt & mei quatuor. nam Ort. *triarios posuerit*. male itaque editus ab Erasmo, *inter gregarios*. nam certe nec *triarii* in acie primo ordine, sed tertio, vbi videlicet extremis subsidio deponebantur, vt prodit lib. 4. de ling. Lat. Varro, ita quidem vt ad pugnam non venirent, nisi rebus fere desperatis, vt satis clamat prouerbium, *Res ad triarios redit*.

Stes tamen, clamore iuues: si quis fauces oppresserit) vox vltima est a Pinciani libris, qui tamen præterea, *Stes tamen, clames. Si quis*, &c. at Erasmus; *Stes tamen, clamore iuues: si quis fauces oppressis*. rescripserim suasu Pall. trium & Ort. *stes tamen & clames; & si quis fauces oppresserit*. nam. neque aliter etiam Col. quam quod mutato numero, *& clames, & si quis fauces oppresserint*. ¶ *Auditu enim, visu, vultu*, &c.) sic Erasmi editio. at Pal. sec. tert. Ort. *Auditus enim visusq, vultu*, &c. quart. *Visus enim auditusq, vultu*. Col. *Auditus enim visusq, ab aliis vultu*, &c. ¶ *Vt salutaria quadam citra gustum*) Erasmi editio, & Pal. quart. *quæ citra gustum*, non *quadam*. sec. *Vt sal. quæq, circa gustum*. tert. *Vt salutaria curam gustu*. Col. *Vt salutaria quæ citra gustum, tactu, odore proficiunt*. Ort. *quæ citra gustum tactum odoremque*. ¶ *Siue spargitur & se vtitur, suo iure*] ita Romana editio. Erasmi, *siue potitur & fruitur suo iure*. Pincianus autem legendum duxit ex vno cod. suo, *siue expatiatur & vtitur suo iure*. antiquitus cusi; *siue patiatur & sentitur suo iure*. Pal. sec. quart. Ort. *siue patiatur & se vtitur suo iure*. tert. *siue spatiatur & vtitur suo iure*. Col. *siue spatiatur & se vtitur suo iure*: quod postremum vero dixerim proximum. ¶ *In quocumque habitu est prodest*) sic Pinc. codex vnus & Pal. tert. atque Ort. at alii mei tres, vti & Erasmiana editio: *prosit*. ¶ *Longe, inquam, optimum est miscere*) ita & Pinc. vnus. at mei omnes nec non publicati ab Erasmo, *Longe itaque optim.* ¶ *Vt nulli actioni honesta locus sit*) sic transponi voluit ex eodem cod. suo Pinc. atque ita quoque Pal. tert. attameo alii mei tres adsentiuntur Erasmi libris habentque, *vt nulli actioni locus honesta sit*. Col. *vt nulli actioni honeste habitus sit*. ¶ *In qua tot tyrannis, tot satellites erant?*) ita Romana editio, mea sententia valde insulse. Erasmus vulgarat, *in qua tot tyranni quot satellites erant?* id ego sincerum arbitror, nisi si vox adiicienda ex membranis meis quinque, *in qua tot tyranni erant quot satellites essent?* vult enim Philosophus nullum non e satellitibus qui hisce tyrannis apparebant, animum, licentiam, vultumque habuisse tyrannorum, atque ita solet, vt norunt Politici. Pincianus voluit expenderemus an e contrario legendum esset, *in qua quot tyranni tot satellites erant*. non est; vti latius ostendo lib. 10. cap. 2. Opinionum. ¶ *Opes suas metuentibus*) ita omnis scriptio Pincianorum librorum; a qua nihil abeunt mei & probo quod enim paradoxo simile, diuites amabant opes suas & metuebant: hoc, natura sua; illud, propter periculum quod non tam ab eis quam propter eas inuadebatur enim a tyrãnis ditissimus quisq;, vt satis patet ex historiis.

Eius libertatem libera ciuitas non tulit) sic Mureti editio; contra mss. omnes & impressos, in quibus, *eius libertatem libertas non tulit*. neque aliter Pall. tert ac quart. quod non video cur etiei debuerit. est in Col. *eius libertatem non tulit* Pal. sec. atque Ort *cuius libertatem libertas non tulit*.

Vt scias & in afflicta) sic & Erasmus. verum mei quinq; *Et vt scias & in affl.* ¶ *Ac beata impotentiam, inuidiam*, &c.] est, non a libris Pinciani, sed a coniectura eius. exemplar enim quoddam, *ac beata pecuniã, inuidiam*; vnde legendum putauit *impotentiam* habet Erasmus, *ac beata pecuniam, inuidiam*, quomodo & in Pal. sec. quart. Ort. etiam forte in tert. sed ambiguis literis, quæque etiam notare possunt *penuriam*. Col. refert; *ac beata pecunia inuidiam*. ego non sollicitauerim illud *pecuniam*. mire enim ea regnat in florente republ. ¶ *Vitia inermia regnare*] sic & Pal. sec. tert. Ort. nam quartus *meruna*, superpictumque alias legi *enormia*. Col. *inharentia*. nihil mutandum est. *inermia* quippe *vitia* opponit ferro & carnificibus tyrannorum. ¶ *Vtcumq, ergo se respubl. dabit*) malim eum Palat. tert. *Vtcumq, ergo res se publica dabit*. ¶ *Armis & catenis circumfrementibus*] absunt ista hæc omnia Col meo. scripserim tamẽ, *armis circa & catenis frementibus*, auctore Pal. tert. ac quart. nã nõ abit sec. nisi q; *armis circa se & catenis fremẽtib.* Ort. *immixẽtibus vndiq, armis & cat. fremẽtibus*.

Non est enim seruare se, obruere. Vt opinor Curius, &c.) sic Romana editio. Erasmi, *Non enim debet seruantem se obruere. vt opinor. Curius, &c.* Pal. sec. tert. *non enim debet seruare se vel obruere, vt opinor. Curius.* quart. *non enim seruare se voluit, nec obruere, nec opinor. Curius.* Col. *non enim debet seruare, voluit se vel obruere vt opinor. Curius, &c.* prisca editio; *Non enim debet seruare se nec obruere, vt opinor:* notatque Erasmus Rud. Agricolæ codicem pro *nec* habuisse, *vel*; idque ipsum vertisse in *velo*, & ex *seruare se* fecisse *seruantem*. forte, inquit, sic erat legendum; *Non enim debet celare se nec obruere.* Ort. *non enim seruare se voluit nec obruere vt opinor. Curius, &c.* ¶ *Malle esse se, quam viuere mortuum*) ita legendum putauit Pincianus, cum primitus cusi præferrent, *malle esse se mortuum quam viuere.* Erasmus vulgauit, *malle esse se mortuum quam non viuere.* at negatiua dictio in nullo est meorum, qui omnes, *malle esse se mortuum quam viuere.* traiectio verborum, quam introduxit Pincianus, & mihi placet, & Stephano Epist. ad Dalech. 35. qui pro ista lectione facere vult illud Simonidis: αὐθρωπιστικῶς ζῶν ἐπ ... ; quoniam & dicatur de eo qui non reuera mortuus, sed mortuus viuit, hoc est non secus ac mortuus; quod nihilo vilior sit viui opera quam esset mortui. ¶ *Ex viuorum numero exire*) ita scribendum putare tradit Pincianus; at ita quoque Erasmiana editio, non *viueram*; quod nec in vllo meorum; quorum tamen Pal. sec. *ex viuorum numere non exire.* quart. vero, *vitiorum numere non exire*, absque præpositione *ex*. ¶ *Vt plus otio ac literis vindices*) ita & Erasmus, nec non Pal. tert. Col. Ort. at duo reliqui adiiciunt pronomen, *vt plus otio ac literis te vindices* neque prorsus contemserim. quod tamen quidam legere se dicat, *vt te prius ia etium ac literas vindices*; nihil magis ei scripturæ tribuendum quam suis grunnitu, abducit enim omnino a sententia auctoris. ¶ *Quam in periculosa nauigatione subinde portum petas*) ita ex veteri lectione codd. Pinciani Muretus; quibus accedit Pal. quart. atque Ort. Erasmi enim libri; *quam periculosa nauigatione submersus portum petas*; quomodo & Pal. sec. & Col. nisi quod interant voculam, *in periculosa* at tert. *quam in periculosa nauigatione summum portum petas.*

CAPVT IIII.

Deinde qua aggredimur negotia) Pal. sec. quart. Col. *deinde ea qua aggrediemur negotia.* Ort. *Deinde qua aggrediuntur neg.* ¶ *Aut enim quibus agendum est*) voces vltimæ duæ sunt a mss. Pinciani, extantque solum in Palat quart. atque Ort. aliis tribus absunt, neque agnoscunt libri publicati ab Erasmo. ¶ *Laboriose oppressit officio*) ita Erasmus. Pinciani codd. *pressit*, quomodo & Pal. tert. Ort. Col. nam Pal. sec *laboriose presit officio.* quart. *laboriose pressit officio.*

Qua firmam frontem desiderant) mirum hoc: mei quinque, *qua primam frontem desid.* quod quid sibi velit nescio. at *firma frons*, ea quæ durior neque ita tenera qualis fuit Pompeii Magni. ¶ *Qualibet indignatio effert*) meorum quatuor, *effert.* Ort. *affert.* ¶ *Nec periculosis abstinent salibus*) Pal. sec. tert. Ort. *abstinent a salibus*, quod non exclusferim. nam & præpositio illa in reliquis. quartus quippe, *abstineat ab manibus.* Col. *abstinent a salibus.* ¶ *Irritamenta nocitura libertatis*) sic bene Pinc. codd & Palat. sec. quart. Ort. nam illud Erasmi, *nocitura libertatis*, natum arbitror ab lectione mala, quæ & in meis duobus sane Pal. tert *nocitura libertatis fecit extimanda sunt.* Col. *nocitura libertatis sunt. Et æstimet, &c.*

CAPVT V.

Plus esse virium in latore quam in onere) vox *latore* prodiit ex officina Pinciani, cum prius esset *in actore*; quod & in scriptis omnibus, etiam meis quatuor. nam Ort. *actore quam pondere.* Pincianus pro se facere putabat mox seqq. *Necesse est opprimant onera qua ferente maiora sunt.* & vero nihil certius est quam eum debere esse sensum quem expressit Pinciani vox, sed quæstio est, an non *actor* etiam dici possit qui aliquid alibi effert. ita certe putat Nonius, vbi adfert istud ex Varronis Bimargo: *Non Hercules potest qui Augia egit κόπρον.* etiam est *actore* in editione Erasmi, quæ tamen addit ad oram, alias legi *actione.* ¶ *Multumque negotiorum ferunt*) ita Mureti editio: at mihi potius quod in Erasmi, & meis, *ferunt.* etsi enim aliquid fæcundum sit, si non etiam *feritur*, non est quod ab eo metuamus tanquam ab hydræ capite. ¶ *Aut facere, aut sperare possis*) mei omnes vna voce amplius, *aut certe sperare.* quod non ausim vocare in dubium.

CAPVT VI.

Hominum vtique dilectus habendus est) ita Pinciani codd. & Pal. tert. Erasmi editio, *Hominum quoque*; ea prior. *Hominum namque.* quod & in Ort. & Pal. sec. nam quart. *Hominum vanique.* Col. *Homini vtique.* ¶ *Quidam vltro officia nostra nobis imputant*) scripserim cum meis; *Quidam enim vltro officia nobis nostra imputant.* ¶ *Qui cum amicorum officiis paria in mensa faciunt*) sic & editus ab Erasmo. at vnus liber Pinc. & Pal tert. atque Ort. *qui cum amicorum officiis parem mensam faciunt.* Pal. sec. quart. Col. *officiis parem mensam faciunt.* quod vltimum habeo quomodo defendam. ¶ *Deinde illos testes spectatoresque*) ita Pinc. codd. Ort. & Pal. tres. Erasmus; *deinde illi sint testes spectatoresque.* Col. *deinde illos testes spect. &c.* ¶ *An otioso studio contemplationeque*) sic Pinc. & mei quart. Col. enim. vt & ab Erasmo vulgatus; *an otio, studio, contemplationeque.* ¶ *Quo te vis ingenii defert*) ita quidem & Erasmus; at scripserim cum mss. meis quinque, *referet*; vt fiat illud; *Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.* ¶ *Isocrates Ephorum iniecta manu*) ita Erasmus. at Pal. sec quart. Ort. *Socrates Ephorum lata manu.* sec. *Socrates Ethorum leta manu.* Col. *Socrates pro nouo philosophorum lecta manu*; hactenus, vt scribat *phorum* cum lineola superpicta priori syllabæ, quod alis plerumque, *Philosophorum*, notat.

CAPVT VII.

Quam amicitia fidelis) addunt mei quinque, *fidelis & dulcis.*

Hilaritas tristitiam dissipet) Palat. sec. *tristissima.* quart. *tristia.*

Itaque vt in pestilentia cauendum est) Pall tres & Ort *Itaque vt quodin pestilentia curandum est.* Col. *Itaque vt in pestilentia carandum est*, quod postremum amplector. miror tamen quid sibi voluerit illud *quod* codd. Palatinorum & Ort forte fuit. *Itaque id quod in, &c.*

Afflatuque ipso laborabimus) ita Pinc. & mei quinque. Erasmus tamen duobus verbis amplius, *afflatuque ipso in proximo laborabimus*; quæ tamen non video cur recipiamus.

Vt quam minime inquinatos) Pall. tres, *quam vt minime inq.* Ort. *vt minime inquinatos*, sine voce, *quam.*

Istum inuenies quem tot secalis) ita Pinc. & Palat. quart. item Ort. at vero sec ac tert. *istud inuenies quem tot.* Col & Erasmi editio, *istud inuenies quod tot sec alis.*

CAPVT VIII.

Non minus molestum esse comatis quam caluis pilos velli; sic quidem Muretus, sed contra omnes libros cusos scriptosque ii enim alio ordine, *non minus molestum esse caluis quam comatis pilos euelli*: quem agnouit & Hadr. Iunius Comment. de Coma cap. 2. vbi scribit Bionem hoc dicto allegorico innuere, tantundem vulneris accipere tenuioris fortunæ hominem e iactura exigua, quantum locupletem in magnarum facultatum casu. quæ interpretatio directe contra Senecæ mentē, imo adeo mentem Bionis, qui hoc potius voluit, æque dolere diuites cum illis aliquid abscedit, atque ipsi dolent pauperes sciamus itaque vt hic iterum peruerso illo loquēdi verborum ordine Philosophū: quod & vidit P. Faber lib. 1. cap 23. Semestr. Fornerius ad l 8. de verb. sign. Ort meus habet, *calua quam comatus capillos velli.* ¶ *Vtrisque enim pecunia sua adhæsit*) Pinc. membranæ & Pal. quart. *Vtrisque enim pec. sua obhæsit.* quomodo & Col. nisi quod is. *Vtrique enim.* nam Ort. *Vti enim pec. sua obhæsit.* Pal tert *Vtrique pecunia sua obhæsit.* sec. *Vtrisque enim pecunia sua adhæsit*; vti ediderat Erasmus. non displicet mihi istud *obhæsit.* ¶ *Nec sine sensu auelli potest*) Palat. tert quart. Col. Ort. *reuelli.* quod probo. sec. *euelli.* ¶ *Et quam voles ignominiosum*) scripserim cum meis omnibus, *quod voles ignomin. &c.* quemadmodum etiam excudit Erasmus, nisi quod præposuerit particulam *&*; quæ nusquam in meis.

Aut regnum est) sic & mei quinque, nisi quod desit Palat. quarto vocula, *est.*

Quisquis dominus adstupes) ita Pal. sec. & tert. item Ort. at quart. *obstupes.* Col. *adstipes.*

Demetrium

Demetrium Pompeianum) id est Pompeii libertum, vt prodit Torrentius Comment ad Suetonii Galbam cap.20.

Numerus illi quotidie seruorum) Numerum seruorum Romanis cum reperimus qui non facile fidem inueniat moribus nostris. Tacitus lib. 14. Annal. Pedanio Costæ tribuit *quadringentos*; Plinius Cæcilio cuidã Isidoro *quenques mille* & hi nihil dicunt præ Athenæo, cuius hæc verba lib.6.cap.7: *Post hæc reuersus Larentius ait: At Romanorum vnus aliquis quanto plures possideat seruos, tu nosti optume Masure. nam ad decem & viginti millia, imo plures etiam, multi habuerunt. nec tamen vt quæstum ex iis faciant, sicut Græcorum ditissimus ille Nicias, sed plerique Romani anteambulones eos habent comitesque maxima ex parte.* Vnde non iniuria queritur & culpat Plinius, *mancipiorum legiones, & in domo turbam externam, & seruorum quoque causa nomenclatorem adhibendum.* item apud Tacitum lib. 3. Annalium Tiberius: *Villarumne infinita spatia, familiarum numerum & nationes? &c.* vbi fere hæc Lipsius. alia loca, vide apud me lib.3.cap.19. Opinion. ¶ *Et cella laxior*) seruis quippe *cella*. Seneca pater. *Ex cella sua domina migrabit in cubiculũ: vel Domina ex cubiculo suo migrabit in cellã* Suetonius Nerone c. 48: *Receptus in proximam cellam, decumbit super lectũ, &c.* Lipsius lib.1.c.14. Satur Sermon.

Manem siue Diogene) Ort. Col. Pal. tert. quart. hic & infra *Mathen* habent: neque abit sec quam quod ille vtrobidem *Mathenm*. ¶ *Nihil apud Diogenem tam tuum est*) est a Pinciani coniectura, cum inuenisset in libris suis; *tutum*; & vero *tutum* quoq; est in Pal. quart. alii tamen tres, vt & Erasmus edidit, retinent *tui*. item ora Ort. cuius textus, *tuum*. ¶ *Nisi cui facillime negat*) Pal. sec. ac tert. *nisi quod facill.* quart. *quasfac.* Col. *nisi quod facil. negant.* Ort. *nisi quod facillime negat sibi.* ¶ *Habiliora sunt corpora pusilla*) sic Erasmus; notatque Pincianus lectionem antea cusam habuisse, *corpora imbecilla*, mss. vero quendam eius retulisse *imbecillo*; putatque ipse corrigendum *corpora in bello*, siue *in bella* & vero cum aperte extet in Col. atque Ort. *corpora in bello*, id audacter reduxerim. nam & Pal. sec. *imbecilla*. tert. *imbecillo*. quart. *imbecilla*. ¶ *Quæ in arma sua contrahi possunt*) I. C. quidam in Nomenclatore suo hæc adducit ad vocem *Armum*. quo quid sibi velit non exputo. si *armum* pro humero accipit, scire debebat eum habere in nominandi casu *Armus*, & facere *Armos* non *arma*: & alioquin agit hic auctor noster de armis militaribus, quibus qui se vndique includere possunt, habiliores certe sunt tutioresque iis quibus corpora grandiora & enormia: sed & cap. seq. scribitur: *Cogenda in arctum res sunt, vt tela in vanum cadant*. & Virgilius lib.10:

--sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos, seque in sua colligit arma.

Verum, vt dixi, nondum possum excogitare quid aliter illecum *armo* suo velit: itaque nec eum pudendæ incuso inscitiæ; quamuis alius quis iure posset.

CAPVT IX.

Nec vlla satis patent) omisit editio Mureti negatiuam dictionem, quæ in Erasmi libris, & meis omnibus: *nec vlla non satis patent*: nisi quod in Palat. tert. *nec vlla nec satis patet.* ¶ *Et vsu rerum ornamenta metiri*) ita quidem etiam cusi ab Erasmo; sed enim Pinciani membranę omnes, *& vsus earum, non ornamenta metiri*; quomodo cum etiam sit in mss. meis quinque, id non timide in possessionem legitimam postliminio reduxerim. ¶ *Libido qua necesse est fluat*) Pinc. *effluat* Pall. tres & Ortel *quam*, non *qua*. Erasmi, *libidoque qua necesse est effluat*. ¶ *Discamus membris nostris inniti: cultũ victumque, &c.*) ita Pinc. codd. quomodo & mei, nisi quod Pal. tertius, *inetti*; reliqui vero tres *inniti*. Erasmi editio; *Discamus membris nostris inniti cultum victumque, &c.* ¶ *Etiam si nos pudebit desiderii naturalibus*) ita Erasmus. notatque Pincianus variare hoc loco insigniter exemplaria sua: quædam enim; *etiam simul hos pudebit desid.* alia, *etiam simules nos pudebit et plus desid.* alia, *etiam simules nos pudebit esse populo desid.* ipse legendum fetur; *Etiamsi milies nos pudebit desiderii, &c.* vel, inquit, *Etiamsi similes nos pudebit esse populo desiderii, &c.* I. C. quidam legere se dictat; *etiam nec nos pudebit desiderii*. vellem adderet causas. nam sine iis, Morboniam omnes ineptas mittimus coniecturas. est in Pal. sec. *& hos similia pudebit enim naturalibus desideriis*. in tert *& similis os pudebit et plus desid.* quart. *etiam simul hos pudebit et plus desid* Col. *etiam similis os pudebit et plus desid.* Ort. *etiam similes nos pudebit esse populo, & similis hos pudebit et plus desideriis, &c.* ¶ *Non potest, vnquam*) ita etiam Pal. sec. at reliqui quatt. *vnquam.* ¶ *Ideoque exilia interdum calamitatesque*) ita Ort. & Palat. tert. nisi quod hic habeat *exilium*. quart. vero, *interim calamitates* sec. *Ideoque ex illa iterum calamitates.* Colon. *Ideoque exilia & rerum calamitates.*

Nec curare mollibus potest) ita Ort. & quædam Pinc. exempp. alia eius vt & Col. meus, *melius*. Erasmi editio, *mollius*, quod & Pall. tres. ¶ *Quid enim? consulitur? si & paupertas & ignominiosa rerum euersio adhibetur*) ita Mureti editio. Erasmi, *Quid ni, diuinus enim consulitur, & si paupertas & ignominiosa rerum euersio adh.* at voluit Pincianus corrigeremus ex mss. suis: *Quid ni consulitur? si & paupertas & ignominia & rerum euersio adhibetur.* & ita hercle legendum, nisi malimus cum Pal. quart. *etiam rerum euersio.* alii mei tres, *& ignominia rerum euersio*, sine copula; excipio Pal. tert. qui *rerum versio* Ort. *rerumque euersio.*

Habitare consectatus, sic & Pal. quart. & Ort. alii præponunt voculam, *&*. ¶ *Circique certamine*) ita bene Erasmus: nullus tamen meorum recte exarauit vocem primam. nam Pal. quart. atq; Ort. *circoque*. reliqui tres, *certique*.

Interius flectendum est) Ad metas qui propius sine ipsarum tamen contactu accederent, *interius flectere*, in agitatione currus dicebantur. Papinius lib.16 Thebaid. de curuli certamine agens alicubi. *Spernit flexa circum compẽdia meta Interius ductis Phœbeius augur habenis. Anticipassi viam. nec non & Thessalus heros, Spe propiore calet, dum non cohibente magistro Spargitur in gyros, dextraque exerrat Arion.* P. Faber lib. 2. cap 34. Agonist.

Qua liberalissima impensa est) ita & mei quinq;. Pinc. exemplar vnum, non agnoscit pronomen *qua*. *Tamdiu rationem habebo quamdiu modum*) est a coniectura Pinciani, quia sequeretur; *Quo mihi innumerabiles libros, &c.* Erasmus publicauit, *haret*; quod remanet in omnibus meis. Pinc. vnus, *habent* Pal. sec. post vocem *modum* voces has adnectit: *Reprehensibilis vero si excedis modum.* quod nescio an ausim Senecæ asserere. nã licet reliquis quatuor exulent, neq; adsint editis; at potuerunt excidisse propter vocabulum *modum*, quod & hic in fine & illic. ¶ *Quadraginta millia librorum*) ita & mei omnes. at legendum videtur, inquit Pincianus, *Quadringenta*, potius quã *Quadraginta*. ceterum Gellius lib. 6. cap. vlt. *septingenta* prodit fuisse librorum *millia*. ¶ *Ignaris etiam seruilium literarum*) *seruiles literas* hic sumere forsan videtur pro iis literis quæ seruorum nequam frontibus inustæ: Lud. Cælius lib 25. cap 24. antiq. Lect. scribit enim ibidẽ: In Græcorũ literis *stigmatiam seruum*, attagen varius appellauit quod in Auibus innuistrauit Aristophanes; quod animum id plumas variis distinctas coloribus gerat. *Seruiles literas*, in libro de Tranquill. vitæ apud Senecam inuenias. hactenus ille; nec explicat postea quid iis signari putet. at eas pro illis sumit quibus notabãtur serui, vt dominus quisq; suos nosset, Fr. Connanus lib.2.cap.7. Comment. iuris ciuil. dum ait reprehendi hic qui cum vsq; adeo sint literarum ignari, notas vt seruorum suorum non internoscant, tamen se librorum copia magnifice ostẽtant. Scilicet cum Græcis notarum esse & inscriptum, insigne esset seruitutis, venit & ea res in consuetudinem Romanorum, vt seruos inscriberent; qui ipsi multos a Græcis habebant iam notatos & compunctos a dominis: quod ipsum solitum fieri vt quisq; nosset suos. vnde & Labeo l. in publicum ff. de seru. fugi: *Tamdiu autem custodiantur fugitiui, quamdiu ad præfectum vigilum, vel ad Præsidem prouinciæ deducantur: eorumque nomina ac notæ, & cuius se seruum dicat, ad magistratus deferantur; vt facilius cognosci & percipi fugitiui possint.* Vlpianus item l. locum ff. de vsufru. *Vsufructuarius ne contrarium quidem ministerium aut visitatũ artificium corrumpere potest, nec seruum cicatricibus deformare;* non negat illi facultatem esse notandi serui, dum ne eum deformet. nam in occulta aliqua corporis parte notas seruo inurere dominum indicantes, vt oues solemus, etiam fructuario fuit concessum. hæc fere Connanus: quibus nondum plane assentior.

Nihil in apparatum) ita etiam Pal. quartus. Ort. *apparata* reliqui tres, *Nihil in apparatu honestius inquis.*

In hoc impensius quam in Corinthia pictasque tabulas effuderim) ita Erasmi editio. Pinc. liberi *in hoc impensam esse quod in Corinthia pictaque tabulas effuderant.* Pal. sec. *hac impensa quod in Corinthia picta tabula effuderint.* tert. *hoc te impendit quam in Corinthia pictasque tab. effunditur.* quart. *hoc te impensa in Corinthia pictasque tabulas effunderint.* Col. *huiusmodi impensa, quod in Corinthia picta tabula effuderint.* Ort. *hoc impensum esse, quod in Corinthia pictasque tabulas effuderint.*

Vitiosum est vbiq; quod nimium est) ita & Ort. ad oram. nam textus, *minimum.* vox *vbique* abest Pal. sec. ac quarto; qui & habet *Vitium* non *Vitiosum.* at tert. *Vitiosum est vtq; quod nimium est.*

Cur minus ignoscas homini armarium cedro atque ebore captanti, quam opera conquirenti, &c.) ita Erasmus; nec carpo. met tamen valde mendose; Palat. ser. *cur ignoscas homini armario atq; ebore captanti corporu conquirenti.* tert. *cur ignoscis homini armario cebro atq; ebore captati corpora conquirenti.* quart. *cur ignoscas hominum armario, atq; ebore captanti corpora conquirenti.* & ita Ort. nisi quod is, *homini*, item *conquirenti.* Col. *cur ignoscas homini armaria cedro atq; ebore captanti corpora conquirenti:* & quidem illud *cedro* etiam est ad oram Ort.

Et inter tot millia librorum oscitanti) sic Erasmus & Pal. ser ac Col. nam quart. *hostitati*, superpictum que, alias *hospitati.* tert. *excitanti.* in quibusdam Pinc. codicibus non habetur coniunctio *&*, in aliis habetur, sed desideratur *tot.*

Et tecto tenus extructa loculamenta) vocula *&* abest Pal. tert. Ort. Col. iidemque, vt & reliqui duo, *iocalamenta.*

Iam enim inter balnearia) balneas notare, prodit Brissonius lib. 2 de verb. signif. vt etiã alibi lib. 3. natur. quæst. item l. 13 ff. de seruit. vrban. citat & hæc Fornerius ad tit. de verb. signo. lege 74.

Sacrorum opera ingeniorum) mei quinque præfigunt coniunctionem, *&*; estque in Pal. tert. *& sacrorum.*

CAPVT X.

Vbi non indignari illa) ita & mei quinque. Pinc. liberi *vbi non dedignari illa.*

Sed pati propesuerunt) Pal. quart. *sed compati.*

Et voluptates) sic Pinciani codd. & Pal. tert. quart. Col. Ort. solus sec. *voluptatem*, vti retinet Erasmus.

Si noluera malam putare vitam potius quam inuidiosam facere) ita Erasmi editio, neque aliter Pal. sec. nisi quod præferat *viam* non *vitam.* at Pinc. vert. *si volueris malam putare potius vitam quam inuidiosam facere.* Pal. tert. *si volueris malo putare via potius quam inuidiosa facere* quart. *si volueris malam to puta viam potius quam inuidiosam facere.* Col. *si vis male putauero de vita potius quam inuidiosam facere* Ort. *si volueris. Male* (ad oram *Mala*) *to puta via potius quam inuidiosa facere.*

Quam quod eum sciret, quibus ærumnis nasceremur, calamitatum mollium consuetudinem inuenit) ita Muretus, aliquatenus Pinciani secutus iudicium. legit enim coniectura ductus; *quam quod sciens quibus ærumnis nasceremur, cal. moll. consuetudinem inuenerit.* nam, inquit, in vet. cod. meo *consuetudinem* habetur. Erasmi editio exhibet: *quam cum sciret quibus ærumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudine inuenit*, quomodo & Pal. sec. quart. Ort. nisi quod illi *consuetudinem*; qui casus & apud Col in quo, *quam tum sciret, &c.* at tert. *quam vt sciret quibus ærumnis nasc. cal. moll. consuetudine inuenit.*

Aurea catena est & laxa) sic restituit ex vno suorum Pincianus; cum alii eius nec non Erasmiani ostenderent, *aurea catena est, aliorum laxa*; quomodo & seruant quatuor meorum. nam Ort. *arta catena est, aliorum laxa, aliorum arta & sordida.*

Alligatique sunt etiam qui alligauerunt) Nimirum triplex ratio in vrbe adseruandi captiuos. aut enim in *carcere* habebantur locoque concluso, sine vllo milite; vt fere seruitia & capita viliora; aut in *custodia militari*: aut in *ædibus magistratuum.* Custodia militaris frequentissima & Romæ & in Prouinciis; eiusque modus, vt is qui in noxa esset *catenam* manui dextræ alligatam haberet, quæ eadem militis sinistram vinciret custodiæ eius præfecti. Satis aperte noster hic; item Epist. 5: *Quemadmodum eadem catena & custodiam & militem copulat, sic ista quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt.* & optime Athenæus lib. 5. cap. 11. vbi Athenionem res Mithradatis extollit: *E Romanis vero, præter Pamphylia Q. Oppius deditione acceptus, sequitur in vinclis. Manius autem Aquilius consularis qui de Siculis triumphauit, colligatum secum habens longa catena Bastarnam quendam quinque cubitorum, pedes ab equite trahitur.* Simile est quod Iosephus narrat lib. 18. cap. 11 de captiuo Agrippa rege, *Centurionem illi satis benignum appositum, & militem cum quo vinciretur humanum.* catenæ autem eiusmodi, vti ex Athenæo clarum, longiusculæ erant; vt ambulare, incedere pariter, non incommode possent. vnde Augustinus in Psalm. 128: *Ligantur duo & mittuntur ad iudicem, latro & colligatus. Ille sceleratus, iste innocens, vna catena ligantur, & longe sunt a se.* ad hos pertinet, quod Suetonius in Domitiano scribit, cap. 14. *Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat.* Tacitus lib. 3. Annal. *Seruos Lepidæ, cum militari custodia haberentur, transtulit ad Consules.* ibi Lipsius meus. quædam etiam P. Faber ad l. 125. tit. de regul. iuris.

Et quamuis angustum pedem) ita Erasmi, & Pall. mei tres; etiam Ort. atque membranæ Pinciani, qui tamen legendum retur; *& quemuis angustum pedem:* quo quid necesse? *quamuis angustus* signat fere idem quod *quantumuis & valde angustus.* Col. *promit, & angustam ædem.* sine voce *quamuis* inepte. etsi enim de habitatione loquatur, tamen & *pes* hic locum habere potest, vbi de area agitur cui superædificanda domus.

Dispositio fecit habitabilem) ita margo Erasmi: textus *habitaculum* prius restat & in meis quinque.

Et grauia scite ferentes) sic quoque editionis Erasmi ora; ipsa vero *rite*, quomodo est in Pal. sec. at tert. *feste.* quart. *situ* Col. *sine.* Ort *sic te.*

Prope posita speique nostra) Pal. sec. *prope proposita.* tert. *proposita*, sine *prope.* vulgatum restat in reliquis tribus.

Quæ excelsa videntur) editiones omnes & membranæ *videuntur.* quod primum mutatum, vt puto, ab Mureto.

Quam maxime poterunt) sic scribi voluit ex chirographis libris Pinc. & sic mei tres. Pal. enim tert. *poterit*; quod ego malim. ediderat Erasmus, *potuerunt*, vti & est in Ort.

Sed hoc ipsum testeatur) ita & mei quinque. Pincianus legi iubet ex suis, *sed hoc ipso test.*

Mansuetudine, humana lege, & benigna manu) ita Erasmus, Ort. ac Pal. quart. prior editio, *humana large & benigna manu.* vnde fecit Pinc. *Larga.* suasu mss. contra meos tres reliquos qui *large.* tertius quoque, *mansuetudine humana large, &c.* at Ort. *& mansf. humana lege, larga & benigna manu*; quod probo.

Multa ad sequentes casus præsidia) ita forte legendum sibi videri obiter monuit Pincianus, & id audacter recipit Muretus contra mss. Hispaniensis illos, contra Erasmi; in quibus *ad secundos casus.* quomodo & Col. Ort. ac Pal. quart. nam tert. *ad socalos casus.* vix dubito quin exciderit vox inusitatior, *ad sequiores casus.* nam Pal. sec. custodit tale aliquid quod notare queat & *secundos* & *seros.* verum exprimere voluerit, non ego id diuino Dauus.

Sed ipsos, & quidem vltro, citra extrema consistere) ita Mureti editio, satis licentiose contraque omnes vndique libros. Erasmi namque editio, *sed seipsos quidem vltro citra extrema hortentur consistere.* Pal. sec. *seipsos multo quidem citra exempla orientur consistere.* tert. *sed ipsos multo quidem citra exempla hortetur consistere.* quart *sed ipsos multo quidem citra exempla hortentur consistere.* nec secus Ortel. quam quod is, *sed seipsos.* Col, *duro seipsos. Multo quidem citra exempla hortentur consistere*, notatumque ad oram *extrema*: quod hercle hic excidit: origo mendi inde quod *exemplum* & *extremum* iisdem describatur litteris si compendio indulgeror, hoc modo *exm* ita tamen vt duplex superscribatur linea; quomodo exhibet Pal. quart.

Sed finita: non in immensum) ita quidem legit codex vnus Pinciani, sed non etiam distinguit. habet, inquam, *sed finita non in immensum*, quod ego malim si abeuodum esset ab

fet ab Erasmi editione. quæ, vt & Pal. tert. *& finita non in imm.* quod retinuerim. nam Palat. sec. quart. Ort. *& finita non immensum.* Col. *& finita non in vniuersum.*

CAPVT XI.

Ad imperfectos) sic ad oram Erasmianæ pictum est; editio enim ipsa; *Ad imperitos.* quod & damnat Stephanus lib. 1. cap. 7. Prood. & vero primum illud restat in meis quatuor, alterum solummodo latitat in Pal sec.

Et quicquid est cariorem vitam facturam) ita & Erasmi editio. sed longe ab ea diuertunt meæ membranæ quatuor. nam Palat. alioqui quartus huic consentit, nisi quod destituatur voce *est*, præponatque *& manum & quicquid, &c.* at sec. *& manum. & quicquid chariorem vitam facit.* tert. *& manum. & quicquid cariorem vitam facturus* Col. *& manum & cariorem vitam facit.* Ortel *& manum & quicquid cariorem vitam facturum eq; seipsum.* ausim suspicari scripturam Pal. sec. vero proximam.

Seq; ipsum inter precaria) ita & Col. verum Pal. sec. *sepe se ipsum inter prec.* tert. ac quart. *eq; ipsum inter prec.* forte, *atque seipsum. &c.*

Vinctiq; commedatus sibi) insulse Muretus qui lectioni non acquieuit communi. Erasmus sane, & mei omnes *vinctiq; vt commodatus sibi*; quod altero multo melius, meo quidem iudicio.

Et reposcentibus) quidam dicit se legere, *reposcenti*; nam præcessit, inquit, *fortuna*. at quis, mi homo, ad eam dicit referendum? non certe mss. solum Ort. *reposcentibus se.*

Quamvis ligiosus homo, auctusque) vox postrema nobum quid olet, neque est in Pal. tertio. itaque si per Criticos licet, eam eiecerim.

Tueri fideicommissa) ita vnum exemplar Pinc. nec non Pal. tert. Ort. Col. alii duo, vt & Erasmiana editio, *intueri.*

Si aliud placet; ego vero factum signatumque argentum) editio Erasmi, nec non Col. Pal. sec. ac tert. *si aliud placet, ego vero faciam, signatumque argentum.* quart. *etiam nunc si aliquid placet, ego non faciam signatam argentum.* Ort. *& nunc si aliud placet. Ego vero faciam signatumq; argentum.*

Appellauerit natura) sic & Colon. Pal. tert. & Ort. at sec. *Appellauit.* quart. *Si appellaret.*

Recipe animum meliorem quam dedisti) sic omnis scripta lectio Pinc. codd. nec non meorum. ediderat Erasmus; *Recipe animo meliore quam ded.*

Inter seruitia numerandus) mei quinq;, *in seruitia num.*

Gladiatores, ait Cicero) de eo diximus satis, ad cap. 2. lib. 1. de Ira.

At tu & viues diutius) ita Pinc. codd. & meorum quart. Pal. quarto abest vocula *&*. Erasmo eadem deest & duæ præcedentes, habetque tantum, *Viues diutius.*

Sed animose recipe) cum a vulgo fere penderet gladiatorũ & mors & salus, si postquã hi intercesserãt, iste nihilo minus instaret minaci vultu, boni gladiatoris erat decũbere & libenter fortiterq; *recipere ferrum*, id enim imperabatur, *Recipe ferrum* Cicero pro Sextio: *Ipsum vero quid accusas? num defuit gladius? num repugnauit? num, vt gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit?* his verbis subiecta vis, vt iugulum vltro præberent; ne membra contraherent, ne manum opponerent. noster Epist. 30: *Mors enim admota, etiam imperitis animum dedit non vitandi inevitabilia; sic gladiator tota pugna timidissimus iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.* Cicero prorsus graphice totam rem depinxit in Tuscul 2. *Quis mediocris gladiator, non modo stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis cum decubuisset, ferrum iussus recipere, collum contraxit?* Pertinet huc apud eundem Tullium pro Roscio, C. Fimbriæ impotens responsum. Scæuolam accusantis: *Quod non totum ferrum corpore recepisset.* & allulit poeta magnus: *sic loquitur, iuguloque haud inscius accepit ensem.* etiam Prudentius Peristephano: *Ferrum in papillas omne recepere.* Lipsius lib. 2. cap. 23. Saturn. Serm. Brissonius lib. 8 de Formulis

Nihil vnquam pro viuo facies) mei omnes & Erasmi voce amplius *pro homine viuo.* quod reuocandum, ne Mureto licitum videatur impune quemuis iugulare.

Morbus enim captiuitas ruina, &c.) sic Pinc. codd. & Palat. quart. Erasmi. *Mors & captiuitas, &c.* vti & Colon. at Palat. sec. & tert. *Morbus est captiu. &c.* Ort. *Morbi, captiuitas, ruina, &c.*

Contubernium natura duxisset) Pinc. codd. *clusisset.* vti etiam Palat quart. & Ort. qui tamen paulo ante pro, *inquam.* iunctim leguot *inquam*; quod & in Pall. reliquis, qui deinde *clusisse*, at Colon *clusisse*, qui supra habet, *inquam sapiens*, voce adcititia. mihi illud *clusisset* non displicet; imo vero placet: ideoque Senecæ libens redonauerim.

Totus in vicinia mea conclamatum est) notat ad ista, I. C. vnus. Hinc *funus*, ait, *indictiuum*, ad quod per præconem euocabantur; & c multa enim (mutuo sumpta a Brissonio lib. 8. de Form.) garrit de verbis quibus in eo vtebatur præco: quibus nihil ad hunc locum inscitius, aut absurdius. nec enim vlla omnino *conclamatio* esse potest si præco publicitus denunciat. Vt enim discat: *funus indictiuum est*, quod alias *publicum* dicitur, ad quod per præconem euocabantur vndique ciues Romani; in quo maximi fiebant sumptus in apparanda pompa, in ludis aliisque, vt eum docebit Scaliger lib. 1. cap. 28. Auson. lect. item Lipsius ad librum 4. Annal. Taciti. at enim *conclamatio* non fiebat nisi multorum hominum voces simul tollerentur; & tantum nõ confunderentur in vnum; certe non fiebat, nisi in re trepida, desperata, deplorata. quod quondam pensiculatius prodo lib. 3. cap. 7. Opinion. en tibi tantum ista Senecæ. Epist. 52. circa finem; *Non laudatur ille tunc sed conclamatur.* lib. 1. de Clementia cap. 25 *ac vbi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio ciuitatis ac fuga est.* lib. 7. natur quæst. initio: *Tunc vrbes conclamant, tunc pro se quisque superstitione vana trepidat.* quemadmodum circa hæc conclamatio; ita etiam eadem in Senecæ vicinia. quando? nimirum cum aliquis iam recens defunctus aut ægre adhuc trahens animam comploratur. verum quid ego tam multa in Danaidum dolia?

Præter limen immaturas exequias fax cereusque præcessit) ita Pinc. libri item Col. Ort. Pal. tert. ac quart. Erasmi editio & Palat. sec. *prope limen.* minus recte. de Cereis cum facibus, in funere puerorum dictum est supra Epist. 122.

Sæpe altius ruentes) mei quinque, *alterius*, non *altius.*

Multos ex his quos forum) ita Pinc. codd. & mei. Erasmus ediderat *quorum.*

Et vinctas ad sodalitium manus copulatas intercidit) ita Erasmus. at Pal. sec. *& vinctas ad sodalium manus copulatas interf.* tert. *& vinctas sodalium manus cop interfc.* quart. *& vinctos ad sodalium manus copul. intercidit.* Col. *& vinctas sodalium manus copulatasque intercidit.* vt & Ort. nisi quod is, *vinctas.*

Miror aliquando) ita Pinc. libri. mei tamen *Mirer*, vt vulgauit Erasmus. Ort. *amor ad me aliquando.*

Nunquam me in bona re) ita solum Palat. quart. aliis quatuor desit vocula *re*; habetque Ort. ad oram, *in bono.*

Publius tragicis comicisque, &c.) examinat ista curate Ianus meus Dousa Præcidan. ad Arbitrum lib. 1 cap. 17.

Et verba ad summam caueam spectantia) id est vilia & ad gustum minutæ plebis. nam cum populi Romani prisca diuisio in Senatum, Equitem, Plebem; his etiam discreta in spectaculis sua loca & gradus in amphitheatris quidem sedes primorum *Orchestram* dixere; alteram *Equestrea*, tertiam *Popularia*. de *Orchestra*, vbique obuium; *sedesque illi*, vt Vitruuius ait, *inter gradus imos.* is enim locus, quia Scenæ & Arenæ proximus, ideoque oculis auribus expositus, optimus habitus spectioni, siue auditioni. Cicero de Senectute: *Vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat quam qui in vltima.* Horatius:

Vt propius spectes lacrimosa poëmata Pupi.

Magnitudo eius, vt conijcere est, in gradibus quatuor aut quinque, aut forrasse pluribus; vt etiam Sacerdotibus ibi locum demus, & sociarum gentium legatis. de *Equestribus* dictum ad lib. 7. de Benef. cap. 12. item lib. eiusdem tituli 3. cap. 9. ea lege veteri Quatuordecim gradus tenuere. veteri, inquam, nam vt idem numerus sub Principibus fuerit, aucto immaniter numero Equitum, vix verisimile. quippe impellit in alia omnia Calpurnius. qui ostendit totam mediam superioremque caueam occupatam ab Equite ludis illis celebribus Carini;

Venimus ad sedes vbi pulla sordida veste
Inter femineas spectabat turba cathedras.
Nam quaecumque patent sub aperto libera caelo,
Aut eques, aut niuei loca complevere tribuni.

Ostendit se in porticu summo spectasse inter feminas, quoniam Gradus omnes qui sub dio, occupati ab Equite aut tribunis militaribus. *Popularia* erant tertio loco, & nomen ea notione reperies in Suetonii Claudio cap. 25. item Domitiano cap. 4. Vlpianus etiam *milites stationarios*, disponi a Praefecto vrbis vult, *ad tuendam popularium quietem*. Callistratus, in spectaculis, *Iuuenes quosdam accommodare se turbulentae acclamationibus popularium*. vterque enim intelligit hunc plebis consessum. plebis. nam etsi populi voce vtitur, quae communis tribus ordinibus; tamē hic pro vna eius & vberiori parte. vti apud Iuuenalē:

Aequales illic habitus, similemque videbis
Orchestram & populum. nam intelligit in hac ipsa spectaculorum re, plebem. *Popularibus* autem adtributi reliqui omnes gradus, id est cauea media & summa. nam ima Senatui & Equiti vacabant. itaque propter granditatem, discrimen aliquod in ipsis popularibus; & pro varia conditione plebis, varii adsessus. quosdam, imo plerosque Suetonius expressit Augusto: *Militem secreuit a populo. maritis e plebe proprios ordines adsignauit. praetextatis cuneum suum & proximum paedagogis sanxitque ne quis pullatorum media cauea sederet. Feminis, ne gladiatores quidem, quos promiscuo spectari solenne erat, nisi ex loco superiore spectare concessit.* vbi de pullatis quod ait, illustrant Calpurnii versus:

O vtinam nobis non rustica vestis adesset!
Vidissem propius mea numina. sed mihi sordes
Pullaque paupertas, & adunco fibula morsa
Obstiterunt. Ostendit enim se rusticum & pullatum spectasse in caueâ summa, procul a podio vnde princeps. haec fere Lipsius lib. de Amphitheatro cap. 14. item Torrentius Comment. ad Suetonii Augustum cap. 44. P. Faber lib. 2. cap. 1. Agonist.

Alia cothurno, non tantum siparo fortiora) ita Pinc. cod. & assentiuntur Pal. sec. ac tert. nam male quart. ac Colon. *sed parte* Ort *siparis*. Erasmi editio *siparis*. primum probat & Dousa d. cap. 17. ex quebis videre est, *siparia* ad scenas Comoediarum & Mimorum proprie pertinere, sicut *cothurnus* Tragoediarum est. *Siparium* autem, Festo auctore, *genus veli mimicum, quo scena velabatur ac spectatoribus omnia paterent: & inde prodibant actores*. hoc vocabulo vsus Iuuenalis Sat. 8.

Consumtis opibus, vocem, Damasippe, locasti
Sipario, clamosum ageres cum Phasma Catulli.

sipario h. e. *scena* figurate: vt pars pro toto accipiatur. Apuleius lib. 1 Metam. *Oro te, inquā, aulaeum tragicū dimoueto, & siparium scenicum complicato, & cede verbis communibus.* idem alibi: *Aulaeo subducto & complicitis sipariis scena disponitur.* vocis huius meminerunt Donatus & Probus. haec Rhenanus fere, qui videatur ad Tertullian. cap. 5. & 14. libro aduers. Valentin.

Nunquam hoc euenturum credidissem) Pal sec. ac Col. *nunquam tu hoc euenturum credidisses*: quod si admittendum tanquam responsum Philosophici hominis, adiicienda est, vt puto, interrogatio. at Pal. tert. *& nunquam hoc euenturum credidisset*: quomodo & quartus, nisi quod habeat, *hic*, non *hoc* vt forte fuerit; *Non putaui hoc futurum.* &; *Vnquā hoc euent. credidisses?* aliquid enim amplius est, cum & alterius percontamur opinionem tanquam nostrae patrocinaturam. & huic lectioni lepide satisfacit subsequens Senecae oratio. sed nec male Ort. &; *nunquam hoc euenturū credidissem*; vt & alteram itē ineboet formulam.

Et augurale & patricia) sic Muretus, cuius adeantur notae. nam Erasmi, *& augurale & lora patricia*; margo vero eius editionis, *& augurale & lora & primitia*. est in Pal. sec. atque Ort *& angalare & lora patritia* tert. *& augurale & lora patritia*. quart. *& angulare & loca prima*, aut forte *patria*: nam vox postrema quatuor exaratur literis lineaque transuersa superne grauatur hac forma, *pria*. Colon. refert *& augurale & lora patricia*. ego hic nihil possum; nisi quod inueniam *auguralis* meminisse Tacitum lib. 2. Annal. tanquā loci vnde augures auguria caperent, de quo Turnebus lib. 20. cap. 35. Aduersar. & Lipsius in Comment. ad Corneliom illum. I. C. quis *Augurale* hic interpretatur *auguris ornamentum*. sed non etiam probat. idem etiam nimis licenter contra omnes edit. & membranas istlaec legit & mutat; *Qua dignitas cuius praetextam & augurale & lora patricia non sordes comitentur & exportatio?* apage hunc legibus solutum a Seneca, apage. de *loro patricio* nihil etiam inisco. haud tamen etiam eiecerim cū Mureto, cum in chirographis libris passim appareaot. noui qui auder suspicari forte tale aliquid quoque hic fuisse quale est de quo loquitur Iuuenalis Sat. 5:

- Etruscum puero si contigit aurum
Vel nodus tantum, & signum de paupere loro. ibi enim vetus Commentator, *id est corrigiam patricam vnde solet bulla pendere, signum ingenuitatis.*

Inter solium & aliena genua) ita ex mss Pincianus, quomodo etiam fere aonotarat ad codicem suum Agricola. nempe *solum & aliena genua*, vti prodit Erasmus: cuius editio praefert, *inter solum & aulam ingenuam*, quae, inquit, lectio videtur tolerabilis; significat cum aedes magnificas solo aequatas. I. C. ille qui supra, ait posse quem legere, *inter seruum & olim ingenuum*. pessime prorsus. agit enim Seneca de hominibus qui in summo politi fortunarum honorumque fastigio, vt & praecedentia clare vociferantur. sed & alioqui Pal sec *in solium & aliena genua*. tert. atque Ort. *inter solium & aliena genua* quart. *inter solum & aliena genua* Colon. *& inter solium & aliena genua*. itaque *solium & aliena genua*, hic retinuerim. vt enim nihil magnificētius, quā cum aliquis Rex in alto sedet solio, ita eodē nihil miserius si alterius aduoluatur genubus. simili fere modo loquitur Herodotus in Erato: μετὰ δὲ ταῦτα ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε. i. *Post haec insecutum praelium ciuitatem ad genua deiecit.* Chorus apud Aeschylum in Persis: Ἀσία δὲ χθὼν αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται. i. *Asia grauiter ad genua depressa est.* Procopius lib. 1. Belli Persici vbi de Alamandaro loquitur; *Nam annis quinquaginta, res Romanas ad genua venire compulit.* haec loca habeo monstratore Hadr. Iunio.

Nunquid ditior Pompeio) ita & meiquinque, nisi quod Pal. quart. ac Colon. *diuitior Pompeio*. illud *Ptolemaeo* quod cupit Muretus vereor vt hic habeat locum, quod puteni eius mentionem fieri paulo post; vbi Mithridati Armeniae regi copulatur. & vero fit.

Cui cum vetus cognatus, hospes nouus) ita Mureti editio, at Erasmi, *cui cum Grauius, vetus cognatus &c.* Pinc. codd. *cui cū Caius vetus cognatus &c.* Pal. sec. *cui grauis vetus cognatus hospes nouus.* alii quatuor; *cui cum Gaius vetus cognatus &c.*

In Palatio cognati) ita legi dudum iussit Pincianus ex membranis suis, ne quis hoc sibi vendicet I. C. ita legendū imperans, tanquam si hodie aut pridie Erasmiana adhuc regnasset lectio. quae, *cognata*, vti & Col. atque Ortel. nam Pal. quart. *congnata*. tert. ac sec. *cōgrata*.

Ex eo nihil superfuit quod carnifex traheret) quidam friuole & absurde admodum in Iuridicis suis haec refert ad *rationem & causam panicularium*, de qua, loquit, lex 6. in pr. ff. de bonis damnatorum. ostēdi enim lib. 28. Susp. cap. 3 velle auctorem, ita discerptum membratim Seianū istum, vt nusquam corpori potuerit immitti vncus carnificis, qui aut traheretur in Tiberim, aut scalis deiiceretur Gemoniis: praecedit enim apud nostrum: *Quo die illum Senatus deduxerat, populus in frusta diuisit.* quare non est quod alter ille oggamiat, vtramque tamen posse consistere explanationem: nec in iu vnum conueniunt verum & falsum, lux & tenebrae, mea interpretatio & illius.

Qui rogum suum & escendit iussus, & extingui vidit) ita Romana editio. at Erasmi & Palat. sec. *qui rogum suum descendit iussus & extingui vidit.* Pal. tert. ac Colon. item Pinciani scripta exemplaria, *qui rogum suum & descendit iussus & extingui vidit* vnde ipse emendandum putat, *qui rogum suum & incendi viuus & extingui vidit*, ex lib. 1. inquit, Herodoti. ingeniose quidem Hispanus ille; nisi si forte fuit, *qui rogum suum & accendi viuus, & extingui vidit.* nam Pal. quart. legit, *qui in rogum suum & descendi rursus & extingui vidit.* Ort. vero, *qui rogum suum & accendi rursus & extingui vidit.*

Factum

Factus non regno tantum) Palat. sec. *factus non tantum rege*.

Intra annum quā timuerat spectauit) ridicule hic quidam annotat; forte, inquit, *superauit*. imo *spectauit*, hoc est, *in triumpho circumduci vidit*. vox est a ludis & pompis Romanorum; vt vel satis probauerit illud lib. de Prouidenti cap. 2: *Non fuit Diis immortalibus satis spectare Catonem semel. retenta ac reuocata virtus est, &c.* Epist. 96. 10 fine: *Illo die populus Rom. multorum supellectilem spectauit, vnius mirata est.* item Epist. 91. *tantum aberat vt homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret.* & alibi sæpius; quorum vnum saltem aut alterum animaduertisse debebat iste qui integrum pene apud Senecam persedit annum; vt ne discipulum tantum (quemadmodum de se iactat) sed inquilinum etiam recognoscamus.

Alter in exilium missus est) Mithridates scilicet; de quo & Tacitus loquitur lib. 11. Annal. his verbis: *Sub idem tempus Mithradates quem imperitasse Armeniis & ad præsentiam Cæsaris vectum vinctumq; memoraui, monente Claudio in regnum remeauit, fisus Pharasmanis opibus, &c.* de vinculis etiam Dio lib. 60. *Mithridatem Iberum, quem Caius accersitum in vinculis habuerat, domum ad recuperandum regnum remisit.* vbi in hoc diuersi a Seneca, quod exilii non meminerint. hæc fere Lipsius ad Tacitum.

Vt meliore fide mitteretur) Ptolomæum puta Iubæ filium. ergo per viam iussu Caii interfectus. de eo sic Suetonius cap. 26. *Ptolomæum regis Iubæ filium consobrinum suum (erat enim & is M. Antonii ex Selena filia nepos) interfecit.* mentionē eius facit & Tacitus lib 4. Annal. & ibi Lipsius.

Sursum ac deorsum euntium versatione) ita etiam Pal. tert. quart. Ort. sed enim sec. ac Colon. non adest vox *euntium* Col. habet *tergiuersatione*.

Ne aut in superuacuis aut ex superuacuo) sic & Colon. & Ort. at Pal. sec. & quart. *ne aut in superuacuis ex superuacuo*. tert. *in superuacuum, aut in superuacuo*.

Id est, ne aut quæ non possumus) Col. ac Pal. quart. transponunt vnam vocem, *id est, ne quæ aut non poss.* sec. *Idem neq; aut non poss.* tert. *idem ne quidem non poss.* Ort. *id est, ne quid aut non poss.*

Id est, ne aut labor irritus sine effectu sit) Pincianus dicit vocabula *id est*, eradenda ex mss. suis. at ego ea inuenio in omnibus meis, hoc solum ambigue, quod Pal. sec. habeat, *idem ne aut labor irritus*, absque seqq *sine effectu sit*, quæ tamen in reliquis quatuor, vbi Pal. quartus & Ort. illud, *id est*, vna scribunt litera, puncto vtrinq; latus clausa. at tertius retinet, *idem*. Ort. insuper ordinat, *id est ne aut labor irritus sit, sine effectu*.

Capvt XII.

Exeuntem domo] Pal. sec. quart. Ort. Erasmi editio, *exeuntem de domo*, quod reuocandum, nisi si cui placet quod est in tert. ac Col *ex. e domo*.

Quo tu? quid cogitas? Respondebit tibi] ita & quinque mei. at Pincianus scribit, legendum, inquit, ex mss. sine interpolatione cum nota interrogationis in fine, *Quid cogitas respondebit tibi?* quæ lectio hercle non adeo infulsa.

Inquietam inertiam dixerit) mei tres, *inquietam inmeritam dix.* Pal. sec. *inquietam & immerita dix.* Ort. abest dictio, *inertiam*.

Cum interim cucurrerunt) sic fere Moretus ex Pinc. libris, qui *encurrerunt*. Erasmi editio, *concurrerunt*. Pal. sec. *concurrerunt*. tert. Ortel. Colon. *eucurrerunt*. quart. *occurrerunt*.

Aut iudicium sæpe litigantis, aut sponsalia sæpe nubentis) sic & Erasmus; nisi quod immisceat præpositionem hoc modo, *aut ad sponsalia*; quomodo etiam seruat Ort. Palat. sec. & quart. Pincianus iussit emendaremus ex vno suorum, *sæpe aut iudicium litigantis, aut sponsalia nubentis*. male prorsus. nam certe ille operam non perdit qui his adest; ille vero perdit qui hominem prosequitur quotidianas se facientem nuptias, & nullo non litigantem tempore. Est in Palat. tert. ac Colon. *sæpe aut iudicium litigantis, aut ad sponsalia sæpe nubentis*; sic Colon. at tert. *nubentium*.

Et lecticam affectati) Col. *sectati*. Pal. sec. Ort. *letitiam adsectati*. quart. *laticiam adsectanti*.

Quibusdam locis & ipsi tulerint) Col. Pal sec. tert. Ort. *quibusdam locis etiam tulerunt*. quart *quibusdam locis se tulerunt*.

Non industria inquietos & insanos, sed falsa rerum imagines agitant] ita Palat. quart. vti & rescribi voluit ex vnis membranis Pincianus, cuius alteræ, *inquietes*: sed puto, inquit, veriorem esse lectionem, etsi nullo suffragante exemplari, ad hunc modum, *Inanis industria inquietes, vt insanos, falsa rerum imagines agitant.* Erasmi editio præfert, *Non industria inquietes sed insanos falsa rerum imag. agitant.* I.C. dictitat legere se; *Non industrios, sed inquietos & insanos falsa rerum imag. ag.* viriliter sane, sed nullo consilio. nihil enim tale vult Seneca; qui comparat hosce inquietos insanis. Pal. sec. tert. Ort. exhibent, *Non industria inquietos & insanos falsa eorum imagines agitant.* Colon. *Num industria inquietos & insanos, sed falsa eorum imagines agitant*.

Cuius vanitatem captamenti) ita Erasmus. Pal. sec. Ort. Col. *vanitate*. tert. *varietate*. quart. *nouitate*.

Nomenclator persalutauit) Pinc. codd. *nomenclatores persalutauit*, quod omnino verum; vt innuat ne eos quidem ad dominum admissos. altera lectio etiam elegans, tanquam si nec domino noti, nec cari; ideoque eo non viso, salutati a nomenclatore. sed Pinc. libris adstipulantur mei tres. habetque Pal. sec. *nomen oculatoris persalutauit*. Ort. *nomen clariatoris*.

Illud teterrimum vitium) Ort. *tenerrimum*. Pal. sec. tert. Colon. *illud temerarium vitium*. quart. *deterrimum* quod vulgauit Romana editio extat ad oram editionis Erasmi; ipse enim contextus, *temerarium*.

Nec publice ad superuacua scilicet referentem) ita a Mureto publicatus, quomodo & Pal. sec. & tert. Erasmus, *nec publico ad superuacua se ferat*. Pincianus castigare nos iusserat, *nec publice, ad superuacua scilicet referens*, ex membranis inquit. est in Pal. quart *nec publice ad superuacua se ferens*. Col. *nec publice ad superuacua. se referentem*. Ort. *nec publice ad superuacua scilicet referens se*. primo loco positam scripturam amplector.

Capvt XIII.

Semper de illa cogitare) sic & mei quinque. Pinciani codex vnus adiicit, *cogitare debemus*, perperam. nam subintelligimus, *tutissimum est*.

Nec illi omnia vt voluit cedunt) Pal. sec. *vt voluerit*. tert. *nec illi omnia at voluit*.

In primis autem cogitauit) nihil horum verborum est in Pal. sec. seruant tamen alii quatuor.

Leuius ad animum peruenire) sic & Colon. Pal. quart. Ortel nam sec. *prouenire*. tert. vero, *leuius venire animum*. vnde libet suspicari scriptum fuisse, *leuius ferire animum*, eleganti translatione, nec inusitata auctori nostro.

Capvt XIV.

Transeamusq; in ea) ita codd. quidem Pinciani, sed placebat illi lectio editionis Erasmianæ, *transeamus in ea*. enclitica illa particula est in Col. ac Pal. sec. abest vero tert. at quartus & Ortel. vocem amplius habet, nempe, *Eamus transeamusq; in ea*: quod probare possem nisi repetitio earundem syllabarum aures radere posset teneriorum.

Cui fortuna sæpe) Palat. sec. præponit alterum pronomen; *is cui fors &c.*

Minabatur Theodoro Philosopho) huius meminerunt hominis Cicero lib. 1. & 5. Tusculan. quæst. Valerius Max. lib. 6. cap. 2.

Et quidem insepultam) sic quoque Col. & Ort. at Pal. sec. ac quart. *in sepultura*. tert. *insepulta*.

Hemina sanguinis in tua potestate est) vult Pincianus corrigamus ex mss. suis, *En vena sanguinis. in tua potestate est*. equidem ita quoque legitur in Pal. quarto & Ortel. sed tamen prius retineo, quod & se tuetur Palat. sec. tert. item Col. nisi quod ille, *emina*.

Si putas interesse) rescribatur suasu Pall. trium & Ort.

si potes mea interesse nam & Col. habet *me*, superpictumque alterius manu *mea*.

Canius Iulius, Erasmi editio *Iulius*. Pal. sec. ac Col. *Canius Iulius*; tert. ac quart. *Kanus Iulius*. Ort. *Ranus Iulius*.

Postquam abeunti illo dixit] dissimulanter præterit vocem vnam Muretus quæ in Erasmi libris, *postq. abeunti, falleris, ille dixit*, quomodo & Ort. Pal. sec. ac quart. pro quo habent exemplar vnum *Phalaris*, monuit Pincianus. idemque restet in Pal. tert. & Col. fidenter hic receperim. sic enim eleganter vocat crudelitatis caussa Cæsarem Caium.

Nunc timuit hoc Canius] mei tres, *Canus*. Pal. quart. *ratius* Ort. *Ranus*.

Decem medios vsq; ad supplicium dies] auctor eius dilationis videtur fuisse Tiberius. Dio lib. 57. *Cum abesset ab vrbe Tiberius, C. Lutorius Priscus eques Ro. ac poeta inprimis peritus, qui Germanici Epitaphium composuerat, ob eamq; rem magnam pecuniam acceperat, accusatus est contra Drusum ægrotantem carmen scripsisse: quamobrem, cum damnatus a Senatu occisus esset, Tiberius id moleste tulit, non quod esset affectus supplicio, sed quoniam Senatus aliquem interfici iussisset non cognita sua voluntate. Itaq; increpitis patribus iussit vt decernerent, ne de iis quos ipsi damnassent, intra decem dies supplicium sumeretur, neve decretum quod de capite alicuius esset factum, intra idem tempus publicaretur, quo posset absens decreta eorum intelligere, eaq; antequam facta essent cognoscere.* & rursum lib. 58. *Reliqui partim iam damnati; quia tamen intra decimum diem morte eos afficere prohibitum erat, partim cum graui morbo Tiberium conflictari nunciatum esset, dilato supplicio inseruntur.* Tacitus lib. 3. Annal. *Igitur factum S. C. ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur, &c.* ita enim legendum censet Ianus Langlæus lib. 11. cap. 2. Ocii Semestris; & Lipsius Commentar. in eundem, cum intercidisset nota numeri. quippe & Suetonius Tiberii cap. 75. scribit: *Nam cum S. C. cautum esset vt pœna damnatorum in decimum diem semper differretur, forte accidit vt quorundam supplicii dies is esset, quo nunciatum de Tiberio erat.* quo fit, vt vterque putet mendum subesse loco Sidonii lib. 1 Epist. 7. qua de sententia capitis in Aruandum agitur; vbi ait: *nam ex veteri Senatusconsulto Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit. vncum & gemonias & laqueum per horas turbulenti carnificis horrescens.* scribendum enim videri *decem dierum*. tametsi velit Langlæus veteri quadam lege multoque ante Theodosii Constitutionem cautum etiam fuisse, vt damnatorum supplicia in XXX diem differentur, motus his Quintiliani Declam. 303. cui titulus, *Damnatorum supplicia in diem tricesimum differantur*, ibi enim: *Et mihi videtur ideo constituta esse lex qua damnatum post tricesimum diem puniri voluit, quoniam videbat Legumlator posse fieri vt deciperetur accusator, non vt calumniaretur. itaque eius quem damnassent præsentem pœnam esse noluerunt.* item Calpurnius Flaccus Declam. 25. *Pœna raptoris in diem trigesimum differatur.* nam vixisse eos longe ante Theodosii æuum satis claret. at Lipsius ambigit, an exolescentem retulerit duntaxat ratamque Tiberianam legem habuerit Theodosius, & in Tacito, Dione, Seneca suspicemur de mendo, an potius declamatores illi in transscribendo vitiati sint a posteris. & ad posteriorem illam legem aptari. ita fere Lipsius, qui Theodosii sententiam lata significatione accipere videtur, contra ac vult Langlæus, qui insistit verbis l. si vindicari Cod. de pœnis; neq; regulam perpetuam putat, sed tunc præcipue expectandum cum ab irato Principe mandatur seuere grauioreque aliquo supplicio in aliquem animaduerti. tulit autem, inquit, legem illam Theodosius suadente D. Ambrosio, cum post Thessalonicensem cædem septem millibus hominum imperio suo crudeliter occisis, supplex ab Ambrosio delictorum expeteret veniam. qua de re Eusebius Eccles. histor. lib. 11. cap. 18. Theodoretus lib. 9. cap. 30. Nicephorus lib. 12. cap. 41.

Agmen perituorum trahens) ita Pinc. vett. item Colon. nec non Palat. tert. ac quart. nam sec. atque Ort. *peritorum*; Erasmi vero editio, *periturum*.

Et illum quoq; citari iubet) ita Romana editio; Erasmi *iuberet*. Pinciani membranæ, *illum quoque excitari iuberet*, sine vocula &c: quod omnino reuocandum, cum & sic in Pall. tribus Ort. & Col. meo. *excitari* enim hic proprie facit, vt docui lib. 29. cap. 10. Suspic.

Lusisse tu Canum illa tabula putas? illusit) notatum ad oram editionis Erasmi, alias legi *talia*, non *tabula* sed male. mei tres hic iterum *Canum*. Pal quart. *Kaium*. sec. quoque legit, *Luxisse tu Canum illa talia putas? illuxit*. quart. *lusisse te Kaium illa tabula putas illusit*. Ort. *luxisse te Ranum illa tabula putas inclusit*.

Quid mœsti, inquit, estis? vos quæritis. &c.) ita castigandum putauit contra libros Pincianus, cum in iis esset alia distinctione; *Quid mœsti, inquit, estis vos? Quæritis, &c.* vti fere & mei quatuor. nam Ortel. *Quid mœsti estis vos quær. &c.*

Et ex morte sua quæstionem habere) ita & mss. mei quinque; recte. notatum tamen ad oram Erasmianæ editionis alias legi, *& ex more suo*; quod prorsus præter rem.

Nec iam procul erat tumulus) ita Pinc. codd. & meorum quatt. nam Pal. sec. destituitur voce *nec*. Erasmus vulgauit, *iam non procul erat tumulus*: minus eleganter. ceterum notat Torrentius Commentar. in Suetonii Caligulam cap. 27. videri ex his, peculiarem locum Caii cædibus destinatum, cum alioqui & ex aggere Tarquinii & saxo Tarpeio deiicerentur damnati.

Quid, inquit, Cane, nunc cogitas) sic Pinc. scripti. at mei quattuor hic omnes *Cane*; Ortel. *Rane*. estque præterea in Col. ac Pal. quart. *in quid inquit, Cane nunc cogitas*. quod amplector. nam non secus etiam sec. nisi quod scribat *non* pro *nunc*. sed & tert. *in quidem inquid Cane nunc cogitas*. Erasmi editio: *inquit, Quid, Cani, nunc cogitas?*

Aut quæ tibi mens est?) ita & Col. Ort. & Palat. quart. at sec. *aut quæ tamen est?* tert. *aut quæ limens est*

Obseruare inquit Canius & hic Ort. *Ranus*. alii mei tres, *Canus*. Pal. quart *Kanus*: & sic procul dubio scribendum.

Sed aliquid etiam ex ipsa morte) ita & Pal. tert. alii tres nec non excusi Erasmo, *etiam in ipsa morte*. Col. *etiam ipsa morte*, sine præpositione.

Nemo diutius philosophatus) Pinc. mss. & mei; *philosophatur*.

Et cum cura dicendus) notetur hic iterum phrasis.

CAPVT XV.

Priuata tristitia caussis abiecisse) ita quoque Pall. tres & Ort. recte. Col. tamen & quædam Pinciani exempp. *adiecisse*.

Et occurrit tot scelerum fælicium) ita Pinc. libri & mei tres. Pal. sec. atque Ort. *& occurrit tot scelerum infelicium*.

Quam sit rara integritas, quam ignota innocentia) mei quinque *rara simplicitas, & quam ign.* quod reuocauerim; nam & alias legi *simplicitas*, notatum ad marginem editionis Erasmianæ.

Et vix vnquam nisi cum expedit fides, & libidinis lucra &c.) ita recte ex Pinc. libris describitur; neque aliter Ort. aut Pal. quart. dicerem & tert. sed ei deest vox *libidinis*. sec. habet, *& vix nunquam vbi expedit fides, & libid.* Colon *& vix vnquam vbi cum expedit fides, & lib.* Erasmi editio, *vt vix vnquam est nisi cum expedit fides sed libid.*

Nec sperare licet, nec habere prodest) ita Pinc. & mei. Erasmi vtrobique seruant, *non*.

Ille spes bona aliquid) ita voluit ex vno suo codice Pincianus: at Erasmi, at mei omnes, *Ille & spes bona aliquid*; quod reuocauerim.

Nec seruum quidem ex tanto apparatu) ita Erasmus. at mei tres, *nec miseram quidem ex tanto paratu*. Pal. quart. & Ort. *nec miserum quidem ex tanto apparatu*.

Et fiat verum esse) malim cum Colon. Ort. Pal sec. ac tert. *fiet*. nam & quart. *fiet* quod non ita longe abit a sono vocis prioris.

Omnia hominum negotia similia mutiis esse) ita Muretus ex aliquot exempp. Pinciani, ceteros alia, *similia nugeria esse*, quomodo edidit Erasmus. Pal sec. tert. Colon. *similia mutiis esse* quart. *similia nutiis esse*. ego scio illud *mutiis* non esse verum. Pinciani adhuc quidam codices, *similia mutiis*; corrigendumque censet ipse, *mimis* siue *mimicis esse*: nam, inquit

inquit, & vetus est adagium. *mimum esse vitam*, & Augustus, auctore Tranquillo, paulo ante obitum amicos percontabatur, *Ecquid eis videretur mimum vitæ commode transegisse.* Ort. repræsentat *similia ficta esse*.

Quam conceptus inchoatos) ita Erasmi editio putabatque Pincianus commodius legi posse, *quam coaeubitus in his altos*. est in Col. *quam conceptus nichilo natos*. Pal. sec. ac tert. *quam cōceptus nichilo natus*. quart. atque Ort. *quam conceptum nichilo natum*.

Nec in lacrimas excidere) ita & Pal. sec. Pinciani quoddam exemplar *excitari*, sed adhæret tamen vulgatæ lectioni. *excitari* est & in Pal. tert. at quart. Ort. Col. habent, *excidentem*.

Quia aliquis filium efferat) ita Col. Erasmi editio interiicit *filiū suum efferat*. Pinciani vnus liber, *si quis filium efferat*. Palat. sec. *quia aliquis filium efferet* tert. *quia nec aliquis filium efferet*. quart. *quia aliquis filium efferet*. Ort. *quia aliquis filium effert*; quod non improbo.

Quantum poscit ratio) vox postrema est a Mureti ingenio, neque vsquam est in membranis, aut excusis; neq; sane requiritur, subintelligendum enim, *dolor* mei consentiunt nisi quod Pal tert. multis omissis, *vt dolori tantū det quantum consuetudo*. Ort. *quantum possis*.

Hoc se malum fixit) meorū quatuor *finxit*. Ort. *fixerit*.

Vt in simulationem etiam simplicissima res) ita scribi voluit Pincianus ex suis, nisi quod ii, *simulatione*, quomodo & Erasmi editio, cui deerat vocula *est*, quæ tamen & in meis omnibus; sed præposita verbo *simulatione*. habet tantum Col. *simulationem*.

Contristare & in solitudinem deducere) Erasmi editio *contristare* item *deduci*. at Pinciani liber vnus & Ort. *cōtristare & in sollicitudinem adducere*, quod placet Col. *contristari & in sollicitudinem adducere*. Pal. sec. ac quart. *contristare & in solitudinem adducere*. tert. *contristare & in sollicitudine adducere*.

Vbi bonorum exitus mali sunt) Pinc codex; *Vt bonorum*, a quo abeunt mei quatuor, in quibus lectio remanet publicata, nam Ort. *vis dolorum*

Vt Socrates cogitur) ita codex Pinciani & Pal. tert. Erasmi, nec non mei reliqui; *vbi Socrates*. Pal. tantum quart. non id liquido expressit, sed notam exhibet quæ & significare poss. *vt*; *nec Socrates*.

Cato ille, virtutū viua imago) vox *viua* abest Pal. tert. amicus quidam meus libens legerit, *Cato, ille virtutum viua imago*. quod hercle non ita ineptum si patrocinarentur illi mss. ¶ *Simul de se ac de Republ. palam facere*) Erasmi margo prodit alias etiā legi *palam satis facit*, quod & est in Pal. quart. at alii tamen quatuor priori adhærent lectioni. Lipsius quidem lib 1. ca. 10. Electorum quærebat an legi posset, *& de rep aleam iacere*, id est prouerbiali sermone, in extremum discrimen adducere. addidit tamen, deliberandum esse, quod nescio quid simile legisset in Suetonii Nerone: *Septendecim natus annos, vt de Claudio palam factum est* in eiusdem Tiberio: *Excessum Augusti non prius palam fecit*. vtrum ergo hoc dicit, eum in suo funere palam fecisse funus reip. vna extinctæ? ita Lipsius. cuius vltimæ sententiæ standum. nihil quippe insulsius interpretatione hominis si diis placet, maximi; qui, *palam facere* ait significare, testimonium apud posteros de suo ac Republ. studio relinquere. ita ne tandem? at ego locutionem eam hic vsurpari putabam circa res funestas. id certe fieri; præter loca illa Tranquilli superiora, etiam iste prodit qui cap. Titi. 11: *Excessit in eadem qua pater villa &c. quod vt palam factum est, non secus atq; in domestico luctu mœrentibus publice cunctis &c.* item Caligula cap. 6: *Et vt demum fato functum palam factum est &c.* neque aliter Liuius lib. 1. vbi de Tarquinii Prisci obitu, *Itaq; per aliquot dies, cum iam exspirasset Tarquinius, celata morte per speciem alienæ fungendæ vicis suas opes firmauit. tum demū palam factum, ex comploratione in regia orta.* vnde & Cicero post reditū. ad Quirites: *Nondum palam factum erat concidisse Rempubl. cum tibi arbitrium funeris soluebantur.* verum de hoc ego plura & certiora lib. 3 ca. 7. Opinion. volo enim *comploratione* aut *adploratione* palam solitum fieri de obitu alicuius. ¶ *Necesse est queri tam iniqua præmia*) perpendat lector quod est in meis quinque, *Necesse est torqueri tam &c.* ¶ *Ipsorum animos desidera*) ita Erasmi editio. at eorum loco habet Pinciani exemplar vnum, *in tale fieri desidera*; quomodo etiā seruat Pal. quart. nam sec. *ipsorum illo animo desidera*. tert. *ipsorum illos animos desidera*. Col. *ipse illos animo desidera*. Ort. *ipsorum illos omnino desiderio digni sunt quorum virtus tibi placeat*, omissis intermediis.

Et ignaue perire) ita solum Col. nam verba ista & sequentia membri huius absunt Pal. sec. tertius vero repræsentat. *peribunt*. quartus, nec *perieeunt* habet nec *peribunt*. Erasmi editio *perire*. ¶ *Quorum virtus tibi placeat*) ita scribi voluit ex mss. Pincianus, neque secus mei. Erasmi editio; *quorum desiderio virtus*.

Quam si maximi viri timide fortiter moriēdo faciunt?) ita & Pal. tert & quart. at sec *quam si quid maximi viri fortiter moriendo faciunt*. nec aliter Ort. nisi quod caret, *quid*. Col. *timides fortes mor.*

Fortuna Diis visus est; sed indignus &c.) est a Pinciani libris. nam Erasmi, *fortuna; Diis visus et indignus &c* quomodo & Pal sec. ac tert. prius tamen restat in Col. excepto quod excludat voculam *et*. at quart. & Ort. *fortuna Diis visus esset indignus*. quæ scriptura ostendit legendum omnino quomodo vulgauit Muretus.

Hic suas lacrimas efficit) mei quinque *effecit*; nec male.

Ego Herculem fleam) Erasmi editio *Ergo* quomodo & Col. Ort Pal. tert. ac quart. nam sec. *Ergo herculo sis fleam*.

Quod tat clauis configitur) Pinc. codex vnus *transfigitur*, eique placet: sere etiam mihi nam neque aliter Col. meus aut Pal. tert. at vero sec. *quod tot cl. iua configitur & transfigitur* quart & Ort. *quod tot clauis confixus transfigitur.*

Aut Catonem quod vulnus suum iterauerit ita finxit puto Muretus. nam istorum loco habet Erasmus, *quod vulnera sua fortiter tulerit*, vti & restat in Pal. quarto & Ortel. nisi quod illi *tulit* Pinciani vero codex vnus *vulnus iteratum*, hocque ipse probat. at ego iam nunc edico tantum restare in Pal sec. *aut Catonem quod vulnera sua? Omnes isti &c.* itaque vix ambigo quin legendum; *quod clauis transfigitur, aut Catonem quod vulnere suo?* certe *vulnere suo* disserte extat in Pal. tert. ac Col. nulla subsequente voce. si tamen quis contendat non abiiciendum vocabulum *tot*, cum eo ego nimis non pugnarim; vtique cū omnibus adsit membranis. ¶ *Et ostentationi parata*) deleatur coniunctio *&* suasu meorum quinque. ¶ *Aliter quam solet metuit*) Col. inserit, *quam vt solet*. legerim *aliter ac solet metuit*: sic enim Pal. sec. ac tert habetque quart. atque Ort. *aliter ac solus metuit*. ¶ *Qua timidos denudent*) legēdum cum mss. & cusis, *multos*, neque aliter postulat ratio.

At illa quantum habet voluptatis) ita veteres Pinciani, & mei tres. Erasmi, *haberet*, vti est in Pal. quart. Ort. *haberet volupt. sine causa*. ¶ *Et per se ornata simplicitas*) ita Erasmi editio at Pal. sec. *& per se orta simpl.* tert. *& pro se & ornate* quart. ac Col. *& per se inornata simpl.* Ort. *& per se inorta simpl.* nihil tamen mutauerim.

Nihil obtendens morbus suis) ita margo editionis Erasmianæ ipsa, *nihil obdens*. Pall tres *nihil obediens morbum suis*. Col. *nihil obediens in omnibus suis*.

Quicquid propius aduerint) ita quidē legendū cum Erasmianis, at mei tamen omnes aut *audierint*, aut *audierunt*.

Multum in se recedendum) Pal quart. & Ort. addit; *Multum & in se recod.* quod nō exclusserim. nam & tert. & Col. ita habent, qui tamen male, vt & sec *recedendum est*.

Nec percuratum est) ita quidam codd. Pinc. alii *procuratum*. vtrius restat in Ort & Pall tribus proboq; Erasmus enim & Col. *perduratum*. ¶ *Cum pueris Socrates ludere*) Col. ac Pal. *Cum puerulis*. tert. aliter interpungit, *reuocanda cum puera Socrates ludere* sed ei cōtradicunt alii quatuor.

Inter lusum ac festa tempora] sic & mei quinque, neque mutauerim. miror tantum quod scribat Pincianus exemplaria aliquot legere, *intra ludos*. in omni vero antiqua lectione desiderari verbum *tempora*. ¶ *Virilem in modum tripudiare*] quid ni enim? cum & saltatio ideo vsitata Lacedæmoniis quoniam faceret ad bellum. Quintilianus diserte lib. 1. cap. 11 *Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam tanquam ad bella quoq; vtilem habuisse inter exercitationes accepimus.*

Animorum hebetatio quædam & languor] ita & mei quinque. vnus Pinciani, *animo hebetatio*.

Nec adhortante hominum cupiditas) ita scribi voluit ex vett. libris Pincianus, estque etiam in meis. Erasmo abest pronomen, *hoc*.

Hunc tamen si per diem noctemq; continues) Col. addit, *hunc tamen semper si diem, &c.* quomodo & Palat. tert. quart. Ort. at enim sec. *hunc tamen semper si die nocteq;.* suspicari quis posset delendum illa, *diem noctemq;* scribendumque, *hunc tamen semper si continues*; aut certe, *hunc tamen si diem noctemq; continues.*

Festos instituerunt dies) Apuleius lib. de mundo: *Sunt & publicarum epularum apparatus, & lectisternia Deorum, & dies festi, ludi scenici, ludiq; Circenses. Diis sacrificatur, Genio ministratur: aliis libatione profunditur, aliusq; alio fungitur munere; parentq; omnes iussis legum & communis imperii.* bene. per hos enim dies festos publice passim agebantur epulæ, agebantur ludi. Liuius lib. 24. *Per lasciuiam ac iocum ludibundi Beneuentum rediere; vt ab epulis per celebrem festumq; diē uectis, nō ex acie reuerti viderentur.* & lib. 39. *Non est res pater qua erubescam, si die festo inter æquales, largiore vino sum vsus.* Polybius apud Suidam: μαθὼν δ' ἐξ αὐτομόλου Ἀλέξανδρος ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον, καὶ τοῖς οἴνοις λοιποῖς χρῶνται διὰ τὴν θυσίαν, τῇ δ' ἀσφαλείᾳ ἀμελοῦσι. In hos sæpius inuecti veteres patres. Augustinus lib. de Pastoribus: *Et festa ista quæ celebrantur per vniuersas ciuitates in lætitia conuiuantium, & publicis mensis seipsos, vt putant, iucundantium, vere magis perdentium, etc. celebrate.* Ambrosius Epistolar. lib. 4. *Vides quemadmodum conuiuia gentiles adornent, festa aduentent. sed ea præ mentibus infestiora sunt; quia in plerisq; despuuntur; dulcibus inescantur epulæ, capiuntur saltantium choris.* Columns.

Quidam nullum non diem) Colon. *Quidam nonnullum diem.* Palat. tert. *Quidam non vllum diem.* quart. *quia non vllum diem* sec. ac Ort. *quia non nullum diem.*

Oratorem magnum meminimus; quem nulla res vltra) Pinciani exemplar quoddam; *oratorem magnum meminit nostra ætas, quem nulla res vltra* priori scripturæ fauet Pal. quart. ac Col. item Ort. nisi quod careat voce, *res.* at tertius omittit vocem *magnum.* sec. vero habet *oratorem magnum meminimus, quem nulla hora vltra.* quomodo & ediderat Erasmus, qui margini adpinxit, forte legendum, *quem nulla cura vltra.*

Quidam medio die interiunxerunt) ita pingitur ad oram Erasmianæ editionis; ipsa enim, *interiunxerunt*; quomodo & Pall. tres & Ort. nam Col. meus *interdixerunt.* prius tamen *interiunxerunt*, retinuerim cum Stephano Epist. 3. ad Dalechamp. vide me ad Epist. 83. I. C. quidam quærit, quid si legamus, inquit, *quidam medio die interluserunt,* mox enim sequitur: *& in postmeridianas horas aliquid leuioris operæ distulerunt.* sic ille. equidem si ita vis legamus, loquetur ex animi tui sententia auctor, non ex sua.

Et multo spiritu) ita & mei quinque; nec mutauerim. putat tamen sectiuius quod erat in suo vno Pincianus, *vt multo spiritu.*

Aliquando vectatio iterq;) sic & Pal. tert. at vox vltima abest Col. alii vero duo habent eam quidem, sed legunt, *vegetatte*; vt & Ort. qui solum *iter*, sine enclitica.

Sed vt deprimat curas) ita Erasmus & Palat. sec. at enim cum absit vox vltima quatuor aliis, indicaueritque Pincianus in nullo item comparere suorum, eam ego fidenter eiecerim; est enim turbandæ sententiæ; & alioqui statim mox repetitur. acumen autem sententiæ non capiet nisi cui aceto non auris modo lauta sed & cor.

Eluit enim curas) ita Pinciani & tres meorum. Pal. sec. *Trudit enim curas,* vti vulgauit Erasmus. Ortel. *Fluit enim curas.*

Et asserit, vegetioremq; & audaciorem] ita Erasmi lectio. at scripserim suadente Pinciano eiusq. simul ac meis membranis duobus, *& asserit vegetatq;, & audaciorem.* est in Pal. sec *asserit augetq; & audac.* in quarto, *affert vegetem & audaciorem*; vterque sine copula initiali *&*, item Ort. qui, *asserit vegetq; & aud.*

Sed vt libertatis] mei quinque, quod mirum, *libertas.*

At facilius efficiet quisquis obiecerit, hoc crimen, &c.] ita Erasmus. Pinciani codd. *Facilius efficiet quisquis obiecit hoc, crimen, &c.* nec aliter mei, nisi quod Col. *obiecit.* vt & Ort. ac Pal sec. qui postremus tamen destituitur voce, *hoc.* at tert. *Facilius efficiet quisquis obiecit & criminari honestum.* quart. *Facilius efficiet, quisquis obiecit crimen honestum quam turpe,* sine dictione, *Catonem.*

Compos sui pepulit) Pinciani codd. habent aut *compulit*, aut *perpulit.* vulgatam tuentur mei quinque, nisi quod Pal. tert. *compositus pepulit.*

Desciscat oportet a solito & efferatur) vox prima est ab vno libro Pinciano, qui insuper mallet, *efferetur.* equidem *efferatur* est in omnibus meis; at Col. *desistat.* Pal. tert. *Descissat.* alii tres, vti & publicauit Erasmus, *Decidat.* scripserim & ego *Desciscat*: de altero non magnopere contenderim.

Eoq; ferat) sic voluit restituere nos ex scriptis suis Pincianus, estque adeo in meis omn. Erasmi editio, *feratur.*

Quo per se timuisset escendere] inculcat hic iterum antiquam vocem Muretus. Erasmus tamen & mei tres *ascendere.* posse tamen hic consistere alteram, est quod Pal. quart. & Ort. præferant *descendere.* mauult tamen ex vno suorum Pincianus *accedere*, quomodo & annotatum, alias legi, ad Erasmi marginem.

Quæ surrepentibus vitiis resistant) notat Pincianus quosdam habere codd. *quæ repentibus*; alios, *quæ semper repentibus*, & vltimum quidem, etiam est in Pal. sec. ac quart. illud *surrepentibus*, tamen restat in reliquis tribus.

Circumeat animam labentem; Palat. sec. quart. Ort. *circuit.* tert. *circumiit.*

IN LIBRVM SENEC. QVOD IN SAPIENTEM NON CADIT INIVRIA.

Inscribitur hic liber *Sereno*; additurque numerus secundanus Erasmianæ editioni, hoc modo: *L. Annæi Senecæ ad Serenum liber secundus: IN sapientem non cadere iniuriam.* horum vicem est in correctionibus exemplaribus Pinciani: *Lucii Annæi Senecæ ad Serenum liber: Quomodo in sapientem non cadit iniuria.* liquet mihi vel ex varietate lectionum titulum non esse ab auctore. interim hoc sciamus, meas membranas Col nempe & Pal. sec. tert. quart. adiungere librum istum illi *de Prouidentia.* & quidem Pal. sec. *Incipit Secundus. quomodo sapiens nec in iniuriam cadit.* tert. *Incipit secundus. quod iniuria vel contumelia non cadunt in sapientem.* quart. *Incipit secundus de Prouidentia. quomodo in sapientem nec iniuria nec contumelia cadit.* Col. *Incipit liber L. Annæi Senecæ: quomodo in sapientem nec iniuria nec contumelia cadit.* solus Ortelianus præfert, *Incipit libellus Senecæ de constantia animi sapientis viri, ad Serenum.*

CAPVT I.

Sed altera pars ad obsequendum) Palat. quart. *ne si altera pars ad obseq.* alii tamen quatuor stant a vulgato.

Nos eripiant, & in editum illum verticem educant) ita Erasmus, & Col. necnon Pal. sec. ac quart. sed enim tert. & Ort. numero singularitatis, *eripiat.* item *educat*; quomodo legendum ex veteri lectione, tradidit Pincianus; quem tamen vitesi vt audiam. ¶ *Extra omnem teli iactum*) Col. *vltra omne teli iactum.* Ort *cali.* ¶ *At ardua per quæ vocamur*) ita vetus Pinciani, nec aliter Col. aut Pal. sec. ac tert. quart. tamen & ab Erasmo editi, *Et ardua per quæ, &c.* Ort. *Ac ardua, &c.* ¶ *Quod enim plano aditur excelsum?*) Pal. sec. ac quart. *Quod enim*, nihilo prius. ¶ *Ex longinquo speculantibus*) Pal. sec. *ex longo specul.* ¶ *Abscissa & connexa videri*) mei omnes *abscisa.* Col insuper *& conexa.*

Redit leue fastigium) iidem omnes *leue.* Palat. quoque tert. & Ort. *reddunt.* quart *reddit.* ¶ *Mentio M. Catonis*) ita Pinc. & mei. Erasmus omisit nomen *Marci.*

Quod supra Pompeios) ita legi voluit ex suis Pincianus, neque aliter in meis. Erasmi deest vox *quod.* ¶ *Per seditiosæ factionis manus tractus*) quatuor nostri, *traditus.* solum, *tractus.* Ort. ¶ *Quam hinc P. Clodius*) Pal. sec. non inepte, *P. Claudius.* Ort. *Cladius.* at quart. *quam hinc præcludit Clodius.*

Et sacra cupiditate corrupti) Erasmi *tacitu*, quomodo & Pal. sec.

Pal. sec. verum monuit legendum ex mss. suis Pincianus, *& caca tepidiunto correpti*, quomodo & in reliquis meis quart. nisi quod Pal tert. *correctis*.

Sed dum vendunt, etiam venere) sic codd. Pinc. at Erasmi & mei quatuor *& venere*, quod item capi potest pro *etiam* est in Pal. quart. *etiam emere*, senso non æque atque alterum illud acuto.

CAPVT II.

Cato non cum feris manus contulit) Col. *Cato non feris manus contulit*. receptæ tamen lectioni patrocinantur quatuor reliqui, præterquam quod Palat. quart. *Catonem cum feris &c.*

Ad summam perductio solertiam) Pal. sec. *productio*. item, vt & deinde tert. maiori litera; *Solertia cum ambitu congressa*; quomodo & Col. excepto eo quod non habeat distinctionem.

Cum ambitu congressus) ita bene Pal. quart. & Ort. Stephanus lib. 2. cap. 3. Prood. scribit ad istas: Quis, inquit, non solum fateatur, particulam *sed*, aptissimum habituram hic esse locum, (dicendo, *sed cum ambitu congressus*, posita tamen hypostigme post accusatiuum, *solertiam*) sed se quoque suspicari saltem a librariis potius, quam a Seneca esse omissum, fateri cogatur? sic ille. ego nihil temere addiderim.

Quam totus orbis in tres diuisus) Erasmus addiderat, *diuisus partes*. sed vocem eam respount mei omnes & Pinciani; qui indicarat, euidens esse significari Cæsarem, Pompeium, Crassum.

Donec vel abreptus vel abstractus) prius illud *vel* abest Pal. tert. at quart. *donec vel arrectus vel abstractus*. nam sec. *donec vel abrectus, abstractus*. Ort. *abreptus abstractusve*; quod placet. Col. *donec abstractus* sine reliquis illis. at aliud tamen *abstrahi*, aliud *abripi*.

Neq; enim Cato post libertatem vixit, nec libertas post Catonem) bene itaque noster supra libro de tranquill. animi: *Cogitur Cato ille virtutum omnium viua imago incumbens gladio, simul de se & de Republica palam facere* conclamato enim Catone conclamatum est & de Republ. cuius vita videlicet in ipsa consistebat libertate.

Quod aut præturam illi detraxit) Palat. sec. *destruxit*. tert. *distraxit*.

CAPVT III.

Videor mihi intueri) melius hinc incipere caput, quam a seqq. *Puras acclamare*, vti incipit in aliis editionibus, tradit Stephanus lib. 2. cap. 7. Prood. vbi & olim editi & Ort. *paratum acclamare*, vti superioribus connectatur, contra mss etiam meos, excepto Pal. quart. qui *paratū adamare* & tert. in quo *puris acclamare*.

Animum tuum incensum) ita Moretus ex vno scripto, quem firmant Pal. sec. quart. Ortel. Col. nam tert. *animum tuum in censura* Erasmus edidit, *inclusum*.

Et seruum & vestem) mei omnes *& seruum vel vestē*, nisi quod Pal. quart. *& seruum vel vestem*. Col. *& seruum vel vestitam*.

Eidem non itis infitias & venum iturum) ita Muretus. at Erasmus scribit in Rod. Agricolæ codice locum fuisse deprauatum ad hunc modum, *eidem non iturum inficiamini, & venum, & imperata factarum* se vero restituisse termunis confusum ordinem; *eidem non inficiamini iturum & venum*, aut quod mullius est, *& venum iturum*. est in Col. *eidem non inficiaris & venturum*. in quart. *id est infitiaris & venturum*. tert. *idem non iturum infitias & venturam*. sec. *& idem non itu inficiamini & venturum &c*. placet quod est in Ort. *iidem non infitiamini, & venaturum &c.*

Seruilia præstituram ministeria) Pal. sec. ac Col. *præstaturum*.

Qua ceteri descendistis) ita & Erasmi editi prius *descendistis*, quod etiam in Col. at Pal. sec. at tert. quart. Ort. *incidistis*, quomodo legi voluit ex suis Pincianus.

Si dicis illum æquo animo) omissa est vocula; *nam si dicis &c*. sic sane Erasmi libri & omnes mei.

Contigit illi res vulgaris) mei quinque *contingit*; quod non sugillauerim.

Non imaginario honore verborum) sic in fine Epist. 20. dixit *imaginaria paupertate exerceri ad veram*. sic Augustinus in Psalmo 86: *imaginarium tabernaculum* quod est vmbra & figura alterius, & *imaginariis verbis blādiri* apud eundem in Sermone 229: similiter *imaginariam fidem vix reseruari superstitibus* apud Sidonium Epist. 11. libri 12. sic apud Impp. *imaginarius nuncius, imaginarium repudium* id appellatur, quod fictum & simulatum est l. 3. §. vlt. Cod. de repud. l. 1. §. 1. Inst. quibus mod. toll. obli. &c. Faber ad l. 16. de diuers. reg. iuris.

Quæ nulla perueniat iniuria] sic editio Romana contra oēs vetuste cusos, & mss. nam cū publicasset Erasmus, *quo nulla permittatur iniuria*, atque ita etiam offendisset Pincianus in mebranis suis: crediderim, inquit, scribendū *pertiniatur*, nō *permittatur*. ita ille. at mei mss. quinq; *permittatur* conseruant. quidā qui in omni vlcere vngues exercere amat, tradit forte legendū, *quo nulla periciatur iniuria*: vel inquit lego, *quo nulla percellatur iniuria*. quid ignorantia foecundius? at nihil tamen efficacius illo *permittatur*, vt docui lib. 11. cap. 6. Suspic. vsusque eo antea noster, lib. 2. cap. 6. de Clementia: *Etiam ad calamitosos pro portione improbandos & emendandos, bonitatem suam permittet*. item Epist. 67: *Quamuis autem paucissimos fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram, & ad te permittam*. sed eandem vocem retineo & custodio in penatibus suis Consol. ad Marciam ca. 25; vbi est, *& in profunda terrarum permittere aciem iuuat*.

Quod sacrilegum non inueniat) est a Pinciani coniectura, quod sequeretur *si existunt qui magnitudinem*. recte, stabiliuntque eam Pal. sec. ac quart. reliqui subscribunt cusis qui *sacrilegium*.

Non icturi petant) notat Pincianus omnem scripturam futurum præferre *appetant*. & hercle id restituendum. nam & efficacius hic aliquantum quam alterum illud, restatque alioqui in chirographis Pall. tribus, Colon. qui tamen, *non acturi appetant*.

Certissima firmitas habeatur) ita Pinc. codd. & meorū quatuor, item Erasmi prius publicati, *habebatur*. Ort. *habetur*. ¶ *Quam si nulla sit*) sic Pinc. & Pal. sec. ac tert. Erasmi, *fit*, vti & quart. Col. Ort.

Non cui pingue otium est) ita fere mei quatuor, at Palat. sec. *non cui pugna otium est*.

Huiusmodi igitur sapientem nulli) Col. *Hoc ergo sapientem dico nulli*; quomodo & Pall. tres, nisi quod duo retineant *igitur*, omnes vero vnica litera exprimant primam vocem, quæ valere queat tam *hos* quam *hic* aut *hunc*. siue adeo *huiusmodi*. & vero, *Hos igitur dico sapiētem*. est in Ort.

Vel teri potest) Pinciani codd. *vel deteri potest*, vt etiam Pal. quart. nam Col. *deteri*. Ort *nat deteri potest*.

Tot verberati seculis ostentant] ita Pinc. codd. nec non Col. Ort. Pall. tres, etsi tertius tantum & Ort. liquido id exprimat. nam sec. *scelis*. quart. *solis*. Erasmi editio, *tot verbera procellis*. sed malim alterum.

CAPVT IV.

Quid igitur? non erit aliquis) ita legi etiam voluit Stephanus lib. 2. ca. 4. Prood. traditque priores editiones male iungere voces primas cum sequētibus, hoc modo. *Quid igitur non erit &c.*

A contactu inferiorum) ita etiam Pal. tert. quart. Ortel. quippe sec. *a contractu*. Col. *a comitatu*.

Etiam cum potentes & imperio editi, & consensu seruientiū validi) ita Pinc. codd. & mei quinque. Erasmi editio *Cum potentes imperio editi &c*. I. C quidam dicit forte legendū, *& consessu seruientium*; qui vereor vt assecutus fuerit mētem auctoris; eos namque *consensu seruientium validos* vocat qui licet inter liberos sint, adeo tamen illi se submittūt, nescio quibus rebus deliniti, vt imperium in ipsos facile obtineatur. tales fuerunt Sulla, Marius, Pompeius, Cæsar, Crassus, aliique, qui ab omnibus suspiciebantur atque si reges essent, atque si domini.

Nocere et tentent) ita etiam cusus ab Erasmo. at cum seruent, *nocere intentent* Pal. sec. quart. Ortel. *nocere intendent* tert. ac Col. alterutrum præposuerim vulgato, certe postremum. Ort. habet ad oram, *nitentur*.

Tam extra sapientem] mei omn *sapientiam*.

Quid tu putas, cū stolidus] Gotofredus distinguit, *Quid? Tu putas*, neque displicet: etsi non inepte etiam interpungamus, *Quid tu? putas &c.*

Aut demissis in profundum) ita Pal. tert. quomodo legi voluit ex suis Pincianus, cum edidisset Erasmus *demissis*, quod in quatt. meis reliquis. ¶ *Neptunum potuisse contingi*) sic mss. omnes. videtur tamē inquit Pincianus *constringi* legendum potius quam *contingi*. mihi contra videtur. nam tantum abest vt Seneca putet aliquem adeo fatuum, vt putaret cathenas illas Xerxis cōstringere Neptunum, vt ne cōtingere quidem potuisse in animum inducat. est tamen I.C. cui illud *constringi* apertius est, atque ita aliter legi prodit. quem fallere & falli scio. nam nullus liber sic exarauit ante coniecturam Pinciani: quam, tanquā variantem lectionem, margini adpinxerunt ignarissimi serum bonarum correctores. si mentior ego; tu cedo membranas in quibus *constringi*, & vicisti.

Aut simul vera constant) I.C. idem digladiatur hic cum typographicis cicatis, dum *constant* nobis obtrudere nititur, tanquam a se primitus fictum. ita namque & Erasmi editio; neque quicquam tam pueriliter sapit quin *constant* crassum operarum sentiat sphalma, hoc ei non veniat in mentem ea quæ habet Venuleius Saturninus l. 6. ff. ad l. Iuliam maiest.

At, non fieri eorum interest) Palatino quarto abest dictio *At*. alii quatt. illa adnectunt præcedentibus legendo; *& non fieri*. quod plane amplector. alterum enim illud sententiam auctoris & intricat & conspurcat.

Tranquilla inter lacessentia] ita Romana editio; non tamen ausim sollicitare quod & in Erasmo & in meis, *tranquillitatis inter lacess.* vt genitiuus ille copuletur voci *vires*.

Armis viriisque pollentis, tuta securitas in hostium terra] ita Erasmus Ort. & Pal. tert. at male sec. *si armis viriisq. pollentis tota securitas hostiū terra*: quomodo & quart. nisi quod ille *pollentes*. nam Col *si armis viriisq. pollentis tuta securitas in hostium terra*.

Et tantum delicatis grauis) ita & Colon. & Palat. tert. ac quart. nam sec. *tamen delic.* sine vocula *&*, vti vulgauit Erasmus. Ort ambigue scripsit *tum*, vel, *tamen*.

Vt quidam nihil acerbius putent] contumelia nempe. locum istum designat Duarenus ad tit. de Iniuriis cap. 1. vbi adducit ex Sirmnino Demosthenis illud. l. aut facta ff. de pœnis: Οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν, καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει.

Qui flagellis quam colaphis] ita & mei tres. at Pal. sec. & tert *qui tam flagellis &c.* quod examinet curiosius lector. nam mihi non ita insiuate.

Et qui mortem ac verbera] Col ac Pal. sec. *aut verbera*.

Vnum enim malum illi est, turpitudo) ita Erasmus & Pal. sec at Pincianus, peruertit, inquit, ordinem, *vnum enim illi malum est turp.* ex mss. & vero sic etiam mei quatuor reliqui, nisi quod Pal. tert. desit vocula, *est*.

Quo intrare eo) mei omn. *intrare*.

CAPVT V.

Iniuria ergo &c.) ita & Pal. sec. at alii quatuor respuunt aduerbium *ergo* Stephanus lib 2 cap. 7. tangit socordiam eorum qui huic capiti pro suo principio dederunt syllogismi conclusionem, cuius priores partes in præcedentis habeantur fine. itsque potius caput quintum ita inchoauerit, scripseritque: *Iniuria propositum hoc habet, aliquem malo afficere: malo autem sapientia non relinquit locum: vnum enim malum illi est turpitudo, quæ intrare eo vbi iam virtus honestumq. est, non potest*) *iniuria ergo ad sapientem non peruenit &c.*

Nec potest aliquis iniuriam accipere] scripserim cum meis quatuor, *nec potest quisquam iniuriam &c.* Ort. *non potest quidquam*.

Bona sua in solido habet] ita bene Pinc. codd. & mei quatt. male Pal. sec. & Erasmi editio, *in solidum*.

Nam & in summum perducta] sic Pinc. codd & meorum tres. Pal. quatt. & vulgati ab Erasmo *productus*. Ortel. *Nam & in supremum perducta*

Nihil eripit fortuna] mei omnes; *& nihil eripit fort.* neque reiecerim.

Immota, inconcussa] vox *inconcussa* ab Pinciani scriptis huc allata. abest enim Erasmi editione, item Pal. sec. quatuor tamen reliquis restat.

Sic contra casus indurata] est a Pinciani coniectura, sic rescribendum putantis, aut, *sic contra casus indurat*, cum offendisset in Erasmi libris & chirographis suis, *sudurat*. equidem scripserim ego potius, *sicq. contra casus indurat*, ex Palat. quart nam & reliqui quatuor, *indurat*, annotatumque ad id in Colon *id est virum*.

Sine secunda ostentantur) ita & Col. at Pall. tres, *ostenduntur*. Ort. *ostentantur*.

Quia virtute sua salua sunt) ita vt legeretur, & posceret Grammaticæ rationem, & confirmare scripta exempp. tradit Pincianus. Erasmi editio *sua*, vti & Pal. sec. alii tamen quatuor *sua*.

Megaram Demetrius ceperat] ita mei omnes, nisi quod quart *Megram*: Ortel. *Megeram*. at corrige, inquit Pincianus, *Megara*, neutro genere, iam nota re vt prodi non debeat.

Poliorcetes fuit] nullus fere meorum bene hanc vocem exprimit Pal sec *Polierates*. tert. *Polieretes*. quart. *Poliberses*. Col *Polibortites*. Ort. *Polioretes*.

Stilpon Philosophus) scribo cum meis *Stilbon*. ceterum I.C. ille qui hic annotat, eandē sententiam adscribi & a Cicerone in Paradoxis & Val. Maximo lib 7. *Bieni*, homines ludit nam *Bias* illis nominatur, & Plutarcho in Apophth.

Omnia namq. mea) Palat. sec. *Omnia ergo mea*. reliqui quatuor, *Omnia enim mea*.

Et patriam. At ille victoriam illi excussit) ita vetus Pincianorum lectio ab Erasmo editi, *& patriam violauerat Ille illi victoriam excussit*, quomodo nulla litera minus & Palat. sec. item tertius, nisi quod ipse; *violauerat ille victoriam illi excussit*. at quart *& patriam violauerat. At ille victoriam illi excussit* quod non omnino spreuerim. at ecce tibi Colon. meum qui amplius habet, *& patria in alienam conditionem venerat, & ipsum rex circumfusus victoris exercitus armis, ex superiore loco rogitabat. ille victoriam illi excussit, & vrbe capta.* equidem nisi hæc aliunde assuta sunt, sapiunt hercle aliquid docti, habetque item Ort. nisi quod legat *ditionem* pro *conditionem*, nec non; *At ille victoriam*

Non inuictum tantum] sic voluit rescribi ex suis Pinc. neque aliter mei quatuor. sin um Pal. sec. *non vinctum tantum*. Erasmi editio *non victum tantum*.

In qua non est manus iniectio] non male notat Stephanus lib. 2. cap 11. Prood phrasin hanc ex Iurisconsultorum seu forensi petitam sermone. quo & vsus Epistola t. *Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis omnes horas complectere sic fiet vt minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris* & cap 11 ad Helbiain: *Animus quidem ipse sacer & æternus est, & cui non possit iniici manus.*

Extrinsecus affluentium] ita quoque Pal. quart. & Ort. alii tres perperam, *effluentium*.

Aut huic fur] est typographi, puto, vitium. omnes enim mss. & Erasmi editio, *an huic fur*, vti decet.

Aut vis mihi impotens) sic corrigi voluit ex suis Pincianus, quomodo & Pal. tert. atque Ort. & probo. alii tamen stant ab Erasmi cusis qui, *potens*.

Aut diues aliquis regnum orba senectutis exercens, facere iniuriam possit ita totidem literis mss. mei quinque, omnesque cusi, neque vllo æuo inuentus fuit qui huic scripturæ controuersiam faceret. nuper primum, nescio quis, subito exortus est qui serio asseueraret vultu, legendum videri: *In regno orbitatem & senectutem exercens.* vel ita, inquit, *aut victor potens. aut diues aliquis, regnū, orbitas, senectus facere iniuriam possit* & ne temere videatur diuinandi prædicare artem, addit fauere huic suæ emendationi illud capitis sexti: *Solus & senior & hostibus circa me omnia videns, tamen integrum incolumemque censum meum profiteor &c* ecce, inquit, hic quoque iunguntur, *orbitas, senectus, vis*. hactenus ille; quibus nihil absurdius sub sole. ita enim argumentatur auctor: Et quisquam est, qui putet huic Stilboni priuatum aliquem hominem leuiori aliquo detrimento inferre posse iniuriam, cui ne eam quidem rex cum toto intulerit exercitu? interim acute & eleganter fingit hic Seneca ditem hominem, senem liberisque adeo destitutum, *exercere regnum* nocendi; quod nihil non possit & apud eos & per eos qui hereditatem ipsius captant; quod satis patet ex his Ciceronis

Para-

Paradoxis. Hereditatis spes, quod iniquitatis seruiendo non suscipit: quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? loquitur ad voluntatem. quicquid denuntiatum sit, facit, asseatur, assides, miratur, vbi obiter emendo, *arridet*. & vero non aliter obsequiosos cultosque homines hos atque si reges essent, eleganter depingit Lucianus in Dialogis mortuorum, vbi Pisistratus & Sisyphus loquuntur; quibus conuenienter Iuuenalis Sat.5. versu 135:

-Dominus tamen, & Domini Rex
Si vis tu fieri, nullus tibi paruulus aula
Luserit Æneas, nec filia dulcior illo.

recte igitur noster ad Martiam Consul. cap.15: *In ciuitate nostra, plus gratiæ orbitas confert quam eripit, adeoque senectutem solitudo quæ solebat destruere, ad potentiam ducit; vt quidam odia filiorum simulent, & liberos eiurent* (ita enim emendaui lib. 23. cap.9 Suspic.) *& orbitatem manu faciant*. verum nimis exorbito; vtique si litigiunt mihi cum eo cui cerebrum in calcaneo.

Inter micantes vsque gladios) ita exemplar vetum Pinc. meique quinque Erasmi, *micantes*.

Et militarem in rapinam tumultum) sic & mei duo, at reliqui Ortelianus, Palatinus tertius, ac Coloniensis, *in rapina*.

Si parum fidei habeo) ita Ortel. Pall. tres. at Colon. desiderat coniunctionem *si*. Pincianus monet, *habet* non *habeo* legendum, ex veteri, inquit, lectione. omnino male.

Tantum firmitatis in hominem) Erasmi & mei mss. omnes *in homine*.

CAPVT VI.

Non est quod dubites) male hinc incipere caput tradit Stephanus Proodop. lib.2. cap.7. cum contineant promissum illius de quo capite dictum superiore. bene: & licet per me culpam cudat in typographos. nam amanuenses nihil hic peccarunt. membranæ enim meæ nullæ agnoscunt capitum istam distinctionem in vllo opusculo Senecæ, præterquam Palat. sec. qui tamen longe aliter distinguit quam quomodo passim vulgatur. orditur namque caput quintum ab illis verbis quæ supra: *Non est itaque quod audax iudices est*. sed hæc talia non moneo, quia constat mihi, diuisionem istam non ab auctore ipso, sed ab iis qui memoriæ sibi comparatum cupiebant subsidium.

An attollere se homo) ita scripti Pinc. & mei tres. Pal. tamen sec ac tert. *tollere*, vti in Erasmi editione.

Ea quoque parte qua melior est) mei quinque, *quoque ea parte qua &c.* quod [illegible] ausim plane reiicere.

Adsum hoc vobis [illegible] probaturus) ita Romana editio. nescio qua auctoritate [illegible] nam Erasmus edidit, *tandem adsum hoc vobis &c.* scribendum monuerat ex mss. suis Pincianus, *en adsum hoc &c.* quomodo omnino legendum: cum & sic restet in Col. Ort. Pal tert. ac quart. n im quod Erasmus publicauit *tandem*, puto factum inde quod in membranis inuenisset *tamen*; quod ipsum etiam in Pal. sec. verum id ego natum puto ex alteri illo *en*. facile enim, imo facillime propter similitudinem fere geminam qua in scriptis libris, degenerare *t* in *e*, notum eis quibus blattarii codices triti. nihil igitur mirum si postea alius quis lineam superpinxerit, quæ valorem eum subiectis daret qui est dictioni *tamen*. ¶*Erepsi modo e ruinis domus*) ita castigandum duxerat Pincianus ex vno codice. neque alter Col. meus & Ort. oam vulgati ab Erasino: *Erepsimus e ruinis domus*; notatum vero ad oram forte legendum, *Eripui me ruinis domo*, quomodo diuinarat Agricola. nam alias legis *Erepsimus domo*. Pal. sec. *Erepsi modo erumpnis domus*. tert. *Erepta est modo e ruinis domus* quart. *Erepi modo domos, exui modo & incendiu*

Per flammas, per sanguinem fugi) quinque mei *flammas per sanguinem fugi*: meo animo longe melius: vt iodicet incendii violentiam & crudelitatem hostium, per quos factum erat vt nusquam euadere posset, nisi per us humanum calcaret sanguinem; quod plane alioqui horrendum.

Teneo habeoque quicquid meum habui) enclitica dictio abest voci *habeo* & Erasmi editione & meis quinque; neque hercle ea hic, quod venia dicatur Mureti, opus; citatque & altero modo Fornerius Comment. ad l.188. de verb. signif.

Victorem te credas] scribo auctoritate meorum, *victoremque te credas*. ¶*Et dominum mutantia*) Pal. sec. & Ort. *& dominium mut.* quod probarem si adessent & alii mei quorum huic lectioni accederet calculus.

Et magno pudoris impendio dilecta scorta) sic & Pall. tres & Ort. at Colon. *& magna pudoris impendia, dilecta scorta*: quod item placeret, nisi vna tantum niteretur columna.

Et loca exercendis in publico vitiis destinata] ita omnino legunt etiã mei quinque, nisi quod nõ inepte Ort. *exerc. publice vitiis*. at quidã criticus reponendũ putat, *& loca exercendis in publico comitiis destinata*. id enim, inquit, curiæ & foro maxime conuenit. addit deinde: nisi tamen malis, *vocibus destinata* legere. res mira, omnia suis bus placẽt preterquam quæ pura sunt. quid ni enim *curia ac forum* dicantur loca vbi palam exercentur vitia? ita sane ipse noster clamat lib.2. cap.7. de Ira, vbi post multa: *Cum videris forum multitudine refertum, & septa concursu omnium frequentia plena, & illum Circum, in quo maximam sui partem populus ostendit, hoc scito, istic tantundem esse vitiorum quantum hominum. Inter istos quos togatos vides, nulla pax est: alter in alterius exitium leui compendio ducitur &c.* volebam super hisce locis, includi theatrum & circum; vt etiam comprehenderet ambitiosos qui munera exhibebant, venationes, gladiatores & similia: nunc nonnihil ambigo, an hic proprie tale aliquid consistat. posset tamen.

Ergo ita habe Serene perfectum illud) Ort. & Pal. sec. *Ergo ista habes Serene* quart. *Ergo ista habes Serene*. tert. *Ergo ista habes perfectum serenum illum virum*. Colon. *Ergo ita habes Serene*. quod non valde displicet.

Munimentis præcincta sunt) Pal. sec. *præcisa sunt*. tert. *præcinctis sine voce sunt*.

Non Babylonis illi muros) rescribo iudicio meorum quinque *Babylonios*.

Habent ista hostile vestigium) ita Col. nec non Erasmus, omnesque mss. Pinciani, qui, quid si legas, inquit, *Patent ista hostili vestigio*. Lipsio magis placet fuisse, *Pauent ista hostile vestigium*, frequenti errore. *Pabent* b pro v. ita ille Antiq. lect. cap.6. lib.5. est in Palat. sec. *Habent ista non hostile vestigium vel fastigium*. tert. *Habet ista hostile vestigium*. quart. *Habent ista hostile fastigiumque*, Ortel. *Habent ista hostile fastigium*. equidem non video cur non feratur vulgatum; *Habent ista hostile vestigium*, aut adeo, *fastigium*. quid enim? nonne rupis Tarpeiæ manente nomine, manet simul & vestigium hostile & fastigium? ego puto.

A flamma & ab incursu) malim cum Col. Ort. Pal. sec. *& a flamma*. nam & reliqui duo, *& flamma*.

Nullum introitum præbent) ita Pinc. codd. item Ort. & Pall tres Erasmi editio; *nullum introitum habent nec præbent*. Col. meus, *nulli interitum præbent*.

CAPVT VII.

Non est quod dicas, ita vt soles) mei præfracte, *ista velles*.

Raro forsan magnisque ætatum) Pal. sec. *Raro si forsan magnusque at.* tert. & Ort. *Raro namque magnusque*. Col. autem pro voce *inuenitur* quæ statim sequitur retinet, *vnum*, Pal. vero sec. *minuitur*.

Ne supra nostrum exemplar sit) sic tres Pall. at Ort. *super*. Col. *exemplum*.

Denique validum debet esse) multa fuisse ante hæc verba, quæ nunc desideramus, facile cuiuis odorari cui non molesta pituita. itaque insigniatur locus asterisco.

Non tentatur nisi a malis) mei omnes alio ordine verborum, *nisi a malis non tentatur*; nisi quod Ort. *tentantur*. qui etiam pro eo quod nos: *Iniuriam bonos*, seruat neutiquam *sapiens iniuria; & boni &c.*

Quod si lædi) ita Romana editio, omissis vocibus multis quæ reuocandæ. nam Erasmi codices; *Mali tam bonis perniciosi sunt, quam mali inter se. Quod si lædi.* vbi monuit Pincianus vocem *mali* iteratam posteriore loco non comparere in mss. suis, ideoque tollendam e medio, quod placet Stephano libro & cap. 2. Proodop. dicit enim aut ista omnia retinenda, aut non minus omittenda fuisse ista, *bonis inter se pax est* siquidem, inquit, perinde est ac si dictum ita esset per parenthesin; Nam bonis inter se

pax est; cum mali contra tam bonis perniciosi sint quam inter se sic ille verbaq; ista etiam remanent in meis. certe Pal tert ac Ort. eiicit alterũ illud *mali*. sec. vero legit; *Mali tamen bonis perniciosi, quam mali inter se*. at quart. & Col. *Mali tam bonis perniciosi quam inter se*: quod omnium maxime placet, vt omittatur vocula *sunt*.

Malus autem bono infirmior est) ita etiã Ort. Pall. tres & Col. Erasmi editio horum verborum nihil habet, reduxitque primũ Pincianus auctoritate membranarum suarum, qui tamen; *Malus autem infirmior bono*.

Nisi a dispari inferenda est) ita Pinc. codd. & Pal. tert. at enim alii tres stabiliunt scripturam editionis Erasmianæ, in qua *dispi verenda est*, quæ mihi se approbat. Ortel. *nisi a dispariorius verenda est*.

Socrates damnatus est, iniuriam accepit) Pincianus legit sine vlla distinctiuncula interueniente; eiectoque verbo *est*, *damnatus iniuriam &c*. meo animo male. hęc quippe cum præcedentibus ita legenda ex Palat. tert. quart. nec non Ort. & Col. *Si iniuste inquis Socrates damnatus est, iniuriam accepit* solus enim Ort. retinet, *inquit*, Pal. vero sec. illud *Sed*; quod non æque elegans aut viuidum atque alterum illud.

Rem cum e villa mea surripuis) sic libri Pinc. & Pall tres. at Colon *quam e villa mea surripuis*, quod ego recipio pro meliore. nisi malimus cum Ortel *cum rem e villa &c* Erasmus edidit, *cum rem in villa mea surrip*.

Vxore tanquam cum aliena concumbas) Palat sec. *concubas*. Col. *concũbuis*. Ort. *vx sua tanquam aliena concubuit*, quod probo.

Vim suam remixtum cibo) Pal. sec. *remixta*. tert. ac quart. *remixtam* Ort. *resecto*, quod non malum.

Scelere se obligauit) ita editio Romana, at Erasmus at Ortel. & Col. nec non Pall. duo *scelere*, quod reuocandum. nam & tert. *sceleribus obligauit*.

Cuius telum opposita veste elusum est) vnum exemplar Pinciani *elusum*. sed mauult retineamus prius. recte. nam & mei quatuor *elusum*. solus Pal. sec. *clusum*.

Vt alterum sine altero esse non possit) ita tantum Erasmus & cum Ort. Pal sec. at mandat scribamus ex suis Pincianus: *vt alterum sine altero esse possit: alterum sine altero non possit*. quomodo etiam omnino Colon item Pal tert. nisi *quod* vltimo habeat, *altero non esse possit*. nam quart. *vt alterum sine altero esse possit, quod alterum sine altero non possit*. equidem videntur ista fere admittenda.

Ex hac sorte) ita quoque Pal. tert. quart. Ortel. at sec. & Col. *forte*.

Vt intentam manum) ita solum Palat. tert. nam sec. ac quart. *vt intenta manu* Col. *vt intentata manu*. quod hic consistit, si prius modo verbum sit nominatiui casus pluralis numeri amicus quidam meus cupiebat, *intentatam manum*. quod & offendi in Ort.

Iniuria autem non potest fieri non iniuste. ergo sapienti iniuria non potest fieri) ita restituit ex vett. lectione Pincianus; quam sequor, nisi quod reduxerim quod in omnibus meis, *nisi iniuste*. Erasmus loco horum verborum omnium habebat tantum, *Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste*; orditurque mox alterum caput ab his verbis, *Non est quod mireris*; pro quo Pinc. & mei quatuor; *Nec est quod &c*. Ort. *Nec mireris*, quod præposuerim reliquis.

CAPVT VIII.

Nec prodesse quidẽ quicquã potest) ita & Pal. sec. & Col. alii duo, necnõ oẽs Pinciani. *Nec prodesse vero quicquã potest potest* Ort. *quia nec prodesse quicquam, quia sapiens nihil &c*.

Et malus nihil potest tribuere sapienti) Erasmi editio *maius*, quomodo & Pal. tert. nã quart *& maius nihil potest tribuere sapiens*. sec. vero; *& maius nihil potest dignum tribuere sapientem*, Col. *& maius nihil tribuere potest sapiente*. lectio Pal. sec. videretur sic vtcunq; tolerabilis si refingeretur ad hunc modum, *& malus nihil potest dignum tribuere sapienti*. est in Ortel. *& malus nihil potest dignum tribuere sapiens*. Pinciani codices bini legunt, *& malus nihil potest tribuere sapiens*. ¶ *Quod ad se transferrẽ*) ita & Col. alii quatuor & duo illi Pinciani, *a se*.

Pergensq; excelsa) ita vetus m cod. & Pinc. lectio. Erasmi *petensq;*

Bono publico natus) mss. mei & Erasmi *nata*. alterum illud diuinauit primum Lipsius lib 4. Epist. quæst. 17 vt ad ipsum referantur sapientem. Respexisse enim ad veterem formulam laudis, tralatitiam in lapidibus: B. P. N. vel sic, B R. P. N. quod valet, *Bono publico*, vel. *reip natus*. Symmach lib. 3 Epist. 43. *vides certe vt ille ipse qui Romanus tibi antistat, natus est ad bonum publicum* probat hanc correctionem lutetus qui huius formulæ exempla aliquot producit notis ad lib 1. Symmachi Epist 43.

Et sibi & aliis salutaris) & hoc emendauit Lipsius. Erasmi enim codd & mei *salutaria*.

Nihil humile concupiscet, nihil flebit) Col. absunt illa duo, *nihil flebit* habent tamen Pall. tres & Ortel. Acidalius lib. poster. lect in Velleium, *ex flebit* veluti fragmento, colligit quod scripturæ compendio amissum; *fluctuabit*. nã tale quid, inquit, postulant quæ ex opposito adiuncta, *annixus rationi, casus incedit*.

Diuino incedit animo) malim cum Erasmo item Palat. tert. quart. Ort. *incedit*. nam alioqui sec. ac Col. *incidet*.

Non habet vnde accipiat iniuriam) illud *vnde* est a diuinatione Pinciani. libri enim eius & Erasmi habebant *vbi*. quod cum restet & in quinque meis, id reduxerim. designat enim ipsum sapientem; nihilque ait habere aut corpore aut animo cui iniuria fieri possit.

Irata leges; ac sauissimi domini quod minentur) ita quidem Romana editio, sed secuta hariolationem Pinciani, sic putantis scribendum, cum in membranis eius & Erasmi exstarent, *at sæuissimi domini minantur*. & vero cum & vltimum istud restet etiam in Pall. tribus, nec Col. abeat nisi quod exaret *minatur*; Ort. vero *at sæuiss.* id reduxerim, si modo *ac* vel *at* mutemus in *aut*, hoc modo, *irata leges aut sæuissimi domini minantur*. quomodo etiam legendum prodidit Acidalius ille meus lib. posteriore lectionum ad Paterculum.

Multo facilius alia tolerabimus, damna &c.) ita Col. & Pal quartus. at sec. *damnum &c*. quomodo & Erasmus. Ortel. & tert. *multo facilius alia tollerabilemq; sustinebimus damna*. Pinc. mss. *multo fortius alia toler. damna &c*.

Dolores, ignominias) ita Pinc & Pal. tert. atque Ort. nam quart. *& dolores, ignominias*. sec. ac Col. *& dolores & ignominias*, vti publicarat Erasmus.

Orbitates discidia) ita & mei tres. Pal. quart. *diffidiaq;* Erasmus *diffidia*, vt & Ort.

Nedum ad singulorum Pal. sec. Ort. Col. *nedũ vt ad sing.*

CAPVT IX.

Omnia itaq;) Ort. *omn vt quo*.

Vt intemperantiam cali] Erasmi & omnes mei, *& intep.*

Et cetera forte accedentia] ita Erasmus & Pal. quart. alii quatuor adsentiuntur Pinciani chirographis libris leguntque *forte*, quod placet.

Quos casibus adnumerat] Palat. sec. *qui casibus adnumerantur* tert. *quos casibus adnumerãt*. quart. *quos casibus adnumerant*. prius tamen permanet in Col. & Ort.

Circa nos fiunt] est a coniectura Pinciani: codices enim eius & Erasmi, item Ort. meus, *circa nos fiunt & iniuriatur*; quas duas postremas voces iniurie subiicit Mureti editio. vt forte minus et saperent Latium, at eius non erat detrũcare morbosa Senecæ membra. & vero habet Pal. sec. *circa nos fiunt & in vitia*. tert. *circa nos fiunt & iniutia* quart. *circa nos fiunt & iniuriatur* Col. *contra nos fiunt & iniutia*.

Quæq; alia inter togatos] ita Pinc. vett. & Pal. tert. quart. Col. Ort. nam sec. vt & Erasmiani *intra*.

Est & illa iniuria frequens] ita iterum Pinc. & mei, nisi quod vox *est* desit Pal quart. Erasmi, *Est & alia*

Hereditas auersa est] ita & Col. at Pall. tres *aduersa est*. Ort. *euersa*.

Hæc effugit sapiens] ita Pinc. & mei duo. nam Pal quart. *refugit*. sec. *effugiet*, quemadmodum edidit Erasmus. Ort. *Hæc effugit sap*.

Nec in spe nec in metu viuere] ita quidem etiam Ort. & Pal. quart. at alii tres, *nec in spem, nec in metum viuere*.

Vir ereptus moderator sui] ita quidem Mureti editio: at Erasmi, *vir erectus erroribus moderatur suis*, vti etiam est in Ort. item Col. qui superpictum habet, *medetur*. nam Pal. sec. *vir ereptus erroribus moderator suis*; quomodo etiam tert. nisi quod transponat *vir ereptus erroribus suis moderatur*. nam quart. *vir erectus erroribus moderatus suis*.

Nam si illum tangit iniuria) ita Erasmus & Ort. ac Pal. tert. quartusq. Pinc. codd. *Etiamsi illum tang. &c.* Pal sec. *Nam si tangit iniuria*, sine voce *illum*. at Col. *Si tangit illum iniuria*, absque *Nam*.

Caret autem ira sapiens) ita Erasmus & mei tres. at Pinciani præponunt duas voces, *habet iram Caret autem*. quę in nullo meorum quatuor. nam Pal. quart. *Cadit sapiens*, vice illorum, *Caret autem ira sapiens*. solum Ort. amplius adhuc, *Non habet iram, caret autem ira sapiens.*

Adeo ad offensiones) per minorem scribi iussit Pincianus suasu librorum. Erasmus nouam hinc ordiebatur periodum, scribebatque; *Adeo autem ad off* quod cum etiam remanserit in meis quinque, non temere præ alio conspexerim.

Vt ipsa illi iniuria visui sit) ita Pinc libri & meorũ quatuor. nam Pal. sec. *vt illa ipsi*, quomodo & olim excusi. Erasmus transposita tantum, *vt illi ipsa iniuria &c.*

Nec quicquam ideo) mei quinque, *adeo*.

Aut temeritatis superbiaq.) omisit vocem editio Rom. nam Erasmi *aut certe temeritatis &c.* quomodo & Pal. tert. nam aliis quatuor fere est, *aut caca temeritati &c.* Colon. quippe *cota*. mihi medium illud *caca* non displicet.

In altum demittat] mei omnes *dimittat*; præter Ort.

Cadentium manus obstinata patientia fatigando) quod fecisse, cum ceteros pugiles ad illudorem vsque dêtium ex his Chrysostomi verbis, voluptatem in re Venerea nullam aut quam minimam esse ostendere satagêtis, addiscimus. Serm. 37. in cap. 15. Epist. 1. ad Corinth. ὥσπερ γὰρ οἱ πυκτεύοντες ... τοὺς ὀδόντας ... : tum vero ac multo etiam magis pugilem Cyrenæum Eurydamam Ælianus cap. 19. lib. 10. Var. hist. narrat; cui cum in certamine aduersarius dentes excussisset, ne hoc ab ipso animaduerteretur, eos deglutiuit absorpsitque. atque ita victoriam pugilatu adeptus est P. Faber libro 3. cap 5. Agonisthe.

Ex hoc puta genere sapientiam eorum] ita Pinc. libri. neqs secus Col. Pal. tert. aut quart. nam sec. *genere sapientia eorum*. at Erasmus; *Ex hoc puta genere patientiam & sapientiam eorum*. Ort. *sapientes eos*. non male.

Perpetiendi Lessandiq.] ita & Pal. quart. ceteri quatt *Lacandiq.*, quod quis defendere posset, nisi sæpius inter duas illas voces errassent exscriptores.

Capvt X.

Quoniam priorem partem percurrimus] Ortel. *Quoniam priorem quidem partem excurrimus.*

In qua quibusdam propriis, pleriq. vero communibus, contumeliam refutabimus] sic Romana editio, sensus tantum attendens, non etiam priscæ librorum antiqq. scripturæ, quod vituperamus omnes. nam ab Erasmo editi; *Quoniã quibusdam propriis, pleriq. non communibus contumeliam refutabimus*; vbi Batauus ille, quoddam exemplar, inquit, habebat; *Quoniam quibusdam propriisq. contumeliam refutabimus.* vtraque lectio non vacat mendo, nisi *propriisq.* dictum est pro *propriis quoq.* & pro *quoniam*, malim *qua iam*. nam Agricola legit, *refutabimus*. sentit enim se ipsetiam demonstraturum quod in genere tractauit. hactenus Erasmus. post quę Pincianus nihil, nisi quod in vulgatis deleri iubeat *non*, reponique *vere* ex mss. suis. addit tamen, totum locũ sic forte aptius legi posse, *Quum iam quibusdam propria pleriq. vero communibus contumeliam refutauerimus, est minor iniuria &c.* sic Hispanus ille: cuius cõiecturæ proxime accedit Col. meus & Pall. tres, qui non agnoscunt iteratam *contumelia* vocem. Pal siquidem sec. ac tert. *Quoniam quibusdam propriis pleriq. vero communibus contumeliam refutauimus. Est minor iniuria.* quart *Quoniã quibusdam propriis pleriq. vero omnibus contumeliam refutauimus. est minorem iniuriam* Col. *quoniam quibusdam propriis pleriq. vero communibus. contumeliam refutabimus. Est minor iniuria &c.* Equidem cum & Duarenus in tit. de Iniuriis cap. 1. hunc locum Senecæ laudans, citet; *Est minor iniuria, quam queri magis*: nos deinde vocem præcedentem, *contumelia*, audacter obelo trausfigemus. quomodo tamen præcedentia emendanda sint viderint ingeniosiores. ego enim præ festinatione talibus inhærere non possum. videtur tamen elegans quod est in Ortel. *transeamus, qua quibusdam propriam pleriq. vero communem contumeliam refutauimus. Est minor &c.* si modo fiat *refutabimus.*

Et nõ in medio me loco] ita Erasmus Ort. & Pal. sec. at enim cum sit in aliis meis tribus, *me lecto*, & ita etiam in plerisqs suorum offenderit Pincianus, id non timide altero electo hic admiserim; vt a salutatione descendat statim ad conuiuia. etsi tamen *locus* pro eodem hic retineri possit. nã & ait lib 3. de Ira, cap. 37. *Minus honorato loco positus, irasci coepisti conuiuatori, vocatori, ipsi qui tibi praferebatur. Demens quid interest, quam lecti premas partem.* vtvt est, locum hũc Senecæ mordicus arripio vt probem *medium locum* honorificentissimum habitum olim; vti ostendit Lipsius lib. 3. Antiq. lect. isto Ciceronis Epist. lib. 9. ad Pætum: *Accubueram hora nona Vbi apud Eutrapelum; & quidem supra me Atticus infra Verrius familiares tui* medius enim Cicero, vtpote dignissimus, Consularis senex ita apud Virgil.

-*Aulæis iam se regina superbis*
Aurea composuit sponda, mediamq. locauit; vt decebat reginam apud Salustium 3. Histor. *Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio; super eum Tuscus Fabius Hispaniensis, Senator ex proscriptis. in summo Antonius, & infra scriba Sertorii Versius. & alter scriba Macenas in imo. Medius inter Tarquitium & Omium Perperna &c.* ad quem locum videantur Iani Dousæ Nordouicis notæ de medio loco etiam Iac. Scheckius nepos in Præmessis Epist 4.

Sed vno collocauit] sic & Ortel. Erasmi editio, *sed in imo*, vti etiam est in Col. & Pal. sec. nam tert *sed vno coll.* quart, *sed vno me collauit.*

Cui petora instant) Erasmi & meorum quatuor *cum peiora*. Ort. *cui petera instent.*

Ingenia nutara) Ort. *ingenia nostra.*

Quorum pars maior) ita solum Palat. quatt. & Ortel. aliĩ tres *quarum*.

Nulliq. tantum de se licere renunciat sibi] ita Muretus, cuius petantur notæ. at Erasmi editio; *nullique tantum de se licere nunciat, quam sibi* ad quæ Pincianus; quædam, inquit, exempll. *quantum* legũt, non *quam*. alia non agnoscunt omnino cum particulam equidem Ortel. *quantum* habet. Pal. sec. eam etiam excludit, vt & tert & Colon. nam quart. *nulliq. tantum de se licere renunciat quantum sibi*, quod mihi nectar sapit; vt scilicet omnia alia, inferiora iudicet vi illa ac potestate qua erga se ipsum vti potest penes quem ius illud supremum. I C quidam ridicule legit, *nullisq. tantum de se dicere pronunciat, quantum sibi.*

Etiamsi non peruertant) Pall. quart. *sed non peruertunt*, sec. & Erasmus. *etiamsi non peruertant*. Acidalius ad Velleium, ait vidisse alibi scriptum, *etiamsi non penetrant.* quod fere est vt opinetur melius, licet non id certet.

Nulla virtus est qua non sentiat perpeti) ita Erasmus. at Pal. sec *sentiat*. reliqui quatuor, *qua non sentiat se perpeti.*

Capvt XI.

Cum magnã partem contumeliarum) ita Col. & Pal. sec at alii tres alio ordine, *cum contumeliarũ magnã partem.* Acidalius legit, *cum magna partem contumelias* quod corrumpunt, inquit, qui *magnam partem*, esse *plerumq.*, siue quod aliter dicitur, *magna ex parte*, ignorarunt Gellius lib. 2. ca. 29: *Amici isti magnam partem cessatores sunt.*

Habet quo illum affectum inflatum) mei omnes *istum* non *illum*, quomodo & ediderat Erasmus. Ortel. etiam *afflatum* prius habuit.

Omnium animi sanitatem magnitudinemq.) Ortel. *magnanimitatemq.* Pal. tert. *animi omnium sanitatem magnanimitatemq.* quart. *omnium, animum, sanitatem magnanimitatemq.* sec. *animi sanitate magnanimitatem*. Col *omnium animi sanitatem*, sine alia voce quod fere probauerim; nã si aliqua recipienda, malim *magnanimitatemque* quam alteram quæ in publicatis.

Vt vanas somniorum species) ita quoque Col. Ort Pal. tert & quart. sed impense arridet quod est in sec. *vt vana somniorum*. id enim orationi quasi carbunculus.

Nihil habentes solidi neq. veri] mei quinque, *atq. veri.*

Quam vt illis audacia sit, tanto excelsiora despicere] ita vetus lectio librorum Pinciani, & Pal quartt. nisi quod illi, *celsiora*. at *excelsiora* est in Col. Ort. Pal. tert. habetque sec,

Quantum illis audacia sit tanto excelsiora despicere. Erasmi editio, *quantum illis audacia sit, tanto audaciora despicere,* notatumque ad oram pro *audaciora* legi alias, *excelsiora.* equidem quod vulgauit Muretus, sanum prorsus est & nitidum. *alicui* enim *esse audaciam* pro *audere* eleganter dicitur, vsus que similia sæpe Propertius. sed & quid Seneca velit palam est, hoc nempe cogitare sapiẽtem neminem ipsi iniuriam contumeliamve allaturum, cum tam alto euehatur fastigio, vt nullus non de vili illa plebe sit infra eum, ideoque contemnere non audeat; at est tamen I.C. qui mire isthæc auctoris verba torquet distorquetq;, dum nũc se iactat legere: *quum & illis audacia sit tanto celsiora despicere;* nunc vero, *simul illud cogitat omnes iare infeliciores esse, quum illis audacia sit multo celsiora despicere.* & addit, *multo celsiora,* puto *Deos.* emendationes absurdæ, & nihil ad mentem auctoris, vt sequentia satis vociferantur.

Mancipiorum nostrorum vrbanitas) ita & Pal. sec. tert. Colon. at vox *nostrorum* abest Pinciani scriptis omnibus, Pal. q; meo tertio atque Ort.

In conuiuas ius facit) ita Pinc. codd. Ortel. & Pall. tres, nam Col. *miserrimas ius facit.* Erasmi editio, *in conuiuis ius facit.*

Vt quisq; contemptissimus, & vt maxime ludibrio est) ita editi ab Erasmo. at Col. nec non Ort. Pal. sec. ac quart. *& vt quisq; contemptissimus & vt ludibrium est.* tert. *Et vt quisq; contemptissimus & ludibrio est.*

Pueros quidam in hoc mercantur) ita Pal. etiam tert. ac Colon alii tres, *quidem,* vti & edidit Erasmus. sed *quidam,* citant passim Critici, nominatim Dousa ad Petronium, & Torrentius ad Suetonii Augustum cap 83, vbi est: *Animi laxandi causa, modo piscabatur hamo: modo talis aut ocellatis nucibusq; ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles vndiq; conquirebat, præcipue Mauros & Syros.*

Qui probra meditate effundant) ita Erasmus, neque aliter citat Dousa est in Col. ac Pal. sec *meditate effundũt* tert. *meditats effundunt.* quart. *meditate offenduntur.* Ort. *meditate effundant.* Pinc. codd. habent *immeditata effundunt;* quomodo & adducit fere T[illegible]sed nõ id mihi omnino placet. si enim sub magistr[illegible]antur, ideo instruebantur certe vt paula meditatione dicteria in quemuis iacere possent.

Sed argutias) sic & Ort. & Pall. tres. at Col. *sed versatias.*

CAPVT XII.

Aduersus pueros habemus) ita Ortel. Erasmi editio, nec non Col at Pal. tert & quart *habebimus.* sec. *habebamus.*

Vtiq; in maius errores) Erasmi editio *auctiq;* ad quam ipse annotat; *Auctiq; in maiores errores;* atque alium codicem habuisse, *aut vtiq; in maiores errores;* quorum tamen neutra lectio ipsi integra; legitque vt est in publicato, *auctiq; in maius errores.* Agricola diuinauerat *aut vtiq; maiores errores* id, inquit Erasmus, probari poterat, si legatur *quibus parua animi mala sunt, aut vtiq; maiores errores.* Pal. sec. retinet, *aut vtiq; in maius errores.* tertius atque Ortel. consentit coniecturæ Erasmi, *auctiq; in maius errores.* quart. *quibus animum mali sunt, auctiq; in maius,* sine voce *errores* Col. *auctiq; in maius dolores.*

Voluptatem sine delecta appetentes) sicquidem Ort. sed restituimus lectionem quæ in Erasmo *voluptatem.* nam sic quoque Col. ac Pall. tres, & Latinum vtique est *appetens voluptatum.*

Non ideo quicquam inter illos) amicus quidam meus pruriebat rescribere, *Num ideo quicquam &c.* addita interrogatione. alterũ tamen illud in omn. mss meis, nisi quod Ort *nec quicquam ideo inter illos;* quod & ferri queat.

Quod illi inter ipsos magistratus gerunt) Pal. sec. *fe ipsos,* quod altero paulo nudius. ceterum P. Faber lib. 1. ca. 6. putat hic notari a Seneca *ludum,* qui dictus, *ad iudices,* quem ait Plutarchus exercuisse inter pueros Catonem cum a cognato ad cõuiuium natalitiorum die vocatus esset; in quo inuicem accusabant iudicabantque alios alii, atque in carcerem ducebãt, vt narrat in vita eius Chæronensis ille. de eodem ludo est & istud Spartiani in Seuero: *In prima pueritia, priusquam Latinis Græcisq; literis imbueretur, quibus eruditissimus fuit, nullum alium inter pueros ludum nisi ad iudices exercuit, cum ipse prælatis fascibus ac securibus, ordine puerorum circumstante, sederet ac iudicaret.* item Trebellii Pollionis in Gallieno: *Cumq; ludibrus & belluationi vacaret, neq; aliter Rempubl. regeret, quam cum pueri fingũt per ludibria potestates, Galli quibus insitum est esse leues ac degenerantes a ciuitate Rom & luxuriosos principes ferre non posse, Posthumum ad imperium vocarunt.* videas in amplius Faber: item Torrentius comment. in cap. 35. Neronis Suetoniani. ¶ *Hi eadem in campo foroq; & in curia ludunt*) ita fere diuinauit Pincianus. cum enim publicasset Erasmus, *hi aute in campo foroq; serio ludunt,* diait ille exempp. sua habere; *Hi eodem in campo &c.* videri vero legendum, *Hi eadem &c.* Col. meus seruat; *Hi antẽ in campo foroq; & in curia serio ludunt.* & sic Pal. sec. ac tert. nisi quod vterque retineat *serio.* at quart. *Hi eodem campo foroq; & in curia serio ludunt.* Ort. *Hi autem eodem in campo foroq; & in curia serio ludunt.*

Arena congesta simulacra domuum] mss. omn. & Erasmi editio, *arena congestis* quod ego reuocauerim,

Ergo par pueris longiusq; progressis) ita Pinc. codd & mei quinque. Erasmi, *pueris sed longius progressos.*

Et vt desinant facere] ita Pinc. & mei. Erasmo abest particula *&.*

CAPVT XIII.

Quis febricitantis & frigida prohibiti) Erasmi, *quis vero* mei omnes retinent *quis febr. & a frigida.* quod non vituperauerim. ¶ *Quam aduersus agros suos*) ita Pinc. iterum & mei Erasmi, *quemadmodum aduersus agros suos.*

Coloratos maleq; sanos esse] omisit vocem editio Mureti. Erasmi enim legit ac præponit, *valentes coloratosq; male sanos esse.* Col. Ort. nec non Pal. sec. ac tert. *valentes, coloratos, malesanos esse.* quart. *valentes malo coloratos sanos.*

Quam egros intemperantes] sic Pinc. codd. & Pal tert ac quart. sed enim alii duo itẽ Erasmo vulgati, *intemperatos.*

Et quo animo honores] copula *&* exulat edit. Erasmi, reduxit autem Pinc. eatatque in meis quatuor. nam Ort. *& aquo &c.*

Si illum mendicus coluerit] id est *obseruarit, curarit.* Sic & lib. de Breuit. vitæ cap. 2: *Sunt quos ingratus superiorum cultus voluntaria seruitute consumat.* & Suetonius Othone cap. 2: *Post patris deinde mortem, libertinam aulicam, gratiosam, quo efficacius coleret, etiã diligere simulauit, quamuis anum ac pene decrepitam;* vbi, *quo efficacius coleret,* ita equidem interpretor, ne frustra obseruaret, sed pro sui obsequii præmio vel honores vel aliud quidpiam consequeretur. &c. P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 20.

Sic nec se suspiciet quidem) pronomen *se* abest quatt. meis. Ort. *nec suscipiet;* etiam sine ea vocula.

Qui ad Castoris negotiantur] ita Pincianus ex mss. vt subaudiatur *templum,* inquit, Attice. fuisse enim id in foro Papinium in Syluis, Catullum & multos ex poetis historicisque testari. Erasmus publicarat, *qui ad castra neg.* Pall. sec. ac tert. *Castora.* quatt. *Castoris.* Col. *Castoria.* adiectaq; margini ridicula expositio. *id est medicamenta quæ fiunt de testiculis Castoris* Fornerius ad leg. 183. de verb. sign. ait innui iostitores qui officinis negotiis gerendis contrahendisque mercimoniis præponuntur. nam & seruos, ancillas, mares, feminas, pueros, puellas, præficiebant tabernæ, ex quorum contractibus domini conueniretur. l. 3. l. 7. sed & si quis l. seq. l. 11. §. proscribere. ff. de instit. act. l. 5. §. sed si duas ff. de trib. act.

Ergo vt huius humanitatem) ita Pinc. & mei. Erasmi *huiusmodi.*

Habes sub te Parthos, Medos, & Bactrianos] sic Pinc. codd. item Colon. Pal. tert. nisi quod prior & vltimus *& Medos,* Ort. quoque & tert. perperam, *& Britannos* a reliquis duo ista cõtinuant, an nectuntq; superioribus, *habentis sub se Parthos & Medos & Bactrianos,* quomodo ediderat Erasmus. ¶ *Sed propter quos remittere arcum tibi nõ contingit*) ita & mei quatuor. Pinciani vnus, & Ort. *sed per quos;* additque Hispanus ille, posset, inquit, etiam legi & & fortasse sincerius, *remittere animũ.* non posset hercle. innuit enim ei semper viuendũ armato, dũ verentur ne quid noui moliantur. ¶ *Sed nomina aucupantes domini*) minor cur hic segnis Muretus arripere quod profitetur in omnib. extare mss. Pincianus, *domini,* equide ego id ausde hic reduco in legitimas sedes. nã & ita etiã Pal. sec. tert. Col. Ort.

Sese.

Si semel se dimiserit) ita mei & Pinc. omnes, qui tamen corrigendum putat, *demiserit*.

Vt vindicando sibi contumeliam factam) Erasmus; *vt in iudicando* quomodo & Pal. sec at tert. & Ort. abest præpositio *in*, habetque quart. *vt indicando* Coloniensis, *aut iudicando*.

A quo quisque contemni moleste fert) Erasmus & Palatinus tert. *ferat*. sec. ac quart. *contemptum moleste ferat*: Coloniensis, *contemni modeste ferat*. Ortelianus, *contemnitur moleste ferat*.

Capvt XIIII.

Quid refert quot habeat lecticarios?) ita Rom. editio, omissis aliquot vocibus. Erasmus enim; *Quid refert quantam habeat, quot lecticarios, &c.* & ita certe legendum; nam non longe ab his abeunt mss. mei. Colon enim ac Palat. tert. *Quid refert quam habeant, quos lecticarios*, vbi tamen tert. male adnectit vocem *habentem*. quæ & in sec. ac quart hac forma: *Quid refert quam habeant equos lecticarios habentem*. inepte. vt & Ortel. qui, *quam hanc equos lecticarios*, sine *habentem*. homines enim adhibebantur ad lecticam, vt pluribus docet lib. 1. cap. 19. Electorum Lipsius, qui & locum istum producit, vt ostendat obtinuisse vt communi nomine *lecticarii* dicerentur tam ad sellam serui, quam ad lecticam; quomodo & Suetonius aperte prodit cap. 6. Othonis: *Tunc abditus propere muliebri sella in castra contendit, ac deficientibus lecticariis cum descendisset, &c.* hoc factum ideo, quia *sellarii* alterius sunt significationis. alioqui *sella* haud dubie distincta a *lectica*. Martialis:

Lecticam sellamq; sequar: nec ferre recuso, &c. Suetonius Domitiano cap. 2. *Habitabat cum patre vna, sellamq; eius ac fratris, quoties prodirent, lectica sequebatur.* addatur Dio Cassius lib. 60. qui sellam Claudii demum Imp. imperio in vsum venisse scribit.

Quam oneratas aures) Claudianus in sexto Consulatu Honorii:

Substringitq; comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures.

plura de his P. Faber lib. 1. Semestr. cap. 16. solebant enim veteres foratis auribus gemmas & lapillos inserere. Tertullianus in libro de Habitu muliebri: *Graciles aurium cutes Kalendarium expendunt.* idemque auctor eod. libro *anxie forari margaritas consueuisse vt penderent*, scribit. sed & in lib. de Pallio, *aurem forata effœminari* queritur. Plinius quoque lib. 9. cap. 35. de elenchis loquens: *Hos digitis suspendere & binos ac ternos auribus, feminarum gloria est.* Brissonius lib 9. de verb. sign.

Quam laxam sellam) notat hic Lipsius, *laxam sellam*, potentiorum fuisse, vt & apud Martialem:

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit, &c. contra *minutam & artam*, tenuiorum. quam facile ferrent homines duo. ita procurator Bargates apud Petronium, *a duobus lecticariis in mediam rixam perfertur.* nec alia sententia versuum Iuuenalis est, cum inter vota sua ponit,

– & duo fortes
De grege Mœsorum, qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoso insistere circo.

nam cellis deferebantur in circum, vel in theatrum, & in iis persedebant. Suetonius Nerone cap. 26. *Interdiu quoq; gestatoria sella clam delatus in theatrum, seditionibus Pantomimorum, ex parte proscenii superiore, signifer simul ac spectator aderat, &c.*

Ferum, cupiditatum incontinens) ita & Ortelianus codex. Erasmi editio & Palatinus tertius, *fero cupidit. inc.* secundus, *ferrum cupidit. incon.* quartus, *cupiditatis ferme incontinens*. Coloniensis, *fertur cupiditatum incontinens*.

Risus tollendus est) Palatinus secundus. *colendus*. quart. *tollerandus*. ambo perperam, restatque prius in duobus reliquis.

Et illum quisquis erit] ita Pinc. libri & mei, nisi quod Palat. sec. *quoq;* tert. *erat*. male editi ab Erasmo; *& illum quem quærit*.

Et in pontibus quibusdam pro transitu dari] laudat hæc Senecæ Cuiacius Paratitl. in lib. 4. Codicis tit. 61. De vectigalibus & commissis.

Qui hoc salutatorium publicum exercet] ita etiam Col. ac Palat. tert. nisi quod vterque *exerceat*. quod & in quart. qui, *qui hoc salutorium publicum exerceant*. sec. non habet vocem *exerceat*, sed tantum, *qui salutatorium publicum donabit*. edidit Erasmus, *qui salutatorium publicum exerceat*. recipit Stephanus lib. 2. cap. 10. illud *salutatorium*, sed tamen malit, *exerceat*. Ort. *qui hoc opus vel munus salutationem publicum exerceat*.

Quod virgam eius fregit] harundinem vocat Petronius: *At non ferans publicus tam languide agit, sed raptam caupone arundinem subter lectum mittit, &c.* Propertius lib. 4.

Nec crepuit fissa me propter arundine custos;
Læsit & obiectam tegula curta caput. eam ostio appensam fixamque innuunt alia illa Arbitri: *Et arundinem ab ostio rapuit, iterumq; nihil respondentem mulcauit. ac nisi primo ictu arundo quassata verberantis impetum minuisset, forsitan etiam brachia mea caputque fregisset.* hæc fere Dousa lib. 2. cap. 4. Præcidaneorum ad Petronium.

Et petiit corium] ita forte legendum oræ adscripsit Erasmus: editio enim eius, *& petiit tornum*, aliasque legi *torum*, annotatum item margini. Pinciani exemplar vnum, *petens tornum*; alterum *petens thronum*; quod ei rectius visum. Lipsius lib. 1. Epist. quæst. 13. scribit, *& potius lorum*. nam seruis, inquit, puniendis lora poscebantur. plenæ Comœdiæ. Plautus Capteiuis:

--Colaphe, Cordalio, Corax
Ite istinc atq; efferte lora. LOR. *num lignatum mittimur?* senex enim castigando Tyndaro lora clamat. illi autem ioco, quasi ambigentes, ad lignationem referunt. nam & lignatum ituri ferebant *securim & lora*. Cato 2. Origin. *Quia aquatum, vt lignatum iubentur ire: securim atq. lorum ferant. gelum crassum excidunt; cum loro colligatum auferunt.* hæc Lipsius, quæ nescio quis I. C. supine despuit; tanquam nulla ratione; sic enim loquitur, superioribus, hoc est auctoris nostri verbis, connexa. mauult itaque legere, *quod ad dominum accessit, & præterit hostiarium* ridicula prorsus emendatio. nam si ad dominum accessit, hostiarium præterierit necesse est. sed & quam odiose repetatur dictio *hostiarii*, quæ proxime modo præcedit, quiuis sentit cui auris aperta. quid quod nulla similitudo harum literarum cum iis quæ extant in membranis & editis. quid ergo, probone Lipsii correctionem? probo hercle, præ tua; sed non probo tamen: neque satisfacit Mureti illud *petere corium*, pro petere vt ostiarius vapulet. vt sibi de eius corio satisfiat. vereor enim vt tale quid in toto reperiatur Latio. sed hæc timide dico. nam sane Ortelianus, *accessit petitorium*. Palatinus secundus, & Coloniensis, *& petit corium*. tertius, *petens corium*. quartus, *accessit potens, torum facit se aduersarium*. facile mihi legere, *& petiit torum*: vt velit nondum surrexisse de lecto dominum; sed non placet. habeo etiam pro derelicto illud meum quod olim volebam, *& ferit forem*, vtiq; cum nō suffragentur exempp. calamo exarata. alioqui et fauere videretur illud Epist. 68. *Pulsare superbas potentiorum fores, &c.* sed magis istud Epist. 80. *Non crepuit subinde ostium, non alleuatur velum.* iam taceo, si addo, quod oblitus; monere scilicet Stephanum libro 2. capite 8. Prood. expositionem etiam illam Mureti *petere corium*, nisi exemplo confirmetur, aut saltem adiuuetur, audaculam, sicut durum hoc loquendi genus, videri.

Facit se aduersarium qui contendit] ita Erasmus & Ortelianus ac Palatinus tertius. at secundus, *facit se aduersarium. facit qui contendit*. quart. ac Col. *facit se aduersarium, facit qui contendit*.

Non remisit quidem, sed factam negauit) Robertus Titius lib. 8. cap. 8. Controuers. reprehendit Rob. Constantinum qui *remittere iniuriam*, hic accepit, pro *iniuriam reddere ac retaliare*, cum velit Seneca Catonem non

condonasse iniuriam. qui enim iniuriam alicui remittit, eo ipso quod remittit, sibi iniuriam illatam fuisse fatetur, eamque agnoscit. recte; idque clarissime euincit illud sequens: *Maiore animo non agnouit, quam ignouisset.*

Ita videri sapiens, vt omnibus] sic & Pall. tres & Ortel. at Col. habet; *ita videri sapiens vt sit omnibus vulgo:* verum vox *sit*, ita exarata est, vt notare possit etiam *sicut*: habet enim virgulam iacentem in litera postrema, quæ nec plane est e, neque tamen perfecte exprimit ipsum e.

Non it qua populus] est a coniectura Erasmi. nam in membranis, *non id quod populus*, & diuinarat Agricola, *non it quo populus*. equidem Colon. ac Pal. sec. *non id quod populus*. tert. *non id qua populus*. quart. & Ortel. *non it qua populus*. ideoque istud iam retinebimus confirmatum mss. auctoritate.

Capvt XV.

Si oculus illi eruetur] ita Pinc. codd. & tres mei. nam Palat. sec. has voces omnes desiderat. Ortel. *si oculus eius eruetur*.

Si in conuiuio regis recumbere infra mensam] accipit verba ista quidam I. C. tanquam non de vero rege auctor noster sermo, sed de moderatore ac magistro conuiuii: quod sane perabsurdum; quemcumque etiam intellectum sequentibus induat verbis. nam & supra item de rege dictum est, vbi erat, *non tangetur, si illum rex Mederam, Attalusue Asiæ salutantem silentio ac vultu arrogantis transierit.* scilicet ve noris: spernebant olim accubitum a pueris, a seruis; quasi luxuriæ utrum illi ætati ordinive non decorum. de filiis Tacitus lib. 14. Annal. *Mos habebatur Principum liberos sedentes vesci in aspectu propinquorum, propria & parciore mensa.* Suetonius Claudii cap. 32. *Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.* de seruis Plautus Sticho: *Potius in subsellio Cynice accipiemur, quam in lecto.* idem Persa:

Non postulo equidem med in lecto accumbere.

Scis tu med esse imi subsellii virum.

Donatus in vita Terentii: *Iussus ante Cæcilio recitare, ad cœnantem cum venisset, quod erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse dicitur; post paucos vero versus, inuitatus vt accumberet, cœnasse vna.* neque aliter hercle accipiendus hic Seneca. qua item contumelia a Caio affectus Pomponius Secundus; qui cibum cum eo cepit, παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, ait Dio: scilicet quasi Vetonis illius seruus. nec alio Plutarchus respexit, cum in Conuiuio suo, *reliquos quidem accumbere fecit, at Æsopum qui seruus, sedentem in subsellio apud Solonem.* hæc volebam scires, bono mi, quæ Lipsio accepta feres; ille enim impertiit.

Cum seruis ignominiosa officia sortitis] Mediastinos, scoparios & focarios aliosque his similes, qui tractarent ista, qui tergerent, qui vngerent, qui verrerent, qui spargerent, non honestissimum locum seruitutis tenuisse refert Cicero Paradox. 5. *sordidioris opera*, istos Seneca alibi nominat in Epistolis. vterque merito; cum essent admodum vilia ista ministeria, imo vero, vt hic ait noster, *ignominiosa officia sortitis*; & quæ citra iniuriam corporis (quod in seruis etiam probrosum atque postremum est, vel Imperatoribus testibus l. 39. Cod. Th. de decurion.) exhiberi vix possent. &c. hæc P. Faber libro 2. capite 12. Semestr.

Ignominiosa officia sortitis inhibitur] ita recte etiam Palatinus quartus, male reliqui *videbitur*. Ortel. *sortitus inhibetur*.

Sed ex imbecillitate vestra) ita Palat. sec. & Ortel. alii duo *nostra*. Colon. *Videlicet ex imbecillitate vestra.* quod non displiceret si alii adstipularentur scripti. etsi tamen potuit in iis fuisse. *Scilicet ex imbec.*

Coniecturam capitis ingentis animi) ita Pinciani codd. Erasmi interponunt negatiuam, *coniecturam non capitis*, quæ & in Palat. sec. non etiam in tert. Ortel. aut Colon. nam quart. *coniect. capiet.*

Quare & si aspera & quæcumque tolerata) ita Pinciani codd. ipse tamen corrigendum putabat, *& quantumcumque.* Erasmi editio, *Quare & aspera & quæcumque toleratu.* quomodo & Pall. tres. & Ortel. at Col. *Quare & aspera. & quantumcumque tol.* quod confirmat Pinciani coniecturam, nisi quod abest particula *si*.

Et visu fugienda ingruerint) dictio *ingruerint*, nata, vt suspicor, ex cerebro Mureti. eam certe nullus Erasmi, nullus Pinciani, nullus meorum agnoscit, neque quicquam tamen eius positum loco. abigatur itaque in multo maximam malam rem. Ortelianus, *& visa refugienda.*

Non obruetur etiam eorum cœtu) sic Romana editio, vox *etiam*, non est ab vllis mss. sed ab ingenio alicuius. quid quod etiam abest editione Erasmi, in qua; *cum non obruent cum eorum cœtu.* Pinc. mss. & mei; *non obruetur eorum cœtu.*

Inter certos fines teneri) ita scripta exemppl. Pinciani. at reuocatum ego quod in Erasmi codd. & meis quatuor *tenet*. vt referatur ad eum qui anguste nimis interpretatur. Ort. *inter certos termines tenet.*

Nisi tota vincatur. Nec putes istam) ita editi ab Erasmo. Pinciani libri Colon. Palatinus tertius ac quartus, *nisi tota vincetur. ne putes istam.* forte; *nisi tota vincetur. Nec putes istam*, vti repræsentat Palatinus secundus Ort. *vincatur. ne putes hanc.*

Rara, inquit, sapienti fortuna interuenit] restituatur omnium membranarum lectio, quamque expressit Erasmus; *Raro inquit. &c.*

Et illam ex toto] ita vnum Pinciani exemplar, & mei omn. nisi quod Palatinus quartus, *& olla.* Erasmi editio, *& illam, &c.*

Nullis obseruatur ianitoribus) ita & meorum quatt. at Palatinus secundus, *asseruatur*; cui accedit manuscriptus Iureti.

Turbam venali fastidio) ita & mei quinque: quædam tamen Pinciani, *studio*.

Vbi suus nihil est] sic & mei quatt. Palat. sec. *vbi suum nihil est.*

Nec est quod dicas hæc natura) mei quinque voce amplius: *Nec enim est quod, &c.* forte, *Nec tamen est. &c.*

Capvt XVI.

Stat in gradu) de ea locutione dicimus Consolat. ad Polyb. cap. 25. Ort. *stat in gradum.*

Et intercedi non patitur) nempe populi in arena præcipuum ius; & ad eius voluntatem Domini ludorum plerumque se conformabant. itaque *intercedebat*, pro victis læsisque. Martialis: *Nuper cum Myrino peteretur missio læso.* de eo plura Lipsius libro 2. cap. 22. Saturn. Serm.

Illud quidem agitur) sic Romana editio; at Erasmi, nec non omnes mei; *illud quoque agitur*, nisi quod Palat. tert. *Istud quoque.*

Contemnere & iniurias, & quas) Erasmi iterum & mei; *contemnere iniurias, & quas.* solus Pal. tert. *contemnere iniurias, & quasi.*

Qui sibi possit dicere) meorum quatuor, *quid si possit dicere.* habet tamen Erasmus alterum illud, & probo. Ort. *Qui si possim dicere.*

Et quid est illud quod contumelia dicitur) recte. nam mei omnes; *Et quidem illud quod contumelia dicitur* Erasmus ediderat: *Equidem illud contumelia dicitur.* Pinciani liber vnus. *& quibus illud contumelia dicitur:* ipse vero putat corrigendum, *e quibus illud est quod contumelia dicitur.*

Et in crurum gracilitatem) Pall. tres & Colon. *crurium.* neque contempserim.

Quæ ipsi in nos dicere assueuimus) ita vetus lectio Pinc. & meorum. Erasmi editio non habet illa, *in nos*; quæ tamen requiruntur.

Capvt XVII.

Quod illum aliquis vernacem marinum) ita Pinc. calamo picti, nec non Ortel. ac Palat. sec. nisi quod hic ordinet; *vernacem aliquis marinum* tert. *aliqua nec veterem marinum.* quart. *aliquis venientem maximum.* Colon. *aliquis*

quis vernecem maximum. Erasmi editio, *vernecem aliquis maximum*, quomodo citat etiam Duarenus ad tit. de iniuriis & famosis libellis cap. 1. in fine. placet mihi illud *vernecem maximum.* cum enim *vervex* inter contumelias; erit & *vervex marinus. marina* enim & *transmarina* vocabant minus vsitata, vt pluribus ad hunc locum dissero lib. 10. Opinion. cap. 8.

Fidum Cornelium Nasonis generum) ita & Col. & Palat. sec. ac tert. verum quartus & Ort. voce auctior, *Fidum Cornelium Nasonis Ouidii generum*, quomodo & extat in membranis meis [illegible]. nescio tamen an debeam probare.

Corbulo strutiocamelum depilatum) ita Pinc. codd. Erasmi editio, *Corbula*, quod & in Ort. Palat. tert. nam sec. *Corbelo*. quart. *Cerculis*. solum *Corbulo* Colon. qui tamen *stratio camelum*. nam sec. ac tert. *strucho camelum*. quart. *strucho camelum*. Ort. *structio camelum*.

Si quis incessum) absunt Palat. sec. at quart. *si quis incessaram*.

Paupertatis maledictum quo stam percussit) ita etiam Col. ac Pal. sec. at tert. & quart. *percussit*, quod ego malim. neque aliter in publicatis ab Erasmo.

Quam sibi obiecit quisque abscondit) ita Ort. mei tres, *obiecit quisq.* Palat. sec. *quam sibi obiecit quisque eam abscondit.*

Et per contumeliam) ita Pinc. & mei. Erasmi perperam, *& propter contumel.*

Se vltro illam & prter) ita & mei quioque; recte. quidam tamen Pinc. *illa.*

Qui ex se cepit) ita Pinc. & Col. Pall. que duo. nam sec. *qui ex se excepit*. Ort & Erasmi, *qui ex se repperit.*

Vatinium, hominem, &c.) hinc *Odium Vatinianum*, Catullo. de homine plura Lud. Cælius lib. 30. lect. antiq. cap. 26.

Venustum ac dicacem) Erasmi, *& venustum ac dicacem*, vti etiam mei quart. nam Palat. tert. *& venustum & dicacem*. quod placet.

Et pudere dedecerat) ita Erasmus & Pal. quart. alii duo *pudere* quod cum etiam offendisset in omnibus chirographis Pincianus: expende, inquit, an per transpositionem syllabarum placeat legi, *pudere dedidicerat*. Col. meus refert, *pudere dedidicerat*. Ort. *dedere dedicerat.*

Ad aliquem profectum peruenerit) omnes mei & Erasmi, *peruenerat.*

Miserum me) mei, *O miserum me.*

Deinde non decrit) in editione Erasmi præcedunt verba ista voces plurimæ. nempe, *Non debet quidem homo esse contumeliosus*. quæ tamen, cum tantum extent in Pal. sec. ac quarto non etiam tert. Ort. aut Colon. per me etiam excludantur licet.

Capvt XVIII.

Cæsar inter cætera) Ort. *Caius Cæsar*. bene.

Mirabili studio ferebatur) ita quidem editio Romana. sed vnde [illegible] Erasmi, *mirabilites ferebatur*; quomodo & Colon. Ortel. Palat. sec. ac quart. nam in tert. solum restat, *contumeliosus ferebatur*, sine alia voce intermedia.

Omnes aliqua nota feriendi) ita & cusi præsidente Erasmo. nisi quod illi antiqua terminatione; *omnis*, vti restat & in Palat. sec. ac quart. margo tamen eius editionis præfert alias legi, *omnibus aliqua nota feriendis*. est in Pal. tert. *omnes aliquando nota feriendi*. Colon. *omnia aliqua nota feriendi*. Ortel. *omnes aliqua nota feriendo.*

Tanta oculorum sub fronte anili latentium torvitas) ita ex ms. Pinciani editio Romana: quomodo etiam remanet in Ortel. Palat. tert. ac quart. nisi quod hic transponat, *sub anili fronte latentium*. Colon. *sub fronte latentium*, sine voce altera. sec. Palat. *sub fronte simul latentium*; quod retinet etiam Erasmi editio; defenditque quidam I C. vult enim, inquit, vtrosque oculos sub fronte totaliter latuisse. quæ interpretatio nescio an non ridicula. certe oculus vnus non magis minus ve protuberat quam alter, situque plerumque sunt æquali. sed nec videtur ea vis inesse voci *simul*. Lipsius lib. 5. cap. 6. Antiq. lect. rectam arbitratur lectionem, *sub fronte sima latentium*; id est, inquit, turpiter depressa, & vt capellarum vates [illegible]. argute profecto. quæ tamen ideo minus audeo probare quod *anili* illud in duobus meis. Vt vt est, formam eius ita etiam depingit Suetonius: *Statura fuit eminenti, expallido colore, enormi gracilitate, maxime ceruicis & crurum, & oculis temporibusq. concauis, fronte lata & torua; capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cetera.*

Capitis destitutus & emendicatis capillis aspersi) ita Palat. tert. & Ortel. item vnum exemplar Pinciani, sed mallet ipse, *& medicatis cap.* Erasmi editio, *& emudatis capilli asp.* Palat. pr. *& emen. acitatis capillis aspersit.* quart. *& emudatis totis capillis aspersi*, notatumque ad marginem pro *totis* alias legi *tetris*, id est nigris. Colon. *capitis destitutus emendicatis capillis deformitas*, sine voce *aspersi*. cupiebam ego, *capitis destitutus, aut emendicatis capillis aspersi*; vt dicat eum aut destitutum capillis, aut ascititia vsum coma, quemadmodum prodidi lib. 4. Opin. cap. 8.

Et exilitatem crurum) ita Ort. reliqui iterum *crurium*, quod probo.

Per quas in parentes auosque) apage illud *parentes*, quod in nullo ms. nullo olim cuso, reponaturque *in patres*: ita sane & Erasmi editio & mei quatuor. si enim id maluit auctor quam alterum illud, sugilletur ipse, si meruit; ne adulteretur.

In primis amicis habebat, ferocem virum) ita vetus lectio Pincianorum codd. item meorum. Erasmus mallet *in primis ferocem habebat virum*. ordines enim varii apud Romanos amicorum. vnde noster libro 6. capite 34. de Benefic. de Graccho & Druso *Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos, nunquam veros.*

Hunc in conuiuio, item in concione) ita Pinc. codd. Erasmi editio destituitur vocula *item*. Lipsius Comment. ad librum 11. Annal. Taciti notat, forte emendandum, *item in cognitione*, cum videlicet adsessor et consiliariusque Asiaticus esset. nam de *concione*, inquit, vix est vt habeat fidem. sic præceptor meus, valde probabiliter. at ego cum mores perpendo Asiatici, suspicor vix bis auribus sustinuisse audire hanc contumeliam: itaque scribendum, *Hunc in commessatione*, non *Hunc in conuiuio, item in concione*. dicam rationes quare sic putem. homines studiosi adnotarant ad illud *commessatione* significare id *conuiuium*. relatum deinde vtrumque in contextum, præpositumque adeo interpretamentum voci legitimæ. quæ etiam demum degenerauit. cur ita putarem, fecit Palatinus tertius. in quo exaratum erat, *hic in conuiuio .i. in contentione*; verum ita vt vox vltima scriberetur *contēne*. sed & alioqui alii mei omnes *idem* habent non *item*, factumque id ab *id est*, quid vetat suspicari? Palat. scilicet sec. *hunc in conuiuio & idem in coatione*. quart. *vel in conuiuio idem in contitein*. Coloniensis, *hunc in conuiuio. idem in tontione*. Ortelian. *hunc in conuiuio, idem in cōcōne.*

Sed tantum marito) Palat. sec. *sed tempore tantum marito.*

Sermo non pro manu erat) ita restituit ex suis Pinc. ne quis id Mureto arroget: neque aliter Palat. sec. quart. Ortel. aut nimis recedit quart. in quo, *sermo pro manu erat* vel Coloniensis, qui, *sermo noster pro manu erat*. Erasmi editio, *sermo promanaaerat*: male. dicit quippe auctor manum ei fortiorem aut promptiorem quam sermo & elocutio.

Quod languidus sono, & ni facta nosses, suspectior) ita locum hunc mirifice restitutum ex vno libro iactat Muretus; interpretaturque, poterat, inquit, esse suspectus, ni facta nosses: sed facta ipsius nullum ei suspicioni locum relinquebant. inepta lectio, & contra mentem auctoris interpretatio. subsequia enim Senecæ (quibus adsentitur Suetonius. cap. 56. item Dio fine lib. 59.) arguunt clare eum non modo suspectum fuisse probri, sed & tanquam effeminatum a Caio isto palam denotatum. quare restituatur prisca lectio librorum Pinciani, *quod languidus sono & infracta voce suspectior*; quomodo & fuisse in aliquot libris Erasmi, editionis eius margo fidem facit, in quibus ita omnino extat, non *somno*, vti est in contextu. mei hic mire turbant. nam Palatinus secundus, *quod languidus somno & infacta nocens suspectior*. tertius,

quod languidus sono & infacta nocens suspectior. quart. *languidus sono & in faxo nocte suspectus*; sine voce *quod*. quæ nec in Col. qui; *Languidus sono imperfecta mulieris suspectior*; sed illud *imperfectior* emendatum est; priusque fuerat, *infacta*: ita dico *infacta*, nisi quod & significare potuerit & hic & in aliis *infracta*: scribitur enim *insc̃ta*. Ort. & *infecta noxe suspectior*.

Huic Caius signum petenti) ita etiam editio Erasmi, ne hoc sibi adscribat quidam qui cum stulte excusum esset, *lignum*, gloriatur legere se *signum*, tanquam si id iam primum ab ipso acciperet dono Seneca. at & ita dudum quoque locum istum produxerat Lipsius ad lib. 13. Annal. Taciti, nec non Brissonius lib. 4. de Formulis; vbi probant, *signum* siue *tesseram* semper militiæ more tribunis excubantibus datam. sed nec aliter meus Dousa Præcidan. ad Arbitrum lib. 1. cap. 14. sequiturque mox apud nostrum; *ac sapius signum peteret*.

Aliter atq; aliter exprobrans] hoc loco, *aliter atque aliter*, vtraque Venere studiosum, hoc est, modo agentem; modo patientem interpretatur Dousa. per Priapum enim loquit. diuisorem siue admissarium, per Venerem & mollem & impodicum designari res ipsa vociferatur.

Hac, ipse perlucidus crepidatus, armillatus] vox *Hac*, est ab editione Mureti; Erasmi quippe *Hoc*. & nescio vtrum malint Pall. tres; per notam enim ambiguam id expresserunt. Col. tamen & Ort. habent, *Hac*. illud, *armillatus*. est a coniectura Pinciani, quod sic etiam de eo proderet Suetonius. mss. eius, *crepidatus ac iratus*, quomodo & Pal quart. nisi quod ipse *praelucido trepidatus*. nam sec *perlucidus tostatus, auratus*. tert. *crepidatus auarus*. Col *trepidatus aureatus*. Ort. *crepidatus accuratus*, ad oram vero, *atq; iratus*. Erasmi editio, *crepidatus auratus*, sed malim & ego *armillatus*, hoc enim, vt & prius illud, sequiori sexui antiquitus in vsu tantum, vt notat Dousa noster d. cap. 14. mox tamen gliscente luxuria ad virorum ornamẽta traductum. Petronius: *Et ne has tantum ostenderet diuitias, dexterum nudauit lacertum armilla aurea cultum, & eboreo circulo lamina splendente connexum*.

Vno ictu decidit] ita & mei quinque & Pinciani; qui tamen, scribendum arbitror, inquit, *discidit*; ex Suetonio. quod pro suo nobis deinde venditauit I.C. vnus.

Sed primus vir fuit qui minime visus est] ita & Erasmus & Pall. tres atque Ort. neq; variat Col. præterquam quod habet *que* non *qui*. at ecce tamen I.C. qui, lego, inquit, *qui manu ausus est*, subaudi, *in Caium*. qua emendatione & Senecæ acumen corrumpitur, & exit lectio quæ vitiosa uoce care nimis ematus vel a prodigo. vt enim discat, dicit Seneca; etsi multorum ictibus petitus Caligula, ille tamen omnium primus virum se præstitit, qui inter omnes minime vir videbatur, h. e. minime virilis. scilicet meminisse debebat, Chæream hunc tanquam mollem habitum a Caio eiusque aula, hocque ipsi qua verbis qua schematibus exprobratũ. sed quid intelligat ista auricula pinguis?

At idem Caius omnia contumelias putabat) ita Col. & Mureti editio, Erasmi & Pal. tert. *putat*. vetustius cusi, *Hic idem*, & mox, *putat*. vnde suspicabatur Pincianus forte legendum; *Hic idem Caius omnis contumelia puteus*. est in Palat sec. *Hac ratione grauis omnia contumelias putat*. in quart. *Ad idem Gaius omnia contumelias putamus*. Ortel. *Ac idem Gaius omnia contumelias patat*.

Et fuit ferendarum impatiens, faciendarum cupidissimus] sic editio Erasmi. non tamen displicet quomodo corrigendum duxit ex mss. suis Pincianus, estque in Ort. *& sicut ferendarum impatiens, faciendarum cupidissimus*. Palat. sec. tert Col *& sunt ferendarum impatientes. faciendarum cupidissimi*. quart. *& satis ferendarum impatiens faciendarum impatientes cupidissimus*.

Herennio Macro) mei omnes *Marco*, excepto Ortel. qui *Marcho*.

Quod illum Caium salutauerat) ita Erasmus & Pal. sec. alii quatuor, nec non Pinciani, *quod illum*.

Hoc enim in castris natus) ita habere scriptam omnem lectionem prodidit Pincianus, non *Hic*, quod extat in Erasmo, vt sit Græcanicus dicendi modus; *Hoc ille vocabatur*, pro, hoc nomine ille vocabatur. sic ille. mei tres expresserunt, *Hic*. Pal. tert. solus notam vsurpauit tam *hic* quam *hoc* denotantem. at Ortel. *Hoc enim cognomine in castris, &c.*

Et Alumnus legionum) ita editio Mureti. ego malim scribi minuta litera, *& alumnum*, vt velit adeptum Caligulæ cognomen a militibus in quorum castris natus, interque quos educatus. vnde Epigramma illud ioipsum, quod citat Suetonius cap. 8.

In castris natus, patriis nutritus in armis,
Iam designati Principis omen erat.

de *Caliga* militari quæ *Caligula* nomen dedit, dictum nobis lib. 5. de Benefic.

Sed iam Caligulam) ita Erasmus & mei omnes, nisi quod Pal. quart. absit aduerbium *iam*. putat tamen Pincianus legendum *Caligam* ego sere & *Caligam*, & *Caligulam*, ex glossa natum suspicor.

Et probrum indicabat. Conturbatis ergo) ita & Erasmi editio traditque Pincianus prius cusos habuisse *conturbatus*, atq; adiunxisse dictionibus præcedẽtibus: quapropter corrigendum ratus est, *indicabat cothurnatus. Ergo, &c.* ex Suetonio inquit in quo scriptum, *aliquando processit in publicum sericatum & cycladatum, ac modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga; nonnunquam socco muliebri*. Equidem & Col. & Palat. sec. nec non Ort. *conturbatus* legont, annectuntque superioribus, vt & quartus, qui, *conturbatur*. nam tert. *Conturbatus ergo*, separatim ab iis quæ præcessere. *cothurnatus* tamen propter argutiam placet.

Etiamsi nostra facilitas) Pal. quart & Ort. *felicitas*; quod non protsus reiicio, nec tamen protinus admitto. alii mei tres, *vestra facilitas*, nisi quod Col. *facultas*.

Et in vna contumelia consumuntur) ita mei tres. Palat. quart. *confirmantur*, quomodo & aliquot exemplaria Pinciani.

Et spectatos sales) ita Erasmus: meorum quatuor sine copula, *expectatos* Ort. *ac exspectatos*.

At Iphicrates eius mater barbara & Thressa obiiciebatur) sic & Erasmus. prior editio; *Antiopaq; mater barb. &c.* quædam Pinciani, *Antiphonis mater barbara, &c.* altera quoddam eius; *Antisthenis mater barbara, &c.* quod ipse probat, ex Diog. Laertio in vita Antisthenis. equidem & Pal. tert. habet *Antisthenis* quart. *Antiphani*. sec. ac Colon. *Antistem*, quorum tamen hic *thrasta*, ille *thrachessa* itaque rescribendum, *Antisthenis*. Ortel. *Antistenis mater barbata & crassa*.

In promiscuo habendi sunt) Erasmĩ editio, *habenda sunt*. quod probo, modo excludatur vox *sunt*, quæ in nullo meorum, qui tamen omnes *habenda*, vt respiciant ad illud quod proxime præcessit, *iniuria*.

Et publicis priuatisq; officiis, aliquando etiam salutaribus) ita Pinciani codd. nisi quod illi *publicisq;*, quod & in Pal. quart Erasmi editio male; *& publicis & priuatis. Aliquando etiam salutantibus*: ad marginem vero, *salutaribus*; quod postremum etiam in Pal. sec. nisi quod is non habeat voculam *&*, scribatque, *publicis & priuatis. aliquando, &c* quartus vero, *publicisq; ac priuatis officiis. aliquando, &c.* Col. *publicisq; & priuatis officiis. aliquando etiam salutaribus*. Ortel. *publicaisq; & priuatas. Officiis aliquando etiam salutaribus*.

Aliquando etiam iratis potentibus) ita Mureti editio. Erasmi, *Aliquando etiam obaratis potentibus*. Pinc. vnus liber, *Aliquando etiam obratis* legerim *obiratis*, quod est in Pal sec. ac tert. & placet etiã Opsopœo, qui id prodidit extare in membranis Iureti. Pal quart. habet, *Aliquando etiam obitis potentibus*. Col *Aliquando etiam ab iratis pot.* Ort. *Aliquando etiam ab iratis*.

Non est autem libertas nihil pati?) deleuerim interrogationis notam: quæ nec in editis ab Erasmo.

Animum opponere iniuriis) Pall. tres, & Ortel. *supponere*. Colon *superponere*. medium non plane contempserim.

Ne inquieta agenda sit vita] ita & mei, Pinc. tamen duabus membranis abest dictio *agenda*.

Quis est enim qui non possit contumeliam facere si quicquam potest?] ita Pinc. codd. Erasmi. *Quis omnium est, qui, &c.* & vero mei tres; *Quis enim est qui* Pal. tert. *Quis enim qui, &c.* verum illud *quicquam* hic nihilominus rem turbat; scripserimque plane, *si quicquam potest*, vti etiam restituendum

tuendum monuit amicus meus Acidalius libro posteriore Lectionum ad Paterculum. Ort habet *contumelias*.

Affectatorq. sapientia] Erasmi editio, Ort. nec non Pall. tres, *affectatorq.* Col. *affectatorum sapientiæ*.

Quo quisq. honestior genere] ita ex Pinc. codd. Muretus; nec aliter Ort. aut Col. at Pal. sec. *Quo quisq. honestior est genere*, alii duo, *quoque honestior est genere*, quomodo vulgarat Erasmus.

Hoc se fortius gerat] ita Erasmus & Col. item Ortel. & Palat. sec. nam tert. *hic se fortius starr faciat*, vti etiam erat in Pinciani codd quart. *hic se fortius gerat*.

In prima acie alios ordines stare] sic & mei quart. at Pal. sec. amplius, *in prima acie alios ordines primo loco stare*, quod videtur a glossa; quanquam tamen habet quo se tueatur.

Ne motus quidem gradu] ita & Colon & Palat. tert. at sec & quart. *nec motus*, quod ego malim. Ortel. *nec remotus quidem gradu*.

Cedere turpe est] malim cum Colon. Ortel. ac Palat. sec. & tert *cedere tamen turpe est*. nam & Pal. quart. *cedere tantum tempori est*.

Quaris quis hic sit locus? viri. Sapienti aliud, &c] ita restituit ex chirographis libris duobus Pincianus, neque aliter scribit Ortel. aut Pal. tert tantum abest distinctio. nam sec. *Quicquis hic sit locus viri sapientis*. quart. *Quaris quis hic sit locus viri sapientis? Aliud, &c.* vti etiam erat in Erasmi editione. Colon. *Quaris quis hic sit locus. s. viri. Sapienti, &c.*

Ne repugnante vestro bono] ita Erasmus, nisi quod is; *nec rep.* at Colon *ac repugnante vestro bono*. Palat quart. *nec repugnante nostro bono*. tert. *Ne repugnare nostro bono*. sec. *nec repugnat vestro bono*. Ort *nec repugnare nostro, &c.*

Dum ad verum peruenitis] Pall tres & Ort. *peruenistis*. Colon. *dum donec ad verum peruenistis*.

Alio in animum] ineptiunt hic mei Palat. nam sec. ac tert. *aliter in animum*. quart. *alter magis*. Colon. & Ortel. tamen fauent vulgato.

Libenterque meliora excipite] ita fere Pal. sec. at tert. & Colon. *libentesque mel.* quod non vitupero. at ecce tamen quart *liberi berentesque meliora excip.*

Esse aliquem inuictum, esse aliquem in quem nihil fortuna possit, e Republica humani generis est] ita fere quidem voluit legi Pincianus nepes *Esse aliq. esse al. in quem a. f. possit e republica est generis humani*; vel *e republ. generis humani est*. sed enim ingenue idem fatetur membranas omnes repræsentare; *e republ. est generis humani est*. quod extare & in Palat. sec. & Ortel. ego testor. nam tert. paulo diuersius; *possit E re publica est generis humani*. quart. *Esse aliquem inuictum, esse aliquem quem nihil fortuna possit in re publica vis generis humani est*. Col. *possit, quod re publica est humani est*. Erasmi editio destituitur vocibus prioribus *Esse aliquem inuictum*, habetque tantum reliqua quomodo expressit Muretus, nisi quod ipsa *ex Republ* quod miror: debet enim, animo meo, dispesci, *ex republica*, vt eodem dicatur modo, quo *ex re mea est, ex re tua est*.

IN LIBRVM SENECÆ DE BREVITATE VITÆ AD PAVLINVM.

Capvt I.

Hic affectus querelas euocauit] Palat. sec. *hoc affectus querelas euocauit*. stant tamen a vulgata alii mei quatuor.

Inde Aristotelis] mei quatuor, *Aristoteles*. Ortel. *Vnde Aristoteles*.

Illam animalibus tantum indulsisse] ita Mureti editio adiuta exemplari vno Pinciani, in quo, *illam scilicet iam animalibus, &c.* Erasmus publicarat, *Aiens animalibus tantum ind.* Col. Ortel. Palat. sec. *at istis tam animalib &c.* tert. *At istam iam animalibus, &c.* quart. *At illam scilicet naturam animalibus*. forte; *ait, illam animalibus tantum indulsisse*.

Aut dena secula educerent) mei quinque, *educerent*.

Tanto citeriorem terminum) iidem, *tam citeriorem, &c.*

Sed multum perdimus) ita & Palat. quart. reliqui tres, *perdidimus*.

Sed vbi per luxum & negligentiam) Palat sec. *lusu* quod examinet curiosus lector. alii tamen quatuor, *luxum*. sciendum etiam eundem sec. & Colon seruare non *defluxit*, sed *diffluit*, quod ego amo.

Capvt II.

Aut sua odium detinuit) vox *odium* in nulla extat membranatum meatum quinque. habetq. Ortel. *effectatio*, non *affectatio*.

Quibusdam nihil quo cursum dirigant) ita Pinc. & mei quatuor. nam Pal. tert. *quo cursus dirigatur*. Erasmi editio; *nihil in quo cursum dirigant*.

Apud maximum poetarum) ita & mei quinque.

Exigua pars est vitæ qua nos viuimus) ab Erasmo editi, *vita*. traditque Pincianus mss. suos referre, *vita qua viuimus*, sine vocula *nos*; ipse vero legendum retur *Exigua pars est vitæ quam viuimus*. Col. Ort Pal. quart. *Exigua pars est vita qua viuimus*. sec. ac tert. *Exigua pars est vita quam viuimus*.

Vrgentia circumstant vitia) ita & vnus Pinc. necnon meus Col ac Pal. tert verum sec. & quart. *Vrgentes circ vti* & est in olim cusis Pinc alter. *Surgentes circ.* Ort prius habuit *Vrgeatrs*. sed eadem manus id mutauit in *Vrgentia*.

Nec in dispectum veri Col. *aspectum*. Pal. sec. ac tert. *despectum*. quart. *nec ad despectum veri*. Ortel *aut ad despectum veri*.

Sed mersos & in cupiditatibus infixos premunt) est a coniectura Pinciani. scripti enim eius, *& emersos & in cupiditatibus infixos*; quomodo & Pall. tres, nisi quod tert. *cupiditatibus immissos*. Col *sed emersos & in cupiditatibus inf.* Erasmus edidit, *& emersos & in cupiditate infixos* Ort. *& emersos & in cupiditatem infixos*.

Sed si quando aliqua quies fortuito) deleo vocem. *sed*, auctoritate meorum. Pal. quoque tert. *si quando aliqua fortuita quies*.

Velut in profundo mari) ita Col at Erasmi, *veluti profundo mari*. & vero Pall. tres & Ort. *velut profundo mari*.

In quo post ventum quoq. volutatio est) ita & Colon & Ort. at Pal. tert. abest dictio *quoque*. Pal. vero sec *in quo plus venti quoque volutatio est*. quart. *in quo plus ventorum quoque volut.*

Bonis suis offocantur) ita & Colon. Ort. Pal. tert. at reliqui duo *effocantur*; vt forte reuocanda sit litera a voce precedenti, legendumque, *suis suffocantur*. *o* enim & *u* mutuas sæpe præstant vices.

Quam multis graues sunt diuitiæ) ista absunt Col. item Ort. Pal sec. ac quart. habet tamen tert hac forma; *Quam multis diuitiæ graues, & quam multorum*.

Quotidiano ostentandi ingenii spatio sanguinem educit?) ita quidem Colon. Ortel Palat. sec. & tert. sed enim cum extet in quart. *quotidiana ostentatio in breui spatio sanguinem educit*, ambigo de sinceritate receptæ lectionis, quandoquidem semper etiam suspectum mihi illud *spatio*. verum tamen nec media illa placet scriptura dispiciant igitur acutiores quid opus factu: nam si legamus *quotidiana ostentatio ingenii sanguinem educit*, exclusis istis, *in breui spatio*, nihil scabrum mihi videatur. obstant tantum membranæ aliæ, quæ nimis diuertunt.

Vsque ad summos pererra) ita Erasmus. meorum quatuor, *pererrat*. Ort *pererrant*.

Ille tudicat. Nemo se sibi vindicat) ita recte Palat. tert. & Ort. at vnus liber Pinciani; *Ille iudicat, nec se sibi vindicat*. nã alii eius, vt & reliqui mei tres, nullum vestigium habẽt quatuor vltimarum vocum; absuntque etiam Erasmi editione; in quibus omnibus, *Ille iudicat. Alius in alium, &c.*

Hic illius cultor est, ille illius, suus nemo) ita & Erasmi codd nisi quod fini annectunt voculam *est*; quomodo & in Pal. tert. quart. Col. nam sec. & Ort. margo; *Ille alterius cultor est, hic illius, suus nemo est*. Ortel. textus, *Ille alius* vnus liber Pinciani, *Ille istius cultor est, iste illius, suus nemo*. quod mihi non displicet, etsi & alios feram si leuiter mutentur; *Hic illius cultor est, ille istius, suus nemo*.

Quod ipsis adire valentibus non vacauerint) ita Pinc. mss. nisi quod seruent *ipsos*. mei tamen Pall tres & Ort *ipsis* retinent. Col. vero, *quod ipsis adire non valentibus, non vacauerint*. Erasmi editio: *quod ipsis adire vol. non vacauerint*; quod putarim typographi erratum.

Capvt III.

Quoniam quidem cum illa faceres) ita & mei omnes. at vnus Pinciani. *qua quidem cum ipse faceres*.

Non esse cum aliquo volebas) ita & Pal. sec. quart. Ortel. alii duo, nec non Mureti ille, *cum alio*, quod fere probarim.

In vitam suam incedere alios sinunt, imo vero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt) ita & mei quatuor nulla littera controuersa, nisi quod Pal. tert. *incidere*, vt & Ort. qui præterea excludit, *suam*. at exemplar vnum Pinciani longe aliter; *& in aliorum cedem suam vitæ dispendium properant*; vt vehementer, inquit idem, mirandum sit, vnde tanta in exemplaribus diuersitas oriatur. vere ille. neque tamen quicquam mutandum. nam quod quidam oggerit nobis; *Inuiti in suo incedere alios non sinunt e imo vero iniuriti, etiam possessores eius futuros inducunt*; singulari Senecæ sententiam excoriatque; quam non magis intellexit quam si Æthiopica lingua scripta esset. eam tamen vt deinceps intelligat, adducam non mea (neque enim discere debet a tyrone Iurisconsultus consummatus) sed Henr. Stephani mei ex Epist. 18. ad Dalechamp. verba: Quædam, inquit, vocabula aut loquendi genera ideo multis suspecta esse animaduerti, quod & libertatem quam sibi sumit Seneca, & præcedentia sequentiaque diligenter non perpendant. cuius rei aptissimum habemus exemplum in tertio cap. Commentarioli De breuit. vitæ. nam ibi legamus, *in vitam suam incedere alios sinunt*, margini editionis Heruagii adscribere non dubitauit nescio quis (fortasse autem Secundus Curio, cuius vigilantissima cura opera Senecæ esse castigata, & in nouam prorsus faciem, nimirum propriam & suam, mutata, grandibus mentitur literis titulus) verba hæc, *in vitam suam incedere*, nullum sensum habere. Tibi quidem, quicumque es qui hoc scribere ausus es, nullum sensum habent; at mihi longe optimum, & loco etiam conuenientissimum; & ita quidem vt interim nihil a Latinitate alienum habeat. sed consideranda fuerant quæ præcedunt) animaduertenda erat antithesis, in cuius posteriore parte metaphora vti voluit sumpta ab ea ipsa re cuius in priori parte mentionem fecerat. dixerat enim: *Prædia sua occupari a nullo patiuntur: & si exigua contentio est de modo finium, ad lapides & arma discurrunt: in vitam suam incedere alios sinunt; imo vero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt*. nam talem hic esse qualem dixi antithesin constat; sed male in omnibus editionibus post *discurrunt*, habetur stigme teleia; deinde litera maiuscula in principio sequentis voculæ ponitur, quasi hæc quæ sequuntur, accipienda sint ὡς ἀπ᾽ ἄλλης ἀρχῆς: cum contra perinde sit ac si loqueretur Seneca; Tantum abest vt prædia sua occupari ab vllo patiantur; vt si vel exigua contentio oriatur de spatio finium, ad lapides & arma discurrant: contra vero in vitæ suæ possessionem alios incedere permittunt; vel potius, (quod multo turpius est) ipsimet possessores eius futuros inducunt. *Permitto autem eum in possessionem vitæ meæ incedere*, quem permitto, illud vitæ meæ tempus quo mihi ipsi vacare debeo, sibi auferre, id est in sua negotia occupare, nam ipsemet postea verbo *auferre*, hac de re vtitur, cum eum cui centesimus vel supra premitur annus, ad computationem ætatem suam reuocare iubet, & dicere, quantum ex isto tempore creditor, quantum amica, quantum reus, quantum cliens abstulerit; quantum lis vxoria, quantum seruorum coërcitio, quantum officiosa per vrbem discursatio: &c. hæc fere Stephanus.

Quantum reus, quantum cliens) ita quidam Pinciani: alii eius *rex*, quomodo & Colon & Palat. quart & a manu sec Ort. alii *respubl.* quod in sec. item edito ab Erasmo. tertius meus *quantum res*. Stephanus defendit illud *reus*, cum & alibi iterum scribat: *Ille reus quot dies abstulit? quot ille candidatus? &c.*

Quantum seruorum coërcitio) citat verba isthæc Fornerius Commentario ad tit. de verbor. signif. lege a 24.

Per vrbem discursatio) Palat. sec. quart. Ortel *discursitatio*.

Quod sine vsu tacuit. Videbis te pauciores) ita Col. nisi quod ille, *Videbis & pauciores*. at Pall. tres, *quod & sine vsu iacuit. Videbis & pauc.* Erasmi quoque editio seruat illud, *quod & sine*. Ortel. *quod & sine vsu iacuit. Videbis te & pauc.*

Qui tibi vsus tui fuerit) ita Erasmus. at Pinc. duo, nec non Pal. tert. ac Col. *quando tibi vsus tui fuerit*. sec. ac tert. *quando tibi vsus fuerit*. vt & Ort. eius tamen margo, *vsus*.

Facti operis sit) vox *sit*, abest Pal. sec.

Capvt IIII.

Quantum temporis transierit) mei quinque voce amplius, *quantum iam temporis*, nec male.

Ille ipse qui alicui vel homini vel rei donatur] ita quidem & Col. & Palat. sere tert. at impense placet quod seruat sec. quart. Ort. *ille ipse aliam vel hominis vel rei donatus dies, vltimus sit*. nam & reliqui duo etiam non ponunt, *vltimus dies sit*, sed *dies vltimus sit*. Erasmi quoque editio, *ille ipse alicui vel homini vel rei donatus; vltimus dies sit*.

Omnia tanquam mortales timetis) recepta, meo animo, lectio. scripserim; *tanquam mortales tenetis*. id est rebus omnibusque quæ adsunt ita abutimini tanquam statim morituri; & simile quid alibi eum dixisse memini. est quidem *timetis* in Ort. Col. ac Pal. quart. sed enim repræsentat sec. *Omnia tanquam immortales tenetis timetis*, subductaque vox *tenetis* punctis, quasi vellent deletam. Palat. quart. verba ista quatuor omisit.

A quinquagesimo in otium) ita & Palat. quart. at quatt. alii, adiiciunt, *A quinq anno in otium*.

Sexagesimus annus ab officiis me dimittet) mei quinque alio positu verborum; *sexages. me annus ab off. dim.*

Longioris vitæ prædem accipit) ita Erasmus, & Ort. cui proxime accedit Pal. sec. qui *pedem*. nam tert. *promissionem* quart. *terminum*. Col. *vitæ prædicta terminum accepit* nihil tamen mutandum. notum enim Iurisperitis quid *præs* hicque adeo vnice facit. quid quod Ort. margini apposuit, *obsidem*.

Non pudet te reliquias vitæ tibi reseruare?) ita Pinc. vett. item Col. Ort. Pal. sec. ac tert. nam quart. *conseruare*. at Erasmi editio; *Non pudet te ad reliquias vitæ reseruare?* acuto pariter sensu & quem alteri prætulerim nisi tenetur modo membranarum aliarum auctoritate.

In quinquages. & sexag. annum differre) sic Pinc. & mei. Erasmi tantum, *ad quinquages. annum differre*.

Quo pauci perduxerunt?) & hoc est a Pinc libris. quibus accedunt mei. nam Erasmi, *in quod pauci perd.* male.

In se ipsa fortuna ruit) sic Mureti editio, obsecuta fere Pinciani coniecturæ: cum enim esset in Erasmi scriptis nec non membranis quas ipse excusserat, *in te ipsa fort. ruit*; scribendum puto, inquit, *in se ipsam fortuna ruit*, vt illud, *In se magna ruunt*. equidem Palat. meus quart. seruat, *vita ipsa*. at reliqui quatuor, *in te ipsa fortuna ruit*, quod acute & argute quis defendat; vtique tot subnixum exemplaribus. interim tamen reducatur, ne diuinatio videatur plus obtinere iuris quam multorum manuscriptorum constans consensus.

Capvt V.

Vt sibi speraret otium) ita & margo editionis Erasmianæ in ipsa est, *pararet*. Pall. tres & Ortel. *vt speraret otium*, sine pronomine *sibi*. Colon. etiam sine eo, *vt impetraret otium*.

Hoc labores sui) ita & mei & Pinciani. Erasmi, *Hic* quod & in Ort. alterum tamen ad oram eius.

Optatissimi mihi prouexit) ita mei quinque. vnus Pinc. *perduxit*.

Vt quoniam rerum lætitia moratur adhuc) ita editio Mureti, cum legisset displicere Pinciano vulgatum, *vt quanquam rerum*, arbitrarique emendandum, *vt quum rerum lætitia moretur adhuc*. at vero nulli meorum habent illud *quanquam*, quod est in vulgatis. sed Pall. tres, *vt quam rerum*. quart. solum habet, *moratur & adhuc*.

at Col.

at Colon. *vt quem eorum lætitia moratur*, sine voce *adhuc*; quam collocat postea hoc modo, *vt adhuc nunc perciperem aliquem voluptatis*. Ortel. *vt quam eorum lætitia moriatur, vt adhuc*.

Perciperem aliquid voluptatis) probo. Erasmi tamē, Ort. & Pall. tres *perciperem*

Qui hominibus gentibusq; fortunam dabat) sic & Colon. & Pal. tert. at alii duo, *quibus omnibus gementibus qua fortuna dabat*. nisi quod tert. *fortunam*, Ortel. *quibus omnibus gentibusq; fortuna dabat*.

Lætissimus cogitabat) ita & Ort. & Pal quart. nam sec. *lætissimus* tert. ac Col *lætissimum*.

Dum vltra Rhenum) ita & Pal. tert. nam sec. *dum vltra archenum*. quart & Ort. *dum vltra arthenum*. Col. *dum vltra renum*, sed a secunda manu, erasis prioribus penitus literis.

Egnatiorum in eum) *M. Egnatius Rufus Ædilis*: de quo Dio lib 53. Suetonius cap. 19. Tacitus lib. 1. Annal. ibi Lipsius.

Iam infractam ætatem territabant) ita & Col. Ort. Pal. sec. ac tert. nam quartus lineam fere vnam atque alteram traiecit, scribendo nempe, *mucrones acuebantur. plusq; & iterum timenda &c*. Pinciani exemplar vnum, *iam fractam ætatem irritabant*.

Plusq; & iterum timenda cum Antonio mulier) Ita & Pall tres & Ort. at Col. *plusq; interim timenda* Erasmi editio, *post quam iterum timenda*. ex quo Lipsius Comment. ad lib 1. Annal. Taciti faciebat, *postq; iterum tim*. & intelligi vult Iulum Antonium Triumuiri filium, ad quem Horatii Oda. Cognomē ei *Africanus*: quod male adhæsit *Fabio*, cum quo Consul fuit, apud Suetonium in Claudio ca. 2. *Paullo* enim *Fabio* cognomen Maximi fuit. & sunt duæ ex ordine Horatianæ odæ, libri quarti prima & secunda, ad hos non dubie Consules, perque eam occasionem conjunctim scriptæ. Ex isto autem Senecæ loco apparet Iulum hunc arcanum aliquod scelus (cui proximus ab adulterio gradus est) cum Iulia in Augustum concepisse; vti olim cum Cleopatra eius pater. interfectum tandem habemus ex lib. 1. Taciti: *interfectos Romæ Varrones, Egnatios, Iulos, &c*.

Hæc vlcera cum ipsis membris absciderat) ita Ort. Pal. quart. at sec. *assiderant*. tert. *cum ab ipsis memb*. Col. *Hæc vlcera. f. cum ab ipsis &c*. vt forte dubium sit an vox *vlcera* auctoris germana: arbitror tamen esse.

Velut cum graue multo sanguine est corpus] ita editio Romana, at Erasmi & mei quinque, *velut graue multo sanguine corpus*. sine voce, *cum*, & *est*

Partes semper aliqua rumpebantur) ita & mei tres: at Pal. quartus & aliquot Pinciani, *corrumpebantur*.

Qui voti compotes facere poterat) ita & meorum quatuor & Pinc. prius erat, *qui voti compotes tacere facere poterat*. Ort. *quod voti compotens tacere poterat*.

Et illam pessum euntem tenet) ita Pinciani & quatt. mei nisi quod Pal. quart. *& illam pessime euntem*. male Erasmi editio. *& illam pereuntem*. Ort. *dum fluctuatur. Cum eam pessum euntem tenet*.

Fracta arma resonuerunt) ita & Colon. nec non Pal. sec. ac tert. sed quartus *frigida arma reson*. acuta corruptio, si modo dicenda corruptio. nam ego ambigo: est enim & ad oram Ortel.

Altior ceteris) mei quatuor, *& altior ceteris*. abest tamen coniunctio Pal. quart.

CAPVT VI.

L. Drusus) de quo & Cicero lib. 1. de Orat. Suetonius cap. 3. Tiberii, & ibi Torrentius.

Exitum rerum non promidens] ita & Pall. tres & Ortel. at Colon *rerum non promidens*, sine voce *exitum*.

Quas nec agere licebat) Col. *libat*, supernotatumque *libebat*. Ort. *dicebat*.

Nec tam liberum erat semel] vocem *semel* addiderunt Pinc. codd. Erasmianis deest. mei Pall. & Ort. *nec tam liberum erat semel*. Col. *vt tam liberum erat semel*.

Et pusillus adhuc & prætextatus) ad postulandum non ante videntur admissi fuisse Romani iuuenes, quam exuta prætexta bullaq; posita induissent *virilem togam*. tamdiu enim consilio alterius sic regebantur, vt in forum non prodirent. idque testatur & noster Epistola 4. *Teneo vtique memoria quantum senseris gaudii, cum prætexta posita sumsisti virilem togam, & in forum deductus es*. moris enim erat vt impuberes ingenui ad annos vsque pubertatis *toga* vterentur *prætexta*, & *bulla aurea*. quæ prætextatorū puerorum insigne erat, eis a pectore dependeret: qua significabatur eam ætatem alterius regendam consilio, aucto te Festo. id quod Cicero etiam docet act. 3. in Verrem. *Nec te tam commonebat quod ille cum toga prætexta, quid quod sine bulla venerat. Vestitus enim neminem commonebat is quem illi mos & ius ingenuitatis dabat; quod ornamentum pueritiæ pater dederat, hoc ab isto prædone ereptum esse grauiter & acerbe homines ferebant*. hæc fere Ræuardus ad l. 2. §. item impubes ff. de diuers. reg. iuris, apud quem huius generis plura.

Et gratiam suam interponere) iussit Pincianus adderemus vocem ex veteribus libris, *& gratiam suam fœno interp*. quod iterum iubeo faciamus suasu mss. meorum quinque.

Tam efficaciter) deest & hic verbum ex Pinc. scriptis & meo Col. nec non Ortel. Palat. tert. ac quart. *tam efficaciter quidem*. quare etiam reducatur.

Euasuram tam festinatam audaciam) ita Erasmi. Pinciani vnus, *tam festinam*. alii eius, *tam præco quam audaciā*. vnde bene ex vet. cod. Opsopœus vnita dictione, *præcocem aud*. quod & mihi placet, nisi quod eiecerim libens vocem *tam*, quæ in nullo meorum. quorum Pal sec. & Ortel. *euasuram præco quam audaciam*. tert ac quart. *præco quo audaciam*. Colon. *euasuram præco quam audaciam*.

Aliquo dubitante, an mors voluntaria esset, an tempestiua] Erasmi editio duabus dictionibus amplius, *volunt aria esset in illo, an tempest*. quomodo & seruat Palat. sec. ac quart. item Ort. nihil certius quam rescribendum, auctoribus Pal. tert. ac Col. *an mors voluntaria esset, nullo an tempestiua*: mirorque neminem ex iis qui tam acuti, eruisse hanc argutissimam scripturam ex Pinciano, emendare nos iubēte cū chirographis mēbranis vnis *voluntaria esset nullo, an tempestiua*. facillimum enim retrahere distinctionē & locare ante vocabulum *nullo*. dubitauit aliquis, inquit Seneca, an spontanea obierit morte Drusus, nemo tamē omnium dubitauit quin tempestiue inter viuos esse desierit: adeo vitam eius cuncti ominabantur reip. deinceps grauem.

Perosi omnem actum annorum suorum) ita Pinc. omnes, & mei tres. nam Pal quart. & Ort. *perdentes omnem actum &c*. retinuerim primam lectionem, licet isthæc omnia deleat Erasmus, Agricolæ inductus auctoritate, tanquam si interpretis essent sermo. eius codd. quidam, *prodentes omnem actum &c*. quidam, *per ostentionem actuum annorum ipsorum*.

Nam cum verba erumperent, affectus ad consuetudinem relabebantur) ita quidem Erasmi editio, sed rescripserim cum Pall. tribus & Ortel. *eruperunt*, item *relabuntur*. nam & sic quoque Col. nisi quod is, *relabantur*, quod causam dedisse potuit vt & alterum verbum corrumperetur.

Vestra mehercule vita) ita Pinc. codd. & mei quatuor. nam Pal. tert. *Verum mehercules vita*. Erasmus perperam; *Nostra meh*.

Ista omnia nullum non seculum deuorabunt) corrigere nos voluit ex mss. Pincianus, *Ista vita nullum non &c*. & ita quoque Pal. quart. at prius restat in sec. verum tert. *Ista vita nec surdum deuorabunt*. Colon. *Ista vita nullum omnem non seculum deuorabunt*. Erasmi editio; *Ista omnia nullum non seculum deuorabit*. Ort. *Ista via nullum non sec. deuorabunt*.

Ratio dilatat, cito vos effugiat) ita & Erasmus & Pal. sec. nisi quod is, *nos*. alii tres, nec non Pinciani omnes; *natio dilatat, cito vos effug*. Pal. quart. *natio dilatat, cito nos eff*. retineo primo positam lectionem.

Vel bellatores] ita etiā Erasmus & Pal. sec. at vero quartus, *vel bella*. tertius, Ort. Col. necnon duo Pincianorum multo auctius, *vel odia exercentes iniusta, vel bella*; quæ fere est vt admittam.

In Venerem ac libidinem] Pal. quart. & Ort. *in ventrem*. quod hercle reponendum, diu est quod Suspiciones meæ

indicarunt; vt per eos qui *in ventrem* proiecti sunt, intelligamus gulæ deditos; vtique cum proxime præcedat, qui nulli rei nisi vino ac libidini vacant.

Inhonesta labes est, ita & Pall. tres, neque mutauerim. Colon. tamen *tabes*, quomodo habere correctiores suos codd. testatur Pincianus, estque in Ortel. ora nihilominus *labes*.

Quamdiu colant, quamdiu colantur] ita duo exempp. Pinciani, nec non Col. meus ac Pal. tert. alii duo vltimum tantum referunt membrum, *quamdiu colantur*: at Erasmi editio, primum, *quamdiu colant*.

Quæ tam ipsa officiosa sunt] ita mei omnes, nisi quod Pal. tert. excludat pronomen *ipsa*. Pinc. codd. duo, *officiosa sunt*. quod non admiserim; eleganter enim & acute dicit eonuenire iam numerari inter *officia*; quæ quid comprehendant, dixi alibi supra.

Quando districtus animus nihil) ita & Col. ac Pal. tert. ac quart. sed tamē examinet velim lector quod est in sec. *distractus*. Ort. ora, *distentus*.

Professores aliarum artium] Palat. sec. quart. Ortel. *aliquarum*.

CAPVT VII.

Quasdam vero] recte notat Stephanus lib. 2. cap. 7. Prood. inepte ab his nouum inchoari caput, cum non solum ad superioris capitis pertineant sermonem, sed & ad periodum.

Viuere, tota vita) ita & Pinc. libri & meorum quatuor. nam Pal. sec. *Viuere tota in vita*. Erasmi editio, *Viuere in tota vita*.

Et quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori) ita bene Pinc. Pal. sec. & Ort. etiam fere Col. ac tert. nisi quod vterque destituatur vocula *quod*. Pal. quart. horum nihil habet nisi dictionem vltimam, *mori*. Erasmi editio; *Quod magis mirandum est, in tota vita, &c.*

E vita abierunt] Pal. sec. *vita obierunt*. tert. & Ort. *vitam obierunt* quart. *vita abierunt*. quod non damnarim: nam ita emendatum in Ortel. Col *ita obierunt*.

Nihil ex suo tempore delibari) Pal sec. & Ort. *deliberare*. tert. *nihil ex suo opere delicari sinere*. quart. *nihil ex suo tempore deliberari sinere*. Col. *delabi sinere*. Iureto placet quod erat in veteri suo, *tempore delibari sinere*. quod & fere probarim.

Cui quantumcumq; patuit, totum ipsi vacauit] scripsesim cū Col. Pal. tert. & Ort. ora, *quia quantumcumq; patuit, &c.* nam & alii tres, *quia* repræsentant, non *cui*; sed tamen *potuit* non *patuit*: quartus quoque, *totum ipsi*, non *totum*; quod etiam probare quis posset, ego certe.

Nihil inde saculum otiosumq; iacuit] ita Erasmi editio. Pinciani codex vnus *otiosumq; vacauit*. alius eius nihil horum verborum retinebat. vetus editio. & Ortel. *otiosumq; vacauit* Col. *otiumq; vacauit*. Palat. sec. ac quart. *otiosumq; vacauit*. tert. *otiumq; vacauit*. cum ita varient libri, suspicari libet illud *iacuit*, *vacauitq;*, & quicquid est tertium, a glossa irrepsisse; legendumque, *nihil inde incultum, otiosumq; nihil sub alio fuit*.

Custos eius parcissimus] Pal. tert. *peretissimus*. quart. *percussimus*.

Nec est quod putes, hunc illos non intelligere damnum suum) vox *non*, abest Ort. Pal. quart. item editione Erasmi, aliisque. at sec. *Hoc est quod putes hunc illos intelligere damnum suum*. tert *Nec est quod putes hunc illos aliquando intelligere damnum suum*. Col *Nec est quod putes hunc illo aliquando intelligere. damnum suum*. olim cuia lectio sine illo *non*, mihi acuta & proba fere videtur. certe illud Muretianum non est obryzum: quod tamen velim notet lector, vt videat quam dissimulanter plerumque auctori nostro quiduis detrahat, quiduis addat. nam in notis suis de hoc ne gry quidem.

Exclamare interdum, Mihi viuere non licet] ita Erasmi & meorum quatuor. forsan bene. Ortel. *exclamare. Interdum mihi non licet viuere* Pinciani liber, *exclamare, inter hæc mihi viuere non licet*. Stephanus lib. 2. Prood. cap. 4. cum exclamationem hic esse dicat ipse Seneca, aptius scriptum iri existimat, *Mihi viuere non licet?* q. d. hane mihi viuere non licet? ego notam illam interrogatoriam nullatenus admiserim; nam certe exclamationi omni non adhibenda est interrogatio. & longe fortius fuerit, si dicatur ab indignabundis cum stomacho quodam.

Qui tibi non liceat?) putarim typographi vitium. aliæ certe editt. & scripti omnes; *Quidni non liceat?* notatque Stephanus perinde esse ac si diceret; quidni hoc vere a te dici possit, non licere tibi viuere? quid vero mirum est hoc tibi non licere? vel, quid vero mirum est hoc tibi non licere? vel, quis neget aliter fieri posse quam vt non liceat?

Omnes illi qui te sibi aduocant, tibi abducunt) id idem Stephanus interpretatur, id est, inquit, ad fungendum sibi aduocati officio vocant: potiusque scribendum putat, *se tibi abducunt*: quod postremum ei non indulserim, refragantibus mss. & quod quiuis tale aliquid facile subintelligat.

Annus efferendis heredibus lassa) ita rectissime. attamen Col. & Pal. tert. *afferendis her.* at sec. *afferendus*. quart. *offerendus heredibus lapsa*. Ortel. *annus efferendu heredibus lassa*.

Quot illa ad irritandam au. capt. simulatus æger) ita recte Erasmus & Colon. etiam Pal. tert. nisi quod in eo *illa*. at sec. pessime; *quot illa ad irritand au. capt simultas eget*. item quart. *quot illa ad irrit. au. capt. se multis eget*. Ortel. *simulatus eget*.

Qui vos non) sic & Pal. sec. tert. Ort. Col at quart. & Erasmi editio, *Qui nos non*. minus recte.

Non in amicitia, sed in apparatu habet?) malim cum Pal. tert. *non in amicitiam sed apparatum habet?* neque aliter quart. nisi quod ille insuper, *in apparatum*, quod quoque non sugillauerim. Col. refert; *non in amicitiam sed in apparata habet?*

Videbis pauculos admodum & reticulos) ita legi posse opinatus est Erasmus, hoc est inquit deteriores; senectutis videlicet. emendationem fere admiserim, non etiam interpretationem; possunt enim multi fuisse dies reticuli ante senectutem. editiones omnes, item membranæ meæ quinque, *& ridiculos*. I. C. quidam dicit legere se; *videbis paucos admodum & quidem breuiculos*; procul sine omni venere ac gratia. & alioqui ex quibus literis effingi potest illud, *quidem*, quod interserit?

Diripitur ille toto foro patronus) ad recentissimam editioné, quæque ex manuscriptis nescio quibus, aliquot alibi variantes adducit scripturas, annotat aliquis, vel contra exemplaria omnia legere se, *Dirumpitur*. sic Cicero, inquit, lib. 7. Epist. 1. *Hiis ego diebus dirupi pene me in iudicio Galli Caninii familiaris tui*. equidem, quisquis es accusatis, acute tu quidem; haud tamen vere; vt ipse etiam fateberis, spero, si adire libuerit quæ scripsi supra lib 3 cap. 23. de Ira, item quæ in Suspicionum libellis. certe illud *Diripitur*, constanter etiam est in Col. meo & Ort. & Pall. tribus, citatque etiam Cuiacius ac Pithœus.

Quando, inquit, res proferentur?) notat hic Cuiacius lib. 7. cap. 16. Obseruat. significare Senecam rebus prolatis cessare patronos, quod &, inquit, de Iurisconsultis M. Tullius scribit in Oratione pro Muræna. quod ipsum toto capite 23. lib. 6. Parerg. Alciatus pessime exposuit, deprauata etiam l. Aurelio ff. de lib. leg. sunt enim *res prolatæ*, feriæ iudiciorum & litium; quarum aliæ *solennes*, vt dies cultui diuino dedicati, vt messes & vindemiæ quibus deputati postea menses duo. l. 6. lib. 3. Cod. de feriis; vt ait, feruoribus mitigandis & autumni fetibus decerpendis. aliæ sunt *repentina*, veluti ob res prospere gestas, quæ a solo Imperatore indicuntur, & ob id appellantur *imperiales*, l. tertius. Cod. eod. mutato nomine veteri imperatiuarum, quæ a Coss. aut Prætoribus imperabantur l. sed etsi §. si feriæ ff. ex quibus causis maior. de his accipiendum est quod Minucius sori Romani aduocatus in Octauio sic ait: *Ad vindemiam feriæ iudiciariam curam relaxauerant*. Lucanus, vel quisquis est, in poematio ad Pisonem:

Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus
Auditura virum, si quando iudice fesso
Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus.

Tacitus lib 2. Annal *Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Pisonis & Asinii Galli super eo negotio diuersas sententias nosse*. Plinius lib. 8. Epist. *Vtque iam adsuescerent & ab otiosis & in triclinio audire Iulio mense, quo*

maxime

ex nunc lites interquiescunt. Statius lib. 4. Syluar. ad Marcellum:

Certe iam Latia non miscent iurgia lites,
Et pacem piger annus habet, messesq; reuersæ
Dimisere forum, nec iam tibi turba reorum
Vestibulo querulisq; rogant exire clientes.
Cessat centeni moderatrix iudicis hasta.

Porphyrio in Horatium. *Solent Principes ciuitatis diiudicatis litibus, vel prolatis rebus otiosa mente vrbem relinquere.* Horatius ipse dixit *rebus omissis.* Cyprianus quoq; ad Donatum *inducias* vocat: *Et reddenda tempestiuum prorsus hoc tempus est, quo indulgente vindemia, solutus animus in quietem, solennes ac statutas anni fatiganti inducias sortitur.* Vt autem *res prolatæ* dicuntur, dum lites & fori negotia cessant, sic *redisse*, dum rursus agi incipiunt, quod & apud Ciceronem non est infrequens. Plautus Captiuis:

Prolatis rebus parasiti venatici
Sumus, quando res redierunt, molossici.

hæc fere P. Pithœus lib. 2. cap. 20. Aduers. subsec. item Cuiacius Paratitl. in lib. 3. Cod. iustin. tit. de Feriis.

Quod iam vlla hora noua voluptatis] ita Col. at Pal. sec. *vllam horum.* quod si admittimus, referetur ad vocem, *eruditorum.* tert. *nullam horam.* quart. *nulla horam.* Ortel. *Quid iam nullam oram.*

Omnia nota, omnia ad satietatem percepta sunt) ita ex vno Pinciani codice Muretus. Erasmi enim; *Omnia vota ad satietatem percepta sunt*, quomodo extat & in Colon. ac Pal. sec. prius tamen manifeste in tert. ac quart. quare fere est vt id recipiam. Ortel. *Omnia vota, omnia ad satietatem, &c.*

De cetero fors fortuna vt volet) Erasmi editio & mei quinque, *fore fortuna*, non *fors*; quod tamen meo animo elegans.

Huic adiici potest, detrahi nihil: & adiici sic, quemadmodum saturo, &c.] est hoc a Pinciani vno exemplari, cui patrocinantur Pal. tert. ac quart. item Col. nisi quod is habeat *sit* pro *sic*. at Pal. sec. *Huic autem potest detrahi nihil, adiici sic, sicut aliquis si ventre queq; admodum saturo*; nec aliter Erasmi editio; nisi quod destituatur vocula *si*. Ortel. *Huic aliud potest detrahi, nihil addi. Sic quemad. &c.*

Saturo iam & pleno aliquid cibi, quod nec desiderat, nec capit) sic quidem Mureti editio, sed sine vllius libri suffragio, & fere contra mentem auctoris, qui vult capere quidem posse amplius iam saturum, sed haud etiam desiderare. Erasmi libri, *futuro iam non pleno, aliquid cibi quod nec desiderat capit*, quemadmodum etiam exhibet Pal. sec. itẽ Ort. nisi quod is, *desiderauit.* nam tert. *futuro iam ac pleno, aliquid ci: quod nec desiderat capit.* quart. *futuro iam vero plenus aliquid tibi quod nec desiderat capit.* Colon. *futuro iam ac pleno aliquem tibi, quod nec desiderat capit.* placet Pinciano quod in suo vno codice multo breuius; *saturo iam & pleno aliquid cibi adiicitur.* placeret & mihi, nisi cõtradicerent tot membranæ. videretur tolerabilis mihi lectio; *Huic adiici potest, detrahi nihil: & adiici sic quemadmodum saturo iam, non pleno, cibi aliquid quod nec desiderat capit.* sed neque plane placet.

CAPVT VIII.

Quid enim illum multum, &c.] ita distingui debere, nec priora illa iungi cum sequentibus, vt facit Erasmi editio, docet Stephanus lib. 2. cap. 4. Prood. Pall. tres Ort. Colon. interserunt vocem, *Quid enim stillum multum.*

Quem sana tempestas a portu exceptum] ita Erasmus & Ort. ac Col. *quod sana*, item, *acceptum*. Pal. sec. *sed sana, &c.* tert. *quum sona.* quart. *sed sana tempestate e porta exceptum.*

Ac viribus ventorum] ita & Pall. tres. Col. *vicibus*; quod & in vno Pinciani, sed male.

Per eadem spatia] ita plerique Pinc & omnes mei. Erasmi, *per eadem vestigia*, quod vix credibile est.

Ipsum quidem neuter. Quasi nihil petitur, &c.] ita restituit ex suis Pinc. neque secus Colon. Ort. Pal tert. nam sec. *ipsum tempus quidem neuter. quasi nihil, &c.* quod non omnino reiecerim; quamuis tamen vox *tempus* facile satis subintelligitur. quart. *ipsum quidem venit, quasi. &c.* Erasmi editio. *ipsum tempus quidem neutri quasi nihil petitur.*

Re omnium pretiosissimus luditur] ita Romana editio, meo animo male: Erasmi enim, *Rei omnium*; quod cur nõ custodiamus, cum & sic in omnibus mss.? ita sane mei, nisi quod Pal. sec. *Res enim pretiof.*

Homines clarissimi) ita Mureti editio; Erasmi *charissimi.* quod amplector. nã & ita citat Duarenus, & alioqui Ort. & Pall. tres *karissimi*, & Colon. *Annuum congiarium homines carissimum*, sed a secunda manu: prius videtur extitisse *Annu, & curissimi.*

Viuntur illo laxius, quasi gratuito) ita & Erasmus & Pal. quart. Ort. Col. nam sec. *lapsius.* tert. *lassius.* Duarenus lib. 1. Disputat. Anniuers. c. 5. producit *latius*; comparatq; cum illo Vlpiani ff. de petit. hered. cap. 28. *Si quis re sua latius vsus sit, contemplatione delatæ sibi hereditatis, &c.* item Horatii lib. 2. Sat. 2.

Quo magis his credas, puer hunc ego paruus Ofellum
Integris opibus noui non latius vsum
Quam nunc accisis, &c.

ego *laxius* retinuerim, motus conspiratione exemplarium quid fere, licet minus recte, exprimunt. sed & alioqui eodem res redit. nam & citante etiam eodem Duareno Liuius lib. 8. decad. 3. *In hostico laxius rapto suetus viuere arctioret in pace res erant.*

At eosdem agros vide) Pal. sec. *Ac eosd. agros videt.* quart. Ort. Col. *Ac eosdem.*

Admotum est propius] Pinc. & mei præpostero ordine, *propius admotum est.*

Medicorum genua tangentes) nempe moris erat per *genua* obsecrare & rogare. eoque modo Plautinus Dinarchus Truculenti act. 4. sc. 3. veniam a Callicle deprecatur:

--*per tua, obsecro genua*
Vt ta isthuc insipienter factum, sapienter feras, mihiq; as ignoscas, Quod animi impos vini vitio, fecerim. Suetonius in Tiberio cap. 27. *Consularem vero satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugit, vt caderet supinus.* supplices sane genua tangebant & ad hæc manus tendebant, atque vt aras adorabant, quemadmodum Plinius lib. 11. cap. 45. tradit. Seruius etiam in Eclog. 6. Virgilii ad hæc verba, *Aurem vellit.* & iterum in 6. Æneid. ad hunc locum; Et *genua amplexans, genua misericordiæ esse consecrata* dixit. similia videantur apud Plautum Milite act. 4. sc. 6. Liuium lib. 8. & 25. Quintilianum lib. 6. cap. 2. Tacitum lib. 1. 5. 12 & 20. Annal. Brissonius lib. 8. de Formulis.

Si moriuntur capitula) ita & Col. ac Ort. Pal. sec. & quartus destituitur voce *si*. cuius vicem habet tertius *sed.*

Id debet seruari diligentius) ita Ort. & Pall. tres; sed Col. *Idem debet.*

Quos validissime diligunt) sic quidem Muretus, ex libro inquit ms. at *valdissime* restat in meis quinque & cusis omnibus.

Parui eos se partem annorum) notat istud Brissonius lib. 8. de Formulis; & sic certe apud Plautum iuuenis quidam amicæ dicit:

Ego te? quum si intelligam deficere vita, iam ipse
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.

nec aliter Tibullus lib. 1. Elegia 6.

Viue diu mihi dulcis anus, proprios ego tecum,
Sit modo fas, annos contribuisse velim.

quæ locutio & apud nostrum infra cap. 14. *horum nemo annos tuos contereret, suos tibi contribuet.* hæc fere Stephanus lib. 2. cap. 11. Prood.

Non illa regitur imperio) ita ex vno Pinciani Muretus. Erasmi editio; *Non illa se regit imperio*, quod mihi longe melius videtur quam alterum illud. neque diuertunt Pall duo aut Ort. nisi quod scribant *non illa se regit imperio.* Col. vero ac Pal. sec. *Non se illa reget imperio* male illi forsan. certe elegantes *fauorem populi, & regis imperium* opponi, nemo non videt.

Non fauore populi longius proferet) ita & Erasmi editio & meæ membranæ quatuor. & probo. Pinciani vnus, *longius procedet.* Lectius locum implicitum putat, sicque adeo emendandum. *non fauor eam populi longius proferet*; sed mihi ideo insuauius videtur, quod proxime præcedat, *non illa.*

Sicut iussa est a primo die, curret) ita forte emendandum notauit ad marginem editionis suæ Erasmus, in qua, *sicut missa.* quod cum & seruent mss. meorum qua-

tuor, non temere mutarim, etsi forte melius *sicut missa est a primo decurret*, quomodo plane Ortel. videtur enim vitam comparare rei alicui rotundæ quæ prono decursu præceps agitur; quod similibus probaui lib 29. Suspic.

Cui velis nolis vacandum est) ita Erasmi editio, Ortel & Pall tres. Colon. meus atque vnus Pinciani, *Ibi velis nolis vac. &c.* nihil mutandum, nisi forte *illi, velis nolis, &c.*

CAPVT IX.

Operosius occupati sunt, ut melius, &c.] ita Mureti editio ex veteri lectione codd. Pinc. quæ & extat in Col. Erasmi libri, *operosius occupari sibi, ut melius*. Pal. sec. *& operosius occupati sunt, & melius.* tert. *qui prudentiam iactant operis. occupati sunt ut melius.* quart *operosius occupati sunt quam ut melius. &c.* latet aliquid quod ego nunc non eruo: nam & Col. ac Pal. tert. prioribus verbis seruant. *Potest ne quicquam* non vt alii *quisquam* Ort. vero. *Potest ne quisquam dico hominum eorum qui prudentiam iactant, & operosius occupati sunt ut melius.* ¶ *Et velut diuino furore instinctus*) ita editio Romana, at Pinciani codd. & mei tres. *& velut diuino ore inst* quomodo etiam Pal. quart editumque Erasmo, nisi quod abest eis vocula *&*. Pal. tert. *& velut diuino ore instructus*. quod fere admiserim. certe illud *furore* hic intrudi nec debet nec potest nolentibus exem pp. membranaceis. *Nec semper casuro*) ita Erasmi editio & Pal. sec. quod probauerim. venit enim a *cado*. tert. habet, *nec semper anituro*. quart. *nec semper labituro*. Ortel. *nec semper duraturo*. Col *nec semper fluituro* Pincianus codex tria ista verba non habet: alter eius loco eorum præfert, *sed laturo in ois.* ¶ *Infinitam cogitationem*) ita Pal. sec. & tert. at quart. *coagitationem*. Col. *citationem*. Ort. *cognitionem*. ¶ *Et in tanta temporum fuga lentus*) ita Pinciani mss. & Col nec non Pal. sec. ac tert. item Erasmi editio, nisi quod destituatur eo uncinum particula. Pal quart. *& in tanto tempore fuga lentus*. Ort *& in tanto tempore fuga lentus*. ¶ *Miseris, id est occupatis*] ita Pinc & mei quinque, nisi quod Pal. sec. voce amplius, *miseris aut, id est occupatis*. Erasmi codd. *miseris & occupatis*, male.

Quemadmodum quos aut fermo] dictio *quos* exturbanda, & fide mss. meorum, & suasu tantum non sententiæ.

Aut aliqua interior cogitatio] diuinabam olim *intentior*; nunc nihil affirmo, cum & mss. mei alterum exprimant, licet compendiosa scriptura Pall. tres. ¶ *Peruenisse se ante sciunt*) illud *se* est a Mureti editione, abest & Erasmi libris & Pinciani, qui coniunctionem præmittebant, *& peruenisse ante sciunt*. vti & Colon. nec non Pal. tert. quart. Ort. nam sec. *& peruenisse se ante sciunt*.

CAPVT X.

Ex his cathedrariis) Col *cathedrius*. Pal. sec. *cathedrari*. quart. *cathedrain*, quod & ad oram Ortelii, cuius textus confirmat lectionem Pal. sec. ¶ *Impetu non subtilitate*) ita Pinc. membranæ & mei quatuor. solum Pal. quart. *impetum*, quod & in Erasmi editione. ¶ *Nec minutis vulneribus, sed incursu auertendam aciem Sugillationem enim contundi debere, non vellicari*) ita quidem Romana editio, sed nescio quo via fundamento. Erasmus enim; *nec minu. vuln. sed inc. auert. aciem non probam Cauillatione enim contundi debere, non vellicari*; notauitque ad marginem, pro *Cauillatione* legi alias, *Sugillatione*, quod adnotauerat Rod. Agricola, vti ipse prodit Erasmus in notis, dum ait prætulisse libros, *Cauillationes enim contundi debere*, quemadmodum etiam *contendi*, sed incommode, inquit. itaque videre nos iussit num esset legendum, *Cauillatione*, vt accipiamus impetus affectuum non debere vellicari, sed cum ignominia contundi. habet Pal. sec. *nec minutis vuln. sed incursu aduertendam aciem non probandam. Cauillationes enim contundi debere non vellicari*. tert. *aduertendam aciem improbam. Cauillationes enim contendi debere non vell.* vt & Ort. nisi quod is, *aduertendum aciem*. quart. *aduertendam aciem non probum cauillationes contendi deb &c.* Col. *auertendam aciem improbam. Cauillationes enim contundi debere nec vellicari*, quæ lectio mihi proba, si tantum pro *nec* restituatur, *non*; claraque adeo oritur sententia: quam mirum in modum eneruat imo occidit, L. C. ille qui legere se dicit, *nec minutis vulneribus, sed incursu inuertenda acies. Non probo cauillationes: Etenim contundi debent, non vellicari*, subaudi inquit, *affectus*. ¶ *Hoc est enim in quod fortuna*) ita omnes mei & quidam codd. Pinciani: alii eius non habent voculam *enim* Erasmi editio, *Hoc est enim in quo fort* minus recte. ¶ *Certe iniucunda est recordatio*] sumpsit quidem hæc a Pinciani scriptis Mureti editio, sed iniuriæ exclusit vocem vnam. illi quippe; *certe iniucunda est pœnitenda rei recordatio* Erasmus publicauit, *iniucunda est præteritæ rei recordatio*, vti est & in Pal. sec sine voce *certe*, quæ in nullo meorum. nam Col. & Ortel *iniucunda est pœnitendo rei recordatio* Palat. tert. *verecunda est pœnitenda rei recordatio*, quod quis probare posset. nam quart. omnino male. *secunda est præterito rei recordatio*. ¶ *Nec audent ea retentare*, ita Muretus ex aliquot codd. Pinciani; cuius alii, vt Erasmi, *retractare*. mei tres, *retemptare*. Palat. tert. *tentare*. sec. vulgatæ scripturæ subscribit.

Quorum vitia) Pal. sec. ac quart. *vita*, male.

Etiam quæ aliquo præsentis voluptatis lenocinio subrepebant) ita Erasmus. at Colon. *subripiebantur*, etiam tert. nisi quod & is, *alio*, non *aliquo*. Ort. sec ac quart. *subripiebatur*. Pinciani vetus lectio, *etiamsi aliquo præsentis voluptatis surripiebantur*. ¶ *Retentando patescunt*) sic Mureti editio, at scribendum *retractando patescunt*. nam & sic Col. Ort. item Pall. tres, nisi quod sec. *retractãdo patescit*. quart. *retractando pati sunt*. quid quod & Erasmi editio *retractando patescunt*. qui fortassis male ad oram adpinxit forte legendum *putescunt*. ¶ *Nemo nisi a quo omnia acta*) mei quinque respuunt præpositionem *a*. forte an, *Nemo nisi quo omnia acta*. ¶ *In proteruum retorquet*) ita Pinc & mei. Erasmi, *torquet*. ¶ *Non morborum incursus exagitat*, Pall. tres & Ort *exagites*. ¶ *Singuli tantum dies*) Col. Pal. tert. tamen. sec. *Singuli tantum dies tibi per momenta*. ¶ *Se inspici ac detineri*) vox *se* abest Palat. quart. in aliis quatuor transponitur hoc modo, *inspici se ac det.* ¶ *Velut sub iugo sunt*] ita Pinc & mei, nisi quod Pal. sec. *sint*, quod fere probarim. Erasmus vna voce plus, *cum velut sub iugo sunt*.

Abeat igitur vita) ita Erasmus & Pal sec. tres reliqui, *Abiit ergo*. Colon ac Pinciani omnes, *Abit ergo*. quod probarim. ¶ *Quod excipiat ac fornet*) ita ex suis Pincianus, neque aliter mei. Erasmi editio *ac ferat*; ea antiquior, *ac fornet*. ¶ *Per quassos foratosq.*) ita & mei quoque quidam tamen amicus *per cassos*.

Irrequieta semper agitatio) ita Ort. Col. & Pal. tert. at sec. *cogitatio* quart *coagitatio*

In multa subducitur) Pal. sec. ac quart. *sub multa subducitur*, quod & ad orã Ort. cuius textus, *sub multis subducitur*.

CAPVT XI.

Denique vis scire) Stephanus lib. 2. cap. 7 Prood. monet Frobenianam editionem anni CIƆ IƆ XXIX. melius ab istis caput inchoare, quam sequentes, quæ principium ei assignant infra, *Iam ergo quum illos, &c.*

Iam vero cum illos aliqua imbecillitas) ita Pinc. codd. item Col meus & Pal. tert. at sec. & Ort. *Iam ergo cum aliqua imbecill.* quomodo expressit editio Erasmi. quart. *Iam vero cum aliqua imbecillitas* quod ego amplector; vox enim *illos* facile subintelligitur.

Quod non vixerint) ita Erasmi, at mei omnes, *vt non vixerint*, nisi quod Palatinus tertius videatur præferre, *vbi non vix.*

Nihil in do fortuna traditur) ita & quart. mei, at Palat. sec. *fort. sequi. nr.*

In redditu est) sic Erasmi editio, & Ort. quatuor reliqui, *in redditu est*. Pinciani mss. *in reditum est*.

Quos a basilica immissi demum canes eiiciunt) ita Col. & Pal. tert. Erasmi editio, *immissi deinde canes eiiciũt* quomodo & citat cap. 10. Protribunal. Rævardus, retinetque Pal. quart. nisi quod is, *immensi deinde canes* sec. *immensi demum canes eiiciunt*. Ort. *in. me si deinde canes*. Pincianus iussit corrigeremus, nescio an omnino ex mss. *immissi demum canes eiiciunt*, hoc est, inquit, *cancelli*, vnde *canon* dicta, vel e contrario. acute ille, sed ego malim, *demum canes*. verisimile enim a *canibus* etiam *basilicam Iuliam* (nam hanc puto intelligi auctor) custoditam fuisse contra fures nocturnos atque effractores aliosque, quemadmodum Deorum templa. in illa enim opum quoque immensa vis, vt pluribus probo lib. 22. cap. 4 Suspicion. per eos igitur quos *canes eiiciunt*, intelligit auctor homines qui-

nes quibus res cum mensulatiis, homines inquam negotiatores actuososque, quique ita intenti rebus suis, vt ne sera quidem iam vespera expedire se possent, mutuaue dirimerent colloquia; vsque adeo tunc demum coacti exirẽt cum claudenda basilica, hoc est cũ canes immitterentur. iis enim visis, admonebantur ibidem adhuc restantes de discessu; prodebanturque fures alibi post columnas aut in angulis latitantes, vt dicto cap. pluribus ostendi, approbauique adeo antiquitatum solertissimo Isaaco Casaubono. I.C. quidam postquam Pinciani lectionem reiecisset, tanquam ea nihil esset ineptius, gloriatur se legere; *quo e basilica immissos canes eiciunt*, subaudi, inquit, *in eos quos oderunt*, vt argumento est cap. xx Senecæ de Consol. ad Marciam. *canes* inquam, aut *quasi canes*. sic ille. verum mox desultorium in modum ad alia transilit; adijcitque; sed tamen vtcumque prius illud placere possit, placet iam potius ita mutare; *Non est quod me illos putet dicere qui cum basilicum emiserunt, deinde canes eiciunt.* puto me hanc mutationem propitiis Musis, vel ab inuitis, euictutum. in *talis* & *tesseris* plerumque non *numeri* erant, sed numerorum loco *effigies certæ*, vt *vulturis*, *reguli*, *canis*, *basilici*, *veneris*. vt *basilicus iactus* in talis felix erat, ita *canis* in tesseris, imo & in *talis* (qui vnitatis erat numerus) infelix erat. vnde *damnosi canes* Ouidio. de *Basilico* hic locus elegans Plauto Curculione act. 2. sc. Date viam:

--iacit volturios quatuor.

Talos accipio, inuoco almam nutricem meam Herem;

Iacto basilicum. Vt ad rem redeam; docet Seneca occupatos non esse dicendos, qui aleæ ludis occupati. aleatores enim, aut potius aleatorum infortunia depingit satis cum ait, eos *cum basilicum immiserint, canem eiicere.* animus est illis basilici immittendi, sed cauẽ eiciunt. hactenus I. C. ille, cuius omnia minima maxima, aut ridicula, aut falsa, aut confusa. nam primum, retentet hic Seneca, non eos qui ludo, etiam Romanis legibus vetito indulgerent, sed vero qui tale quid agerent vt etiam aliis omnibus reuera occupati videretur, vt satis euincunt sequentia. deinde *basilicum immittere*, vel vt postea eidem placuit, *mittere*, Latinum non est, hoc quidem sensu; vt nec illud, *canem eiicere*. sed & nullo vnquã ostendet exemplo in talis aut tesseris expressas *effigies* aut *vulturii* aut *reguli*, aut *canis*, aut *Veneris*. nam quid hic per *basilicum* velit, ego hercle non capio. Plauti quippe versus corrupte ab eo citatus; quomodo emendandus accipiendusque, videat apud I.C. Iunii lib 1. cap. 21. Antiqu. Lect. [illegible] imo inter omnes doctos iam olim conuenit, *Venerem* fuisse, cum tali quatuor diuerso starent omnes numero; vt & satis clare Martialis lib.& Epigrammate 14.

Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem,

Munera me dices magna dedisse tibi. adeatur Lud Cælius lib. 20. cap. 27. Lection. antiqu. Turnebus lib. 27. cap. 3. Aduersarior. Hadr. Iunius lib 2. cap. 4. Animaduersor. qui iidem docebunt *vulturii* nomen fuisse *canis*, Lipsius vero insuper, *vulturium* non alium fuisse quam *canem*.

Speciosius elidi, aut in aliena contemptius) ita & Erasmi editio & membranæ meæ quinque; & recte: sicque etiam fuisse in Pinc. mss. inde coniiciamus; quod, nulla allata eorum scriptura, ad coniecturam accedat. ait quippe; expende an arrideat magis, *spaciosius elidi, an in aliena contractius*. quibus motus I.C. idem, quid si legas, inquit, *spissius elidi, aut in aliena contractius*. idem tamen præferre se vulgatam postea fatetur, bene sane: nam vult auctor diuites illos qui clientium incedunt turba, non secus etiam elidi, atque cum incidunt in alios pares sibi aut etiam potentiores: hoc tantum interesse, quod contemptius elidantur in turba aliena, speciosius in sua; pendetque interpretatio ista omnis a vultu & motu hominum qui in eos impinguntur; quem quiuis nostrum facile animo concipit, certe quicumque etiam fuit, vbi maior hominum concio.

Vt alienis foribus illidant) Ræuardus libro Protribunal. cap. 3. putat hic agi de euocatione reorum: si enim reus sic latitaret, vt nullam actori secum agendi faceret potestatem, solebat actor die postulationum Prætoris auxilium implorare, qui reum euocari ad defensionem sui iubebat. L. 28. ff. de fidei lib. &c. sic ille: quod tanquam remotius, iure reprehendit I.C. alter; qui tamen etiam impingit dum ait, putare se eos ostendi qui officii, potentiori alicui præstandi causa, domo sua abstrahuntur, & ita in aliena versantur. quin non vult auctor, tãtum abesse vt illi qui prosequendi alium gratiá domo exierunt, in alterius versentur ædibus, vt ne admittantur quidem, sed ante clausas fores frustra inter turbæ frequentiores altercationes huc illuc iactentur, ostioque adeo ipsi illidantur. palam id facerem, nisi pluries idem dixisset Seneca quam ignorare debeat qui ei familiarior.

Quos hasta prætoris infami lucro, & quandoq; supputatio exercet) ita legere nos iussit Pincianus ex mss. quibus assentitur Pal. tert. nisi quod ei desit pronomen *quos*. quod nec in aliis meis. nam sec. *hasta prætoris infami lucro, & quandoque superator exercet*. quart. *hasta prætoris infami luce & quandoque subpertator exercet*. quod & in Ott. nisi quod is, *lucro*. Col. *hastam prætoris infami lucro & quandoque subpertura exercent*. antiquior editio, *quos hasta prætoris infami lucro laborant lucis & qua neq; superatter exercet*; Erasmi, *quos hasta prætoris infamibus beat lucris, & quandoq; supputatio exercet*: quam sequitur Ræuardus lib. Protribunal. cap. 19. qui putat agi de eis qui decreto prætoris in bona mittebantur; vt per *infamia lucra* eam intelligat proscriptionem, quæ missionem in bona decretalem post diem trigesimum subsequebatur. sic Ræuardus; quæ non placent alteri illi meo I. C. qui magis censet notari *Centumuiros ipsos*, ipsos inquam (sic loquitur) iudices, qui centumuirali hastæ, hoc est iudicio præerant, de quibus alii & Paulus x. Quæstionum in l qui repudiantis ff. de inofficioso. additque; ceterum quod *infamibus beat lucris* dixit, auaritiam & venales eorum sententias demonstrat. sed & leges simplicior, *& quos supputatio exercet*, vt de calculatoribus, argentariis, nummulariis loqui videatur. nisi in aliis, ait, hoc ad ærarios & quæstores publicæ pecuniæ referre. hæc ille; cuius priora vt non nimis improbo, improbo enim; ita posteriora plane reiicio; tum quod nimis abit emendatione illa sua a manuscriptis libris, tum quod appareat sequentia ista referri ad eosdem de quibus agunt præcedentia. longe verisimilius itaque ad eosdem illos *centumuiros* retulisset. nam & *supputationem* eis quandoque necessariam fuisse, arguunt quæ Plinius alibi scribit lib 6 Epist. *Interuenit acribus illis & erectis frequens necessitas computandi, ac pene calculos tabulamque poscendi; vt repente in priuati iudicii formam centumuirale vertatur.* sed absit tamen vt ego arbitrer agere hic de iudicibus ipsis auctorem nostrum: suspicer potius innuere eum *captatores* illos qui testamento hereditates petebant hominum quos malis artibus officiose demeruerant, apud *centumuiros* quippe & prætorem qui eis ex more præsidebat, actas hereditatum causas, quacumque ex causa peterentur, siue inofficiosi siue iusti aut iniusti aut falsi testamenti, siue ab intestato, pluribus pridem demonstrarunt Brissonius lib. 4. de verb sign. Cuiacius lib. 10 cap. 20. Obseruat. & hac ratione querela inofficiosi testamenti, *hasta iudicium* Val. Maximo duobus nominatur locis, lib 7. cap. 7. quod si mihi admittit doctorum ordo qui ad podium spectant, audacter deinde etiam auctori nostro conseruandum dicam illud, *& quandoq; supputaturo exercet*; vt eo Seneca innuat, male parta, male dilabi. verum cur timidius ego hic loquar, facit quod mihi aduersetur Iuridici Senatus ille hoc lustro princeps P. Faber. qui lib. 2. cap. 15. Semestr. Annæi istbæc sic emendanda putat; *quos hasta præconis infamibus beat lucris, & quandoque supputatio exercet*: *infamia* vero *lucra* nominare auctorem nostrum, quas Horatius *paruas mercedes*, vbi de præcone coactoreque argentario quorum vterque auctionibus & hastæ operas dabant, cum ille pecunias cogeret, hic emptores & licitatores præalta voce citaret: vnde Claudianus Paneg in 4 Consul. Honorii:

Impia continuo cessant augmenta tributi,
Non infelices tabulæ, non hasta refixas
Vendit opes auidas, emptor non voce citatur,
Nec tua priuatis crescunt ærariæ damnis, &c.

Quamuis ab omnibus recesserunt) mei *recesserint*. Col. præterea *hominibus*. quorum neutrum sugillauerim.

Quorum non otiosa) ita & mei quinque, nec insulse, si pendeant modo a præcedentibus. Pincianus tamen legendum arbitratur. *Quorundam.*

CAPVT XII.

Illum tu otiosum] Col. meus isthæc verba omnia omittit, vsque ad illa quæ in medio capitis XIIII. *Soli omnium otiosi sunt.* agnoscunt ea tamen Pall. tres & Ort.

Auxia subtilitate concinnat) ita fere Palat. tert. nempe *continnat.* secuodus, *continuat.* quartus, *auxia sublimitate concianat.*

Qui in ceromate (nam proh facinus, &c.) ita primum restituisse Agricolam, testatur Erasmus, cum prius legeretur, *qui in ceromat bona proh facinus.* Pal sec *qui in cheroma cenam per facinus.* tert. *qui incheromacenam. profaciaus.* quart *qui incheroma cenat. Proh facinus.* nec aliter Ort. nisi quod is, *in cheroma.*

Ne Romanis quidem vitiis laboramus) ita & Pal. tert. alii tres, *laboremus* porro quod hic ait de *Romanis*, ita se habet. mos hic Græci certaminis atq; adeo gymnasiorum a Nerone primum receptus, vt ex Tacito lib. 14. Annal. & Suetonii Nerone cap. 12. intelligamus; de quo multa P. Faber lib 3. cap. 15. Agonist.

Spectator puerorum rixantium sedet) Pall. tres, & Ortel. *sectator*, quod hercle contemnere non ausim. sic enim maius aliquid & ineptius fuerit quã illud prius *spectator*. I.C. quidam dicit legendum videri, sicque alibi tanquam ipsius Senecæ germanum producere audet, *spectator puerorum exercentium sedens.* esse enim ait *Ceroma* etiam locum, vbi athletæ exercebantur, nec tantum locum vbi cerato oleo perfundebantur, Plinio lib. 35. cap. 2. qui Vitruuio, lib. 5. cap 11. Elæothesiũ. equidem fatebitur & P. Faber *ceromatis* nomine venire gymnasii siue stadii locum, a *ceromate* eo nempe quo perungebantur agonistæ; vnde Hieronymus ad Pammachium Epist. 10. de opt. gen. interp. *Oleum perdit & impensas qui bouem mittit ad ceroma*; sed idem tamen, vt & doctissimus quisque, *rixantium* illud retinebit. eum consulas modo lib. 2. cap. 5. lib. 3. cap. 9. Agonist. item Torrentium ad cap. 45. Augusti Suetoniani. quid ni enim *rixa* illic vocetur, cum & Augustinus lib. de Catechiz rud cap 16 *contentiosa pugilum* dicat *certamina*, at Seneca *lusoria* Epist. 81? Pueros vero, impuberesque in gymnasio olim exercitatos, imo adeo in ipsum stadium circumque productos, facile sane probarim auctoritate Platonis lib. 8. de Legibus, Cassiani cap. 12. lib. 5. monast. instit. Plutarchi lib. 2. Symp. problem. quæst. 5. Gellii lib. 15. cap. 20. aliorumque quorum verba petantur a P. Fabro d. cap. 9. item 8. inde etiam Papinius lib. 2. Siluar. in Epicedio Pileti Vrsi:

--& obsessa nondum primoq; micantes
Flore gena. talem Ledæo gurgite pubem
Educat Eurotas: teneri sic integer anni
Elin adit, primosq; Iouis puer approbat annos.

Qui vinctorum suorum greges in ætatum & colorum paria diducit) ita se restituere ope manuscripti vnius profitetur Muretus; & fere est vt probem; nam eo fere alludunt mei. Pal namque sec. *qui victorum suorum gregem et antium & colorum paria dedacit.* nec aliter Ort. nisi quod is, *grege letantium*: item *diducunt.* tert. *qui victorum suorum greges infantium & colorum paria deducit.* quart. *qui victorum suorum greges letantium & colorum paria diducit.* publicauit Erasmus, *qui vicorum suorum greges metatur, & colorum paria deducit.* notat tamen idem, habere alium librum, *qui victorum suorum greges mercantium*: sed prior, inquit, magis probatur, quanquam neutra in totum sincera sit. Pincianus postea monuit quosdam suorum repræsentare, *vinctorum*, alios *vicorum*, alios *victorum.* quorum primum retinet Torrentius d. cap 45. Lipsius lib. 2. cap. 15. Electorum, legit ex membranis aliquibus, *qui vinctorum suorum greges metatur, & in colorum paria diducit*; & interpretatur diuidi greges illos & cohortes vinctorum (incredibilis enim, inquit, multitudo, vtique apud illos locupletes) secerniqúe per *nationes ac colores* solere. puta qui Orientales & fusci, in tali villa & agro: qui a frigidiore axe & albi, in illa habeantur & illo: vt valetudo, vt loca suadere videbãtur, vt domini libido & voluntas. &c. hæc Lipsius, qui de his vinctis plura; vult enim pedibus tãtum vinctos, & compede quidem laxo ad motum aliquem & ingressum. non audienda itaque quæ ad hunc locum scribit I.C. quidam; Lipsius, inquit, rescribit. 4. Antiquis 7. *iugorum*, quod minime probo. lego cum aliis, *qui vinctorum suorum greges metatur. vinctos* accipio mancipia, quibus vinctis vtebantur, &c. sic ille: & ita hercle quoq; Lipsius. nam prius illud *iugorum* pro derelicto dudum habuit, nec comparet in editione secunda. quin contra *vinctorum* sæpius meminit, vt patebit legenti caput illud Electorum 15.

Qui athletas nouissime pascit?) ita quidem Romana editio; at Erasmi, *nouissimos pascit*, quomodo & legit Torrentius ad Augusti illud d. cap. 45. egoq; adeo probo, cum nec aliter etiam restet in tribus Pall. aut Ort. *nouissimos* enim vocat per contemptum, vti sæpius etiam *extremos*, quod alibi noto. I.C. ille meus legi mauult, *qui athletas nouissime pascit.* vellem addidisset rationem quare. nam qui hic quid mutant, non intelligunt vim vocis *nouissimi*; quæ certe ita etiam vsurpata Tullio pro Roscio Comœdo: *Itaq; perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit Comœdos.*

Aut deficiens hinc atq; illinc in frontem compellitur) ita & mei omnes; nisi quod Ort. *aut def. hinc aut illinc frontẽ cõpellit.* Erasmus malebat pro *deficiens*, *diffluens*, minus recte. nam vt curate notat Dousa ad Horatii: *Insignem tenui fronte Lycorida*, ex quibus latior aliquanto & spatiosior modus frontis obtigerat, hoc remedio vtebantur, vt crines a vertice collectos ad supercilia vsque adducerent, atque eiusmodi adminiculo arctiorem sibi & breuiorem frontem concinnarent. vnde & Lucianus καὶ ἀφείργει μὲν αἱ μίχεσι τῶν ὀφρύων ἰφιλανομένας κόμας, βραχὺ τὸ μέτωπον μετάχμιον ἀφιᾶσι. ergo *hinc atq; illinc*, id est a temporibus vtrinque, seu potius vtraque aurium parte ad supercilia vsque collecta adducitur. sic ille. similiaque ego quædam lib. 23. cap. 14. Suspic.

Tanquam virum tonderet) ita & Pal. sec. quart. Ort. verum tert. *tanquam luxum tonderet.* notat Erasmus forte reponendum, *tanquam viuum tonderet*, aut, *tanquam non virum tonderet.* male prorsus. retinenda enim vulgata vt indicat Gothofredus, ego vero rationibus multis vindico lib. 17. cap. 14. Suspicion.

Si quid ex iuba sua decisum est) verba isthæc absunt Pal. sec. habent tamen reliqui duo & Ort.

In annulos suos reciderunt) Torrentius Comment. ad Suetonium cap. 51. Neronis, putat ita Senecæ appellari flexus illos cincinnorum, qui *gradus* ibidem vocantur: cuius sententiæ animis accedo: videtur enim tortuosa illa flexura exterior, *graduum* occupasse nomen; interior, *annulorum*: vnde vtranque coniungit Quintilianus lib. 12. cap. 10. *De tempore ne crassa toga sit, non serica, ne intonsum caput, non in gradus atq; annulos totum comptum.* de *gradibus* his plura Iac. Durantius lib. 2. cap. 5. Variarum.

Rempubl turbari, quam comam suam?) ita quidem Romana editio, sed inuitis mss. item Erasmi editione, in quibus, *remp suam turbari quam comam.*

Quid illi, qui in componendis] ita etiam Pal. sec. at aliis abest pronomen *qui.* ego fere mallem tolleretur præpositio *in.*

Discendis canticis occupati sunt] reponamus lubens merito. quod est in Pall. tribus & Ort. *operati sunt*, vtique cum & sic retineat editio Erasmi.

Modulationis ineptissime torquentur) ita Mureti editio. Erasmi vero *ineptissima.* scripserim cum Pinciani membranis nec non meis tribus, *iacetissima*; vt remoueatur quam maxime a voce mascula. Ort *iacetissime.*

Exauditur tacita modulatio) ita etiam Pal. tert ac quart. at enim sec. *exaudita cantica modulatio.* Ort. *exaudita tacita mod.*

Quomodo aper a coco exeat) ita & Palat. sec. & quart. at tert. *a toto exeat.* Ort. *a gaoco exeat.* Erasmi editio amplius, *quomodo aper a coco casm exeat*: sed illud *casm* procul abiecerim, suasu chirographorum codicum. torsit me enim ante visas membranas, & formabam inde, *a coco illæsus exeat*, hoc ideo quod meminissem scribere alibi Iuuenalem inuenisse gulam quomodo *toti* apponerentur *apri.* nunc valeant vana somniorum. Lipsius lib. 1. cap 25. Electorum citat hoc ordine, *quom. aper casm a coco exeat.* nescio an ex mss. an coniectura ductus.

Tunicas succingant) sic & Flaccus:

vt

--vt omnes
Pracincti recte pueri, comtiq; ministrent.

interim notandum *tunicam* communem Romæ seruorum vestem. In Plauti Amphitruone Sosia loquitur; *Imo equidem tunicis consutis huc aduenio, non dolis.* at temporibus Imperatorum non *tunica* amplius meræ, sed *penula* in vsu seruorum. vt & prodit Seneca lib. 3. cap. 28. de benef. videatur amplius d. cap. 25. Lipsius.

Signo dato; quomodo fieret, clare prodit Arbiter: *Cum subito signum symphonia datur & gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur.* sed & noster alibi in Epistolis: *Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos signo dato ad inferendam cœnam discurritur.* Dousa Præcidan. ad Petronium lib 1. cap. 16.

Glabri ad ministeria discurrant) Erasmi postrema editio *decurrant*. prius restat in mss. meis. exoleta Erasmi editio pro *glabri* habebat in textu, *gladii*; quomodo & citat Fuluius Vrsinus in Appendice ad Triclinium Ciacconii; qui etiam *decurrant*, meo animo perperam. eosdem enim Epist. 47. *glabros* item dixit: suntque hic iidem quos modo *exoletos* vocauit, qui certe pilis extritis.

Quando natare) Pal sec. quart. Ort. item maxima pars codicum Pinciani *nectare*; vnde ipse legendum putabat *quando vectari*; nam post balneum, inquit, gestari consueuerunt, vt ex multis obseruamus locis. Pal. meus tert. suffragatur hanc eius coniecturam, habetque *vectare*, nescio tamen an sinceram arbitrari debeam. Erasmi editio publicat *pernectare*; ad oram tamen notatum alias legi *natare*; sed nec hoc isthic conuenit.

Dixisse interrogando, Iam sedeo?) ita & Pall. mei tres & Ort. at Lipsius 4. Epistol. quæst. 17. vocem *interrogando* ablegandam ait, tanquam non a Seneca sed interprete adsutam, leg. que *dix*[illegible] *sedeo?* Dousa ex isto loco prorsus persuasum sibi [illegible] *Sellis* sessitare, in *Lecticis* vero resupinos gestari c[illegible]tum in more solitos, Præcidan. ad Arbitrum lib. 1. cap. 13.

An si se ignorare finxit) Pal. sec. excludit pronomē *se*; me non inuito. tert. *an si ignorare se finxerit*. quart. & Ort. *an se ignorare finxit*, quod etiam ferri posset.

Obliuionem non sentiunt, sed mentiuntur) ita rescribi voluit ex codice suo vno Pincianus, quod lectionem eam firmarent verba sequentia; *Non facile dixerim, vtrum magis miserentur si hoc ignorauit, an si se ignorare finxit.* Erasmus ediderat, *sed imitatur.* ego reiecta voce negatiua *non*, restitui cupiam; *Multarum quidem rerum obliuionem sentiunt, sed multarum & imitantur*, suadentibus tantum non Ort. & Pall. tribus. nam Ort. & sec. ac quart. *obliuionem sentiunt, sed multarum imitantur*. tert. *obliuionem sentiunt, sed multarum & imitantur.*

Scire quid faciat) I.C. noster legere se ait, *nescire quid faciat*; inuito sane & gemente Seneca, cuius sententiæ hac ratione ex diametro contradicitur, qui voluit, cum vitia sint quibus homines delectentur tanquam si felicitatis essent argumenta, eo tandem deuenire, vt humilitaris videatur, *si se scire fingant quid faciant.* & hoc ipsum tam alte tota Senecæ clamat argumentatio, vt mirer aliquem adeo surdum qui non etiam exaudierit.

CAPVT XIII.

Aliud nomen imponas) Pal. tert. amplius, *aliud illi nomen imponas.* quartus hic lineam omisit. tert. & Ortel. retinet vulgatum.

Cui otii sui sensus est) meorum tres (nam quartus adhuc deficit) *cui etiis sui & sensus est.* non displicet.

Hic vero semiuiuus) ita & Ort. & Pall tres. Lipsius lib. 4. Epist. quæst. 17. legit, *semiuir*; non necessario, inquit Gotofredus, itam enim *semiuiuus* dici potest, cui ad intelligendos corporis sui habitu opus est quam *semiuir*.

Indice opus est. Quomodo potest hic alicuius) ita & mss. mei, nisi quod Ortel *iudice*. at Lipsius distinguendum putat, *indice opus est, quomodo potest alicuius*, eiecta voce *hic*.

Quorum aut laterunculi) Ort. Pal. sec. ac quart *laterculi*. tert. *lacerculi*.

Multum negotium habent) ita & Erasmus. mei quatt. *negotii*.

Quendam referentem) ita & tert. alii tres *quendam sapientem referentem*, vti & exhibet editio Erasmi; male.

Qua primus quisq; ex Romanis ducibus fecisset. Primus nauali) ita legere nos iussit ex vno exemplari suo Pincianus, & sic quoque hercle Pal. tert. at aliis tribus pro istis verbis omnibus tantum adest, *quod primus nauali*, quomodo & vulgauit Erasmus; sed perperam tamen, videturque inde origo erroris quod *primus* bis ibi conspiceretur. dum enim id in mente habent, intermedia reliquerunt, & primo omisso ad alterum accesserunt.

Duillius vicit) Ortel. Palat. sec. ac tert. *Dullius*. quart. *Tullius*.

Etiamnum istu, etsi nd verum) ita Pinc. & mei. Erasmi male, *Etiamsi nunc istu nd verum.*

Caudex ob hoc ipsum appellatus) producūt locum hunc Lud. Cælius lib. 24. cap. 6. lect. antiq. Laz Baifius cap. vltimo libri De re nauali, Torrentius Comment. in Suetonium cap. 2. Tiberii, Schottus notis ad Aurelii Victoris cap. 37.

Apud antiquos vocabatur) mei *vocatur*.

Vnde publicæ tabulæ codices) ita legi voluit ex mss. suis Pinc. neque aliter Pal. tert. ac quart. abest tamen vox *publica* sec. vti & editis ab Erasmo libris, sed minus tamen bene.

Per Tiberim commeatus subuehunt) ita legi voluit cum membranis Pinc. recte, neque secus Pal. tert. qui *commeatus per Tyberim*. nam reliquis tribus desunt illa, *per Teberim*, neque agnoscit editio Erasmi. vnde obiter discimus quantum sibi permiserint veteres codicum exscriptores. omittebant quicquid ad rem minus facere videbatur, aut quicquid adeo ignorabant.

Caudicaria vocantur) ita Pinc. libri & Pal. tert. & probo; nam & ita alibi Nonius: at alii tres, & Erasmus, *caudicata*.

Messalla dictus est) vox *est*, non apparet in Pall. tribus aut Ort. neque eam ego requisiuerim.

Num & hoc quemquam curare) ita Erasmus, at Pal. sec. & quart. *Nunc & hoc quicquam curare.* tert. *Nunc & hic quicquam.* Ort. *num & hoc quidquam.* forte *cuiquam*.

Primus L. Sylla in circo leones solutos dedit) ita & Pal. tert. at secundo abest vox *solutos*. nam quart. *primus hic illa in circo leones dedit.* supernotatumque alias legi *illigatos* pro *hic illa*. Ort *primus L. hic illa in circo leones dedit.* ad marginem tamen *L. Silla*.

Cum alioquin alligati darentur) ita Pinc. codd. Erasmi, interponunt vocem, *alioq. tum. c allig* quæ nec in vllo meorum, quorum tamen Pal. sec. etiam perperam, *detinerentur*, non *darentur*. laudat hunc Senecæ locum P. Faber lib. 2. cap. 7. Semestr. vbi agit de venatione hac circi.

Et inter antiquos principes) Palat. quart. *princeps*, quod meo palato valde sapit; vt non modo fuerit princeps eruditatis, sed etiam inter omnes princeps bonitatis.

Mole animalium elterantur) ita editio Erasmi. traditque Pincianus exoletas edit. præferre, *exterrantur*. quare arbitramr contra omnia exemplaria legendum, *exenterantur*. codex quidam eius habebat, *conteruntur*. Pal. meus sec. *exterantur*. tert. ac quart. *exterreditur*. Ort. *exterrantur*.

CAPVT XIV.

Mox plus ipsum fundere coactarus) ita & mei tres. Pal. tamen sec. *mox populus ipsum fund.*

Vnde discessi, & in alia materia ostendam) ita Erasmus & Pal. sec. ac quart. nam tert. *& in eadem materia* & vero prodidit Pincianus legendum ex mss. *vnde recessi, & in eadem materia*. id itaque amplectar; hactenus vt perinde habeam tamen *recessi* legatur an *discessi*. nam alioqui Palat. tert. & quart. *decessi* Ort. *vnde decessu, & in alia mat.*

Idem narrabat Metellum) sic voluit scribi ex vett. libris Pincianus, neque aliter Pal. tert. placet tamen magis quod antea vulgabatur, *enarrabat*, neque secus Pal. sec. & Ort. item fere quartus, qui, *enanabat*.

Centum & viginti captiuos elephantos) tradit Pincianus codicem Facundi & Primitiui legere hoc loco, & supra vbi dixit, *Curius Dentatus in triumpho duxit elephantes*, vti quidem edidit Erasmus, legere, inquam, secunda inflexione *elephantos*, & sic fere, ait, accuratiores protulerunt; additque de numero elephantorum magnam inter

auctores esse dissensionem equidem vt & de voce *elephantorum* aliquid dicam, supra habet Ott. Pal. sec. ac tert. *elephantos*, quartus *elephantes*: at hoc loco restat in Ott. Pal. sec. ac quart. *elephantos*, in tertio *elephantes*; vt suspicer promiscue nunc hac illaque terminatione vsurpasse veteres.

Syllam vltimum Romanorum protulisse pomærium) deridet hunc nugatorem Lipsius ad lib. 12. Annal. Taciti, vbi & Cornelium ipsum indefensum relinquit, ita scribentem, *Et pomœrium vrbis auxit Cæsar more prisco; quo iis qui protulere imperium, etiam terminos vrbis propagare datur. nec tamen duces Romani, quanquam magnis nationibus subactis vsurpauerant, nisi L. Sylla & diuus Augustus, &c.* sic ille. at etiam C. Cæsar auxit, interiectus inter eos duos. A. Gellius auctor lib. 13. cap. 14. Dio lib. 43. ἔπεμψε τὸ ἄστυ, καὶ οἰκίας εἰσέφερε, τό τε πωμήριον ἐπὶ πλεῖον ἐπεξήγαγε. apud eundem Antonius in laudatione Cæsaris funebri: ὁ καὶ τὸ πωμήριον αὐτῆς (τῆς πόλεως) ἐπαυξήσας, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατασφαγείς. &c. Cicero ad Atticum lib. 13. *De vrbe augenda, quid sit promulgatum non intellexi. id sane scire velim.* iuuat tamen aliquid Tacitum, quod Suetonius exactæ in talibus diligentiæ, nihil huius in Iulio commemorat: & fortean concepta a Iulio res perfecta demum ab Augusto. vide quæ huc faciunt apud Vopiscum in Aureliano. hæc fere Lipsius, cuiusmodi etiam Onufrius Panuinius de Vrbe Roma.

Extra pomærium esse) mirum hoc est, supra bene scriptum est in meis vox *pomeriu*, nisi quod Pal. tert. *pomenum*. Ott. *promerium* at hic sec. quart. Ott. rescribunt, *Pompeium* tert. *pomopenum*.

Aues non addixissent) sic Erasmus hic, sic Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 11. Genial. dierum, neque aliter Schottus notis ad tertium caput Aurelii Victoris, vt nec Brissonius lib. 1. de Formulis; ne hoc a se primitus inuentum putet I. C. quis, qui male excudi fuerat in suis *abduxissent*, scilicet tritum erat verbum vltimum, in Auspiciis, quo lætum euentum prædixisse auem significabant aut volatu aut garritu aut alio modo. Liuius lib. 1. *Negauit Attius Nauius, neque mutari, neque nouum constitui, nisi aues addixissent, posse*. iterum lib. 27. *Fabio auspicanti, priusquam egrederetur ab Tarento, aues semel atque iterum non addixerunt*. idem lib. 22. *Paulus, cum et sua sponte cunctaretur, pullis quoque auspicio non addixissent*. videatur & Festus in voce *Prætor* hinc *addicentibus auspiciis* dixit Tacitus lib. 2. Annal. hæc fere Brissonius.

Quæ aut ficta sunt, aut mendacii similia) Erasmi editio, me tacito, quod malim: mei tamen quatuor, *quæ aut ficta sunt mendacia, aut similia*.

Omne annum suo adducunt) ita & Colon. & Pal. tert. aliis tribus abest vox *suo*.

Hominis naturam & cum Cynicis excedere) sic & mei quinque: miror itaque cur I. C. quis se legere gloriatur, *exuere*, neque tamen addidat quare alterum illud locum hic habere non possit.

Omnia aut pariter incedere] ita & Erasmi editio. at enim Col. & Pall. tres, *omnes aut patiatur incedere*; male tamen. Ott. *omnia aut patiatur inc*.

Nec illas apertas fores præterierint] ita & iidem mei. ego tamen olim suspicabar legendum *opertas*, quod noster passim difficultatem magnam subiit solitam innuerit priusquam potentiorum limina intrare liceret clientibus officiosisque. vnde & Epist. 104. *Intueris illas potentium domos. illa tumultuosa rixa salutantium limina? multum habent contumeliarum vt intres, plus cum intraueris.* item in eius lib. 6. cap. 34. de Benef. *Amicum vocas cuius disponitur salutatio? aut potest cuius tibi patere fides, qui per fores maligne apertas non intrat sed illabitur?* sed maxime cap. præcedente. *Est proprium superbiæ, magno æstimare introitum ac tactum sui liminis, pro honore dare, vt ostio suo propius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia quæ receptos quoque excludant*. hucque facit illud lib. 4. natur. quæst. in procœmio: *adulationis omne esse non claudere ostium sed operire*. ita enim ibidem legendum putat ille meus Lipsius. sic ego inquam, olim in Suspicion. lib. 24. nunc pudenter sileo, veritus incusare subiectam fidem tot membranarum; etsi tamen eam nondum secure approbem, sed diiudicet qui me doctior est. vtrumque enim habeo quo defendam.

Hesterna crapula semisomnes] ita codd. Pinc. & Colon. verum Erasmi editio verbolo amplius, *ex hesterna*, quomodo & Pal. sec. nam tert. *externa crapula sem.* quart. & & Ott. *ex olerna crapula sem.*

Somnum suum rumpentibus) ita quidem editio Mureti. at Erasmi, at mei codd. omnes, *suum somnum rumpentes*.

Oscitatione superbissima reddent?) ita Pinciani libri, vt fere Colon. in quo, *oscitatione superb. redderet*. nam Pal. sec. habet, vt edidit Erasmus, *excitatione*, haud tamen illi etiam, *reddent*, sed *recedent*. at tert. *oscitatione sup.* quart. *excitatione superbissima reddet*. Ott. *& citatione sup. reddet*.

Tuos conteret, suos tibi contribuet) at mei quinque, *conterit*, item *contribuit*.

Nullius amicitia capitalis, nullius sumptuosa obseruatio) sic & Colon. meus & Pal. tert. nam quart. & Ott. item Erasmus, *nullius amici capitalis sumptuosa obseruatio*, notatumque ad oram Batauii illius, alias legi, *suspiciosa obseruatio*. sec. meus, *nullius amici talis sumptuosa obseruatio*. Pinc. liber vnus, *nullius inimici capitalis sumptuosa obseruatio*. primo loco positam scripturam amplector.

CAPVT XV.

Feret ex his) Pal. sec. *Trahet ex illis*. tert. *Ferreis ex illis* quart. & Ott. *Terret ex illis*. vnde liquet scribendum, *Feres ex illis*, quomodo omnino Colon. meus.

Quo minus quantum plurimum ceperis, hauries] ita quidem editio Romana. at Erasmi; *quo minus plurimum quantum ceperis haurias*; vti & extat in Ott. & Pall. tribus. illud quod Muretus malebat in notis, *quo minus quantum plurimum ceperis, haurias*, planum fuisset, modo vlla suffragarentur exempl. nam Colon. [illegible] *quo minus plurimum quam ceperis haurias*, quod & quiuis probare posset.

Non in nomen tantum adoptaberis] non solum iste locus docet per *adoptionem*, familiæ adoptantis aliquem inseri, sic vt *in nomen* eius *asciscatur*, sed & alii Suetonii in Iulio cap. 83. in Claudio cap. 39. in Galba cap. 17. quibus plures adstruunt P. Faber lib. 1. cap. 14. Semestr. Brissonius lib. 7. de Formulis.

Quæ non erunt sordidæ] ita Pinciani libri & mei. Erasmi, *non sunt*.

Maiora fient) sic iterum Pinc. & meorum quatt. nam Pal. tert. *maiori fient*. Erasmus vulgauit, *maiora fiunt*.

Quo illa pluribus diuiseris] ita Erasmus. at Col. nec non Pal. quart. *quo illa a pluribus*. sec. *quo illa cum a pluribus diu.* tert. *quo illa a pluribus diuiseris* legerim, *quo illa cum pluribus diuiseris*.

Ex quo nemo eiiciet] Erasmus, item Pal. tert. & Ott. *eiicietur*. Col. *deiicitur*, vt & Pal. tert. nam sec. *eiicitur*. quod placet, etsi non etiam displicet illud, *deiicitur*.

Honores, monumenta] ita Pal. tert. & Ott. Erasmi editio interponit particulam, hoc modo. *Honores & monumenta*; at Col. *Honores monumenta & quicquid*. Pinciani vero lectio vetus, *Honorum monumenta*. Pal. sec. hæc adnectit superioribus hac forma; *imo in immortalitatem vertendi honores & monumenta. Quicquid autem*, item quartus, cui tamen deest copula.

Aut operibus extruxit) ita Ott. & Pal. sec. ac tert. verum quart. *opibus*. Col. *operosius*.

Et monet otium quod consecrauit. Sapientia noceri non potest, nulla delebit ætas præsens, nulla diminuet sequens, ac deinde semper. &c.] ita ex Erasmo editio Romana, nisi quod omisit coniunctiuam particulam. ipse enim publicarat, *& nulla diminuet*. Pinciani codex vnus, *& monet otium. Quæ consecrauit sapientia perire non possunt. nulla abolebit ætas, nulla diminuet. Sequens ac deinde, &c.* Pal. sec. *otium et quem consecrauit sapientia nocere non potest nulla delebit ætas, nulla diminuet sequens ac, &c.* tert. *otium Quæ consecrauit sapientia nocere non possunt. Nulla abolebit ætas. nulla diminuet sequens ac deinde, &c.* quart. *& monet otium, quo consecrauit sapientiam nocere non potest, nulla adolebit ætas, nulla diminuet sequens ac deinde, &c.* Col. *& monet otius. Quæ consecrauit sapientia nocere non possunt. nulla abolebit ætas, nulla diminuet sequens. ac deinde, &c.* Ott. *& monet otium*.

Quod

Quod consecrauit sapientia nocere non potest, nulla adolebet etas. nulla diminuet seq. ac deinceps, &c. sic mei; ex quibus nihil elicio certi, nisi emendam vocem *presens*, tanquam spuriam.

Ad venerationem conferet) ita Pinc. vnus nec non Col. at Pall. tres & Ort. adstipulatur editioni Erasmianæ, in qua *conferet*.

Terminus includit) ita & Pal. sec. sed enim malim *cludit*; quoniam sic tert. quart. Ortel. nec abit Col. nisi quod ipse *eiudit*.

Transiuit tempus? aliquid ex hoc recordatione comprehendit; ita quidem Romæ cusum, at Erasmi editio, *aliquid hac recordatione comp.* vnde faciebam alibi Suspicionum lib. 4. *Transiuit tempus aliquod? hoc recordatione compr.* quæ coniectiuncula mea nunc tribus sustentatur Pall. & Ort. nisi quod quart. *Transiert.* Col. etiam pro me facit, in quo, *Transiuit præteritum tempus aliquid, hoc recoed.* sic itaque deinde auctor corrigatur. nam vulgata Romæ aduersatur Senecæ menti, qui vult æuum præteritum nobis totum quantumcumque est prodesse.

Hoc præcipet; Col. *praripet*. Pal. sec. & Ort. *percipit*. alii tamen duo recte *præcipit*.

In vnum collatio) sic & Palat. quart at reliqui quatuor *collocatio*.

Ac sollicitissima etas est) ita recte antiquitus cusi, & Pal. sec. quart. Col. Ort. Erasmi editio, typographi puto præcipitantia, *felicissima*. ea posteriores *felicissima*. Pal. tert. *sollicitatissima* quod examinabunt otiosiores.

Cum ad extrema venerint) sic Ort. Pal. sec. ac quart. sed tert. *veniunt*. Col. *venerunt*.

CAPVT XVI.

Quo putes diu victuros) sta Mureti editio. Erasmi, *quod*. at tradidit Pincianus, scriptam omnem, lectionem seruare, *quod putes diu victurum*; quod certe ego hic reduxerim, motus præterea Pall. meis tribus Ortel. ac Col. in quibus constanter illud vltimum. quid quod tale quid auctoris postulet argumentatio.

Dum venias conditum tempus cœna) sic quidem Romana editio, at Erasmi, at mei omnes, *dum veniant ad conditum tempus cœna*; quod non video cur foras euci debuerit.

Illos deserunt occupationes) ita Erasmi editio; at mei quinque *deseruerunt*. neque improbauerim.

Nec quomodo id disponant, aut &c.) ita Pinc. codd. Erasmus non habet dictiunculam *id*, quæ nec in Palat. sec. quart. Ort. qui, *nec quomodo disponant, vt extrahant*. nam tert. ac Col. *nec quomodo id disponant, vt extrahant*.

Quam cum dies muneris gladiatorii edictus est) ita Pinc. liber vnus. neque Col. abit, nisi quod ipse *eductus est*. Palat. tert. *eductus est*. vti & ab Erasmo publicati, qui tamen insuper pro *cum dies*, referunt *quando dies*; quomodo quidem etiam est in Palat. sec. seruat vs. *indictus est*. nam quart & Ort. *quam dies mun glad eductus est*. Lipsius lib. 2. cap. 18. Saturn. Serm. citat, *quam quando dies gl muneru dictus est*, lapsu ne operarum, an de coniectura, ambigo nam prior eiusdem libri editio seruat *edictus est*; idque hic etiam seruandum marginalis indicat nota. *de edictis* his ego ex præceptore meo & Fabro abunde supra Epist. 117. quæ fere omnia I. C. quidam ad hunc locum adducit, tanquam si ipse ea aut inuenisset aut concinnasset.

Aut cum aliculus alterius vel spectaculi vel voluptatis expectatur constitutum) sta & ab Erasmo publicatus. nec non Pal. sec. tert. Col. item quart. nisi quod is *expectatur*. Pincianj exemplar vnum, *aut alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis expectato constituto*. male. vox enim *constituti*, magnæ efficaciæ in his rebus. Ort. *vel voluptatis spectator constitutiq*, emendatormque, *constitutus*.

Transilire medios dies) ora edit. Erasmi, *transire*, quod & in Palat. sec. alterum tamen est in quatuor reliquis, & melius est.

At illud tempus, quod amant, breue est) Erasmus hæc facit pendere a verbis superioribus, scribitq; litera minore, *ad illud tempus quod amant breue est*, quomodo diserte etiam Pall. tres, Ort. Col. itaque sic deinceps potius rescribemus: cum nec aliter quoq; extet in Pinciani membranis.

Breuius q; multo sit suo vitio, ... [illegible] ... smus; at Col. Ortel. & Pal. quart. bene abest vox *sit*, quæ neque comparet in aliis duobus, quorum tamen Palat. sec. *breue vsque in vltimo suo vitio*. tert. *breuis vsq; multo suo vitio*.

Non sunt illis longi dies) rescribo suasu membranaccorum quinque *illis*; cum & sic habeant vulgati ab Erasmo.

Voluptate concubitus delinitus duplicasse noctem) ita legi in omnibus scriptis suis, sed perperam, inquit Pincianus: cum enim extaret in antiquissima editione, *volupt. concubitus clementer duplicasse noct.* scribendum autumat *voluptate concubitus triplicasse noctem*. notam enim fabulam. equidem ego nihil mutanerim contra omnes mss. quippe etiam omnes mei *concubitus delinitus duplicasse*, nisi quod Pal. tert. pro *duplicasse*, substitutum habeat *dispiicuisse*. Erasmus edidit, *voluptate concubitus Alcumena duplicasse noctem*; cum contra auctoritatem calamo exaratorum codicum, eum non sequar; multo minus Pincianum reponentem amplius, *Alcmena triplicasse*. nam vox *delinitus* hic significantissima est & intelligitur satis fabula, etsi subiiceatur *Alcmena* nomen. & *duplicasse noctem* Iouem tam classicis scriptoribus proditum quam alterum illud, qui trinoctium volunt impensum. saoe poetas plerosque, & D. Hieronymus aduersus Vigilantium: *Libere proclamabis aut esse te Mercurium propter nummorum cupiditatem, aut Nocturninum, iuxta Plauti Amphitruonem, quo dormiente in Alcmena adulterio, duas noctes Iupiter copulauit, vt magna fortitudinis Hercules nasceretur.* bene itaque Durantius Casellius qui lib. 2. cap. 14. Variarum vbi apud Arnobium lib. 1. aduersus gentes legebatur *decem noctes in hoc adulterio continuasse*. restituit *duas*.

Quid aliud est vitia incendere, quam auctores illis inscribere Deos?) ita Erasmi editio, Pinciani vero codices ampli ... us, *vitia nostra incend.* atque ipse honestiorem redditum iri sensum si permutato loco illius pronominis *quam*, legatur ad hunc modum, *Quid aliud est, quam vitia nostra incendere, auctores illis inscribere Deos?* ego nihil mutarim, nisi forte immittenda vox *nostra*, quæ & in Col. meo, item Ort. Pal. tert. ac quart. quorum tamen tert. *vitia nostra incendere quam*, at quart. *Quid aliud est quam vitia nostra incendere, quam auctores inscribere Deos*. nam sec. *Quid aliud est vitia incendere quam, &c.*

Exemplo diuinitatis excusatam licentiam) ita quidem Col. & margo edit. Erasmi: at textus eius, *dignitatis*, quod cum retineat etiam Ort. Pal. sec ac quart. alteri prætulerim. nam & sic fere etiam lib. 2. Annal Tacitus; *Excepere Graci quesitissimis honoribus, vetera suorum facta dictaq; praferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* eandem rem sic enunciat noster lib. de vita beata cap. 26. *Quibus nihil aliud actum est, quam vt pudor hominibus peccandi demeretur, si tales deos credidissent.* Pal. tert. hic mire ægrotat: habet enim; *exemplo diuinitatis excussa, tam licentiam possunt vel tam breuissime videri, &c.*

Subitaq; cum maxime exultanter sollicita) ita duo codd. Pinc. & Pal. tert. nam sec. destituitur voculа *cum*, Ortel autem eius loco *tum*. at quart. *subit tamen maxime exultanter soll.* Col vero voce immissa, *subitaq; cum maxime sunt exultantes soll.* sed male, vt & Erasmi editio, quæ, *subitaq; cum maximum exultatione sollicitu*. ¶ *Sed veniturus aliquando finis deterrui*. ¶ *Nec numerum eius sed mensuram comprehenderet*) sic Muretus Pinciani secutus iudicium, ita rescribens ex vno codice suo, recte, vt arbitratur ille ex historia lustrati exercitus apud Herodotum. alius eius liber habebat, *nec numerum eius, sed nec mensuram*. Erasmi editio, *nec numerum eius nec mensuram comprehenderet*. cui accedit Pal. sec. reliqui tamen tres firmant, *sed mensuram*. nam Ort. *sed mensurant comprehenderent*. ¶ *Lacrimas fudit*) Pinc. omnes, & meorum quatuor, *lacr. profudit*, quod cur deinceps non receipiamus? Ort. *perfudit*. ¶ *Ille ipse qui flebat*) habebat editio Erasmi, *illo qui flebat*; admonuitq; Pincianus mss. suos seruare *ipse qui flebat*: inde vtrumque recepit Mureti editio at *ipse qui flebat*. sine *ille*, etiam exhibent Pall. tres ac Col. itaque emendatur est in Ort. *At ille iuuent, erat fatum ipso qui flebat*. ¶ *Illos quibus centesimu*) ita scribi iussit ex suis Pinc. quomodo & est in Col. Ort. & Pal. quart. nam tert. *illos qui bus centes*. Erasmi editio *illos centesimum, &c.* sine voce *quibus*, cui adstipulatur Pal. sec.

CAPVT XVII.

Eadem quæ oriuntur vanitate) Pal. sec. tert. Ort. *veritate*. quart. *feritate*. Col. *veritatem*.

Etiam ipsorum confessione) quotusquisque est qui hanc phrasin suspectam non habet? sed immerito; nam & sic Fabius loquitur lib. 12. cap. 3. *quam id facile est oratori quod discunt quia sua quoq; confessione oratores esse non possunt*. Stephanus lib. 2. Prood. cap. 11.

Et pro ipsis quæ successerunt votis) ita Erasmus & Palat. tert. nisi quod perperam, *successere*. at sec. *& pro ipsis quæ successerunt votis*. quart. *& pro ipsius successu votis vota sunt facienda* Col. *& pro ipsis quæ successere votis*. Ort. *& pro ipsius successu votorum, vota facienda sunt*. an forte sint, *& pro votis vota, &c.* rejectis aliis.

Quod fortuito euenit) ita Erasmi, nec non Palat. sec. quart. Ort. at tert. *euenerit*, uti & fuit in vno Pinciani, quod ipse iure probat. Col. tamen *aduenit*, quod etiam non re-fulsum.

Quo altius surrexit, vergit pronius in occasum) ita fere legi cupit ex vno suorum Pinc. nempe *surrexerit*, licet, inquit, scripti alii codices cum vulgata consentiunt lectione, in qua; *quod altius surrexit opportunum est in occasum*. est in meo Col. *quod altius surrexit, opportunius est in occasum;* quomodo & Pall. tres & Ort. nisi quod ii, *surrexerit*.

Candidati laborare desinimus? suffragatores incipimus) nescio vnde hoc eruerit Mureti editio. nam Erasmi, *candidati laborem destituimus, suffragationes incipimus*. monuitque Pincianus vett. suos agnoscere *desinimus*, non *destituimus*; se etiam malle legere, *suffragatores*, non *suffragationes*. & vero etiam ego legerim, *Cādidati laborem desinimus? suffragatores incipimus*. sunt enim *suffragatores* qui candidatos auxilio iuuant vt ad honores perueniant; de quibus consulantur Brissonius lib. 17. de verb. sign. P. Faber lib. 1 Semestr. cap. 20. I.C. alius quidam tradit legendum, *candidati laborem destituimus, suffragatoria accipimus;* simili enim, inquit, ratione sequuntur illa, *accusando deposuimus molestiam, iudicando nanciscimur: iudex desiit esse, quæsitor est*. sic ille. at ego exputare non possum cur non eodem modo hic conueniat *incipimus*, illud, inquam quod in omnibus restat membranis. nam alioqui nec illud *destituimus* sincerum est. quippe Pal. sec. *Candidati labore destituimus, suffragationes incipimus*. tert. Ort. Colon. *Candidati laborare desinimus, suffragationes incipimus*. quart. *Candidati labore desinimus, suffragatōs incipimus*.

Suis opibus detinetur) ita Erasmus. at mei quatuor *destinetur* Pal. tert. *suis operibus destinetur*, quomodo & duo exempll. Pinc. nisi quod ea *distinetur*. aliud eius; *suis opibus destituitur*. non dubitarim reponere, *suis opibus distinetur*. Cicero alibi ad Atticum: *Sylla tot tantisq; negotiis distentus est, vt libere respirare non possit*. & alias frequentissime.

Mariam caliga dimisit? consulatum exercet) ita fere editio Erasmi: perperam enim ipsa, vitio operarum, *consolatum*. mei quinque etiam male *caligo* per *caligam* enim intelligit gregariam militiam. sed & iidem, *consulatum exercet*, ex quibus Pal. quart. omittit verbum *dimisit*.

Dictaturam properat suadere?) ita & Erasmus. at iidem mei *prauadere*.

Nondum tanta maturus rei) sic Pinc. codd. scribendum docuerunt, quibus accedit Pal. tert. nam alii duo fauent Erasmianæ editioni, *non tanta*. Ort. *non tanta maturus rei*. Col. hoc exemplum Scipionis omittit innectitque Quintii dictaturæ illa; *Nunquam deerunt, &c.* quæ libuit monere, vt liqueret quam sæpe a monachis istis decurtentur auctores cum aliquid occurrit eis non ad gustum.

A munere Diis æques honores) ita ex Pinciani monitu Muretus, nec aliter Pal. sec. aut tert. nam quart. *ab inferendis æquos hon*. Erasmi libris abest dictio *Diis*. Ort. *ab munere Diis æq. &c.*

Per occupationes intercluditur otium nunquam agetur, &c.) ita Erasmi codd. item Pal. sec. nam quart. *intercedetur*. at tert. *Per occup. vita videtur otium*. Col. *vita videtur*. Pinciani membranæ; *per occup. vita redditur otium:* ipse vero inclinat legere, *Per occupationes vita eluditur. Otium nunquam agetur, &c.* aut sic, *Per occupationes vita eluditur otium. Nunquam agetur, &c.* adhæserim ego vulgato, nisi si forte melius Ortelianum istud, *per occupat. includitur otium, &c.*

CAPVT XVIII.

Pauline carissime) ita recte ex libris suis Pincianus neque aliter mei, sed per *k* Erasmo vulgati, *clarissime*.

Et carnis turba voluptatibus) ita etiam Pal. sec. quart. Ort. nam tert. *carnis turbem voluptatibus*. Col. hic multa omisit. a verbis enim illis quæ proxime fere præcedunt, *exhibita virtus est*, transilit vsque ad ea quæ statim initio capitis xix; *Similes ta putas esse*. Pincianus scribit codicem vnum habere non *carnis* sed *carnes*, vt forte inquit, pro illa dictione *turba*, reponendum sit *turpibus;* valde male Hispanus ille. nam Latini non vsurpant eo significatu vocem *carnis*. *voluptates* vocat auctor *carnis turba*, hoc est fæci hominum omnique adeo multitudini, venerem & gulam, quia optimus quisque tam euitata, vt ita loquar, vitia maxime fugit.

Non est istud quiescere) ita Romana editio, at scripti omnes, & nostri, *acquiescere*, quod certe potius nobis esse debet quam nescio cuius figmentum clam obtrusum.

Strenuo tractatis operibus) ita legi voluit ex suis Pincianus, neque secus mei. editioni Erasmianæ deest vocula *strenue*.

Rationes administrans] sic iterum Pinc. & mei. Erasmi, *administrans*.

Istum animi vigorem) & ita rursus Pinc. ac nostri. Erasmi auctiores; *Istum autem animi vigorem*.

Ad te recipe) ita Erasmus & Pal. quartus; reliqui duo non agnoscunt illa, *ad te* at Ort. *abstereuoca*.

Multa millia frumenti committerentur) ita quidem Erasmi editio & Pal. tert. at alii tres voce amplius, *frumenti bene committerentur*, & oppido placet.

Generosam peruicacitatem) sic & Pal. sec. at tert. & Ortel. *paruitatem*. quart. *procacitatem*. quod hercle non omnino contempserim; etsi melius tamen *pernicitas* opponantur *tardis*.

Hoc grauissime ferens) ita emendandum pridem potuit Lipsius lib. 4. cap. 7. Antiqu. Lect. item Andr. Schottus scholiis suis ad Epitomen Aurelii Victoris. mei Pall. tres item Ort. & Erasmi, *gratissime*.

Quod dicebat, populo Romano superstiti) ita & Erasmi editio: at mei ac Pinciani propius ad verum, *quod dicebat pop. Rom. superstite:* inde enim eleganter Pincianus, *quod decedebat pop. Rom. superstite:* alludit enim Seneca ad illam vocem Caligulæ tyrannicam, *Vtinam populus Rom. vnam ceruicem haberet*, de qua & Suetonius cap. 30. vt bene monuit Schottus, neque aliter fere citat Lipsius, nempe *discedebat*.

Dierum cibaria superesse) ita Erasmi codd. ita mei. Lipsius emendabat *aliorum cibaria superfuere*. citra controuersiam enim habere Senecam in mente factum illud insanum Caligulæ, qui ad exemplum Xerxis inter Puteolos & Baulos pontem nauibus inædificauit spatio ter mille passuum. in quo opere dum vniuersa classis sic occupatur, Romæ capitalis pæne fames coorta. videatur Xiphilinus in Caligula.

Dum ille pontes nauibus iungit) ita legit Erasmus, item Lipsius, nisi quod maiori litera exprimat vocem primam, *Dum*. Schottus reponit *& potens pontes nauibus*, additque manuscriptum qui apud se, habere, *potens nauibus iungit*. Pal. sec. tert. Ort. habet, *dum ille potēs nauibus iungit*. quart. *dum ille potens nauibus iungit*. ¶ *Et viribus imperii ludit*) ita Erasmi editio, at mei Pall. omnes, *& viribus imperia ludit* Ort. *imperia dadit*. Lipsius rescribit, *& viribus imperii illudit*. at I. C. quidam ad hæc verba & longe præcedentia: vidit equidem, inquit male affectum locum Lipsius; symbolam contulit. nondum tamen plene curauit. itaque scribo, muto, & interpungo *Modo* (repete ex superioribus verbum *Cogita*) *intra paucos illos dies quibus C. Cæsar periit* (*hoc grauissime ferens, si quis inferis sensus est, quod decedebat, populo Romano superstite*) *septem aut octo certe dierum cibaria superfuisse, dum ille pontem nauibus iungit & viribus imperii illudit. Aderat vltimum malorum defessis quoq; alimentorum egestas*. sic ille, adiicitque, tota hac mea emendatione *pontem* cum Suetonio, non *pontes* cum Lipsio posui. sed & malui *defessis* quam *obsessis*. equi-

dem,

dem quisquis es, & male inuertis aliquot verba contra omnes libros tam scriptos & cusos, cum alioqui idem subsit sensus, si suo maneat loco: & dum *pontem* mauis quam *pontes*, abis a more omnium scriptorum qui plerumque multitudinis numerum vsurpant cum factum aliquod aliunde proferunt; quid quod *pontes* nō displicuisse etiam videatur Torrentio Comment. in Sueton. Caligulæ cap. 19 sed & distinctio tua tota quantacumque est inepta, & sine venere est atque energia, præstatque ea millies interpunctio Lipsii, vtique cum nulla ratione repeti possit, *sed nouū*, illud *cogita*, vt tu vis. denique absurde nimis intrudis *defessis*, eiecta voce, quæ & in omn. mss. & alioqui hic vnice ad rem facit, *obsessis*. qua hercle in re non leuiter requiro iudicium tuum appone enim Seneca ciuitatem ab hoste liberam tutam que maxime obsessæ, illi tame inquit ea defuerunt, quæ nonnisi huic postremo deficiant, commeatus nempe & cibaria. & ita sane solet. audiatur Liuius lib. 21: *Licuit si voluissemus ad Erycem clausos vltimo supplicio humanorum fame interficere.* Quintilianus Declam. 12: *Aliquem populum hostilis exercitus intra portas cogit; solet venire vltima obsessis inopia.* Iuuenalis Sat. 15. v. 96. *illic*

Fortuna inuidia est, bellorumq; vltima casus
Extremi, longa dira obsidionis egestas.

Exitio pene ac fame consistet) ita Erasmus. Pal. sec. *Exiguum pene ac fames const.* tert. *Exitium pene ac fame constitit* quart. & Ort. *exitium pene ac fames constitit.*

Ferrum, saxa, ignes, Caium excepturi) ita corrigit ex vno codice mss. Pincianus, quasi velit, loquit, dicere auctor, Caium ipsum imperatorem excepturi omni ferro, saxis, ignibus terribiliorem. equidem recte Pincianus; nam & *Gaium* est in meo Palat. tert. neque abit nimium sec. qui, *Graium* nam quart. & Ortel. vt & Erasmi editio *gladium*, quod hic vix consistere, cum ferrū prius dixerit, recte monuit Pincianus.

Tantum inter viscera latentis mali tegebant: cum ratione scilicet) ita Ort. etiam Pal. quart. nisi quod is *tamen* nō *tantum*. sec. item retinet *tamen*, habetque *cum ratione solis*. tert. seruat quidem *tantum*, sed scribit *cum ratione salis*. ita puto, nam vox vltima tres primas expressas habet literas, vltimæ loco apostrophi adpicta nota. Erasmi editio destituitur dictione illa *scilicet* tantum, quam præfert, *cum ratione*. Pincianus corrigendum retur, *tamen intra viscera latentis mali tegebāt cum ratione*. prætulerim primo positā loco scripturā, nisi si forte etiā malimus *intra* pro *inter*.

CAPVT XIX.

A fraude aduehentium & negligentia) sic Erasmus. mei quatuor & *a fraude aduehentium & a neglig.* quod probo.

Transfundatur in horrea) non aliter etiam Colon. Ort. Pal. sec. & quart. sed tert. *fussundatur*

Quæ natura sit Dei) ita quidem Erasmus; at mei quatuor, *& quæ materia sit Dei*, item Ortel. nisi quod ei absit vox *&*. ¶ *Quæ voluptas, quæ conditio, quæ forma*) ita Pinc. codd. mei tres, *quæ voluptas*, item Pal. quartus, sed is non habet dictiones duas postremas, *quæ forma*. editio Erasmi, vt & a prima manu Ort. *quæ voluptas, quæ conditio, quæ fortuna*. ¶ *Sidera cursibus suis excitat?*) ita Erasmi & Col. meus. nam Palat. sec. ac tert. *sidera cantibus suis exc.* quart. & Ort. *secunda cantibus suis exc.* vnus Pinciani, *sid. orbibus suis exc.* alter *sid. motibus suis exc.*

Nunc dum calet sanguis vigentibus ad meliora) ita Erasmus & Ort. at Pal. tert. abest vox *Nunc*, item, *vigentibus*. sec. ac quart. *Nunc dum calet sanguis ingentibus ad meliora*, supernotatum que quarto, alias legi *ingenua*. Col. *Nondum calet sanguis abigentibus ad meliora &c.*

Multus bonarum artium amor, virtutumq; vsus) sic restituit ex suis Pincianus. nam Erasmus; *multum bonarum artium, amor virtutum atq; vsus*. quomodo & mss. mei omnes. ¶ *Alta rerum quies*) ita Erasmus Pal. sec. ac tert. Ort. *alia rerum quies.* quart. *aliarum rerum quies.* Col. *aliasq; rerū quies.* ¶ *Prætextam sæpe iam sumptam*) ita fuisse in suis testatur Pincianus, neque aliter profecto quadriga meorum & Ortelianus. miror itaque quos habuerit libros Erasmus, in cuius editione est *prætextam Arti sæpe sumptā*. is quidē ad oram notat, forte leg. *Artis*. sed & hoc æque incognitū est. ¶ *In foro nomen non inuideris*) Col. *ne inuideris*, sed a secunda manu, quid prius fuerit, nō liquet. Pal. sec. *in foro nomen inuideris*. sine particula *non*. tert. *in foro nomen non in vinculis*. solū restat vulgatum in Pal. quarto & Ort. ¶ *Quosdam iam in summū*) omissa est vox *iam*, quā in Erasmo & meis quart. *Quosdam ante eum in summ.* Pal. quart. *Quosdam autem in sum.* ¶ *Per mille indignitates erupissent*] est a coniectura Pinciani; cū enim edidisset Erasmus, *per mille indignationes erupissent*, vti & est in Pal. sec. tradidit ipse, suos mss. habere *indignitates erupissent*, addiditq; perpendendū, an verior esset lectio quæ ei in mentē veniebat, *erepsissent*. at ego quidē cū exter & in meis tribus *indignitates erupissent*, id omnino retinuerim. Ort. solū *erupissent*.

Ipsos laborasse) malim inuersis dictionibus, *laborasse ipsos*, vti retinēt Pall. tres Col. Ort. ¶ *In titulum sepulcri*] notat hunc locū Brissonius fine lib. 7. de formulis, & huiusmodi titulos *monumētorum* vocare *inscriptiones* Imp. Alexandrū in l. monumentorū Cod. de religios. eoq; sensu accipiendū, *Lapidem memoriæ Othonis inscriptum*, apud Suetonium in Vitellii cap. 10.

CAPVT XX.

Assentationes captantem) est ab vnis membranis Pinciani, quibus accedit Pal. sec. reliqui quatuor fauent Erasmianis legentibus, *assensiones*. ¶ *Quem accipiendis immorientem rationibus*) & hoc ab vno Pinc. cui adstipulatur Pal. quart. nam tert. *accipiētem immorantem rat.* Col. *quod accipiendo in morientem rationibus* sec. *quem in accipiendis immor rat.* vti & publicauit Erasmus. Ort. *quem accipiendis in moriente rat.* ¶ *Turannius fuit*) ita ex libro Siculo Muretus. meus Pal. tert. *Scarantius*. alii quatt. *Tyrannus*, aut *Tirannis*, quorum prius erat etiam in Erasmianis, quod & sugillauit Pincianus, inquiens fideliorem lectionem, *Tranius*, aut aliam huiusmodi, item, posse non absurde legi, *Turannius*: Præfectus enim is fuit annonæ Tiberio principe, peruenitq; vsq; ad tēpora Claudii potissimus inter eius amicos, auctore Tacito lib. 1 & 11 Annal. hactenus Pincianus, cuius coniecturam nec non confirmationem sibi ipsi tantum nō arrogat I. C. quidam, ne in solidū forte venire se postulet Muretus. Lipsius ad lib. 1 Annal. Cornelii, meminit & huius loci videturq; admittere *Turrannium*. nescit tamē an idem sit cū eo de quo ibi Tacitus, quia procurationem ipsi Seneca tribuit non, vt historicus ille, præfecturam annonæ. nominat & Ouidius in poetarū albo:

Musaq; Turrani tragicis subnixa cothurnis, & in doctorum, Plinii index. ¶ *Adeone iuuat occupatū*) ita etiam Ort. Col. Pal. quart. male sec. *Adeo nec iuuat*. tert. *Adeo vt iuuet.* ¶ *Lex a quinquagesimo anno militem non cogit*) idē quoq; traditū a Liuio lib. 42: *Nec vlli qui non maior annis quinquaginta esset, vacationem militiæ esse*, quod notabimus. nam aliud prius obtinuit Tubero apud Gellium lib. 10. cap. 28: *Seruius Tullius Rex populi Romani pueros esse existimauit, qui minores essent annis septemdecim: atq; inde ab anno XVII quos idoneos iam esse reip. arbitraretur, milites scripsisse, eosq; ad annum XLVI iuniores, supraq; eum annum seniores appellauit.* quæ lex id mutauerit aut quādo incertū. hæc fere Lipsius ad lib. 1 Annal. Taciti, apud quem de stipendiorū vero numero petantur plura. citat & hunc Senecæ locū Cuiacius Comment. ad l. a. ff. de excusation. ¶ *A sexagesimo Senatorem non citat*) notat Cuiacius, itē Lipsius quinquennio addere Senecæ patrē lib. 2. Controu. vlt. *Senatus post sexagesimum & quintum annum in curiam venire non cogitur.* cuius loci numeros corruptos arbitratur Lipsius, corrigendosq; ad exemplum prius. ¶ *Et operum publicorum dedicationes*) plerumq; certe ad opus publicum faciendū, legatū Fideicommissum relinquebatur. l. si legatū ff. de operib. publ. vetus inscriptio ex lapide Salernitano descripta: T. TETTIENIVS FELIX AVGVSTALIS SCRIBA LIBRAR. AEDIL. CVRVL. VIATOR AEDIL. PLEBEI, ACCENSVS CONSVLI HS. L. M. N. LEGAVIT AD EXORNANDAM AEDEM POMONIS. EX QVA SVMMA FACTVM EST FASTIGIVM, INAVRATVM PODIVM, PAVIMENTA MARMOREA, OPVS TECTORIVM. Vlpianus in l. fideicōmissa § si in opere ff. de legat. 3: *Si in opere ciuitatis faciendo aliquid relictum sit* idē in l. cetera § sed si quis ff. de legat. *Sed si quis ad opus Reip. faciendum, legauit.* Martianus in l. mortuo §. vlt. ff. de leg. 2: *Si testator dari iussisset aut opus fieri* Paulus in l. in executione. ff. de verb. oblig. *Ad opus quod testator fieri iusserat.* Brisson. lib. 7. de Form. ¶ *Et ad rogū munera*] iure hic tidet Lipsius lib. 1. ca. 8. Saturn. serm. qui subiiciūt *munia. munera* enim

ad rogum, sunt gladiatores. moris enim eo æuo vt priuati homines cauerent post mortem suam tot & tot paria sibi edi. apud Horatium heredes,

Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati paria. apud Persium senex,
- at tu meus heres
Quisquis es, a turba paullum secedior audi.
Dis igitur genioq; Ducis centum paria ob res
Egregie gestas induco. quæ male accipiuntur pro Hecatumba. Cicero pro Sulla, *Ita prorsus. interpositi sunt gladiatores, sed quos testamento patris deberi videmus.* imo vsque eo mos eualuit, vt defuncto aliquo mortuo, populus *Munus* efflagitaret, velut debitum, & ex præscripto legis. exemplu in Suetonio insigne, cum Tiberii reprimentis laude, cap. 37.

Illorum funera ad faces & ad cereos ducenda sunt.) insigne facinus Mureti editionis quæ aliquot omisit voces. certe vulgauit Erasmus, *illorum funera tanquam minimum vixerint, ad faces & cereos duc.* quomodo & Colon. meus nec non Pal. sec nam tert. & Ort. *tanquam minimum vixerint*, quart. *illorum funera & tanquam viui vixerant ad faces & ceros duc.* Pincianus scribendum putabat: *tanquam minimum vixerint, non ad faces sed ad cereos deducenda sunt.* scripsit *deducenda* ex vett. suis libris, prius est a coniectura eius, tanquam si auctor esset Persius pueros non *ad faces* efferri solere sed *ad cereos* siue *candelas*: quod vtrumq; tanquam suæ diuinationis producit I.C. quis, qui tamen deinde ambigit de hac sua emendatione, quia *cereos* & *faces* iterum coniungat noster cap. 10. de Tranquill. animi. at vero ne dubitet amplius, addo & ego tertium, vbi *faces* & *cerei* immixti. is est Epistola 122; vbi videantur notæ meæ. Lipsius ad lib. 3. Annal. Taciti legendum ait, *illorum funera tanquam minimum vixerint, ad faces & cereos deducenda sunt*: cuius sententiæ accedo, cum & *minimum* etiam extet in duobus meorum. haud tamen contenderim de *deducenda.* nam *ducenda* æque hic locum habere potest, restatque adeo in omnibus meis.

AD SENECÆ LIBRVM DE CONSOLAT. AD POLYBIVM.

CAPVT XX.

Principium huic libro, imo vero tota XX. capita, omnes desse volut. est enim diuersus a superiore, eique talis præfixus in Pinciani vett. lib. titulus: *L. Annæi Senecæ ad Polybium de Consolatione fratris sui mortui.* at vero Col. meus item Ortel. ac Pall. tres isthæc omnia annectunt libello illi præcedenti, *de breuitate vitæ*: ita quidem vt nec Pal. sec. qui libros suos maiusculis aliquot literis insigniit nouum ab istis verbis inchoet caput. itaq; etsi satis appareat mutilum esse opus, haud tamen putarim multa deesse; vnam forsan alteramque periodum, aut certe caput.

Nostra corpora comparet firma sunt) ita quidem editio Mureti sed antiquior quæque, *nostra corpora firma sunt*, sine voce *comparet*; notatque Erasmus alios libros habuisse *nostra compares firma sunt*, exclusa dictione *corpora.* Pinciani quædam exempp. *Si natura compares, firma sunt*; alia, *nostras compares, firma sunt*: vt forte, inquit, scribendum, *Nostra si compares, firma sunt.* est in Col. ac Pal. quart. *Nostra compares firma sunt.* vt & Ort. cuius margo *alias natura vel natura.* tert. *Nostra corpora firma sunt.* at sec *finite nostra cōpares firma sunt* ex quo facile fingere: *Si vita nostra compares, firma sunt*, vt loquatur de ædificiis & operibus publicis quæque passim ad memoriam eriguntur sempiternam, eaque dicat firma videri si vitæ nostræ, seculum non duraturæ, comparentur, at fragilia tamen si ad naturæ referantur conditionem. I.C. quis clamat hic Erasmum ac Pincianum vidisse vlcus sed non sanasse; legere se itaque: *Nostra corpora infirma sunt. si redigas ad conditionem naturæ omnia destruentis, & vnde edidit, eodem reuocantis. Caduca sunt.* sic ille, insulsa prorsus lectione, & quæ comparationē Senecæ præterea destruat. ¶ *Si redigas ad conditionem naturæ*) ita & Ort. Col. & Pal. sec. nam tert. alio positu *si redigas ad conditionem omnia naturæ destruentis.* quart. *si rem dignam a conditu naturæ.* Pinciani vnus, *si redigas ad conditionem naturæ.* ¶ *Manus mortales fecerint*) ita Erasmus & Pal. tert. reliqui quatuor, *fecerunt.* ¶ *Et si qua his mirabiliora*) ita extare in vno eod. suo prodidit Pincianus, arripuitque statim Muretus. at enim prætulerim ego quod erat in ceteris eius libris, item in Erasmi, & Pal sec. Ort. *& si qua his multo mirabiliora.* nam & quart. *& si qua his multa numerabiliora* tert. *his multa mirabiliora* Col. *hic multa mirabiliora.* ¶ *Eat nunc aliquis*) sic ex Pinciani scriptis Muretus, quibus accedunt mei quatt. Pal. tamen sec. *Eat modo aliquis*, quomodo & Erasmus. ¶ *Et si quid altius cecidit*) ita solū Pal. quart. alii quatt. vti & editio ab Erasmo verbo amplius, *& si quid aliud altius cecidit.* recte.

CAPVT XXI.

Ruinaq; ipsi mundo imminent) ita Erasmus & Pal. sec. at alii quatt. *ruinaq; etiam ipsi mundo im* quomodo scribi volebat ex suis Pincianus. ¶ *Quod grauissimum fecit*) melius multo quod in meis, *fecerat.*

Nec illi quem desiderat) Col. meus, Ort. Pal. tert. & quart. *nec illi quidem quem desiderat.* at sec. *nec illi quidem quem bene valere desiderat.*

Nolis enim longum esse quod irritum est) ita Pal. sec. ac tert: vti & emendandum putauit Erasmus; nisi quod is, *Noles.* nam libri eius; *Veles enim longum esse quod iturum est.* ex quo formabat Agricula, *Velis enim longum esse quod iturum est.* Pal. quart. & Ort. *Voles enim longum esse quod irritum est* Col. *Noles enim longum esse quod veritum est.* Ort. margo: *Noles ergo longam &c.*

Fortuna mea superfuit) ita Muretus ex Pinc. membranis, a quibus stant Pal. tert. ac quart. sed enim Col. *fortuna mea perfluit.* sec. *fors mea superfluit*, vti & publicati ab Erasmo & ora Ortel. quod ego scio hic reducendum.

Tua effundere) sic Erasmus. verum mei quinque simpliciter, *fundere.*

Iniquissima omnium iudicio fortuna) ita Ort. & Pal. tert. nisi quod hic alio positu *fortuna iudicio.* at sec. *Iniquiss. omnium iudicio es fortuna.* quart. *Iniquissimam omnium iudico fortunam.*

Adhuc videbaris ab eo homine te continuisse) sic satis licentiose editio Mureti. Erasmi quippe, *adhuc videbaris eū hominem continuisse*, quomodo etiam est in Ort. Pall. tribus & omnibus Pinciani, qui ideo ad coniecturam conuersus, legendum putabat, *ad hoc videbaris eum hominem cont.* Col. meus hanc inuectiuam Senecæ totam omisit.

Qui munere tuo) sic & iam Pal. tert. & Ortel. sed sec. *qui munere tuo.* quart. *qui mutuo.*

Ecce eum dolorem illi) ita vetus lectio Pinc. nec nō meorū, nisi quod Ort. *Ecce enim eum dol. &c.* Erasmi editio nō agnoscit pronomen *illi.* notatque quendam cod. habuisse: *Ecce eum dolorem illi homine Polybio qui eius est frater.* verum, inquit, satis apparet adiecta ab interprete.

Intellexisti hanc partem) ita & Pall. tres & Ort. præterquam quod vox *intellexisti* desit quarto. Pinciani duo, *intell. hac parte.* ¶ *Illam a se abiecit*) ita Pinc. & Pal. tert. atque Ort. alii duo *abiecit*; vti & Erasmus & a secunda manu Ort. ¶ *Quam contemptum eius*) sic & Pal. tert. & Ort. at reliqui, *contemptus.* ¶ *Sciebam tam amabilem esse*) ita Erasmus Pal. sec *tam habilem esse so.* ceteri, *abilem esse so.* Ort. *habilem*, sine *so.* ¶ *Vnum enim hunc ex his*) ita Pinc. codd. Erasmi, *vnum enim ex his hunc.* Pal. sec. *Vnam enim hunc ex istis*, quod placet, nisi malimus quod est in tert. quart. Ort. *Vnum enim hunc ex eis.* ¶ *Magis tamen etiam libet*) sic Erasmus Pal. tert. quart. Ortel. at sec. *magis tamen & libet.* Pincianus legere cupiebat, *magis tamen libet*, particula abiecta; meo animo minus recte; multum enim addit roboris atque energiæ. ¶ *Longissimum illi æuum ingenii fama promisit*) Pal. sec. *long. illi ingenia æuum fama prom.* vt & Ort. cuius margo, *long. illi ingenii æuum fama pr.* quomodo & tert. nam quart. *long. illi ingenia eumm fama prom.* mediam de tribus fere elegerim: solet enim quandoque Seneca distorquere verborū positū. ¶ *Vllus literis bonos*) Pal. tert. ac quart. *vllis*, quod nescio an nō alteri præferēdum.

CAPVT XXII.

Sine vllo delectu) Pal. sec *dilecto.* tert. *dilectu.* quart. *delecto.* Ort. *dilecto*, quod ferri queat.

Ab iniuria præstare) rescribamus cum meis & Erasmi, *ab hac iniuria præstare.* & miror sane cur eam particulam sustulerit Muretus.

Quam-

Quantum tu & ornamentum tuorum esses & onus) ita etiã, & recte. Palat. tert. sed enim sec. quart. Ortel. alio & diuerso sensu, *quantum & ornamentum tuorum esset & onus*. quam scripturam subinde quia statim verba euertunt.

Antequam felicitatem suam) ita Pinc. codd. nec non Pal. sec. quart. Ort. sed tert. *antequam bene felicitatem tuã*; vti & Erasmi, nisi quod ei absit vox *bene*, scribatque postea *nosceret*, non *nosset*, quod vltimum etiam est in reliquis meis & Pinciani.

Perficere possumus, conqueramur) ita ex Pinciani scriptis Muretus. Erasmi editio amplius, *perf. possumus, fateamur, & conqueramur*. quæ voces nusquam etiam in meis, neque sequuntur. *conqueri* enim hic eodem ponitur sensu quo capite præcedente: *Quid cessat conqueramur*.

Indulgentia tua te pœnitunt) & hoc ex Pinc. libris. quibus fere assentitur Pal. tert. in quo, *te indulgentia tua pœn.* at tres alii non agnoscunt pronomen *te*; quod cum alioqui etiam absit edit. Erasmi, non hic hercle requisiuerim.

Tam bene stipatam) Pal quart. *tandem stipatam*. Ortel. *tam stipatam*.

Et sine vlla causa delibare) Pal. sec. quart. Ort. *deliberare*.

Nihil sincerius & purius literarum amor) ita Muretus, ex ingenio, credo. nam mei nec non Erasmi, ac Pinciani, *& purius literarum amor*; vnde Hispanus ille faciendum putabat, *nihil sincerius ex toto literarum amor*; vt non ita lõge post: *protinus omnem ex toto dolorẽ*. ego, *purius* illud tueri possẽ.

Quid de reliquis possit metuere, admonitus, etiam) ita Mureti editio, at Erasmi, *quicquid de &c.* quod ego hic reposuerim, cum ita etiam restet in Pall. tribus, & Ortel. nisi quod tert. *dereliquid*. quart. *derelinquis*. certe illud *metuere* omnibus adest. at notat Pincianus omnia sua exemplaria præferre; *quicquid de reliquis possis admonitus*; mendose, inquit, vt arbitror. ego legerim, *quid de reliquis possis admonitus*. cum fortuna enim ei sermo est. verbum autem, *metuere*, non habetur vsquam. hactenus Pinc.

Posse defendi) his claudunt caput vulgata exemplaria; at tradit Pincianus, verbum quo sequens inchoatur capite, ad isthæc pertinere, hoc modo, *posse defendi diutius*. sic ille. at tale nihil patitur Senecæ argumentatio, contradicuntque etiã Ort. & Pall. tres. quid quod mẽbranæ Coloniẽses hinc iterum sua incipiant scribere, præferuntque: *Iniquissima omnium fortuna. diu accusare fata possumus*.

CAPVT XXIII.

Facilius enim nos illi dolor adiiciet, quam illum nobis reducet) ita Romana editio; eaque aliquanto priores: at Erasmi *dolori*, quod forte operarum mendum. antiquitus impressi, *nos illis dolori adiiciet, quam illos nobis*. Pincianus voluit corrigeremus ex mss. nonnullis; *Facilius enim nos illis dolor iste adiiciet, quam illos a nobis reducet*; quomodo extat & in Pal tert. nisi quod ipse, *reducat*; item quarto, præterquam quod ille, *adiiceit*, &c. *illos nobis reducet*. Pal. sec. *nos illis doloris te adiiciet. quam illos nobis reducet*. Col. *nos illis dolor iste adiiceet, quam illas a nob reducet*. Ort. *nos illis dolor ille adiiciet, quam illos ad nos reducet*.

Ni ratio finem fecerit) Ort. Col. & Palat. quart. *nisi ratio*. sec. *nec si ratio*. tert. *ne si ratio*.

Et assidua materia) ita Erasmus, Ort. Pal. sec. tert. alii duo adiiciunt, *materia est*, quod & adiici volebat ex mss. suis Pincianus. ¶ *Semper vestibulum obsidens*) sic scribendũ, inquit Pinc. ex membranis; & ita certe meæ quoque quinque. Erasmi editio, *super vestib.* ¶ *Nascentium omen fletũ*) Erasmi & mei, *nasc. hominum fletum*. ¶ *Cui præstari videtur*) ita Palat. etiam tert & quart. & a secunda manu Ort. at sec. & Col. *præstare*. ¶ *Si sentit, ingratum*) ita ex vno scripto codice Pinciani Muretus, alii eius vocula adiecta, *ingratum est*, quæ item in Erasmo & meis quinque.

Neminem toto orbe terrarum esse) omnes mei alio ordine; *Neminem esse toto orbe terrarum*.

CAPVT XXIV.

Vt cruciatu tuo noceat tibi) Pinciani codd. omnes, *vt cruc. tuo*. mallet que idem legere, *vt cruciatu suo*, cui proxime accedit Palat. meus quart, in quo, *cruciatus tuo*. alii tamẽ duo & Ort. *cruciatu tuo* Col. hic tacet, omisitque omnia huius capitis vsque ad illa: *Indue dissimilem animo tuo vultum*. ¶ *A studio & Cæsare?*] scripserim suasu meorum, *a studio & a Cæsare?* ¶ *Tanquam fratri præstitit*] sic Pinc. mss. & mei. Erasmi amplius, *tanquam fratri ostendi. & præstitit*. ¶ *Dolori intabescere*] ita Erasmi editio, ita Pal. sec. tert. Ort. nam quart. *doloru in tabescere*. antiquitus cusi, *doloribus intabesc.* rescribit Pinc. ex chirographis suis, *dolori vt tabescere*. ego nihil mutauerim.

Si quis defunctis sensus est] sic quidem Mureti editio, at Erasmi, nec non mss. mei quinque, *defunctis*, quomodo etiã producit Brissonius lib. 8. de Formulis. & ita hercle legendum. nam & singulari numero personæque ipsi adplicaudum enunciauit Ouidius lib. 2. Eleg. 2:

Hoc pater ille tuus, primo mihi cultus ab æuo,
Si quid habet sensus vmbra deserta, petit. etiã Pedo Albinouanus in carmine consolatorio ad Liuiam;

Hac sentit Drusus, si quid modo sentit in vmbra.

hocque alludit Tertullianus in lib. de Resurr. carnis, vbi gentilibus ita obiicit, *Vt quos negant sentire quidquam, etiã desiderare præsumant*. item Ambrosius in libro de Obitu Valentiniani; *Quod si gentes quæ spem resurrectionis non habent, hoc vno se consolantur quo dicunt, quod nullus post mortem sensus sit defunctorum, ac per hoc, nullus remaneat sensus doloris*. verum huius locutionis exempla plura Brissonius ibidem. ¶ *Omnia hæc dubie ponerem*] mei Pall. & Ort. addunt negationem, *Omnia hæc non dubie pon.*

Vtique inutilem dolorem dimitte] præsidentet satis Muretus contra omnes libros. Erasmi enim editio; *vterque vestrum inertem dolorem dimittite*; Pinciani vero exemplaria, vt ipse loquitur correctiora, *vtrique vestrum inhærentem dolorem dimitte*; quod etiam in Pal. sec. item quart. & Ortel. nisi quod ii *nostrum* nam tert. *vtrique vestrum inhærentem dolorem dimittit*. ¶ *Sic desiderari debet, nec impius sic velit*] sic etiã Pal. tert. at sec. vtrobique habet *si*. non *sic*. quart. vero & Ort *desiderari velit, nec impius si debet*. absque altero illo siue *sic* siue *si*.

Quam hic si tibi casus eius] miror cur ita ordinarit verba Muretus. prius enim cusi, *quã si tibi hic casus eius*, quod & in Pal. sec. Ortel. item. tert. nisi quod ille careat voce *hic*. item quart. excepto quod illi absit vocula *eius*.

Conturbat idem & exhaurit] malim cum meis particula amplius, *& conturbat idem & exh.*

A lacrimis tam inutilibus] est a coniectura Pinciani. scripti eius nec non meorum tres, omnesque adeo editi, *a lacr. tam inutilibus*. Ort. *lacr. tam inutilibus*, sine præpositione *a*.

Rebus afflictis] ita & Pal. sec. at quart. & Ort. *rebus affectis*. tert. *rebus affectu*, quod cum & inuenerit in fidelioribus, vti loquitur codd. Pincianus, id omnino reduxerim. eandem enim vim habet quod prius vulgatum & nescio quem colorem viuidiorem. ¶ *Qui honestum putabunt*] verbum *qui*, inquit Pincianus, non habetur in scripta lectione & abest quinque Pal. quart & Ortel. seruant tamen duo reliqui. nam Col. hic iterum deficit, reditque demum ad illa verba cap. 25: *Quid autem tam humile &c.*

Quodcunque facientem viderint] Palat. sec. ac quart. & a secunda manu Ort. *quod de facientem te viderint*. tert. *quodcunque faciente te viderint*. ¶ *Et solatium debes esse, & consolator illorum*] scripserim cum Pinciani membranis & meis; *& solatium debet esse illorum & consolator*.

CAPVT XXV.

Si tibi ipse renunciaueris] ita & Fabius loquitur lib. vltimi capite vltimo: *Sed hi primum renuntient sibi quanta sit humani ingenii vis, quam potens efficiendi quæ velit*. Stephanus lib. 2. ca. 11 Prood. ¶ *Magnam tibi personam*] ita etiã Pal. sec. ac tert. & ora Ort. at contextus, vt & quart. *tibi partem*. veniebat quidem in mentem, *Spartam*, sed longius videtur quæsitum. ¶ *Ac perspicit quantum*) Pal. sec. *perficit* quart. *perfecit*. ¶ *Tu tantum rebus secundis dextre vti scias*) ita voluit corrigeremus Pincianus ex mss. suis tribus, quibus fere alludunt Pal. tert. ac quartus, qui, *secundis vti id exercere scias* at sec. *tu tantum rebus secũdis indulgere scias* quomodo & Erasmi editio nisi quod [illegible] *in rebus sec. indulg. scias*. Ort. *secundis fortiter vti scias*, estque afficta ei vocula *tua* manu secunda. ¶ *Obseruantur oculi tui*) & hoc a scriptis Pinc. quibus accedunt mei. male Erasmi editio *obseruabuntur*. ¶ *Quorum affectus tegi possunt*) ita recte vulgati ab Erasmo, at mei Pall & Ort. *regi*.

An in gradu steteris) ita scribi iussit ex mss. suis Pincianus. neque aliter mei, nisi quod Pal. tert. *an si in gradu stet*. quart.

an ingratus steteris, quod & ad oram Ortel. Erasmi editio amplius, *an in statu & in gradu steteris*; quod amplectitur Lipsius lib 2. cap. 20 Saturnal. secm. idem enim, inquit, est quod *stare in gradu*. cui assentior, nisi quod putem *statum* proprie ad totum spectare corpus, *gradum* ad pedes; ac posse aliquem *de gradu deiici* cuius tamen non *perturbetur status*, vt scilicet alio sumpto loco eadem tamen consistat positura. vt vt est, cum se gladiatores componebant & colligebant in arma, sui defendendi, alterius petēdi, illam ex arte posituram vocabāt *Statum*. Petronius de anu: *Statum prœliantis componit*. Plautus facete, vt solet, allusit Milite:

—In statu stat senex
Vt adoriatur mœchum qui forma est ferox.

Laberius apud Macrobium:

Quem nulla ambitio, nulla vnquam largitio
Mouere potuit in iuuenta de statu. adeatur & Gellius lib. 9. cap. 13. noct. Att. huncque statum nec læsi quidem deserebant, vt paret ex isto Senecæ loco, item altero lib. de Iniuriis cap. 26. *quorum alter vulnus premit, & constat in gradu*. Lucanus, siue quis alius auctor Poematii ad Pisonem:

Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,
Inq; gradu elausis libuit consistere membris, *E vitare simul, simul & captare petentem.* hinc apud Tertullianum, *de gradu pellere*, aduersus Marcionem; *cedere de gradu*, Præscriptione aduersus Hæreticos; *construere gradum*, Apologetico. Cicero etiam ab hoc gladiatorio more elegantem metaphoram plus semel vsurpat, *deiici, deturbari de statu animi. statu mentis* quam & restituit Lipsius in Oratore ad Brutum: *Quo genere nos mediocres aut multo etiam minus; sed magno semper vsi impetu, sæpius aduersarios de statu animi deiecimus*, sic eligat præ vulgata, *de statu omni*. Lipsius meus, qui hæc mihi fere suppeditauit exempla; quorum pleraque, tanquam domo prompta, nuperus Senecæ correctot nobis libens imputaret.

Qui describunt) ita & Pal. quart. & Ortel. at tert. *qui describant* sec. *quod describant*.

Nihil vnquam potes indignum) omisit necessariam vocem Romana editio, quæ & in Erasmi libris & meis, *Nihil vnquam ita potes indignum*.

Perfecti & eruditi viri) est a scriptis Pinciani, quibus accedunt Pal. tert. nam quartus & Ort. *profecti*. sec. *prouecti*, quomodo etiam vulgauit Erasmus. & hæreo quam scripturam recipere debeam. potius tamen est vt priorem, vtique cum toto hoc libro seruilem in modum assentetur noster ille Stoicus.

Nec feminum quidem extendere) I. C. quis addit, *sed nec fem.* contra scriptos, & superuacue.

Gratia quietis confugere) vox *gratia*, nulla conspicitur in Pall. tribus, nam Col. hic iterum mancus est. equidem sæpe subintelligenda venit particula illa *gratia*. vellem tamen scire ab aliis quibus membranacei codices, an similiter etiam iis abesset. si sic, dixerim *quietis* hic generandi casus, connectendumq; dictioni, *rursu*. certe Ortel. etiam sine *gratia*, *ruris quietis confug.*

Voluntaria peregrinatione) Pall. tres & Ort. *voluptaria peregrinatione*, quod exosculor, etsi alteri illi sua etiam veous.

CAPVT XXVI.

Qua humillimus & in angulo iacentibus) ita Pinc. codd. at Erasmi, Pal. sec. quart. Ort. deest copula *&* tertius vero ac Colon. repræsentant verbo addito; *qua humill. quoque & in ang.*

Magna seruitus est magna fortuna) sic etiam Pinc & mei, nisi quod præferat quartus Pal. *mag. pē.* Erasmi editio *est ex magna fort.* meo animo minus recte.

Ex orbe toto accurrentium) spuria lectio; reponendumque suasu Pall. trium & Ortel *ex orbe toto coeuntium*. nam hic iterum deficit Colon. meus, dum tantum nescio quas excerpit gnomas.

Vt possit per ordinem suum Principis maximi officium geri, quieti animi est) ita Erasmi editio. at longe aliter Pincianorum; *vt possit per ordinem suum principis maximi animo subiici exigendus is est*. vt referas, inquit, ad *congestus*, hoc est accurate disponendus, quod ab eo qui aliquo affectu sollicitatur præstari nequit sic ille, additque in quibusdā exempp. legi, *erigendus* non *exigendus*. vt forte, inquit, scribendum sit, *vt possit per ordinem suum principis maximi animo subiici erigendus tuus est*. restat in Pal. sec. *vt possit per ord. suum princ. max. animo subiici exigendus is hic est*, sed deletum postea est vocabulum *is*. tert. *vt possit per ord. suum pr. maximi officium geri animus vbiq; diligendus est* quart. *vt possit per orbem suum principis maximi animo subiici exigendus is est*. Ort. *per ordinem suū principis max animo subiici*. Exigendus is est editio cœca, *vt possit per ordinem suum principis maximi officium geri vbiq; animi est*: ad quam notat Erasmus, diuinare Agricolam, *vbiq; adstricti animi est*. at non placet, inquit: propius vero est vt legamus, *vbi quieti animi est*? vt vox *vt*, habeat vim concedentis I. C. quis ait, si quid hic murandum sit lecturum se; *vt possit per ordinem suum pr max. officium geri, quieto animo opus est*. sententia auersa a Senecæ mente.

Non licet tibi vnquam) ita & Pinc. & mei. Erasmi male *vnquam*.

Cupientium lacrimæ prosint, tibi tua) sic quidem Erasmus. at meis Pall. exulat vox *prosit*, eiusque vicem nihil est in tert. aut quart. tantum habet sec. *lacrimo, sic tibi tua*. Ort. non male, *cupientium admittantur lacrimæ*.

Hoc tamen etiam non in leuioribus remediis adiuuabit] ita quidem editio Romana, at Erasmi; *Hoc tamen etiam nō leuioribus remediis adiuuabit*, quod & est in Pal. sec. quart. Ort. nisi quod illi, *Hæc tamen*, & *adiuuabūt*. nam tert. *Hæc tamen etiam non leuioribus te remediis adiuuabunt*.

Si quis modo est) ita sane Mureti editio, at Erasmi auctior est duabus vocibus; *si quis modo est fabulis traditus*, quomodo omnino etiam Pall. tres & Ortel. item pleraque exemppl. Pinciani cuius aliquot præseruot amplius, *si quis modo est fabulis traditus fauer*. I C ille quærit, quid si ita? *si quid modo est fabulis credendam* haud putarim.

Nec quicquam suum facere) sic quoque Colon. Ortel. Pal sec verum alii duo, *sua*.

Nec vlli rei potes) mala lectio. scribamus fideiubentibus Pall tribus & Ort *nec vlli alii rei potes*.

Totum te Cæsari debes) iidem, *debeas*, præter Ort.

Cariorem tibi spiritu tuo Cæsarem esse. fas tibi non est] est a veteri lectione Pinciani, Erasmi namque, *Cæsarem fore*. at aliter Pal. sec. *quod cariores tibi spiritu tuo cariores sint*. *Fas tibi* item magis tertius; *cariorem tibi spiritu tuo cariorem fratribus, cariorem liberis esse, optimum principem & priuata vita tuto sint fax tibi non est*. quart. *cariores tibi spiritu tuo carioros sint fas tibi &c.* Ortel. *car tibi spiritu tuo Cæs. esse cariorem fratribus cariorem liberis optimum princeps & priuata nota tua sunt. Fas tibi &c.*

Tam diu ac fideliter) addo voculam, *tam diu ac tam fideliter*, ex Pall. tribus & Ort.

Quam tu de omnibus) Pal. sec. & quart. *quā & de omnibus*. tert & Ort. *quam tu & de omnibus*; quod sete placet.

Tutum id erit omne tempus) sic codd. Pinc. & Palat. tert. & quartus. Erasmi editio; *tutum hic erit*. Pal. sec. *tutum hic erit id omne tempus*.

CAPVT XXVII.

Vsq; eo producero) vox *eo* abest a meis.

Et Æsopeos logos) Pal. sec. ac quart. *esopeos longos*, sed nō expresso *u*, vecum superposito figura virgulæ. tert. *& esopeos longos*. Ort. *esopeos longos*. Stephanus Epistola ad Dalechamp. 34. *logos* istud suspectum habet, arbitraturque scripsisse Senecam *apologos*, cuius opinionis ante ipsum etiam erat Pincianus verum nihil mutandum, inquit I. C. quidam, cum & *logi* fabulas significent. vere ille. sed piscis nequam est nisi recens; idemque dudum notauerat Cælius Curio.

Solita tibi venustate connectas) ita solum Palat quart. alii duo *sibi*, quomodo & Pinciani codd. qui tamen prius illud hic ponendū putabat: subdubitat tamen annon etiā scribendum sit *conuertas* pro *connectas*, vt hortetur Polybium ad transferendos in Latinum carmen Æsopi apologos, quod præstitisse apud Græcos Socrates perhibetur. equidem *connectas* hic retinuerim cum omnibus mss. vt velit eum Apologos perpetua quadam serie copulare inter sese, sicuti fecit in Metamorphosi sua Ouidius.

Aduo-

Aduocabit ipsa rerum) ita etiam mei nisi quod Ort. *aduocauit*. amicus tamen quidam suspicatur potius legendum, *auocabit*; vt velit auctor, abducturum eum seuerius argumentum sua sibi austeritate, licet adhuc multa luctus obsideatur nube.

Commendanda sunt) ita & Erasmus, at mei *commendanda*.

Non feret) sic & Pal tert. & Ort duo reliqui *ferret*.

Te si interrogaueris) ita restitui voluit ex mss Pincianus, estque etiam in Pal tert. at reliquis tribus, vt & Erasmi edit. abest vocula *sic*.

Perit mea indulgentia) ita Pinciani restaurarunt codd. quibus proxime accedit Palat. sec. in quo, *perit me indulg.* nam alii tres, *perit indulg.* sine pronomine. erat in Erasmi edit. *petit me indulgentiam*; ea posteriores, *perit mera indulgentia*.

A pietate desciscent) ita Mureti editio: sed reposuerim cum Pall. meis & Erasmi, *desciscere*. Ort. *desistere*.

Defunctis sensus est) sic Erasmus, verum reponendum ex Pinciani scriptis meisque quinque, *def. sensus superest*. Orteliano tamen vox *defunctis* a peregrina adscripta est manu.

Nihil timet, nihil cupit) illa, *nihil timet*, restituit ex suis Pincianus, suntque in Pall. tribus ac Col. absunt tamen Erasmi editione & Ort.

Nunquam dolere desinere) ita & Colon. Ortel. Pal. tert. at quart. *dolere desinere*. sec. *nunquam dolorem diffinire*. forte *nunquam dolorem desinere*.

Sui iuris & arbitrii gestis) Pal. sec. voce interposita *arbitrii esse gestis*.

CAPVT XXVIII.

Et cum maxime circumfusis bonis) ita legendum duxit ex suis Pincianus; nec aliter fere mei, nisi quod Ortel *cum* Pal. sec *circumfusus* tert. *circumfusus* quart. *& cum circumfusis bonis* Colon *& quam max &c.* Erasmi editio horum loco repræsentabat *& gratis & maxime circumf &c.*

Quam in eius parta est) recepit in contextum timidam Pinciani diuinationem Mureti editio. cum enim edidisset Erasmus, *parata est*, sicque inuenisset in membranaceis suis Hispanus ille, quid si, inquit, legas, *parta est*? modeste ipse; at impudentes alii. nam certe *parata* reuocandum, quoniam & ita quoque mei quinque; signatque id vocis, cui fauet, cui aduocata præsto est. sic alibi Propertius,

Nec te decipiat, quod sit satis illa parata.
Acrius illa subit, Pontice, si qua tua est.

Alternis ictibus) ita Ortel & Colon. at Pall. tres male, *alterius*.

Allidimur nos subitis incrementis) ita vetus Pincianorum lectio, ita meorum. Erasmus minus recte; *subiectis*.

In alterum illidimur) sic & Ort. at Pal. sec. ac tert. *illudimur*. quart. *illiduntur*. Colon. *allidimur*. nihil tamen mutauerim.

Cum omnibus habet fratribus) ita Erasmus. at Pal. sec. *cum omnibus heredibus & fratribus* tert Ortel. Colon. *cum communibus habet fratribus*, quod non improbauerim. quart. *communibus habet fratribus*, sine præpositione *cum*.

Quisquis ille est) ita & mei quinque. at quidam I.C. suspicatur legendum, *quisq; ille locus est*. miror quare. & quid quæso vult sibi hæc interpolatio?

Et nunc libero vagatur) ita Pal. sec. quart. Ortel at tert. *& nunc illic libero vag.* Col *illuc lib.* Pinc codd. duo, *illis lib.* nihil additione opus.

Omnibus illac nobis) sic quidem Mureti editio; at Erasmi, *illud*. Pinciani vero duo; *Omnibus cum ille nobis*. ipse vero rescribit suadente tertio, *Omnibus illo nobis*, quomodo & restat in Col ac Pal. sec. & tert. nam quartus & Ortel. *Omn. cum illo nobis*.

CAPVT XXIX.

Est mihi crede) extant hæc tantum in Pinciani codd. & meis. at præmittit editio Erasmi, *Magna felicitas est in felicitate mori Est mihi crede*, quæ liquet esse glossema.

Et inuiolata veritate) ita mei, ita etiam Pinciani, ipse tamen arbitratus est legendum, *varietate*. sed male.

Inuideret an consuluerit) sic & Ortel. at Col. ac Pal. tert. *consuluerit*. sec. *inuideat an consuluerit*. quart. *inuideat an consuleat*.

Illud quoq; necesse est te adiuuet) sic Mureti editio, sed arroganti licentia. Erasmi enim amplius; *Illud quoq; iustitia in omnibus rebus necesse est te adiuuet*. Palat. vero sec. ac quart *Illud quoq; qua iustitia in omnibus rebus est, necesse te adiuuet*; quomodo & fuit in Pinc. membranis. vnde format, *Illud quoq; qua iustitia in omnibus rebus est. necesse est te adiuuet*. quod fere probo. Pal. tert. *Illud quoq; qua tristitia in omnibus necesse est te adiuuet*. Col. *Illud quoq; quia iustitia in omnibus rebus est necesse te adiuuet*. Ort. *Illud quoq; quod iustitia in omn. rebus est necesse est te adiuuet*.

Pietate eius tibi) deleuerim pronomen *tibi*, suasu mss. quatuor. Ort. *pietate eius vtrimq; tibi*.

Sicut ceteris fratribus non mancipio dedit, sed commodauit) ita recte Erasmus. nam Pal. tert. ac quart. *sicut cet. fratribus suos non mancipes dedit*. Colon. *fratribus suos non mancipio dedit*. sec. *fratribus sua non mancipio dedit*. Ortel. *sibi sicut cet. fr suos non mancipium dedit. &c.* perperam. aliamque illam lectionem amplectitur P. Faber ad l. 163. de reg. iuris, cuius aliquam multa huc facientia vide apud me Epist. 63. vbi est, *Rebus me trado, non commodo*.

Cum visum est deinde repetiit) meorum quart. *repetit*. Ortelianus, *cum visum est de iure repetit*; ad oram est, *dominum rep.*

Nonne iniustus habebitur) omisit Mureti editio dictiunculam quæ in Erasmo, *nonne iniustus vir habebitur*. Pal. sec tert. Ort. *nonne iniustus vir habeatur*. quart. *vir habeat* Colon *vir habetur*. illud *habeatur* non displicet.

Qua suo iure vsa, a quo voluit) ita etiam Col. at male Pal. sec *vsa sunt a quo*. tert *vsa est, a quo*. quart. *vsa sunt a quo. &c* Ortel *ergo suo iure vsa est a &c.*

Habuisse te tam bonum) ita Pinc. codd. & mei. Erasmi non abest quidem pronomen *te*, sed inuertitur, *habuisse & tam*. quomodo prius fuit in Ort.

Non gaudere quod tamen contigerit) ita & mei quinq; nisi quod Pal quart. *cum*, pro *tamen*. Pincianus putat contra libros legẽdum ordine inuerso, *quod tamen contigerit, non gaudere*. ego nõ satis exputo cur hoc illi potius visum quam alteruon; quod omnino retinendum.

At inopinanti ereptus est) ita & Pal. tert. at Col. & Ortel. *inopinate*. quart. Palat *inoppinate*. sec. *inopinatim*. quod probatum.

Inde se exire) ita & Col. at Pal. sec. & tert. *eximere*. quart. *exurri* sed *ui* punctis desuper notatur. Ort. *in se exire*.

CAPVT XXX.

Huic rei substulit) meorum quart præponunt voculam; *& huic rei sustuli*. Ort. *& huic rei subtiliores. subtilis enim. Omnes &c.*

Quisquis ad vitam editur) ita mei tres, & recte. Palat. quart. & Ort. *a vita*, quomodo etiam omnis vetus lectio librorum Pinciani.

Gaudeamus ergo omnes eo quod datur) ita quidem Erasmi editio, at Pal. sec. abest vox *omnes*; quatuor aliis excluditur præterea *ergo*; & tantum est, *Gaudeamus eo quod datur*. quæ vltima vox ita quoque in sec.

Fata comprehendent) ita ore vno cunctę membranæ & Erasmi, & mei & Pinciani, qui tamen aptiorem putat lectionem *deprehendent*. ego nihil mutatim. *Comprehendimus* enim quæ abducimus.

Quod incertum est, semper expectet] ita & Pall. tres & Ort. at Colon *certum*.

Senectute fatigatum] ita Pinciani, & mei, nisi quod quartus Pal. ignorabile verbum compendio scribat. Erasmi male *firmitate*.

Mortalitatis legem ignorare] sic restituit ex suis Pinc. neque aliter mei. non bene Erasmi editio, *mortalitatem ignorare*.

Ingenti tuo labore] ita ex suis Pinc. neque secus mei, nisi quod Pal. quart. *tuo*. Erasmi editio; *ingenus labore tui*.

Sic enim illa ex alia lingua in aliam transtulisti) ita Erasmus & Ort. & Colon. meus, item Palat. tert. prætérquam quod is; *Tu enim illa*. nam sec. ac quart. *Sic enim ex illa lingua in aliam transt.* Pincianus animat legendum, *Sic etiam illa ex alia lingua*; vt, inquit, duplex fuerit Polybii labor,

tum paraphrasi liberius sensa Homerica & Virgiliana exprimendi, tum verum que auctorem in alteram linguam vertendi & Homerum latinitate, Virgilium græcitate donandi. sic nisi legatur, aut ego fallor, aut ineptissimus sensus erit. hactenus Pincianus. quæ miror nam sensum illũ quem vult, prima etiam illa lectio admittit.

Lego quo spiritu) mei quatuor *quanto*, non *quo*. Palat. quart. *Lego quanta spiritum*.

Magnitudine decidere) Col. *descisse*. Ort. *desistere*. Palat. sec. *dedescere*. tert. quart. *descescere*. quod vltimum non improbarem si scripti etiam haberent *a tanta*, non *ex tanta*. verum iudicent tamen acutiores.

Extemplo, ac modo scripta) ita Erasmus. at Palat. sec. *exemplo at modo*. quatt. Ortel. *exemplo aut modo*. tert. *exemplo sine ac modo*.

Scripta tua mirabatur) Pall. duo & Ort. *mirabitur*. tert. *scripta sua mirabitur*. Col. hisce & seqq. destituuntur, suntque in illis supra positis, *magnitudine descisse*.

Quæ te torquent) Pal. sec. *te quæ torquerent*. tert. ac quart. *te quæ torquent*.

CAPVT XXXI.

Vna tecum perculsos) Pal. sec. & Ort. *percussos*. quart. *periculosos*. restat tamen scriptura recepta in tert.

Resistere te necesse est) ita quædam membranæ Pinciani, aliæ *obsistere*; quibus accedunt meæ tres Pall & Ort. Erasmi editio *assistere te necesse est*.

Dispensatur inter plura) sic etiam Pal. sec. ac quart. sed enim tert. *dispensatur in plures*, quod quis præponere posset alteri, nisi malimus cum Ort. *inter plures*.

Apud se parte subsidere) ita & Pal sec. at alii tres *subsistere*. nescio quid magis probare debeam.

Illi rebus humanis præsidente) ita Erasmi, at mei quatuor *præside*, quod consideret velim curiosus lector; nam mihi iam nunc placet.

Clarissimi conspectu numinis) Ita & Pal. tert. & Ortel. at sec. *muneris* quatt. *minimus*. substituere quis posset *luminis*, nisi hic adulatorem constituisset agere Seneca noster.

In se hærentes) mei præmittunt particulam. *& in se hær.* nec improbo.

Nonnulla quæ delors] ita & Palat. sec. nisi quod adiiciat voculam, *& nonnulla quæ &c.* alii tres, *nõ multa quæ delors*.

Dii illum Deæq. omnes) vox *omnes* abest omnibus meis; neque sane requisiuerim.

Terris diu commodent) ita Erasmus & Pal. tert. alii vero tres *commendent*; quod probabat Brissonius cum ei ex mss. libris communicasset Nic Faber. at mihi prius multo magis arridet. rationes promo lib 29 cap 4. Suspic.

Acta hic Diuus Augusti & annos vincat) ita alias legi, annotarat ad oram editionis suæ Erasmus; ipsa vero pro hic habebat, *At faciant vt quamdiu inter &c.* idem Faber Brissonio probarat scripturam quæ in libris suis; *Acta hic diuus Augusti æquet, annos vincat*; a qua non ita longe abit Pal. sec. qui, *Acta hic diuus Augusti equet annos vincat*; aut quartus, in quo: *Augusti qua tam nos vincat*. at tert. & Ort. nulla litera minus repræsentat id quod in Fabri fuerat scriptis: itaque amplectamur.

Ac quam diu inter mortales) eiicienda vox *ac*, cum & abfuerit aliis libris Erasmi, nec conspiciatur in chirographis meis, aut quos consuluit ille Faber

Et ante illum consortem patris quam successorem accipiat] sic Erasmi & Pinciani, nisi quod vnus huius liber, *aspiciat*; vti & Pal. meus tert nam sec. & Ortel. consentit vulgatis quartus autem habet, *& ad te illum consortem quam successorem accipiat*, sine voce *patris*. quod vltimum mihi placeret si *ad te* reformato in *ante*, adstipularentur plures scripti. nunc interim amplector quod emendabat lib. 1. ca 10. Elect. Lipsius meus, *& ante illum consortem pater quam successorem accipiat*. Britannicus, inquit, Romanum imperiũ diu cum patre regat; & ante illum collegam pater accipiat quam successorem. poetica adulatio.

Nepotibus demum) maior pars exemplarium Pinciani, *nepot. deinde*. & sic quoque Pal. sec. quart. Ortel. malim tamen *demum*, vti est in tert.

CAPVT XXXII.

Hic Germaniam pacet) Palat. sec. quart. Ort. *placet*. tert. *Hic Germania placet*. medium non prorsus damnarim.

Et patris triumphos ducat & nouos) ita & Erasmi editio, ne sic se restituisse putet I. C. qui perperam in nescio quibus exempp. cusis offenderat, *ducet*. est in Palat. sec. ac quarto, *& pater triumphos ducat*; annotatum tamen ad quartum, aliter legi etiam, *& patrios*, quod ego facile admiserim; nam aliquin Pal. tert. *& paternos triumphos*, quomodo & ad oram Ort. cuius textus, *pacis*.

Quæ primum obtinet locum ex virtutibus eius promittet clementia) Pincianus ait scriptam omnem lectionem præferre: *quæ ex virtutibus eius primum obtinet locum, promittet clementia*, quod hercle reducendum. nam & sic quoque meus Pal. tert. item sec. nisi quod scribat *ex. loco obtinet*; vnde factum putarim vt eam vocẽ omnino omiserit quart. forte etiam vt tantum repræsentet Erasmi editio *spectatorem futurum ex virtutibus eius promittet clementia*. Ort. *q. ex virtutibus eius primum oportet locum prom. cl.*

Leniter diuina manus) ita Erasmus, at mei *leuiter*.

Sed etiam potest] ita ex Pinc. scriptis; quibus adhærent & mei. Erasmi aberat vocula *etiam*.

Bonam perspiciet, vel clementia faciet) ita emendandum fere putabat Pincianus, partim coniectura ductus, partim auctoritate mss. suorum. cum enim esset in Erasmo, *bonã perspiciet, vel clementia eius faciet bonam*, verbum, inquit, *eius* redundat ex scriptis meis: ego vero etiam dictionem *bonam* redundare existimo. sic ille. nescio tamen an data opera, an vero typographo vitio in illis Pinc. castigationib. scribatur, *faciat* non *faciet*, vt seruat editio Erasmiana. vt vt est, malim ego, *vel iustitia eius bonam perspiciat, vel clementia faciat bonam*, quomodo mei quatt. nisi quod Pal. sec. quart. Ortel *prospiciat*, qui vltimus quoque non male: *Viderit qualem esse velit: existimet causam &c.*

Qua cum ex ipso angulo) ita Erasmus & Pinc. codd & Pal. sec. quart. Ortel. nam tert. *qua cum ex hoc ipso angulo*, quod nec malum. editio antiqua, *quæ ex ipso angulo*.

In quo ego defossus sum] admiratur hic Pinciani cõiecturam; cum habeant *defossus sum* mss eius omnes; *defixus sum*, Erasmus. alterum malebat Hispanus ille quia sequeretur statim *effoderet*. at cum & meus Ortel. *defossus*, alii tres retineant *defixus*, id non eiecerim. vide me tamen ad Marciam cap. 2.

Optimo noui tempus] est typographi vt puto error. legatur *nouit* ita sane pleræq; editiones, hoc est, quotquot vidi, & mss. mei quatuor. sed & ita postulat sensus.

Nec ad omnem nauium conspectum pauent] ita & Ort. item & Pal. sec & tert. nam quart. *manuum* Pinciani vnus *vanum*. sed nihil mutandum; indicat enim anxios fuisse & pauidos exules, si quando vlla se nauis insulæ in qua erant adplicaret, veriti ne submissi a Caio percussores.

CAPVT XXXIII.

Aut me omnia fallunt] ita & omnes mei, ita & Pinciani, qui contra tamen legendum putat *omnia*, non *omnia*. vtsit, inquit, dicendi modus vulgatus. & fere prouerbii vice. idem placet Curioni; sed meo animo male. alterum quippe hic omnino retineri debet, estque iis vsitatum qui firmiter aliquid sibi persuadent rebus bene subductis vtitur iterum noster Epist 95: *Amici, inquit, omnia fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit, aut P. Octauius*; vbi etiam male substituit Pincianus *omnia*, inuitis exemppl. bibliothecarum. de hoc loco meum sentire videtur Stephanus lib. 2. cap. 10. Prood.

Quibus ad animi æquitatem compelleceris] ita scribendũ suasit ex vno suorum Pincianus, & sic quoque Pal. sec. Erasmus, *compelleris*. Pal. tert. quart. Ort. *quibus animi æquitate compelleris*.

Assueta sibi facundia] ita & Pal tert. quart. Ortel. & omnes Pinciani. nam meus sec *assueta tibi facundia*. Erasmi editio, *tibi facundia*, absque voce *assueta*. male.

Has alloquendi partes] vox *has* abest Pal. sec. ac tert. habet tamen quart. & Ort.

Velut ab oraculo emissa] mei omnes, *missa*; nec reiecerim.

Quæ etiamsi minora tamen mira sunt] Pal. sec abest aduerbium *tamen*. retinuerim nihilominus cum tribus reliquis; nescio tamen plane an omnibus satisfacere debeat vox *mira*, mihi certe scrupulum mouet. veniebat in mentem,

et, misera. ¶ *Ad fastos tecq; annales*) mei quatuor *fastus*, quod quamuis defendi possit, tãquam etiam vsurpatum aliis pro *fastos*, tamen putarim potius degenerasse vitio exscriptorũ. ¶ *Imagines quae impleuere Caesareũ atrium*) nimirum in atriis *imagines* istæ, erantque expressæ corporum effigies humerorũ tenus e cera. dico *humerorũ tenus*, non enim corporis totius erant, sed capitis atque vultus. Plinius lib. 35: *Expressi cera vultus singulis disponebãtur armariis*. ait diserte *vultus* Cicero in Bruto, cui ab hac obseruatione lux: *Ex quo tanquam ex ore, imago exprimatur* addidit item *e cera*. idque adeo verum, vt vulgo eas nobilium imagines poetæ appellent *Ceras* Iuuenalis:

Tota licet veteres exornent atria cerae. & Ouidius; in cuius verbis prisca labes lib. 1. Amorum:

Nec te decipiant veteris quinquatria cera:

Tolle tuos tecum pauper amator auos, quam amoueo & lego: *veteri cincta atria cera*. nam lena est, quæ monet puellam ne se pueris aut nobilibus vulget; sed tantum diuitibus & peculiatis. Imagines autem istæ *in atriis*. Seneca alibi: *Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus.* Martialis: *Atriaq; immodicis arctat imaginibus.* plura exempla apud me lib 3. cap. 28. de Benef. quę suppeditauit mihi, vt & isthæc, præceptor meus Lipsius.

Et quam impatiens iniuria pietas Africani] ita licenter nimis Mureti editio. Erasmi enim, *& quam patiens iuris & aequi pietas Afr.* notatumque ad oram eius alias legi, *impatiens*; quod postremum etiam in suis esse asseuerat Pincianus, cui, inquit, lectioni verba sequentia fauent: etiamsi pet[...]oniam possit pr[...] lectio tolerari equidem est in Pal. sec. ac tert *patiens iuris & aqui*. Ortel. *& quam iuris & aqui patiens pietas* sed tamen fere malim cum tertio, *impatiens iuris & aqui*, tum quod ita Senecæ mens requirat, tum idẽ etiam testentur Historici. ¶ *Eodem enim die quo viatoris*) Erasmi, *quo Scipio Africanus viatore*. Pall. tres & Ort. *Eodem enim die Scipio Africanus qui viatoris*. videri posset a glo[...] sæpius fere superuacua repeteret noster.

Spectauit patris triumphum) Pal. sec. *expectauit*.

CAPVT XXXIV.

Diremptam morte concordiam) mei, *direptam*.

Idemq; vixit superstes) malim amplius; *Idemq; hic vixit sav.* ex meis.

Et post hunc tamen casum, non tantum) ita Muretus, sed iterũ duo omissa verba mei quippe & Erasmi; *casum Sextus Pompeius, non tantum* equidem licet hic ex abundanti videantur adiecta, nõ ideo statim abiecerim cum Mureto, præcipue cum tueantur se fide tuss.

Sed bello suffecit, mei melius voce intersita, *sed etiam bello suffecit.* ¶ *Vlls queratur luctum*, ita scribi voluit ex suis Pinc. neque secus Pal. tert. nam quart. & Ortel *vlls*. sec. *vllus*, vti publicat Erasmus. ¶ *Diuus Augustus amisit*) ita & Pal tert. alii tres *dimisit* & fere probauerim.

Ac nemo magis) ita ex suis Pinc. vti & mei quatuor. Erasmi, *At nemo magis.* ¶ *Tamen tot cantosq; luctus*) ita Pinc. & Pal tert. alii tres nec non Erasmi; *nunc tot tantosq;*.

Rerum omnium pacatissimum eius pectus) ita & Erasmi codd. & mei, nisi quod Pal. quart. & Ort. *pacacissimum*; quę lectio aliquantulum accedit ad coniecturam meam, *capacissimam*, de qua dixi lib 29 cap 4. Suspic nam certe nõ video quid hic faciat *pacatissimum* illud. at alterum tuetur se verbo præcedente: *tot tantosq; luctus cepit*. eadem loquẽdi forma vsus & supra cap. 18 de Breuitate vitæ. *Illum animus vigerem, rerum maximarum capacissimam, a ministerio honorifico quidem, sed parum ad beatam vitam apto, ad te reuoca.* ¶ *Genitum tantummodo externarum*) Pal. sec. *exterarum*. ¶ *Diui Augusti auunculi mei nepos*) noscendũ, inquit Pincianus, Augustum non fuisse Claudii auunculum, sed magnum anunculum, hoc est Octauiæ fratrem, quæ fuit auia Claudii. nam Octauia ex Marco Antonio Antoniam minorem sustulit, ex qua & Druso natus est Claudius. quapropter vide, sitne verior lectio quorundam scriptorum codd. in quibus *auunculi tui filius ac nepos* habetur, non *auunculi mei nepos*; adoptione videlicet *filius*, natura *nepos*. ita Hispanus ille; quibus non me expedio. nam quomodo hic consistat vox *tui*? an Polybius anunculum habuit Augustum? nugæ. putare quis posset voluisse Pincianum exarari, *auunculi mei filius ac nepos*; quod ad oram Ort. cuius etiam textus, *tui*; sed tunc etiam remanet scrupus ille qui ipsum offendebat. vocabitur quae auñculus Claudio qui magnus ei erat auunculus. itaque defendat ipse se: ego non possum legerim totum, *Diui Augusti auunculi mei filius ac nepos*; vti diserte extat in Pal. tert. nam sec. contra verum, *auunculi mei abnepos*. quart. *auunculi mei ac nepos*, etiam male. notat enim hic Seneca (quod primus, nisi fallor, aperio) Agrippæ filios ex Iulia. at *auunculum* dici gradu etiam remotiorem nihil vetat, vtique cum nõ est res successionis illud *filius ac nepos* tuetur se fide scriptorum. Velleius lib. 2. Histor. vbi de Agrippæ obitu loquitur: *qui nouitatem suam multis rebus nobilitauerat, atq; in hoc perduxerat, vt & Neronis esset socer; cuiusq; liberos nepotes suos D. Augustus, praepositis Caii ac Lucii nominibus, adoptauerat.* idem affirmant Tacitus lib. 4. Annal. Suetonius Augusti cap. 64.

Iuuentutis suo annos) ita & Pal. quart. & Ort. at reliqui duo, *iuncta*, quomodo & restitui voluit ex suis Pincianus, rectè; nã priore terminatione statim sequitur vox similis.

Fratrem carissimum) ita voluit ex mss. Pinc. neque aliter Pall. tres nisi quod *Kariss.* Erasmus, *fratrum*, quod non omnino exsibilarim, vt & respexerit ad tertium germanũ Agrippam. pronior tamen sum in lectionem primam, quæ & in Ortel.

Princeps iuuentutis) sic & Pal tert. & quart male sec qui hæc duo verba excludit. nam certe vterq; frater auctus honore isto. Tacitus: *Nam genitos Agrippa Caium ac Lucium, in familiam Caesarum induxerat. nec dum posita puerili praetexta, Principes iuuentutis appellari, destinare consules, specie recusantis flagrantissime cupiuerat.* vbi recte notat Lipsius appellatione illam [...] Zonaras hic reddidit) ab Augusto inualuisse ad futurum imperium tanquam titulus & omen Sunt nummi cum inscriptione C. L. CAESARES. AVGVSTI F COS DES PRINC. IVVENT. adpositæ effigies Caii Luciique cum clypeis & hastis: quæ tyrocinii die equites dederant, honoris Augusti causa. ¶ *In apparatu Parthici belli*) ita & Pal quart & Ort. nã male tert. *paratici* sec. *partici belli*. intelligit enim bellum quod institutum contra Phraaten regem Parthorum, Armeniç repetẽdæ, de quo Dio lib. 54. vtriusque obitum tangit Tacitus lib 1. Annal *Vt Agrippa vita concessit; L. Caesarem euntem ad Hispanienses exercitus; Caium remeantem Armenia & vulnere inualidum, mors fato propera, vel nouerca Liuiae dolus abstulit.*

Et grauiore multo animi vulnere quã postea corporis ictus est: quod vtrumq; pissime idc &c.) ita ab Erasmo editi, nec non Ort. ac Pall tres, nisi quod est in tert. vt & Ort. *vtrumq;*, in quarto *nomen* pro *vulnere*, in Ort. *vomere*. tradit Pinc. quædã sua exẽpp legere, *& grauiora animi vulnera quam corporis sunt. Vtraq; tamen pissime idem &c.* quæ nullus audio, licet ita quoque fere margo Ortel. qui, *corporis ictus sunt* tangit enim comparatque Senecæ vulnus illud Lucii quo deinde etiam obiit, cum vulnere quod ei ex morte fratris. de vulnere illo sic Velleius: *Armeniam deinde ingressus, prima parte introitus prospere gessit. mox in colloquio (cui se temere crediderat) circa Artageram grauiter a quodam, nomine Adduo, vulneratus. ex eo vt corpus minus habile, ita animum minus vtilem reip. habere cepit &c.* locum vulneris designat Florus lib 4. *simulata proditione adortus virum intentum libello, quem vt thesaurorum rationes continentem ipso porrexerat, stricto ferro cruentat vulnere in tempus.* ¶ *Drusum Germanicum patrem meum*) sic ex libris scriptis Pincianus, neq; aliter mei male Erasmus, *Germanici patrem*. nam Drusus Claudii pater a deuictis Germanis *Germanici* cognomine donatus est a Senatu, Trãquillo auctore cap. 2. Claudii.

Intima Germania recludentem) ita & Pal. sec. tert. Ort. verum quatt, *retundentem*, quidam libri Pinc. *recipientem*. neutrũ admiserim. ¶ *Et osculo suo*] leget in *& in osculo suo* cum Ort. ac Pal sec nam & alioqui reliqui duo, *& in oculis suis*.

CAPVT XXXV.

Et triumuirali potestate) ita restituit ex suis Pinc. sicque est in Pal sec. tert. Ort quatuor male, *& triumphali potestate*, vti edidit Erasmus. ¶ *Nihil supra se, exceptis*] restituo vocem quam eiecit illex Mureti libido, *nihil supra se videret, exceptis*, quomodo præter Erasmi cusos etiam Palat.

quart. item tres reliqui, nisi quod ii, *nihil supra se videret*, *& exceptis*.

Frater duci iubebatur) ita Romana editio, & eleganter quidem, sed tamen præter libros. impressi enim amplius, *iubebatur ad supplicium*, quod & in mss. Pal sec. ac tert. etiã quarto; qui tamen *duci* expungit, hoc modo; *frater iubebatur ad supplicium* Ort. *frater duci videbatur ad supplicium*.

Magnitudine animi) omisit iure ũ voces binas Muretus. cusi enim & scripti oẽs, *magnitudine animi M. Antonius*. & apage omnem elegãtiamquæ inuitis accedit mẽbeantis.

Sanguine fratris parentare) ita legendum conicit Erasmus. prius publicabatur, *sanguinem fratri parare*. primo posita scriptura palam extat in Pal. tert. alii tres alterã servant, quod habeo quomodo defendam.

Vinci non posse) sic quoque Pal. sec. quart. Ortel. verum tert. *veteri non posse* ¶ *Affectum meum rexi*) Pal. tert. *erexi*.

Ex quibus erat Deos paritura) ita ex Pinciani libris Muretus recte. neque aliter Pal. tert. ac quart. male sec. vulgatique ab Erasmo aliisque, *deos paritura*.

Faciamus licet illi conuitium) ita Pinc. codd. vti & Pal. sec. ac tert. sed tamẽ quart. *conuitia*, sicut & edidit Erasmus. prætulerim prius. Ort. *Faciamus illi licet conuicia*.

Omnes se preces omnesq. querimonias eriget) est lectio ista a Pinciani coniectura. mss. enim eius nec non editi prius, *ceremonias eriget*, quomodo & mei quatuor, nisi quod ri *exiget*. in prioribus tamẽ Pal sec. *omnes preceps*. tert. *omnes se preceps*, quart *aduersus te preceps*, sine *omnes*. cetineo *ceremon. eriget* nam dicit Seneca erigere se fortunam aduersus omnes ceremonias, quod nihil relinquat intactum siue sacrum sit siue profanum. *eriget* emendatũ est ab eade manu in Ort. plura ego ad huius confirmationem lib. 17. cap. 6. Suspic. ¶ *Nihil intactum relinquet*) ita reponit ex vet lect. Pinc. quomodo & in meis quatuor Erasmi excludunt vocem *relinquet*. ¶ *Ausa iniuria causa intrare*) ita reduxit Pinc. & ita mei. Erasmus interposuerat voculam; *Ea ausa est iniuria causa intr*. legebatque tanquam si noua constitueretur sententia. ¶ *In quas per templa aditur*) fatetur Dousa Præcidane. s ad Tibullum ca. 11 didicisse de hoc loco domos Principum venerationis & celebritatis causa, eo situ positas ac collocatas fuisse, vti aditus ad eas per Deorũ templa existeret. confirmatq; hanc opinionem eius locus Suetonii in Caligula cap 22; quo in scribit, *accitu undiq. in vrbem Numinum simulacris, quibus capite dempto suum imponeretur, partem Palatii ad forum vsq. promonisse, atq. ade Castoris & Pollucis in vestibuli aulæ sua transfigurata medium se adorandum adeuntibus præbuisse* atque hinc iã cuius portu liquet cur Martialis in præfatione octaui Epigrammatum libri ad Domitianum Cæsarem scripserit de eodem opere suo disserens: *Meminerit non nisi religiosa purificatione lustratus accedere ad templa debere ad templa*, id est aulam seu palatium Imperatoris, ad quæ ingressuris nõ nisi per deorum immortalium templa pateret aditus. hæc fere meus ille Dousa. Lipsius ad lib. 1. Annal. Taciti credere se ait, respicere Senecã illo loco ad *templum* quod diuo *Augusto* fecerat coniunx Liuia de quo Plinius lib. 12. Suetonius cap. 47. aliique. puto enim, inquit, id *templum* in *Palatii vestibulo* fuisse, etsi referre forte an possis ad *templum Apollinis Palatini*. sic ille etiam meus.

Laureatus foribus induceret vestem) ita Erasmus. at Pincianus videtur aliud quid alibi legisse; ait enim exemplar vnum suum habere, *induces*, non *induet*. & vero Pall mei tres & Ort. *laur. for induet vestem*, quod via sollicitatum. apertior tamen lectio, si trãspositis dictionibus legeremus; *Ibit violentior per omnia, sicut semper est solita, & aerã laureatis foribus induet vestem: eas quoq. domos ausa iniuria causa intrare in quas per templa aditur*. sed quis euincet ita ordinasse auctorem? non hercle ego.

CAPVT XXXVI.

Lapsis hominum rebus datum) ita Palat etiam quart. & Ort alii duo *Lessis*, vti quoque vnus Pinciani.

Sicut omnibus mortalibus) Pal quart. *sic omnibus m*.

Sibi esse sacrosanctum velit) ita ex veteri lectione Pincianus, cui accedit Pal tert. reliqui *sacratum*, non *sacrosanctum*. quomodo & est in Erasmo.

Atq. a mitissimo omnium principe mitis fieri) ita quidem & Erasmus & Ort. at enim Pal. quart. & tert. *atq. mitissimo omnium principum mitis*. sine vocabulo *fieri*. Pal. sec. *atq. fit mitissimo omnium principum mitis*.

Per quos iuramus abstinet) ita Pinc. codd. notum est enim, inquit, iurari per genium Principis. extat itero istud in Pal sec. ac tert. item ad oram Ort. sed quart. *per quos vouimus*, vti expresserat Erasmus, & contcatus Ort.

In quantum modo hominis fas est) Pal. sec. respuit voculã *modo*. ¶ *Quamuis in aliis rebus dignitatum magna discrimina sint*) Pal. quart. & Ort. *Quamuis in aliis rebus dignitatum ac nobilitatum magna discrimina adeant*, vti etiam extat in plerisque Pinciani; alii enim eius; *dign. ac nobilitatum magna discrimina sunt*, quomodo & Pal sec. nisi quod transponat, *sint magna discrimina* tert. *dign. ac nobilitatum magna discrimina*, sine voce *sint*, aut, *adeant*: quod mihi placet. ¶ *Non esse ipsos expertes*) Palatinus quart. *exteres*, vt forte scribendum sit cum tert. & Ortel. *exsortes*. habet tamen *expertes* etiam sec. ¶ *A quo imperium euersum funditus*, omisit Mureti editio verbum, Erasmusq. ãque, *euersum adustum funditus*. Pal. sec *aduersum atq. adustum funditus*. tert. *euersum atq. adustum fund*. quart. *aduersum atq. angustum funditus*. Ort. *euersum atq. adustũ fund*. ¶ *Sed in Albanum suum secessit. At foro & aduocatis, & huiusmodi aliis &c.*) ita Mureti editio, sensu non ita extenso. extabat prius in aliis editt. *sed in Albano suo secessit, ac foro & aduocatis, & huiusmodi aliis occup* quomodo & est in Pal. sec. nisi quod ipse, *& foro*, non *ac foro*. item *cessit*. Pal tert. *sed in albano suo texerit ac foro prouocatis & huiusmodi*. quart. *sed in albano suo cesserit ac foro & pernocatis & huiusmodi*. Ort. *Albano suo tesserit ac foro prouocatis & huiusmodi*. ad oram, *precacionibus*. Pincianus locum conclamatum putat: veteres enim, inquit, nonnulli codd. pro *aduocatis* legunt *pernotatis*, & pro *secessit*, *cesserit*, vt fere adducat ita legi posse: *sed in Albano suo tesseris, ac fore etiam pernoctatis & huiusmodi aliis occupatus &c.* nam & Iuuenalis in dignitatibus Romanis *pernoctem aleam* taxat--: *si luditur alea pernox*

Ante Numantinos, si dormire incipis ortu

Luciferi &c. Torrentius Comment. ad ca. 61. Augusti Sueton. tradit legere se coniectura pene necessaria, *In Albano secessit, foro aleatorio, & huiusmodi &c.* sic enim optime cõuenire quod de *alea* deinde sequitur. at Lipsius lib. 2. Elect. scribit se leui hac emendatione expedire viros doctos qui obhærent; *sed in Albanum suum secessit, ac foro & aduocatis & huiusmodi aliis occupationum acerbissima funera leuabat mala, (proh pudor imperii!) Princeps Romani &c.* ita enim, inquit, continuanda periodus tota, & negãs particula subdenda fuit in locũ auentis. ¶ *Funeris leuabat mala*) ita Pinc. quædam exempp aliaeius, vt & Erasmi, & mei quatuor *eleuabat*; quod reuocauerim. ¶ *Alea solatium animi fuit*) ita Erasmi, cui proxime accedit Pal. quart & Ort. in quibus, *alea solamen animi fuit*. nam sec. *alea solamen fuit*, sine *animi*, quod neque in tert qui, *alea s. latium fuit*. ¶ *Eodem enim tempore quo*) ita Erasmi editio, & Ort. at Pal. sec. & tert. *Eodem omni tempore quo*. quart *Eodem omnium tempore quo*. ¶ *Aut intempestiuis auocare lusibus*) est a Pinciani diuinatione. lectio enim librorum eius scriptorum. *vocare*. Erasmi *vacare*. equidẽ est in Ort. *vocare*, Pal. sec. *reuocare*. in quarto *vacare*, sed tamen recte tert. *auocare*. ¶ *Quoniam quidem ea instituisti*) Familiare, inquit Pincianus, in Seneca vitium *quoniam quidem* pro *quandoquidem*; cuius semel admonuisse satis erit. ¶ *Et ornamenta hominum maxima*) vox, *hominum*, non est in Pal. tert. Ort. *& ornamenta max. hominum*.

CAPVT XXXVII.

Te studiis tuis immerge altius nunc illa &c.) ita scribendum putauit propter significantiam verbi *immergo* Pincianus, cũ scripti eius haberẽt *artius*, quomodo & Ort. meus. Erasmus publicat *studiis tuis immergere. artius nunc illa tibi &c.* sine voce *te* Pal. sec. *studiis tuis immergere te artius nunc illa tibi* tert. *te studiis tuis & immerge artius. nunc illa &c.* quart. *Nunc itaq. te studiis tuis immergere artius, nunc illa &c.* ¶ *Nec ex vlla tui parte*) ita Pinc. codd. etiam mei, nisi quod Palat. sec. ac tert. *ne ex vlla*. quart. *ne ex illa*. Erasmus, *nec ex vlla tibi velut tui parte*. ¶ *Aliquo scriptorum monumento tuorum*) ita Erasmi & mei. vnus Pinciani, *aliquo scriptorum monumentorum*. male.

Quod

Quod nulla consumat vetustas] sic quidem & Pall. tres, Ortel. & Erasmus. notat tamen hic Pincianus: *nulla consumat atas*, lege, inquit, *quod nulla consumat atas*, ex vetere lectione.

Aut terrenos tumulos] ita Pinc. & mei. Erasmi *cumulos*.

Non propagabunt longam diem) Erasmi, *propagarunt*. legerim cum Pall. tribus & Ort. *non propagant long.*

Immortalis est ingenii memoria) sic ex suis Pinc. neque secus mei. Erasmi; *ingenia*.

Melius illum duraturo) Pal. sec. *durato*, quomodo forte legi posse notat ad editionis suæ oram Erasmus; in ea enim, *diutino*. Pal. tert. *duratōr*. quart. *duracō*. Ort. *durator*.

Omnia enim illa quæ nobis) ita Pinc. codd. & mei. Erasmo abest vox *enim*.

Denique ipsum quod abstulit) ita Pal. etiam sec. at quart. Ort. ac tert. *Denique hoc ipsum quod abst.* placet.

Et ad minima deducere) ita Pinc. codd. nam Erasmi, *ducere*. quod & restat in Pal. sec. quart. Ort. sed tert. *reducere*, quod quis etiam probare possit.

Sed tamen dispice) præstat quod in Pall. tribus & Ortel. *Et tamen dispice*.

Ne hoc iam quoque sit supervac.) melius iterum iidem amplius, *iam quoque ipsum sit*.

A nobis naturæ exigit) Pall. omnes & Ort. *exigitur*; nec displicet.

Hi vero videntur nunquam in huiusmodi) ita Erasmus. at Pinc. & Palat. sec. quart. Ortel. *Hi non videntur mihi vnquam in huiusm.* tert. *Hi tamen videntur mihi vnquam in ...odi*.

Alioquin extudisset] ita Erasmi; at Pinc. & mei *excussisset*, nisi quod Pal. tert. *excussisse*.

Eos veri etiam mutos) Palat. sec. *eos veram mutos*. tert. *eos veram etiam mutos*. quart. & Ortel. *veram etiam eos compulisset mutos*.

Satis præstiterit ratio) sic scribi voluit Pinc. ex mss. vti & in Pal. tert. alii tres *oratio*, quomodo publicarat Erasmus.

Nam vt quidem nullum omnino esse eum patiatur: ita Mureti editio, secuta aliquatenus Pinciani codd. ii enim *Vt quidem nullum omnino esse eum patiatur*, sine *Nam*, quæ in nullo meorum. quippe sec. *Vt quidem nullum omnino esse patiatur*. tert. *Vt quidem nullo modo esse eum patiatur*. quart. & Ortel. *Vt quidem nullum omnino esse eum patiatur*. Erasmi editio; *Nam vt quidem nullum omnino secum patiatur*.

Nec emota] est a Pinciani coniectura. eius enim Erasmique scripti, *mota*. quomodo & Pal. sec. tert. Ortel. nam quart. *motu*.

Sed iidem & finiantur] sic restituit ex suis Pinc. Erasmus enim *sed ob eadem*, quod seruat Palat. tert. & Col. nam reliqui *sed iidem*.

Quod ita deniq. consequi) legerim cum meis, *quod ita demum consequi*.

Spondere fratre posset?) ita scribi voluit ex suis Pinc. at Erasmi & mei, *possit*.

Hæc vtcumque potui, &c) ad hæc & sequentia vsque ad finem, sic scribit lib. 1. cap. 26 Elect. Lipsius: *Vt Seneca* inquit, hæc scripserit! verbis tam humilibus, tam ineptis? nunquam factum. reliquum istud omne merum additamentum est, ab Ixione aliquo librorum & Ægistho. a fine enim huius libri clare aliquid deest; id conatus fuit resarcire suis verbis sectarius iste veruex. At vide etiam cor ouiculæ: negat Seneca vlcia succurrere verba Latina; credo, quia simile alibi legerat in Ouidii scriptis. considera quæso lector, &, si Heraclitus es, ride. hactenus præceptor meus, cui facile assentior, aliquid deesse: haud tamen vt isthæc omnia ausim delere. quædam enim in iis non ita improbæ monetæ. si contra manuscriptos facinus aliquod audere licet, scripserim: *Hæc vtcumque potui longo iam situ obsoleto & hebetato animo composui. quæ si aut parum respondere ingenio tuo, aut parum mederi dolori videbuntur, cogita quam non possit is alieno vacare consolationi, quem sua mala occupata tenent*. sic inquam legerim, reiectis tantum reliquis, quæ ita exhibet editio Erasmi aliorumque. *& quam non facile Latina ei verba hominis succurrant, quem barbarorum inconditus grauisque fremitus circumsonat* ad quæ Pincianus; quædam, inquit, exempll. *quem barbarorum inconditus & barbaris quoque humanioribus grauis fremitus circumsonat*. ex quibus liquet ista omnia Hispani illius adsuisse membranis. & vero quam magis hic perpendo Senecæ infracti animi summissionem, tam magis inducor & ista postrema quoque ei affingi posse. At, inquiet aliquis, illa, *cogita quam non possit is alieno vacare consolationi, quem sua mala occupata tenent*, non adduxit Lipsius, non expressit editio Mureti, non Gothofredi, aliorumve. verum est. sed tamen habentur ea plane in Erasmi editione, scriptisque Pinciani, item & meis quatuor, nisi quod ii aliquantulum varient. Palat. enim sec. *Hæc vtcumque potui longo iam fiere obsoleto & ebetato animo composui. quæ si aut parum respondere ingenio tuo & parum mederi dolori videbuntur, cogita quam non possit is aliena vacare consolatione, quem sua mala occupatum tenent; quam non facile latina ei verba homini succurrant, quem barbarorum inconditus & barbaris quoque humanioribus grauis fremitus circumsonat*. ita sec. qui deinde emendauit illud *& parum*, fecitque *aut parum*. tert. non abit, nisi quod ipse *vtcumque potui longo iam si & obsoleto*, item *aut parum*, nec non *teneant*, denique *barbaris quoque grauis*, sine *humanioribus*. quartus quoque non variat, aut Ort. excepto quod iidem *vtcumque potui longo iam sed obsoleto*; item, *aut parum*; præterea *quam sua mala*. item quart. *facile Latina verba hominum*. nam Ortel. *verba hominis succ.* postremo tert. *barbaris quoque humanioribus generis fremitus & circumsonat*. vt & Ortel. nisi quod is *grauis fremitus*. si quis roget a quo putem primum neglecta illa intermedia; dicam ab operis, quæ præfuerunt editioni iactanti nomen Cælii Secundi Curionis. inde enim sane exulant; admodum hercle iniurie.

AD SENECÆ LIBRVM DE CONSOLATIONE AD MARCIAM.

CAPVT I.

Cui viri quoque libenter horent & incumbunt) ita & Pal. sec. & tert. verum quart. & Col. *incumbant*. legerim, & *incumbant*; quomodo & legendum monuit quoque per Opsopœum Iuretus, idque ea veteri libro. eandem vocem memini me supra iterum nostro redonasse auctori.

Nec spem concepissem) ita Pinciani codd. & Palat. meus tert. quart. & Col. nam sec. vt & Erasmi editio *accepissem*. iam deinceps ternos quidem laudabo Palatinos; sed tamen frustra quis illa quæ cito ex tertio, in eo quæret. desunt enim illi ipsi codici, & colligata sunt Declamationibus Senecæ quæ in libro alio: scripta tamen eiusdem manu qui superiora illa in tertio pinxerat. hoc fidei meæ causa dictum esto.

Tam iniquo tempore, tam iniquo iudice] ita & mei quatuor, nisi quod Pal. sec. *tam si quo tempore, &c* at legit Iuretus ex v. cod. *tam iniquo tempore, tam inimico iudice*, quod & mihi placet.

Tam inuidioso crimine) sic mei tres. at Pal quart. *tam iniurioso crimine*. notata tamen ad oram lectio altera.

In persona patris tui gesseris) scribe, inquit Pincianus, *in personam*, vt in 4. de benef. *quid amplius in horum personam possum quam velle?* equidem & mei quatuor accusandi præferunt casum. illum igitur deinceps admittemus.

Quod non optabas superstitem) de eo more multa ego lib. 2 cap. 5. Suspicionum.

Et contra bonum morem) particula *&* exulat Erasmi libris & meis, repositam voluit ex suis Pincianus.

Quantum poteras inhibuisti) ita Pall. tres, nisi quod quartus, *inbuisti*. at Coloniensis, *quantum poteras non inhibuisti*, prorsus male: nec minus etiam male I. C. qui se legere ait, *quantum poterat, inhibuit*, vt subaudiatur illud antecedens, *magna pietas*. sic illico, inquit, sequitur *Postquam tibi aperuit*, non *aperuisti*. male, inquam, ille; nam coacte & inepte ibidem subaudiamus illud *pietatem*. & licet dicat *aperuit*, nihil tamen hoc ad Bacchum, quia *aperuit*, vt ille velle videtur, non refertur ad vocem *pietas*, sed ad *A. Cremutiu*, patris Marciæ.

Rere

Inter Seianianos satellites) ita annotasse ad librũ suum Rodulphum Agricolam tradit Erasmus, cuius scripti habebant, alii *Salemanos satell.* alii *Sesanianos.* quod primum restat in Pal. quart. nam sec. *Sallanianes.* tert. *Sillanianos.* Colon. *Sillanos.* equidem licet hic intelligat auctor Seianum, tamen velim consideremus an non possit consistere *inter Syllanianos satell.* vti ita vocentur, quod renouarent Syllæ crudelitatem.

Vnam patere seruitutis fugam) ita etiam corrigere se perscripsit ad me harum artium valde religiosus Lectius. prius legebatur, *vnam patria seruitutis fugam*; quod & improbabat Pinc. monuitque legendum, *vnam patere seruitutis fugam*; alioqui, inquit, *paterna* scribendum erat, non *patria*. equidem *patere seruitati* mihi placet, & ita etiam est in Pal. sec. ac tert. nam quart. *patria seruitati*. Col. *partem seruitati.*

Sed dedisti manus: victaq. fudisti lacrimas clam, & gemitus deuorasti quidem, non tamen hilari fronte texisti) ita Mureti editio, secuta aliquatenus Pinciani iudicium libros que, sed male tamen, & malo sane exemplo, quod ita hæc in textum infarciat, sine correctionis vllius mentione. Erasmus certe publicauit, *sed dedisti manus victa. fudistiq. lacrimas palam, & gemitus deuorasti, non tamen hilari fronte texisti.* ad quæ Pincianus, videntur, inquit, aduersa esse inter se *fundere lacrimas palam*, &, *gemitus deuorare.* quare malim, *clam* legeres quam *palam*. veteris deinde lectio habet, *quidem tamen non hilari fronte texisti.* scribendum puto, *Quia & tantum non hilari fronte texisti* sic Pincianus. ego putauerim tuto admitti posse; *sed dedisti manus victa. fudistiq. lacrimas palam, & gemitus deuorasti quidem, nec tamen hilari fronte texisti.* ita sane exhibent concorditer mei quatuor, nisi quod habeat Palat. tert. *tam* pro *tamen* nec quid prohibet cur non aliquis palam ploret, & gemitus deuoret. lacrimas enim non esse in nostra potestate, alibi dixit auctor. itaque cum Marcia lacrimas inhibere non posset, fecit quod saltem licebat, & gemitus palam prorumpere vetuit: sed ita tamen vti ipsam sibi vim facere vultus nihilominus esset indicio. ita ego de hoc loco sentio sine cuiusquam præiudicio. nam I. C. quidam scribit legisse Agricolam; *fudisti lacrimas non palam sed gemitus deuorasti*, se vero legere; *fudisti lacrimas palam nec gemitus deuorasti, non luctum hilari fronte texisti.* quæ eius lectio nullo se tuetur manuscripto: imo iis repugnat.

Quo magna pietas erat nihil impie facere) ita edit. omnes & mei quatuor, nisi quod Col. *nihil impie fatere.* at I. C. ille prior, norat alias legi, *nihil pie facere*; additque forte legendum, imo sic alibi in Politianis tanquam auctoris germanum adducit; *nihil nisi impie facere*; quam emendationem hominũ nulli probabit. & vt forte tale tunc fuerit seculum, quomodo id hic consistat? sane auctoris mens in omnia alia prorumpit. nam & tunc certe deprauatissimum est seculum, cum *pius* ille *habetur*, non qui *pie facit*, sed qui *scelere abstinet*; similisque argumentatio apud Tertullianum lib. de Pudicitia: *Pudicitia censquis iam exoleuit, vt non eius castio, sed moderatio libidinum pudicitia credatur; atque satis castus habeatur qui non nimis castus fuerit.*

Vt vero aliquam occasionem mutatio temporum dedit.) ita Mureti editio, quemadmodum eruerat ex vno ms. Pincianus, nisi quod ille, *temporis*, vti etiam est in Palat. tert. quart. Erasmus quippe vulgarat; *Vt vero aliquem spiritum mutatio temporum dedit.* Col. meus, *Vt vero aliquam occasionem mutato tempore dedit.* Pal. sec. *Vt vero aliquam occasionem imitatio temporis dedit.*

In visum hominum reduxisti) Pal. sec. ac Col. *in visum hominum*, etiam liber fuerit.

Sanguine suo scripserat] ita & mei, nisi quod Pal. sec. præposita particula, *ex sanguine suo scrip.*

Quamdiu quicquam quod velit scire] ita Pinc. & mei omnes, recte. Erasmi editio voce auctior, *quamdiu quicquam erit quod velit se.*

Qui subacti iam ceruicibus] ita Erasmus & Pal. secund. quart. Col. nam tert. *quod subactis*, quod & reduci voluit ex suis Pincianus. I. C. quis legere se profitetur addita particula, *& qui subacti*; credo quod planiorem ea velit reddere auctorem nostrum. sed nihil sane erat opus.

Et ad Seianianum iugum) ita Pincianus ex coniectura, cum præferret Erasmi editio *Syllanum*. nam, inquit, quo iure supra ex *Salanianos* emendatum est *Seianianos*, eodem hic ex *Syllanum* fieri debuit *Seianianum* ita Pinc. mei tamen quatuor *& ad Sillanianum iugum*, quod putarim æque mutandum in *Sallanianum*, si modo vis aliqua est rationi quam supra indicaui: etsi tamen nec hic nec ille valde contenderim, nisi quatenus defendo omnium membranarum scripturam.

Indomitus sit homo, ingenio, &c.) ita & Pal. sec. at enim alii tres addita voce, *indomitus quod sit homo &c.* vnde suspicor hæc & superiora ita formanda, *quod sit vir Romanus, quod, subactis iam ceruicibus omnium & ad Seianianum iugum adactis, indomitus, quod sit homo ingenio, animo, manu liber.*

Ob duas artes pulcerrimas) Erasmi editio *partes*, quomodo & Palat. tert. nam sec. & quart. *ob dictas partes pulc.* Col. *ob duas res pulc.* vti & fuerat in mss. Pinciani.

In obliuionem coniectum) ita Pinc. codd. nec non Palat. tert. quart. Colon. etiam ora Pal. sec. in cuius textu *correctum.* Erasmi editio *correptum.*

Eloquentiam & libertatem) & hoc est a Pinc. scriptis, quos confirmant Colon. ac Pal. tert. nam sec. & quart. consentiunt Erasmianis legentibus, *in eloq. & libert.*

Scelera quibus solis memoriam meruerunt, tacebuntur) ita Muretus Pinciani secutus scriptos. cum enim publicasset Erasmus, *scelera quoq. quib. solis memor. mer. tacebunt*; lege, inquit Hispanus ille, *tacebuntur* ex antiq. codd. in quorum nonnullis verbum *queq.* desideratur. quidem ego illud *quoque* hic omnino reuocauerim f[ateor] mss. meorum quatuor in quibus constanter remanet. eodem etiam vno ore seruant *tacebunt*; habetque Col. *quibus se in mem meruerunt tacebunt* cogitabã quondam legi potuisse, *quibus solis memoriam meruerunt, tacebunt.*

Nec fucum facere affectibus) recepit hic coniectaneum Pinciani Muretus cum enim extaret in editis scriptisque omnibus, *nec furtum facere aff.* quid si legas, inquit Pinc. *fucum*; vt illud *fucum factum mulieri* apud Comicum. illud *furtum* etiam restat in meis quatuor, neque ego mutauerim in aliam vocem. ¶ *Agunt & blandiuntur*; ita Pinc. codd. & mei. Erasmi male, *agunt & blandiuntur.*

Si verum audire vis) ita Erasmi editio & Palat. sec. ac quart. Pinc. codd. *si verum fateri vis* ego scie legerim, *si verum vis*, vti præter Col. ac Pal. tert. sine alia voce.

Si fieri potuerit, ita & Pall. tres. at Colon. addit, *& hoc si fieri potuerit.*

Illud ipsum naturale remedium temporis) ita Pinc. libri & mei quatuor, nisi quod Pal. sec. *Illud idem remedium natur. temp.* Erasmus vulgarat; *Istud idem remed. nat. temp.*

Quod maximas ærumnas componit ita & Pal. sec. at malim quod est in tert. ac quart. *quod maximas quoque ærum.* nam & sic etiam chirographi Pinciani, & alioqui Col. *& quod maximas quoque ær.*

Ex primo illo impetu) ita Pinc & mei. Erasmianis exulat vox *primo*, quæ omnino tamen requiritur.

Et iam sibi tua mora fecit) Pal. sec. *etiam tua mora fecit*, sine *sibi*. quart. *& sibi tua mora fecit.* Col. *etiam sibi tua mora fecit.*

Ita quoque hæc tristia & misera) est a lectione vett. codd. Pinciani. Erasmi namque; *ita quoque tristitia & miseria.* quod & extat in Pal. quarto. nam sec. *ita quoq. tristitia & misera.* tert. ac Col. *ita hæc quoque tristitia & miseria.*

Restinguenda mali vis) vox *mali* in nullo est meorum, neque requisiuerim. ¶ *Tunc & vriuntur*) Pal. sec. *tunc & vebuntur* alii tamen tres fauent vulgato.

Eo digitos scrutantium recipiunt) ita Pal. tert. ac Col. alii duo. *& digitos ad scrutandum recipiunt.* ¶ *Vbi corrupta in malum vlcus verterunt*; sic quidem ad oram Erasmianæ editionis & exemplar vnum Pinc. quibus consentire videtur Pal. tert. Erasmi editio; *in malum vlcus se verterunt* quod placet, si modo eiciamus pronomen *se*, hoc modo: *vbi corrupta in malum vlcus verterunt*; ita certe restat in Pal. sec. quart. Col. similisque locutio notata mihi supra lib. 2. c. 14. de Benef. *verterunt* enim idem hic quod *versa sunt.* ¶ *Difficilius curantur*) ita Erasmus, & videntur verba ista hic sequi, at absunt ea tamen Pal. sec. quart. Col. custoditque solus tert.

CAPVT II.

Et in exempla desinere) est a veteri lectione codd. Pinc. editio Erasmi, *exemplum*, vt & Palatinus secund. alii tres, *exempla*.

Ma arr hunc interim ordinem expedit) ita Erasmus, cui fauet Palat. sec. nam tert. *interim colorem*. quart. *interim omnem*. Colon. *interim morem*; a quo stant mss. omnes Pinciani.

Ad speciosa stupentem) sic quidem Mureti editio: at Erasmi, *stupenda*, cui proxime accedit Colon. in quo *stupente*. Pall. tres, *stupenda*.

Et sexus sui & seculi nostri exempla] ita rursum Mureti editio, item Cælii Curionis, at Erasmi & Pal. sec. *& sexus & seculi nostri exempla*, sine voce *tui*, quę nec in vllis membranis Pinciani, quæ, *& sexus & seculi tui exempla*; quod ipsi placuit, & restat sane in Pal. tert. quart. Col.

Vtraq; spe futuri) sic, puto, Pall. tres; notis enim scripserunt. at Col. præpoote vocem; *illarum vtraq; spe fut.*

In quem onus imperii reclinaret] ita & Pal. sec. ac quart. alii duo, vt & quædam exempp. Pinc. *reclinare*, quod ipse probare videtur, vt repetatur verbum *coeperat*. probo & ego, cum eiusdem videam sententiæ Lipsium meum ad lib. 1. Annal. Taciti. I. C. quidam ait legere se, *in quem onus imperii reclinarat*, vel inquit, *resignarat*. quorum primum contra historiam, alterum contra Latinitatem pugnat. nec enim Marcellus imperii onus humeris suis fulsit, Ædilis tantú & Pontifex; vti tradit Cornelius initio Annalium suorum. at, *resignare in aliquem*, aperte barbarissat.

Animo alacrem] Pal. sec. *animo acrem*, sed emendatum postea ad priorem formam, quæ in reliquis perstat tribus.

Ingenio potentem) ita vnus Pinc. & mei tres. solum Pal. sec. *ingenio impotentem*, quomodo vulgarat Erasmus, sed male, vt opinor.

Frugalitatis continentiaq; in ellis aut annis) ita Mureti editio nullius subnixa auctoritate. nam Erasmi, *sed frugalitatis, &c.* quomodo & Pall. tres a secunda manu; nam sec. ac quart. habebant *sed frugalitatis*. Pincianus scribendum putarat *sed & frugalitatis, &c.* atqi ita profecto restituendum fuasu membranarum Colmensium, qui tamen perperam, *sed & frugalitatis continentem in illo, &c.*

Patientem laboris) ita solum Pal. sec. alii tres, *laborum*.

Inædificare voluisset] ita & Palat. tert. & quartus, nisi quod vocem male diuidant. at sec. *in eo ædificare*. Colon. *inædificare*.

Bene legerat nulli cessura ponderi fundamenta] ita etiam Pal. sec. ac quart. quorum postremus annutat, *legerat id est elegerat*. at tert. præfert, *Bene secerat nulli, &c.* quod fere quis alteri præferre posset. Col. hic legit adiicitque; *Dum Octauia legerat nulli torfura ponderi fund.*

Non dico non ausa consurgere, sed alleuari recusans] ita & Pal. tert. & Col. meus, nisi quod addant, *non est ausa* quod probo. at editio Erasmi; *non dico ex lucttu tanto consurgere, sed alleuari recusans*. citat ista Pincianus, ad hanc faciem: *non dico nunc non est ausa consurgere, sed all. rec.* additque vnum suum exemplar repræsentare; *non dico tantum consurgere sed all. rec.* Pal. sec. exhibet; *non dico nunc ex causa consurgere sed alleuari recusans*. quart. *non dico non est ex causa consurgere, &c.*

Lacrimas emittere] Pal. sec. *emittere*, oorat umque supra. *id est dimittere*. videtur scribendum *lacrimas mittere*, sic enim et quadraret illa significatio, & ita sane scribitur in reliquis tribus; ac placet.

Nullam sibi fieri de illo mentionem] voces *de illo* non sunt in Erasmi libris, aut Pal. sec. haud tamen eiecerim, transposuerim potius, cum tert. quart. Colon. *nullam sibi de illo fieri mentionem*.

Fraterna nimis circumlucentem fortunam) Col. *circumlucentis*. Palat. sec. *superne nimis circumlucentem fortunam*. tert. *formam*. quart. *superbe nimis, &c.*

Defodit se & abdidit) ita & Colon. nec non Palat. tert. quart. nam male sec. *se dedit & abdidit*. nam & cap. 32. ad Polybium legitur de misericordia Claudii: *qua cum ex ipso angulo, in quo ego defossus sum, complures multorum iam annorum ruina obrutos effoderit & in lucem reduxerit.* etsi enim illic *defossus sum*, unde se tueatur coniectura Pinciani, & in libris mss. restet *defixus sim*, tamen & probabiliter valde alienum illud substituit. & aliquem ita loqui posse, satis ostendit sequens *effoderit*.

CAPVT III.

Liuia amiserat) ita ex suis Pinc. quomodo & omnes mei. Erasmi editio, *Diua Liuia amiserat*.

Intrauerat penitus Germaniam) ita ex scriptis Pincianus, quibus accedunt Pal. tert. ac Col. nam sec. *Intrauerat ipse penitus*, quemadmodum ediderat etiam Erasmus, quod hercle mihi placet. nam & quoque Pal. quart *ipse penitus Germaniam*. I. C. gloriatur legere se, *Intrauerat ipse penitus Germaniam*, ex superuacuo sane. nam & similiter vsus supra cap. 1. *Quemadmodum omnia vitia penitus insident, &c.*

Et ibi signa Romana fixerat) ita Romana editio Erasmi *& ibi signa Romani fixerunt*, quod & in cunctis Pinc. mss. neque displicet; certe decuplo melius est quam quomodo reponebat I. C. ille *Romani fixerant*. reliqui mei valde variant. nam Pal. sec. ac tert. *& ibi signum Romani fixerunt*. quart. *& ibi signa Romanum fixeras*, quod quis probare posset, vt *Romanum* ponatur contracte pro *Romanorum*. Col. *& ibi signum Romanum fixit*.

In expeditione victor decesserat) ita & Erasmi editio ea prior. *In expeditione tor decesserat*: Pal. sec. *in expeditione ter decesserat*, notat vnquead oram alias legi *decesserat*, quod nescio an ad vtrumque vocem spectet, an ad vltimam tantum. omni reliqui tres. *In expeditione decesserat*, quomodo restitui voluit ex suis Pincianus.

Et totum Italiæ multitudo) ita Erasmi editio prior. *multitudo. Esside*. ad quam ita scribit Pincianus, elegans sane, inquit, & ad exemplum mirus deprauationis modus, *multitudo, Esside*, pro *desiderium*. nam omnis antiqua lectio habet, *& totius Italiæ desiderium* sic Pinc. & hercle ita restituendum, eiecta voce *multitudo*, quæ omnium occupat exemplaria. nam & mei quatuor etiam eius vicem repræsentant *desiderium* illud. crediderim hactenus ab nemine admissum, quod sequeretur, *per quam*, idque putarent pendere non posse a *desiderio*. & verum est; sed sane debebant subintelligendam potius *Italiam*; vti egregie annotat Pal. sec. nam Colon. meus, *per quod*, cui refragantur Palatini alii duo.

Non licuerat matri vltima filii oscula) ita ex Pinciani codd. Muretus. quibus annoit Palat. tert. quidam alii eius, *matri vlt. filii osculo*, quod extat & in Colon. meo. Erasmi editio; *Non lic. matri vt filii oscula*; & ita Pal. sec. at quart. *matrem suprema filii oscula*.

Sermonem oris haurire) ita & Pinciani membranæ & meæ tres; nam sec. Palat. *hauriret*, vti retinebat editus ab Erasmo.

Reliquias Drusi sui prosecuta) est a coniectura Pinciani, qui tamen fatetur in omnibus scriptis suis restare *profecta*. quod reuocauerim; vtique cum & sic etiam pertinaciter quaternio meorum. vt forte mendosa sit lectio; at id malo, quam vt adulteretur.

Toties illum amitteret, irritata) & ita rursus contra omnia mss. exempl. Pincianus, quæ *irritata*, quod reuocandum. nam vicus aliquod maius latet, aut alia distinctione *prosecuta*, & *irritata* optime consistunt.

Simul & illum & dolorem suum posuit) ita ex veteri lectione Pincianus, nec nō Pall. tres nam Colonensis, *simul & illum dolorem suum posuit* Erasmus etiam num breuius, *simul & dolorem suum posuit*.

Quam aut honestum erat, aut Cæsare; aut æquo maius) ita Erasmi editio; at Palatinus secundus, *quam aut honestum erat Cæsaro, aut æquum in alio*. tertius, *quam aut honestum erat Cæsare, aut æquo maius*. quartus, *quam vt honestum erat cessare, aut æquo animo non desiit Drusi sui, &c.* Colonensis, *quam vt honestum erat Cæsari, aut æquum matri*. ex quo procliue facere, *quam aut honestum erat Cæsari, aut æquum matri*, quomodo legere videtur ex mss. suis Durantius lib. 2. cap 12. Variarum; quod fere est vt admittam; sed fere tantum. nam si ita fuit in authenticis, vnde tanta postea in notis vocibus deprauatio?

Vbique illum sibi prius publ. repræsentare) ita ex suis Pinc. quibus adstipulatur Pal. tert. ac Col. nam sec. ac quart. vtique illum sibi prin. publ. repetere. Erasmi editio, vtique illum sibi pe. puol repræsentare.

Cum memoriam alterius nemo posset retentare quin illam tristem sibi redderet.) ita contra libros Mureti editio. Erasmi quippe pro retentare seruat retinere & frequentare; quod hercle hic maluerim, si modo id sincerum. nam mei hic valde recedunt a vulgatis; Pal. sec. cum memoriam alterius vix homo potest retinere & frequentare qui illam tristem sibi reddidit. annotatumque ad marginem explicationis vice; quasi dicat, de facili quis non reducit sibi ad memoriam frequenter eundem, cuius memoria contristatur. tert. cum memoria alius vix nemo potest retinere & frequentare quin illam sibi tristem reddidit. quart. cum memoriam illius vix nemo potest retinere & frequentare qui illam sibi tristem reddidit. Col. cum memoria alius nemo vix potest retinere & frequentare qua illam tristem sibi reddidit.

Verum exemplum putas) mei omnes putes. Pal. quoque quart. verum exemplum quod putes.

Ipsumque desiderans tristo matribus omen occurres) ita quidem Mureti editio, quomodo & citat Nic. Faber Annotat. in lib. 4. Controuersia 1. nisi quod ipse occurras. at Erasmi codd. ipsumque desiderabis triste matribus agmen occurrere, appositumque oræ legi alias omen pro agmen. ad quæ Pincianus; quædam, inquit, exempp. ipsumque desiderans triste matribus omné occurrere: alia sic, ipsumque desiderans omnem occurrere. legendum reor; Ipsa te desiderabis. triste matribus omen occurres; cui correctioni videntur suffragari verba Senecæ lib. 4. Declamat. Hoc mihi timendum ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurram. posset etiam non absurde ita legi; Ipseque quem desideras tristis matri & ominosus occurret. hactenus Pincianus. Palat. sec. ipsumque desiderabis triste matribus omen occurrere. tert. ipsumque desiderans triste matribus omen occurrens. quart. imperiumque desiderabis triste matribus omen occurrere. Colon. ipsumque desiderans triste matribus occurrere. ego non hic facile constituo verba. solum, cum omen extet in plerisque mss. damno illud agmen, quod propugnaui lib. 4. cap. 1. Suspic.

Fortuna tua reiiciens) ita & Erasmus. at mei quatuor reiicies, quomodo & de coniectura legit Gothofredus noster, quod mox sequeretur, habebis, eris.

Quod turpissimum alienissimumque) ita ex Pinc. libb. Muretus; nec aliter Colon. aut Pal. tert. at sec. tamen & quart. Quod turp. effrenissimumque, quod non omnino temere sugillauerim, cum & exhibeat editio Erasmi.

Animo tuo, in meliorem noto partem, ostendes te viuere nolle, &c.] ita quidem publicatus cum nomine Mureti, at Erasmus, in meliore noto parte, &c. ad quæ Pincianus, lego, inquit, contra omnia exempp. patre, non parte, vt circa initia; Non est ignotum qualem te in personam patris tui gesseris. sic ille. I. C. alius clamat se legere, in animo tuo, meliore tui parte, ostendes: Te viuere nolle; quo sane immensum abit a vestigiis receptæ lectionis, cuius sensum percepisse non videtur. Palat. sec. in animo tuo in meliore noto parte. tert. ac Col. animo tuo in meliore noto parte, ost. &c. quart. in animo tuo in meliore voto parte. Ostendes, &c.

Si ad hoc maxima femina te exemplum) ita ex Pinc. mss. Muretus; neque secus Pal. tert. aut quart. nam sec caret vocula te. Col. Si ad hoc Liuia maxima femina te exempl. Erasmi editio Si ad hoc maximum femina exemplum.

Non eris in ærumnis] ita & ex codd. Pinc. Muretus, quibus accedunt & mei tres. nam Palat. tert. si eris in ærumnis. Erasmi editio, eris in ærumnis, exclusa particula negante.

Quæ enim, malum, amentia est, &c.) & sic corrigi voluit ex suis Pinc. cum Erasmus, Quæ enim maior amentia est, quod tamen in nullo meorum. Pal. quippe sec. Quæ enim aliquando amentia est tert. Quæ enim mali amentia est. quart. Quæ enim amentia est; sine vocula malum. Colon. Quod enim malum amentia est, quod postremum & in suis inuenit & probauit Durantius lib. 2. ca. 12. Variarum. ego potius adhæserim primo loco positæ scripturæ.

Pœnas a se infelicitatis) ita voluit ex suis Pincianus, at Erasmi editio, at Durantii mss. & mei quatuor, pœnas a se illicitas.

Est enim quædam & dolendi modestia] ita & Erasmus, at Pall. tres, Et enim quædam & dol. mod. Col. Etenim quædam & colendi modestiam. Durantii scripti, Præstabis etiam quandam dolendi modestiam, quod ipse probat.

Illum ipsum iuuenem dignissimum quieto semper nominans cogitansque, meliore pones loco) sunt hæc a Pinciani coniectura, qui tamen addebat, cogitansque facies, meliore, &c. quã correctioné, inquit, probare videtur verba statim seqq. eius autem membranæ omnes habebant, illum ipsum iuuenem dignissime quietum semper nominatus cogitatusque faciet. editio Erasmi, iuuenem dignissime quietum, quem semper nominatum cogitatumque facies, meliore pones loco. I. ipsius insistens hariolationi Pincianæ, ait se reponere vocem quæ excidit; dignissimum quieto, quietum semper nominans cogitansque facies, additque, summa, inquit, votorum apud manes, vt quieti essent, & ne quis se sollicitaret. eam opinionem vulgi, ad consolandam Martiam aptans Seneca, id, inquit, futurum filio tuo est, si placata tu & quieta memoriam eius & nomen conserues. sic Lipsius lib. 1. cap. 10. Elect. Durantius d. cap. 12. reponit ex mss. Ille idem iuuenis dignissimi quietem semper nominatus cogitatusque faciat, &c. quomodo & Col. nisi quod is, quietam. I. C. quidam, reiectis aut eleuatis aliorum coniecturis, ait tempus esse vt mendosa hæc in parte iuuet; legere itaque, illum ipsum iuuenem dignissimum quieto (semper numina cogitans) facies: & meliore pones loco, &c. equidem vix teneo risum ad tam dextrã diuinationem; vtique cum videam recitari eam alibi ab ipso in Theologicis, atque occupare legitimum Senecæ locum. ego hic nihil possum: nam Pal. sec. illum ipsum iuuenem dignissimum, quietum semper nominatus cogitatusque faciat. meliore pones: sed illud quietum, ad istam formam interpolatum est a secunda manu. tert. illum ipsum. dignissime quietam semper nominatus cogitatusque faciat. meliore, &c. quart. illum ip. iuu. dignissimum, quietam semper nominatus cogitatusque faciat meliore, &c.

Hilaris & cum gaudio occurrat] Erasmi editio, occurrit, quomodo & Pal. sec. nam reliqui duo, hilarisque & cum gaudio occurrit. Col. hilarisque cum gaudio occurrit. Lipsius scribendum putabat, hilari & cum gaudio occurret, quod sibi postea vindicauit I. C. alius, sicque omnino legendum serio inculcat, cui tamen non obtemperarim.

Capvt IV.

Vt inhumano ferre humana iubeam modo) est a coniectura Pinciani; cum enim esset in chirographis libris, vt humana ferre inhumano iubeam modo, scribe, inquit, vt humana ferre inhumano iubeam modo. Erasmi editio, vt humane ferre humana iubeam modo. Pal. sec. vt humano iure humana iubeam modo. tert. ac quart. vt humane ferre humana iubeam modo. Col. voce præposita, scilicet vt humane ferre humana iubeam. Modo vt ipso, &c.

An perpetuus dolor] vox dolor est a mss. Pinc. abestque Erasmi libris & meis tribus. solum Pal. tert. vtrum magnus esse debeat dolor, an perpetuus; quod malim.

Magis tibi placeat exemplum) ita & Pinc. scripti & mei. Erasmi, magnum tibi.

Ad suum consilium] ita Pinc. codd. & mei. Erasmi, concilium.

Se consolandam Areo Philosopho viri sui præbuit] ita editiones quæ vulgatæ sunt post castigationes Pinciani. Erasmiana eamque vocem Areo non habet, testaturque Hispanus ille olim cusos præferre, se consulere Philosopho viri, &c. mss. vero suos, se consularee, vnde faciendum putabat, se consilio Arei Philosophi viri sui præbuit. fuit enim Areus siue Arius Philosophus Alexandrinus Augusto in ue carus, vt patet etiam ex Plutarchi Antonio, Suetonii Augusto cap. 89. Dione lib. 51. idem tamen Pincianus fatetur in vno libro fuisse, se Areo Philosopho viri sui præbuit, sine voce intermedia. Pal. sec. habet, se consularee Philosopho, notatumque ad oram alias legi, se consuli areo. tert. consularee philosopho, sine voce se. quart. se consulari Philosopho, &c. Col. sine, se illo; consilium Philosophicum viri sui, ex quibus nihil scire eruo sinceri; quam perperam excudi, se consolandam Areo, &c. de homine isto multa item Torrentius ad Suetonium.

Confesso

Confessa est, plus quam Romanum) ita scribi voluit ex suis Pinc. quibus accedit solum Pal. sec. alii tres non agnoscunt verbum *est*, exulatque etiam Erasmi edit. neque valde requisiuerim.

Custodem diligentissimam. Vsq; in hunc diem) ita & Erasmi editio. mei quatuor, *diligentissimum*. Pincianus putat legendum, *custodem. Diligentissime vsq; in hunc diem, &c.* vt sit exordium orationis quam Areus habuit ad Liuiam. vnde postea Cælius Curio, *custodem. Diligentissimam vsq; in, &c.*

Assiduus virtutis comes) Pal. sec. quart. Col. *assiduus virtutis comes*. tert. *assidua virtutis comes*.

Quæ in publicum emittuntur, acta sunt, sed omnes quoq; secretiores animorum vestrorum motus) ita & Erasmi editio. at citat Pincianus, *quæ in publicum emittunt vota, sed omnes qui sunt secretiores an. nostr. &c.* atque legendum ex vett. exemplar. *quæ in publicum emittuntur nota, sed omnes sunt secretiores animorum vestrorum motus*. ita Pinc. codd. quæ eodem recidunt quo vulgata, nisi quod obscuriora. & sic quoque Pal. sec. ac quart. præterquam quod illi *nostrorum* item tert. excepto quod & ille *nostrorum* etiam habeat, careatque vocula *sunt*. consentit Pinc. mss. Col. omnino, nisi quod ille *vota*, non *nota*.

Liberrimam Principum iudicem) ita eleganter Erasmi editio, at mei omnes *vberrimam*. Pal. quoque sec. ac quart. *principum*. quod tamen ferri posset. Col. *præcipuum*.

Nec quicquam pulcrius existimo, in fastigio collocatis, quam multarum rerum) sic & Erasmi editio. at Pal. sec. & quart. *existime fastigio collocatis multarum*. ter... *imo quam fastigio collocatos multarum*. Col. *existime quam in summo fastigio collocatus multarum, &c.*

CAPVT V.

Nescire, quemadmodum se gerant: loquantur aliquid coram te, &c.) ita legendum ex mss. prodidit Pincianus, estque in Pal. tert. quart. Colon. Erasmi editio, *nescire, vtrum aliquid loquantur coram te, &c.* ea prior, *nescire quemadmodum aliquid loquantur coram te, &c.* vti est in Pal. sec.

Clarissimi iuuenis illi faciat) sic & Colon. at Pal. sec. & tert. *illis*. quartus compendio scripsit eam vocem, sed habet *carissimi*.

Cum secessimus) ita & Colon. at Pal. sec. *sedimus*. tert. ac quart. *secedimus*; quomodo & obtinet Erasmi editio.

Nec hoc graue duxera) ita ab Erasmo publicati. quatuor mei *duxeris*.

Quæ in huiusmodi casibus) sic Pinc. codd & Pal. sec. dictio *in* abest Erasmo. reliqui mei tres, *quæ in huiusmodi casu*.

Et oblita meliorum, fortunam tuam qua deterior) ita probabatur ex veteri lectione Pinciano, neque aliter Col. ac Palat. sec. ac tert. nisi quod sec. scribat *que*, non *qua*. alii vero duo compendiaria eam via exprimant particulam. at quart. *meliorem fortunam qua deterior*. quomodo & Erasmus, nisi quod ille *qua*.

Non conuertiste) est a coniectura Pinciani. eius enim mss. meique, item Erasmo vulgati, *Non conuertisti te*.

Occursusq; iucundos) sic ex suis Pincianus; neque secus omnes mei. Erasmianis abest dictio *que*.

Vltimam illam rerum faciem premis. In hanc quasi parum ipsa per se, &c.) ita Mureti editio. at malim, quod prodidit Erasmi editio; *premis. Illi tanquam parum ipsa per se*, nam & sic omnino Pal. sec. item tert. nisi quod seruet *illæ*. sed & alluduot quartus, qui, *premis illatam, quasi parum ipsa, &c.* item Col. in quo, *rerum premis illi, tam quasi parum, &c.* Duraotius Cassellius lib. 2. cap. 12. producit ex vete. suis libris; *Vltimam illam faciem rerum premis illatam annis, quasi primum per se horrida sit quocumque potes congeris*; quibus adicit; per Genium meum, inquit, iurarem hæc esse vera & genuina Senecæ verba, quorum illa est sententia; *vltimam faciem rerum*, id est mortis & funeris tempus cum puerilibus blanditiis collatum, quasi primum horridum sit, vbique contestaris. sicque legendum, fidem faciunt antecedentia verba; *Non conuertisti te ad consuetus filii tui, occursusque iucundos, non ad pueriles dulcesque blanditias, non ad incrementa studiorum*. hactenus Durantius, cui neutiquam adscotior. recepta enim lectione nihil esse potest planius; nihil plenius. *premere* enim *vltimam faciem rerum*. est circa eam occupari, in illam oculis animoq; vnice semper intentum esse defixumque.

CAPVT VI.

Simul vero cogita] vox *vero* non est in meis, habetque Pal. sec. *Simulans cogita*.

Non esse magni animi) ita solum Pal. sec. tres alii, *non esse magnum*; quod amplector.

Et sequens ventus ostendit) miror cur ita Romæ editus liber. nam certe Erasmi, meique quatuor, *& obsequens ventus*, quod reuocandum; inde enim est quod *ventus suus* dicatur, qui nobis vndiquaque dat operam.

Strepitu conterrita) ita Pinc. ex suis mss. neque aliter mei, nisi quod Pal. tert. *contrita*. Erasmi male *contenta*.

Tibi Areus adsedit) ita & diserte Colon. nam Erasmus *Arius*. Palat. sec ac quart. *aureus*, notatum tamen ad oram sec. *alias Areus, qui per verba præmissa consolatus est Liuiam*. tert. *tiberem*.

Te mutata persona consolatus est) Pal. sec. tert. Col. alio ordine, *mutata persona te cons.* quod malim. quart. *& mutata persona to consolatus est* Erasmi, *& mutata pers. consol.* sine vocula *te*. Pincianus corrigere nos iubet ex vno suo, *muta personam, te consolatus est*. meo animo minus recte.

Si fletibus fata vincuntur, conferamus) ita Erasmus, ita mei, ita etiam omnes quos excussit Pincianus, qui tamen, quid si legas, inquit, *confligamus*. Obsopœus malebat, *conflea mus*. certe huius loco in subire verbum, *conqueramur*, cap. 31. ad Polybium: *Inueniam etiam nunc per hos exhaustos iam fletibus domesticis oculos quod effluat, si modo id tibi futurum bono est, quid cessas conqueramur*. equidem ingeniose satis. sed tamen non transfixerim vocem tot membranarum subnixam auctoritatibus. *conferuntur* enim *fletus* qui quasi in commune dantur & in medium, quod hic optime, puto, consistit.

Atq; sese omni genere) vox *sese* abest Colon. at Pal. sec. *at causas ex genere*. tert. & quart. *atque omni ex genere*.

Profecturus mæror exerceat) quidam I.C. sic legere ait, *profuturus dolor*; nō male si eius esset reformare Senecam. nam alioqui ita iterum loquitur in simili re cap 31. ad Polyb. *Si quicquam tristitia profecturi sumus, non recuso quicquid lacrimarum fortuna mea superfuit, tuæ adfundere*. scilicet sciat ille velim *profecturus* istud non deriuari, vt ipse forsan putat, a *proficiscor*, sed a *proficio*.

Et mors tenet quicquid abstulit) ita ex suis Pinc. neque secus Pal. tert. & quart. at reliqui duo *tenuit*, quomodo publicauit Erasmus.

Regamur: nec nos ista vis) sic quidem Mureti editio. ac Erasmi, *Quare regamur, nec nos, &c.* ad quæ Pincianus, mei, inquit, scripti *ne* legunt, non *nec* & considera an commutato dictionum ordine scribendum sit, *Quare regamus nos, ne ista vis*. nam *regamus* in iisdem habetur, non *regamur* sic Pinc. at Col. *Quare regamur, vt nos ista vis*. Pal. sec. *Quare regamur, nec nos ista vis*. tert. *Quare regamur, ne nos ista vis*. quart. *Quare regamus ne nos ista vis*.

Quæ fluctuantia vela deserunt) ita & Pall. tres. Pinc. codd. *fluitantia*, quod & in Col. meo.

Permisit tempestati nauem) Col. ac Pal. tert. *ratem*. sec. *permiserit temp. nauem*. quart. *permisitque tempestate ratem*. quod placet omnino.

Clauum tenentem & obnixum) sic Erasmi editio. mei tres, Pal. sec. tert. Col. *nauem tenentem & obnixum*. Palat. quart. *nauem tenentem obnixum*. equidem forte reuocandum, *nauem tenentem*; nam eam *tenet*, qui eius rector est; *tenet* etiam, qui nihil omisit quo minus regere posset nisi tempestas impediret. porro Cælii Curionis editio hic habet in fine, *& obnoxium*, inepte profecto & contra mentem auctoris; qui vult eum obluctarum fluctibus ac ventis. at *obnoxium* aliud omnino vult, vt patet ex bisce lib. de Tranquill. animi c. 1. *Deprehendo me nec bona fide liberatum iis quæ timebam & oderam, nec rursus obnoxium*. inepte etiam alius quærit, an non legi possit, *clauum tenentem & innoxium*, vel *clauum tenentem & ita innoxium*. *obnixus* enim est qui contra nititur. Virgilius lib. 5.

Concussæ cautes, & acuto in murice remi

Obnixi crepuere.

talis ouuelerus erat Palinurus, de quo sic idem vates:

--clauumque adfixus & hærens

Nusquam admittebat.

Nam in discessu) ita Erasmi editio. malim *nam discessu*, sine vocula *in*, quæ nec in Col. aut Pal. tert. nam sec. *nam ex discessu* quart. *nam discessu*. nec enim, inquit, tantum amissione catulorum morsus nobis est, sed etiam eorum discessu.

Cum sæpe ad cubilia expilata redierint) ita ex Pinc. codd. Muretus; quibus accedunt mei tres, solum que Pal. sec. *expilata redierint*, quomodo exhibet Erasmus. I. C. quidam dicit legere se; *cum semel ad cubilia expilata redierint*: vel, inquit, *cum fœtibus ad cubilia expilata redierint*. additque; *fœtibus expilatis* dixit, hoc est, fœtibus orbatas ac priuatas. sic infra: *Nulli animali longum fœtus sui desiderium est*. sic ille; cuius emendatio prior, peccat in rerum naturam; nam non semel tantum feræ cubilia repetunt sed sæpius celeri admodum cursu ac recursu. altera correctio, vereor vt se approbet Prisciano, certe & est præter mentem auctoris, & respuunt eam literarum priorum ductus simul syllabæque. at *expilata cubilia* dixit, quomodo postea, *nidos inanes*.

Cum stridore magno inanes nidos circumfremuerunt.) ita Mureti editio, sed male. legendum cum aliis cusis & mss. meis quatuor, *circumfremunt.*

Eandem in omnibus) ita Pinc. codd. nec non Pall. tres, item Col. qui ad oram adponit, *eandem, scilicet vim*. recte. at Erasmi tamen, *eadem*.

Apparet non esse) ita & Colon at Pal. sec. *Appareat ergo non esse*. tert. quart. *Appareat non esse.*

Quam feminas vret.) ita Pincianus ex suis, quomodo & Pal. tert. quart. Col. male secundus, *quam feminas naturaliter vret*. peius Erasmi editio, *quam feminas, quia naturaliter, vret.*

Quia vires a natura) eiecit pronomen Romana editio, quod reuocandum suasu omnium cusorum manuque exaratorum, *quia vires illi a natura.*

Quæ nihil in personam constituit.) sic quoque scribi voluit ex suis Pinc. quibus adhæret Col. & Pall. tres Erasmus vulgarat, *quæ nihil amplium constituit*. placet prior lectio; nam nihil ineptius illo qui legit, *quæ nihil nisi vnum constituit*; adicitque; nam antecessit; *Apparet non esse naturale, quod varium est*. vides recte hic apponi *varium*, & *vnum*. sic ipse; quæ ideo.

Paupertatem, luctum, orbationem, ultimo, &c.) est a coniectura Pinciani. cum enim edidisset Erasmus, *Paup. lucrum, ambitionem, &c.* scribendum reor, inquit. *Paup. luctum orbationem*. nam & vetus lectio *luctum*. sic Hispanus ille. & vero *luctum, ambitionem*; præferunt etiam mei quatuor nihil itaque verius quam rescribendum vtrolim coniecetam lib. 23. cap. II. Su. spic *luctum, abitionem*; præcipue cum inueniam sic quoque diuinare Iuretum. Festus enim Pompeius, inquit, obseruat priscos auctores dixisse *abitionem* pro *morte*. & sæpe in antiquorum monumentis *abire* legimus, pro *mori*; quamuis in multis editionibus affinitate verborum, pro *abire* hodie scriptum sit *obire*. sic optimus Iuretus apud Opsopœum nostrum: quæ consigno his Tertulliani lib. de testimon. animæ: *Nam si de aliquo iampridem defuncto, tanquam viuo quis requirat, præ manu occurrit dicere. Abiit iam, & reuerti debet.*

Præsumptu opimo de non timendis terribilis) ita & Erasmi editio & Colon. nec non Pal sec. & tert. at quart. *de non timendis terribilibus*, quomodo legendum putabat de coniectura Pincianus, probauique pridem ego lib. 16 cap. 2. Suspic. nam amicus meus Stephanus Epistola ad Dalech. 36. abesse hoc loco valebat voculam *non*, legique, *de timendis terribilibus*: quis enim, inquit, nescit vulgi & multorum etiam qui in vulgo non numerantur, opinionem esse, timenda esse quæ natura sua terribilia sunt?

Capvt VIII.

Non illa concitatu qualis initio fuit.) ita pridem emendauit, & Lipsius lib 2. Epistol. quæst. 19. & Gulielmius Adsertione aduersus C. Sigonium. Erasmi editio, *qualis in illo fuit*. Pincianus vitiatissima proclamauit verba, quæque pro tempore donec meliora occurrerent sic restituenda putauit, *qualis in Lima fuit*. Palat. sec. *non illum concitata qualis in illa fuit*. & superscriptũ vocis *illa*, *scilicet Lima*. alii tres, *non illum concitata qualis in illo fuit*. I. C. quidam legit, *non illa concitata, qualis in illa fuit*; vt subintelligas, inquit, *Lima* de qua ipse loquitur. at de *Lima* hercle ne hilum illic loquitur auctor. itaque adhærebimus illi, *concitio*, tritum utrorum. vtique subnixo sententiis, cum neque longius abeat a literis priorum vocum.

Nec illum opperiri diem) Palat. sec. *aperiri*. tert. ac Colon. *operiri*, quemadmodum etiam habet Erasmi editio. quartus, *operi*.

Capvt IX.

Et aliis pacatius) ita vnus Pinc. codex. Erasmi, *& aliud & pacatius* Pal. sec. *& pacatius* sine voce intermedia. reliqui tres, *& aliud pacatius*; quod malim.

Paterna hereditatis successionem) Palatinus secundus, *successorem.*

Qui quasi ex inopinato) ita & Erasmus. at ego pro istis malim, *quia ex inopinato*, vti repræsentat Palat. tert. ac quart. nam & secund. *quasi ex inopinato*, sine vocula *qui* & Col. etiam absque illa, *quia ex inopinato.*

Quæ multo ante præmissa sunt.) ita Erasmi codd. at Pinciani, *præmissa*. quod & in Palat. quart. quippe tres reliqui, *ante perculsa sunt.*

Te ad omnes expositam) sic solum Palat. quart. alii tres *expositum.*

Semermis adeas) ita Romana editio, contra omnes libros & typis impressos & calamo scriptos; ii enim *inermis adeas*. quod cur non reuocemus.

In tuum vibratu caput.) ita ex vett. scriptis suis Pincianus. Erasmi editio, *puta in tuum libratu corpus*, vti & exhibet Pal sec. nec abit tert. quam quod is, *in tuum puta librata corpus*: aut quartus, nisi quod ille *in totum vibrata corpus*. notatum enim legi alias *in tuum* Colon. *ante tuum librata corpus*. Stephanus lib. 2. cap. 8. Prodidp. illud *vibrata* Pinciani non probat, persuadetque sibi Senecam scripsisse *libratus*; quod auctoris non sit, idem verbum in tam vicinis locis (vbi idem aliis dici verbis potest) repetere; præsertimque vbi diuersa verbo natura, vt ita dicat, danda est. nam supra, *vibrasse*, inquit, non actiue (vt hic passiue dictum esset *vibrata*) sed neutraliter dixerat. quod etiam dignum obseruatione est. additque; mihi quidem certe, quam suspectum est hoc *vibratu*, tam a suspicione abest ille vsus verbi *vibrasse* memini enim legi in libro de Prouidentia cap. 3. *Inter multa magnifica Demetrii nostri & hæc vox est, a qua recens sum. sonat adhuc & vibrat in auribus meis* hactenus Stephanus. & malim etiam hercle ego *libratu caput*, nisi ita pertinaciter mei *librata corpus*. verum diiudicent doctiores. Heruagiana editio habet, *librata caput*, sed & illa excusa ad Erasmianum exemplar, aut certe Cælii Curionis; qui omnia sua palam habet a penu Desiderii illius Batauii, aut dissimulanter a Pinciano.

Aut post tergum ceciderint.) & hoc est a Pinciano. Erasmus enim *aut penes tergum*; quod & in Pal. tert. ac quart. nam sec. ac Col. *aut pone tergum* placet mihi quod Iuretus *aut pone tergum*. sic certe eius mss. voxque prisca *pone* male intellecta locum mutationibus dedit.

Nec securam) mei omnes perperam, *nec securum.*

Alium percussisti, me petisti) ita & Erasmi editio & Pal. sec. sed reliqui tres, *alium quidem percussisti, sed me petisti*, quomodo fuisse in suis prodidit etiam Pincianus. possimus tamen præponere prius.

Quis non si admoneatur, vt de suis cogitet.] illa, *de suis*, omnino eicienda suasu librorum antiqq. Pinciani; aut forte etiam tota quatuor verba, *vt de suis cogitet*; certe nusquam ea comparent in Palat. sec. habentque tres reliqui, *si admoneatur, & cogitet*, nempe. *Quis non, si admoneatur, vt cogitet*, referenda sunt ad superiora ista, *vt cogitet de exilio, de egestate, de luctu*

Tanquam dirum omen respuat.) scilicet vt *bona* seu *fausta omina*, accipere se homines dicebant, ita *mala*, quæ *dira* vocant

vocant Ouidius lib. 5. Metam. item lib. 6. Suetonius Augusti cap. 13. etiam noster lib. 2. de Benef. respuebant, detestabantur & auersabantur. Albinouanus ad Liuiam:

Tu letum optasti Dis auersantibus omen.

plura exempla cumulat lib. 1. de Formulis Brissonius.

Et in capita inimicorum] plerumque enim hostibus euenire optabant quæ auersabantur. Ouidius lib. 3. de arte aman.

Hostibus eueniat tam fœdi caussa pudoris,
Inq; nurus Parthas dedecus istud eat.

Albinouanus ad Liuiam:

Vrbs gemet, & vultum miserabilis induit vnum.
Gentibus aduersis forma sit illa precor.

plura iterum Brissonius d. lib. 1.

Non putaui futurum. Quicquam tu putas non futurum, &c.) scribit Durantius lib. 2. Variarum cap. 7. distrahi sententiam elegantem interpunctione; itaque ex mss. distinguendum, *Non putaui futurum quicquam. Tu putas, &c.* atque ita sane distinguit Col. Palat. sec. ac tert. non quart. *Non putaui futurum. quod multis scis, &c.* omissis intermediis.

Egregium versum audi, & dignum Publio: Cuiuis, &c.) ita Mureti editio, satis profecto licenter; nam Erasmi, *Egregium versum & dignum audimus, est enim e populo: Cuiuis, &c.* ad quæ Pincianus; Deprauatissimus, inquit, locus, si quis in toto opere, non tantum verbis vitiatis, sed ordine etiam inuerso. sunt codd. qui habeant, *Egregium versum & dignum audim qui non e populo heri & cuiuis, &c.* legendum opinor, *Egregium versum audi, & dignum qui non esset Publii Syri: Et cuiuis, &c.* comprobat hanc castigationem Seneca ipse lib. de Tranquill. cap. 11. his verbis; *Nunquam me in bona ve mali pudebit auctoris. Publius tragicis, &c.* fuit enim hic Publius natione Syrus, mimographus poeta temporibus Cæsaris Dictatoris, multis & pulcerrimis sententiis clarus in primis, quas leges apud Gellium lib. 17. cap. 14. Macrobium 2. Saturnal. non procul a calce. hactenus Pincianus, cuius coniecturam audaciorem vocat Lipsius, nec tamen prorsus spernendam; legit enim ipse; *& dignum audimus, qui non in populo periret: Cuiuis, &c.* vera, inquit, coniectura, & quam non recuso exigi ad obrussam doiet videlicet Senecæ egregium versum & ex intima Philosophia, perire in theatris inter plausus & adclamationes vulgi, dignum scholis & aure seueriori. hactenus Lipsius. cuius diuinationi accedit Durantius d. cap 7. at Turetus norat repperisse se in veteri libro; *Egregium versum, & dignum qui non e populo! Cuiuis, &c.* est in Col. *Egr. versum & dignum qui non e populo erit, & cuiuis, &c.* Pal. sec. *Egregium versum & dignam que non epopulo heri & cuiuis.* tert. *& dignum qui. o populo eri & cui vis* quart. *& dignum quando est populo erit & cui vis.* Gothofredus dicit nihil mutandum de editione Erasmi; *versus e populo,* inquit, dicitur qui apud populum peruulgatus.

Hic nos error decipit) ita Mureti editio, insecuta aliquatenus opinionem Pinciani. cum enim hic inuenisset in Erasmi libris, non membranis propriis, *Terror decipit*; legendum, inquit putarim, *Error decipit* equidem & *Terror,* tantum est in meis quatuor, neque vsquam conspiciuntur illa Muretana, *Hic nos.*

CAPVT X.

Ampla atria) ita legit ex suis Pinc. neq; aliter mei quatuor. male Erasmus. *arua* quod vel statim seqq. damnent.

Aliena commodatiq; apparatus sunt] vox *apparatus* abest Pal. sec. at tert. *aliena accommodatiq; apparatus sunt.*

Nihil horum dono datur) ita ex suis Pinc. neque aliter mei tres. nam Pal. quart. *nihil horum donatorum.*

Collatitiis & ad dominos) ita rursus Pinc nec non Palat. tert. ac quart. nam sec. *commodatitia & ad dominum* Col. *collocatitiis & ad dominos.* Erasmi editio, *collatitiis & ad dominum.*

Tanquam inter nostra positi) Pal. sec. *intra.*

Currus temporis) ita & mei tres, at Palat. sec. *tempora,* vt & habet editio Erasmi, & citat P. Faber ad l. 163. ff. de diuers. reg iuris.

Et appellatos sine querela reddere) ita & Col. & Pal. tert. at sec. & quart. destituuntur illis, *sine querela.*

Et quos superstites lege nascendi) producit verba isthæc & annexa, Fornerius Comment ad l. 221. ff. de verb. sign.

Sæpe admonendus est animus, amet vt recessura) ortum a coniectura Pinciani; cum esset in scriptis eius, *a metu ire cessura.* Erasmi editio, *animus, metuere vt recessura.* notatumque ad oram alias legi, *animum metiri vt recessura.* Pal. sec. *animum metiri vt cessura.* tert. *animus a metu in recessura, sine tanquam recedentis.* quart. *animus a metiri vt cessura.* Col. *animus a motu in recessura.* I.C. quis quærit quid si legatur, *animus, manu tenere vt recessura.* satis absurde. nam quomodo ibi locum habeat *manus*, vbi sermo est de *anime*? & alioqui, non tenemus manu, relinquenda.

Tanquam extemplo abiturum possideat) sic quidem vulgatus ab Erasmo. at Durantius lib. 2 cap 7. Variarum conqueritur non putare se extare locum alium, vel corruptiorem, vel ad restituendum difficiliorem. manuscriptum eorum eius exemplar, *tanquam exemplum auctore possideas.* vtrique libri, inquit, vitiose ac ineleganter; ex vtrisque tamen ingenua lectio eruenda est. aliquando legendum putaui, *tanquam exemplum sine auctore possideas.* interpretabar *exemplum possidere*, ipsius rei imaginem tantum aliquam vel simulachrum possidere. apud Tertullianum certe lib. de præscript. aduersus hæreticos, *exemplum a proprietate* distinguitur, his verbis, *Omnia quidē dicta Dominis omnibus posita sunt quæ per aures Iudæorum ad nos transierunt, sed pleraq. in personas directa non proprietatem admonitionis nobis constituerunt sed exemplum.* malo tamen legere; *tanquam ex empto sine auctore possideas*; locutio ex penitissimis iuris fontibus hausta. & similis error a Cuiacio sublatus Obseruat. 1, cap 5. ex L. imperatores ff de publicanis. *ex empto sine auctore possidere* quid sit consule I.C. tos. sane quæcumque affulgente fortuna possidemus, quasi emptores nullo auctore detinemus. itaque si quodam infortunio euincantur, nullum est auctoritatis perfugium. ita res humanæ alternante accolludente fortuna conuertuntur. hæc Casellius ille; cuius neutram diuinationem probare possum, quod nimium abeat a mss. nam & Pal. sec. tert. quart. *tanquam exemplum auctore possideas,* notatumque ad sec. alias legi, *tanquam nō extraneo auctore possideas*; quod ego amplecterer, si suffragarentur aliæ membranæ. sed enim cum Col. habeat, *tanquam exemptum auctore possideas,* id, licet durior videatur locutio, defendere possint, vt dicat auctor, nos ita id possidere, vt illi faciunt qui suo periculo aliquid emunt, qui non habent ad cuius auctoritatem defugiant vbi euictionis instat periculum. sane *eximius reus* is habetur, cuius nomē aboletur & eximitur e reis l. 11. in f. ff. de accusat. l. 12. ff. ad Turpillian. nec non & *actio exempta* dicitur, cum desiit quis agere posse l. 1 & l. 26 § actio ff ex quibus caus. maior.

Rapite ex liberis voluptates] Pal. tert. *capite* sed male. alii enim melius *Rapite.* sic & Horatius Epodon Oda 13. --*rapiamus amici Occasionem de die.* & Ode 8. lib. 3. Carm. *Dona præsentis rape lætus horæ.* etiam Appianus, arreptam ex iis quæ dicerentur occasionem significans, hoc quoque vocabulo, sed Græco, vsus est, vbi de lege Gracchi agrariæ καὶ ὁ Γράκχος ἁρπάσας τὸ λεχθὲν, ὡς δὴ [illegible] sed & noster mox: *Rapina rerum omnium est, &c.* qui locus alteri adiungendus est pene gemino apud Ciceronem lib. 3. de Oratore: hoc Ennianum enim explicans Tullius,

Viue Vlysses dum licet:
Oculis postremum lumen radiatum rape. Non dixit *cape,* inquit, *non pete. haberet enim moram sperantis diutius se esse victurum; sed rape. hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, dum licet.* denique l. 168 ff. de reg. iuris. *Rapienda occasio est quæ præbet benignius responsum* ibi P Faber.

Omne gaudium haurite) ita scribi voluit ex suis Pinc. vti & est in meo Col. item Pal. tert. quart. at enim sec. nec nō editio Erasmi, *omne gaudium aduertite*; vt forte fuerit *auertite*, cuius significatio hic non adeo inepta; cum præcesserit, *Rapite.*

Nimis magnam aduocationem dedi) id est, nimis magnum temporis spatium, inquit Stephanus lib 2. cap 11. sic & lib. 1. de Ira: *Deinde aduocationem etiam sibi petit, vt excutienda veritas spatium habeat.* eadem vox restituenda Val. Maximo lib. 2. c. 9. *Accedit his quod etiam Fortuna*

longam præstandi huius muneris aduocationem eius aßecuti; sic enim in omnibus extare mss. bene monuit Pighius, cum extet in vulgatis, *muneris vacationem*.

Instat a tergo mors, iam deficiet iste comitatus) ita Erasmi editio. monetque Pincianus quosdam suos codd. referre, *deficietur*; vnde legendum putat, *iam deficiet te iste com.* at Colon. meus, *Instatur a tergo, iam deicietur iste comitatus.* autumemq; legendum omnino; *Instatur a tergo, iam disiicietur iste comitatus*, quemadmodum aperte est, licet per vnicum *i*, in Palat. quart. qui & adnotat, *id est dispergitur*, *a dis & iacio*. nam sec. *Festinandum est instanter. at ergo iam difficiatur iste com.* tert. *Instatur a tergo. Iam deficiet iste com.* Iuretus similiter inuenit in veteri suo, *Instatur a tergo. iam deficietur iste com.* vbi animaduertendum, inquit, sium vetus & obsoleta vox *disico*, locum habere possit, quę sæpe in aliis auctoribus etiam corrupta fuit: qua de re multa Lambinus ad Tullium pro Cælio ex Obseruationibus Cl. Puteani. ¶ *Miseris nescitis fuga viuere*) sic Muretti editio. at Erasmi, *mis. nescitis in fugam viuere*. mei quatuor, *miseri nesc. in fuga viuere*. vetus lectio Pincianorum, *mis. nescitis & fuga viuere*; quomodo ediderũt Erasmiana posteriores editiones; nisi quod ex illa (*miseri nescitis*) parenthesi incluserint. ¶ *Illis determinata est*) ita & Pal. sec. & forte quart. qui, *detuata est*. at alii duo, *illis denuntiata est*, quod malim; præsertim cũ & sic quoq; in suo ms. inuenerit probaueritq; Iuretus. ¶ *In hanc legem datus. hoc fatum ab vtero statim prosequebatur*] sic Pal. quart. at Pinc. codd. & Col. meus, *In hanc legem datus est. Hoc illũ fatum ab vtero statim prosecutũ est.* Erasmi, per minorẽ, *& in hanc legem datus, hoc fatum ab vtero statim prosequebatur.* quomodo & Pal. sec. nisi quod is *factum* pro *fatũ*. at tert. *In hanc legem datus. hoc illum fatum ab vtero, &c.* ¶ *Vel in pœnam admotis, vel in remediũ: alios nudos mari iactabit*) ita a Mureto publicatus, postquã Pinciani vidisset castigationes. aiũt enim, vanã se & parũ sibi constantẽ inuenire hoc loco lectionẽ veterẽ, sed tamen cõmodiorem quæ ex emẽdatioribus codd. elici potuit sic habere; *vel in pœnam admotis, vel in remediũ. alios vinciet. id nunc istis licebit, nunc tibi. alios per incerta nudos maria iactabit.* ita Pinc. at tradit Erasmus cõsentire exẽplaria bibliothecarũ in hanc scripturã, *vel in pœnã admotis, vel incerta nudos maria iactabis*; legẽdũ vero putare; *alios ignibus peruret, vel in pœnã admotis, vel incertis* (siue *infertis*) *alios nudos mari iactabis. incertos ignes*, inquit, vocat incendium fortuitorum. *infertos ignes* intelligas licet febres ac pestilentias. alii ignes admouentur, alii inferuntur. hactenus Erasmus; cui vel magnas ego gratias quod prodiderit non variare membranas suas. nam nec abeunt ab eius scriptis Pal. meus sec. aut quartus, nisi quod prior habeat, *vel in pœnam admotos, vel in incerta nos maria iactabit*: posterior, *ignibus peruret illi in pœnã admotis, vel incerta nudos maria iactabis.* hinc est quod rescribendum arbitrer; *alios ignibus peruret, vel in pœnam admotis, alios in incerta nudos maria iactabit*, resectis cæteris que reliquis omnibus. quæ nata ideo quod non intellegerent vim voculæ *vel*, quæ hic non discernit, sed adgrauat: vt voluerit, non solum nobis expectandum vt a fortuito exortis consumamur ignibus, sed vt vel ab iis quos admouebit carnifex. at *pœna ignis* omnium grauissima, vt notum est. sic ego censeo, aliter sentienti non inuideo. nam alioqui & Palat. tert. *vel in pœnam admotos, vel in remedium, per incerta nudos maria iactabit.* Col. vero, *vel in pœnam admotis, vel in remedium, alios vinciet. Id nunc hostis licebit nunc tibi, alios per incerta nudos maria iactabit.* I. C. quis quærit, quid si legas inquit ita; *vel in pœnam admotis vel exortis alios nudos maria iactabit*; vt subintelligamus voculam *casu*; equidem qui me sequetur, tale nihil admittet contra auctoritatem mss. ¶ *Ventrem immensa belua detrudet*] ita & Pal. sec. sed enim cum tradat Pinc. libros suos præferre, *belua retondet*, malim cum Palat. tert. quart. Col. *immensa belua ventrem decondet*. nam certe vltima vox etiam in scriptis Iureti. ¶ *Inter vitã mortemq; detinebit*) ita & Palat. sec. ac quart. verum Col. ac tert. *inter vitam mortemq; medios detinebit*; quam vocem etiam suasu sui codicis restituẽdam putabat Iuretus. ¶ *Vt vaſira & libidinosa*) Pal. sec. *vana*. ¶ *Itaq; vobis animus ad hoc maximẽ quia immoderate fertis, & in metus & in dolores humanum pectus dispensandum*) ita etiam Erasmi editio, nisi quod ea *nobis* pro *vobis*, minus forsan bene. I. C. quidam scribit, forte emendandum, *& in metus & in spes humanum pectus dispens.* quo nihil magis esse poterat contra mentem auctoris. si enim *tota vita flebilis est*, vt supra posuit auctor, necesse profecto, aut doleamus, aut metuamus dolores. neque aliter fere noster ad Polybium cap. 28. *aliquando naufragium facimus, semper timemus*; videatur eiusdem modi locus. sed & simile huic illud Liuii lib. 1. *Vrbium excidia, vastationesq; agrorum semper aut expectent aut patiantur.* verum pudet in re clara perdere verba. locus hic breuius concipitur in scriptis Pinciani. hac scilicet forma, *itaq; vobis maxime quæ immoderate fertis, & in multos dolores humanum pectus dispensandum.* at Col. *Moderandum est itaq; nobis maxime quia immoderate fertis, & in multos dolores humani pectoris dispensanda*, Pal. sec. *itaq; nobis animus adhuc maxime quia immoderato fertis, & in metus & in dolores humanum pectus dispensandum.* tert. *Moderanda est itaq; vobis maxime quia immod. fertis, & in multos dolores humanum pectus dispensatis.* quart. *itaq; nobis maxime dolor quem immoderate fertis, & in multos & in dolores humani pectoris dispensandus.* lectio primo loco posita mihi satisfacit, vtcunq; cum & eam fere seruet Pal. meus sec.

CAPVT XI.

Et casibus morbisq; repetita) ita Erasmi editio. at Pal. sec. *& casus morborum repetita.* tert. *& causis morbos repetita.* quart. *& causam morbos repetita.* Colon. consentit Pal. tert. tantum amplius habet appositum oræ, alias legi, *& casibus morbos repetita.* ¶ *Tam imbecilla materia*) Pal. sec. ac tert. *imbecilli*. ¶ *Id est decucurrit*) ita placuit Muretanæ editioni. nam Erasmi *decurrit*, quomodo & Palat. quart. nam sec. *ad est decurrit.* tert. *& decurrit.* Col. *idem filius decurrit.* ¶ *Hæc omnia ista*) ita ex suis Pincianus, vt & Pal. tert. at sec. & quart. *Ad hæc omnia ista.* Col. *Hæc omnia, &c.* Erasmus; *Hæc omnia ista.* ¶ *Qua in foro litigat*) ita Erasmus & Col. nec non Pall. tres. at ait Pinc. scribendum ex suis, *in foro.* ¶ *In theatris desidet, in templis precatur*) ita Erasmus. at meis omnibus abest vox *desidet*, neque tamen quicquam est eius loco. ¶ *Dispari gradu vadit*) ita restituit ex mss. Pinc. neque secus mei quatuor. male Erasmi editio, *non dispari gradu*, licet probet Curio addatque illud Horatii: *Mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Regumq; turres.* ¶ *Et quæ veneraris & quæ despicis vnus exæquabit cinis. Hoc iubet illa Pythicis oraculis ascripta vox, Nosce te*) ita Romana editio. Erasmi; *Et quæ diligis, veneraris, & quæ despicis, vnus exæquabit cinis. Hoc iubet illa Pythicis oraculis ascripta vox γνῶθι σεαυτόν.* antiquitus cuiũ, *Hic videlicet illa Phythicis oraculis ascripta noscet*; qui tamen seruãt illud, *diligis*, quomodo etiã Col. ac tres Pall. sec. tamẽ habet, *hac*, nõ *hic*. nã tert. *hoc videlicet illa Pithicis oraculis adscripta noscet.* quart. *hoc videlicet illa Phisicis oraculis adscripta nossit.* vt etiã Col. nisi quod ille; *adscripta noscito*. notatumq; ad marginẽ, *nosce te*. Pincianus deploratissimũ ait hũc locũ, & haberi in aliquot codd. *Et quæ diligis veneraris, & quæ despicis vnus exæquat cinis hoc videlicet illa Phythicis oraculis adscripta noscite.* quæ verba, inqt, minus vitiosa erũt si sic legãtur; *Et quæ diligis veneraris, & quæ despicis vnus exæquat vox Chilonis. hæc videlicet illa Pythicis oraculis adscripta, Nosce te.* vel sic: *Et quem diligis veneraris & quę despicis vnus exæquat Chilonis vox licet illa Pythicis oraculis adscripta; Nosce te.* adiicitq; notũ sententiã istam, *Nosce te*, Chilonis esse Lacedæmonii, ex Plinio, Plutarcho, Ausonio & aliis, etsi Iuuenalis Apollini adscribat: *E cælo descendit γνῶθι σεαυτόν*: Cicero itẽ 1. Tuscul. *Nimirũ hanc habet vim preceptũ Apollinis quo monet vt se quisq; noscat.* Diogenes quoq; Laertius in vita Chilonis, cũ sententiam illã *γνῶθι σεαυτόν* dedisse tradat, Chiloni tribuat, hãc de *se noscẽdo* nõ tribuit. hactenus Pincianus. ego hic nihil posũ, nisi quod videatur forsan fuisse ratio, *Et quæ diligis veneraris vel quæ despicis, vnus exæquabit cinis.* ¶ *Et quodlibet fragile iactata ab tẽpestate magna*) ita Pinc. codd. nã Erasmi deest vocula, *magna*, quę tamẽ in omnibus meis; quorũ tamẽ Pal. tert. scribit *quolibet*. sed & idẽ mei distinguũt, *& quodlibet fragile iactatu Non tempestate magna, &c.* quomodo & probauit ex ms. suo Iuretus. ¶ *Vbicunq; arietaueris*) ita & Pall. tres. at Col. *arietaberis*.

Imbecil-

Imbecillum corpus) ita & mei quart. at Erasmi, *imbecillimam*.

Et otio iturum in tabem) ita Erasmi editio. at Pal. quart. sec. *& otio iturum in otium in tabe*. tert. *iturum & otium in tabe*. Col. *& otio iturum in otium in tabem*.

Quorum modo inopia, modo copia rumpitur) ita ex ingenio suo, arbitror, Muretus. sed visis antea Pinciani castigationibus. cum enim edidisset Erasmus, *quorum modum inopia rumpit*; addidit alter ille, veteres quosdā codd. duo adiicere verba, *& semper*. sed & sic inquit locus est ambustus & verbis quibusdam cassus, quæ omnino addere ad complementum sensus necessarium habui. scribendū igitur censeo, *quorum modo inopia laborat, modo copia rumpitur* sic Hispanus ille est in Col. meo, *quorum modū & inopia rumpitur* Pal. sec. *quorum modus inopia rupit*. Tert. *quorum modus etiam inopia rumpitur*. quart. *quorum modus inopia rumpitur*.

Et male hærentis) sic & Colon. & Pal. tert. ac quart. verum sec. *inhærentis*, vti & vulgauit Erasmus.

Qua parum repentinum) ita & Erasmus. at Palat. sec. ac quart. *quem parum &c.* tert. *quē* Col *qui*.

Numquid enim vt concidat) ita & mei tres, at Palat. sec. *Numquid enim iste vt concidat*.

Rei magni molimentis est?) ita editio Mureti, cum in aliis legatur (inquit Stephanus lib. 2. cap. 10) *momenti* si ex coniectura idem fecit, minor certe in eo audacia est; cum minus sit a vera lectione aberrandi periculum sed nec in hoc vno Senecæ loco legi puto hoc vocabulum. & vero *molitor es scelerum* apud eum legisse mihi videor. hactenus Steph. retinendumque sane *molimenti*, ex meo Col ac Pal. quart. nam nec longius recedit tert. in duo *molumcati*, aut sec qui, *emolumenti*, notata tamen vera illa lectio ad marginem.

Fletuq. non familiaris aura) sic etiam Erasmi editio, ne hoc forte quis I.C. cuidam adscribat, qui male prius excudi fuerat, *fletuq.* at mei mss. omnes, *flatuq. non familiari aura*.

Morbidum putre cassum, a fletu vitam auspicatum) est a coniectura. Pinciani: Plinius enim, inquit, *Nullumq. tot animalium ad lacrimas & has protinus vitæ principio &c.* & paulo post. *& a suppliciis vitam auspicatum*. ediderat Erasmus, *morbidum, putre, casusq. fletus vitam ausp.* margo vero eius, *morb. putre casurum fletu vitam &c.* quomodo & Pal. quart sed *auspicatum* superpictum est tanquam altera lectio, subestque *auspicauit*. at sec. *casurum flatu vita auspicatum* tert *putre causarum flatu, vitam auspicatū*. Col. *putre, causarum, fletu vitam auspitatum*. legerim, *morbidum, putre, causarium, fletu vitam auspicatum*.

Cum interim quantos cumulus) ita ex scriptis suis Pincianus; quibus accedunt mei, nisi quod Palat. quart. *cæterum quantos tumultus*, vti & ediderat Erasmus.

Immortalia, æterna &c.) Pal sec. interiicit copulam *&*.

Et hoc quod senectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum) ita ab Erasmo vulgatus, & Pal. tert. at Col. *paucissimorum circuitus annorum*. Pal. sec. *& hoc quod senectus vocatur scilicet paucissimi circ. an.* quart. *& hoc senectus vocatur paucissimus circuitus annorum*. quod quis facile probare possee.

Capvt XII.

Si modo illi vlla ratio est) ita vnum exemplar Pinciani & Colon. meus alii tres, *si modo vlla tibi ratio est*, vti etiam vulgarat Erasmus.

Gratias agere quod collegisti) ita & Pall. tres. at Col. *collegit*. vetus vero Pinciani lectio, *quod cœpisti*.

Pronenerunt enim satis magni fructus) ita scribi voluit ex suis Pincianus; vnde, inquit, *prouentus* dicti. Erasmi editio, nec non Pal. sec. tert. *peruenerunt*. quartus autem. *Peruenit enim satu magnus fructus*. Col. solum *Pronenerunt*.

Fruuntur aliqua voluptate) Pall. tres præponunt copulam *& fruuntur &c.*

Non fructus educationis ipsa educatio est) ita Mureti editio, at Erasmi, *non ipsa fructus educatione acquiritur*; vti & fuit in exempp. Pinc. nisi quod quidam, *non fructus educat ipsa educatio* at Pal. sec *non fructus educati, sed ipsa educatio fructus est*. tert. *non fructus educatio, ipsa educatio est*. quart. *non fructus educatu, ipsa educatio fructus est*. Colon. *non fructus educitur ipsa educatione*.

Nihil diligentia custodierit) ita vett. Pinc. & mei. Erasmi amplius, *licet nihil dilig. cust.*

Nihil prudentia quæsierit) Erasmi editio habet a fine, *quæsierit sua*. at mss. meis quatuor abest vox *quæsierit*, tantumque præferunt, *nihil prudentia sua*.

At potest longior esse, & maior) ita a Mureto volgatus, forte quod legisset apud Pincianum fuisse in vno ms. *esse maiorq.* at alii tamen eius, vt & Erasmi, *esse non maior*. quibus adieniuntur Pall. tres, nam Col. *esse maior*, sine copula, aut adeo negatione particula.

Iuuenis esto prudens, esto pius, esto maritus, esto pater, esto curio, esto sacerdos) ita legi partim voluit ex veteri suorum lectione Pincianus; cum non haberet Erasmus illa, *esto pius*. at eiusdem tamen & Pinciani consentiunt in eo quod referant, *esto pater, esto omnis officii curiosus, esto sacerdos*; quemadmodum & extat in Pal. quart. qui nihilominus etiam, *esto pius*. at sec. *iuuenis esto prudens, post esto maritus, esto pater, esto omnis officii curiosus, esto sacerdos*. tert. *esto pius, esto maritus, esto pater, esto omnis officii curiosus, esto sacer. do omnia, tanquam prospera*. Colon. *esto pius, esto maritus, esto pater, esto omnis officii curiosus, esto sacer. do omnia tanquam propria*; notatumque ad oram, pro *do omnia, domnia*. Lipsius lib. 1. cap. 10. Electorum scribit nō concoquere se illa verba; *esto omnis officii curiosus*, & audeo, inquit, affirmare esse a mala manu. scalpellum adhibeo, & lego, *esto pater, esto curio, esto sacerdos*. curio maximus inter sacerdotes; & suffragiis populi legebatur: eiusque rei frequens mentio apud Liuium. præerat reliquis curionibus, qui totidem numero, quot curiæ erant. hoc sacerdotium credo equidem consecutum Marciæ filium, & faciunt verba quæ infra cap. 24. *Hac sanctitate morum effecit, vt puer admodum dignus sacerdotio videretur &c.* verba illa inepta intrusa in Senecam miremur? non ego, qui scio plura eiusmodi emblemata addita scriptori huic a grege facto. alioqui, quid est *officii alicuius esse curiosum?* sane, vt phrasis condonem, constat ex hoc ipso scripto, plane adolescentē mortuum hunc Cremutii nepotem, nec ad aliud munus publicum admotum. hæc Lipsius, cuius emendationem, vt videmus, dissimulanter nobis obtrusit Muretus. at I.C. quidam, dicit nihil mutandum de illis *esto omnis officii curiosus*: aut si, censere se legi posse; *esto omnis officii candidatus*, quæ coniectura eius valde puerilis. nam sciri debebat, per leges annales non patuisse huic adolescenti aditum ad magistratus plures, nedum ad omnes. & alioqui mecum delibero, an Latine alibi dicatur, *officii candidatus*.

Omnia tam propera) & hoc credo manasse a Mureto. cū enim publicasset Erasmus, *omnia tanquam prospera*, quomodo restat in Pal. meo sec. ac tert. putauit Pincianus corrigendum coniectura ductus, *omnia tam præpropera*, cui emendationi, inquit, suffragantur verba hæc non longe a fine; *Hac sanctitate morum effecit, vt puer admodum dignus sacerdotio videretur*.

Non diu daturi, statim talem) ita & mei, estque ex vett. lectione Pinciani, nisi quod interserant illi *tibi*; hoc modo *statim tibi talem &c.* Erasmi editio, *non diu dant. Statim tibi talem*.

Electam te a Diis) ita Erasmus & Col. itē Pal. sec. ac tert. nam quart. *eiectam te Diis* videturque alibi legisse *eiectam te a Diis* Pincianus; ita enim verba ista citat, additque legendum, *abiectam te a Diis*, ex veteri vno codice, cui non obaudio.

Frui non liceret) ita mei omnes. vnus ille Pinc. *licuerit*, quod & ipse probabat; me non adsentiente.

Circumfer. per omn. not. & ign. freq. oculos) ita & Erasmus. at Colon. *Circum per omn.*, a quo non abeunt Pal. tert. aut quart. nam sec. *Circue per omn. not. & ign. freq. oculorum*.

Occurrent tibi vbiq. maiora) sic noster puto, Muretus. nam Erasmi editio amplius, *occurrent passim vbiq. quis maiora*; Curionis Secundi, *occurrent passim tibi maiora*. cam secutæ, *occurrent tibi passim vbiq. maiora*, vti emendandū indicarat ex libris suis Pincianus; vnde olim formaram lib. 12 cap. 17. Suspic. *occurrent tibi passi vbiq. maiora*, iuxta illud summi vatis, *O passi grauiora*. nunc confirmatus

coniectura illa mea a membranis Coloniensibus ac Palat. tert. neque aliter legendum ex mſ. ſuo prodidit apud Obſopœum Iuretus.

Nullam tam miſeram) illud *tam* non eſt in vllis libris mſſ. aut cuſis. nam nec eam quoque habent Palat. tert. aut quart. in quibus, *nullam miſeram*.

Qui leniverunt aſpera) ita & Eraſmus. at mei oẽs *leniuẽt*.

L. Sylla) Pal. ſec. hæc annectit ſuperioribus, legitq; non *Lucius*, ſed *Lucio*.

Aut malitiam eius, & acerrimam virtutem) Palat. ſec. *aut acerrimam*. tert. quoque emendatum habet a ſecunda manu, *aut malitiam*, quod examinabunt alii.

In hoſtes iniusq; contudit) ita & Eraſmi editio, ne forte id quis putet nupere primum a coniectura natum I. C. cuiuſdam, qui cum Curione excudi ſiuerat *conſulit*: quod ipſum tamẽ reſtat in Pall tribus. nam Col. meus *conſudit*.

Vt cognomen illud vſurpaſſe falſo videretur) ita Mureti editio, contra omnes libros: editi enim ſcriptique *vſurp. falſo videretur*, quod ego reuocauerim, tanquam præter leges exulare iuſſum.

Quorum male, illius nimis ſecundæ res conſtabant) eſt a coniectura Pinciani, in libris cuius erat, *quorum male illo nimis ſecundæ res conſtant*; neque ſecus eſt in Col. meo. Eraſmus vulgauerat, *quibus male nimis ſecundæ res conſtant*. Pal ſec. *quorum illos* (ſupernotatumq; *al. illo*) *male nimis ſecundæ res conſtat*. tert. *quorum illos male nimis ſecundæ res conſtant*. quart. *quorum illos male nimis ſecundum res conſtant*, ſed adſcriptum tamen *ſecunda*.

Inter res mundum iudicatas habeatur) ita & Col. & Pal. ſec. at tert. *iudicatas eat* quart. *iud. abeat*, quod cum inuenerit & in veteri ſuo Iuretus, iure probauerim.

Tibicinem tantum tacere iuſſit) ita & Pal. ſec. & quart. at tert & Col non habent voculam *iuſſit*. notum autem eſt intelligi Xenophontem, de cuius hoc facto etiam Laertius in vita. Ælianus 3. Variarum. Stobæus Sermone 106. Val. Maximus lib. 5. cap 10. vti annotauit primum Sebaſtianus Corradus, repetiuit deinde Gothofredus.

Capvt XIII.

Puluillus hoc fecit Pontifex) ita & Eraſmus. at Col. & Pal. tert. quart. *Puluillus effecit Pontifex*. ſec. *Puluillus effectus pontifex* & hanc hiſtoriam producit Liuius lib. 2. Dionyſius lib. 5. Tacitus lib. 19. Annal. Valerius Maximus d. ca. 10. vti & prodidit Corradus, ſublegitque Gothofredus.

Cui poſtem tenenti) ita & Colon. nec non Palat. tert. ac quart. male enim ſec. *cui poteſtatem tenenti*. nam in templorum dedicationibus *poſtem teneri* conſueuiſſe etiam iſtius loci auctoritate confirmat lib 1. de Formulis Briſſonius, hocq; aperte tradit his verbis Plutarchus, ἤδη μὲν ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον, ὁ μὲν Ὡράτιος αὐτοῦ ἐφθάσε, τό τε ἅμα δ᾽ ἐφίστας καὶ τῶν θυρῶν ἐπιψαύων, ὥσπερ ἔθος ἐστί, ἐφθέγξατο τοῖς νενομισμένοις ἐπὶ τῇ καθιερώσει φωναῖς.

Et ſolemnia Pontificalis carminis verba concepit) ita & Pal. ſec. ac quart. ſed enim tert. *& ſolemnia Pontificalium verba concepit* Col *& ſolemnia pontificia carminis verba concepit*. tradit Pincianus agnoſcere & complura exemplaria primo poſitam lectionem. ſed, inquit, in antiquiſſimo & correctiſſimo tantum habetur, *ſolemnia pontifica perfecit*, cetera vacant.

Putaſſes exaudiſſe) ita & Col. & Pal quart. at tert. *Putaſſes* ſec *Non putaſſes*.

Ad Capitolium hilari redit vultu) ita & Eraſmus & Pal. ſec. & tert. at quart *ad Capitolium illum reddit multũ*. Col. *ad Capitolium redit vultum*. quare nihil verius quam reponendum quod e ſuis membranis eruit Iuretus; *ad Capitolinum illum redit vultũ*: vt *Capitolinum vultum*, vocet cõſtãtem, qualem habuit Puluillus dum in Capitolio ædem conſecraret, audiretque filii mortem. & ſane Liuius lib. 2. non narrat Horatium iſtum rediiſſe in Capitolium. antequam enim excederet, precationem peregerat, & templum dedicarat.

Quo victum ante currum egit) malim cum meis, *vt nõdum*.

Ante currum egit Perſen, duos filios) ita quidem ex correctione Pinciani Muretus, ſed abiectis tamen aliquot vocibus quæ in mſſ. ii enim: *Perſen, inclyti regis nomen, duos filios*, quomodo & Pal. tert ac Col. nam reliqui, *per ſe inclyti regis nomen*, ediderat Eraſmus. *Perſa inclyti regis nomen* quod non ita ineptum videri poſſet, vt intelligamus tunc Perſen nihil habuiſſe in ſe regium, niſi nomen ſolum ſed tamen vt libere fatear, putarim & has voces *inclyti regis nomen* a gloſſa; mecumque ſentit Gotoſredus.

Quos ſibi ſeruauerat) vox *ſibi* abeſt Col. at Pal. ſec. *quos ſibi conſeruauerat*. prima tamen lectio, remanet in reliquis duobus.

Scipio fuiſſet) ita & Colon. at Palat. ſec. ac quart. *ſuſpitio fuiſſet* tert *ſuſpitioſius ſed*.

Publico damno lueretur) ita quidem Eraſmus. at mei ta men quatuor, *publico damno ſolueretur*.

Et quem magis poterat mouere tanta mutatio?) ita ſcribendũ fere putat ex vno mſ. Pincianus. nam Eraſmi codd. *& qui magis poterat mouere tãta mutatio?* Pal. ſec. *& quem magis &c* tert. quart. *& quam magis &c*. Col *& quem magis poterat permouere &c*. quod *permouere* ex veteri ſuo reuocandum putabat Iuretus, vt legeretur, *Et quem magis poterat permouere &c*.

Paulum Perſa videre) ita Eraſmi editio & Palat. ſec. ac quart. niſi quod inſcite *per ſe*. tert & Colon. *Perſis*, Pinciani vnum exemplar, *Per ſe triſtem Paulum inuenere*.

Capvt XIV.

Quota quæq; domus) ita & Eraſmus. Pal. ſec. *Qua enim quæq; domus*. tert. *Quid enim quæq; domus*. quart. *Quod eſt quoq; domus*. Col *Qua enim quoq; domus*.

Luc. ſi vis Bibulum) de iſto & Cæſar lib. 3 de bello ciuili, Valerius lib. 4. cap. 1. vt prodidit Corradus, eumque inſecutus Gotofredus.

Vnum quemlibet annum occupa) ita & mei tres, ſolom Pal. quart. *animum*; male Pinc. libri *animo*, vt & Eraſmi, *Vnum quemq; animo occupa*.

Quid minus poteras) ita quidem Mureti editio. at cuſi omnes & manu exarati codices, *Quid minus poteſt*.

Quæ grauia illi videbantur) ita ex ſuis Pincianus, quibus accedunt mei.

Etiam cum in commune creſcerent) ſic & tres Pall. quo nihil eſſe poſſit elegantius. nam etſi Col. meus *in abſeniem*, idque etiam inuenerit in vno ſuo probaueritq; Pincianus, tale nihil admittet qui Venerem amat aut Gratias: eſt enim prorſus ſatuum; duploque melius fuiſſet dicere, *in ſocerum creſcerent*. at *in commune creſcere* quod vtrique ex æquo commodum eſt. ea formula vſus & alias, nominatim Epiſt 119 *Quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, in commune; ipſe mihi dico*.

Capvt XV.

Vt ſic quoq; generi humano prodeſt oſtendens &c.) ita editio Mureti & Pal. meus tertius; ſed meo animo valde inepte. malim cum aliis tribus, omnibuſq; adeo vulgatis *profunt oſtendentes*; vt referantur ad *Cæſares*, non ad *fortunam*.

Amiſſis liberis, nepotibus) vox *nepotibus* deeſt Colon. & male.

Tanquam ciuis iam res ageretur cuius cum maximo intererat) ita & Eraſmi editio, niſi quod illa, *quam maxime* at malim cum Pal. ſec. ac quart. *tanquam cuius iam res agebatur, cuiuſq; maxime intererat*. tert. *quoniam eius iam res agebatur, eiuſq; max. intererat* Col *quoniam eius iam res agebatur, cuiuſq; max int*. ¶ *Quod Pontificis oculos a funere arceret*) recenſet eundem ritum Dio lib. 54. in funere Agrippæ, ſed cauſam ignoraſſe videtur, & quam Seneca, dedit, refellit: verba ſunt *Sed & laudationem Agrippæ Auguſtus recitauit, velo quopiam ante mortuum expanſo. id cur ret factum, mihi non liquet. tamen alii vt bene ciet, quia Pontifex eſſet: alii quia obiret autem Cenſoris munus recte. neq; enim vel Pontifici mortuum aſpicere nefas; neq; cenſore, niſi cum finem cenſui eat impoſitum, conditq; luſtrum* hæc Dio. ſed ego exiſtimo, de Põtifice Senecam vera dicere. ſacer enim, Ideoque arceri voluerunt aſpectu funeſto. innuit & Tacitus lib. 2. Annal. *Neq; Imperatorem auguratu & vetuſtiſſimis ceremoniis praditum, contrectare ferale debuiſſe*, quia idem & *ſtatuis* fiebat. quæ ſi in loco poſitæ, vbi ſupplicia & cædes, velari eas mos fuit, aut transferri. notat ipſe Dio lib. vltimo: *Claudius delectabatur gladiatoribus, & præſertim meridianis. ideo plereſq; ſeruos, qui dominos ſub Caio aut Tiberio calumniati erant, hoc modo perdebat, eorumque*

tantum

terue fuit, numerus, vt Augusti statuam eo loci positam sufferet transferre, ne aut semper adspiceret cadet, aut semper velata esset Lipsius ad lib 4. Annal. Taciti.

Sed videlicet, et in orbem) ita ex mss. Pincianus, facitque pro ea Col. ac Pal. sec. vbi est, *Sed videlicet id in orbem.* nam tert. *Sed videlicet v det*, sine vocibus *in orbem.* quart. vero, *Sed videlicet ibi mortem.* vulgatat Erasmus; *Sed vide, vt in orbe.* notatum tamen ad oram, alias legi, *Sed videlicet vt in orbem.*

CAPVT XVI.

Cum muliebribus ingenia egisse, & virtutes &c.) ita reponi voluit ex suis Pinc. nam Erasmus, *cum mulieribus ingenio egisse & virtutem.* Colon Palat. tert. quart. *cum muliebri ingenio egisse, & virtutem.* sec. *cum mulieris ingenio egisse, & virtutes.*

Par ad honesta libera facultas) ita Erasmi editio. at monet Pincianus rescribendam suasu mss. suorum, *par ad honesta* (*libeat*) *facultas*; quomodo hercle & in Pal. sec itẽ tribus reliquis, nisi quod ii adiiciant voculam *est*, hoc modo, *par ad honesta libeat facultas est.*

In qua istud vrbe) ita & Palat. tert. nam sec. *In qua istum vrbe*, sed supernotatum tamen *istud.* at quart. *Etiam qua istud vrbe.* Colon. *In illa istud vrbe*, quod ego ferre possem, imo aliis longe præposuerim, si modo mutata legamus interpunctione; *In illa istud vrbe, dii boni loquimur, in qua Regem Romanis capitibus Lucretia & Brutus deiecerunt?* & sic consequenter.

Iuuenibus nostris puluinum ascendentibus] ita & Pal sec. ac quart. at Col. *puluinum incumbentibus.* tert. *plus virium ascendentibus.* & *puluinam ascendentibus*, fuit in veteri libro Iureti probauitque Obsopœo nostro, me non nolente. interim notandum, intelligere hic Senecam ascendisse iuuenes lecticam, in qua puluinus, quod et adstruit Lipsius lib 1. cap. 19 Elect. ex Cicerone in Verrem: *Lectica octophoro ferebatur, in qua erat puluinus perlucidus, rosa fartus.* ait *rosa fartus*: at Iuuenalis *pluma*, quod magis ex more vulgi:

Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur
Pensilibus plumis, atq; illinc despiciat nos. indignatur enim scelestum illum sublimem & superbum ferri in lectica.

Quod tibi si vis exempla referri) ita etiam mei. at Pincianus ait præpostero ordine scribendum ex suis, *Quod si vis tibi ex ref.*

Nec amisset ciuitas sensit) ita ex scriptis suis Pincianus, neque secus mei quatuor Erasmi, *sensit.*

Cornelia Liuium Drusum) ita quidem editi ab Erasmo, at mei omnes *Cornelia dius Drusi.*

Vadentem per Gracchorum vestigia) mei omnes *Gracchana*, quomodo & legi posse ex ms. suo prodidit etiam Iuretus. vt *Gracchana mala*, vbi de eodem Druso loquitur cap. 6. de breuit. vitæ.

Acerbam mortem filii & inultam) Col. Pal. tert. quart. *inustam* sec *iniustam.*

Matres ac filios egit) ita editus ad Erasmo & Pal. sec. alii tres *exegit*, quomodo rescribi voluit ex membranis suis Pincianus.

Nullum autem frustra cadet telum) reposuerim suasu chirographorum meorum; *Nullum aiunt frustra cadere telum.* ita inquam mei quatuor, nisi quod Pal. quart. compendio scripserit *autem* quidam Pinc. codd. seruant, *Nullum amat frustra cadere telum.*

Mirum est tantam turbam non potuisse sine inuidia damnoue praeteruehi) ita editio Mureti, secuta aliquot Pinciani exemplaria. quibus adhærent Palat sec. tert. alia enim eius, *Mirum est tatam turbam sine inuidia sine damno praeteruehi*: ipse vero, legendum, inquit, puto esse, potius quã vt Erasmi codd. *Mirum est tantam turbam iam potuisse sine iniuria damnoue praeteruehi* Palat. quart. *Mirum est tantam turbam non potuisse sine iniuria damno te praet.* Colon. *Mirum tantam turbam non potuisse sine inuidia damnoue praeteruehi.*

At hoc iniquior fortuna fuit) sic iterum ex suis Pincianus, neq; abit Pal. tert. aut quart. nam sec. *Adhuc iniquior.* Colon. vt & publicati ab Erasmo, *Ad hoc iniq. &c.*

Duas filias, similes patri) ita Erasmi editio, at vox *patri* in nullo extat meorum; sed & Pinciani alicii etiam abest, *similes*, me non prorsus inuito. nam cum mox sequatur in vulgatis; *si male fert, magna onera*, mei quatuor nõ agnoscunt illa, *si male.* tantumque habent, *fert magna onera*, vt videantur latere sub illo *similes.*

Et amissarum feminam statum plantaq; desposuit) ita Erasmi codd. & Pal. sec. sed tertius, *& in amissarum feminam statum planetaq; disp.* quart. *& immissarum femina statum plantaq; disp.* notatum tamen ad oram alias legi, *& amissarũ.* Col. *& amiss. sem. statum plantaq; deponit.*

Metelli tui filias) ita & Colon ac Pal. sec. fere etiam tert. qui *met. ells* at quart. *Mecelli*, quomodo excudit Erasmus; alterum illud e suis eruit Pincianus.

Hac quidem natura mortalium est] Pal. sec. ac Col. *Et quidem hac nat mortalium*: alii duo; *Est quidem hac natura mortalium.* propter tot librorum tantum non cõsensum, placet postremum, vtique cum & sic quoqi mss. Pinciani.

Etiam cum fenuerit) Pal. sec. *fenuit* Col *fenuerit.*

CAPVT XVII.

Hic illud quoq;, Martia, monet me, si esset) ita Erasmi editio. at scribit Pincianus legendum ex mss. suis *moneret.* est in Pal. sec. *Dic illud quoq; Martia moueret, si esset.* tert. *Dicit illud quoq; Martia. Monerem si esset.* quart. *Dic illud quoq; Martia moueret si esset.* Col *Dic quoq; illud Marciam moueret si esset.* aut legendum videtur, *Dic illud quoq; Marcia, Moueret si esset*, aut potius eiicienda sunt illa priora verba quatuor, tanquam a glossa, quæ satis se prodit in Pal. meo tertio. verum tamen nihil pronuncio.

Nunquam mala bonos) Col. Palat. sec tert *& nunquam mala bonos.* quart. *vt nunquam mala bonos.* placet medium.

Iam matri iam patri præsidium ac decus emittere) ita & Pall. tres. at Colon. *iam patri iam matri præsidium &c.* Pincianus vero scribe, inquit, *iam patri iam matri præsidium amittere*, selectis ceteris ex codice Facundi ac Frontonis.

Ad hoc genita es, vt perderes) mei omnes, *genitus es.*

Hæc sunt quæ mirari possis) mei ctca, *possint.* Pal. tert. *admirari possunt*, quod examinet lector.

Quondam cohæsisse constat: subitum illo mare irrupit) ita legi iussit ex suis Pincianus; neque aliter Colon Palat. tert. aut quart. Erasmi editio, *quondam cessisse constat, subito illud mare erupit.* quomodo & exhibet Pal sec. nisi quod ad oram habeat, alias legi, pro *cessisse*, *cohæsisse*, item scribat, *subitum illud mare.* Erasmi margo, loco *cessisse* ostendit, *tractam esse.*

Licebit enim tibi auidissimum maris verticem stringere) ita Mureti editio: Erasmi, *restringere*: quomodo & Pal. tert. item quart. nisi quod is *Licet.* & vero *restringere* habuerunt quoque Pinc. codd. qui putauit legendum potius *perstringere.* est in Col. meo, *Licet enim tibi auidem verticem constringere*; in Pal. sec. *celebrem & auidissimum maris verticem restringere.*

Illam fabulosam Charybdim dico, quam diu ab Austro vacat quietam) ita Romana editio, omissa voce quæ hisce præponitur in Erasmianis, nempe; *fretum, illam fabul. &c* at aliter longe Pal. sec. ac Col pro istis enim omnibus habent, *stratam illam fabulosam Caribdim aquam diu ab Austro vocatam.* tert. *stratam illam fabul. sam Caribdi aquam diu. ab austro vocatam* quart. *stratam illam fabulosam, aribpidt aquam, diu ab austro vocatam.* Iureti vetus liber. *stratam ill fab. Charybdis aquam ab Austro vacatam.* & nescio, inquit, an vestigiis huiusce veteris scripturæ eruti hæc verior possit. *stratam illam fabulosa Charybdis aquam, diu ab Austro vacantem*, vbi recte *stratam aquam* puto dici, *quietam & placidam.*

At si quis inde ventus spirauit) ita & Erasmus, sed Pal. sec. *at si quis ventus inde vehementius spirauit.* tert. ac quart. *at si quid inde vehementius spirauit.* quod placet: nam & Coloniensia, *at si quid inde vehementius inspirauit.*

Hiatu magno profundoq;) rescribendum suasu omnium meorum, *magno hiatu profundoq;*

Ac lucidi) ita & Pal. sec. malim tamen *ac perlucidi*, vti est in tribus reliquis.

Siue illas ibi primũ nascentes inuenit, siue immersum terris

flumē integrum subter) ita Curionis editio; Pinciani fere secura iudicium. cum enim esset in excusis ab Erasmo, *siue illas primum nascentes inuenit. siue flumen integrum subter*; in exoletis vero editionibus, *siue illas primum nascentes inuenit, siue trans flumen integrum subter*, habebant Hispani illius codices, *siue illas ibi primum nascens inuenit, siue in ipsum trans flumen*, quidam etiam, *siue in ipsum tris flumem* quate scribendum putauit, *siue illas ibi primum nascens inuenit, siue immersum terris flumen integrum subter*. est in Pal. sec *siue illas primum nascentes inuenit. siue trans flumen integrum subtus*. tert. *siue illa sibi primum nascentes inuenit, siue in ipsum trāsflumen integrum subeunt tot maria*. quart. *siue illa sibi primum nascens inuenit, siue in in ipsum transflumen integrum subter maria*. Colon. *siue illa sibi, primum nascentes inuenit, siue in ipsum terris flumen integrum, subtus*.

Et a confusione) Pal. sec. tert. Colon. *& ad confusionem*. quart. *& confusionem*.

Aut adiuuit manus) Pal. sec *aut adiuuit minus* tert. *aut adiuuit manus*. quart. *aut adiuuit. Minus*. Col. *aut adiuuit vi ne minus*.

Furori locus sit) ita inuertit dictiones has Pincianus ex mss vno, neque aliter Colon at tamen Pall. tres consentiūt cum Erasmianis, habentque, *locus furori sit*.

Altitudinem saxis nobilis carcer) ita de coniectura Muretus. at Erasmi editio, *Naulius carcer*, quomodo & extat in Col. nam Palat. sec. *Naulius facer*, at ab alia manu, *Naulius facer*. tert. *Naulinus carcer*. quart. *naulinus facer* Pincianus legendum rebatur, *alt. saxis lautumius carcer*; valde profecto verisimiliter; nam & eum a Dionysio Syracusis factum prodit Cicero 4. in Verrem. sed tamen aliud quid desiderauerim.

Et ipsam ingentem ciuitatem) Col ac Pal. tert. abest vocula, *&* neque etiam eam habet quart. cui præterea deest dictio, *ciuitatem*.

Et laxius territorium) ita & margo editionis Erasmianæ. nam ipsa *latius*. quomodo etiam seruat Palat sec. Pinc. codex vnus, *& laxius turritam* Pal tert. *& lassius tōritam*. quart. *& laxius quam multorum*, sine alia voce intermedia. Col. *& laxius territor*.

Tepidissima liberna) ita emendauit Pincianus, motus verbis seqq. & quod eius quoq. meminisset Plinius lib. 2. cap. 64 mss. eius *Lepidissima*, vt & Col ac Pal. sec. nam alii duo accedunt Erasmo, habentque *limpidissima*.

Etiam post Platonem) Palat tert. *post propulenem*. quart. *post plōnem*. alii duo firmant vulgatum: notatumque ad marginē Pal. sec. legi alias, *etiam post Platonis aecem*, quod quiuis videt esse ab interprete.

Aut nauiga, aut resiste) ita & mei tres. Palatinus tert. *desiste*.

Qui non incidit in illa) ita editio Mureti, aliæ, *in illam*, a quibus stant & Pall. tres Col. tamen *illa*.

Dicit omnibus uobis natura) ita ex membranis Pincianus, nec aliter mei quatuor. Erasmi editio, *Dicit omnis*.

Poteris & deformes. & si fortasse tibi multi nascentur, esse ex illis aliquis) ita & editio Curionis: cum legisset probare Pincianum quod habebatur in mss. *poteris & deformes. multi nascentur: esse aliquis ex illis*, præferret vero excusus præsidio Erasmi, *& deformes. sed si fortasse tibi multi nasc. esse ex ill aliq.* absque voce repetita *poteris*. est in Colon. *& deformes poteris, fortasse multi nascantur. Esse aliquis ex illa*. Pal. sec *poteris potes habere formosos deformes. si fortasse multi nascentur esse aliquis ex illis*. tert *& deformes poteris. fortasse. Multi nascentur. Esse aliquis ex illis* quart. *& deformes poteris fortasse. Multi nascentur esse aliquis ex illis*. legerem, *& deformes poteris multi nascentur? esse aliquis ex illis*. sed tamen, cum in omnibus meis conspiciatur vox, *fortasse*; videndum an non hic locum suum retinere possit.

Tam seruator patriæ quam proditor poterit) ita & Col. & Palat. sec ac tert. sed quart *conseruator patriæ &c.* minus bene. interim amicus meus hic indicat obseruare se, peruersum verborum ordinem; tanquam velit auctor, posse tam eum nasci qui patriam prodat, quam qui seruet. hocque inquit omnino coincunt sequentia: *Non est quod speres tanta dignationis futuros, ut nemo tibi propter illos maledicere audeat*. ego nihil pronuntio.

Non est quod speres) ita & Col & Pal. sec. ac tert. verum quart. *Non est quod desperes*, quomodo & fuisse in nonnullis suorum notauit etiam Pincianus.

Vt ipsi maledictum sint) ita Mureti editio: Erasmi, *vt ipsis maledictum sit*. Pal. sec *vt ipsis maledicta sint*, neque secus tert. nam quart. & Coloniensis, *vt ipsi maledicti sint*.

Nihil vetat illas tibi suprema præstare) ita & Pall. tres. at Coloniensis, excludit vocem *tibi*, eiusque loco habet, *&*.

Tanquam in ignem positura) ita Erasmus. Pal. sec. *tanq. in ignem positurum* tert. ac Colon. *tanq. in igne impositura*. quart. *tanquam in igne positura*.

CAPVT XVIII.

Intratura es vrbem) mei quatuor, *Intraturus*.

Dies noctisq. spatia) sic & mei tres. at Palat. sec. *die noctisq. sp.*

Annum in æstatem hyememq. æqualiter) ita & Curionis editio: Erasmi, *annum æstatem hyememq. &c.* Pinc. mss. *Anno, æstates hyemesq. æqual* Pal. sec. *annuam æstatem hyememq. æqualemq. diuidentem*. tert *annuo æstates hyemesq. æqualiter diuid* quart. *annua æstates hyemesq. æqualiterque diuidentem* Colon. *annuo cursu æstates hyemesq. æqualemq. diuidentem*. nihil certius quam rescribendum, vti & forte volebat Nicol. Faber, *annuo æstates hyemesq. æqualiter diu.* vt vox, *annuo*, respondeat superiori illi, *quotidiano cursu*.

A fraternis occursionibus lene remissumq. lumen) ita Erasmi codd. at iubet Pincianus legamus cum suis *occursibus*, quomodo & seruat Pal. sec at tert. ac quart. *a supernis occursibus leno*. Col. *a supernis occursibus leno*.

Et modo toto ore terris imminentem) desunt aliquot voces, quod & indicauit Pincianus, sed nemo audiit. edico itaque legendum suasu mss. omnium; *& modo occultam, modo toto ore terris imm.* sic, inquā, Pinc. codd. & mei, nisi quod Pal. tert. *& inocculi am modo toto ore*. quart. vero, *& modo occultam non tota vrbe terris &c.*

Ac effectionibus damnisq. mirabilem) sic Erasmus & Palat. sec. alii tres, vt & Pinciani omnes, *mutabilem*.

Fortuna populorum dependent) non aliter etiam Pall. tres. at Col. *dispenentur*.

Miraberis collecta nubila) aliæ edit. *coniecta*, sicuti etiā membranæ meæ quatuor. quid ?ao ferri posset?

Et obliqua fulmina) sic quoque Pal. tert alii, *flumina*.

Cum satiatus spectaculo supernorum) ita Pinc. libri. nam Erasmi *superiorum*. Pall. tres, *Cum satiatus spectaculo superorum*. Colon. *Cum satiatus spectaculo siderum & supernum* vt forte legēdum sit, *cum satiata spectaculo superorum*, mutatumque sit in masculinum ab eo qui non meminerat verba fieri ad feminam *satiatos* tameo hic elegans est, adstipularentur modo chirographi mei.

Magais & niualibus) sic solum e meis Pal. tert. nam sec. & Col. *& in vallibus*. quart. *& in fallibus*.

In erectas subtrahunt montes) ita & mei omnes, nisi quod Pal sec *ereptos*.

Adiuta cultu seges) ita Erasmus & Palat. tert. nam sec. *Adiuncta fructus seges*. quart. *adiuta fructus seges*. Col. *adiuta fructu seges*.

Et arbusta sine cultore fertilia) sic Erasmus. at Pal sec. ac quart. *sine cultore fertatis*. Colon. *sine cultore fertilitatis* Pal. vero tert. *& arbores sine cultore fertiles*.

In portum recedentia) ita & Col. & Pal. tert. verum sec. *in portum tendentia*. quart. *in portum redeuntia*.

Maria distinguunt) sic mss Pinc. & mei tres. nam Pal. quart *parta distinguunt*. Erasmi editio amplius, *maria circumdant & distinguunt*.

Et inter rapidorum torrentium arenas, aurum interfluēs) ita legi volui ex vno cod. Pincianus: Erasmi enim libri, *& inter rapidorum torrentium cursum aurum arenis interfluens*. lectio prima firmatur auctoritate Palat. tert. at vero sec. tert. Col. *& inter rapidorum torrentium aurum arenis interfluene*.

Medioq. rursus mari urentes ignium faces] ita & ab Erasmo editi, & Pal. tert. at enim sec. hic viginti vocib. plus

minus

minus deficit. quartus autem seruat, *medioq; rursus mari terrent ignium faces.* Col. *med. rursus mari torrent ignium faces.*

Videbis hic nequitia) ita & mss mei omnes. at Obsopœus ait legendum *hoc*, quomodo paulo post; *Videbis hic nauigia.*

Immani & fidem excedente magnitudine torrentia) sic correxit ex veterum suorum lectione Pinc. nam Erasmus, *in mari & fidem &c.* at mss mei, vno consensu, *in mari & excedente torrentia magnitudine*, sine vocula *fide*: vt suspicer omnino legendum, *immani & excedente torrentia magnitudine. immani excedentis magnitudinis*, meis auribus elegans est.

Quædam velocia) Pall. tres præponunt voculam, *ita quædam velocia*. Colon. *item quædam violentia.*

Concitatis pernicior a remigio) ita mss. Pinciani, neque aliter mei, nisi quod Pal. sec. *promtiora remigio.* tert. *pernicissa remigia.* Erasmi editio amplius, *concitatis pernicior a nauigiis & remigiis*, male. nam *remigia*, figurate vocat naues quæ non velis tantum sed & remige instruuntur.

Magna prænauigantium periculo) ita & Pall. tres. *nauigantium* Col.

Videbis hic nauigia) sic & Pal. sec. at tert. & quart. *hinc.* Col. compendiose scripsit, quodque tam notet *hoc*, quam *hac* aut *hic*.

Erunq; eis spectatrix) sic Erasmi editio & pleriq; libri Pinc. aliquot tamen eius, *eriq; eius expertrix*. Pal. sec. tert. item Iureti vnus, *eriq; ei spectator*. quart. ac Colon. *eriq; eius spectator*.

Et ipsa pars magna) mei omnes *ipse*. Pal. præterea sec. ac quart. *par*, non *pars*.

Alim qua vitam instruente] ita ex suis Pinc. neque aliter omn. mei: Erasmus vulgarat, *alias quæ vitam &c.*

Et latrocinia, & venena) duæ voces, *& venena*, exulabant Erasmi libris, eruitque e mss. suis Pinc. atque extant adeo in meis quatuor.

Incertum facilis, an per pœnam cruciatumq;] ita vnum exemplar Pinciani, probauitque Cœlio Secundus. & hercle sic etiam Col. ac Pal. sec. ac quart. nisi quod sec. *incertũ est, facilis &c.* quart. vero, *incerta facilis & an per &c.* at Pal. tert. *incertumq; finis, aut per pœnam &c.* Pinc. alia exépp. *incertumq; finis per pœnam &c.* prima editio, *incerto facilis per pœnam cruciatumq;* Erasmi, *incertum an per facinus an per pœnam cruc. &c.* quod & sensum fere habet commodum, sustentaretur modo aliis mss vt *mors per facinus* ea esset quæ a prædonibus sicariisque infertur; *per pœnam*, quæ a carnifice. sed tamẽ cur hæc scriptura admitti minus debeat, facit vox *cruciatus*: nã certe etiam ille, cum quis latronibus præstare cogitur iugulum.

Vt in illo venias per illa] Pal sec. tert. Col. *vt ad illa venias per illa* quart. *vt ad illam peruenias per illa.*

Respondebit, velle te viuere] ita & mei quatuor, nisi quod Pal quart superscriptum habet, alias legi *nolle* pro *velle*. & vero ita legendum suasu omnium membranarum suarum monuit Pincianus, vtique cum & sequatur; *Viue ergo vt conuenit.* illud *nolle*, restat in editis ab Erasmo.

Ex quo tibi aliquid detrahi doles] sic & Pal. sec. & quart. verum tert. ac Colon. item Iureti mi. *aliquid decute doles.*

Capvt XIX.

Qui cum conditionem vitæ nossent] ita & meorum tres: at Pal. sec. *qui cum de conditione vitæ noscerent.*

Videamus primum quid curandum sit] est ab ingenio Pinciani. nã mss eius, *videatis*. Erasmi editio, ac Pal. quart. *videbis primum &c.* Col. *videas primum quid &c.* Pal. sec. *videbis quid curandum sit*, sine voce *primum*. tert. *videatis primum curandum sit*. absq. dictione *quid*.

Id per se tolerabile apparet] sic vnus codex P[illegible] & Palat. tert. Erasmi, *id per se desiderabile apparet* Palat sec. *at per se desiderabile appareat*. quart. *ac per se desiderabile appareat*. Col *id per tolerabile esse appareat*

Absentes enim absfuturosq; dum viuerent] est a Pinc. libris at Erasmi; *Absentes enim futuros dum viuerent.* Palat. sec. ac quart. *absentes enim futurosq; dum viuerent.* tert. & Col. *absentes enim futurosq; dum viuente.*

Omnes vsus illorum nobis & conspectus) malim alio positu verborum, *omnis vsus nobis illorum & consp.* vti habetur in Pall tribus. nam Colon. *omnis vsus nobis & illorum conspectus est ereptus.*

Et tanti quo cuique malum est) Palat. sec quart. Colon. *quoq;*

Et nosmet ipsi fallamus) ita & Colon. & quidam codices Pinciani. alii tamen eius nullum horum verborum habebant. Erasmi editio, *& nosmet ipsi non fallamus*, sed perperam. Pal. sec. ac quart *& nos etiam ipsi fallamus*. tert. *& nos in ea ipsi fallamus.*

Quia contemptum vindicet) ita & Pal. tert. ac quart. nec non Pinc codd. Erasmus vulgarat, *quæ contemptum vindicet*, vti exhibet etiam Pal. sec. ac Col.

Plus gratia orbitas confert) vox *gratia* adiecta est a Pinc. ex mss extatque in omnibus meis: aberat tamen editioni Desiderianæ.

Vt quidam) Pal quart. ac Col *quædam*; vt referatur ad *mulieres*; nec displicet.

Et liberos seruent) ita & Col nec non Palat sec. & tert. at quart. *vt quædam orbã filiorum simuleat vt liberos seruent.* I.C. quidam satis fidenter, in Politicis suis, recepit in contextum, *& liberos non seruent*; quod ita ei, (vt addit) legendum videretur; nam hoc eis facere licuit, inquit, aliis in adoptionem dando. ego monui alibi in Suspicionibus meis legendum potius videri: *& liberos eiurent.* sic enim lib 6 cap 4 de benef. *Quid? non tam duri quidam & tam scelerati patres sunt, vt illos auersari & eiurare tus fasq; sit?*

Detrimenta mea] sic & Pal tert. ac Col. sed enim sec. & quart *tua*.

Moleste fert] Col *moleste sumit*.

Præter ipsum vacat] ita Colon. at Pal sec *propter ipsum non vacat*. tert. *præter ipsum vocat.* quart *si præter ipsum vocat.*

Semper enim sterili morituro] sic Erasmi codd. & Col. meus. at Pall. tres, *semper enim scisti mori*; quod hercle acutum habet sensum, vt quotidie eo moriamur, quod propius tẽdimus ad mortem, de quo ipse plura sub finem cap. ad id tamen examinent prudentiores.

Cogita nullis defunctum malis affici] ita & Col. & Palat. tert. verum sec *nullum defunctum*. quart *Cogita defunctum malis affici* siquid sentio, aliquammulta ante isthæc verba desiderantur.

Illa quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est] ita & Erasmus. Pinc tollit voculam *est*, auctoritate mss suorum quæ tamen in Col. meo. nam Pal. sec. *illam quæ nob. inferos facit terr fabulam esse* tert. *illa quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabulam esse* quart *fabulas esse.*

Nullos scimus imminere] ita restituit ex suis Pincianus, neque secus Coloniensis at vero Pall. tres, *nullos imminere*, sine vocula *scimus*, vt pendeant a verbo *Cogita*. & hercle *scimus* abest etiam codd. Erasmi. vnde magis confirmor vt putem hæc fragmenta esse, & plura incuria exscribentium, aut etiam religione omissa.

Nec obliuionis amaram] ita & Col. sed vox *amaram*, ita emendata erat ab aliena manu. Pal. sec. *nec obliuionum amaram*. tert. *nec obliuiones anime.* quart. *nec obliuionis anima.*

Nec tribunalia, nec reos vllos in illa libertate tam laxa, nullos iterum tyrannos] ita Mureti editio secuta varias editiones nam Palatinus tertius & mss. Pinciani; *nec tribunalia & reos, & in illa reorum libertate tam laxa vllos iterum tyrannos.* vnde finxit, credo, audax ille Cælius Curio (nam membranas non consuluisse tam fere scio, quam me viuere) *nec tribunalia, nec reos vllos in illa libertate tam laxa, iterum tyrannos.* publicarat Erasmus; *nec tribunalia, nullos in illa reos libertate tam laxa, nullos iterum tyrannos.* Palatinus sec *nec tribunalia & reos, & in illa reos libertate tamquam laxa, vllos iterum tyrannos.* quart. *nec tribunalia & reos, & in illa reos libertate tam laxa vllos iterum tyrannos.* Colon *nec trib. & reos, & in illa libertate tam laxa, vllos iterum tyrannos* I. C. quidam legere se ait, *nec tribunalia, nec reos vllos in illa*

libertate tam laxa, ibi me esse tyrannos: hęcque ita statim postea in Theologicis suis pro germana obtrudit Senecæ scriptura quo facto quid pestilentius bonorum auctorum libris?

Et solutio est, & finis) ita Erasmi editio, nec aliter Palat. sec at tert quart. Colon. *exsolutio est & finis*. non, *& solutio*.

Vltra quam mala nostra non exeunt) sic & Pal. sec. item Colon nisi quod is, *qua* pro *quam*. sed enim tert *quem mala nostra non exeunt*, sine dictione *vltra*. quart. *& vltra quam mala nostra exeunt*.

Antequam nasceremur iacuimus) ita & mei omnes præter Pal. tert. qui *latuimus*, quod non ita Latinum.

Et non natorum miseratur) idem tert *miseratur*.

Et omnia in nihilum redegit) ita voluit ex suis Pinc. neque aliter Col. Pal. tert. quart. solum sec. *ad nihil*, quomodo excuderat Erasmus.

Non potest ad fortuna) ita rursus ex suis Pinc. atque sic etiam mei Erasmi editio destituitur vocula *ad*.

Terminos intra duos seruit) ita & editio Erasmi. at Pal. sec. & Col. item liber lureti, *intra quos seruitur*. tert. *seruatur* quart *seruabatur*.

Non paupertatis metu) Palat. tert. quart Col. *metus* qui tamen deinde, *stimulis*, nisi quod Coloniensis, *stimulus*. male

Nec sua premitur) omnes mei, *non sua pr.* quod malim.

Nulla publica clades conspicitur) ita Pinc. codd. nisi quod vnus, *pestis* habet vice *cladis*. Erasmi editio præponit voculam, *& nulla publ clade consp.* quæ tamen in nullo meorum, quorum Pal. sec. habet. *nulla publica clades. non solicitus*, exclusis aliis intermediis. at tert. *nulla publica pestis prospicitur*. quart. *nulla publica clade prospicitur*. Col. *nulla publica cladis prospicitur*, vt legendum videatur, *clades prospicitur*, aut adeo *pestis*.

Pendet ex euentu semper in deteriora dependenti) ita quidem Erasmi editio sed idem ait fuisse in alio cod. *semper in incerta dependendi*. addit que Agricolam legisse, *semper incertiora dependens*, quanquam inquit *dependens* bene habebat at Pal. sec. ac quart. *pendet & ex euentu semper incertiora dependents*. tert. *pendet & ex euentu sempee incertior dependents*. Colon. *& ex euentu semper incertiora dependents*.

Vnde nil eum pellat, vbi nil terreat) ita Palat. tert. quart. Col. nec non editus ab Erasmo: Pincianus legendum monuit ex mss. suis, *vnde nihil eam depellat, vbi nihil terreat*. olim vulgati, *vnde nihil eum pellat. vnde nihil terreat*; quomodo & habet Palat. sec. nisi quod vtrobique seruet contracte *nil*.

Capvt XX.

Sine calamitatem repellit) ita & mei quatuor, at ait Pincianus habere suos, *expellit*.

Aut lassitudinem) Pal. sec. *aut laxitudinem*. reliqui tres, *ac lassitudinem*.

Hac e carcere educit) ita mss. Pinc. & mei tres. nam Pal. sec *hac de carc*. Erasmi editio; *carcere educit*, sine illis, *hac e*.

Animum oculosq; tendentibus) ita & Palat. sec. tert. Col. nam quart. *animum, oculos, tend.* vti & extat in mss. Pinciani. Erasmus vulgatat, *animo oculisq; tend*.

Inter quos quisq; iaceat) ita & Erasmi editio ea antiquior, *infra quos quisq; iaceat*. Pinciani codd. *infra quos quis iaceat*: vnde faciebat, *in terra qua quis iaceat*. Palat. sec *intra quod quisq; iaceat*. tert. quart. Colon. *infra quod quis iaceat*.

Hac vbi res fortuna male diuisit, & aequo iure genitos, alium alii donauit) ita Erasmi editio, neque abit Pal. sec. nã tert. *hac vbi res communis fortuna male diuisit. & aequo iure genitos alium alis donauit*. quart. *hac vbi res quas fortuna male diuisit, & aequo iure genitos aliam dis donauit* Colon. *hac vbi res communes fortuna male diuisit, & aequo iure genitos, alium alii donauerit* Pinc codd. custodiebant, *Hac vbi res communes fortuna male diuisit & aequo iure genitos alind alii donauit*; ipse vero legendum putabat, *alium aliis donauit*. ¶ *Qua nihil quicquam alieno*) Colon. *qua nunquam quicquam alieno*. ¶ *In qua nemo humilitatem suã*) vox *suam* abest Erasmi libris, addiditque Pinc ex mss. suis, quæ & in omnibus meis. Palat. tamen tert. habet illud *humilitatem* a secunda manu, priusque erat *felicitatem*.

Qua nulli paruit] Col Pal. sec. ac quart. *patuit*.

Vt non concedam aduersus minas casuu] ita & mei quatt. & omnes Pinciani, præter vnum, in quo *minas casuum* ipse nihilominus ait legendum fore *Casarum*, potius quam *casuum*. ¶ *Alii capite conuersos in terram*) ita Erasmi editio. sed enim nullus meorum habet voculam *alii* scripserim potius, *capite quidam conuersos in terram* nam Pal. sec. *capite conuersos in terra*. tert. *capite quosnam conuersos in terra*. quart *capite quidem conuersos in terram*. Colon. *capite quidem conuersos in terra*.

Per obscana stipitem egerunt) scilicet *patibulum* id proprie est, in quo suffixus homo expanditur, transuerso ramo ligno. *crux* vero etiam, cum is erecto simplicique stipiti adfigitur siue infigitur. quid enim hic aliud est *stipitem per obscana agere*, quam quod Græci dicũt ἀνασκολοπίζειν? id est *palo infigere* siue vulgi verbo, *Impalare*? atqui id *crucem* quoque vt ex Seneca videmus, appellatum, inde apud eundem, *acuta crux* in Mæcenatis versibus legitur: cedo, quo alio sensu? *Hanc mihi, vel acuta Si sedeam cruce sustine*. sed & *affixio*, *crux* dicta. pro me Ausonius in Carmine cui titulus, *Cupido cruci affixus*. non enim alia ibi *crux* quam myrtus arbor, cuius summo stipiti alligatur puer, nec ad expansis manibus, sed post tergum reuinctis. ait:

Hunc in excelso suspensum stipite amorem
Deuinctum post terga manus subStrictaq; plantis
Vincula mœrentem, nullo moderamine pœna

Adfigunt. hinc & Tacitus lib. 14. Annal. *patibulum* distinguit a *cruce*; vbi ait: *Neq; enim capere aut venundare aliudve quod belli commercium; sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam reddituri supplicium ac præcepta interim vltione festinabant*. ibi hæc ista Lipsius: cuius opinionem, qua vult *suspensionem* vel *affixionem* ad simplicem arborẽ, *crucis* nomine venire multis firmo exemplis classicorum auctorum, sed noua interpretatione, lib 29 cap. 12 Sulpic.

Et singulis articulis singula machinamenta) omisit Mureti editio vocem quæ in aliis, *singula docuerunt machinamenta*. Gothofredus legere se ait. *singula dolorum machinamenta*. est in Pal. sec. *& singulis etiam articulis singula docuerunt machinamenta*. tert. *singulis articulis singula docuerunt machin* sine particula *&*; quæ nec in quart. qui. *& membris singulis articulisq; singula docuerunt mach*. at Col. *& membris singulis in articulis singula docuerunt machinã*.

Sed video & mortem) ita Romana editio. Erasmi, *& video mortem*; vti est in Pal. sec. ac quart. nam tert. *sed video mortem* Col *Et video & eam mortem*.

Vbi si dominus pertasum est) mei omnes, *dominium*, hac nempe scriptura *dnm* nisi quod Col *percosum est*. an forte *dominum* hic positum pro *dominorum*?

Contra miseriam vita beneficium mortis habeo) ita editus Romæ, confidenti profecto audacia, licet sensu egregio. nam Erasmi editio eiusque traduces; *coram te vera vita beneficio mortis habeo*: antiquissime cusi, *coram te vita beneficio mortis habeo*; quomodo etiam est in Pal. sec. ac quart. nã tert. *coram te vita beneficio mortis habeo*. vti & habebant membranæ Pinciani, qui scribendum rebatur, *coram te vitam beneficio mortis habeo*. nam & inter alios, inquit, Plinius quoque *maximum vita bonum* appellat *mortem*. Col. meus legit; *Coram te beneficium vita mortis habeo*.

Decus illius firmamentumq;) Col *istud*, vt & Pal. quart. nam tert *illud* solum restat *illius* in sec.

Neapoli valetudo abstulisset] ita quidem Mureti editio, at Erasmi, *Neapolis fortuna abstul*. Pinc. ms. vnus, *Neapolis valetudo abstulisset*. Pal. sec *Neapolim fortuna abst*. tert. Col. *Neapolim valetudo abstulisset*. quart *Neapolim fortitudo abst* primo loco posita lectio, vera videtur. at miror interim vnde ita constanter mei, *Neapolim*. an forte fuit, *Neapoli inualetudo abst*. ita hercle plane suspicor.

Quo infelices reliquo sunt) ita vnus Pinciani liber & Pal. sec. Erasmi *quam infel &c*. Pal. tert. ac quart. *qua infelices reliq*. Col *qua infelices requies fuit*. sed a secunda manu in vnum coaluit *requies*; prius fuerat *re quies*.

Imperatorem ipsum superfuisse] ita & mei omnes, at scribendum ait ex vno suorum Pincianus, *imperatorem superf.* sine dictione *ipsum* ego illam omnino retinuerim.

Ægyptii carnificem) ita & Pal. tert. & Col. at sec. & quart.

Æg-

Ægyptum carnif. quod & hercle Latinum est.

Victoribus corpus, satelliti præstitit) ita & Erasmi editio. verum mss omnes Pinciani, *victi corpus satietati præstitit.* atque ipse, considerandum an sit commodior lectio, *victoribus caput, satelliti præstitit.* equidem in Pall. tribus cō stanter remanet, *corpus satietati.* itaque aliud quid hic latet. Colon. meus habet, *qui sacrosanctum vict. tribus caput servaunt, etiamsi incolumia &c.*

Quod enim erat turpius) vox *erat* deest Colon. meo & verostatim post illa est *beneficio regis*? non dubito quin verbum vnum atque alterum exciderit, quo imminuerit illud ipsum beneficium; quemadmodum cap. vltimo de Tranquill. animi est. *Serrates cogitur in carcere mori: Rutilius exilio vivere: Pompeius & Cicero clientibus suis præbere cervicem.* item cap. 14. de breuit. vitæ: *At idem postea, Alexandrina perfidia deceptus, vltimo mancipio transfodiendum se præbuit.* denique Epist. 4: *De Pompeii capite, pupillus & spado tulere sententiam*

Liberata Rep. conservator esset: si denique) ita & Pal. sec at tert. *liberata re. p. servat. alias servaretur, denique* quart. *liberata republica conservator eius desideret, servator, si denique* Coloniensis, *liberata rep. felix esset. Si denique.* Pinciani liber vous legit duobus verbis minus, *liberata rep. si denique.*

Tunc felix mori potuit) legendum dixit Pincianos ex mss *etiam tunc &c.* & sic quoque mei quatuor.

Non hastam consularia &c.) nempe, ea quæ publice venibant, non *præconis* modo *voci*, sed *hastæ* subiiciebantur, hastaque posita, præcone prædicante, et qui licitatione vicisset, addicebantur. Cicero 3. Off. *Hastam in foro ponere & bona civium voci subiicere præconis* sic *hasta posita pro æde Iovis Statoris, bona Cn. Pompeii magni voci acerbissime præconis subiecta,* idem 2. Philipp. narrat; quod confirmat Dio lib. 46 his verbis: Καὶ ἰδομένη ποτὲ καὶ εἰς τὸ πρατήριον ἐξετέθη, καὶ τῇ τοῦ κήρυκος φωνῇ ἀπεκηρύχθη, ita ne eiusmodi ἀγορᾶς. hinc & *hastam præconis* dixit Tullius Orat. de lege agr. & *hastam venditionis* Philipp. 2. & *emptionem ab hasta* Epist. 3. lib 12 ad Attic. Val. Maximus lib. 6. cap. 3. *Bona adolescentis hastæ subiecit.* noster lib. 1. cap. 2. de Ira: *Videbis Principum sub eiusdem hasta capita venalia.* hinc Iuuenalis Satyr 3.

Et præbere caput domina venale sub hasta.

Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 2: *subiiciente hasta bona civium*: Paulus ex Festo: *Hastæ subiiciebantur, quæ publice venundabant, quia signum præcipuum est hasta.* Vetus Horatii interpres in Sat. 6. lib. 1. ad versum:

Si præco parvus; *præcones,* ait, *dicebantur, qui stabant ad hastam & enuntiabant pretia allata.*

Regnum trium Catilinarum) est a coniectura Pinciani, putantis designari *Augustum, Antonium, Lepidum,* vt Iuuenalis *tres Syllas*:

In tabulam Sylla si dicant discipuli tres. equidem cum omnia exempp. mss. etiam mea quatuor, præferant, *rapinas, tantum Catilinarum,* id non temere reiecerim; vt *tantum* referatur ad copiam, dicatque Seneca Ciceronem vidisse non vnum aut alterum *Catilinam* tantum, sed ingētem numerum. haud negem tamen alteram lectionem acutissimam.

Nihil ergo mali immatura mors attulit Metello) ita Mureti editio, secuta Pinciani hariolationem. cum enim edidisset Erasmus, *Nihil ergo mali immatura mors attulit illi,* saqoit alter ille, vnum suum codicem habuisse, *Nihil ergo mali illi immatura mors attulit,* arbitrarique legendum, *Nihil ergo mali Metello immatura mors attulit.* Pal. meus sec. refert: *Nihil ergo mali etiam immatura mors attulit illi.* tertius ac Colstant a mss Pinciani. quart. *nihil ergo malum illi immatura mors attulit.*

Nimis cito periit) mss Pinc. & mei tres, *Nimis tamen cito perit,* quod reuocandum. nam alioqui & Pal. sec. *Nimis tam cito perat.*

Primum puta illum superesse) & hoc est a Pinciani diuinatione, cum esset in scriptis eius nec nō publicatis omnibus; *Primum puta illi superfuisse.* & sane cum ita quoque seruent mei quatuor, haud id mutarim. potius eo laberer vt suspicarer aliquam multa deesse, & inter cetera voculam *ætatem,* ad quam scilicet respexerit dictio *superfuisse.*

Quantulum est? Ad breuissimum tempus editi, cito cessuri loco, venientes in pactum hoc, prospicimus hospitium. de nostris ætatibus &c.) ita vulgatus cum nomine Mureti;nam Erasmi, *quantum est, ad breuissimum tempus editi cito cessuri loco. Venientes in pactum hoc, prospicimus hospitium, de nostris at. &c.* Pincianus ait priora sic concepta in vno codice suo, *quantulum est ad breuissimum tempus editis, cito cessuris loco venientibus.* posteriora vitiosissima ait, & forte sic castiganda; *Venientibus in punctū hoc proximum hospitium,* additque posse etiam legi *spatium,* non *hospitium.* I. C. quidam legere se profitetur, *quantulum est ad? breuissimum tempus editis ac cito cessuris loco. Corpus hoc quod dicimus, hospitium est. De nostris ætatibus &c.* nunquam vidi aliquem licentius recedentem a vulgariæ lectionis vestigiis. sed nec tale aliquid vult Seneca quod scriptura eius volt; quam diiudicent alii. proponam ego tantum varietatem membranarum mearum. Pal. sec distinguit; *quantum est ad breuissimum tempus editi, cito cessuri loco venienti in pactum. Hoc prospicimus hospitium, de nostris ætat. &c.* tert. *quantum est ad breuissimum tempus editi cito cessuri loco. Venienti in pactum. Hoc prospicimus hospitium. De nostris ætat. &c.* quart. *quantum est ad breuissimum tempus editi cito cessuri loco venientis in precium. Hic prospicimus hospitium de nostris ætatibus &c* Colon. *quantum est breuissimum tempus editi, cito cessuri loco, venientis in pactum, hoc prospicimus hospitium, de nostris ætat &c.*

Quas incredibili celeritate conuolui constat. Computa vrbium secula) ita Erasmi editio at Pal sec & quart. *quasi incredibili celeritate conuoluit. Computa vrbium secula.* tert. *quam incred. celer. conuoluit. Constat computa vrbium secula* Col. *quas incr. cel. conualuit. Computa &c.*

Infiniti temporis nullam partem) mei omnes præponunt, *& infiniti &c.*

Minorem portionem ætas nostra quam partem puncti habet) ita & Erasmus. at vero sec. *Minor est portio ætas nostra quam puncti habet.* quart. *Minorem portionem ætas nostra quam puncti habet.* quod mihi placet. nam nihil fere diuertit Pal. tert. qui, *minorem portionem ætas nostra. quam punctum habet.* Colon. *ad vniuersa referentes minorem portionem, ætas nostra quantum puncti habet.* Pinciani liber vnus, *Minorem portionem habet ætas nostra quam punctum.*

Si tempori comparetur omni) sic ab Erasmo editus & Pal. sec. at idem Pinc. nec non alii mei tres, *si omni tempori comparetur.*

Cuius maior est mensura) ita & Pincianus ille codex, & omnes mei. Erasmi libri: *Huius est enim maior mensura.*

Vtpote cum ille se intra huius spatium totiens remetiatur) ita & Erasmi editio; & Palatinus tert. Pinciani vnus *vtpote cum ille se pro huius spatium metiatur.* ipse vero scribendum potabat, *vtpote cum ille se per huius spatium totiet remetiatur.* nam alius eius codex sine voce *vtpote* repræsentabat, *cum ille se intra huius spatium toties remetiatur.* est in Palatino sec. *vtpote cum ille se partem huius spatii remetiatur.* quart. *vtpote cum ille se intra huius spatium remetiatur,* sine dictione *totiens.* at Coloniensis, *vtpote cum illi se intra huius spatium totiens remetiatur.*

Interest id extendere) ita & Palat. sec. ac quart. sed enim tert. & Col. *interest in id extend.*

Non multum aberit a nihilo] Palat. sec. habet præpositionem *a* superpictam a manu secunda. tert. custodit *non multum aberit a nihilo.*

Vno modo multum est quod viuimus) est ab Pinciani ingenio, sic rescribendum opinantis, quod esset in mss. eius *imo modo multum &c* nam publicat at Erasmus, *imo multum est &c.* quomodo seruant Pall. tres. Col. tamen, *vno modo multum quod viu.*

Licet mihi vacet & in moram tardatæ senectutis nouies denos centenosque percenseas annos) ita editio Erasmi. nisi quod transponat, *nouies centenos denosque percens.* quod quidem I. C. cuidam placebat, nisi quod legeret; *& in moram retardandæ senectutis,*

hoc est, inquit, ad prorogandam senectutem aut potius ætatem verunt talis cuneus non huic conoemebat nodo. nam longe diuertunt ab vulgata lectione mébranæ meæ. Pal. sec. *Licet mihi vates & in memoriam tradita senectutis viros nomes centenos denosq. perc. annos.* quart. *licet mihi noces & in memoriam tradita senectutis viros nominis centenos denosq. percenseas annos.* tert. *Licet mihi vates & in memoriam tradita senectutis, viros nomines centenos denosq. perc annos.* Colon. *Licet mihi voces & in memoriam tradita senectutis viros, nomines, centenos denosq. percenseas annos.* Durantius Casellius lib. 2. cap. 7. Variarum integrius longe & nitidius potat, vti erat in mss. vno suo: *Licet mihi vates & in memoriam traducta senectutis, viros nomines centenos, denosq. percenseas annos* ita ms. eius, & qui non videt, inquit, ita Senecam scripsisse, eum puto medio sole lucem quærere. equidem inuitus licet dixerim hæc nŭdum mihi puta pura videri auctoris. nam certe retinédum, *Licet mihi vates.* de reliquis non admodum contenderim; vtiq; cum eis, meo quidem animo, recepta scriptura multo sit vitiosior.

Deinde non immaturus recessit) ita solum etiam Palat. sec. alii tres, *Deinde si immaturus.*

Nihil enim illi tam vltra supererat) ita & editio Curionis, lectis nempe castigationibus Pinciani. nam cum vulgasset Erasmus, *nihil enim tam supererat*; vetus lectio, inquit Hispanus ille, *nihil illi tam vltra supererat*; quomodo & Pal. meus quart. at tamen sec. *nihil enim tam illi supererat* tert. *nihil illi tamen vltra supererat.* Colon. *nil illi tam vltra supererit.* & vero legerim ego: *nihil illi tam vltra supererat* nam ne admittamus vocem *enim*, prohibent proxime præcedentia. vbi ipsa palam conspicitur.

XIV. annos quadam defatigantur) ita Pinc. libri. Erasmi enim. XIV. *quadam annos defatiganit*, & Pal quart. ná sec XIV *annos defatiganit*, sine voce *quadam.* at tert. XIV. *quadam annos defatigantur.* Coloo. XIV. *quadam animalia annos defatigant.*

Longissima ætas est) Pal. sec. *longiss vita est.* quart. *elongissima ætas est.*

Quis victurus diutius) ita & Erasmus & Pal. sec. alii tres *quia vixit* quomodo & fuerat in mss. Erasmi. & placet. redditur enim ratio cur nemo nimis cito moriatur.

Manebis semper vbi positum est) ita Pinc. codd vt & Pal. tert. quart. Colon at sec deest aduerbium *semper*, quod oec apparet in editione Erasmi.

Nec illum vlterius diligentia aut gratia promouebit: scit illum vlterius diligentiam ex consilio perdidisse) ita Mureti editio. nam Erasmi, *nec vllum vlterius diligentia aut gratia promouebit. scit libenter illum ex consilio perdidisse.* notatumque ad marginem, pro *scit libenter &c.* alias legi; *nec illum diligentia ex consilio perdidit.* Pinc. codex vnus, non habet voces septem priores tantumque posteriora sic cõcipit; *scit libenter illum ex consilio perdidisse*; quæ sic ipse putabat corrigenda; *nec illum diligentia vel consilio protulisset.* Pal. sec. loco omnium verborum primo positorum loco tantum exhibet; *nec illum vlterius diligentiam ex consilio perdidisse*, neque aliter quart. nisi quod ille, *diligentia.* at tert. *Nec illum vlterius diligentia promouebit aut gratia. scit libenter illum vlterius diligentia consilio perdidisse.* Col. *nec illum vlterius diligentia aut gratia promouebit, sit habent illum vlterius diligentiam ex consilio perdidisse.* locus ita me amet Apollo vitiosissimus. nam I.C. ille qui quærit, quid si ita, *scit libenter illum Dei cõnsilio fixum esse*; totum diem iaculator neque vnquam ferit scopum.

Nec vnquam se annus casus interiecit) ita quidem Erasmi editio, at Pal sec *se annus casibus interiecit* tert. *se animi casus interiecit.* quart. *annus casibus interiecit alias interere* Col. *nec inquam se anno casibus interiecit.* superpictum tamen *u* litera priori parti vocis *inquam.*

Eunt vt sua fata) est ab emendatione Pinciani. cum enim Erasmi codd eiusque membranæ referrent, *Eunt vt sua fata.* expende, inquit, an legendum sit, *Eunt vi sua fata.* illud *vt* manet etiam in Pal. sec. ac quart. nam tert. scribit *Eunt & sua fata.* Colon. vero, *Essent vt sua fata.*

Frustra vota ac studia sunt) ita & Erasmi editio, nisi quod præponat, *& frustra.* est in Pal. sec. *& frustra vota ac studia sunt*, quomodo & fuisse in olim cusis innuit Pinc. qui inquit, legendum cum scriptis suis *frustra vota ac studia sunt*, omissa copula, quomodo extat etiam in tribus meis reliquis.

Agunt opus suum fata: nobis sensum &c.) ita Muretus. Erasmi editio, *Auguria opus suum fata.* quomodo & erat in mss. Pinciani, qui quærit an legi possit. *Vrgent opus suum fata.* mei hic valde tumultuãtur circa distinctionem nam Pal. sec. *Auguria opus suum fata nobis sensum &c* tert. *& omnis ætas ferat auguriis opus suum Fata nobis sensum* quart. *& omnis ætas ferat auguriis opus suum, fata nobis &c.* Col. *& iuuenta. Omnisq; ætas ferat. auguriis opus suum, fata nobis sensum.* I. C. quidam ait, posse hæc ita restitui, *Auguria nobis obsunt, fata nobis &c.* ineptus sane sensus, & cui nullus accedit manuscriptorum.

Quoq; facilius obrepat mors. sub ipso &c.) ita Erasmus ac Pal sec. *quoq; facilius obrectant. mors sub ipso* vt ista verba pendeant a superioribus. tert *quoq; facilius obrepat. Mors sub ipso.* quart. *quoq; facilius obreptant mors sub ipso* superpictumque, alias legi *obrectant.* Colon. *quo facilius obrepant. Mors sub ipso.*

Infantem in se Coloniensis, *Infantiam in se.* & placet.

Pueritiam pubertas, iuuentutem senectus abstulit) ita & Erasmus, meo iudicio male. restituamus suasu Pal sec. *Pueritiam pubertas pubertatem iuuentus, iuuentutem senectus abstulit.* aliis hic nihil sani habent. nam tert. *Pueritiam pubertas iuuenem senex abstulit*; nec aliter Coloo. quippe quart. *Infantem in se quærat amicitiam pueritiam puberum iuuenem senex abstulit.* sed punctis postea notata est vox *amicitiam*, vocique *iuuenem* superpositum est, *alias, iuuentutem.*

Capvt XXI.

Non tam diu vixisse filium tuum) Colon. vt & Pal. tert. quart. transponunt, *filium tuum vixisse.* at sec. *non tam diu vis vixisse filium tuum.*

An diutius illi expedierit. Pal. tert. voce amplius, *an diutius illi viuere expedierit.*

Labuntur humana) Pal. sec. *Labunt humana.* Colon. *Labant humana.*

Nulla pars vitæ nostræ) Pal. tert ac Coloo *nequissima pars vitæ nostræ.*

Illud pulcerrimum filii tui corpus) mei alio positu, *illud filii tui pulc. corpus*, quem malim.

Et summa pudoris custodia, inter luxuriosa vrbis oculos cõseruatum, potuisse ita morbos &c.) ita Muretus, ex vno codice Pinciani, nisi quod ille haberet *potuisset*, quomodo & Pal. quart nam Erasmi editio, *in summa pud. cust. inter lux. vrbis oc. conseruaturum, si potuisset ita morbes* ego potius legerim cum Pal. sec. *cum summa pudoris custodia inter luxuriosa vrbis oculos conseruatum, potuisse ita morbos.* est in tert *& summa*, item *conseruata potuisse ita.* at Col. *in summa præterea, conseruatum potuisset morbos ita.* Muretus indicat veterem suum codicem præferre. *conseruatum potuisse, vt morbos ita euadere*: vnde placere sibi coniecturam Philippi Roberti, qui emendat *conseruatum iri potuisse, aut morbos ita euadere* lectionem hercle ingeniosam, & quam fere probarem, nisi obscænius paulo videretur vi & iniuriosius dirutusque, vocari etiam a Seneca in cubiculum *pudicitiam* filii quid, quod nec eo flagitio, forma pereat quod fieri debebat, si scriptura illa admittenda.

Capvt XXII.

Intermersa plerunq.) Pal. sec. *plerisq.*

Aut fera eoq; fœdior luxuria inuasit & coegit) ita Mureti editio, secuta fere membranas Pinciani. ex eorum, *& fera eoq; fœdior luxuria inuasit, & cogit*, quod ipsi placuit. vt & fere mihi; sed fere tantum. nam illud *aut* restat in omnibus meis & quidem habet Pal sec. *aut fera & qua luxuria fœdior inuasit. cogit &c.* tert. *aut fera & ex quo fœdior luxuria inseritur Cogitur &c.* quart *aut fera. eoq; fœdior luxuria inuasit. Cogit.* Col. *Aut fera, eaq; fœdior, luxuria inuasit, cogitq;* edidit Erasmus, *aut fœda prologus, ex quo luxuria fœdior inuasit, & coget.*

Ventremq; protollis summa illis curarum) ita Erasmi codd. at Pinciani, *ventremq; percoquis. Summaq; illis curarum,* quo-

quomodo & refert Col. Pal. tert. quart. vltimus tamen superpictum habet voci *percoqui*, alias *procedit*. estque in sec. *ventremq. procedit factis, summaq. illic curarum*.

Ossa viuis legentium) Pal. sec. *ossa neruosq. legentium* omnino male alludit enim auctor ad morem Romanum, quo *ossa legebantur iam defunctis & crematis*; de quo ego nonnulla lib. 16. Suspic. cap. 6.

Non simplici dolore pudenda) ita Erasmus. Pinciani mss. quidam, *non per simplicem dolorem pud.* alii eius, *non simpl. dolorem pud.* quod vltimum in meis quatuor.

Quam Rutilius. Carcerem. non fuit sapientior quam Socrates. Voluntario vulnere transfixum pectus. non fuit sanctior quam Cato) nam hæc bene restituit Pincianus ex chirographis suis, quibus consentiunt Pal. tert. & Col. ediderat Erasmus, *quam Rutilius, quam Corunçanius, non fuit sapientior quam Socrates, nõ fuit sanctior quam Cato. qui voluntario vulnere transfixit pectus*. Pal. sec. bis aliquantum consentit; nam habet, *quam Rutilius Coruncanius. non fuit sapientior quam Socrates vulnere transfixum pectus*. neque abit quart. nisi quod ille, *quam Rutilius Coruncanius non fuit sapientior quam Socrates vulnere transfixum pectus*. superpictumque tamen barbaræ illi voci, *alias volnus*.

Cum hic agi quos natura) ita solum etiam Pal. sec. nam vox *quos* abest Pal. tert. ac Colon. habetque eius vice quart. *quia*.

Vita stipendium) Pal tert. perperam *dispendium*.

Quisquam illam accepisset) scripserim cum Colon. nec non Pal tert. ac quart. voce amplius, *quisquam illam accepisset*. est in sec. *qui illa accepisset*.

Nisi daretur inferis) ita & Pal. tert at sec. *nisi dar. vocibus*. quart. *nisi daretur vitibus*, superscriptumque, alias *omnia*, quomodo seruabat & Col.

Proximum puto, breuitate vita defunctos) Pal. sec. *proxime*, vt & tert. & quart. qui tamen præterea excludunt vocem *vita*. quæ nec in Col. in quo *proxime puta* legerim ego, alia sententia. Itaq. *si sobrissimum est non a se proxime puta, breuitate vita defunctos, &c.* nam sane illud *si*, quod omnibus exulat editt. diserte comparet in Col item Palat. tert. ac quart.

In integrum restitui) Pal. sec ac tert. *restituere* quart. *restituetur* Col. *restitute*.

Seianus patrem tuum) ita solum Pal. sec. alii *Seianum*, sed male tamen.

Clienti suo Satrio Secundo) ita emendandum esse ex Taci[…] o monuit pridem Pincianus, cum antea publicaretur *Atrio*, ne [..]oc quis forte tribuat Mureto; *Atrio* extat in omn[..]. Pall. *Sacrio* in Col.

Quod tacitus ferre non potuerat) sic & Pal. sec & quart. at tert. *quod tacito ferre non poterat*. Col. *quod tacitus ferre non potuerat*.

Ne imponi quidem sed escendere) ita primum corrigendum putauit Lipsius ad lib. 4. Annalium Taciti, id est, inquit, *pedetentim & per gradus Imperatorem fieri* verum emendationem hanc improbat I. C. quidam, legendumque potius censet, *non imponi sed decidere*. adiicitque, *imponitur* paulatim onos; *decidit* cum impetu. sic Seneca primo Naturalium cap. 57. *vbi fulgura maiore impetu arsa sunt, non apparent tantum, sed decidunt*. sic ille. satis hercle inconcinne. nam illud alterum Senecæ exemplum, non confirmat priorem ipsius diuinationem, tantum ostendit Latine dici *decidere*, quod nemo negat. hic vero conuenire, nego & ego & quicunque sensu præditus communi. nam quid quæso decidere potest in ceruices alicuius quod non iis alius fuerit? id de Seiano vere dici non potest. itaque etiam eliminanda lectio Erasmianæ editionis, *sed descendere*, licet confirmet eam Colon. meus & Pal. sec. natum quippe id ignoratione priscæ vocis *escendere*: quod vel fimet Pal. tert. ac quart. qui aperte, *se descendere* sed & prodidit Pincianus esse exempp. quæ habeant *sed ascendere*. putauerim ego acumen huius sententiæ in eo, quod impolita nobis, grauant quidem, sed non nisi cum iam impolita. at ille qui ascendit, multis modis nobis molestus est priusquam eo perueniat quo destinauit: itaque minime id ferendum innuere volebat optimus historicorum Cremutius.

Decernebatur illi statua in Pompeii theatro ponenda) ita correxit ex veteri lectione Pincianus, neque aliter Col. Erasmi editio, *Decernebantur illi statuæ, item ponenda*. at Pal. sec. ac quart. *Decernebantur illa statua in Pomp. theatro ponenda*. nec secus tert. nisi quod ille, *illi* non *illa*.

Excl. Cordus, tum vere) ita ex suis Pinc & sic quoque mei. Erasmi editio male, inuersis dictionibus, *Exclamauit tunc Cordus, vere*.

Consecrari pessimum militem) ita & Pal. sec. superpingiturque item quart. qui tamen *perfidum militem*, quomodo & exhibent reliqui duo, probauitque ex suis etiam Pincianus, quod & mihi placet nescio tamen an & recte idem addat, videri alludere Senecam ad militẽ illum qui Pompeium obtruncauit. mihi enim simplicius, si opponatur maximus Imperator, militi perfido, qualis reuera Seianus iste.

Consecratur. Subscriptio, & acerrimi, &c) ita distinguit editio Romana. aliæ, *Consecratur subscriptio, & acerr.* vt & mei, nisi quod Palat. quart. *Consecratum subscriptio, & acerr.*

Vt sibi vni mansuetos) ita mss. Pinc. & omn. mei. Erasmi libris abest vocula *vni*.

Feros haberet) ita & Pal. sec. ac tert. at quart. *habebat*, Col. *habere*. Pinc. codd. *habere posset*. nihilo muto.

Etiam hominem illum imparatum) Pal sec. & quart. *hominem etiam illum imparatum* tert. *hominem & illum imperatum* Col *circumlatrare hominem in illum imparatum*.

Et quo plus imponeret) ita Erasmi editio, commodo hercle sensu, sed quo certatim offendimus membranæ meæ Palat. namque sec. *& quo postumum poneret*; quod & superpictum quarto, notatumque ad oram, *postumus dicitur puer post parentis mortem natus* sub eo erat, *& quod p. si omnium poneret*. tert *& quo plus virium poneret*. Col *& quo plus virium poneret*.

Protecti a cœna: deinde quasi iam satis, &c.) ita & Erasmus, insana interpunctione, distinguendam monnie Comment. ad lib 4. Annal Lipsius; *protecti. A cœna deinde, quasi iam, &c.* mos enim vulgo obtinebat, vt in balneo aut statim post balneum aliquid sumerent, quod vocabant *Gustare* & *Gustum*, & deinde nihilominus venirent ad legitimam cœnam. est in Col. nec non Pal. sec. ac quart. *Protecta a cœna. deinde quasi iam, &c* quæ puto nata a compendiario scribendi modo, qui & extat in Pal. sec. habet enim, *protec̃ a cœna, &c.*

Alteroq. die) mei omn. *altero quoque die*.

Vt interpellarent quod cœgerant) ita & Pal. sec. at tert. *vt interpellas quod coeg.* quart. *vt interpellas qua coeg*. Col. *vt interpellate vent quod coeg.*

An morte rei perderentur) ita Muretus reposuit, ex veterum inquit librorum scriptura; cuius adeantur notæ. legebatur in Erasmianis, *an mortui rei perderentur*. Pincianus queritur locum corruptissimum, exque eorum numero qui emendatione indigeant Oedipo. fortasse, inquit, minus corrupte legetur, *an maiestatis reo perire daretur*; quam lectionem adstruere videntur verba sequentia, *pene non licens*. sic ille. at Lipsius ad lib. 4. Annal. Taciti, motus iisdẽ verbis auctoris nostri sequentibus, quodque legerit in libro ms. *proderentur*, cudat eum adseueratione, *an morte rei prohiberentur*. atque ita rursus citat ad lib. 6. Annalium, nescitque quomodo in concordiam reducat hunc locum Senecæ & alium Taciti lib. 4. qui nihilo secius præmia accusatoribus dari solere, ostendit: *Et quia Cornutus sua manu ceciderat, actum de præmiis accusatorum abolendis, si quis maiestatis postulatus, ante perfectum iudicium se ipse vita priuasset. ibaturque in eam sententiam, ni durius contraque morem suum palam pro accusatoribus Cæsar, irritas leges, & remp. in præcipiti conquestus esset. sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, per præmia eliciebantur*. hactenus Tacitus ad quæ mox Lipsius, sub Claudio, inquit, & Nerone fortean aliud fuerit & Senecam deceperit mos sui æui. est in Pal. meo sec lectio eadem quæ in libris ab Erasmo publicatis. at tert. & Col. *an mortui reum perderent*. quart. vero, *an mortis eos perderent*.

Ille se absoluerat) pronomen *se*, non extat in Palat. quart.

Iniquorum temporum vices) ita Mureti editio; aliæ, nec non chirographi codd. mei quatuor, *vires*.

Flet quod alicui tuorum) ita & Pal. tert. quart. Colon. at Erasmus *quenquam*, vt & Pal. sec. Pincianorum vetus lectio præfert, *cuiquam*.

Pene non licuit.) Col ac Pal. tert. *Perire non licuit*.

Capvt XXIII.

Præter hoc etiam, omne futurum incertum est) ita & Erasmi editio & Pal. sec. at Pinc codd. voce addita, *Præter hoc etiam quod omne futurum, &c.* vti & seruat Palat. tert. & quart. nisi quod iis absit contra dictio, *etiam*. & hercle illud *quod* omnino reuocauerim, siue eiiciamus illud *etiam*, siue seruemus: transgreditur enim auctor ad aliud argumentum. est in Colon. meo; *Præter hoc quod omne futurum, &c.*

Facilius ad superos iter est) scripserim ego minore litera, *facillimum ad superos iter est*. si enim supra admittitur vett. librorum scriptura, ista ab illis pendebunt.

Antequam obducerentur) nulli meorum hanc exhibent scripturam. Pal sec. & quart. *anteq. obducerent*. tert. *obducerent*. Col. *abducerent*.

Absoluti transfluunt) tradit Obsopœus inuenisse laretum in vet. cod. *obsoleti* idque ipsi placere. sed mox, inquit, in eodem vet cod additur, *inlicitisq. fluunt*, nescio quo sensu. sic ille & certe aliquid hic latet mali. nam & Pal. sec. *obsoleti illiciteq. fluunt*. tert. *obsoleti illicique fluunt*. quart. *absoleti illitique fluunt*. Col. *obsoleti illicitique fluunt*.

Quicquid ad summum peruenit.) Pal. sec. *uenit*.

Ad exitum properat.] ita quidem Romana editio, sed contra omnes alias, inuitisque adeo membranis cunctis, quæ, *ad exitum prope est*.

Quæ maligne alit.] sic & Col. & Palat. sec. at vero tert. & quart. *quæ maligne alitur*.

Quo illustriora eo breuiora sunt.] ita & Curionis editio, at Erasmi, *quæ illustriora, breuiora sunt*. quomodo extat & in Palat. sec. alii tres, *quo illustriora, breuiora sunt*, quod placet.

Quod nostri quoque.) Colon. & Pal. sec. ac quart. præponunt voculam; *id quod nostri quoq.* tert. *idq. nostri quoq.* receperim mediam lectionem.

Nemo non prudens dixit.) vox *non*, abest trigæ mss meorum n. nā Pal. tertius, *uento prudens dixit*; habebatq; supra, *& non moriturum breui*, quod & seruat Pal. sec. quart. ac Col. pro eo quod vulgatur, *& moriturum breui*. miror hercle traiectionem hanc.

Quam præceperat.] iidem libri tres, *perceperat*. tert. Pal. *inceperat*. omnes male.

Ita est indicium imminentis exitii) sic & Erasmi editio, & omnes mei, nisi quod tertius male habeat, *iudicem*, quartus vero, *ita non est iudic*. ait Pincianus scribendum ex mss. suis; *Ita est, indicium est imminentis*. ego nihil mutauerim.

Sub matris custodia semper, ita Erasmus & Pal. sec. at reliqui tres, nec non omnes Pinciani, *sub matris tutela semper*. fere est vt suspicer vtramq. vocem a glossa profectam. elegantior profecto subaudiatur vox *cura*, supra posita.

Totos illos perire annos matribus & per solitudinem) est a scriptis Pinciani; quibus accedit Pal quart. at Col. *tot illos*, item *sollicitudinem*. quomodo ediderat Erasmus. Pal. quidem sec. habet *totis*, tert. *totos*, sed vterque tamen retinet *sollicitudinem*. quod ego sane hic malim. nam si anni toti matribus pereunt, iam dixit per solitudinem eosdem exigi, itaque amplius aliquid erit, si dicamus interim non modo solos relinqui, sed etiam inter curas & desideria relinqui.

Et æquatur annum) & hoc est a Pinc. exempp. quibus adsentiuntur Pal. sec ac tert. nam quartus, vt & vulgati ab Erasmo. *animum*. Col *annum*.

Quæ multorum profectus) Pal sec. *multos*.

Nullam spem se præbuit.] ita & Pinciani codd & mei tres, solum Palat. tert. *nullam se fœmina spem præbuit*, vti publicarat Erasmus.

Pro bono candidato valuisset.) ita & quatuor mei. quædam exempp. Pinciani, *voluisset*, quod licet ingeniosum videatur, haud tamen admiserim.

Virtutum sic tegere tanquam si nunc ille, &c.) est a coniectura Pinciani, quia & infra, inquit; *sic itaq. Martiæ te gere, tanquam sub oculis patris filiique posita*. codices eam non exhibent. *virtutum filium geri tanquam si nec* [illegible] Erasmi, *virtutum filium geres. Quod si nunc ille tibi magis* [illegible] est in Pal. sec. *virtutum filium geri, quam si ne te ille tibi magis vacat*. tert. *virtutum filium geri quoniam si nunc ille ti[bi] magis vacat*. quart. *virtutum filium geri quam si nunc ille tibi magis vacat*. superscriptumque loco. *si nunc*, alias legi sententia: Col. *virtutum filium geri quoniam si nunc ille tibi magis vacat*.

Quo anocetur) iterum ex emendatione Pinciani sic & infra, inquit, *despoliatos oneribus alienis & sibi relictos*. mss. eius, nec non mei, vt etiam edit. priores, *quo vacetur*.

Cætera exempla casibus) Colon. Pal. sec. & tert. *exempla*. quartos præterea, *exempla casibus*.

Et effigies non simillima: ipse quidem æternus] ita & Pall. tres. nam Colon. *& effigies non simill. ma, ipseque æternus*. Pincianus castigandum existimat, *& effigies non simul ipse* additque, & confestim inquit; non est legendum *quidem*, sed *qui*, ex vno ms. nec mora, adiicit idem, quid si legas, *& effigies non simul animus ipseque æternus*. hactenus Hispanus ille ego receptam lectionem non sollicitarim inuitis codd. membranaceis quid ni enim recte dicat corpus esse effigiem filii sui, & effigiem quidem non simillimam, id est, quæ eum non graphice & ad viuum expresserit?

Meliorque nunc status est) ita etiam recte Palat. tert. nam reliqui valde vitiosi sunt. & quidem Palat. sec. habet, *melioeque nunc satus est*. quart. *meliorque nunc sacius est*. Col. *meliorque est nunc satius est*.

Hæc quæ vides ossa circumuoluta neruis) ita Erasmi editio. prior, *vides ossa circum nobis neruos*, vt & seruat Pal. & quart. ait Pinc. scribendum ex vet. cod. *Hæc quæ vides circa nos ossa, neruos, &c* neque aliter Pal tert. at Colon. *Hæc quæ vides circum nobis scilicet ossa neruos*. excipio quod vna litera punctis vtrinque dissipata expresserit dictionem, *scilicet*.

Animus offuscatur, inficitur] vox *animus* non apparet in Colon aut Pal sec. aut quart. habentque omnes, *effugatur*, non *offuscatur*.

Arcetur a veris & suis, in falsa coniectus admittitur hic Pinciani hariolatio incerta cum enim edidisset Erasmus, *arcetur a diuersis, e suis in falsa coniectus*, annotauit Hispanus ille, in quibusdam exempp. suis fuisse *aduersis*, in aliis *auersis*: itaque scribere se alterutro modo, aut, *a veris & suis in falsa coniectus*, aut, *auersus a suis in falsa coniectus*. Pall sec & quart. habent *arcetur aduersis a suis, &c* tertius, *auersis*. Col *arcetur auersis & a suis*.

Pro confusis crassisque pura & liquida visentem ita & Erasmi editio, nisi quod ipsa, *referentem* pro, *visentem*, quod est a Pinciani libris, qui tamen habent *e confusis* avorum æuo cusi, *& confusis crassisque pura & liquida inferentem*, quod & annotatum ad oram Pal quart; qui h[abe]t, *& confusis grossisque pura & liq. visentem*. tert. *& conf. grassisque pura & liquidaus sentem*. sec. *prodotus. & conf[u]sis crassisque pura & liquida inferentem*. Colon. *& confusis crassisque relictis, pura & liquida visentem*.

Capvt XXV.

Istic iacent ossa) vox *istic* abest Colon. tribus Pall. est, *istinc*.

Nihilque in terris relinquens] ita codd. Pinc. & Col. ac Pall. tert. Erasmi editioni aberat præpositio *in*, neque seruat eam Pal. sec. aut. quart.

Dum expurgat inhærentia vitia) scripserim cum Colon. & Pal. tert. *dum expurgatur, & inhærentia vitia, &c* nam & sec *dum expurgatur inhærentia vitia*. quart. *dum expurgantur inhærentia vitia*.

Omnis mortalis æui] Col. *omnium mortalis æui* Palat sec. *omnium mortalis æui*. tert. *omniumque mortalis æui* quart. *omnium mortalium*, sine voce *æui*.

Vtque contemptores vitæ & mortis beneficio liberi ita Erasmi libri. at Pinc codd. scripti, *interque contemptores vitæ & mortis beneficio liberos*; vti & repræsentat Palat. sec & quart. nam tert. eorum loco seruat, *contemnens & vitæ beneficio liberos*. Coloniensis, *inter contemptores vitæ & beneficio liberos*.

Quanquam

Quanquam illic omnibus omne cognatum est) ita recte Erasmus, nec non Pal. tert. nisi quod ei desit vocula, *est*. at Col *quamq. natura illic omnibus omne cognatum est* Pal. sec *quem illic esse omnibus cognitum est.* quart. *quanquam illic omnibus cognatum esse*.

Natura libens ducens] ita & Pal. tert. & Col. Erasmi editio, *natura liber ducit.* Pinc. mss *natura libens ducitur*, vt ad *adolescentem*, inquit, referatur, non ad *aeuum*. & sic quoque Pal quart nam sec. *vero libens ducit*.

Vrbium monstrator) ita vnus liber Pinc. reliqui eius, vt & Erasmi, & omnes mei, *monstrator*, quod non video cur recipi haud debeat, vtique cum & ei appositus Col. *nominatiuus casus*.

Terrarum permittere aciem iuuat. Delectat enim ex alto &c.) locus, meo animo & mendosus, & fortean quoque mutilus. nam Pinc. codd. & Pal. tert. *terrarum permittit aciem. Iuuat anim ex alto.* sec. quart. Col. *terrarum permittere aciem. Iuuat enim ex alto.*

In aeterna rerum per libera & vasta) ita Erasmiani. at Pal. sec *Aeterna rerum publica & vaga discurrunt. nec altitudo, &c.* tert. *per aeterna rerum, per vasta & libera.* quart. *aeterna rerum per vasta & libera.* Col. *per libera & aeterna rerum & vasta.*

Interfusa maria discludunt) haec desunt Palat. sec. nisi quod pro *discludunt*, habeat *discurrunt*, vt modo posui. at tert. *interfusa maria excludunt.* Col. *interclusa maria discludunt*. recepta tamen lectio remanet in Pal. quart.

Aut ima valles, aut incerta vada Syrtium. tramites omnia plana, & ex facili mobiles & expedita, & inuicem peruii sunt, intermixtiq. sideribus) ita Mureti editio, at Erasmi, *aut imma valles, aut inc. Syrtium vada: tramites pleni & ex. &c* Pal. sec. *aut imma valles aut incerta vada. Syrtium omnium plana & ex, &c.* tert. *aut ima valles, aut incertarum vada Syrtium omnium plana. tramites plani & ex, &c.* quart. *aut in me valles, aut incertarum vada sirtium omniu plena & ex facili mob. & exp. & inuicem pariter sunt intermixtiq. sid.* Col. *aut ima valles aut incertarum. vada Syrtium, omniumq. plana. & ex facili. &c.* nisi quod loco, *peruii*, vacuum habeat spatium quatuor plus minus literarum. nonnulli codd. Pinc. seruant, *aut ima valles, aut incertarum vada Syrtium. Omnia plana & ex facili mobilia & expedita & inuicem peruia sunt intermixtaq. sideribus.*

CAPVT XXVI.

Sed tanto clariore) Pal. sec *sed tanto elatiore*. quod & in suo vet. lib. inuenerat & probarat Iuretus. recte. nam & Col. & Pal. quart. *elatiorem*. tert. *elatior est*.

Quod in tedium versus vita, ipse ad maiores se recepit suos] ita editio Erasmi: at ea antiquiores, *quod in te domus statim vita ipsa ad maiores recepit suos*. Pincianus scribit esse exemplaria in quibus legatur, *quod se ipse ad maiores recepit*, reliqua non habeantur. alias, inquit, sic fuisset, vt opinor, scribendum, *quod vnua te, domo stante, se ipse ad maiores recepit suos*. est in Pal. meo sec. *quod inte domus stat in ipse ad maiores recepit suos*. tert *quod inte domus status in to ipse ad maiores recepit suos.* quart. *quod ea to domus status in to ipse ad mores cepit suos.* Col. *quod vita domus status sit, se ipse ad maiores suos recepit.*

Benignam facile se praestiterit) ita & Pal. quart. at Erasmi editio *praestitit*. vt & Pal sec. verum tert. & Col. *benignam facilemq. se praestiterit* Pinc. mss. *benignam, facilem, se praestiterit*.

Nisi quis minimum cum illa contraxerant) ita vetus lectio membranarum Pinciani, nisi quod ex. *contraxerint*. Erasmi editio, *nisi quis in vnum cum illa contraxerat*; quomodo & custodiunt Pall tres. nam Col propius ad verum, *nisi qui in ymum cum illa contraxerat*.

Regesne tibi neminem felicissimos) ita ex suis Pinc. neque aliter Col. nam Pal. sec *Negesne tibi nomine feliciss* tert. *Regesve tibi diceres felicissimos* quart. *regesne tibi nomine feliciss* Erasmus; *Regesne diceres felicissimos*.

Instantibus subtraxisset malis ; est a coniectura Pinciani contra omnes & cusos & mss. qui pertinaciter *stantibus subtr*. quod vel ideo velim perpendat lector. nam & ita etiam omnes mei.

Adictum militaris gladii) Pal. tert. *adductum milit. &c.* alia tamen lectio in reliquis tribus.

Quam magno animo scripsissem) ita quidem editio Mureti, sed enim Erasmi, *quam magno me iuuat animo scripsisse*, quomodo restat in Palat. sec. ac tert. nam quart. *quam magne me quam iuuat animo scripsisse*. Col. *quam iuuat animo scripsisse*. Pincianus corrigendum putabat, *quam magno quam iuuabat animo scripsissem*. nam omnis, inquit, vetus lectio, *scripsissem* agnoscit, non *scripsisse*. I. C. quidam se legere dicit, *quam magno me iuuat animo esurisse*, vel, inquit, *perisse*. cur non & tertium aliquid? imo & quartum? si quid video, *scripsisse* hic firmiter retinendum; quamuis non satis tamen me explicem verbis adiunctis. dicit quippe genus mortis fidem fecisse de magnitudine animi qui ei & in historiarum item aderat scriptione.

Cur in domo nostra diutissime) ita & Colon. & Pal. tert. quart. male sec. *vestra*, etsi ita corrigendum autumet I. C. ille modo dictus; quia sequatur; *Coimus in vnum omnes, videmusq. vos alta nocte circumdari*. nam posteriora ista filiae adhuc viuenti dicit pater de caelis. at licet ille mortuus, licet nepos, ipsius tamen Cordi domus erat, ipsius, inquam, erat familia, in qua Marcia eiusdem filia.

Videmusq. vos alta nocte circumdari. Nil apud vos] ita Erasmi editio. antiquiores, *Videmusq. non alta nocte circumdari. Nil apud vos*. Pincianus iubet reponamus ex schidis suis, *videmusq. non alta nocte circumdate, nil apud vos*, & hercle sic omnino seruant Pall. tres, & Coloo. nisi quod vltimus *videmus* absque particula, *que*.

Nec fora litibus strepera dies perpetuos ; alii referunt haec omnia ad *lites*, vt fora illis totos *strepant dies*. at quidam meus amicus, malebat interpungi, *strepera: dies perpetuos, &c.* vt velit Cordus; ibi semper lucem, noctem nunquam.

Nil in obscuro] ita & mei omnes. margo Erasmi, *vel in obsc.*

Et omnis aut prospectum euentumq. Iuuat vnius seculi fata componere) ita Coloniensis audacissimi editio. Erasmi enim, *venientumq. Iuuabit vnius seculi me fata componere*. prodiderat que Pincianus legendum ex mss. suis *euentumq. Iuuabat vnius seculi fata componere* & hercle lectio ista postrema proxime accedit ad verum, interiiciatur tantum pronomen *me* addatur que alibi litera hoc modo, *aeuentumq. Iuuabat vnius seculi me facta componere*, ita enim omnes mei codd. nisi quod Pal. tert. *euentumque. Iuuat ad vaim seculi me fatta comp* alii vero tres, *venientumque. Iuuabat vnius seculi me facta comp* atque ita reponendum ex vet. suo cod. monuerat etiam Iuretus: confert enim, inquit, suas illas commentationes in quibus exercebatur dum viueret, cum iis quae nunc beata mens corporis impedimento soluta concipit.

Tibi solatio esse desideriis tuis) ita & Erasmi editio. mei quatuor *desiderii tui*, quod amplector.

Nihil quo stat loco stabit) sic esse tantum in mss. suis prodidit Pincianus, & ita etiam conspicitur in omnibus meis. Erasmus ediderat amplius, *nihil constat loco stabili, & nihil quo stat loco stabit*, quae priora nusquam in membranis, liquetque alteram fuisse scripturam exscriptorum. I. C. tamen ea probare videtur; dum tradit legere se, *& nihil constat loco stabili, & nihil quo stat loco stabit*. sed ego vni magis crediderim codici ms. quam mille eius asseuerationibus hanc vel istam scripturam nobis obtrudentibus; vtique cum tanquam caecus in tenebris micet, nullis nixus libris calamo exaratis, nulla ratione, aut eius verisimilitudine.

Abducetque secum vetustas) ita Pinc. codd. & Col. meus. Erasmus & Pall. tres, *adducetque*.

Fortuita potentia) ita & mei omnes. vnus Pinc. liber, *fortuna*; sed male.

In altum nouas exprimet] Pal. tert. *in alium*. Coloo. *in alueum*.

Pestilentes halitus mittet] sic Mureti editio, at aliae, ac mss. omnes, *pestilentia hal*

Quicquid habitatur obducet) Palat. sec. *inhabitatur*. Colon. *abducet*.

Nec ubique omne animal] sic & Colon. nam sec. *nec vbique omne animal*. vox *animal* exulat Palat. tert. quartus vero eius vicem habet *a malis*.

Nos quoque] Pal. sec. ac quart. *vos*: male; sequitur enim postea, *vertemur*.

Et æterna sortita] ita ex suis Pinc. quibus accedunt & mei Erasmus vulgarat, *& ut sorte*.

Et ipsi parua ruina ingentis accessio] ita Romana editio. Erasmi *& ipsius parua, &c.* Pincianus legebat ex scriptis suis, *& ipsa parua ruina, &c.* quomodo etiam diserte in Pal. tribus. *ipsa*, id est, *felices animæ*. extat in Colon. *nos ipsi parua*, sed quarta litera in *ipsi* est a manu recentiori.

AD SENECÆ LIBRVM DE CONSOLATIONE AD HELVIAM.

CAPVT I.

Sæpe iam mater optima] *Albina* vocatur ab Erasmi editione & Pal. sec. at omnis scripta lectio Pincianorũ codd. nec nõ reliqui mei tres agnoscunt *Helbiam*, adduntq; titulo Pal. sec. ac tert. *ad Helbiam matrẽ suam*. tradit Durantius lib. 1. cap. 47. Variarum in suis membranis vnis fuisse hunc titulum; *L. Annæi Senecæ liber ad Helbiã matrem suã de consolatione filii sui*; quibus proxime accedit Pal. tert. in quo; *Incipit liber Lucii Annei Senecæ de consolatione filii ad Helbiam matrem suam.* titulus tamen iste ineptus. nam Senecæ ipsius causa tota hæc instituitur consolatio.

Multa me impellebant] ita legi voluit ex suis Pincianus, firmantque Pal. tert. quart. Col. nam sec. *interpellabant*, vti vulgarat Erasmus.

Interim certe abstersissem] sic iterum Pinc. & iidem mei tres at sec. & Erasmi editio destituebantur duobus illis, *interim certe*.

Deinde plus habiturum] ita Erasmus & Colon. at Pall. tres. *Deinam plus hab.*

Aliquem eorum vincerem) corrigatur mendum typographicum, *aliquem meorũ vinc.* ita enim editi & mss. mei Pall. nam Col. *aliquem amicorum meorum vincerem*.

Vulnera vestra reptare] Pal. sec. *vulnera nostra temptare*. tert. ac Colon. *vul. nostra captare*. quart. *vulnera mea temptare*.

Hoc propositum meum, erant rursus quæ retardarent. Dolori tuo dum recens sæuiret sciebam occurrendum] ita editus ab Mureto. Erasmi; *Hoc propositum meum erat. Rursusque retardare dum recens sæuiret. Sciebam dolori tuo occurrendum.* quomodo & est in Pal. sec. neque abibant Pinc. codd. nisi quod illi, *retardabar*. tert. meus, *Hoc propositum meum erat. rursusq; retardabam. dum recens sæuiret, dolori tuo sciebam occ.* quart. *hic propositum meum erat, rursusq; retardarem, dum recens sæuiret, dolori tuo sciebam occurr.* Colon. *hoc propositum meum erat. Rursusq; retardare non eras dum recens sæuiret plaga dolori tuo sciebam occ.*

Ne illum ipsa solatia irritarent. Erasmi codd. *ne ipsum solatia irr.* vti & est in Palat. sec. at Pinc. mss. & Pal. tert. ac quart. *ne ipsum ipsa solatia irr.* Col. vero, *ne illum dolorem ipsa solatia irr.*

Nihil est magis periculosum, nec perniciosum quam] ita Erasmi libri at Pinciani omnes, nec non mei, multo breuius, *nihil est perniciosius quam*, quod deinceps recipiemus tanquam auctoris legitimum.

Expectabam itaq; dum ipse vires] ita & Pal. tert. ac quart. Erasmi libris aberat dictio *itaq;*, quæ nec in Pal. meo sec. Pinciani habebant, *Exp. itaq; dum vires*, sine vocula *ipse*. Col. meus, *Exp. itaq; dum ipse morbus vires*.

Tangi se ac tractari) Palat. sec. *agi se, &c.* reliqui tamen tres propugnant vulgatum.

Cum omnia doctissimorum ingeniorũ monumenta) Pinc. codd. meique Pall. tres *clarissimorum* non *doctissimorum*, quod suspicor a Mureto. nam & Erasmi editio tantum commutato dictionum ordine, *cum clariss. omnia ing.* est in Col. *Postea cum omnia clarissimorum ingeniorum recordationis monumenta*.

Exemplum eius] ita & Palat. tert. & quart. nam sec. abest vox *eius*; Colon. autem eius habet loco, *alicuius*, quod ego malim, nisi si forte vtraque hinc excludenda.

Ne hæc non consolatio, sed exulceratio esset) totidem verbis legi volebat ex mss. suis Pincianus, sed alio positu, *ne hæc non consol. esset, sed exulceratio.* addit tamen idem plerisque codd. abesse negationem, *non.* media lectio restat in tribus meis, nisi quod Palat. quartus, *consolatio non esset.* at secund. his verbis destituitur, habetque, *verebarq; ne breuibus vel leuibus verbis, &c.*

Quid quod nouis verbis, nec ex vulgari) ita & Pal. tert. & Col. nisi quod hic ponat verba illa duo quæ infra locum habent; *Quid quod nouis verbis opus erat, nec ex vulg.* quart. *Quid quod nouis breuibus vel leuibus verbis ex vulgari.*

Et quotidiana sumptis allocutione) *Alloqui* & *Allocutio* frequenter pro verbo *consolari* & nomine *consolatio* vsurpat Seneca: Græcorum παραμυθεῖσθαι & παρηγορεῖν, nec non παραμυθία & παρηγορία imitatos; vt Epist. 118. *Egregie itaq; videtur mihi Metrodorus dixisse in ea epistola qua sororem, amisso optimæ indolis filio, alloquitur.* item ad Polyb. cap. 33. *Nullum itaq; melius has alloquendi partes occupauerit.* nam quæ addit, vsum hunc istud verbum habere aperte ostendunt; *aliud habebunt hoc dicente ponderis verba, velut ab oraculo emissa: omnem vim doloris tui diuina eius contundet auctoritas.* nec videtur alium vsum habere Epist. 54. vbi scribit, *His & huiusmodi exhortationibus tacitis (nam verbis locus non aderat) alloqui me desii.* sic & *allocutiones* legimus ad Marciam cap. 1. *Fatigata allocutiones amicorum, auctoritates magnorum & affinium tibi virorum.* Stephan. lib. 2. Prood. cap. vlt.

Necesse est, delectum verborum) ita Pinc. scripti, & Palat. tert. ac Col. Erasmi editio *necesse est vt delectum, &c.* Palat. sec. ac quart. *necesse est vt stilum delectum verborum.*

Vtcumq; conetur) malim cum Pal. tert. *Vtcumq; tamen conaretur* nam sec. *vbicumq; conaretur*. quart. *vtcumq; commutat* solum Col. facit pro vulgato.

Licet omnis mæror contumax sit) Pal. sec. *mæror* habet, pro *mæror*.

CAPVT II.

Obliterata mala reuocare) Palat. sec. *oblinita*. alii tres, *oblita mala*.

Luctus ille suos) ita Pinc. codd. & meorum tres. nam Pal. sec. abest pronomen *ille*, vt & aberat Erasmianæ editioni.

Quid consequaris vt pudeat, &c.) Pal. sec. *Quod consequar vt pud.* Col. *Quid consequatur, certe vt pudeat.*

Et immobilis constantia) Col. *& mollis constantia*.

Vanum habet assidua infelicitas bonum) scribo sualu meorum quatuor, *bonum*; neque aliter legendum putabat ex suo ms. Iuretus.

Quod quos sæpe vexat) ita quidem editio Erasmi, at Pinciani membranæ omnes, item meæ, *quod quos semper vexat*.

Nullam tibi fortuna vacationem) vocem, *fortuna*, reponi curauit ex mss. suis Pincianus: estque etiam in meis. aberat tamen libris Erasmi.

Quodammodo exposita es Creuisti sub nouerca) sic iterum Pinc. codd. & meorum tres. nam sec. destituitur vocula *es*, hoc modo, *exposita creuisti, &c.* Erasmi, *exposita, creuisti, &c.*

Quanta vix in filia conspici potest) ita scribendum arbitratus est Pincianus, contra omnia, vt loquitur exemplaria, quæ habebant. *quanta velin, &c.* equidem cum illud *vel* restet in Erasmi libris & mss. meis, omnino reuocarim.

Nulli tamen non magno constitit & bona nouerca) ita Mureti editio, secuta coniecturam Erasmi, quam margini adpinxerat. contextus enim habet; *Nulli tam magno, &c.* quomodo & est in Col. meo, & Pal. tert. nisi qood is, *etiam bona*. Pal. sec. *Nulli tamẽ malo consistet bona nouerca*. quart. *nulli eum magno consistit etiam bona nou.*

Lentiorem ducendo faceret) ita Muretus ex Pinc. vno cod. Erasmi enim *deducendo*, vt & mei, nisi quod Pal. quart. *diducendo*. probabat primo loco positam lectionem Pincianus, interpretatur que hoc est *procrastinando, protrahendo*, vt illud:

Tardando nostros in longum ducit amores.

Tibi luctus nunciatus est) ita Romana editio, reiecta voce

voce quæ in Erasmi edit. scriptisque adeo omnibus, nisi quod Col. meus. *Lugentibus luctus nunciatus est*. rescribamus itaque: *Lugenti tibi luctus nunciatus est*. qui vocem *lugenti* expunxerunt, non videbant *luctum* huic Helbiæ fuisse propter amissum auunculum; de quo modo locutus auctor noster.

Vbi se dolor tuus reclinaret) ita Pinc. codd. & Pal. sec. ac quart. Erasmi editio, *inclinaret*. Pal. tert. ac Col. *declinaret*.

In te incursantes) Erasmi editio in *vitæ incurs.* vt & Colon. & Palat. quart. nisi quod iis nulla diphthongus. nam sec. *vitæ incursitantis*. tert. *vite incursitantis*. Pinc. codd. *in te incursitantis periul.* quod placet, vt *incursitantis* ponatur antique pro *incursitantes*.

Ossa trium nepotum recepisti) recte. erat enim matrum ac maxime propinquorum, legere *ossa* de rogo, vt latius ostendi in Suspic. libris.

Quam filium meum) ita Pinc. mss. item Colon. meus & Palat. quart. nam sec. *qua fil.* tert. *quo fil.* Erasmi editio, *in qua filium, &c.*

In manibus & in osculis tuis mortuorum funeraueras) Colon. & Palat. sec. *in oculis*: tert. *& in oculis tuis videras, raptum, &c.* quart. *& cum oculis tuis mortuum funeraueras.*

CAPVT III.

Non summam cutem rupit] sic Pinciani libri & mei. Erasmi vero, *cutem tenet, rupet.* quæ vox intermedia nusquam in mss.

Tyrones leuiter saucii tamen vociferantur) est a Pinc. codd. quibus accedunt Palat. sec. & quart. nam tert. *tam vocif.* Colon. *tamen vociferant.* Erasmi, *non vociferantur.* male omnino. simile argumentum extat & apud Ciceronem lib. 2. Tusculan. quæst. *Quin etiam videmus ex acie efferri sæpe saucios: & quidem rudem illum & inexercitatum, quamuis leui ictu, ploratus turpissimos edere: at vero ille exercitatus & vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirens, a quo obligetur;*

O Patrocle, (inquit) ad vos adueniens auxilium & vestras manus peto,

Prius quam oppeto malam pestem, mandatam hostili manu:

Neq; sanguis vllo potis est pacto profluens consistere, &c.

Velut aliena corpora exsecari patiuntur) ita membranæ Pinciani. Erasmi, *excoriari*, quod & in Palat. sec. nam tert. ac Colon. *exsonari.* quart. *extuanari.* Iureti liber, *exanari*; vnde putat fuisse forte *exsaniari*. hoc est, saniem ex vulneribus exprimi. de quo verbo Lipsius supra.

Et alia per quæ fere muliebris dolor tumultuatur) est a Pinciani membranis. quod cum ita quoque extet in meis quatuor, id hic seruabimus. Erasmus habebat, *& alia per quæ inscia mulieres tumultuantur*, pro quibus malebat Lectius, *inscita mulieres.*

Ecquid videor tecum timide egisse) est iterum a Pinc. mss. nisi quod ii, *videorne tecum* Erasmi codd. *Et quid videorne tecum timido egisse, cum nil tibi.* quod cum nusquam est in Pinc. aut meis. & mei quidem concorditer; *Et quidem videor non timide tecum egisse.* quod fere est vt probem.

Constitui enim vincere dolorem tuum) sic est in Pinc libris & in Colon. nec non Palat. tert. ac quart. verum sec. *vincere dolore dolorem tuum*, quomodo ediderat Erasmus.

CAPVT IV.

Vincam, puto, primum) Pall. tres, *Vincam autem, puto, primum.* quod placet. nam Colon. *Vincam ante, vt puto, primum.*

Si hoc tibi demonstrare non potero, ipsas res) non inepta meo iudicio lectio, sed quam tamen vno ore damnant chirographi mei libri. restituendum itaque ex ipsis, *Si potero, ipsas res*, reliquis omissis. ita sane Palat. tert. ac quart. neque abeunt alio nisi quod sec. *Si poteo ipsas res.* Colon. *Si potuero ipsas res.*

At ego mihi ipse magis placebo) ita mss. Pinc. & mei tres. nam Palat. secund. *ipse satis placebo*, quomodo publicarat Erasmus.

Nec fieri quidem posse miserum) mei quatuor, *nec fieri quidem me posse miserum.*

CAPVT V.

Bona conditione geniti sumus) sic solum Coloniensis meus. Pall. tres, *conditi sumus*; vti & vulgauit Erasmus.

Si eam non deseruerimus) ita Pinciani codd. & Pal. tert. quart. Colon. Erasmi editio & Pal sec. *deseruimus.*

Intra se omne gaudium peteret) ita Pinciani codd. & Palat tert. ac quart. Erasmi, *peteretur*. Palat. secund. *peterent.* Colon. *vitam, omne gaudium peteret.*

Et in vestrum Deo perductum prædicarem] ita & meorum tres. Pal. quart *& in tutum Deo perd &c.*

Se ac sua tuentur, ita Erasmi codd. & Pal. quart. at Pinc. & alii mei, *se ac suos tuentur.*

Illis grauis ipsa fortuna est) monuit Pincianus duo verba, *ipsa fortuna*, non haberi in antiquis libris, neque hercle extat in vllo meorum. nam Palat. quart. *Illis scilicet fortuna grauis.* sed & prodit Opsopœus nusquam etiam apparere vocem *fortuna* in vet. cod. Iureti.

Facile eam sustinere potest) ita & Palat. sec. melius tert. & Colon. nec non Iureti ms. *Facile eam sustinet.* Palat. quart. *Facilius enim substinet.*

In me indulgentissime) sic Pinc. codd. & Palat. tert. & Colon. alii duo, vt & Erasmi editio, *diligentissime.* perperam.

Vnde posset ea sine motu meo) ita & Palatinus secundus, sed enim cum tribus reliquis absit pronomen *ea*, id non inuitus eiecerim.

Interuallum inter me & illam magnum habui) si quis penitius inspiciat, videbit lectionem insanam. etsi enim magnum interuallum inter fortunam & Senecam, at si fortunæ munera propius sibi applicuisset, non hercle ea minus ægre ipsi Senecæ auellerentur. quid igitur? rescripserim; *Interuallum inter illa & me magnum habui*, quomodo disertim extat in Palatino tertio, quarto, Colon. & alioqui secund *Interu. inter illam & me, &c. inter illa*, id est, *pecuniam, honores, gloriam*. dicit ergo nunquam credidisse se Fortunæ eiusve muneribus. itaque quicquid illa in ipsum conferebat, nunquam ita amplexum esse vt adhærere posset, longius semper remouisse, hac fine scilicet, vt si suum repeteret Dea illa inconstans, id facere posset sine vlla Senecæ iniuria, sine vllo motu.

Quæ se propter illa suspicit) Palatinus secundus, *quæ se suspici propter illam.* ceteri tres, *quæ se suspicit propter illa.* quam positionem verborum reuocabimus membranatum causa.

Cum inualidos & pueriles) sic quoque Palat. sec. at alii tres, vt & Iureti vnus, *cum vanos & puer.*

Nam in ipsa felicitate) ita & omnes mei. Pinciani liber quidam, *ipsa infirmitate*; male.

In illis quæ omnes optant) Palatinus secundus, *omnes obstentant.*

Nihil vero boni messe) vox *boni* abest eidem Pal. sec.

Quam inania & speciosa) ita Pincianus ex mss. legendum tamen putabat potius, *speciose* quam *speciosa*. Erasmi, meique quatuor, *cum inania & speciosa.*

Ac decepturo fuco circumlita] Pal. tert. *fuco.*

Circumlita inueni, intra nihil habentia fronti simile] & hoc est a Pinciani libris, quomodo est & in Coloniensi, & Palatino tert quarto: nisi quod ii amplius, *fronti sua simile.* Erasmi, *circ. inueniantur, nihil habentia fronti sua simile.* & sic quoque Palatinus secundus, præterquam quod etiam is, *intra nihil, &c.* Lectius putabat etiamnum desiderari pronomen *se. intra se nihil habentia, &c.*

Nam in illis quæ mala) Coloniensis ac Palatinus tertius, *Nunc in his* reliqui duo: *Nam in his.* media lectio, mihi optima est; nisi si malimus; *Iam in his, &c.*

Quam opinio vulgi) sic & Pal. tert. & tert. nam sec. *quam quod opin.* Col. *quod opinio*, sine *quam.*

CAPVT VI.

Vtcumq; credita est Pal. sec. *vbicumque.*

Aspice hanc frequentiam) ita solum Palatinus secundus, at melius alii mei & Iureti; *Aspice agedum hanc freq.*

Cui vix vrbis immensa tecta) iidem mei *vrbis immensa*, neque aliter Iureti codex. ac placet: significat enim tantam frequentiam Romæ, vt multis necesse sit sub dio versari, tectis deficientibus.

Maxima pars illius turba] Pal. tert. & Col. *istius*.

Laxam ostendenda virtuti] ita & Palat. tert. Pinc. membranæ habent *laxam*, malleque ipsius, *ostentanda* quam *ostendenda*. Colon. meus *laxam ostendendo virt*. Pal. sec. *laxam ostendenda* alii, *laxam ostendenda*. quod retineo.

Venalem formam attulerunt] ita Palat. sec. & quart. nec non Pinc. Erasmi editio, *formam suam att*. Pal. tert. ac Colon. *venalem fortunam attulerunt*.

Et vnde domo quisque sit quare] sic Virgilius, *Qui genus, vnde domo?* Horatius quoque --*vnde domo quis, Cuius fortuna*. frequens in antiquis marmoribus, vt post tribum etiam patriæ nomen elogiis, militum maxime, apponatur: vt Romæ in ædibus Matthæorum: L. CASSIVS L. F. XOM. NIGXX DOMO ATXSTX MIL. COH. S. PX. MIL. AUN. XVII. VIX. ANN. XXXVII. iterum, L. PIUAXIO L. F. SCAPTIA MATEXNO PLORENTIA MIL. COU. XII. VRA. VIX. ANN. XXX. MIL. AUU. VII. sic alibi, AXRETIO. VIANNA. AVGVSTA TAVXIUOXVM. HASTA. MVTIUA. sed & Suetonius cap. 2. Vitellii; *domo Nuceria*. ibi Torrentius.

Qua veluti communis patria potest dici] vox *patria* in nullo conspicitur meorum; & hercle hic minus conuenit: etsi sciam alioquin *Romam* definiri *communem patriam* nomine l. 33 ff. ad municipalem. & l. 4. ff. de excus. tut. eisque accommodare & hunc locum, diligentissimum Iuretum notis suis ad lib. 5. Epist. 92. Symmachi.

Nulla est vbi magnam partem peregrina multitudinis non inuenias] ita quidem Erasmi editio: verum cum extet in meis, item omnibus Pinciani, *nulla non magnam partem peregrina multitudinis habet*, eam audacter reuocabi in sedem antiquam.

Nunc transi ab iis quarum] ita legi voluit ex suis Pincianus. Erasmi enim codd. *Nunc transilient ab ipsis quarum*. Pal. sec. *Huc transiliens ab his quarum*. tert. ac Col. *Transi ab his quorum*. sine voce *Nunc*, quæ nec in quart. qui tamen, *Transi ab his quarum*.

Sciathum & Seriphum, Gyarum & Cossuram pete) Erasmi edit. *& Corsicam pete*. Pinciani mss. *Giaram & Corsicam percense*, quomodo & Pal. sec. nam tert. *Tyethum & Seriphum & Gyarum Scorsicam percense*. quart. *Machum & Seriphum, Gyariam & Corsicam percense*. Col. *Styatas & Syriphum Gyaram & Corsitam percense* Hadr. Iunius lib. 5. Animaduers. cap. 13. restituendum putat, *Sciathum & Siphnon, Gyarum & Corcyram pete*; nisi, inquit, pro *Sciatho Cythnon* malimus aut *Cianon*. certe *Cianon* & *Sciathon*, inter insulas a dispersione nominatas Sporadas enumerare Plinium. at *Cythnon*, inquit, inter Cycladas, inter quas ponitur ab omnibus & *Siphnos* in Creticum mare vergens. de *Gyaro* indubitata res est ex omnium scriptorum fide. quod vero pro *Corsita Corcyram* substitui, facit lubricus facilisque deflexus literarum in vocibus & sono & tractu affinibus. notum autem eam infecundam & sterilem, vt pleraque exiliorum loca. hactenus Iunius.

Quid ad copias respicienti ieiunius?) ita Pal. tert. & quart. et I. C. quidam ait, mollius fore si legamus, *quid ad copiam resp* bene forsan, si nostri esset arbitrii fingere auctori sermonem. Pinciani codd. seruant, *quid ad copiosa respicienti tenuius?* quomodo & extat in Pal. sec. nam Col. *quid ad copias respiciendo ieiunius?*

Quam ciues consistunt) ita Pinc. & mei omnes. Erasmi amplius, *quam ciues sunt, & consistunt*.

Et nouitate rerum lætissima) ita Col & Pal. tert. at sec. & quart. *& nouissimarum rerum lætissima*, quod ego vix dubito quin sit auctoris germanum.

Si primam eius originem] ita Pinc. ex suis, vt & mei tres. nam Pal. sec. *propriam*, vt & Erasmi editio, non, *primam*.

Non est ex terreno & graui concreta corpore. ex illo cælesti spiritu) voce *est*, Mureti, vt puto, debemus liberalitati; nam nusquam ea in aliis editt. aut libris mss. &, mea sententia, facile subaudiatur. I. C. idem scribit se legere; *non illam qua ex terreno & graui concreta corpore, sed qua ex illo spiritu cælesti, &c.* satis sane licentiose, & diserte contra mentem non modo auctoris nostri, sed Philosophorum omnium. quis enim vnquam dixit aut adeo cogitauit, *mentem hominis* ex terreno & graui concretam corpore? Palatinus secundus legit, *non ex terr. & graui congregata corp.*

Mundum illustrantia) ita Pinc. codd. & mei. Erasmi, *mundi illustria*.

Quamuis cum vniuerso vertatur) ita & Pal. sec. & tert. at Col. vt & Pinciani, *& quamuis*. quart. *& quamuis cum ipso vertatur*. Erasmus, *quamuis cum vniu. versatur*.

Ipsi mundo refertur) ita & mei quatuor. quidam Pinc. *defertur*.

Perpetua eius agitatio) sic Pinc. libri & Pal. tert. nam Col. *exagitatio*. Erasmi & reliqui mei, *cogitatio*.

Semper in transitu sunt) ita scribi voluit ex suis Pincianus, nec aliter Palat. quart. nam tert. *semper cum transitu sunt*. Colon. adnectit aduerbium *semper* prioribus, legitque, *semper, & in transitu sunt*. sec. & Erasmus *semper in tumultu sunt*, quod mihi non ita displicet.

Orbes suos explicuerint) ita mss. Pinc. & Palat. sec. ac tert. nam quart. *explicauerint*. Colon. *explicuerunt*, quomodo Erasmus.

Vel delectet se, vel conseruet) ita & mei quatuor, & recte. Pinciani liber vnus, *nos delectet, se vero conseruet*.

Barbarorum regionibus) sic Pinc. codd. meorumque tres. Erasmus & Pal. sec. *Barb. nationibus*.

Atheniensis in Asia turba est. Miletus LXXV vrbium populum] ita & Palat. tert. nam sec. *Sithenis in Asia turba est. Miletus quinque & LXX vrb. &c.* quart. *Athenis in Asia turba est. Miletus quinque & septuag. &c.* neque aliter Colon. nisi quod numerum non cepit, scribatque *quinque & harum vrbium*. Erasmus ediderat, *Atheniensis in Asia turba est. Miletus CCCCCLXX vrbium populum*. Pincianus emendandum putabat: *Atheniensium in Asia vrbs est Miletus. Ea LXXV vrbium populum, &c.* Ionas enim, inquit, quorum caput in ora minoris Asiæ Miletus est, Athenienses fuisse notius est quam vt sit prodendum. vetus item lectio eum quem signaui vrbium numerum præfert; adstipulante etiam fere Plinio lib. 5. cap. 29. *Miletus Ionia caput super LXXX vrbium per cuncta maria genetrix*. Strabo lib. 14. maximam esse multitudinem scribit coloniarum a Mileto profectarum, suppresso earum numero. sic Pincianus, quæ amplector, hactenus vt retineamus primo loco positam scripturam, quam & confirmant membranæ eius.

Quod infero mari alluitur] sic Pinc. codd. & mei. Erasmi male, *inferiori*.

Maior Græcia fuit] videatur Ouidius initio lib. 4. Fastor. Festus Pompeius, & ibi Scaliger. Silius Italicus lib. 11. Iustinus sub initium, & ibi Bongarsius: B. Hieronymus proœmio in lib. 2. Comment. ad Galat. Val. Maximus lib. 7. cap. 1. P. Faber lib 3. cap. 25. Agonist.

Tuscos Asia] idem ait Tertullianus de Spectac. cap. 5. *Lydos ex Asia transuenas in Hetruria consedisse, vt Timæus refert, &c.* addatur Plinius lib. 3. cap. 5.

Hispaniam Pœni] Palatinus secundus, *in Hispania Pœni*. tertius, *& Hispaniam Pœni*. quartus, *in Hispania Græci*. Coloniensis, *in Hispaniam Pœni*.

Pyrenæus Germanorum transitus, &c.) ita omnes editi; quibus proxime accedit Colon. in quo, *Pyrenæos German. &c.* nam Palat. sec. *Pireneneos Germanorum transf.* tert. *Pireneneos Germanorum transitus* quart. *Pyrenaneas Germanorum transitus*. quæ omnes scripturæ veritatem adstruunt lectionis vulgatæ, at en nobis hominem, qui scribat: Ante Senecæ, inquit, tempora non video *Germanos* Pyrenæum transiisse, aut in Hispania sedes fixisse. itaque suspicio est ita legendum; *Pyrenæus Cenomanorum transitus, &c.* nisi malis pro *Cenomanorum* legere *Celtarum*. nota enim satis *Celtiberia*, de qua Lucanus:

--*profugique e gente vetusta*
Gallorum Celtæ, miscentes nomen Iberis.

addit deinde, potest, ait, & hic locus ita mutari; *Pœninus Germanorum transitus, &c.* *Germanos* dici, si modo sincera lectio est Liuii lib. 5. referentis *manum Germanorum, duce Elitouio, in Italiam descendisse per saltus Taurinos*; mallem enim illo loco legere *Cenomanorum*, vt libro Liuii at. nec enim video quomodo *Germani* Celticæ seu Galliæ populis, permixti esse potuerint. Porro quod *Pœninum* mutarim pro *Pyrenæum*,

Pyrenæum, iusta causa est. hic Hispaniam, ille Italiam versus. &, vt Seneca ait proœmio Naturalium, *medium inter Gallias & Hispanias iugum extollit*, coque ad Gallos nostros breuius ex Italia iter Strabo testatur lib. 4. hactenus I. C. ille, qui in Politicis suis porro adiicit, ad vocem Germanorum. *Cimbros* (vt id obiter addam his quæ coniecturis meis lib. 3. scripsi) videtur intelligere, quos tempore, vastatis omnibus quæ circa Rhodanum ac Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam ingressos, ibique multa populatos a Celtiberis fugatos, se bellicosis Teutonis coniunxisse. Liuius lib. 67 sic ipse: quæ libuit proponere, vt constaret nescientibus viam, omnia etiam inuia, viam esse. quid enim aut emendationibus prioribus, aut interpretatione posteriore absurdius insubidumve magis? quæ tamen sigillatim pedibus trahere pudet. nam qui Germanos & in Hispania nosse cupit, adeat Cambdenum meum, initio fere curiosissimæ suæ Britanniæ. ego quippe & *Celtas*, qui postea in vnum nomen coaluerunt cum *Iberis*, pro *Germanis* sumpserim; iis inquam, quos hic notat Seneca. nec opus argumento; illis vtique qui versatiores paulo in Græcis Latinisque auctoribus.

Alios nimia superfluentia) ita ex suis Pincianus, nec secus meorum tres. Pal. sec. vt & Erasmi libris deest dictio, *nimia*.

Ad exonerandas vrbes) est a coniectura Pinciani; eius namque scripti, vt & Erasmi ac mei, *ad exon. vires*; quod reuocabimus.

Aut frequens terrarum) ita & Pal. sec. nam quart. hisce destituitur, & verbis aliquot præterea sequentibus. tert. *frequentia*. Col *frequentes*, vti & erat in mss. Pinc.

Infelicis soli vitia) ita & mei & Erasmi, item Pinciani, qui tamen innuit fuisse qui legerent, *felicis*

In maius laudata fama) ita alias legi annotarat Erasmus: eius editio, *lata*, ex quo forte faciendum *lata*, id est quæ fertur in maius elegans putabat Lectius. ret inuenim tamen ego *laudata*, quod conspicitur omnino in Colon. Palat. tert. ac quart. nam sec. *& magis læta fama*

Illud itaq; est manifestum) sic & Palat. sec. & quart. at reliqui duo, *Illud vtiq; est*, quod malim.

Fundamenta iacrunt) sic quidem Romana editio, at Erasmi aliæq; nec non mss. mei quatuor, *iaciuntur*, quod sane reduxerim.

Populorum transportationes) ita fuisse in suis testatur Pincianus, neque aliter omnes mei, nisi quod Pal. quart. *transfortationes*. Erasmus ediderat, *transformationes*.

CAPVT VII.

Patauii conditorem) Pall. omnes *Patauii*, superpictumque quart. alias legi, *Pictaui*. Col. habet, *Picaui*.

Et Euandrum) ait Pinc. particulam *&*, non comparere in suis, tollendamque censet. eam ego inuenio in meis quatuor: itaque retinuerim

Longinqua quærentem) Pal. sec. & quart. *quærentes*.

In Italiam detulit] ita partim codd. Pinciani, partim, *deduxit*. prius item est in Col. meo. at Pall. *deduxit*; quomodo & Erasmiana.

Vbicunq; vicit Romanus, habitat] sic ex suis Pinc. neque secus mei. male Erasmi, *habitabat*.

Libenter nomina dabat) ita quidem Erasmus: sed mei omn. *libentes nomina dabant*, quod non video cur reiiciatur.

Sæpe iam cultores mutauit) sic Pinciani codd. & meorum tres. solum Pal. sec. *colonos*, quod est in Erasmo.

CAPVT VIII.

Massiliam colunt) Pal. sec. *Maxiliam colunt*, alii tres; *Massiliam colunt*.

Quod maxime tunc trucibus & incondiiis Galliæ populis] ita & mei quatuor, nisi quod Palatinus quartus, *& condicis Gall.* Durantius Catellius lib. 1. cap. 17. Variarum ait in suo ms. legi, *quod maxime cum Curibus & incondita, &c.* & sic legendum inquit, manifestissime probat Trogi Pompeii Epitome lib. 43. quæ ipsam hanc historiam breuiter perstringit his verbis: *Temporibus Tarquinii ex Asia Phocensium iuuentus, ostio Tyberis inuecta, amicitiam cum Romanis iunxit: inde in vltimos Galliæ sinus nauibus profecta, Massiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidit. Quoniam a Curibus* dictos ignorat nemo, qui Reip. Romanæ crementa & cunabula nouerit. quod ait Seneca *Phocenses se Curibus &* incondiiis Galliæ populis interposuisse, hoc est, quod Trogus ait primo se Romanis iunxisse, deinde in vltimos Galliæ sinus profectos. nisi mauis legere: *cum Liguribus*, vt Trogus dixit, *inter Ligures & feras gentes Gallorum*. vna ex his lectionibus ingenua est. quam alteram nescio. ita Durantius, cuius prima emendatio satis infelix. altera ferri forte posset, sed ferri tantum. nam vocabulum *trux*, satis ostendit loqui Senecam de gente quæ longe mansuetior suo æuo quam olim. verum de his iudicent doctiores: nam mihi satis est actuarii vicem fungi.

A patria descivit) sic restituit ex suis Pinc. quod & in Pall. meis. nam Coloniensis, *a patria*. Erasmus, *primo desciuit*.

Cuncum Romanorum colonia) ita & meorum tres. at Pal. sec. *cum Rem. turba*.

Et infestata sunt) est a coniectura Pinciani; cum esset & in scriptis eius & in Erasmi, *& inflatata sunt*, quomodo etiam restat in meis omnibus.

Quod alii fastidio fuit) ita solum Pal. tert. reliqui, *quod illi fast.*

Detractis certis incommodis quæ exilio) ita & Erasmus, at mei, *coteris*; item, *ex illo*, pro *exilio*. *ceteris* non displicet.

Satis hoc remedii) Pal. tert. *remedium* Colon. *remediis*: sed vltima litera puncto notata, quod indicium superuacui.

Virtutes suas secum ferre) ita ex suis Pincianus; nec aliter mei. Erasmi editio plura annectit interpretique. *virtutes suas ad locum ferre secum, ad quem migraturi sunt*; quæ glossam olent.

Maxima minima) ita quidem Muretus: sed editi omnes *maxima ac minima*, addita particula, quæ & in Pal. sec. ac tert. nam quartus nonagnoscit vocem *maxima*, solumque habet, *per omnia ac minima*. Colon. *maxima aut minima*.

Et immutabilis causarum) Palatinus secundus ac tertius. *& mutabilis*.

CAPVT IX.

Nullum inuenitur solum intra mundum, quod alienum homini sit) sic Erasmus. at Pal. sec. *nullum inuenies. & illum intra mundum est alienum homini est* tert. *nullum inuenire intra mundum est. alienum homini est.* quart. *nullum inueniri & illud quod intra mundum est alienum opus est*. Col. *nullum inueniri proprium potest. Et illud quod intra mundum est, alienum homini est.* sic mss. mei, ex quorum labyrintheis ambagibus non ego me extrico.

Ab humanis distant) sic quidem Rom editio, sed contra omnes cusos & mss. qui verbo auctiores, *ab omnibus humanis distant*.

Cursus insatiabiles sunt, non abducantur) ita Pincianus partim coniectura partim auctoritate mss. cum enim publicasset Erasmus *eius insat. sunt, non abducantur*, dixit alter ille reponendum suasu membranarum *cuius*; se vero arbitrari legendum *abducantur*. & quidem *cuius* illud, restat in omnibus meis; habetque alterum illud *abducantur* Pal. tert. item Col. qui tamen, *cuius insat. sunt mors abducantur*. Pal. quart. *cuius sunt non abducantur*, absque voce, *insatiabiles*.

Velocius spectandi vel tardius) sic Erasmi editio. at mei quatuor, *velocius spectandi vel ita spectare, &c.*

Sed intra suum se circumagentes vestigium) sic fere mei, vt & quidam libri Pinciani: alii eius, *suum se certum agentes vestig.* Erasmi, *sed intra se circumagentes suum vestigium*.

Atqui non est hæc terra) sic & Erasmus. mei quart. *At non, &c.*

Non magnis & nauigabilibus) sic & Pal. tert. reliqui omnes, *nec nauig.* quod malim.

Argentiq; venæ eruuntur) sic ex suis Pincianus, nec aliter fere meorum tres. Erasmus, *exinuntur*; quod & in Palat. sec.

Ad illa abducendus est) ita legi voluit ex suis Pincianus. Erasmi tamen meique, *adducendus est*: neque carpserim.

Vicos porrexerint] est a Pinciani correctura, cuius libri, *vicos correxerint*, quod & in Erasmianis, meisq; quatuor; itaq; reducatur: longe enim plus est *corrigere* vicos quam *porrigere*. vide me de ea voce lib. 1a. cap. 15. Suspic.

Cœnationum subuexerint] notat Erasmus alias legi, *contignationum*; & ipse adeo retinet *subduxerint*; quod vltimum reuocarim: non etiam *contignationum*, quod in nullo meorum. solum enim Palat. sec. *cognationum*. alii tres fauent vulgato, & iure.

Latissimum receptaculum casa est] sic & mei omnes, item Erasmi. prius cusi, *laxissimum*. Iureti liber, *lautissimum*.

Ne tu pusilli animi] emendo cum mss meis tribus; *Ne tu*, &c. nam particula illa tantum abest Pal. sec.

Si adeo id fortiter pateris, quia Romuli] sic correxit ex suis Pinc. nec aliter meorum tres. & recte. Erasmi editio, *si non id fortiter pateris, quia Romuli*. Pal. sec. *si non id fortiter poteris, quia Romuli*. vt forte fuerit, *si modo id fortiter pateris*, &c.

Cum continentia, cum prudentia) sic Pinc. & meorum duo. at Erasmus & Palat. sec. & tert. destituuntur illis, *cum continentia*.

Quam illum in exilio relinquere] Erasmi, *relinqui*, quod reuocandum. nam & Pal. sec. ac quart. *quam illum in exilium relinqui*; quod & probum. tert. *quam cum illo in exilio relinqui*. Col. hic triginta fere omisit lineas.

Bruto approbaui) sic & Erasmus. quod & ego probo & Durantius d. lib. 5. Variarum, cuius tamen membranæ *exprobrauit*. Pal. sec. ac quart. *Brutum approbauit*. tert. *Bruto approbatur*.

Quam quo populo Rom. consulatum] Erasmi editio appendit verbum, *quam quo pop. Ro. consulatum rexit*, quæ vltima vox in nullo meorum: ii enim, vt & Pinciani ac Durantii, *quam quo Resp consulatum*, quod malim.

Quantus vir ille fuit, qui in admirationem, &c.) omisit Mureti editio totam periodum, quam mirum est a nullis reuocatam qui iam bis Parisinæ præsederunt typographiæ certe prius cusi, & mei omnes, *Quantus vir ille fuit, qui effecit vt aliquis exul sibi videretur, quod ab exule recedebat? Quantus vir ille fuit qui in admirationem*; quæ germana si non putauit Muretus, næ ille parum sapuit. sin culpa factum est operarum; est quod nobis debeant politiores, qui adeo penite in Romanam illam inquirimus editionem. certe pessime Senecæ consulet quicunque eam deinceps renouabit: adeo mille & mille locis vere nugax est & spuria.

Videre deformatum virum) ita & mei & Erasmi margo: editio enim, *defortunatum*; a quo ipsius vocabuli insolentiam lectorem quodammodo fugare, recte tradit Stephanus lib 2. Proodop. cap. 10.

Reditum impetrauit) Pal. sec. ac quart. *imperauit*.

Cæsar videre) ita Pinc. mss. nec non Pal. tert. & quart. Erasmi editio præposuerat vocem *nec Cæsar videre*, quæ & in Pal. sec.

Contigit enim illi) Pal. sec. *Contingit*. quart. *Contigit illi*, sine *enim*.

Quia ille tantus vir sic ad tolerandum] ita quidem editio Mureti. at Erasmi, *quin semper ille Marcellus tantus vir*; quomodo & Pal. sec. at Curionis Secūdi eiecit vocem *semper*. Pincianus ait scribendum eum mss. suis; *quia se ille Marcellus tantus vir*; nec aliter Iureti aut meus quart. at eorum tert. *quin se illis Marcellus tantus vir*.

Æquo animo exilium se ipse adhortatus sit) sic Erasmus. at Pal. sec. abest illud *se ipse*, eiusque loco habent reliqui mei, vt & Iureti membrana, *sæpe*. quod probo; vt plane scilicet legamus, *Num dubitas, quin se ille tantus vir sic ad tolerandum æquo animo sæpe adh.* &c.

Ita te disciplinis imbuisti) sic Erasmus, qui tamen fatetur, præcessisse hæc verba, *Quod carere non est miserum*, quæ eiecerit tanquam si ea contulisset in contextum scriba indoctus, cum prius tantum annotata essent margini. at Pincianus ait, antiqq. editt. retulisse, *quod patria carere non est miserum. Ita te discipl. imb.* mss. vero suos, *Quod patria cares non est miserum. Ita te discipl.* neque aliter Pal. tert. nam sec. *carere*. quart. *carens*. Hispanus ille emendandum putabat; *Quod patria cares non es miser. etenim ita te discipl.* &c.

Porro hic qui te expulit) scribere nos iussit cum mss. *Quid porro? hic qui te exp.* & ita certe est, adnuentibus etiam exempll. meis & Iureti.

Trahit illum ad se Africa) sic ex suis Pinc. neq. secus omn. mei. Erasmo aberant *illa ad se*.

Et afflictas partes refouet) ita Pinc. codd. & Pal. sec. tert. quart. Erasmus, *refouit*.

Illum suscipiant & colant) sic & Pal. sec. & quart. Erasmus, *suspiciant*, quomodo & Pal. sec.

Loci commutatio) mei omnes. *loci mutatio*, & placet, consensus causa.

Quod in tutelam hominis necessarium sit) sic quidem etiam meorum tres. at nescio quomodo suaue me afficiat quod habet Pal. quart. *quod in tutelam eius necess.* mihi id certe longe elegantissimum videtur.

Et cui deesse hoc potest vllam modo virtutem habenti) ita ex suis Pincianus, nec secus Pal. sec. & Col. Erasmus, *vllo modo*. Pal. quart. *& cui deesse se potest illam modo*, &c. at tert. longe alia subiicit, nempe, *quam breuia sufficiunt, illo modo*, &c.

Frigus submouere vult] scripserim cum Pal. tert. quart. Col. *submouere*.

Dii istos Deæq; perdant) imprecationis ista species peruulgata crebrisq; comicorum vsurpata sermonibus. Plautus Mostellaria Sc. 1. Act. 3. *Dii te deæq; omnes funditus perdant*. Casina Act. 2. Sc. 3. & 4. *Dii illum omnes perdant Deæque*. neque aliter Mercat. Act. 4. Sc. 4. Curcul. Act. 5. Sc. vlt. Menæchm. Act. 1. Sc. 2. Terentius Eunucho Act. 2. Sc. 3. *vt Dii illum Deæq; senium perdant*. item Heautont. Act. 4. Sc. 5. Hecyra Act. 1. Sc. 2. Brisson. lib. 1. de Formulis.

Vltra Phasin capi volunt) sic ex suis Pinc. & Pal. tert. & Col. Erasmi *capere*. sec. male expressit loci nomen. habet enim *Spasmum*. quart. *Physin*. verba ista laudat Torrentius Comment. ad cap. 13. Vitellii Suetoni.

Omnia notæ fastidientes) ita Pinc. codd. vt & Palat. tert. quart. Col. at sec. & Erasmus *vota*.

Nec concoquere dignantur) Palat. sec. *conquirere*. reliqui, *coquere*.

Illi paupertas etiam prodest) sic Mureti editio. Erasmi voce auctior, *etiam aliquid prodest*. Pinc. codd. vt & Palat. sec. & tert. *etiam quid prodest*. quart. *illi paupertas est etiam si quid prodest*. Col. *illi paupertas est quicquid prodest*.

Dum non potest, nolenti similis est, ita & Pal. tert. Erasmi editio verbo amplius, *dum non potest illa, nolenti*, &c quomodo & Palat. sec. nam quart. *dum non primo illa volenti*. Col. *dum non potest, illis valet simul*. Pincianus ait legendum ex mss. suis, *dum non prosunt illa nolenti similis est*; quibus non satis capio quid velit.

Centies sestertio cœnauit) ita mei tres. Palat. tert. *centies de tertio*. de huius opparitis sumptibus & Suetonius in vita eius cap. 37. & ibi Torrentius.

Omnium adiutus ingenio) Pal. sec. *additus*.

Quomodo promacitarum tributum) facile cuique persuasero restituendum cum membranis meis quatuor & vna Iureti, *quomodo trium prou. trib.*

Quid mercatur, iis? quid vastatione siluarum) sic & Erasmus. at Palat. sec. *quid mercatur his qui vastatione*, &c. neque aliter duo reliqui, nisi quod ii. *quid vastatione*, &c. Coloniensis, *quid mercatur is quid vast.* &c.

Sed hæc velut casu) ita ex suis voluit Pinc. Erasmi, *hic*. Pal. sec. ac Col. *hoc*, quomodo & forte reliqui, qui nota id exprimunt.

Et cum famem exiguo cibo possint sedare) nulli dubium, rectius legi voce recisa, *& cum famem exiguo possint sedare*. ita certe mei quatuor.

Capvt X.

Et aduersus feras & aduersus homines) ita & Pal. quart. & Colon. nam Pinciani libri & Pal. tert. abest prior copula *&*. Erasmi insuper editio excludit alterum *aduersus*. Palat.

vero sec. *& aduersus homines* sine vocibus, *feras & aduersum.*

Licet itaq. argentis) Pal. sec. *Licet vtiq.*

Cum indagat vndiq. cibi) idem, *curso agat vndiq. cibi.*

Scilicet maiores nostri) ita ex suis Pinc. neque aliter Pal. tert. ac quart. Erasmi & Pal. sec. non habent vocem, *Scilicet.* Colon. *Sed maiores &c.*

Non lora gemina renidebant) sic Romana editio. Erasmi, *renitebant.* Pinc. & mei quatt. *nitebant*; quomodo & veniebat in mentem Lectio, cum alibi legisset, *nittebant*; ad marginem scribeet editionum recentiorum, vti notat Stephanus lib. 2. Prodop cap. 10.

Religiose iurabatur) sic & mei tres. Pal. sec. *iurabant.*

Qui per illos iurauerant) ita & Erasmus. at I.C. quidam legit, *qui eum per illos iurauerant.* miror quare. emendandum enim potius erat cum Palat. sec. tert. Colon. item Iureti codice, *qui illos inuocauerant.* Pal. quart. *qui illos aduocauerant*, quod etiam vulgari illo potius.

Ne fallerent, redibant) respexit ad formulam qua vtebantur veteres in iureiurando, *Si sciens fallo.* Cicero Epist. 1. lib. 7. famil. *Is cum iurare cepisset, vox eum defecit, in illo loco, Si sciens fallo.* Plinius in Panegyr. *Quin etiam sedens praeiuit iusiurandum, & ille iurauit, expressit explanauitq. verba, quibus caput suum, domum suam, si sciens fefellisset, Deorum irae consecraret.* Ouid. 5. Fast.

Siue Deum prudens alium, Diuamve fefelli,
Abstulerant celeres improba verba Noti.

Propertius, lib. 4. Eleg. 7:

--si fallo, vipera nostris
Sibilet in tumulis &c. iterum lib. 2. Eleg. 15:
Si fallo, cinis, heu, sit mihi vterq. grauis.

nec alio respexit Eumenius Rhetor in Oratione pro scholis instaurandis: *Scio hac, inquam, vir perfectissime, neq. me sciens fallo.* Apuleius lib. 10. Metam. *Non possum ea lcat a numinum religione conscientiam meam fallens, perperam iudicare.* Brissonius lib. 8. de Formul.

Laureamq. in Capitol. Iouis gremio) ita primum, puto, emendauit Durantius lib. 1 cap. 17. Variarum, deinde Lipsius ad lib. 2. Annal. Taciti; neque aliter mss. mei quatuor, aut Iureti vnus. Erasmi editio. *lanceamq.* ad oram vero, *lanceamq.* male. nam triumphantes ascendere Capitolium soliti, & *Lauream* quam *manu* tenebant, quaeque in *fascibus lictorum*, deponere in gremio Iouis; arbitri scilicet victoriae & auctoris. Silius

--Laurumque superbam
In gremio Iouis excisis deponere Poenis. idem:
--& nondum gremio Ioui Indica laurus.

Panegyrista ad Theodosium Imperatorem: *Curii, Coruncani, Fabricii, cum inducta bella suspenderant, inter aratra viuebant, & ne virtus quiete languesceret, deposita in gremio Capitolini Iouis laurea, triumphales viri rusticabantur.* Suetonius in Domitiano cap. 5. *De Sarmatis lauream modo Capitolino Ioui retulit.* Plinius in Panegyr. *Allata erat ex Pannonia laurea Dis vt inuicti Imp. exortum victoria insigne decoraret. hanc Imperator Nerua in gremio Iouis collocarat &c.* Tacitus 2. Annal. *relinqueret materiem Drusi fratris gloriae, qui nullo tum alio hoste, nonnisi apud Germanias adsequi nomen imperatorium, & deportare lauream posset.* Dixi etiam in *fascibus lictorum*; & enim titum clare ponit Dio lib. 54. de Augusto: ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνελθὼν τὴν τε δάφνην ἀπὸ τῶν ῥάβδων ἀφελὼν, ἐς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα ἐπέθηκε. sicut & Iulius Obsequens de Prodig. cap. 62: *Caius Antonius cum in agro Pistoriense Catilinam vicisset, laureatos fasces in prouinciam tulit. Apparuit enim hostibus portendisse victoriam, cum ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.* Recte ergo in Plinio scriptum lib. 15. cap. 30. *Romanis praecipue laetitiae victoriarumq. nuntia additur, literis & militum lanceis pilisq. fasces Imperatorios decorat, ex his in gremio Iouis opt. max. deponitur, quoties laetitiam noua victoria attulit.* nec recte mutauit e libro vetere, vt ait, vir doctus, *ex hinc in gremio.* haec fere Durantius, Lipsius, Iuretus.

Quam Apicius nostra memoria vixit) ita & margo editionis Erasmi, atque esse praeterea libros qui *atque* legant pro *quam*: textus eius, *vixit*, quomodo citat Lipsius ad lib. 2. Annal. Cornelii. mei omnes seruant, *quam Apicius nostra mem. vixit*, nisi quod Pal. tert. *vixit.*

Cum sestertium millies) loci huius meminit in Variis lectionibus Lud. Caelius, Budaeus lib. de asse: item Hotomannus lib. de re nummaria, nec non Lipsius ad lib. 4. Annal. Taciti. vbi tres memorat *Apicios* eiusdem fere luxus: primum qui Athenaeo nominatus lib. 4. cap. 20, qui veteri rep. vixit, quemque a Posidonio celebratum ait, & auctorem fuisse vt Rutilius in exilium mitteretur; alterum qui Augusti aeuo; de quo noster hic, & Tacitus, vbi agit de Seiani patre: *equite Rom. & prima iuuenta C. Caesarem diui Augusti nepotem sectatum; non sine rumore, Apicio diuiti & prodigo stuprum venum dedisse &c.* idem Plinio dictus, *nepotum omnium altissimus gurges*: & de cuius delitiis volumen Appionis Grammatico scriptum, legitur in Athenaei lib. 7. at tertium, qui Imperio Traiani; cuius mentio apud Suidam in ὄψα, si tamen Traiani ibi vox incorrupta.

Singulis commissationibus hausisset) ita Erasmus. Palat. sec. *singulis comessationes suas auxisset.* quart. & Col. *singulis comessationibus extersisset.* Iureti liber *exhorsisset*; vnde ipse facit, *exhausisset.* maluerim ego *exsorbuisset*, quomodo clare Pal. tert. qua voce nihil hic elegantius.

Si sestertio centies vixisset) ita Erasmus & Palat. sec. alii tres, *si in sestertio cent.* Pinc. mss. *si in sestertium cent.* quod sequitur Hotomanus.

I nunc & puta pecunia &c.) est a coniectura Pinciani. eius enim membranae; *In vno puta pecuniae modum ad rem pertinere, non animi*, vt & Col. meus, nisi quod is, *In vno & puta.* Erasmi editio, *imo cum putat pec. modum ad rem pertinere*, sine vocibus, *non animi*, quae & absunt vetustioribus cusis; qui, *Imo puta pecunia &c.* Pal. sec. scribit; *ad modo computa modum ad rem pertinere.* tert. *In vno puta pec. mod. ad rem pertinentem non animi.* quart. *In vno computa pecunia modum ad rem pertinere, non animum.* Budaeus lib. 2. de asse ait se legere; *in imo putat pecunia modum ad rem pertinere.*

CAPVT XI.

Etiam sine malis exemplis per se docilem) ita ex suis Pincianus, vti & Pal. tert. nam reliqui tres *docibilem*, quod examinent alii velim. Erasmi, *etiam in malis exemp. per se docilem.*

Natura satis est etiā parum) sic Mureti editio & fere Col. at Erasmi alio ordine, *natura etiam satis est parum*, qui[b]de in Pal. tert. quart. nam sec. *natura etiam satis est paruum.*

Nullum enim tam inops exilium est) sic & Colon. at Erasmus & mei Pall. omnes, *nullum etiam tam &c.*

Si hac quoq. ad vsum tantum desiderabit) Pinc. codd. & Col. *hoc*, vt forte & Pall. mei duo; nam notis exprimunt. Erasmi enim editio apponit: *Sed si hoc quoq. &c.* quae vox item in Pal. sec.

Neq. velamen) mei omn. *velamentum.*

Nihil homini natura) sic Colon. at alii, vt & Erasmiana editio; *Nihil enim homini nat.*

Quod necessarium faciebat) est a Pinciani coniectura, cum Erasmi scripsique eius, *quod nec faciebat.* & id hercle reuocandum, cum rester plane etiam in Pall tribus & Col.

Si desiderat saturatam multo conchylio) ita diuinabat Pincianus, quem subleuat Pal. quart. eius enim libri, vt & Col. meos ac Pal. tert. *Sed desid.* neque aliter excusi. sec. *Sed desiderans saturari.*

Non fortuna iste vitio) sic ex suis Pinc. vt & meorum tres. Pal. sec. & Erasmi abest dictio, *iste.*

Plus enim restituto) sic Romana editio: at aliae *restituendo*, quibus accedunt mss mei omn.

Ad satiandum eius cuium) ita mss Pinc. nec secus Pall. omnes. Col. *faciendum*: Erasmus, *sanandum*, non bene, meo iudicio.

Quod non ex inopia) ita solum Colon. Pall. tres & Erasmi amplius; *quod modo non ex inop.*

Quicquid illi congesseris) ita & Col. reliqui mei & Erasmi interponunt; *quicquid enim illi cong.*

Qui continebit itaq. se intra) sic scribit ex suis Pinc. quod & in meis quatuor. Erasmi, *Qui continebitur itaque intra.*

Quum naturalem modum excedet) mei *excedit.*

Necessariis rebus exilia sufficiunt) monet Pinc. legendum cum suis, *Necess. rebus & exil. &c.* quomodo &

Coloniensis,ac Palatinus tertius,quartus.

Cum quantum satis est) ita ex suis Pinc.oeq; secus mei. Erasmi, *cum quod tantum satis est.*

Corporibus suis addicta ; sic & Pinc. codd. & Pall. tres. Col. *addita*: Erasmi *abdita*.

Aurum & argentum) meis omn.abest copula, *&* ; neque requiritur.

Leuis ipse,& quandocunq;) sic quidem Mureti editio;at Erasmi, *leuis ipse expers, & quandocunq;*, notatumque ad oram alias legi,*leuis,expers cura*. Pal.sec. *leuis & expers. & quandocunq.* tert. *leuis ipse expers & quandocunq;* sicque quartus,nisi quod is, *quandoque*. Colon. *leuis ipse & expers,& quocunq;*.

Emicaturus interim quantum &c.) sic Rom.editio: sed Erasmi alia interpunctione,*emicaturus Interim quantum*, quæ & in omnibus meis,& omnino reducenda est.

Diu cognatus) sic & meorum duo. Palat. sec. *cognitus*. tert.compendio scripsit, quodque & hanc & illam vocem complecti possit.

Capvt XII.

Ad leuanda incommoda) sic ex suis Pincianus;vt & Col. ac Pal.tert. nisi quod ii supra *Ne me putes*, non *Nec*. nam quart. *Deinde putes ad leuanda*. sec. *Ne me putes ad leuandum incommoda*.

In pauciora distrahitur) sic Erasmus,at scribẽdum cum omnibus Pinciani meisque,*distringitur*.

Transeamus a pauperibus,eamus ad locupletes) aliquam multa ante isthæc deesse suspicor: adeo transitus iste citus nimis sed & alii qui mei hic mire turbant. Pal.sec. *Transeamus a pauperibus,& veniamus ad locupletes*. tert. *Transeamus opes, non obueniamus ad locupletes*. quart. *Transeamus asperorum obueniamus ad locupl.* Col. *Transeamus inopes,nunc veniamus ad locupletes*.

Et quotienscunq; festinationem necessitas exigit) sic vnus Pinciani,nisi quod ille *quotiens* alius eius, *& quotiens festinationem necessitas itineris exigit*,quomodo & Pal.sec. item reliqui tres,præterquam quod ipsi, *exegit*. Erasmus; *& quotiescunq; festinantem necessitas itineris exigit.*

Qui fugiunt quod voluptatis causa imitantur) sic & Erasmus, at Palat.sec.*qui voluptatis causa imitantur*, sine, *fugiunt quod*, quæ voces nec in vllo alio ms. nam tert.*quanta voluptatis causa imitantur*. quart.& Colon. *quam volupt. causa imitantur*.

Paupertas in vtt solatiis) ita scribi iussit ex suis Pinc.quomodo & meorum tres. Palat. enim sec. *paup. vti remedium*, quod & in Erasmi editione.

Miseros vixisse dicet) sic Erasmi codd. & Palat. sec. ac quart.at enim ceteri,vt & Pinciani omnes, *misere vixisse &c.* non male.nam, *misere viuere* opponitur Latinis auctoribus,*pulchre & splendide viuere*.in Aulul. Plautina de Euclione:

Censen' vere adeo esse parcum & misere viuere.

Mostell.initio:

Me vicitare pulcre: te miseris modis.

Decessisse, & ab eo desertum) Erasmo abest vocula *&*. Pinciani libri & mei omn. *discessisse & ab &c.*

Fuit tanti seruum non habere) ita quidem Rom.editio. at Erasmi,at omnes mei,*Fuit ne tanti &c.* quid? an dicemus, *ne*, hic positum pro Græco νὴ? ita certe suspicor: dicerem credo, nisi situ eius offendi possent Grammaticorũ pueri.De phrasi *fuit tanti*, multa Hotomannus lib.2. Obseruat.cap.10.Curionis Secundi editio illa *Fuitne tanti* interrogatione animat,non etiam Erasmi.

Ex erario dotem acceperunt) ita Pinc.& mei:Erasmi *receperunt*.

Decies sestertio nubunt) nempe antiquo ritu,*decies centena* (Budæo nusquam sine laude nominando,huius obseruationis principe) doti dare consueuerant, id est,vt vetus Horatii Commentatorio Satyr.3.lib.1.explicat, *decies centum millia sestertium*, quod præter Iuuenalem Satyr. 6. & 10. Martialem Epigramm. 65. lib. 2. Epigr. 24. libro 11. confirmatur etiam Taciti testimonio lib. 2. Annal.de Hortalo: *Nepos erat Oratoris Hortensii, inlectus a Diuo Augusto liberalitate decies sestertium ducere uxorem, suscipere liberos.* idem eod. libro refert Tiberium cum in locum Vestalis mortuæ alia capienda esset, *gratis egisse Agrippæ & Pollioni, quod vltro filias obtulissent: prætulisse vero Pollionis filiam; sed Agrippæ filiam posthabitam decies sestertii dote solatum esse.* Vlpian. in l. cum de in rem verso ff. de vsur. *Imperator quoq; noster Seuerus filiæ Flauiæ Athenagoræ,cuius bona fuerant publicata, de fisco suo numerari decies centena dotis nomine iussit*. hæc Brissonius lib.6.de Form. quæ ita accipienda, vt hæc summa maximæ dotis modus antiquitus fuerit. addatur Turnebus lib.18.cap.3.item 30. Hotomannus Disputatione de Aureo Iustinianico, Lipsius fine commentar. ad lib. Taciti secundum.

In dotem æs graue acceperunt] Val. Maximus ait data *quadraginta millia æris*, lib. 4.cap.3.pro quo malebat Hotomannus libro de re nummaria, *quadringentum millium.*

Ideo honestius suppletum sit, quia defuerat) ita editi, ita mss. omnes, etiam mei Pall. tres & Coloniensis, nisi quod Palatinus secundus,*sit, quod defuerat*. at enim I.C. ait se legere, *eo honestius suppletum sit, quam defuerat*, & tanquam si iudicium eius Lydius esset lapis, quique ab eo dissentiret nihil sentiret,id mox in Iuridicis pro germano auctoris lectoribus oggerit, nulla huius correctionis suæ facta mentione. prorsus proterue, & contra sententiæ mentem. nam quid hic velit istis verbis, explicat ipse auctor libro 1.cap vltimo Natur.quæst.ubi est, *O Paupertas felix, quæ tanto titulo locum fecit! non fecisset illis Senatus dotem,si habuissent.*

Sed etiam gratiosa) sic meorum tres. at Palat. sec. abest, *etiam*.

Capvt XIII.

Collata non possunt) verba hæc tria primus restituit ex mss. suis Pincianus,cum deessent Erasmianis. & vero hic omnino requiruntur, habenturque in Pall. meis tribus & Col.

Si ignominia absit, quæ vel sola opprimere animos solet] ita ex membranis Pinc. nec aliter Coloniensis aut Palatinus tertius:reliquis duobus abest vocula *vel*, vt & Erasmi editis, qui tamen, *et absit*, quomodo meorum nullus.

Quisquis me malorum turba] sic recte etiam Palat.sec.ac quart.duo reliqui *turba*.

Si auaritia dimisit] sic & mei tres.Palat.autem sec.desiderat vocem *dimisit*,nec quicquam habet eius loco.

Ex quo pectore] idem sec. *ex quo a pectore.*

In vniuersum semel vincit] sic Erasmus. at Pall. tres, *vincitur* Colon. *& vniuersum semel vincetur*.equidem illud *vincetur* saltuã mihi mouet; vt dicat aut omnimode vincere rationem,aut omnimode succumbere.

Poterat carcer videri in quo Socrates] sic Pinc. exempp. item mei. Erasmi enim *poterant carceres videri in quibus Socr.*

Excæcatus est] Pal sec *obcæcatus.*

Nisi a se ante contemptus est] ita Pinc. mss & Colon. at Palat. tert. *antea*. reliqui duo non agnoscunt voculam *ante*,nec est in Erasmianis.

Insularum loco habet] sic solam Col. Pall. omnes perperam, *insularum.*

Quando ita affecti sumus] ita & Palatinus tertius, duo alii, *afflicti*. Coloniensis, *Inde ita effecti sumus.*

Cui quisquis occurrebat] legendum *occurrerat*, vti est in meis quatuor.

Non tanquam in hominem iustum] ita & mei,nisi quod Pal quart. abiiciat illud *in*. at Pincianus ait inuertendas dictiones suasu suorum, *tanquam non in hominem iustum.*

Qui faciem eius inspueret] sic Erasmi editio, Pinciani omnes & mei, *qui in faciem eius inspueret*; non male.

Poterat ob hoc moleste ferre] ita & omnes mei. Erasmi addunt negatiuam, *poterat ob hoc non moleste ferre*. vtrique suum subest acumen, nec scio an non æque elegans posterius. haud tamen quicquam mutauerim inuitis manuscriptis.

Idem.

Id ausurum puri ocu) sic Pincianus egregia coniectura, cum iunctim scriberetur, *puri ocu*, quod & in meis tribus. nam Pal sec. *id ausurum animi purioris*; vti & excudit Erasmus: male nam tangit hominem tanquam si de iis quorum ne os quidem libidine exceptum.

Comitantis se magistratus) sic & Col. & Pal. tert. reliqui, *comitatus magistratus.*

Contentione omni carere) sic & Colon.. alii tres, *carere*

Non magis illum putes contemni, quam cum adium &c.) sic Erasmus. at iussit Pincianus scriberemus cum mss suis, *non magis illum contemni, quam adium &c.* quomodo & mei, nisi quod omnes habeant, *quam cum adium*; Pal etiã tert. *Non magis ille contemnitur, quam cum contemptu adium &c.*

Æque ac stantes aderant) Pal. sec. *aque vt stantes.* tert. *aque ac sancti adoc.* quart. *aque stantes ador.* Colon. *aque astantes adorant.*

Capvt XIV.

Nam aut illud te monet) sic codd. Pinc. & mei. Erasmi, *illud.*

Aut quod desiderium) sic iterum aliquot Pinc. mss. at Erasmi, & Pall. tres, *aut illud quod desid.* Coloo. *aut aliud quod desid.*

Per se pati non potes) ita Col. & qoædam exempp. Pinciani alia eius *per te*, quod & in Erasmi, & tribus Pall.

Qua potentiam liberorum muliebri impotentia exercent) ita & mss mei quatuor, & Pinciani, qui tamen mallet, *qui potentia liberorum muliebrem impotentiam exercent.* nihil ego mutarim.

Quia feminis honores non licet gerere) laudat hunc locum Petrus Faber Comment ad. l a. de reg. Iuris, quæ habet, *Fœmina ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ sunt &c*

Tu filia familias) sic & Pal. sec. at tert. & qoart. *familia.* Col. vero sine voce *filia. Tu familiam.*

Vt tanquam de tuis laborares, tanquam alienis abstineret) sic & Erasmi & Pinciani. at meorum tres, *in tuis*. Pal. enim quart. *vt tanquam in tuis laboraremus, tanquam alienis abstineremus.*

Tanquam alienis rebus uteteris pepercisti) ita Pinc. mēbranæ at Erasmi, & Col. ac Palat. tert. quart. *tanquam aliis rebus*; quomodo & sec. nisi quod is destituatur voce *uteteris.*

Non potes itaq. erepto filio desiderare) ita Erasmus; at Pal. tert. ac quart præponunt, *in erepto filio.* sec. vero *in electo filio.* Colon. *Non potes vtiq. ea in erepto filio &c.* Pinc. codd. *in erepto filio ea desid.*

Qua incolumi nunquam) sic & mei, præter Palat. quart. qui. *qua in incolumi.*

Capvt XV.

Non sermone frui) sic & Pal. sec. teliqoi tres, *non sermone possum frui.*

Tristem vultum relaxaui) ita & Pinc. & mei. Erasmi *relaxassem.*

Adiecit istis loca) sic Pinc. & mei. Erasmi, *Adiiciam istis loca.*

Ante tertium demum diem) ita bene ex suis Pincianus, neque aliter Palat. sec aut Col. sicque scribendum patet ex seqq. *vltimum certe fructum biduo diutius videndi filium tulisses.* Erasmi editio *ante* x I I I. *diem.* Pal. tert ac quart. *ante tertium decimum diem* Pinc. aliquot, *ante tredecimum diem.*

Bene nos longinquitas locorum diuiserat) sic & Erasmus & Col. ac Palat. sec alii duo, *dimiserat* Pincianus citat, *bene nos fortuna diuiserat*; aitque vnum ms. habuisse, *disiunxerat.*

Sed ne consuetudinem perderes) ita Mureti editio, at Erasmi amplius, *sed ne cōsuetudinem desiderii perderes*; quod reuocauerim mss tamen mei quatuor, *sed vt consuetudinem desiderii perderes.*

Si multo ante obfuisses) sic Pinc. codd. item Palat. tert. nam sec. ac quart. *antea fuisset*: vt scribi debuerit, *ante afuisses.* Coloniensis, *ante ea scuisses.* Erasmi, *antea fugisses.*

Nec absentia assuesceres) ita Pinc. codd. item Colon. ac Palatinus tert. & quart. nam sec. *absentem.* Erasmus, *absente.*

Immoderatum in lacrimas ius) ita & Pinc. & mei. Erasmi, *immo datum in lac.* quod natum a compendiaria scribendi ratione.

Vt cum pertinacia muliebris) sic & Erasmi & Colon. at Pal. sec *& cum pertinaciam.* tert. quart. *vt pertinaciam mul.* quod probarim.

Et nullo, inhumana duritia) ita ex suis Pincianus, neq. aliter meorum tres. nam Pal. sec. *& nimis inhum. &c.* Erasmi, *& nullo, nimis inhumana.*

Inter pietatem & rationem) sic & Pinc. & mei. Erasmi, *inter piet. & luctum.* male.

Capvt XVI.

Non gemmæ te, non margaritæ flexerunt. non tibi diuitiæ &c. effulserunt) ita & Erasmus; nec non Col. nisi quod is, *nil tibi diuitiæ.* at Pal. sec. *Non gemmæ tibi, non margaritæ, non diuitiæ &c. fluxerunt.* tert. *non gemmæ a te, non margaritæ fluxerunt. non tibi diuitiæ &c. effulserunt.* quart. *Non gemmæ te, non margaritæ circumfulserunt, non tibi diuitiæ refluxerunt.*

Periculosa etiam probis peiorum) sic & Erasmi editio, ne quis hoc forte coniecturæ suæ adscribat, qui male prius posuerat; *probris*, quod tamen etiam in Palatino quarto ac Colon.

Non te fœcunditatis) scribendom suasu meorum, *nunquam te fœc.* nam & tertius Pal. expressum id voluit, dum repræsentat, *imitationum: quam te fœc.*

Lenocinus ac coloribus) Erasmi editio, *aut*, qoomodo & Pal. sec. Pinciani codd. *coloribus ac lenocinis*, quod & in reliqois meis tribus.

Vestis qua nihil amplius quam vt nudam componeret) ita Mureti editio; at Erasmi, *vestis qua ad nihil aliud est exigenda quam vt nudam comp.* notatumque ad oram forte legendum, *qua ad quicquam aliud &c.* Pal. sec. seruat, *vestis qua ad nihil aliud quam vt nudaret componetur.* tert. *vestis qua amplius quam nuditatem tuam honesto tegeret.* quart. *vestis qua nihil aliud nudaret componeretur.* Colon. *vestis qua ad nihil amplius quam vt nudaret componeretur.* I.C. quidam ait se hac legere forma, *vestis qua ad nihil aliud exigenda est, quam vt nudam componat.* verum ille nescit cui nodo conueniat cuneus nam & Pinciani codd. tantum habent, *vestis qua amplius nudaret quam componeret*: quomodo & citat P Fabri lib 1 cap. 16. Semestr. rem ipsam iterum sugillat noster lib. 7. cap. 9. de benef. item B. Hieronymus ad Lætam de institutione filiæ, *Spernat bombycum telas, Serum vellera, & aurum in fila lentescens. talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur.* & in Marcellæ viduæ Epitaphio ad Principiam virginem; *Illa enim solent purpurisso & cerussa ora depingere. sericis nitere vestibus, splendere gemmis. aurū portare ceruicibus, &c. nostra vidua talibus vsa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret; aurum vsq. ad anuli signaculum repudians.* & lib. aduersus Heluidium: *Parasitus in contumeliis gloriatur, ingrediuntur expolita libidinum victima. & tenuitate vestium nuda impudicis oculis ingeruntur.* addatur his Clemens Alexaodr. libro 2. cap. 10 Pædagogi: Plinius lib. 11. cap. 22. Horatius libro 1. Satyr 2.

Pulcerrima, & nulli) sic & Pall. tres. at Colon. *pulcerrima tu, & nulli.*

Ad duos fortuna redegit) Toreti liber scriptus & quatuor mei, *redegerat*, quod restituendum auctori.

Rutilia Cottam filium] ita & mei, Palatinus sec. tert. Coloniensis, nisi quod scribant *Coctam.* at quartus vt & Pinciani codd. ooo agooscunt vocem *Cottam.*

Eundem iam reducem] sic ex suis Pincianus, vti & est in meorum tribus. nam sec. vt & Erasmi editio, *reductum.*

Scio rem non esse] ita & tres mei. at Palat. sec. *Ociorem non esse.*

Volumus eum interim obruere] sic & Pal. sec. alii mei & Pinciani; *Volumus interim illum obruere.*

Vaus o

At illum inter ipsa quibus auocatur) sic fere mei, nisi quod duo, *annotatur* Pal. tert. *adnotatur*. sec. *aut illum inter ipsa quibus aduocamur*.

Desideriis noto subibis) Erasmi, *subiuis*. mei omnes & Iureti, *subruis*; quod placet.

Nam qui aut delusus voluptatibus, aut occupationibus abductus est, resurgit) sic ex mss. suis Pincianus. at malim ego; *Nam qui delusus, & voluptatibus aut occup. &c.* nam Palat. sec. *Nam qui delusus & volupt. &c.* vti & tert. nisi quod is *dolosus*. quartus item ac Coloniensis, præterquam quod hic *dolosus*, ille *delusus etiam volup*. Erasmi editio nullo sensu; *Nam qui delusus voluptatibus, & occup. abductus est, resugit*.

At qui rationi cessit) mei omnes & Erasmi, *At quisquis rat*. quod miror cur mutatum fuerit lima Mureti.

Non sum itaq. monstraturus) mei amplius, *itaque tibi monstr*.

Vel amœna delectet) sic quidem tres meorum: at sec. Pal. *vel am. demulcet*.

Patrimonii administratione) idem sec. *vel patrim. administr*.

Nunquam adsuesses) Palat. sec. *adsuescisses*. tert. *adsuescere*. quart. & Col. *adsuescet*.

Sed quantum tibi patris) ita Pinc. mss. & meorum tres. Palatinus enim sec. *si quantum &c.* quod & apud Erasmum.

Minus maiorum consuetudini) sic quidam Pinciani, & omnes mei alii eius *nimis maiorum &c.* quod & edidit Erasmus; egoque adeo malim.

Contra fortunam esset exilium) tollatur typographi mendum, & rescribatur *auxilium*. sic enim cusi & mss.

Sed ad luxuriam instituuntur) ita forte legendum notatum ad oram Cælianæ editionis; aut, inquit, *instruuntur*, quod vltimum malim, cum & extet in Pal. tert. & Col. nam reliqui duo, *construuntur*. Erasmi, *construunt*.

Plus quam pro tempore hausisti) Pal. sec. *auxisti*.

Lacta sunt disciplinarum) sic Pinc. membranæ item Colon. ac Pal. sec. ac quart. nam tert. *Lacta super disciplinarum*. Erasmi, *Lacta disciplinarum*, sine alia voce.

Nunc ad illas reuertere) ita ex suis Pinc. nec secus mei. Erasmi, *reuertamur*.

Nulli horum patebis) ita Pinc. & mei. editio Erasmi præmittit, *& nulli &c.*

Sed quia dum in illum portum) sic Pinc. & mei. Erasmi, *Sed quia nondum in illum portum*.

Certabunt in te officia) ita iterum Pinc. & mei duo. nam reliqui *Cert. vita officiis*, vti & edidit Erasmus.

Blandissimum puerum) Palat. tert. *puerorum*; quod non ita displicet.

In iocos vocabit illa lascivia) sic meorum tres. Palatinus quart. *illi lascivia* I.C. quidam legit, *illius lascivia*. ego si quid mutandum esset, mallem, *hilara lascivia*; sed absit vt quid mutemus non suffragantibus exemplaribus.

Matri dolendum fuit, in me transierit, quicquid auio in me. Floreat) est a coniectura Pinciani, cum esset in scriptis eius, *fuit, in me transierit. quicquid a me in me. Floreat*. Erasmi editio, *matri dol fuerit, in me transierit. Floreat &c.* nec aliter Colon. meus aut Palat. sec. quippe tert. *fuerit, in me transierit quicquid in me floreat*, quomodo & Palatinus quartus, nisi quod is seruet *fuit*, non *fuerit*.

Vt possit videri quod me amisit) mei omnes *posset*. Pal. sec. quoque amplius, *vt sibi posset*. sed & eadem quadriga deinde loco *pupilla*, constanter custodit, *pupillam*.

Non & sentiat) ita Pal. quart. ac Col. reliquis abest particula *&*.

Ad tuum fingatur arbitrium. multum illi dabis) sic exemppl. Pinciani, item Colon. meus. nam Palat. tert. *multum sibi dabis*, quod & in reliquis duobus. item Erasmiani, qui tamen omnes præterea, *Ad tuum formetur*.

Hoc iam tibi solenne) sic duo meorum. ac reliqui Palatinus tertius, & Coloniensis, item Iureti, *Hoc tibi tam solenne*.

Non potest animum pro dolentem a solicitudine auertere, *nisi aut ratio, aut honesta occupatio*) sic Erasmus, atque Colon. nisi quod hic intericiat, *Non potest enim*, quod & in Palat. tert. & quart. quorum hic, *nisi aut ratio &c.* ille *nisi aut oratio, aut manifesta occupatio*. sec. *aduertere, nisi aut oratio*. Pinc. codd. *Non enim animum pro dol. a soll. auertit, nisi aut oratio*.

Numerarem inter magna) sic Pinc. scripti & Pall. tres. Colon. *Numerare*: Erasmi, *Numeraret*.

Et sequi se iubebis) Col. *videbit*, quod & Pal quart. qui etiam *te*, non *se*, vt & reliqui; in quibus, *& sequi te iubebit*.

Cum tu quidem tot nepotes) ita ex suis Pincianus, nec aliter Palat. tert ac Col. nam sec. & quart. non habent vocem *tu*. Erasmi editio, *Tu tot quidem*.

Illo viuo, nefas est) Col. *viuo*. Pall. tres, *uno*.

Capvt XVII.

In huius primum respirasti sinu. Illa quidem] Erasmi aliæque editt. *in hac tu primum respirasti*, sine voce *sinu*; quæ nec in vllo meorum. nam Colon. *In huius primum respirasti. Illa quidem*. Palat. sec. *In huiusmodi primum respirasti Illa quidem*. tert. & quart. *in huius primum respirasti. in illa quidem*. forte *gremium*.

Affectus tuos semper sequitur. In mea persona tamen non pro te dolet: illius manibus in vrbem perlatus sum ; sic restituit ex suis Pincianus. Erasmi enim; *affectus tuos sequitur. In mea tamen persona non tantum pro te dolet, illius manibus in vrbem prolatus sum*. Palat. sec. *affectus tuos semper sequitur. In mea tamen persona non tamen pro te dolet. Illius manibus in vrbem prolatus sum*: nec aliter tert quam quod is, *non tantum pro te*, aut quart. nisi quod ipse *perlatus*, quod & in Col.

Aut clara salutationis] ita ex suis Pinc. quemadmodum & mei omnes. Erasmi, *aut dato sal*.

In tanta feminarum petulantia] Erasmi & tres meorum præponunt, *& in tanta*. Palat. sec *etiam in tanta*; quæ tamen postea excludit vocem *petulantia*, quæ in aliis extat tribus.

Amplexibus allige] sic & Colon. ac Pal. tert. reliqui duo, *alligata*.

Et quicquid cogitaueris] sic etiam Palat. sec. aliis tribus exulat, *&*.

Habitum istum voles] ita Pinc. codd. & mei tres. Palat. sec. vt & Erasmi, *hab illum voles*.

Cuius ego spectator fui] omissa est vox quæ in meis & excusis, *cuius ego etiam spect &c.*

Carissimum virum amiserat] ita Pinc. & tres mei. Pal. sec. *Primum virum &c* quod & expressit Erasmus.

In ipsa nauigatione] sic & Pinc Erasmi, *in ipsa quidem nauigatione*, quod & in Pal. tert. quart. Col. nam sec. *& in ipsa quidem naug*.

Si huic illa simplex admirandis virtutibus] ita & Palat. tert. & Colon. item Pinciani codd. qui tamen forte legendum putat, *simplex ad memorandas virtutes*. Erasmi, *Sed si huic illa simplex annumerandis virtutibus*. Palat. sec *Sed si huic illa simplex admirandis virtutibus*. quart. *Scilicet si huic vel illa simplex admirandis virtutibus*, quod fere est vt probem.

Qua oblita imbecillitatis] sic Pinc. libri & mei. Erasmus interponit, *qua oblita etiam imbecill*.

Oblita etiam firmissimos metuendi maris] Pincianus iubet scribamus ex suis inuersis dictionibus, *oblita metuendi etiam firm maris*. Palat. sec. *oblita demetuendis firmiss mar*. tert & quart. *oblita etiam metuendi fir. &c.* Colon. *& firmissimis maris*, sine vocibus *oblita*. & *metuendi*.

Nobilitatur carminibus omnium] sic Pinc. codd. & Col. item Pal. quart. nisi quod is *Nobilitatem*. sec. vocem vltimam non habet. tert. *Nobilitaretur carm. omnium*. Erasmi, *Nobilitatur carm hominum*.

Qua pars periculo minus redemit] sic Pinc. mss. & Col. alii mei, vt & Erasmi, *redemit*.

Nihila vero petiit] sic Erasmi & meorum tres. Palat. quart. *nihil auro petiit*, quod cum inuenisset item in vno suorum Pincianus, putabat forte scribendum, *nihil ob vllo petiit*. alterum decuplo melius est. vult enim auctor,

eam non intercessisse apud virum, prouincialium causa.

In contumelias Praefectorum) idem firmat in Antonino Herodianus, aliique citat & isthęc Torrentius Commentar. ad Sueton. cap. Vespasiani 19.

Et hodie similem illi, quamuis nunquam fuerit) ita ex vno exemplari Pinc. nec aliter Col. meus. Erasmi, *similem sibi. quamuis*, quod & in Pall. tribus, nisi quod tert. *similes sint*.

Quas circumscribere est tam parce transcurrere) sic ex vno libro Pincianus, quomodo etiam Colon. nisi quod in *parte*. Erasmi editio, *quas circumscr. possum est, quam partem transc.* vti & exhibet Palat. sec. etiam quart. nisi quod ipse *parte*. ego fere rescripserim cum tertio meo, *quas circumscribere possum est, quam parce transcurrere*. sed fere tantum.

Et pestes vicerunt) sic Pinc. libri & mei. male Erasmi editio, quæ copulam prætermisit.

Quæreret, non quem ad. inde exiret) ita scribendum arbitratur Pincianus, contra mss. suos editosque, in quibus, *non quæreret quemad. inde exiret*; quod ego reuocauerim, auctoritate item meorum quatuor.

Frequentius tibi obuersari) mei omnes, *obseruari*.

Manum sapius ad id referre) est ex vno Pinc. codice, eique placebat. alii, *manus sapius ad id recurrere*; quomodo & Pal. tert. nam quart. *manum*. sec. *manus sapius ad id decurrere*, vti & ediderat Erasmus. Colon. *magnum sapius ad ad referre*.

Suam vniuersiq. naturam) sic rursus scripti codd. Pinciani; nec secus Pal. sec. tert. aut Colon. nam quart. *suam & vniuscuiusq. naturam*. Erasmus, *sui vniuersiq. nat.*

Et hoc tonitribus, fulminibus) sic Erasmi editio. at Pal. sec. *& occasionem prabet fulminibus*. tert. *& ectione tribus fulminibus*. quart. *& occurrentibus fulminibus*. Colon. *& ectone ictibus fulminibus*.

Grandinum tactu tumultuosum) ita & Colon. nam tert. & quart. *tactum*. sec. *tactum & tumultuosum*.

Æternitatisq. suæ memor) in Pinc. libri. dictio q. abest Erasmianis, vt & Palat. tert. quart. Col. nam sec. *aternitatis sua memoriam omne id &c.*

Futurumq. est omnibus secula vadit) sic de coniectura Pincianus. scripti enim eius, vt & mei atq. Erasmi alio ordine, *futurumq. est vadis omnibus seculis*, sic inquam & mei quatuor. nisi quod Pal. sec. *euadit*. Colon. vero, *futurumq. est omnibus vadit seculis*.

AD SENECÆ LIB. I. DE QVÆST. NATVR.

PRAEFATIO.

Quæ ad Deos spectat) Pal. tert. ac fragmentum Colon. *quæ ad Deos pertinet*. quart. ac Col. *quæ ad Deum spectat*. & quidem tribus tantū vtor manuscriptis codicibus ad quęstiones has naturales; desunt enim illæ Pal. primo & secundo; quod dictum volui ne quis putaret plures adesse libros vbi audit nominari Palatinum tertium & quartū. fragmentum quod dico Coloniense, annexum est alteri illi Coloniensi, continetque tantum Præfationem in hos libros auctoris nostri, nec non quædam alia excerpta, quæ forte impleant folia tria.

Multum permisit sibi) ita & mei tres. fragm. Col. *sibi ipsi*. quod putarim a glossa nam ille qui emendat *permisit spes*, haec mentis spem mihi non facit.

Altero multo hanc caliginem in qua volutamur) ita & Curionis editio, at Erasmi, & Aldi Manutii, *altero multo supra hanc caliginem &c.* quomodo & seruat Palat. tert. & fragm. Colon. nisi quod istud habeat *super*. Errici Memmii membranæ vnæ, quas comparauit cum impressis summæ industriæ ac diligentiæ Obsopœus noster, referunt, *altero multo hanc supra caliginem*. Pincianus putabat veterē suorum lectionem vt breuiorem ita & fideliorem habebat vero, *altera caliginem in qua volutamur &c.* quomodo etiā exhibet Pal. quart. item Col. nisi quod in, *voluptamur*.

E tenebris ereptos) sic & Palat. quart. ac Col. vt & margo edit. Erasmi; ipsa enim *erotos* quod est in Palat. tert. nam fragm. Col. *exceptos*. ¶ *Equidem tunc natura*) sic fragm. Col. at alii tres, *Et quidem*.

Ab hac parte video quæ publica est) ita & mei quatuor. putabam tamen concinnius paulo, *quæ publica est*.

Sed in secretiora eius intrauit) ita Romana editio. malim ego vt est in vetustis chirographis Matthæi Fortunati, nec non meis omnibus, *sed cum secretiora*, nec aliter quoque prius eusi. Memmii liber, *sed consecretiora*.

Quis auctor aut custos) ita & fragm. Colon. alii tamen tres, nec non editus ab Erasmo atque Manutio, *quis auctor sit, aut custos*.

Necesse est enim et eadem) vox *enim* abest Col. fragmentum vero eius habet tantum; *Necesse est eadem*, exclusa & dictione altera. Pal. tert. *Necesse est enim vel et eadem*. quart. *Necesse est enim eadem*, quod ceteris prætulerim. eleganter quippe pronomen subintelligamus.

Non fuerat operæpretium nasci] vox *operæpretium* abest meis omnibus, neque adeo conspiciebatur in vllo Pinciani codice, quod ille probabat; ea enim, inquit, loquendi consuetudine & ipse alibi Seneca, & alii subinde auctores vtuntur.

Vt hoc corpus causarium] ita & Palat. tert. & quart. item Col. fragmentum enim eius. *casuarium*, vti & erat in ms. vno libellorum supplicum in Regia magistri Io. Nicotii, nā Memmii liber *causarium*, quod ego scio germanum auctoris, fatebunturque idem omnes qui ea legent quæ posui ad illa Senecæ Epist. 68. *Sic in animo nostro sunt quasi causaria partes, quibus adhibenda curatio est*. sed & eandem vocem alibi quoque retinui.

Nisi funditus impleatur farcimen] ita & mei omnes. ora tamen editionis Erasmi prodit alias etiam legi *farcitem*.

Et vincerem agri minister] ita & Pal. tert. & fragm. Col. at quart. *agri ministri* Col. *ager minister*.

Cui omnes nascimur] ita scribi voluit ex suis Pinc. neque aliter Pal. quart. aut Colon. at fragm. eius, vt & Pal. tert. & Erasmi editio, *cui vni omnes nascimur*.

Nisi supra humana se erexerit] placebat Pinciano, *humana surrexerit*, quomodo erat in mss. eius. & vero cum ita quoque habeant mei, amplector & ego præ vulgato.

Etiamsi superiores sumus portentis vincimus] absunt ista omnia Pal. tert. restant tamen in reliquis tribus, ex quibus Col. *vicimus*. ¶ *Qui robustior est valetudinario*] ad hæc Pincianus, video, inquit, sensum posse constare etiamsi sic legatur, sed omnis scripta lectio habet, *est in valetudinario*. appellatur *Valetudinarium*, Senecæ locus vbi ægroti curantur, vt in Epistolis: *Non sum tam improbus, vt curationes ager obeam, sed tanquam in eodem valetudinario iaceam, de communi malo tecum loquor*. sic Hispanus ille, probatque Obsopœus, qui ita etiam inuenerat in Memmii ac Nicotiani libris. & vero sic omnino restituendum, nam firmāt hanc scripturam Palat. quart. ac Col. neque abeunt reliqui duo, nisi quod ii iunctim, *est inualetudinario*.

Inter vires] ita & mei quatuor. L. C. tamen quidam motus verbis quæ præcedunt, rescribit, *inter istas vires*. miror hercle licentiam.

Nec in alienam voluntatem] ita scribendum putarat ex mss. Fortunatus. neque secus mei tres. nam Pal. tert. vt & vetuste cusi *voluptatem*.

Turpiter amittens] sic & Palat. quart. nam Col. *amittet*, eius fragmentum & Pal. tert. *turpiter perdens*, vti & legendum putabat cum Nicotiano cod. Obsopœus. Memmii liber, *turpiter ardens*.

Virtus enim quam affectamus] ita Pinc. codd. & Colon. meus. at Erasmus & alii tres voce addita; *Virtus enim ista quam aff.* quod reuocauerim.

Quis in consortium Dei venias] Nicotii & Memmii codd. item meorum tres, *Deo*. solum Colon. fragmentum, *Deorum*, quod placet: mutarunt que ii qui Senecam Christianum putabant.

Non illud tantum dico quod egisset] ita Palatinus tert. & Coloniensis, nisi quod hic, *tamen*. quart. *non illo tantum dico, sim quod egisse* fragm. Col. nec non Memmii & Nicotiani duo, *non illo tantum dico &c.* vt respiciant in auro, vt indicauit Obsopœus.

Et signandi dedit] omisit vocabulū Mureti editio. quod in reliquis omnibus, vt & mss. meis quatuor *& signandum*

monete dedit. quod restituendum Col. habet, *& signatum monetæ dedit.* nempe cum *Moneta*, Deam notet, & in eo-ius templo nūmi percutiebantur, vt scribit Suidas; eodem nomine venit & locus omnis vbi monetarii. Ausonius de Mediolano:

Templa Palatinaq; arces, opulensq; moneta.

& Sidonius de Narbone:

Delubra, Capitolia, monetis quæ duo loca ostendit mihi Turnebus, qui videatur lib 4. cap. 2 Aduersar.

Sed & illud) ita & Pal. tert. nam Col. *sed quod & illud.* reliqui mei duo, vt & Memmii & Nicotii, *seu & illo.*

Et tonsiles siluas) ita omnes mei mss. nisi quod Colon. fragm. *consiles.* exoletæ editiones *& pensiles.* quumodo citat Iosephus Castalio ad lib. 1. Rutilii, vbi erat:

Quid loquar inclusas inter laquearia siluas?

Vernula qua vario carmine ludat auis idemque placeret Fortunato, si vsquam *siluas pensiles* fuissent. *horti* quidem, inquit, *pensiles* celebrantur, *siluarum* vero *pensilium* nulla memoria extat. quare legendum, *tonsiles*, hoc est recisas & in pumilionum breuitatem coactas. fiunt enim arbores breuitatis cuiusdam coactæ & serendi & recidendi seu tondendi genere. C. Marcium *nemora tonsilia* inuenisse Plinius est auctor. hactenus Fortunatus, cui quidem, etsi me non oppono, asseueranti retinendum cum Bibliothecarum libris, *tonsiles*; ita quod idem putat nusquam fuisse *siluas pensiles*, vereor ne erret. certe tale quid ipse Seneca prodit taxatque Epist 122. *Non viuunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt, quorum silua in tectis domorum ac fastigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent?*

Et magna ex parte) Pal tert *maxima.*

Etiam ea parte qua extat, late squalidum) ita & Palat. quart. at monet Obsopœus Memmii codicem legere, *etiā qua extet*, videtque adiiciendum, *ea parte*. est in Col *etiam ea parte qua existat late sq* in fragmento eius, *& ea que extat late squalida.* Palat. tert. *& ea parte qua late extat squalidum*

Hoc est punctum) Manutii editio nec non mei scripti omnes, vt & quos euoluit Obsopœus ἐμφατικώτερον, *Hoc est illud punctum*

Ferro & igni diuiditur) coniunxit vtrumque Rutilius lib. 1. Itiner:

Postquam Tuscus ager postquamq; Aurelius agger

Perpessus Geticas ense vel igne manus Castalio.

O quam ridiculi sunt) Pal tert *ridicul. si sunt.*

Strymo Thracas includat) ita forte legendum posuit ad editionis suæ oram Erasmus; contextus enim habebat, *Isthmus Samothracas includat.* Pincianus scribendum putabat, *Isthmus suos Thraces includat*, vt intelligat auctor de isthmo Thraciæ Chersonesi aut certe, inquit, *Strymo suos Thraces includat.* terminus enim Strymo fluuius inter Macedoniam & Thraciam Ptolemæo & reliquis. Petrus Pithoeus reperit in vno ms *Æmus Thraces excludat.* affert Pal. tert. *Imperium isthinum Samotraces includat.* quart *Isthmum Sametraces includat.* Cum *Isthmum Samothraces includat* eiusdem libri fragmentum, *Imperium Hemotraces includat.*

Arenarum iaculis vastitas) Pal. quart. Colon. eiusque fragm *mala.*

Nonne & illa vnam aream) Col. *nonne & illam vnam tamen* Pal. tert quart. *nonne & illam vnam aream.*

Cum te in illa vere magna sustuleris) ita quidem Erasmi editio, sed quam deserunt omnes mei. Pal. enim tert. *Certe si illam vt magnam sustuleris* quibus adhæret quart. & Col. in'ū fragmentū eius: *Cum te in illa magna sustuleris.*

Subrectis ero vexillis) ita solum etiam fragmentum illud Coloniense; & recte tamen. Pal. tert. *sub ulctis* quart. ac Col. *sub maltis ire.* Erasmi editio, *sub rectis ire.* diuisim; perperam: nam *subrecta vexilla* eadem cum *erectis, ela usque in aliam.* ¶ *Modo vlteriora explorantem)* ita ex vett. libris Fortunatus, hoc est, inquit *longiora itinera* per quæ eundum esset, ne insidiis infesta sint. & sic quoque Palat. quart. ac fragm Coloniensis codex enim ipse, *modo altiora*, vti edidit Erasmus restatque in Pal. quart.

Punctum est illud) mei quatuor *istud*, non *illud.*

In quo regna disponitis &c.) emendatio hæc est a diuino Erasmi ingenio. locum enim istum pro desperatissimo habebat Fortunatus, atque lamentando tantum non lassum fecerat, cum offendisset in mss. suis, *in quo regnatis positis numma &c.* sed & alioqui etiam male mei, *in quo regnatis ponitis mensima*

Vtrimq; Oceanus occurrit) legendum puto, inquit Pincianus, *vndecumq; Oceanus incurrit*: nam omnis scripta lectio, *incurrit* præfert, non *occurrit*. sic ille & vero habet quoque *vtrimq; Oceanus incurrit*. Pal. quart. & Col. sed tamen *occurrit* restat in fragm. illius & Pal. tert.

Nec vt alienis interest, sed vt suis) ita mss. Pinciani Erasmus; *nec vt alienis, sed interest vt suis*, quomodo remanet & in Pal. quart. ac Col nam fragm. eius, *nec vt alienis, sed vt sui interest* quomodo & Pal tert.

Secure spectat) Pal. quart. ac schidæ illæ Colon. *expectat.* exemplar Col *expectarat.*

Obseruat vbi quæque stella primum lumen ostendat) ita quidem editio Mureti at editio Erasmi, *Obseruat vbiq; qua stella primum cælo lumen*, quā retinet Fortunatus, si modo legatur cum mss. eius, *terris non cælo*; etsi mallet ipse legere, *proximum terris*, quod expressit Manutius, & ita forte legendum annotauit Erasmus. Membranæ tamen Memmii & Nicotii, *primum terris*, ad quæ annotat Obsopœus istud Virgilii 4 Georg. *simul os terris ostendit honestum Pleias.* Pal. tert. quart. Col *Obseruat vbiq; quæ stella primam terris lumen ostendat* fragm *obseruat vbi quæq; stella lumen primum terris ostendit.*

Si nauem suis ventus impleuet) ita legendum contendit ex mss. Fortunatus, olim cusis verbo; amplius, *si nauem ferat suus ventus impleuet*, quomodo & exhibet Pal. tert stat tamen quart. & Col. ab alia lectione. at schidæ illæ, *si nauē suus ferat ventus*, absq. voce *impleuit*; quod ego alteri prætulerim. ¶ *Nusquam resistentes)* ita & Pal tert. & fragm. Col. reliqui duo, vt & Memmii ac Nicotii, nec non Fortunati, *nunquam*; vt ad tempus potius quam ad locum referatur. sensus tamen idem manet quodcunq; horū legeris.

Quod vides totum & quod non vides totum), ita & Palat. quare & fragm Col at ipsum exemplar *quod vides, & quod non vides totum* Palat tert. *quod vides totum, & quod non vides.* quod mihi placet.

Qua nihil maius excogitari) Col & Palat quart *quia.* vt & tert. qui præterea habet, *cogitari.* fragm *quo nihil maius cogitari potest.*

Extra & intra tenet, Pal. tert. *intus & extra tenet.* quod mihi non displicet.

In illo nulla pars extra animum) Pal. tert. & schidæ Col. verbulo auctiores, *animum est.*

Mortalia teneas) meæ quatuor *tenet.*

Sunt qui putent sibi ipsis animum scripserim *putant* cum Pal. tert. ac Col nam & alioqui fragm. eius, *putant sibi animum* quart *putant sibi ipsi animum.*

An data vtatur) ita & fragm Col at ipse Col *an ea vtatur*, quod & est in Pal quart. nam tertius vtrumque recepit hoc modo, *an data vel ea vtatur.*

An in malis rebus) mei quatuor non agnoscunt præpositionem *in.*

Et a magno artifice praua formentur multa) mss omnes & mei & Fortunati, item Memmii ac Nicotii, *praue multa formentur*, quod amplector. exoletæ edit *parua*, male: nā summi artifices non minus in paruis rebus artis suæ ostendere possunt excellentiam quam in magnis.

His incumbere) decuplo mihi elegantius videtur quod est in tribus meis, *his incubare* nam & ei alludit Palat. tert. qui *his intabare.*

Scias omnia angusta esse Sed hæc deinde) ita reposuit ex mss. suis Fortunatus, neque aliter Pal. quart. ac Col. Erasmi editio eaque antiquiores, *angusta esse versus deum.* quod & seruat Pal. tert. nam fragm. Col. *angusta esse in ensus Deum* quod & reperit in Memmiano cod Obsopœus, probatq; nisi si malimus, *Deum versus*, dandi casu ego retinuerim potius, *omnia angusta est versus Deum*; id est respectu Dei, aduersus Deum Fortunatus, vt dixi, defendit illud *Sed tam deinde*, quod sequatur *Nunc ad propositum* sic & paulo infra, inquit, *Erat aliud illius rei tempus*. & sæpe alibi. idem præterea loco verbi *angusta*, libenter legerim, *augusta*, hoc est sancta diuinaque.

C A P.

CAPVT I.

Quos aer transuersos agit) sic & Pal. tert. at quart. & Col. *transfusos.*

Non ire sed proiici) Apuleius de Mundo: *Horum pleraq; secularis credim, alia l ubi stare alia.* ad quæ videatur Vulcanius, addaturque intra cap. 14.

Capram vocat) Vulcanius noster Scholiis ad Apuleiũ de Mundo, sic fortasse dictas putat, quod instar caprarum barbulas quasdam dependentes habeant.

Quod commodissimum est) vltimum vocabulum *est* exulat Pal. quart. ac Col.

Quid dicet ille? satius erat) omisit vocẽ Muretus quæ in omnibus est mss. Fortunati. ii enim. *Quid dicet ille respondere satius erat.* olim etiam amplius, *Quid dicet illum respondere non posse.* Palat. tert. *Quid dicem illud respondere non posse satius erit.* Colon. *Quid dicet illum respondere. Satius erit.* Palatinus quartus, *quid dicet ille respondere. satius erit.*

Quid ita Aristoteles) Pal. tert. *quia ita.* quart. & Colon. *Quid itaq;* litera maiori.

Talis fuit forma eius) Pall. duo: *Talis enim fuit, &c.*

Nos quoq; vidimus non semel) mei tres: *Vidimus quoq; non semel.*

Flammam ingentis pilæ specie) sic Pal. tert. at reliqui non agnoscunt verbum *pilæ* habentque tantum, *flammam ingentis speciei.*

Vidimus cum de Seiano actum est) ita libri Fortunati. at Pal. tert. *Vidimus eo tempore quo de Seiano &c.* quart. *Vidimus eo tempore cum de Samano actum est.* Colon. *Vidimus eo tempore cum de Seiano.* sed illa, *eo tempore*, Fortunato glossam sapiunt.

Dices mihi. Ergo tu in tantis erroribus es) vox *Ergo* abest Pal. quart. at tert. vocula auctior: *Ergo & tu*: quod placet. Col. refert: *Dic mihi tu ergo in tantis &c.*

Deos mortium signa præmittere) ita & Col. & Palat. tert. nam quart. *mortium.* Fortunatus tradit antiqua sua exempl. habere *motuum*; & vtramque ait lectionem probabilem: istis namque signis tam *mortes* Principum, quã magni rerum *motus* denonciantur. vnde legimus apud Damascenum Cometas aliquando produci a Deo, vt mortem alicuius Principis denunciet. sic ille. ego *mortium* retinuerim.

Quod perire mundus sciat) ita mei omnes. at prius videtur Fortunato quod erat in suis libris, *quod perire mundus denunciet?* quamcuoque suscipimus lectionem, notandum me monitore *mundum* hic capi pro *cœlo.*

Erit aliud illi rei tempus) sic Erasmi editio. Manutii, nec non membranæ meæ omnes *illius.*

Ita complexa sint) Pal. tert. *implexa.* & fere malim.

Sed intra se pugnant) ita legi voluit ex suis Pincianus. Erasmi & Manutii editio, *inter se*; quod & est in Palat. tert. verum & quart. & Col. *sed interpugnant*; quod ego magis probauerim.

Et (vt ita dicam) strictus est) sic mei tres. Erasmi editio, *frictus est.* ex mss. nempe Fortunati, qui hoc commodius putabat. ipsa enim, inquit, lenis collisio tripsin ac confricationem quandam efficit. & ita quoque membranæ Nicotii ac Memmii.

Minora lumina excutiuntur) ita & Pal. tert. & Fortunatus, aere namque vehementius trito & vexato maiora, lenius vero collisio & fricto minora edi lumina certum est. Pal. quart. *maiora lumina.* Col. *maiora.*

Sine huiusmodi spectaculis) sic & Pall. duo. ut Colon. *specula*, quomodo & fuit in Pinciani exempp.

Maiore impetu pulsa fulmina. Aristoteles) ita Pinciani codices nisi quod ii, vt omnes mei, *impulsa.* aliæ editiones plura verba interserunt, hoc modo; *impulsa fulmina, sic quanto illas minus presserit, tanto leuiora fulmina emittunt. Aristoteles &c.* quæ omnia nusquam etiam in Col. aut Palat. quart. excepto quod ii; *impulsa fulmina emittunt.* at tert. *impulsa fulmina sic quanto illas minus presserit minores vel tanto leuiora fulmina emittunt.*

Varia & multa terrarũ orbis exspirat) ita & mei omn. & Pincianus; qui nihilominus corrigendum arbitratur, *terra corpuscula exspirant*, quoniã subiiciat auctor: *Necesse est ergo in magna copia corpusculorum quæ terra eiectans.* miror hercle cur isthæc mutet, cum idem sensus maneat restante scriptura altera.

Si terra omnis generis) ita & Pal. tert. at reliqui duo, nec non Memmii & Nicotii *terra*; vti & legendum ex suis scripsit Pincianus, additque melius forte legi posse, *omnigena*, quam *omnis generis.*

Non vnus, appareat) sic restituit ex mss. suis Fortunatus, neque abeunt Col. aut Palat. tert. solum quart. *non minus*, quomodo erat in olim vulgatis.

Stramenta sulphure aspersa) ita ex suis Fortunatus. exoleta editio, *fragmenta*, quod Fortunato non placebat: non enim inquit quæcunque fragmenta, sed arida stramenta, & id genus alia sulfure illita vel aspersa ignem attrahunt. nunc autem sarmentis sulfuratis ad hunc vsum passim vtuntur. vnde forsitan hic quoque rectius *sarmenta* quis legerit. sic Pannonius ille, cuius coniecturam recepit Manutii editio, Obsopœus, *ramenta* ex vet. libro Memmii. ego *stramenta* seruarim, cum & sic quoque extet in Pall. duobus & Col. expriunatque adeo Erasmi editio.

Intra nubes congregatam) sic legit ex suis Pincianus. aliæ editt. *inter*, quibus adhæret Pal. tert.

Ignes exsistere) Pal. quart. ac Col. *subsistere.*

Quæ non plurima ire) iidem, *plurimum ire.*

Quia sine fundamento sunt & sede certa) Fortunati codd. vt & Col. ac Pal. quart. vltimo loco collocant verbũ *sunt.* editio antiquissima, *creata sunt.* quod custodit Palat. tert.

Interdiu transferuntur) mei, *interdum.* quod & deinde exhibent Pall. duo, non etiam Col.

Nostra certe ætas) Pal. quart. ac Col. *Nostra quoq; ætas.*

Quod si signum ventorum est, ibi venti sunt) ita & Col. & Pal. quart. nam tert. *Quod ventorum signum est, ibi venti sunt.* Obsopœus mauult cum Memmii membranaceis *ventorum est. ibi est, vbi venti sunt*, denotari enim locum vbi faces fiant. sic intra de coronis: *Quod argumentum est, intra eam partem cæli has fieri coronas, intra quam venti quoq; solent.* equidem, cum idem denotet lectio vulgata, non eam temere sugillauerim.

In magna tempestate) Pal. quart. *Inde magna temp. &c.* tert. vero retinet *apparere quasi stellæ solent*, cuius sit in aliis, vti etiam vulgatis, *apparent quasi stellæ.*

Quæ sæpe fulminum more) ita Pal. tert. at malim, vti est in reliquis editt. *quæ sæpe fulminum modo*; neque aliter sane Col. aut adeo Pal. quart. nisi quod hic, *quia sæpe fulminum modo.* scilicet, *modo* idem notas quod *more.*

Et si minore vi mittuntur) legerim cum Col. Pal. quart. item Nicotii & Memmii codd. *sed si minore &c.* nam & Pal. tert. *sed si minore vi ferantur.*

Alii inter nubes eliduntur) Pal. tert. *Alii autem inter &c.* quart. *Alii in nubes eliduntur.* Col. *Alii in nubes elid.*

Ad exprimendum ignem) Pal. tert. vt & Memmianus ac Nicotianus, *ad exprimendos ignes.* quart. ac Col. *ad exprimendum ignes*, quod quis probare posset.

Quandoq; igitur) mei: *Quandoq; ergo.*

Vastorum imagines ignium] Pal. tert. *vasteres.*

CAPVT II.

Quæ sidera circumuenit] ita & Col. & Pall. duo. at Memmii & Nicotii *circumueniunt.*

Quem nos dicere coronam aptissime] Pal. tert. *apertissime.* Nicotii ac Memmii chirographi non habent pronomen *quem.* extat tamen in duobus meis reliquis.

Quemadmodum fieri dicatur] ita & Col. at Pal. tert. *Quæ quemad.* quart. nec non Mem. ac Nic. *Qua quemad.*

Aquam discedere] ita Palat. quart. alii duo *descendere*, quomodo & habent editi prius. putat Pincianus correctius lectum iri, *recedere*, vt paulo post, *recedere illum in circulos cogit.* prior lectio mihi satisfacit.

Et fieri primum] ita Manutii etiam & Erasmi editio, cui accedit Palat. tert. at alii mei, vt & omnes Pinciani, excludunt dictionem *fieri.*

Ex illi formam accipit] Col. *accepit*, vt Palat. tert. nam quart. ex it *in forãm accepit.*

In hunc modum percussus lumine, exibit] legerim, *hunc modum percussus lumine exhibet*: ita enim Pal. tert. & quart. nisi quod hic, *exhibet*, ille *exibet.* nam Col. *percussum lumine hunc modum exhibet.*

Nos autem non existimemus) ita Colon.& Pal. quart.at & Mẽmii ac Nicotii codd. *Non est autem quod existimemus.* Pal tert. *Non est autem vt exist.*

Quamuis cingere ea) ita & Palat. tert. alii duo *tangere*, qood & vetius putabat Pincianus, quia scilicet non modo *cingere* & *coronare* idem esse videretur, sed & *tangere* illud haberetur in mss suis, & ipse adeo auctor firmaret paulo post, *quam visus noster solita imbecillitate deceptus circa ipsum sidus putat positam.*

Ob aeris densi obscuritatem) sic mei omnes. quidam Pinciani, *ob aeris densitatem.*

Frequentissime autem austro, cum cœlum maxime graue & spissum est) Pal. tert. *frequentissime autem maxime cum cœlum austro graue & spissum est*; quart. *frequentissime autem flante austro cum cœlum maxime graue est & spissum.* & ita quoque Colon. nisi quod destituatur duabus vocibus, *autem flante.* si adstipularentur alia exemplaria, legerim. *frequentissime autem cum cœlum maxime austro graue est & spissum.*

Paulatim diluuntur) ita & mei; probatque Fortunatus contra eos qui ediderãt olim, *deuoluuntur. diluuntur* enim hoc est sensim & æqualiter dilabuntur euanescuntque in semetipsis, atq. vt Aristoteles ait, μαραίνονται, h.e. marcescunt, & distabescunt.

Nautici expectant) Pal. tert *nauta.*

Si enim a septentrione) ita corrigendum putauit Pincianus, iudicio suo tantum motus: Erasmi enim editio, *Si autem a sept.* quomodo seruant Col. ac Pal. quart. at tert. *Si a septentr.* quod & exhibet Manutii vetus editio.

Intra eam partem cœli has fieri coronas intra quam) ita legendum coniecit iterum Pincianus, cum mss. eius & mei habeant vtrobique, *inter*; Erasmi vero editio priore loco tantum.

Nisi stabili aere & pigro) ita Romana editio, exclusa voce quæ in omnibus impressis, & membranis, *& pigro vento.*

Et in aliquam faciem fingi) sic & Col. alii duo, *aliquam partem fingi*

Non enim formatur nec resistit) ita & Col. at Palat tert. vt & Nicotianus & Memmianus, *non enim resistit nec formatur.* Pal. quart. *non enim ferantur nisi resistat.*

Nunquam ergo vllum sidus) ita eleganter Erasmus. nã cum esset in mss. prioribusq; editt. *illud sidus*, varie se torsit Fortunatus; cum de nullo sidere certo priuatim sed de omnibus communiter loqueretur auctor. itaque placebat ei, *aliquod sidus.* quod & statim oggessit Manutii editio. meæ membranæ constanter seruant, *illud sidus.*

Nisi cum aer erit densus) ita & Pal. tert alii duo, *nisi cum apparebit densus.* Pinc. libri, *nisi cum parebit densus*, qua dictione, inquit, & Interpres Euangelistarum in Marco vsus est, & Martialis poeta, & in Orationibus Cicero.

Et aliquam alligatam aquam missus) ita haberi in vetustis exempp. prodidit Fortunatus, quamuis ipse pro *aqua stagnante* non satis apte dictum videri velit, *aquam alligatam* quod vt fateamur; at eleganter dici. pro immota, coactaque manu, negari non potest. sic & alibi Epist. 117. *Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam laterunculariam perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus.* malim tamen ego legeretur cum Col. meo, *aut alligatam aquam missus* nam & Memmii & Nicotii exempp. nec non Pall duo excludunt vocem *aliquam*, tantumque repræsentant *& alligatam &c.*

Et hoc idem non facit in flumine) ita & Erasmi editio. at Manutii, *at hoc quidem non facit &c.* quomodo etiam custodit Pal. quart nam Col *& hoc quidem non facit.* malim ego cum Pal. tert & duobus Memmii ac Nicotii; *at hoc idem non faciet in flumine.*

Idem ergo in aere euenit) sic veteres mss. Fortunati; quod illi visum genuinum magis, quam quod edidit Erasmus, *Et hoc idem in aere.* Pinciani libri, item Palat. quart. ac Col. habent: *Illud ergo in aere euenit.* tert. *Idem igitur in aere euenit.*

Non det sui potestatem) Pal. quart. *dat.*

Venientemq, formam exturbet) Pal. quart. *exturbat.* tert. *ven formam ex eo disturbet.* Fortunati codd. antiqui *ven. formam extinguat.*

Et in semetipsis euanuerint) Pal. tertio abest præpositio *in*: quartus habet *& in seipsis euan.* Memmii liber *& in se inet ipsa euan.*

Et otium & tranquillitas) ita & mei tres. at Fortunati codd. *& omnium tranquillitas*, quod & arripuit editio Erasmi. mihi quoque magis arridet, licet Pannonius ille, hanc quidem bonam indigitet, sed & illam non malam. porro notandum post verba ista haberi in aliis cusis sequentia ista: *& tunc aquam expecta*; quæ eiecta sunt ab Mureti libris; ideo fortan quod testaretur Fortunatus abesse ea membranis suis, annotaritque Erasmus ad otam, videri superesse. indico tamen ipse constanter ea exprimi a Col. meo & Pall. reliquis, quod dictum volui, vt liberum relinquatur lectoribus suspicari hic defectum aliquem de tertio coronarum statu; quod monuit Fortunatus. Coronæ enim, aut concerpuntur & dilacerantur, & tunc tempestatem, ventorumque variorum tumultum portendunt; aut paulatim diluuntur & euanescunt, quod pacati temperatique aeris indicium est; aut denique contumaces, neque discerptæ distrahuntur, neque marcefactæ in tabem resoluuntur, sed perpetuum quendam ductum seruant, & in sua natura procedunt. tuncque sine dubio illa peruicax crassæ nubis densitas aquam prænunciat. quæ sententia est Aristotelis Meteor. 3 cap. 3.

Cum ab vna parte cesserunt) ita legendum putabat Pincianus, nisi quod ipse, *cesserint.* editt. aliæ, *Cũ ad vnam partem cesserunt*, quomodo & Col. & Pal. tert. excepto quod is, *cesserunt.* at quart. *Cum ad vnam partem conserunt.* retinuerim lectionem receptam.

Vnde finduntur) est a coniectura Fortunati, quam & in contextum admisit Erasmus, vt & Manutius, exclusa tamẽ altera voce quam Fortunatus ex suis adducebat, *nubes* mss. enim eius. *vnde funduntur nubes*; quæ nusquam tamen in meis; quorum Pall. duo. *funduntur.* Col *fundantur.*

Apparet temperatum esse aera & sic placidum) vox *apparet* abest. Pal. tert. reliquis duobus absunt omnia, nec nõ sequentia ista; *Si ab vna parte intercisa est*: quod apparet vitium esse exscriptorum, lineam vnam transilientium quã vnum & idem inchoaret verbum. Fortunatus, illa *& sic placidum*, adulterina arbitratur, exque Senecæ familia procul amandat. tolerari tamen posse putat Erasmus, si legamus, *& placidum*, imo adeo consistere, *& sic placidum*, vt intelligamus ideo placidum quia temperatus est.

Et concerpta) Col. *& circumcerpta.*

Futura tempestas & ventorum prælium apparet) scripserim auctoritate mei Col. & Pal. quart *futura tempestas ventorum plurium apparet.* nam & alioqui Pal. tert. exhibet *apparet futura tempestas ventorum plurimum* quid, quod scriptura illam primam omnes damnent editiones. itaque suum sibi auferat figmentum Romana editio.

Interdiu raro] sic ex suis reposuit Pinc neque aliter Manotii editio. Erasmus præposuerat *& interdiu raro*; quod nec vsquam etiam in meis. Palat. tamen tert. habet, *in his diu raro.*

Et aer ipse agitatus] sic solum Palat. tert. reliquis abest pronomen *ipse.*

Et ideo a circumposito aere facilius sustinetur] sic reponendum voluit Fortunatus, contra omnes mss. & meos & suos, in quibus. *& ideo quia facilis a circumposito aere facilius sustinetur.* putabat enim illud, *quia facilis*, glossema imperiti hominis, particulam *ideo*, interpretantis; cum nihilominus, non *quia facilis*, sed *quia incertior est*, apponendum esset.

Quod sidera cætera infirma sunt) ita Mureti editio. Erasmi amplius, *eo quod sidera &c.* sicuti etiã est in Pal. quart. ac Col. at tert. & Memmianus ac Nicotianus, *Æque sidera cætera*, quod probat Obsopœus, sicque etiam pridem legendum prodiderat ex Aristotele Fortunatus. nam sicut Lunæ inertior vis non potest exagitare neque dissoluere circumpositum aerem qui coronas accepto lumine efficiat, ita & aliorum siderum, quorum æque infirma vis est ad dissoluendum.

Ac minus cadente versatur] sic Coloniensis, ac Palat. quart at inuersis literis tert. *cad seruatur*, quod erat quoque in Memmii libro, probabatque Obsopœus.

Has nectibus temperatura contingit] ita volebat ex

suis

suis Fortunatus, vt esset *κράσις* non *ἐγκράτεια* siue *συμφύρησις*. neque aliter Col aut Pal. quart. attamen tert. *temperantia*, vti & vetuste cusi.

Cum sidera conlectum aeru) sic Mureti editio. aliæ, *consectum*, quod & exhibet Col. nam Pal. quart. *consectu*. tertius *circumsectum*, quod & probabat Oplopœus, cui & sic restaret in Memmiano & Nicotiano.

Luce lenis) Pal. tert. *lenis*.

CAPVT III.

At contra arcus) ita & Pal tert. at reliqui, *Et contra*. Pincianus, *E contra*.

Nisi admodum rare] malim eum Pal. tert *aut adm raro*.

Arcus discolores efficiunt) Col. ac Pal. quart. *arcus discolores accipiunt* tert vtrumq; repræsentat, *efficiunt vel accipiunt*. equidem fere est vt excludam illud *efficiunt*, recipiamque *accipiunt*.

Alternis lucem vmbramq;) ita legendum dixit Fortunatus mss. mei *alternis*.

Illam mirabilem arcus varietatem] ita solum Pal. tert. alii duo, *arcus repræsentationem*, quod & probauit e suis Pincianus, quoniam sequeretur, *quasi sparsa contra solem oblique positum faciem arcus repræsentat*. malim ego quod vulgatur.

Et vestimenta ridiculis deducta] ita quidem editio Mureti, quod tamen haud facile admiserim. E aliis enim editio, *& vest. rondiculis ded.* quomodo etiam aperte Pal tert. nam reliqui duo, *& vest crodederes deducta*. quod cum & offendisset in suis Pincianus, legendum arbitratus est, *crateculis* siue *clatriculis*.

In humore esse ne dubitaueris) alii edit *non dubit*. sicuti & mss. Pinciani, qui prodit insuper, omnes membranas suas habere *in arcu esse*, sed id tamen non probare & hercle *in arcu esse*, restat in Pal. quart. ac Col. tertius tamen seruat, *in humorem esse non dub.*

Pars obscurior fit quæ excludit) Pal. tert. *excludit*.

Poterat enim verum videri] est a temeraria Mureti, vt puto, interpolatione. reliquæ enim editiones, *poterat enim vmbra & lux causa videri*, neque aliter mss. mei, nisi quod Col. *vmbra & lux tam videri*. quod quilibet videt natum ex compendiaria scribendi ratione *ca*.

Duos tantum habet colores] ita legebat ex suis Fortunatus. nec secus mei olim cusi excludebant vocem *tantum*, quod arbitrabatur factum a Theologis Pannonius ille, quorum opinio est, arcum duos habere colores tantum, cæruleum & igneum, hisque duo exprimi iudicia hoc igneum quod futurum est, illo, aquæ quod præteriit. atque ideo cæruleum extrinsecus, introrsus igneum duci. quasi vero non eundem ductum colorum ante aquarum eluuiem a condito æuo arcus habuerit. illud verum est, arcum duos tantum habere colores, intensum scilicet & remissum, sed hic iterum innumeros incertos, ille tres certissimos complectitur; primum puniceum seu rubeum, secundum ostrinum seu purpureum, tertium cæruleum seu viridem, qui idem cyaneus & prasinus dicitur. hinc & Aristoteles arcum vtrumque triplici colorum varietate apparere dicit: διὸ καὶ ἡ ἶρις τριχρὼς φαίνεται, &c.

Et si ex lumine vmbraq; constaret) & hoc est a Mureto. prius enim editi & membranæ omnes, *& sic ex lum. &c.* nisi quod Pal. quart *sit ex lumine, &c.*

Sed nunc diuersi videantur) Pal. tert. *dimsi*.

Vt an dissimiles colores sint) sic Fortunatus & Pal. quart. nam tert *vt aut diss.* Col. *vt autem dissimiles sint* sine voce, *colores*. ¶ *A simillimis cœpit in dissimilia*] Pal quart. *& in diss.* tert. *a simillimo cepit. in dissimillimo desinit*. ¶ *Quidam item existimant arcum fieri: dicunt in ea parte, &c.*) ita exoleta editio, & Pal. tert. quart. at Fortunatus legendum putabat cum vetustis exempp. *Qui item existimant arcum fieri, dicunt, &c.* vt de opinione eorundem loquatur auctor qui prius arcum vmbræ lucisque temperatura fieri, ponatque hic rationem qua suam tuentur sententiam. & vero hanc scripturam etiam recepit Erasmus. est in Col. nico. *Quidam existimant circum fieri, dicunt in ea parte*. in Memmii *Quidam item existimant arcum fieri: in ea parte*, sine vocula, *dicunt*.

Et in præceps transeuntes] ita & mei tres. Memmii liber, *& in præceps euntes*.

Multarum imaginum solis confusionem) editt. aliæ, omniaque exempp. mss. *confusiones*.

Stagnum non habebit nisi vnam] Col. ac Palat quart *stagnum & non hab. &c.* tert. *stagnum non amplius habebit quam vnam*.

Circumscripta leuitas & circumdata) ita & Col. ac Pal. quart. at tert. amplius, *circ. leuitas vel planities & circumdata* quas interiectas voces eiecit vetuste cusis Fortunatus ex vett. libris suis, tanquam superuacaneas, neque ad sensum magnopere pertinentes. addit tamen, posse defendi, quoniam leuia & complanata imagini reddendæ apta.

Inseritis parietibus diuide) ita quidem Romana editio, sed contra exemplaria antiquitus enim impressi interiecta habent, *insertis parietibus in plures diuide*; neque aliter etiam Erasmus, aut Pal. tert. & Col. licet displicuisset Fortunato, qui e suis scriptis malebat, *in plures diuide*, reiectis illis *parietibus*. nam, inquit, piscina quocumque modo diuidatur nihil refert. & verum est itaque reiecerim potius illa *insertis parietibus*, & receperim eorum loco, *in plures diuide*; præcipue cum Fortunatianis codd. adstipulentur & membranæ vnæ bibliothecæ Palatinæ & Nicotianæ.

Quam exiguus sit humor aut lacus) ita mei omnes. habet tamen Pincianus suasu codd. suorum inuertamus verba. *quam exiguus sit lacus aut humor*. vnde fit vt plane suspicer legendum eiecto altero, *aut lacus*, tantum *quam exiguus sit humor*.

Si circumscriptus est, ita & mei, excepto Pal. tert. qui, *si determinatus est*.

Totidem solis facies habent) Col *quotidem*.

Quibus singula distant) ita omnes meæ. at Memmii liber, *singula*, quod ad *facies solis*, refert Oplopœus.

Aristoteles idem indicat) sic Pal tert. at quart ac Colon. *Aristoteles indicat*, sine voce *idem*. ¶ *Vbi vero habes*; Col. ac Pal quart. *vbi ergo habes*. sed alterum erat in tert. item omnibus Fortunati. ¶ *Infirma vis oculorum, &c.*) eam de quodam historiam narrat, eiusque euentus hanc quoque rationem reddit Aristoteles lib. 3 Meteorol. sed valde infirma mihi videtur. quoniam infiniti prope sunt, qui videndi imbecillitate cuiuslibet gradus laborant. neque tamen simile quicquam ipsis contingit. præterea imagines in aere repræsentatæ cum sint tenues, solum ab acuto visu discerni posse videntur: propterea id lyncei ceruario, perspicacissimo animali tribuunt, vt expressas in aere imagines discernat. accedit his, aerem continuo agitari, ob quod necessarium est, vt imagines discindantur, ac propterea conspici etiam ab oculatissimo nequeant. itaque hunc euentum illius potius ad corruptæ imaginationis vitium ego sane retulerim. siquidem scribit Galenus 1. de Sympt. caussis cap. 2. aliquibus interdum humores ante oculos apparere, quos qui habent, idolum quoddam se videre in aere imaginantur. atque id cum dicat euenire vt plurimum a somno surgentibus, pueris atq; ebriis, monstrat etiam vigilantibus ac sobriis euenire posse, sed quam rarissime, vt huic etiam casus raritas consentiat. hæc sententia eo magis confirmatur, quod si Antipheron fuit ille, vt putarunt Alexander & Olympiodorus, cuius meminit Aristoteles lib. de Memoria & remin. (siue fuerit Oritanus siue Tarentinus) is profecto corruptæ imaginationis erat, vt potuerit instar ebriorum, idolum proprium in aere se videre imaginari. Sextus Empiricus lib 1 Hypot ca. 14 Aristotelem ait cuiusdã *Thasii* meminisse, qui hominis imaginem perpetuo seipsum antecedere dicebat. num is fuerit de quo supra locutus sum, etsi compertum non sit, puto tamen eundem fuisse, vt simul hoc testimonio conuincar in 3 Meteorol. intelligendum esse, virum non propriam, sed aliam quampiam imaginem aspicere consueuisse hæc fere Mercurialis lib. 5 cap 7. Variar. lect.

In his omnis) sic Mureti editio contra alias omnes nec non mss. meos, in quibus verbum amplius, *in his facit omnis* sic quoque fuisse in Fortunati scriptis. inde liquet, quod cum suo æuo legeretur, *in his facit omnis aqua*, vocem *aqua* otiosam dixerit ac molestam. sensum enim esse, visum qualemcunque a denso, infirmiorem vero ab omni aere refici.

Visum aestrum nobis remittit, qui crassior est) manauit hæc lectio a coniectura Fortunati. nam cum inuenisset in libris suis, *remittit. itaq; quia crassior est, &c.* nos, inquit, nisi, *ita qui crassior est*, separatim & expuncto illo verbo, *quia*. legerimus, aliquid in ipso sensu desideremus necesse est; vel quod magis placet, a superiori continuo sensu verba hoc modo repetenda sunt; *visum nostrum nobis remittit qui crassior est, &c.* hancque veram lectionem crediderim. sic ille. est in Colon. *visum nostrum remittit. Itaq; crassior est.* Pal. tert. accedit libris scriptis Fortunati, nisi quod destituatur voce, *aestrum*. at quart. *visum aestrum a ebu aqua remittit itaq; quia crassior est.*

Vt & hæc quæ proposuisti) ita Fortunati codd. & Pal. tert. nam quart. *proposui* Colon. vero, *Et hæc quæ proposui vt.*

Quem toto orbe terrarum maiorem) ita & mei tres, nisi quod Colon *quemquem toto.* Memmii codex, *quem terrarum orbe maiorem*, omisso *toto*.

Ingenti spatio intuentibus) impressi omnes & mss. præponunt, *& ingenti* recte.

Roscida & caua) Coloniensis, *rorida*. Palatinus quartus, *cana*.

Aut sustulit, contrario motu) ita mss. mei tres. Memmii ille vnus. *aut sustulit in contrarium motu*. putatque Opsopœus quocumque modo legamus, peregrina videri & a nasuto astrologo assuta tam illa, *contrario motu*, quam hæc, *in contrarium motu*. quod mihi secus est, retineturque vulgatum. nam id hic omnino requiri satis prodit quod sequitur; *Illo enim descendente*. iis quippe vocibus sublatis, non habet cui adplicetur.

Illo enim descendente) Palatinus tertius, *Ille tibi discedente*.

Qua non ex recto) Palatinus quartus, ac Coloniensis, *qua non erecto*. prior scriptura defenditur a tertio.

Quam quia pars coloris a sole est, pars a nube illa) ita legendum diuinauit optimus Criticorum Erasmus. cum enim haberet primitus culta lectio, *quam quia pars coloris sole est sparsa nubes nulla*, nihilque variarent mss. Fortunati, nisi quod referrent *nube nulla* pro *nubes illa*; ipse vero emendaret, *quam quia pars coloris sole est sparsa, pars nube illa*; addidit Erasmus hactenus suffragari huic coniecturæ Fortunati, quod Britannicum exemplar pro *nubes* haberet, in *nube*: ipsi autem probabilius videbatur, *pars a*, scribæ culpa mutatum in *sparsa*, vt hæc fuerit germana lectio; *quam quia pars coloris a sole est, pars a nube illa*. est in Col. meo, *quam quia paris coloris solis est sparsa nube nulla*. Pal. tert. *quam quia pars coloris sole enim sparsa nube illa*. quart. *quam quia pars coloris sole, & sparsa nube nulla*.

Interest quamdiu macerata sit) sic Palat. tert. atquart. Colon. omnesque editt. *Interest quantum mac.* quod malim.

An aquatius traxerit) ita legendum monuit & Ludouicus Cælius lib. 22. cap. 28. Lect. antiq. & Fortunatus hic, hoc est, lenius, liquidius ac dilutius traxerit medicamentum. vnde Plinius, *aquari, hoc est, dilui centenas quinquagenas medicaminis libras singulis aqua amphoris solitum institumq; fuisse* auctor est. & *vinum aquatius* dictum Hieronymo. priores editt. habebant *arcus aquarius traxerit*, quibus accedit Pal. tert. at quartus tamen retinet illud *an aquatius*, neque abit Col. nisi quod ille, *aquantius*.

Aliusex obtuso) Col *obtenso*.

Vaga inquisitio est] sic & mei omnes. Pinciani, *vana*.

Nec ita nubilo, vt sol lateat) Col. *nec nubilo, ita sol latet*. Pal. tert. *nec nubilo ita vt sol lateat*. quart. *nec nubilo, ita si sol latet*.

CAPVT IV.

Iam illud accedit) mss. mei & impressi omnes: *Iam nunc illud accedit*; quod reuocabimus ne videatur datum Mureto vitæ ius ac necis sine caussæ cognitione.

Quod apparet, ex altera quod ostendit) Col. & Pal. tert. *quod ostendere*, item tertius, omnesq; adeo illa, *Quod ostendere*, annexa volunt sequentibus.

A geometris adferuntur) Colon. *auferuntur*. Pal. quart. *feruntur*, quod malim.

Ob vitium figuramq; speculi) vox *speculi* abest Palatino quarto.

Nos interim tentemus alias probationes. Inter argumenta) ita Romana editio, arrogantis sane confidentia. nam Manutii cassa editio, *Nos interim repetemus alias probationes, quæ de Platone legi possunt. Inter, &c.* nec aliter Erasmus, nisi quod notet ad oram, pro *repetemus*, legi alias, *tentemus*. Pincianus postea extitit, qui indicaret mss. suos habere non *Platone*, sed *paulo*: itaque legere se, *speculo* recipere autem *legi* pro *colligi*, quod mox in textum recepit Curio Secundus aliique veruecesenm secuti. & vero Pal. tert. exhibet; *Nos interim temptemus alias prob. quæ de Platone legi possunt*, sed extat in aliis duobus & *repetemus*, & *paulo*. vt non inuitus accedam ad scripturam quam eruit probatque ex Memmii libro Opsopœus, *Nos interim tentemus alias probationes quæ de plano legi possunt. Inter, &c.* id est faciles & quarum manifestas. audaci hercle metaphora. & quæ forte respexit ad illud Caligulæ factum de quo loquitur Tranquillus cap. 41. *Huiusmodi vectigalibus indictis neq; propositis, cum per ignorantiam scripturæ multa commissa fierent, tandem flagitante populo proposuit quidem legem, sed & minutissimis literis, & angustissimo loco; vti ne cui describere liceret.* id enim omnino præter morem; qui volebat vt Edicta aliaque id genus, in celeberrimis locis atque vbi *de plano* ab omnibus legi possent proponerentur l. 27. de hæretic Cod Th. l. 11. §. proscribere ff. de institor. & fragmentorum æneæ tabulæ, EX. EA. DIE. QVA. TRIBVTVS. FACTVS. ERIT. APVD. FORVM. PALAM. VBEI. DE. PLANO. RECTE. LEGI. POSSETVR. PROSCRIB. .... quibus & allusit Ausonius gratiarum actione ad Gratianum: *Has ego literas tuas si in omnibus pilis atq; porticibus, vnde de plano legi possint, instar edicti, pendere mandauero, nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginæ libellorum?*

Igneum enim variumq; ac) ita & Colon. & Palat. quart. at tert. *Ingens*, quomodo & fuit in Memmii libro, quod cum Opsopœo probabimus. *arcus* enim non est *igneum corpus*, sed *ingens*. Virgilius

— *& bibit ingens*

Arcus.

Et aqua celeriter] ita legi voluit Fortunatus. Colon. ac Pal. quart. *& aqua* tert. *& quam cel.*

Quam a speculo imago) est a coniectura Pinciani; quamque nunc probat Palatinus meus tertius, aliæ editt. nec non reliqui mei, *a speculo quam imago*.

Et quale genus) Colon. ac Pal. quart. *ad quale*. tert. *etiam quale*. quod probauerim.

Quod talem solis imaginem) excusi prius, *soli*. Pal. tert. ac Colon. *quod talem sibi imag.* quartus, *quod talem solis sibi imag.*

Secta pila pars) Pal. tert. *recta*.

Vniuersi a te videbuntur, propiores tibi quam speculo] est a Fortunati coniectura. mss. enim eius *priores*, quod & expressit editio Erasmi. exoletæ vero habebant, *vniu. a te vid. priores tibi quam a speculo*, quod & restat in meo Colon. item Pall. duobus, nisi quod in alio verborum positus *vniuersi tibi videbuntur priores a te quam a speculo*. Memmii codex & Nicotii; *vniuersi tibi videbuntur & priores a te quam a speculo*, nisi quod alter *ante*, omissa etiam copula, *&*.

Vt solis imago a nube discedat] ita & Pal. tert. sed alii, *a latere disc.* quomodo & remanet in Erasmi mss. atque editis & omnibus etiam Fortunati.

Priorque nobis fit) ita & mei. mallet tamen Fortunatus, *propior*.

CAPVT V.

Contra hæc illa dicuntur] Pal. quart. *Contra hæc quæ dicuntur*. restat tamen lectio altera in duobus aliis.

In his simulacra] mei *in illis*

Et in se rursus reflexa) Palat. tert. *inflexa*: reliqui, *deflexa* quod & est in editis ab Erasmo. prior tamen lectio extat in Manutii libris.

Similis debet a speculo reddi) Palatinus tertius, *similis reddi debet a simili*. Colon *similis e speculo debet reddi*. Pincianus opinabatur scribendum, *solis imago de nube vt speculo redditur*.

Quidnam

Quidnam est tam dissimile] Palat. tert. *Quid autem est, &c.*

In quo neque color, neque figura solis, neque magnitudo apparet; Palat. tert. *in quo neque figura solis, neque color, neque, &c.* alii duo, *in quo neque color neque magnitudo apparet*, aliis exclusis.

Arcus enim longior amplior que est] vox *enim* est a mss Pinciani, abest tamen Fortunati & Erasmi, nec non Colon. ac Palat. quart. nam tert. *Arcus longe amplior est.*

Ceteris vero coloribus diversus] ita & Pall. duo. at Colon. *ceteris coloribus non diversus*. Pinc. codd. *cet. vero color. diversis.*

Speculum aeris comparare) ita Pall. duo & Fortunatiani libri at Colon. meus, *speculum alius comp* quod & fuit in veterrimis editt.

Atqui nulla nubes) ita voluit reponi ex suis Fortunatus, neque aliter Pall. duo. cassa editio & Colon. *nulla nubes.*

Habet enim quaedam; ita Manutii vetus editio, at Erasmi, aliorumque nec non mss. mei tres, *Habent.*

Nec aquam quidem habet nubes] cusi omnes ante Muretum, nec non mss. mei, *habent.*

Non coibunt; Colon. *non introibunt.*

Caeterum illam non confundunt] ita & Palat. tert. at alii duo, nec non Fortunati omnes, *non contrahunt*, qui vtramque rectam ait. ego priorem pro meliore tenuerim.

Arcus vno circumscriptus] Memmii codex. *Arcus autem vno circumscriptus*. Palat tert. *Arcus autem vno circumseptus* quart. ac Erasmi editio aliaeque, *Ergo arcus vno circumscriptus*. Colon. stat pro recepta lectione; item mss. Pinciani.

Quid ergo non & aqua] omissa est vox, quae in omnibus impressis & mss. *Quid ergo inquit non, &c.*

Et aqua rupta ita ex suis Fortunatus, neque secus vterque Palatinus exoletae editt. ac Colon. *ex aqua rupta.*

Et ore excussa) ita quidem Mureti editio; at ea priores, omnesque adeo mss. *& remo excussa*, quod hercle restituendum; nam & ea aqua repraesentat colores Iridis. Palat. quart. corrupte habebat *& remote excussa.*

Alioquin vt ait Nero] ita & Palat. tert. verum duo alii, *aliquo modo vt ait Nero* & poetam *Neronem* fuisse prodit quoque Plinius lib. 37. Martialis lib. 8. & 9. Tacitus lib. 14. Annalium, & ibi Lipsius.

Colla Cytheriaca splendent) ita & Palat. tert. quomodo & ex vetustis codd. rescribendum duxit Fortunatus, item ante eum Lud. Caelius lib. 17. cap. 7. Lect. antiq. licet, inquit ille, syllabae mensus non nihil refragetur. nam Ouidius lib. 15. Metam. *Armigerumque Iouis Cythereiadasque columbas.* sic ipse. prius legebatur *Tiberiaca*, quod & restat in Colon. meo at Palat. quart. *cycerdce.*

Specula eiusmodi plumas) ita restituit, inuitis exempp. mss. quae *plumas habebant*, Fortunatus, & vero prior quoque lectio dilerte in Palat. tert. alii tamen duo alteram seruant.

Diuersam speculis naturam) Palat. quart. *speculi.*

Cutem suam variant humore suffuso, ita Palat. quart. at Erasmi editio *diffuso*, quod & in Palat tert. malebatque Fortunatus, cuius libri, *suffusa*. verum Colon. *suffusam*, quomodo corrigendum ex vett. suis monuit Pincianus.

Hac diuersis temere] Palat. tert. ac quart. *haec a diuersis*, sed scribendum cum alio meo nec non Fortunati Erasmique mss. *hae diuersis*, pronomen enim id refertur ad vocem, *nubes.*

Videmus ortu solis partem quandam caeli rubere; videmus nubes aliquando ignei coloris) ita omnino mei tres, nisi quod Colon *nubes quandoque*. at vero Fortunati solum habent, *videmus nubes aliquando ignei coloris*, eiecto membro priore. *videmus ortu solis partem quandam caeli rubere*; subdubitatque an illud huc pertineat, & non potuerit ab aliquo studioso pro exemplo in margine scriptum, ab ignaro librario pro verbis auctoris adscriptum fuisse in contextum. eiusdem sententiae est Opsopoeus, qui eadem abesse dicit libro Nicotiano. cur enim inquit, ortu solis caelum rubere diceret, & non etiam occasu? item quomodo stabunt proxima verba, quomodo hunc colorem venum accipiunt. ego hic temere nihil mutauerim contra membranarum mearum concordem scripturam, cum & ab eis stent etiam chirographi codd. quibus vsus est Erasmus. rationem quare, petat cui tanti est a me lib. 4. cap. 6. Opinionum.

Modo, inquit, inter) est a mss Pinciani, neque aliter Colon. aut Palat. quart. Erasmi enim, *inquis*, vt & Palat. tert.

Hoc, inquit, commune nobis est) ita Erasmi editio, at Fortunati vt & Colon. ac Palat quart. loco horum verborum habent. *Hac inquam quaestio nobiscum est*. Palat. tert. *Hac inquid quaestio nobis est.*

Ita solis ad hoc opus est radiorum idoneus ictus) ita quidem Mureti editio, sed insigni hercle impudentia. omisit enim aliquam multa verba quae in omnibus extant libris. certe habet Palat. meus tert. *ita sol ad hoc apte ponendus est. non enim idem facit si vndique effulsit, & ad hoc opus est radiorum idoneus ictus*; quartus vero, vt & Colon. *ita sol ad hoc apte ponendus est. non enim idem facit si vndique effulsit, & ad hoc opus est radiorum idonea locatio*. at enim amplius adhuc Manutii editio nec non Erasmi, *ita sol ad hoc apte ponendus est, sic, vt nubes infici possit. non enim idem facit si vndique fulsit, & ad hoc opus est radiorum idonea locatio*. neque aliter fuit in libris Fortunati, vti ipse prodit in annotationibus suis ad hunc locum, dum male ait alibi legi, *radiorum idoneus locus*. si quis quaerit, quid tu ad haec? dicam agnoscere me adsuta nescio quae glossemata, sed tamen non fuisse Mureti, non esse cuiusquam viuentis, ita dissimulanter & nullo prolato mss, introducere aliam a recepta lectionem.

Effice iudicant visum) ita Pinc. codd. & Colon ac Palat. quart. nam tert. vt & edidit Erasmus praeponit, *talem effice, &c.*

Et videretur eo manifestius) ita Fortunati codd. & Palat. tert nam quart *& inferretur*. Col. *& viseretur*; quod vltimum malim. nam & cusi auorum aeuo, *vt viseretur* habebant non *& videretur.*

Cum in vicino est) ita quidem editus a Mureto, at omnes cusi nec non calamo exarati amplius, *cum e vicino est venturu.*

Atqui, quamuis ipsa non videatur, est: ergo & color. Ita non est argumentum falsi coloris; quia idem apparere, &c.) sic Erasmi editio, secuta scilicet coniecturam Fortunati ita legendum arbitrantis, nisi quod is, *quod idem*. antea edebatur: *Atqui quamuis ipsa non videatur est. ergo & color. Ita non est, ergo & color, argumentum falsi coloris qui dum apparet*, quomodo nulla litera minus Col. meus; item Pal. tert. nisi quod is interpungat. *Ergo & color ita non est est. Ergo & color*. quartus repraesentat *non videatur, est ergo & color argumentum falsi coloris, qui dum apparere*. Fortunati codices habuerant quidem illa, *Ergo & color*, sed tamen iidem seruabant, *quidem apparere.*

Nil enim sole esse suffectum) ita editi omnes & Pall. duo. nam Colon. *esse confectum*. at Caelius lib. 9. cap. 10. lect. antiq. videtur hic legisse *suffertam*. interpretatur sane, *interfusam aut illustratam*, adduci tque vt explicet illud Tranquilli de Nerone: *si paululum subsedisset, aliquid se suffertò tinniturum Graeco sermone promisit*. vult enim illud notare, quippiam paulo plenius & succulentius qui videatur.

Colorem illum immixtum esse) ita & meae membranae tres. at Memmii & Nicotii *inustum esse*. ¶ *Quia quem optimum habet*) Pal. tert. *quia que obtusum habet*. quart. *quia que optem habet*. Colon *quia quae optimum habet.*

Non quomodocumque explicetur) Palat. tert. *explicentur*. quart. *non quocumque explicetur* Colon *non quacumque explicitur*. ¶ *Partis e pila secta*) Memmii liber ac Nicotii, *secta*. Palat tert. *partis & pila secta*. quart. & Colon. *partis pila secta.*

Qui argumentis) ita reposuit Fortunatus, neque aliter Palat. tert. ac quart. nam Colon. vt & olim cusi, *argumentum.*

Ad verum specula respondent) est a coniectura Pinciani. sic & infra, inquit; *Si liceret mihi ad verum ista perducerem*. etus enim scripti omnes, nec non mei tres, publicatique prius, *aduersus specula resp* & vero illud hic suum obtineat malim locum, quam alterum istud nulla subnixum manuscripti fide. suspicari tamen quis posset forsan fuisse, *aduersis specula resp.*

Corruptam faciem visentium reddunt.] ita Erasmi editio, at Fortunati, item Pall. duo *corrupta, vt faciem visentium reddant*. Col. *corruptas, vt faciem vis reddant.*

Sunt quæ torqueant vel inuertant.] ita & Erasmi. at Fortunati. *& euertant*, vt & Col. nam Pal. quart. *& auertant*. tert. *sunt quæ detorqueant & vertant.*

Eiusce modi speculum] mei, *eiusmodi.*

Capvt VI.

Et bibit ingens arcus, vt ait Virgilius noster, cum adueniat imber] est ab sublesta Fortunati coniectura, sic transponentis verba. mss. enim eius necnon Col. ac Palat. tert. *vt ait Virgilius noster, & bibit ingens arcus, cum adueniat imber*. ad quæ Fortunatus: inepte, inquit, mihi videtur Seneca (pace tanti auctoris dixerim) vti hic auctoritate & testimonio Virgilii, ad ostendendum arcum nunquam dimidio circulo maiorem, vel etiam esse minorem sole altiore. nisi forte corruptus locus sit, cum Virgilius inter signa pluuiarum & tempestatis, arcum simpliciter referat, ita vt nihil intersit maior minorve sit, cum æque tempestatum vel etiam serenitatum index sit: nec illud verbum, *bibit*, humiliorem arcum indicat, vt aliqui frigide & inepte meo iudicio existimant; cum arcum communiter, nullo respectu ad hoc maior minorve sit, ἀναῤῥοφεῖν, h. e. sorbere & haurire flumina Græci dicant. vnde & tauri caput illi fabulæ appingunt. hoc itaque verbo illo, *bibit*, expressisse Virgilium scientissimum omnium rerum vatem certum est. quo verbo & Plautus vtitur, anum lenam multibibam atque merobibam vas vini exiccantem facete salseque *arcum* appellans:

Ecce autem, bibit arcus, pluet credo hercle hodie.

præterea nihil iuuerit Senecam, etiamsi illud verbum humilem arcum ostendet, cum de sole altiore nulla apud Virgilium præcesserit mentio. Aut ergo Seneca hoc loco ineptus est, aut conuulsum & truncatum locum esse necesse est. quod equidem magis credo. nam cum & Senecæ verba sequentia arcum minari tempestatem indicent, abrupte & imperfecte, tanquam prius facta aliqua tempestatum mentione, adducor vt credam tale aliquid superius deficere, *Arcus etiam tempestates minatur, vt ait Virgilius noster*. vel, *Arcus tempestatum quoque minas adfert*. vel sic, *Arcus pluuiarum quoque signa mittit*, vel id genus simile aliquid. hoc modo, singula singulis consonarent, neque Virgilii testimonium absurde aduocaretur. sed & quod mox sequitur, *cum adueniat imber*, suppositium esse videtur, cum nec Virgilii sit, nec Senecæ conueniat; quippe quod sensum turbet. quod si nihil deest, tunc verborum ordo immutatus est, legendumque, *& bibit ingens Arcus, vt ait Virgilius noster, cum adueniat imber*. sed adhuc dura & inepta videbitur a superiori transitio. hactenus Fortunatus, quem ego non iuuo, nisi hoc habere videlicet Palat. quartum hæc omnia: *quo nihil est solus arcus in ventos aut pluuias aut serenum significat, vt ait Virgilius noster, & bibit ingens arcus, cum adueniat imber.*

Rorabit. & leniter implicet.] ita Fortunati editio atque Erasmi: at monet Pincianus exempp. sua omnia referre *tonabit*, quod & ego testor de meis tribus.

In portentosam magnitudinem) Colon. *importentuosam magn*. Pal. tert. *inportentuosa magnitudine* quart. *importuosam magn.* scriptum voluerunt, *in portentuosam magnitudinem.*

Nisi orbi redditur] ita & Pal. quart. at vero tert. *vbi orbis redd.* Colon. *nisi orbis redd.*

Vnde fit ille color varius) ita editio Erasmi, verum Fortunati, *illi*, cui adhærent membranæ meæ omnes.

A quo fateris illi colorem dari) Manutii editio cui præfuit Fortunatus, item scriptus Nicotii, vt & Col. meus ac Pal. quart. *a quo cum fateris*, quod placet. meus tert. *a quo cum tu quoque fatearis, &c.* quomodo etiam & chirographus Memmii liber.

Siue videtur in sole, tu non, &c.] ita quidem Romana editio, sed omnes aliæ, quibus accedunt mss. mei, *siue videtur in sole est, tu non, &c.*

Quare subito desinat.) & sic quoque Mureti editio contra alias quascumque & mss. meos, in quibus, *quare color ille subito desinat.*

Paulatim discutiantur) ita & mei & Fortunati codd. ante fuit *excutiantur*. male.

Quod non per partes firmitur quod apparet.) videtur esse in Col. meo, *quando apparet*, neque displicet.

Quam componitur) ita quidem Mureti editio; at aliæ ante eam, *quam ponitur*, quomodo & Fortunati codd. mss. & mei tres, item Nicotii ac Memmii. id itaque reuocandum.

Non est propria in ista nube.] ita & Col. & Pal. quart. sed tert. vt & Memmianus ac Nicotianus, *Non est ergo propria, &c.*

Sed mendacium, & sine re similitudo] ita editio Mureti, at priores omnes, *sed mendax est sine re, &c.* mei scripti, *sed mendacium est, sine re simul.*

Huius varietas peribit.] Pal. tert. *hu. var. interibit*. quart. *ista var peribit*. Col. *istius var peribit.*

At maior est aliquanto] ita scribendum putauit Fortunatus, neque aliter Pal. quart. nam alii duo, *Ac maior est aliquando*, quomodo & olim vulgati, nisi quod ii tamen, *At.*

Si poculum impleueris aqua] Col. ac Pal. quart *si poculum adimpleueris aqua*. tert. *si peluim impl. aqua*. quod malim, nisi sequeretur, *& in id conieceris annulum.*

Longe amplius vero est) Colon. ac Pal. tert. *longe amplius non est* quart. *longe amplius notum est*. quæ varietates natæ a compendiaria scribendi via.

Maiorem reddi imaginem solis] ita mei omnes, at Fortunatus, videri, inquit, *non reddi* forsitan melius, ex vetustis eos tamen non ego sequar.

Quin in nube est aliquid vitro simile.) ita Fortunatus ex mss. suis, quomodo & Pall. mei duo. prius deerat vox, *aliquid*, quæ & abest Col.

Tamen iam apparet eius natura) ita emendauit Fortunatus, secutæque sunt aliæ editt. at primitus eius pro iis habebant. *est iam apparet, &c.* Pinciani codd. ac mei, *iam apparet, &c.* sine voce *tamen*, sine voce *est.*

Capvt VII.

Quoniam, inquis, vitri) mei omnes, *inquit.*

In modum claua tortuosa] ita editio Erasmi. Manutii, *tortuosa* & vero meæ membranę *tortuosa* constanter seruant. neque reiecerim. nam tale aliquid requirit, subsequa satis docent.

Coloris immutationem) Pal. tert. *mutationem*. quart. ac Col. *immutatationem.*

Ex repercussu) mei, *repercusso*. & ferri potest.

In hoc argumento multa sunt pro me. Primum quod apparet quoddam, &c.) ita se restituere ex vett. libris testatur Fortunatus. cusi enim prius, *Primum in hoc argumento quod apparet a Sole fieri, multa sunt pro me. Pridem quidem apparet quoddam, &c.* & vero est in Pal. tert. *Primum in hoc argumento multa pro me sunt quod apparet a sole fieri. Quod apparet leue quiddam esse debet, & simile, &c.* quart. *Primum in hoc argumento, in quod apparet a Sole fieri, sunt pro me quod apparet quoddam, &c.* Col. *Primum in hoc argumento, multa quod apparet a sole fieri, sunt pro me. Quod apparet quoddam, &c.*

Quo solem repercutiet.) ita editio Mureti, at alię omnes, *quod solem, &c.* quod reuocandum; nam & sic quoque mss. mei.

Vtcumque deflectitur) ita ex vett. suis Fortunatus. antea erat, *vbicumque*, quod & seruant omnes mei.

Vnum tamen hoc soluendum est) ita & Col ac Pal. quart. Pincianus legendum putabat, *Vnum tantum hoc, &c.* quod & ego fere etiam putarim, vtique cum sit in Pal. tert. ac Memmiano, *Vnum hoc tantum mihi soluendum est.*

Exprimenda capax non est) vox *non* tantum conspicitur in Pal. tert. reliquis abest.

Ita conatur) sic & mei omnes, & Erasmi. at Fortunati *Illa*, minus recte.

Quia enormiter facta est) ita & mei tres, placebatque Fortunato. Erasmi editio *fracta est*, ad marginem tamen posita altera scriptura.

Quot habuisset infecturas) sic editio Mureti, audacissima omnium quæ vnquam fuerunt. etsi enim diuinasset Fortunatus ita legendum, nullus tamen correctorum ad recepit in

pit in contextum, cõtentus adpinxisse oræ, tanquam si eo modo forte legi posset. forte, inquam. nam Fortunatus palam testatur in omnibus membranaceis constanter inveniri *quot hab. inspectores*; ideoque tutius putabat ac modestius hoc loco quiescere, quam quicquam mouere; aut certe in re tam incerta & obscura ad Apollinem referendum, exemplo Socratis. non dissimulabimus tamen, inquit, quæ nobis videntur. proinde legendum forsitan erit, non *inspectores*, sed *insecturas*, hoc est canaliculos siue striges, quo nomine caua ipsa inter duas strias, hoc est angulos & prominentias, quas Græci ἐξοχὰς vocant, in ipsis columnis & aliis rebus per insecturas & angulos diuisis appellantur auctore Vitruuio. hæc lectio, vt incerta, ita profecto commodior & sensui congruentior quam illa prior quæ nullo pacto sustineri potest. hactenus Fortunatus. & hercle Colon. meus & Palat. tert. etiam seruant illud *inspectores*; quartus vero habet *quot habuisset inspectacõs*.

Quæ quia non discernuntur inter se, non satis in vicem speculi nitent) est & hæc lectio a Fortunati coniectura, additque ipse, haud scio mehercle, inquit, an hæc mea scriptura vera germanaque sit. huius tamen me non pœnitebit interim, quoad meliorem videam. prius excudebatur, *Quæ quia discernuntur inter se, non satis inuicem spec. &c.* quomodo etiamnum habet Colon. meus; item Pal quart. nisi quod hic destituatur prima voce *quæ*: vterque vero habeat *nec* pro *non*. at tert. *Qui quia discernuntur inter se nec satis inuicem speculi videre*.

Inchoant tantum imagines) sic & mei duo. at Pal. quart. *inchoant tantum imag.*

Et ob ipsam viciniam turbant) ita & Erasmus. at Fortunati editio, *& ob ipsum vicina turbant*, quomodo & Colon. ac Pal. quart. nam tert. *& ob ipsam vicinia turbant*.

CAPVT VIII.

Vnam partem eius tantum imitantur] ita & Fortunati & Erasmi editi. at meis tribus abest particula, *tantum*.

Descendit arcus. Atqui vsque in humum dimittitur] sic & Palat. tert. at quart. *descendit, atque vsque in humum dimittitur*. Colon. *descendit. Atqui vsque in ymum dim.* sine voce, *arcus*.

Terris propinquum] ita restituit Fortunatus, vt *solem*, intelligas. prius cusi, *propinquas* Palat. tert. *terræ propinquas*. quartus facit pro vulgata Colon *terram propinquus*.

In similitudine] mei, *in similitudinem*. & nimirum: nam & sic etiam editio Manutii cui præfuit Fortunatus.

Quare in illis circulus iungitur, in arcu nunquam?) ita Mureti editio, cui proxime accedunt mei. nam Palat. tert. *quare ille circulus iungitur, & in arcu nunquam* quart. *quare ille circulus circundatur in arcu nunquam* Colon *quare ille circulus circundatur, in arcum nunquam* vetustissima editio. *quare ille circulus iungitur & in arcum nonnunquam*. Fortunati manuscripti habebant, *quare illis circulus in arcus circundatur nunquam*. ipsi vero scribendum videbatur, *quare & ille arcus in circulum iungitur nunquam?* quam eius hariolationem recepit editio Erasmi, aliæque. mihi placet lectio primo posita loco; vt quæratur cur circuli appareant integri circa solem ac lunam, cum tamen Iris cum nunquam sit circulus dimidio maior.

Non aliquando plana & tumentes) sic & Palat. tert. at quartus horum verborum nullum habet. Colon. *non vbiq. plane extimentes*. Princ. codd. *nec aliquando plane extumentes*.

Primum quia medio die Sol calidissimus nubes euincit) Palat. tert. *Primumque media dies puro sol. &c.* at quart. *Primum quia media die sol calidissimas nubes emittit*; vt & Colon. nisi quod is, *calidissimus*.

Et vergens ad occasum] malim cum Palat. tert. *aut vergens, &c.*

Itaque medio die excelsiss.) Pal. tert. *ideoque medio die excelsissimus*. alii tamen duo adhærent vulgg.

CAPVT IX.

Quas minus pictas variasque] ita primum, quod sciam, edidit Cælius Curio. ab Erasmo enim nec non Fortunato vulgati, *quas non minus pictas variasque*, quomodo & mss. mei tres, item Memmii ac Nicotii. itaque in sedem reducatur iam tandem propriam. secuti quippe sunt editionem Cælianam reliqui typographi correctoresque eiecta voce negatiua, omnino contra auctoris sententiam, resque adeo veritatem.

Nam faces quidem illis est picta) vox *est*, non videtur in Col. aut Pal. quarto, neque eam requisiuerim.

CAPVT X.

Quod corona vbique fiunt) ita & Colon. & Palat. tert. at enim quart. *vbique fiunt*.

Arcus nonnisi contra Solem] sic & Palat. tert. alii vero duo. *arcus non est nisi contra solem*.

Color multiplex est) verbum *est* non comparet in Palat. quarto aut Colon.

CAPVT XI.

Tenues intenti distantesque) mei omnes, *tenues & intenti distantesque*.

Et ipsi signa imbrium sunt) ita & Erasmus & Palat. tert. alii mei duo nec non Nicotianus atque editus ab Fortunato, *ipsa*, quod placet, vt ad *virgas* referatur.

Quomodo nunc me hoc loco geram?) Colon. *Quo nunc me loco geram?* Palat. tert. *Quomodo nunc hoc loco geram?* quart *quo nunc loco me geram*.

Sed imaginem eius figuramque) ita & Palat. tert. reliqui, *sed magnitudinem figuramque*, quomodo & Pincianæ membranæ, nisi quod interiiciant dictionem, *eius*.

Et quo te nomine dicam Rhetica? &c.) ita & mei tres, ac Fortunati codd. qui inquit, aut nos deprauatum & non bene intellectum Virgilii locum habere, aut (quod magis credit) Senecæ incuriam accusandam, diligentiamque requirendam; non enim de nomine *Rhetica*, sed de laude & præconio dubitare Virgilium,

-- & quo te carmine dicam
Rhetica?

additque, & quia hac dubitatione de eius præconio visus erat maximam ei attribuisse nobilitatem, itaque ne Rhetica hac laude multum sibi placeat, seque omnibus vitibus præferat, cum nobiliores sint aliquæ Campanæ (tametsi Cato *Rheticam* omnibus prætulerit) subiungit

-- ne collis ideo contende Falernis.

verisimile ergo est Senecæ hoc loco somnum obrepsisse. hactenus Fortunatus; ad quæ respondet Stephanus Epistola 23. ad Dalecham. At ego, inquit, verisimile esse nego Senecam citasse hunc Virgilii versum, tanquam de nomine ambigentis, quin sciret etiam quam de eo ambigendi causam haberet. Et autem quod adiicit, Virgilium, quoniã visus erat hac de eius præconii dubitatione maximam ei attribuisse nobilitatem (pro quo maluissem præstantiam dicere) ne Rhetica hac laude multum sibi placeat, addere,

-- ne collis ideo contende Falernis,

oppono alteram lectionem,

-- ne cellis ideo contende Falernis.

nullum enim locum habet quod tanquam a Virgilio dictum addit, si hanc lectionem sequimur, quæ non vnius codicis auctoritate nititur. Atqui habemus alteram lectionem apud ipsum Senecam. fateor. verum credibile est eum non plura verba quam hæc attulisse,

-- & quo te nomine dicam
Rhetica?

(nam his tantum illi opus erat) sed aliquem voluisse versum absoluere. At Plinius quoque alteram lectionem secutus videtur. quid tum? iam eius seculo esse poterant exemplaria quæ ex duabus lectionibus meliorem non haberent. Obseruandum est autem in hac lectione, *& quo te nomine dicam Rhetica?* perinde esse ac si diceret Virgilius, atque hoc in numero tu quoque ponenda es, quam nescio an Rheticam nominare debeam. sic Stephanus. ac Turnebus lib. 29. cap. 26. Aduersariorum ad hunc locum notarat, minus mirandum si in auctoribus antiquis variæ hoc æuo essent sententiæ, cum qui tam prope ab eis

Xxx x 3

abessent, etiam dissentire videamus; nam, inquit, cum Virgilius scribit 2. Georg.

—& quo te carmine dicam Rhetica?

non idem interpretatur quod Seneca Plinius. Senecæ enim videtur poeta incertus laudandi & vituperandi, cuius verba sunt libro Quæstion. *Au facio quod, &c.* At Plinius secundum, post *Falernum* vinum, tribuisse locum *Rhetico* existimatur &, si hoc iudicii notionisque meæ est, verior mihi explicatio Plinii videtur. sic autem scribit lib. 14. cap. 6. *In Veronensi item Rhetica Falernis tantum postbabita a Virgilio.* ita illi hoc a dubitante poeta dictum placet; huic ab admirante, vt & mihi. etsi Seruius non vt pedarius Senator, in Senecæ sententiam transit, aut verbo tantum ei adsensus, sed satis verbose locutus. & hæc Turnebus.

Nec cellis ideo contende Falernis) Palat. tert. *nec celsis ideo, &c.* quart. ac Colon. *nec tellus ideo, &c.*

Illas parelia vocare] Palat. quart. *illas parthelia, alias & captalia vocari.*

Quam sunt cum apparuerit] sic & Palat. tert. reliqui. *apparuit.*

Facies eius potest, quam inter nos, reddi] ita & Erasmi editio & Palat. tert. nisi quod is alio positu, *facies eius quam inter nos, potest reddi.* at a Fortunato vulgati, *facies eius potest quam nos videmus reddi;* quomodo seruant Palat. quart. ac Colon. malim tamen alteram scripturam.

Capvt XII.

Vt illum tanto maiorem] ita & Palat. quart. & Colon. quomodo etiam testatum voluit ex suis Pincianus. neque aliter ante eum editio Fortunati. Palat. quart. *& illum tanto, &c.* ediderat Erasmus. *ant illum, &c.*

Si ita contingit vt latus occurrerit] ita Erasmus & Colon. meus. at Fortunatus *incurrerit*, quomodo & Palat. quart. nam tert. *si ita comparet vt in latus eius incurrit.*

Quemadmodum ergo vtrius imago in terris] sic & Palatinus tertius, nisi quod in eo, *in terra*. Fortunatus cum offendisset in antiquius editis, *Quemad. ergo in aere vtriusq; imago terris;* scribendum putabat, *Quemad ergo in aere vtriusq; imago in terris*, vt *are* esset disyllabum, hoc est, inquit in peluibus pingui humore repletis. quam scripturam repræsentarunt Erasmus aliique. est in Palat. quart. *Quemad. in aere vtrimq; imago in terris.* Col. *Quemad. in aerem vtriusq; imago in terris.*

Cum sic coactus) mei tres. *sit.*

Capvt XIII.

Ad exhibendum effigiem solis) ita quidem Mureti editio. at Fortunati habet *imaginem*, loco *effigiem*. Erasmi præterea aliorumque *ad exhibendum imaginem solis* est in Colon. ac Palat. quart. *ad exhibendam imaginem* sine voce *solis*. at tert. *ad effigiendam solis effigiem.*

Si nubes fort aliqua dispositi, vt inter se aspiciant) Palat. tert. *vt inter se conspic.* Memmii, *fort aliqua disp vt inter se conspiciant.* reliqui mei fauent receptæ lectioni.

Ob hoc omnia quæ huiusmodi sunt simulacra; ita repoſuit ex scriptis suis Pincianus; neque aliter Colon. ac Palat. quart. nam tert. *Ob hoc omnia huiusmodi simulacra*, quod fere malim quam alterum. Fortunati editio nec non Erasmi aliorumque, *Ob hoc omnia quæ huiusmodi sunt simulacra.*

Vsque ad nos recursum] sic & Palatinus tertius. alii duo, *cursum.*

Pluuiarum autem & his solas) ita & Palat. quart. verum tert. *Pluuiarum etenim & his solis* Colon. *pluuiarum & his soles.*

Vtar enim historica lingua) Palatinus tertius, *autem*, non *enim.*

Vnde maxima nubes ingrauescunt) priores editt. *inde.* Erasmi & Fortunati, *inde maxime nubes ingrauescunt*; nec aliter Colon. nisi quod alio ordine, *nubes inde maxime ingrauescunt*; quem positum habet & Palat. tert. sed is tamen, *ingrauescent.* quart. *vt maxime nubes ingrauescunt.*

Hi Arato credimus) mei omnes, *aratori.*

Capvt XIV.

Aliquando fixi & harentes) sic & Colon. at Palat. tertius *nonnumquam fixi & har.* quart. vero, *aliqu. fixi & habentes.*

Sunt enim velut corona cingente introrsus ignes Cæli recessus, &c.) ita & Erasmus. at Fortunatus, *introrsus ignei cæli. Recessus, &c.* quomodo & Palat. quart. nam tert. facit pro vulgato. Colon. vero non habet vllam distinctionem. lectiones omnes ineptæ. mſ. enim Erasmi; *sunt enim Bothynoi, cum velut corona cingente, id est ingens cæli recessus, est similis effossa, &c.* recte itaque ex vestigiis membranacei sui codicis Casaubonus: *Sunt Bothynoi, cum velut corona cingente, introrsus ingens cæli recessus est similis effossa in orbem spelunca.* βοθύνους enim inter φαινόμενα οὐράνια nominant Græci, etiam Aristoteles in lib. de Mundo, item Apuleius eiusdem nominis libro.

In orbem spelunca] Pal. tert. *specus.*

Sunt Pithia) mei omnes, *Sunt Phitiæ*; nisi quod Colon. videatur habere, *Phicta.*

Cum magnitudo vasti) ita Erasmus. at editio Mannitii, *in magnitudinem vasti*; cui proxime accedit Colon. in quo, *in magnitudine vasti.* nam Palat. quart. *in magnitudine nasci.* tert. *cum magnitudine nasci.*

Vel fertur, vel in vno loco) sic etiam Erasmi editio. at & hic malim quod est in Fortunatiana, *qui vel fertur vel in, &c.* nam & sic Colon. ac Palat. quart. quippe tert. *qui vel fertur vel vno loco.*

Sunt Chasmata) adducit hunc locum Senecæ Brissonius lib. 3. de verb. sign. atque ideo interpretari Seruium in 9. Æneid. *Chasma diruptionem & cæli recessum.* at apud I. C. *Chasma hiatum terræ significant, quo agri nonnumquam absorbentur.* l. 47. §. vlt. ff. de leg. lib. 1. l. 4. §. 1 ff. de censibus. l. 10. ff. de petic. & comm. l. 11. §. si locupleti ff. de minoribus.

Cum aliquando cæli spatium descendit) mala lectio. restituamus cum plerisque editis libris & Palat. quart. *cum aliquod cæli spatium desedit.* sic certe Fortunatus & Erasmus. at Cælius ille Curio primus, quod sciam, excudit, *cum aliquando cæli spatium desedit*, quem secuti sunt deinde ordine typographi reliqui. male. nam & Palat. tert. *cum aliquod cæli spatium desidet.* Colon. autem, *cum aliquod cæli spatium accidit.* quæ vtraque lectio, germanæ alludit. quam in simili re expressit & Cicero lib. 1. de Diuinat. *Labes agri Priuernatis cum ad infinitam altitudinem terra desedisset.* iterum, *vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint.*

Et flammam dehiscens velut in abdito ostentat] ita ex vett. suis Fortunatus. at Palat. tert. *& flamma velud descens in abd.* quart. *& flammam velut dehiscens in abdita ostendit.* Colon. *& flammam velut dehiscens in habita ostendit.*

Stellarum longos a tergo] ita & mei tres. Memmii tamen, *Flammarum longos.* infra vero lib. 7. *Longos a tergo flammarum albescere tractus.*

Hæc velut stella) ita Erasmus. at Fortunatus, *Ho velut stella*, quod & in mſſ. meis, nisi quod iidem omnes, *Heu velut stella.* disertim tamen Memmii ac Nicotii codd. *Ha.*

Sed quæcumque cucurrerunt) ita emendandum putabat Fortunatus, cum esset in scriptis eius *concurrerint*; vt etiam est in meis, nisi quod Colon. *concurrerint*, Palat. autem tert. *occurrerunt.*

Quæ apparent stellæ, quam quæ eat] ita & Erasmi editio. quæ tamen notat ad oram, pro *appareat* alias legi, *quæ perit.* Fortunatus habet, *quæ appareat stella quam quæ exeat.* Palat. tert. ac Colon *quam pareat stella, quam quæ exeat*; vt scribendum putem, *quæ pareat stella, quam quæ exeat*, vt est in Palat. quart. probantque id sequentia: *sed vides simul & vnde exierit, & quo peruenerit.* parere enim pro apparere iam aliquoties animaduertimus pro eodem poni.

Quia cito spatium suum transilit] est a coniectura Fortunati, cum esset in mſſ. omnibus, *quem cito spatium sursum transilit* & vero Pal. meus tert. habet expresse *sursum*, idemq; videtur habere quartus sed compendiaria scriptura, hac nempe, *sum.* at Col. *quem cito spatium ... transilit.*

Per

Per omne qua venit] ita fere Palat. tert. scilicet, *per omnem qua venit*. reliqui, *per omne peruenit*. Fortunati codd. vetusti custodiebant, *per omne venit*. ille autem cum aliquid deficere videret, legendum forsan inquit, *per omne spatium per quod venit*, (quod arripuit Erasmus aliique) vel *per omne per quod venit*. potest enim *spatium* omitti sine detrimento sensus. sic ille.

Neque tam longa] Palatinus tertius, *neque enim tam longa*.

Et quam vehemens quo incenditur] Palat. tert. *quantum & veh.* alii duo. *& quam veh quo intenditur.*

Ventum autem significat] Pal. tert. *significant*. & postea *erumpens*, non vt alii *erumpit*.

Capvt XV.

Quos Græci sela appellant] ita scribendum putauit Fortunatus ex ipso Aristotele, restatque in Palat. tert. Erasmus expressit σέλα, quomodo etiam legi posse innuerat Fortunatus ille. prius erat *Chelas*. est in Palat. quart. ac Colon. *thelas*.

Potest superioris cœli feruor] ita Fortunatus, eiectis duabus vocibus, *cœli vel venti feruor*, quæ erant in antiquitus cusis restantque adeo in Palat. tert. haud tamen apparent in duobus reliquis.

Quid porro? non potest fieri] ita Mureti editio; nec non Palat. tert. at Colon. desunt illa tria, *non potest fieri*, tantum habet, *Quid porro?* Fortunatus citat antiquam editionem hac forma, *Hoc vero non potest fieri. Quid? porro. vt aer vim, &c.* scribitque illa verba, *Quid? porro*, inutiliter & cum molestia sensus interposita videri, neque apparere in vetustis mss. itaque legendum, *Hoc vero, non potest fieri, &c.* quam scripturam & Erasmus sumpsit, & reliqui editores. malim ego primo loco positam; vtique cum illud quod passim vulgatur, tantum conspiciatur in Palatino meo quarto, qui tamen deinde habet, *nisi aer*, non, sicuti est in aliis, *vt aer*.

Vsq; in æthera elidat?] ita ex suis Pincianus, neque aliter antea Fortunatus. eiecit primum dictionem *vsq;* Erasmus; quæ neque comparet in Colon meo. habetur tamen in Pall. duobus.

Ardorve sit stella, vel similis excursus?] sic editio Erasmi; at Fortunati *ardorve sit, vel stella similis excursus*, quomodo & mei tres & Memmianus simul ac Nicolianus & vero perplacet; vt fulgor ardorve a stellæ excursu distinguatur.

Quadam in praceps eunt] Pall. meis abest præpositio *in*, Colon. autem habet *quadam potestas eant*, sed media vox non plane scribitur. tantum habet *ptas*, lineamque prioribus incubantem literis.

Et tantum lucis emittunt] ita & Palatinus tertius, alii duo, vt & Fortunati aliquot codd. *lucis emittunt*. fortasse, inquit, recte: nam subiungitur, *donec consumpto alimento primum obscuriora fiant*. haud tamen reiicit vulgatum.

Redigantur in nihilum] Pal. tert. *ad nihilum*.

Quem propter terras diu pauerat] ita & mss. mei, primumque reposuit Fortunatus; antea erat, *parauerat*. at spissi humores & coactus aer pascunt nutriuntque ignem.

Subinde qua reluxerant] sic & Pal. quart. at tert. *quam*. Colon. *qua*.

Hi fulgores dicuntur] ita Erasmi editio. at Fortunatus scribendum putabat suasu membranarum, *Hæ fulgores dic.* Pall. mei compendio scribunt nec diuinare est an *hi* notent, an *hæc*, an *hoc*. at Coloniensis seruat, *Listi fulgeres, &c.*

Ab his tecta videmus icta] ita mss Pinciani quibus adsentiunt Coloniensis ac Palatinus quartus, nisi quod is habeat *recta* pro *tecta*. male Erasmus duobus verbis amplius, *icta sine fulmine*. sed & male Fortunati editio *ab his tecta videmus icta sine fulmine*. quamuis tamen Palatinus tertius, *ab his tacta nos videmus icta sine fulmine*. vnde sit vt suspicer legendum adhuc voce recisa, *ab his tacta videmus, qua astrapoplecta &c.*

Astrapoplecta Græci vocant] sic primum reposuit Erasmus. cum enim inuenisset Fortunatus in mss. *aspersioplectra*, inde se non expediebat, nisi si forte inquit, ἀστραπώσεις ἐπιγῆς, hoc est, *fulgurantes turbines* legamus, vel potius ἀστραπὰς ἐπὶ γῆν πιπτούσας, id est, *fulgura in terram ruentia*; quæ lectio verbis superioribus Senecæ conuenit. *Scepta* autem dicuntur Aristoteli omnia celestia quæ in terram vsque præcipitata se ad quippiam allidunt. vel certe ἀστραπόπληκτα, quia dicit, *ab his tecta videmus icta*. hactenus Fortunatus. & vero Coloniensis meus, *asperso Græci plectra vocant*. Palatinus quartus, *aspersa Græci plectra vocant*. tertius, *asperseplecta Græci vocant*; quomodo etiam erat in primis editt.

Motumq; cœli sequens] ita & omnes mei. mallet tamen Fortunatus legeremus, *sequuntur*, vt illustrior esset oratio, quod sequatur, *Aut propter cursus agunt*.

Aut qui proprios cursus agant] sic quidem Erasmi editio. ad Manutiana illa, meique adeo tres non admittunt dictionem, *qui*.

De quibus dicendum est] ita emendandum putabat, vel, *de quibus dicemus*. Fortunatus, quoniam septimo primum volumine de Cometis priuatim huic rei destinato tractet. potest tamen inquit defendi veterum lectio, *de quibus dictum est*, si *ardores* & *trabes* intelligas de quibus supra. sic Fortunatus. Erasmus habet *de quibus dicemus*. at *de quibus dictum*, seruant omnes etiam mei hactenus vt scribant *dcm*, virgula super iniecta tegente literas.

Horum genera sunt pogonia] sic etiam Fortunatus. nam prius editi *pagonia*. quod & in Pal. tert. nisi si forte, *pagonia*. at quart. *pagania*. Colon *paaia*.

Lampades] Pall. quart. *lappades*.

Et cyparissia] ita etiam restituit Fortunatus; cum esset in excusis, *cicharissia*. Pal. quart. ac Colon *ticharissia*. tert. *ciarcharisia*. at alterum illud nomen habet a similitudine quæ ei cum *cyparisso* siue *cupresso*. Festus: *Cyparissia appellantur quadam acies ignea, qua noctu apparere solent, ad similitudinem cupressi.*

Et Pithia] Palat. tert. *Pithie*. quart. ac Coloniensis, *Phitie*.

Qua raro sunt visa] Palat. tert. tantum, *raro visa*. quart. *qua raro sunt in se*.

Mul: a enim conglobatione ignium indigent, tum ingens eorum orbis aliquando] ita & Erasmus, Fortunati secutus iudicium, qui sic legi posse putabat, cum alioqui vulgaretur antea, *aliquantum*, mss. vero ipsius haberent, *multa enim conglobatione ignium se coniungens illorum orbis aliquando* quomodo & extat in Pal. quart etiam Coloniensi, nisi quod is *aliquanto*. at tert. consentit priore loco positæ lectioni, excepto quod seruet *aliquantum*, quod ego sane malim, quam alterum illud, *aliquando*.

Matutini amplitudinem solis exuperet] sic & Pal. tert. at quart. *exuperat* Colon vero, *matutini amplitudine exuperat*, sine dictione *solis*.

Quod apparet. Nobis non placet) ita editi omnes. at Pal. quart distinguit *quod apparet nobis. Non placet* alii duo interpunctionem hic nusquam habēt. ad rem quod attinet, itaquoq. ait Apuleius de mundo: *Fallaci imaginem Iris & Arcus & talia. Vero videntur Cometa, fulgores & similia pleraque.* Theon in Aratum triplicem harum imaginum diuisionem facit; τῶν δὲ γινομένων, inquiens, τῶν ἐν τῷ μετεώρῳ ἱσταμένων, μεταξὺ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· τὰ μὲν κατ' ἔμφασιν ἐστι, τὰ δὲ μικτὰ, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν. κατ' ἔμφασιν μὲν οἷον ἶρις, μικτὰ δὲ, παρήλιος, καθ' ὑπόστασιν δὲ κομῆται, πωγωνίαι, λαμπάδες, ἄττοντες. vbi ait amicus meus Vulcanius forte rescribendum verbo postremo, Διάττοντες: ille enim isthæc profert ad Apuleium.

Quam alienum corpus mentientibus) ita Palat quart. vti scribi voluit Fortunatus, non *opus*; quod tamen in reliquis meis chirographis. speculorum enim, inquit, illa simulacra, quæ imaginant, mendacia sunt & inanes verorum corporum imitationes.

Imagine obduceretur) Palatinus quartus, *abducerentur*. prius placebat Fortunato, remanetq; in aliis meis duobus.

Suntq; ista a quibusdam) malim cum mss. meis, *suntq; ipsa, &c.*

Vt possit detorquere in prauum) sic quidem Mureti editio; at omnium prima, *vt & hæc possint detorquere in prauum*. quam & expressit Erasmus. putabatque Fortunatus perfectiorem mss. lectionem, *vt & hoc possent, & detorquerent in prauum*, hoc sensu: esse quædam specula ita facta & composita, vt reddant quidem corporum imagines & similitudines, sed longe in peius detortas & deformatas. est in Palat. tert. *& vt hoc possent & detorquerentur in prauum.* quart. *vt & hæc possent & detorquerentur in prauum.* Colon. *& vt hæc possent & decor quæreretur in prauum.* mihi placet lectio Pal. quarti.

Et humanum habitum) sic quidem Mureti editio; at aliæ *vt human.* quomodo & Col. & Palat. quart. sed enim tert. *sic vt humanum animum.*

Capvt XVI.

Hostius quidam fuit) ita & Erasmus, & Col. meus exoletæ editt. *Hostius princeps quidam fuit*, quæ lectio merito displicebat Fortunato. nam etsi sciret, eleganter dici, *principes gulæ, ganeæ, popinæ*, ita & dici posse *principem obscænitatis*, hunc tamen, inquit, principatum satis superque puto exprimunt illa verba, *in scenam vsq; producta*. est in Pal tert. *Hostius fuit quidam* quart. *Hostius fuit quadam*. Memmii liber, *Hostius fuit Quadra*, quod mihi placet, vtique cum & P. Pithœi membranæ item seruent, *Hostius quadra fuit*.

Diuus Augustus indignum vindicta iudicauit) ita & Palat. tert. alii duo *iudicauit.* priscæ editt. *vindicauit.* male. vult enim Seneca, vt & prodidit Fortunatus, Augustum non inquisiuisse in eius necis auctores, atque de seruis sumpsisse supplicium; vt fieri alias solet. verba sunt plana. ideoque maximum mirum est I. C. quendam illa ipsa redegisse ad titulum Pandectarum *De manumissis vindicta*; tali præscripto Lemmate: *Vindicta manumisso*. cum quilibet videat puer *vindictam* hic notare *vltionem*. vnde & lib. In sap. non cadere iniuriam: *Est minor iniuria, quam queri magis quam exequi possimus; quam leges quoq; nulla dignam vindicta putauerunt*. sed taceo, ne quis indignetur rem mihi esse cum fatuo.

Cum a seruis occisus esset) Duarenus ad titulum de SC to Sillaniano adducit locum hunc Senecæ, atque certum esse, iam antiquitus fuisse ius de quæstione habenda de familia; cuius iuris & meminerit Spartianus in Adriano & Tacitus lib. 13. aliique.

Et tamen non pronunciauit iure cæsum videri) ita & mei tres. amicus quidam nihilominus diuinabat rescribendum, *& tantum non pronunciauit &c.* de quo ipse viderit. mihi enim satis est dixisse cum Cuiacio (lib 3. Obseruat. cap. 26) notandam veterum iudicum in cognitionibus modestiam, qui etiam ea quæ iurati cognouissent, non esse facta, sed *videri* pronuntiarent. cuius moris exempla ex l. Diui § recte & §. quod si ex seruitute ff. de liber. caus. l. qui tamen §. si arbiter 1. ff. de recept & qui arb. recep. & ex aliis auctoribus quamplurima desumi possunt. Apuleius 1. Apol. *Cum Lollius testamentum verum videri de consilio consularium virorum pronunciasset*. Plinius lib. 14. cap 13: *Index pronuntiauit mulierem videri plus vini bibisse quam valetudinis causa &c.* interim notandum de cæde facta ita secundum reum pronuntiari solitum, *iure cæsum videri* eum qui cæsus erat. Sidonius Apoll. lib. 3. Epist. ad Secundum: *Cum nihil amplius ego quam veniam postularem, pronuntiant mere maiorum, reos tantæ temeritatis iure cæsos videri*. Tacitus lib. 14. Annal. *pronuntiemus vltro iure cæsum videri*. sic & P. Africanus Carboni trib pl. in concione interrogante quid de Tiberii morte sentiret, respondit *iure cæsum videri*, quemadmodum Cicero pro Milone & lib. 2. de Orat. Val. Maximus lib. 6. cap. 2. Paterculus lib. 2. & Aurelius Victor cap. 58. scriptum reliquerunt. Brissonius libro 5. de Formulis.

Brachii mensuram & longitudine & crassitudine) est a scriptura editionis Fortunati, nec non coniectura Pinciani, sic malentis, quam sicuti vulgauerat Erasmus, *& longitudinem & crassitudinem* quanquam, inquit, verba illa *& crassitudinem* non habeantur in vett. lectione. & vero cum nec agnoscantur a Memmii aut Nicotii, vt nec a Colon. meo aut Palatino quarto; tertius autem seruat *& longitudinem & crassitudinem*, si mei arbitrii res esset, eicerem item alterum illud *& longitudinem*. dum enim *mensuram* dixit, cetera facile subintelliguntur, sane *longitudo* ipsa.

Auersus omnes admissarii) ita ex suis Pincianus, & sic etiam Palat. quart. alii duo *aduersus*, sicut & hactenus vulgati.

Tanquam vere gauderet) ita & Curionis editio: præcedentes *gaudebat*, quod & in membranis meis omnibus.

In omnibus quidem balneis) ita fieri solebat. vnde veloti de plano, cuius illustre in quam sententiam a Celtibero poeta scriptum fuerit,

Audieris in quo, Flacce, balneo plausum,
Maronis illic esse, mentulam scito. Petronius: *Illum autem frequentia ingens circumuenit cum plausu & admiratione timidissima: habebat enim inguinum pondus tam grande, vt ipsum hominem laciniam fascini crederes*, ad quem loca plura nobilissimus Ianus Dousa.

Insatiabile malum) ita & Pal. tert. quart. Col. at Pinciani codd. *insanabile*. malim prius.

I nunc, dic speculum) malim cum Pal. tert. *I nunc, & dic speculum*. nam & alii duo, *Nunc & dic speculum*, sine litera *I*.

Qua portentum illud lacerandum, ore suo dixerit) ita transponi voluit Pincianus: quod sequeretur, *non moestitatum, sed in oculos suos ingereret*. at reuocatum ego omnium librorum mss. scripturam, *qua portentum illud, ore suo lacerandum, dixerit*. neque aliter Erasmus, nisi quod adpingat margini, alias etiam legi, *ore suo lacerandam*.

Ab omni parte opponerentur) ita malim cum Pall. meis duobus. Colon. tamen & Manutii editio, *apponerentur*, quomodo castigare nos iussit ex suis Pincianus.

Secreta quoq; conscientia premuntur) sic Col. & Palat. quart. at tertius, *conscientiam premunt*, quod admittere non dubitem, cum sic quoque restet in Memmii ms. & Nicotii. & hercle decuplo argutius est quã alterum illud.

At hercules scelera conspectum suum) ita & Col. verum Pal. tert. *conspectum sui* quart. vt & Pinciani membranæ, *At mehercules se. consp. suum &c.*

Oculos suos ad illa aduocauit) ita & Pal. tert. alii duo, *oculis suis ad illa aduoc.* quomodo & fuit in vetustis cusis, quod Fortunatus mutauit in, *oculis suis illa adu.* recepitq; Erasmus aliique.

Nec quantum peccabat videre contentus) ita & mei tres. putat tamen Pincianus argutius & magis ad Senecæ acumen quod erat in vno suorum, *nec quantum videbat peccare contentus*; cui suffragantur, inquit, verba non multo post sequentia. *Obscenitas mea plus quam capit, videat.*

Et quia non tam diligenter) ita & Manutii & Erasmi editio, ne de eius emendatione sibi nimia placeat quidam, qui perperam excudi iusserat, *diligentem*.

Cum compressus erat, & caput merserat, inguinibusq; alienis obhæserat; ita & vett. Fortunati, nisi quod *clunibusq; alienis*. at Erasmi *genibusq; alienis*. illud *inguinibus* est a diuinatione Pinciani; cum enim esset in scriptis eius, vt & est in Palat. quart. *cum complexus erat clunibusq; al. obhæserat*, ceteris omissis, haberetque vnum exemplar non *clunibus*, sed *dunibus*; forte, inquit, legẽdum *cum complexus erat inguinibusq; al. &c.* equidem habet etiam Col. *cum complexus erat, dunibusq; alienis obhæserat*. sed tamen arbitror omnino, retinenda illa *merserat caput*, reiiciendũque potius illud siue *compressus* siue *complexus*, hoc modo; [illegible] *caput merserat, inguinibusq; alienis obhæs.* sic sane nulla litera plus habet Pal. tert. nisi quod in, *ingenibusq;*. & vero illud *compressus erat &*, exulat item Nicotii ac Memmii libris, estque omnino superfluum interim subit mirari cũ Fortunato & Erasmo, tam grauem Philosophum in re obscenissima adeo exspatiari. indignum profecto sapientis grauitate tantam fœditatem tam multis & nudis verbis quasi spectandam oculis proponere, imo impingere.

Speculabatur illam libidinem) Pal. tert. *Spectabat*. restat tamen vulgatum in duobus reliquis.

Spectabat

Spectabat sibi admissos pariter) malim cum Pal. tert. *spectabat admissos sibi pariter*. mei tamen Cu. ac Palat. quart. excludunt vocem, *pariter*.

Toto corpore patientia expositus spectabat nefanda) ita fere etiam Colon. nisi quod haberet compendio, *patiē expositus exspectabat nef.* Palat. tert. *patiendo*. quart. *patiente*, quod & in aliis editt. diuinauit tamen etiam *patientia* Gotofredus, si suffragarentur vlla calamo exarata exempll. cuperem illa, *spectabat nefanda*, vt priora pendeant a superioribus neque nouam constituant sententiam.

Coacauit ac portentuosos) iterum Pall. duo *portentuosos*. Col. *impertentuosos*.

Ex ipso habitu) ita Romana editio. aliæ omnes, nec non membranæ, *in ipso habitu*.

Publice obiecta ludibrio) Fornetius locum hunc signat Comment. ad tit. de verb. sign. lege 128.

Lateat obtendunt) sic etiam Pal. tert at alii, *ostendunt*.

Adeo quodammodo lupanar quoq. verecundum est) ita & Col & Pal. quart. nisi quod huic absit vox *quoq.* at enim tert' *adeo in quadam lupanar ver. est*. quomodo & Memmii codex, nisi quod is interseratat particulam, *quoq.* vt forte fuerit, *adeo iure quodam lup. quoq. ver est*.

Alienum contumeliam arem exerceo) sic & Pall. duo. verum Col. *al. contumeliam maiorem exerceo*.

Stupris occupata sunt) Col. *occupanda*. male.

Et tollet eius exactoresq.) Fortunati & Erasmi codd. *exactoresque* quomodo & Pal. quart. ac Col. nam tert. *tractoresque*.

Etiam ea qua ab aspecta) ita vett. Fortunati. olim edit. *ea conspecta*; vt & habet Col. meus. Pal. quart. *qua a conspectu* tert. *Et omnia qua a conspectu*.

Morbo meo & emponam & satisfaciam) ita alias legi notatum ad oram Erasmianæ editionis: ipsa enim, vt & Fortunatiana, *morbo meo & potiar & satisf.* quomodo & est in Pal. tert nam quart & Col. *& potior & sataf.*

Quo nequitiam meam) ita Palat. tert. alii duo *aequitia mea*, quod placebat Fortunato, in cuius libris sic erat: sicque, inquit, Horatius:

Quo mihi fortuna est, si non conceditur vti? ad quæ Erasmus; in Horatii codicibus emendatis non legitur, inquit, *fortuna est*, sed *fortunam*: & habet abrupti sermonis tropus suam gratiam ita. *Quo aequitatem meam*, subaudi *exerceo*. sic optimus ille Roterodamus. ego tamen malim alterum illud.

Ad verum ista perlacerem) ita & Pal. tert. alii duo, *adversus ista perd.* vnde nata lectio quæ extat in mss. Fortunati, *ad vsum ista perd.* scribitur enim, in meis, *ada'us*, virgula tantum apostrophi nota, apposita ad literam tertiam hocque mutatum deinde ab aliis primom, in *adasus*, deinde in *ad vsum*.

Et antequam hac videret) ita Erasmi editio, sed a coniectura Fortunati; cum enim dixisset mss. omnia habere, *Facinus indignum! hic fortasse cito & antequam videret &c.* sed mihi, inquit, verbum *videret*, suspectum est; aut addendum forte verbum, *hac*, vt fiat, *& antequam hac videret*. male, & contra mss. quoque meos; item Memmii ac Nicotii. sensus enim est, nimis indignādum esse, Hostium hunc subito & improuise forsan occisum, neque vidisse sibi lethales inferri ictus. vt eum digne periret, debuisse solennem in modum victimæ instar longa enim mora immolari ante speculum suū. vbi interim & vulnera sibi maiora videret infligi & sicas seruorū intueretur in se libratas grandiores quam humana ferret mensura. res plana est. itaque nescio quid sibi velit Pincianus dum ait, castigandum reor, '*Facinus indignum hic foret cito & antequam hac videret occisus. Post ad speculum suum immolandus fuit.*

Capvt XVII.

Quid ita facies nostra nobis, & quidem in aes obuersa redditur) Pall. duo *& quid sanos*; etiam Col. qui præterea servat *ista* pro *ita* prior lectio est a mss. Fortunati, quæ tamen vt & mei scripti omnes, hactenusque edita, *reddatur*.

Vera corpora dedisset) ita ex suis Fortunatus prius erat *edidisset*. quod & testat in Pal tert. nam Colon. *dixisset*. primam tamen scripturam custodit Pal. quart.

Excipiendarum imaginum potentem) ita Palat. tert. alii duo *imaginum capacem*. vett. libri Fortunati, *imag. appotentem*. illud *capacem* omnium occupat editiones.

Barbam faciemq. velleremus) bene Palat. tert. & Memmii ille ac Nicotii *barbam velleremus*, eiecta voce *faciemq.* quæ incontinenti sequitur.

Humore leuior & aspici facilior) ita omnes editi. primos Pincianus legendum putauit, *humore leuioreve aspici facilior*; contra mss. suos & meos. itaque rideo quendam, qui Pinciani lectionem, tanquam, si optimis niteretur librorum auctoritatibus, ambitiose defendit; alteram vero codicū manuscriptorū genuinam, ignominiose exsibilat.

Nisi liberius humi solo &c.) ita Erasmus & Pal. tert. alii mei duo *humidi*. Pincianus emendandum arbitratur, *nisi leuiore huiusmodi sola &c.* ex superuacuo hercle.

Multa ex hoc consecuta. primo sui notitia) ita rescribi iussit ex vett lect. Pincianus. at mss. mei duo & Fortunati, *Multi ex hoc consequūtur: primo sui notitiam* quod nec displicebat Erasmo, (qui edidit *consecutus*) si legas, inquit pro, *vitaret*, *vitot*, pro *ferret*, *sciat* est in Pal. quart. *Multa ex hoc consequuntur primo sui notitiam*: inque eo, vt in reliquis constanter restat, *vitaret*, &, *ferret* Memmianus liber habet idem quod Palat. quartus, nisi quod in eo, *primam* pro *primo*.

Vt indecora canis deponeret) ita Fort. codd. alii ante eos, *carnis*. inepte at nec recte Pall. mei, *canis disponeret*, aut adeo Col. *vt decora canis disponeret*, sed hoc ille a secunda manu, quæ syllabam *ca*. eradit.

Ad hoc speculum se comentium) ita ora editionis Erasmianæ; in ipsa enim, *se cernentium*, quod & in Fortunati libris omnibus & meis, nisi quod Colon. *secernendum*. id itaque reuocandum.

Æ'ni illa simplicior) sic & Pal. tert reliqui, *illi*.

Nondum in vitium benr, scrutio detorquebat] sic Erasmi editio & Pal. tert at Fortunati, *vitia* Pinciani vero mss. & reliqui mei *nondum in vitia blanditias detorquebat*. non placet.

Luxumq. rapiebat] sic & Pal. tert alii duo, nec non Fortunati membranæ, *trahebat*, non *rapiebat*.

Forma sua faceret, sapias ea despexero, in quibus prius effigies suas vidrrant] ita ex scriptis suis Fortunatus nec non Pal tert antea eum, *forma sua ea facerent, sapius desp.* Palat. quart. ac Col. *forma sua ea sapius faceret, despexere in quibus &c.* inordinate nimis itaq. adhærendum priori scripturæ, etsi putet Pincianus mutato adhuc ordine verborum legendum, *forma sua faceret, ea despexere in quibus prius effigies suas sape vid.*

Ipsis subiit terras, effossurus obruenda] ita Erasmus ex codice Britanno, sensu plano, neque aliter Pal tert. nisi quod addat præpositionem, *subiit in ipsas terras, effoss. obr.* quod non ita displicet, præsertim cum etiam extet in reliquis meis duobus, *subiit in ipsas terras se effossurus ferrum obruendum*.

Impune eruerant si solum eruissent) ita recte Fortunatus cum prius fuisset, *irruerant, & irruissent*. quod *irruerant* adhuc conspicitur in Pal quart. ac Col.

Ad alios vsus comparato) sic & Erasmi editio, at Fortunati *comparatam* item *aliquos*, quomodo & mei tres, nisi quod Pal. quart. *compertam*. tert. *operatam*.

Et mox proprius huic ministerio praparatus est orbis] sic Erasmus, a quo non longe abit Pal. tert qui, *& mox propria hinc min. imperatus est orbis*, quomodo habebat editio Fortunati, nisi quod ibi esset, *praparatus*. at eius mss. *& mox fuit proprio ministerio paratus orbis*. Palat. quartus exhibet *& mox fuit proprio ministerio praparatus est orbis* Colon. *& mox fuit proprio properatus est orbis*, quod postremum etiā fuit in Pinc libris, nisi quod illi, *praparatas*. vnde forte putauit legendum, *& mox vsus proprio praparatus est orbis*. primo loco posita scriptura mihi satisfacit. si quis tamen ibi malit *properatus*, per me sane licet.

Vtlusq. materia tunc quoq. cum antiqui &c.] ita etiam distinguit Erasmus & mei at Fortunatus, *vtlusq. materia tunt quoq. tum antiqui &c.* ex mss. et tradit.

Iacundito vinerent] sic editio Erasmi & Col. meus. at enim Pall duo, Fortunati omnes & Nicotianus, *incluso viuerent*, neque displicet.

Sati aiti &c. si squalorem &c. oluerent) ita mss. Fortunati, & Palat meus quart. item tertius, nisi quod is *sed squal.* item, *oluerant*. at Colon. *satis incult*, item *adaersus flumine*.

Cura comere capilli) sic Fortunati membranæ & Palat. tert. ac Colon. verum Palat. quart. *cura comere camero capillum fuit*.

Et in hac re quisque sibi alterique operam dabat inuicem) ita Erasmus, etiam Fortunatus nisi quod is alio ordine postrema, *inuicem operam dabat*. Palat. tert. *& in hac re sibi quisque alteri inuicem operam dabat*. quart *& in hac re quisque sibi vt alteri opera davat. Inuicem coniungum &c.* Coloniensis, *quisq; sibi alteri operam dabat inuicem*; quod probat tanquam nitidius ex Nicotiano Memmianoque codice Opsopœus hoc posito, *quisq; sibi, alteri inuicem operam dabat*.

Manu crinis ille) sic Palat. tert. at quart. *manibus crinis ille*. Col. *in auibus crinis ille*.

Gemmis adornata: & pluris vnum ex his femina constitit, quam antiquarum dos fuit ella) ita quidem & Cælii Curionis editio; at Erasmi, *dos fuit, non illa &c.* quomodo ipse eruerat ex ms. vno Britannico. priores editi, *gemmis adornata, & poculum vnum ex his femina constitit, quod antiquarum dos fuit*. mei tres, *gemmis adornata & pocula. Vnum ex his femina constitit quod antiquarum dos fuit*. & ita etiam mss. Fortunati, placetque ei. nam & in poculis, inquit, specula. Plinius lib. 33. Quin etiam pocula ita figurantur exsculptis intus crebris ceu speculis, vt vel vno intuente populus totidem imaginum fiat.

Illa quæ publice dabatur Impp. pauperum filiabus) ita primum Curio ille, vt dixi, motus coniectura Pinciani cum enim antea edidisset ex membranis suis Fortunatus, *non illa quæ publice dabatur sed Impp. paup. filiabus*; Erasmus vero nihil mutasset, nisi vocem vltimam, proq; ea restituisset, *liberis*; verbum, *sed*, inquit P. ac. non habetur in antiquis codd. in quibus etiam *filiabus* legitur non *liberis*. ego vero etiam negationem *non* redundare existimo. sic ille. at negatiuam illam conspici in Memmii ac Nicotii lib. is testatur Opsopœus. idemq; ego dico de meis, qui constanter, *non illa quæ publice dabatur Impp. paup. filiabus*.

An ita existimas ex auro netedum) Pal. tertio abest præpositio ex. alii duo retinent, *exist. auro indictum*. Nicotianus *auro inclitum*. Memmianus at Opsopœus, *auro inclitum*, quæ forsan lectio germana.

Non fecisset illis Senatus dotem, si habuissent) I C. quidam quærit; quid si inquis legas? *Non dixisset illis senatus dotem*, vel *non dedisset illis senatus dotem*. vulgatius est enim nostris, *dotem dare, dicere, promittere*, quam *facere*. hactenus ille: quibus hoc sibi sumere videtur, vt non debeat loqui auctor noster nisi vulgatissimis verbis si reprehensionē eius effugere velit. at sciat idem *facere dotem*, non idem esse quod *dicere* siue *dare*; eaque nihilominus locutione nihil frequentius veteribus. certe ita Iulianus l. 49. ff. de iure dotium. Macrobius lib. 1. cap. 11. Saturn. *Senatus omnes ancillas manu iussit emitti, dotemq; eis ex publico fecit*. Cicero pro Quintio in fine: *Ipsi filiæ nubili dotem conficere non posset &c.*

Quam fas non esset reddere) ita & Col. & Palat. tert. at enim quart. *quamuis non esset redd.*

Quam dedit Senatus pro Scipione) ita quidem editio Mureti; præcedentes, receperunt coniecturam Pinciani, *quam dedit po. Ro. filiæ Scipionis*. Erasmi editio superioresque, *quam dedit pro se Scipio*; nec aliter libri mei tres. Ioseph Scaliger Castigationibus suis ad Festum, legere nos iubet, *quam dedit P. Ro. Scipioni*.

Processit enim immodestius paulatim opibus ipsis inuitata luxuria) sic quidem iterum Muretus. at Erasmi editio *molestius*, item Fortunati, qui præterea *immutata*, quod vtrumque in Coloniensi, ac Pal. tert. excepto quod iidem *operibus* insuper habeant, non *opibus*. at tert. *processit enim paulatim in deterius opibus ipsis mutata luxuria*.

Ornatus tantum causa adhibitum) Colon. ac Pal. quart. *orn. tantum cura adhibetur*.

Nulli non vitio necessarium factum est ita Mureti editio, satis viriliter; ei certa nempe voce vna de qua non exilis erat controuersia. Fortunati enim editio, *nulli non vitio numerato, necess.* proditque idem mss. habere *numerario*; olim cuius *numeratio* forte inquit, legēdum, *innumerato*, vt illud D. Augusti, *Vinicius ingenium in numerato habet*. sic ille. Erasmus vulgauit, *nulli non vitio munerario necess.* testat in Palatino tertio, *nulli non vitio anerio necess.* quart. *vitio nummaser necess.* Col. *vitio nummario necess.* veniebat mihi in mentē; *nulli non nouitio numerario necess.* vt sic voces vilem aliquem militem qui in caliga militat, iam primum in numeros relatum. sed nec hoc satis mihi placet. itaque melius coniiciat seu propior visus Apollo.

AD SENECÆ LIB. II. DE QVÆST. NATVR.

Capvt I.

Et terrenis) abest Pal. copula *&*.

Et formam ignium) sic voluit rescriberemus ex mss. suis Fortunatus, neque aliter Colon. aut Pal. quart. ante volgg. addebant, *& formam ignium vel siderum*, quod & repræsentat Pal. tert.

Concretaq; materia) ita & Palat. tert. at alii duo, *concr. natura*.

Tenuiq; aexum) sic Erasmi editio. Fortunati, *aerem*, quod se tuetur mss. meis tribus.

Quemadmodum sol anni vices seruet, an retro flectat) ita quidem Romana editio, sed contra omnes alias quæ, *quemadm. anni vices seruet, solem, an retro flectat*. neque aliter Pal. tert. nisi quod desideratur particula *an*. quart *quemad. ua inuices seruat solem, an retro flectatur*. Colon *quemad. an inuices seruet solem an retro flectat*. & vero reducamus hactenus receptam lectionem, cum nec eam impugnent aut Erasmi aut Pinciani membranæ.

Humanas motura tonitrua) ita legi volunt ex vetustis codd. Fortunatus, & sic fere Palat. tert. nempe *mota*. sed ita tamen vt virgula illa etiam secet literam *t*. alii duo, vt & antiquiores cusi, *mouentia*.

Editiora sunt) sic & Col & Pal. tert. nam quart. *editiora in nos*.

Quæ solo continentur) *Res soli* dicuntur ædes, agri, fundi, & ceteræ res immobiles solo coniunctæ l. 1. ff. de condict. tur. l. 7. ff. de vsufr. &c. quæ *& solo contineri* dicuntur. l. 10. ff. quod vi aut clam. l. vi § hoc interdictum ff. de vi & vi arma. Plinius lib. 6. Epist. *Eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea quæ solo continerentur*. Brisonius lib. 17. de verb. sign.

Quo de tonitruis) ita & Pal. tert. & Col. nam quart *habet tonitru*. Manutii editio præfert *quo de tonitrubus*, quomodo est in Memmiano ac Nicot. cod. vt a Quinquatrua Quinquatribus, cornua cornibus. Plinius: noctu magis quam interdiu sine tonitribus fulgurat.

Non ibi spectandum est) sic Colon. ac Palat. quart. verum Pal. tert. *non sibi spect.*

Cogitetur in ea sede) ita dicit esse in vett. suis Pincianus, non vt olim vulgabatur, *cogitur*, hoc sensu, inquit. aerem qui terras subit non esse spectandum ibi tanquam depressum mole terrena, languentemve aut otiosum; sed semper luctantem & molientem erumpere ad eum quem illi natura disposuit locum; atque ibi eiusdem esse potentiæ eiusdemque ingenii, cuius est in loco proprio, inquieti scilicet & turbulenti. est in Col. *cogit in ea sede*. in Pal. tert. *cogatur in ea sede* quart. *cogita in ea sede*.

De terra dicendum erit) sic & mei tres. at Fortunati membranæ, *de terrenis*.

Partes suas agat) sic & Col. & Pal. quart. at vero tert. *cogat*, quod cum inuenerit in Memmii ac Nicotii libris Opsopœus, elegantius putat altero.

Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio. Vnitas est sine commissura continuatio. & duorum inter se coniunctorum corporum tactus) ita & mei tres. necnon Fortunati, nisi quod is vltimo loco pro voce *tactus* malit cum mss. suis, *tractus*. non enim, inquit, satis est ad vnitatem duorum corporum, vt se tangant, sed requiritur quidam tractus ductusque permistus & indiscretus. Pincianus scribit, si hanc lectionem admittimus, necesse esse vt

conti-

continuatio & vnitas idem sint, inter quas Seneca discrimen assignat. itaque putat ordinem verborum inuersum esse, & restituendum: *Coniunctio est partium inter se non intermissa coniunctio, & duorum inter se coniunctorum corporum tactus. Vnitas est sine commissura continuatio* videtur, inquit, confirmare hanc lectionem verba quæ aliquanto post sequuntur *Aer continuus terra est &c.*

Numquid dubium est) vox *est* abest Colon. ac Pal. quart. habetque eius loco Pal. tert. *enim*.

Aut aceruatione) sic & Pal. tert. verum Fortunati vett. *aut congregatione*, bona, inquit, vtraq; lectione. Pal. quart. ac Col. *aut cognatione*.

Frumentum, nauis) sic & Pal. tert. at enim aliis duobus deest dictio *nauis*.

Vt diceremus vnita corpora) ita & mei tres. Pinciani tamen *vnica*.

CAPVT III.

Quæ in notitiam nostram cadere possunt) mss. mei auctiores sunt verbis duobus, *notitiam cadunt, vel cadere possunt*. neque aliter editio Erasmi superioresque. alteram illam prius introduxit Cælius Secundus, cum prodidisset Pincianus mss. suos tantum habere, *quæ in notitiam nostram cadunt*, resectis illis, *vel cadere possunt*.

Quædam sunt partes) sic ex suis prnuntit Pincianus. neque aliter Colon. aut Palat. quart. at tert. & vulgati prius, *quædam sunt partes eius*.

Manus, ossa neruus, oculi) Pinc. particulam interserunt; *neruus & oculi*. Erasmi editio & Fortunati. *neruus, oculus*; vt & restat in Col. ac Pal. quart. nam tert. alio ordine, *oculus, manus, ossa, neruus*, quod in aliis.

Succus, recens cibi) ita restituit ex suis Pincianus, vti & retinet Colon. at vero alii mei, *succus recenus cibi*, quomodo publicarat Minutius atque Erasmus.

Præparat enim & alia) Palatinus quartus ac Colon. *Parat*.

CAPVT IV.

Inter se consensus est) Pal. tert. absque illa, *inter se*, scribit, *assensus est*.

Quicquid accipit a terris) Col ac Pal. quart. *accepit*. tertius insuper, *accepit a terra*.

Quia in consummationem totius assumtum) sic & Palatinus tertius, at reliqui, *consummatione vniuersi acceptum*.

Quicquid alterius rei natiua pars est ita & Palat. tert. & editio Erasmi. Fortunati codd. *quicq. alterius natiua pars est* Pal quart & Pinc quidam, *quicquid alterius natiua pars est*. Col. *quod alterius natiua pars est*. Pinciani codices aliquot, *quicquid alterius natiua est*.

CAPVT V.

Aut æque interroges) ita legendum coniecit Pincianus. mss. enim eius, nec non mei, *vt æque interr.* neque aliter patrum æuo cusi.

Ex quibus, id est tam ex illo quam ex ista, alimenta omnibus) ita Mureti editio, contra omnes alias quæ, *ex quibus, id est ex illo & ex ista, alim.* quod & exhibet Col. meus ac Pall duo item vett Fortunati Memmii codex custodit, *ex quibus quam ex hac alimenta &c.* antiquissime excusi, *ex quibus, id est illo & illa alim* Opsopœus putat intermedia a glossagis esse, rescribendumque, *ex quibus alimenta omnibus*.

Hinc quicquid est virium singulis) ita & Pall. mei. at Col *est virium singulis*. Memmii liber, *Hinc virium singulis*, quod omnino probat Opsopœus, alterumque negat e Senecæ esse moneta. quod tamen mihi potius est. nam cum *singulis* idem pene sit quod *virium*, non video quomodo toleram possit.

Tam multa poscenti subministratur) ita & Col. ac Palat. quart sed tert *suministratur*.

Quantum in æternum desiderabat) sic & Palat. tert. alii duo *desiderant*.

CAPVT VI.

Aer continuus terra est) sic Pal. quart. at tert. *Aer continuum ratione terra est*. Col. *Aer continuus est*, sine voce *terra*.

Vt puluerem struit) ita Erasmus, at Fortunatus & Col. *vt puluerem ferunt* Pal tert. *vt pulu. struant vel ferunt*. quart. *vt puluerem is ferunt*.

Nunquam enim contexti nisi per vnitatem corporis nisum est) sic Erasmus Fortunati sequutus coniecturam, qui de suo substituit voculam *nisum*. hoc est inquit, *conatus*; cum esset in mss eius, *visum* quod & restat in meis tribus.

Sem atomos dimiditur) sic Col ac Pal. quart. verum tert. *sim atom. incidit*. vt legendum videatur cum Memmiano cod. *inciditur*.

Nec ad situm cadentia) ita & Pal. tert. at quart. *nec illa cadentia*. Col. *nec situ cadentia*.

Quæ remissa elataq; sunt) ita voluit ex suis Fortunatus, neque secus Pal. quart. alii duo, *clataq; sunt*, quod displicuit Fortunato; *elatum* enim inquit opponitur *remisso*, sicut *clarum obscuro*.

Hic facit vim aeruis & velocitatem currentibus) est a coniectura Pinciani quam firmat Pal tert. mss. enim eius, editique Erasmi aliorumque retro, *Hic facit vim & velocitatem aeruis currentibus*, quomodo & restat in Pal quart. item Col nisi quod ipse, *remus currentibus*.

Siluasq; conuellit) ita maluit ex suis Fortunatus, non *conuoluit* quod edidit Erasmus, retinetq; Pal. vterq, & Col. quia id, inquit, commodius ad ostendendam concitati spiritus violentiam. at mihi alterum conuenientius ei rei videtur. ¶ *Quis enim sine intentione cantus est*) Memmiani ac Nicotii mss. non habent particulam *enim*, vt nec Palat. tert. aut adeo quart. ac Col. qui tamen male *cantus est*, non *cantus est*.

Et tuba, & ea qua aliqua pressura maiorem sonitum reddunt) sic & Colon. ac Pal quart. item tert nisi quod destituatur vocula *ea* habeatque *formant* pro *reddunt* at vero Memmii membranæ, *& tuba, & quæ aquarum pressura maiorem sonitum formant*, quod iure placet Obsopœo. intelligit enim auctor organa hydraulica, quæ ex numero τῶν ἐμπνευστῶν esse docet Aristoteles apud Athenæum lib. 4. & Vitruuius lib 10 cap 13 Claudianus ad Manlium:

Et qui magna leui detrudens murmura tactu
Innumeras voces segetis moderatur ahenæ,
Intonat erranti digito, penitusq; trabali
Vecte laborantes in carmina concitat vndas.

Per occultum agant paruula admodum &c) ita Erasmi editio & Pal tert nisi quod is *pinula* pro *paruula*. at Fortunatus legit, *agat*, vt ad *spiritum* referatur, facitq; illud *Paruula* initium sequentis coli. equidem est in Pal. sec. ea distinctio quam ipse desiderat, habetque Col. *agat per nulla admodum*.

Vix locum inueniat] aduerbium, *vix*, est ab Mureti, vt suspicor, ingenio. certe nusquam comparet in editt. aliis, estque adeo prorsus ineptum sed & cum sit in mss. meis *inuenit*, hoc plane reduxerim, illud eiecerim.

In tantum conualescunt] sic voluit Fortunatus, non *conualescit*, quod erat in vetuste cusis: quod loqueretur Seneca non tam de quantitate arborum & radicum, quam de viribus & occultiore illa potentia. nihil tamen centum mutandum & vero *conualescit* restat in Col. ac Pal. quart. restatque alterum solum in Pal tert.

Saxa distrahant & in momenta dissoluant? scopulos rupesq; , radices minutissima, ac tenuissima] sic quidem Romana editio; at Erasmi vt & Pal quart. *saxa distrahant. & in momenta dissoluant; scopulos rupesq; radices in terra minutissima ac tenuissima findunt*. nec secus erat in libris Pinciani, preterquam quod ipse mallet *& monumenta*, sine *in*. sed neq; etiã aliter Fortunatus, nisi quod seruet *detrahat*. est in Colon *saxa trahant & in momenta dissoluant. Scopulos rupesq; radices in terra minutissima findunt*. Pal. tert. *saxa detrahent, & monumenta dissoluant Scopulos interim rupesq; radices in terra minutissima ac tenuissima findunt* neq; secus liber Memmianus, excepto quod destituatur vocibus illis, *in terra*. cuius lectio mihi placet.

Hoc quod est aliud] Pal. tert. *Hec*.

Siue qua nil validum, & contra quam nil validius est?] inepta lectio quæq; solum in editione Erasmi. Fortunati, *& contra quam nil validum est*, quod & extat in Palat. tert. Col. ac Memmiano; nam Pal. quart. solum habet. *sine qua nil validum est*, sequentibus illis reiectis; quod factum propter similitudinem vocum.

Quid autem aliud producit fruges] vox *aliud* abest Erasmiana editione, solumq; restat in Pal tert at Fortunato

ait videri elegantius & magis inferioribus congruens quod erat in suis; *quod est aliud quod producit fruges.*

Ac virentes erigit) Pal.tert. *aut virentes &c.*

Ac diffundit in ramos, aut in altum erigit) Colon. *ut diffendat &c.* Pal quart. *ac diffendat, ac in ramos aut in altum erigit.*

CAPVT VII.

Quidam vera discerpunt) Pal.quart.ac Col. *discrepant.*

Græci autem ἀντιπερίστασιν appellant) Pal.tert. *Græci antiperistasin appell.* quart. *Græci aut peristasin artipartes atque appellant.* Col. literas habet prorsos ignorabiles.

Circumstat enim omne) Pal.tert. *circumsistit.*

Nihil autem opus erit manu admixto) est ab Fortunati coniectura. cum esset in vetuste impressis; *Non autem opus erit manu aut mixto* Pal.tert. scribit, *Nihil ergo opus erit admixta manu.* quart. *nihil autem opus erat manu aut mixto.* Col. *Nihil autem corpus erit manu aut mixto.*

CAPVT VIII.

Quandam in rerum natura vehementiam) sic quidem Col. ac Palat. quart. at tert. *quadam in rerum natura vehementia,* quomodo & erat in Britannico cod. Erasmi; videturque probare.

Magni impetus) idem meus *magnique impetus,* quod probat ex suo codice Erasmus. vehementia enim, inquit, nihil aliud est, quam magnus impetus.

Nihil enim nisi intensione) sic Pal.tert. at quart. & Col. item Fortunati codd. mss. *nihil enim non intensione,* quod omnino probum mihi.

Et tamen mehercules per aliud nihil intendi poterit) sic & Col. & Palat. quart. verum tert. atque Britannicum exemplar Erasmi. *tam mehercule quam nihil intendi ab alio poterit* quod velim examinent doctiores.

Nisi per semetipsum fuerit) Pal.tert. *nisi aliquid per semet fuerit.* Britannicus ille liber, *nisi per semet aliquid fuerit.*

Quis autem est) legendum cum impressis omnibus & mss. *Quid autem.* prius natum primo ab editione Curionis; typographico, vt arbitror, errore; sequitur enim statim. *quod magni &c.*

Tecta murosque plures) vox *plures* abest Palat. quart. & Memmii cod videtur Opsopœo copulandum potius cum nomine *vrbes*, sicuti factũ in Manutii editione & Erasmi.

Oculos statim per &c. intendit) sic & Col. & Pal.quart. sed enim tert. *Oculi statim per &c. mittunt.*

Sed semel vniuersis) sic Pal.quart. at reliqui, *simul*; quod fere est vt aliceri præferam.

Quin sparsio illa quæ &c.) nẽpe tubi siue fistulæ in imo & summo theatro dispositæ erant, ea arte & fine, vt odoratum quendam humorem eiacularentur leniter, & inspergerent in sedentes. is humor e *croco* plerumque. Seneca Epist. 90. *Vtrum tandem sapientiorem putas, qui inuenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat?* Apuleius lib. 10. Metamorph. *Tunc de summo montis cacumine per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit vino crocus diluta, sparsimque defluens pascentes circa capellas odorato perpluit imbre.* bene Apuleius *odorato imbre*, quia e fistulis illis, per minuta quædam foramina stillabat is liquor in modum imbris. & signate locutus est Antonius Musa apud Senecam patrem lib. 10. Controu. qui *sparsiones, odoratos imbres* dixit. vbi magnus ille Turnebus a se & a vero abit, dum tentat sufficere, *adoratos*, & perperam ad *missilia* refert lib. 3. cap. 8. Aduersar. nam rorem illum ingeniosum *Sparsiones* vocabant apte. Glossæ priscæ. *Sparsio, Κρόκος ἢ μυρόφυρος.* & Martialis *spargendi* verbo in eo vsus libro 5. Epigramm 26.

Hos rogo non melius quam rubro pulpita nimbo
Spargere, & effuso permaduisse croco.

& *nimbum* item aliquoties appellat, vt lib. 1:

Et Cilices nimbis hic maduere suis.

lib. 9 Epigramm. 39.

Lubrica Corycio quamuis sint pulpita nimbo

Nec e fistulis solum hic imber, sed scito magis inuento e *statuis* expressus, velut humanus quidam sudor. Lucanus clare indicat:

Vtque solet pariter totis se effundere signis
Corycii pressura croci, sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.

& ex theatri Marcelli configuratione conspicuum, in media & summa præcinctione statuas plures fuisse, partim ad ornatum, partim ad hunc vsum. Eas autem scire licet concauas fuisse; & per immissas fistulas ferreas siue æneas, minutis foraminibus velut per poros & membra expressum hunc humorem; non sine præsenti quidem auxilio & manu administrorum, qui in parte infima. Crocum istum vino dilutum aperit Plinius: *Crocum vino mire congruit, præcipue dulci tritum ad theatra replenda.* itaque liquidum crocum Ouidius 1 de arte:

Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

& fluxisse eum per gradus Spartianus in Hadriano: *In honorem Traiani balsama & crocum per gradus theatri fluere iussit.* vbi de *balsamo* item notabis; etsi minus id crebrũ. at de *croco*, in omnibus spectaculis protritum; etiam Scenicis. ideoque *solennes crocos* Propertius agnominauit lib. 4 Eleg 1.

Pulpita solennes non oluere crocos.

adeo vt etiam supinorum hominum delitiis e theatris in conuiuia sparsiones migrarint, & eadem illa arte vnguentis perfusi conuiuæ. Plutarchus de Othone narrat, … fuisse eum in tricliniis variis locis ἀργυρᾶς καὶ χρυσᾶς … τας, ὥσπερ ὕδωρ τὸ μύρον ἐγχέοντας, *argenteos atque aureos canales instar aquæ, vnguenta fundentes.* quod item in Neronis nepotinis sumptibus Tranquillus recensuit cap. 31: *Cœnationes erant laqueatæ tabulis versatilibus eburneis, vt flores, & fistulis, vt vnguenta desuper spargerentur.* hæc fere Lipsius lib de Amphitr. cap. 16. quibus similia Brodæus lib. 5. cap 6. Miscellan. Ioseph. Scaliger ad 1. lib. Propertii, Torrentius ad Suetonii Neronem, Marcilius ad Epigramma 2. lib. 1. Martialis, Coluius notis ad Apuleii Metam.

Atqui nec tollenonis magni, nec vllum aliud tormentum) ita editio Mureti, cum haberetur in vulgg. *Atqui vero nec manus, nec vllum,* scripsissetque Fortunatus, veteres exẽpp. partim habere, *Atqui nec manus, nec vllum &c.* partim, *Atqui nec vero magni, nec vllum,* scribendumque sibi videri, *Atqui nec tollenonis magni.* tollenones enim tollendæ aquæ instrumenta. Plinius lib. 19 *Hortos villæ rigandos non est dubium, riguosque maxime habendos si contingat, perfluo amne; si minus, e puteo pertica, organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu rigandos.* olim auorum æuo cusi habebant, *Atqui vero nec manus, nec vllum aliud tormentum siue instrumentum.* vbi duæ voces postremæ a glossa videntur, licet etiam compareant in Pal.tert. hac forma; *Atqui nec manus nec nullum aliud tormentum vel instrumentũ* est in quart. *aut qui nec magni nec vllum aliud tormentum.* quomodo & Col. nisi quod ipse *atqui nec &c.*

Et ascendit nata defluere) sic & Colon. & Pal quart. verum tert. *& ascendit in natura defluere.* sed nihil mutandum: loquitur enim de aqua. sic alibi in Epistolis dicit de mulieribus, *pati natæ.*

Sed resilit quemadmodum nisi spiritu referente) Palat. tert. *referentis.* alii duo hic lineas aliquot transiliunt, habentque, *sed resilit scilicet spiritu non aperta tantum incendens &c.*

Nisi quod solido quoque aer) vox *quoque* est a mss. Fortunati. prius publicati eo destituebãtur. neque adeo est in Pal. tert.

Scilicet spiritu non aperta) ita Erasmus. dicit Fortunatus fuisse in mss suis *spiritus*, vulgatos vero eius vocis loco nihil habuisse. & vero abest ea quoque Pal.tert. seruant tamen reliqui.

Quia nusquam diuisum) ita emendandum putauit Fortunatus cum esset in olim cusis, *diffusa*, in mss. vero *diuisa.* & vero Colon. ac Pal.quart. seruant illud *diffusa*, estque in tert. *quia nunquam diuisum est.* Erasmus repræsentauit lectionem quam architectatus est Fortunatus; habetque margini oppositum, forte *diffisum.*

Per omnia ista prohibetur nobis esse peruium) ita & omnes mei, valde sane acute. subit itaque mirari cur Pincianus dilabatur ad coniecturas, putetque castigandum, *permeabilis. Prohibetur nobis &c.*

Per quod illum nos sequi) Palat. tert. *per quod nos illud sequi.* Col. *per quod illud nos sequi.*

Ipse

Ipse quidem transit per ipsum quod scinditur & media non circumfundit tantum, sed vtrinq; cingit) ita quidem Mureti editio secuta libros Pincianos, nisi quod ii *circumscindit.* neque aliter Erasmus: tantum mutat, *circumscindit, tamen & vtrinq; &c.* at Fortunatus, quod esset in vetustis impressis, *scindit & media non circumscindit tamen & vtrumque cingit,* in calamo vero exaratis, *quo scinditur, & media non circumfundit tantum, & vtrinque cingit,* legendum putauerat, *quo scinditur, & media non circumscindit tamen, sed vtrinq; cingit,* hoc sensu: aerem omnia quibus intercludit vel scindi videtur, tranare, non tamen scindere illa per quæ transit, sed cingere vtrinque. Plinius quoque *aerem per cuncta rerum meabilem totoq; consertum* credit. hactenus Fort. at Erasmus ait fuisse in exemplari Britannico, *per ipsum quod abscinditur, & media circumfundit tantum, & vtrinq; cingit, sed permeat.* est in Pal tert. *quod scinditur & media non circumscindit tantum & vtrinq; scindit, sed permanet ab aeh &c.* quart. *quod scinditur, & media circumfundit tantum, & vtrinq; cingit, sed permeat.* Col. *Ipse quidem traxit per ipsum quod scinditur & media circumfundit, tamen & vtrumq; cinget, sed permeat &c.*

CAPVT X.

Lumen illi calorq; aliunde sunt) ita quidem legitur ad oram editionis Erasmi: sed hoc nusquam est in mss. meis, habentque id quod Erasmus ac Fortunatus, *calorq; alimentum sunt.*

Sed per omne spatium sui similis non est) vox *sui* abest Col. ac Palatino quarto, scribitque tert. alio ordine, *sed non per omne spatium sui similis est;* quod mihi magis arridet.

Æternorum ignium) Pal. tert. *externorum.*

Quantum ad siccitatem) ita & mei tres, & Fortunati: qui tamen æque bonam veramque putat primæ editionis scripturam, *ad sinceritatem.*

Inferiora quoque tepent) sic & Colon. nam Pal. tert. *repent.* quart. *temperent.*

Replicato calore benignius) ita quidem Cælii Curionis editio. at Erasmi, *id duplicato;* quod sumptum est a Fortunato, cum antea esset *reduplicato,* vti quoque est in Palat. tert. sed diuisim *re duplicato.* at quart. *id duplicato aere benigno.* quomodo & Col. meus.

Innumerabiles in abscondito flagrant & obscuro semper) sic & Pal. quart. at Col. *innum & in abscondito &c.* quæ copula erat & in antiquitus cusis, sed sublata a Fortunato. tert. *innumerum obscuro & condito flagrant semper.*

Etiamnum tot partes eius fertiles rerum) ita de coniectura Fortunatus. editi & mss. etiam mei nec non Memmii ac Nicotii; *Ha tot partes eius.*

Habent aliquid teporis) Pal. tert. *temporis.* alii duo immissi copula, *& temporis.*

Quoniam sterile est frigidum) Memmii liber, *quoniam quidem sterile frigus est.* Pal. tert. ac quart. *quoniam quod sterile est, frigidum est,* quod reuocauerim. nam alioqui & Col. *quoniam sterile est, frigidum est.*

CAPVT XI.

Quia cum sic diuisus sit) sic quidem Romana editio. at aliæ omn. *Qui cum sic &c.* neque aliter Palat. tert. aut reliqui, nisi quod in iis; *Qui cum sit diuisus.*

Ima sui parte) editt. aliæ & mss. mei, *sam sua parte.*

Parte maxime varius) editt. omnes & mss *maxima.*

Plurimum agit est a diuinatione Fortunati, quoniam sequeretur mox antitheton eius, *patitur.* at mss. eius meique, item Erasmi, *plurimum audet.* quod ego non mutauerim: habemus enim statim, *exagitat* & *exagitatur,* cuius primum audentiæ huic belle fauet.

Et inconstantia) duæ istæ voces absunt Pinciani scriptis, item Col. ac Pal. quart. seruat solum tert.

Huc aut illo versa) Col. ac Pal. tert. *hoc.* tert. *habeant illo verso.*

Luna proximum iter est) ita aperte Col. in Pall. ambiguũ est sit ne *iter,* an vero *vis.* id vlterum cum inuenisset in suis Pincianus, scribendum forte putauit, *proxima vis est.* at ego nihil mutauerim. aliud enim lepidius est.

Cetera quoq; stella) ita Colon. ac Palat. quart. sed tert. *quaque.*

Aliasq; terrarum iniurias turbida mouent) ita mss. Fortunati. olim excusæ *turbine,* quod etiamnum seruant Col. ac Pal. quart. nam tert. *aliasq; terris mouent turbine iniurias.*

Hoc necessarium fuit praloqui) sic & mei tres. at Fortunati antiqua lectio, *fuerit;* qui modus, inquit, dicendi elegantior & vsitatior.

Quo facilius appareret, quid facere aut pati posset) sic etiam omnino Pal. tert. verum quart. ac Col. *quo facilius facere aut pati posset.*

CAPVT XII.

Et conatio sine ictu) ita legi voluit Fortunatus, firmatque eius opinionem Pal. quart. prius erat *& conatio,* quod & restat in tertio. sed Coloniensis, *& commotio,* vt & Pinc. mss.

Inter omnes conuenit) ita ex mss. Fortunatus, & sic Pall. vterque. Coloniensis, *inter nos conu.* quomodo erat in auorum æuo cusis. male. subiungitur enim: *conuenit illis.*

Omnia ista in nubibus & e nubibus fieri: etiamnum conuenit & fulgurationes & fulminationes, aut igneas esse aut ignea specie. Ad illa nunc transeamus in quibus lis est. Quidam putant ignem esse in nubibus: quidam ad tempus fieri, nec prius esse quam mitti) Pinciani codices membranacei loco verborum istorum tantum habent, *omnia ista in nubibus quidem fieri, nec prius esse quam mitti,* reliquis relictis. & vero ita quoque est in Coloniensi, ac Palatino quarto; nisi quod ii *plus,* pro *prius,* sed tamen alia illa minime sunt excludenda, comparentque plane in Palat. tert.

Et fulgurationes & fulminationes) Palat. tert. inserit, *& fulg. fieri, & fulm.*

Aut ignea specie) sic erat in Fortunati libris. at in Erasmi & meis, *aut igneo spiritus,* quod & præfert exoleta editio.

Quid preferat ignem) sic Fortunatus & Erasmus. at Pal. tert. *qui properant ignem.* quart. ac Col. *quod properent.*

A lumine illum collige) ita & mss mei & Fortunati, vt sit sensus, aliquos existimare ignem, lumine superiorum posse in nubibus excitari, vt Empedocles Solis radiis. sed vult Fortunatus, magis conuenire verbis Aristotelis, vnde hæc omnia conuersa sunt, vt, *aliunde,* legamus. dicit enim Aristoteles, esse aliquos, qui dicant ignem nubibus superuenire, vt Empedoclem atque Anaxagoram: hic enim ab æthere, ille a Solis radiis ignem in subiectum aera decidere existimant. hactenus Fort.

Quidam autem radios &c) sic & Col. ac Pal. quart. sed melius videtur quod est in Pal. tert. *Quidam aiunt radios &c.* vt postea, vbi legitur, *Ignem excitare dicit,* deleatur dictio *dicit,* quæ nec in ms. co conspicitur.

Intercurrentis recurrentisq; sæpius in se relatos) sic Fortun. & Erasmi editt. at Pinc. codd. *intercurrentesq; sæpius in se relatos;* quomodo & Col. nisi quod seruet *intercurrentisq.* prior scriptura exstat in duobus Pall.

Anaxagoras aut illum) sic Mureti editio; at aliæ omn. & mss *Anax. vero aut illum.*

Ex æthere distillare) mss. iterum omnes & excusi, *distillare,* quod sane reuocandum.

Dua partes mundi in imo iacent) sic & Erasmus. at Fortunati editione exulat vox *mundi,* quæ nec in Pal. quart. aut Colon. a quo insuper abest verbum *iacent.* habet tert. *Dua partes mundi in vno iacent.*

Qui ventos tonitrua & fulmina facit] sic & Pal. quart. at tert. alio positu, *qui ventos fulmina & tonitrua facit,* qui & in Col. in quo tamen, *faciat.*

Et imbres & niues creat] mss. Fortunati non adest illud, *& niues.* mauultq; ipse, vt & Erasmus, *& in imbres & niues cadit,* quomodo seruat quoque Pal. tert. nam alii duo tantum exhibent, *& in imbres cadit.*

Quia coaceruatus est, cum coitu nubium vehementer impactarum a latere eliditur] vox *impactarum* solum est in editis ab Erasmo. Fortunatus aut mss mei ipsam non habent. Opsopœus putat sincerius quod refert

Memmii scriptum, *cum coacervatus est, coitu nubium vehementer a latere eliditur.*

Deinde vbi latius ferit nubes proximas) sic iterum Erasmus: at Fortunati editio, *deinde vt latius feriat nubes prox.* quod constanter in omnibus meis. Pincianus emendandum putabat, *Deinde vt latius ferit nubes proxima.*

Plaga & cum sono incutitur) Erasmi libris abest illud *&*. Fortunati vero, meique præponunt, *hac plaga cum sono int.*

Lignorum virentium crepat) Pal. tert. addit, *crepat vel prostat.* quo quid sibi velit nondum expuio.

Et vt ille spiritus habens aliquid) vox *vt*, a Mureto est. certe Fortunati editio & mss. mei ac Pinciani, *& ille spiritus habens aliquid*, putabatque Hispanus ille corrigendum, *vt ille spiritus &c.* quod statim recepit Curio ceterique. Erasmus vulgauit, *Et ille spiritus &c.*

Cum est conglobatus) sic solum Erasmi editio. Fortunati, *conglobatusq;*, quod & in omn. meis.

Ob dissimilem impactionem nubium) ita Colon. ac Palat. quart verum tert. & Memmii, *ob dissimilitudinem nubium*, quod probat Opsopœus.

Quare aliæ maiorem sonitum habent, aliæ minorem) ita & Pall. mei Colon. *sonum*. Nicotii, *quia alia &c.* Memmii, *quare aliæ maiorem sinum habent, aliæ minorem*; verissime, inquit Opsopœus, si ea altero ms. *quia* pro *quare* adscriueris. ipse enim Aristoteles, παντοδαποὶ δ' οἱ ψόφοι, διὰ τὴν ἀνωμαλίαν γίνονται τῶν νεφῶν, καὶ διὰ τὰς μεταξὺ κοιλίας, ᾗ τὸ συνεχὲς ἐκλείπει τῆς πυκνότητος. & Seneca postea cap. 15: *densos compactosq; nubium sinus dissipat.*

Lenis impetu accensus & varius) aliæ editt *leni*. item, *vanus*. & vero *vanus* est in mss. meis, nisi quod id in tertio ambiguum sit. seruant tamen omnes illud *leni*, quod alioqui etiam alibi semper alterius locum occupat.

Videmus fulgurationem) membranæ omnes & vulgati prius, *fulgorem*.

Et multum aures antecedit) Pal. tert *multo*.

CAPVT XIII.

Cum tantundem illic semper ardeat) ita & mei tres. at Fortunatus ait esse in mss. suis, *illic spiritum ardeat*; & potest, inquit, vtrumque sustineri; *semper* tamen magis sensui conuenit.

In igne purissimo) magnam habet emphasin quod est in Pal. tert *in illo igne purissimo*. itaque ei hic libenter suum constituerim locum.

Quod potest carptim) ita contra omnes editt Mureti typographus. mss. enim mei & vulgati ab Fortunato atque Erasmo, *quod potest carpi*. quod placet. nam plane inepte Curio subsequentesque, *capi*.

Si in addito suo tenet graue) Pall. duo, *si illud in abd.* Col. *si illud in abdito suo tenet grauem.*

Fateor enim non esse, sed feruntur) ita & Colon. ac Palat. quart. sed enim tert *Fateor: non eos tamen sed feruntur* nihil certius quam restituendum vna litera minus; sed *feruntur*; quomodo & inuenit in Memmii membranis Opsopœus; eque vnis suis mihi enotauit optimus Casaubonus.

Summas fortitus oras) mei tres, *horas*.

Hinc discedere non potest) Pal. tert. *descendere*. forsan nõ male. Colon. *hic discedere*. mediam scripturam reperit & in sua codice probatque Casaubonus.

Operum pulcerrimo) sic & tres mei. Casauboni liber, *operis*, quod ipsi placet, vt annectatur sequentibus.

Sed ne ab externo quidem exprimi) Pal. tert. *sed ne ab aeterno quidem comprimi* quart. *sed ne ab ext. quidem deprimi*. Coloniensis, *sed ne ab extremo quidem corpori locus est.* vulgata scriptura manauit a mss. Fortunati. antiquitus cusi, *sed ne ab extremo quidem comprimi*. si nihil maioris mali latet, commodius mihi videtur, *sed ne ab externo quidem deprimi.*

Nulli incerto corpori locus est) ita mss. Fortunati, & Pal. quart. nam tert. *nullus incerto corpore locus est*, quomodo erat in olim publicatis.

CAPVT XIV.

Posse aliquas partes aeris ad se trahere ignem, ex æthere decidentem, & ex eo superioribus locis ardere hic incendi) ita Erasmi editio, cuius tamen notæ aiunt, priorem editionẽ habuisse, *decidentem ex his superioribus ardere, ac sic accendi*. additque idem Erasmus, Fortunati, inquit, cod mss. habent, *trahere ignem ex his locis superioribus, ardere an sic accendi?* Britannicũ habebat, *trahere ignem ex his locis superioribus, & ex eo ardere sic accendi.* Fortunatus diuinat legendum, *ignem ex æthere decidentem, & locis his superioribus ardere, an hic accendat*. ea lectio satis cõgrueret, si pro *inquam*, scriptum esset *vtrum*, pro *sed*, quod mox sequitur, *Nam, quod plurimum interest.* Tolerabilior erit lectio si *ex*, vertatur in *&*, & *ardere*, in *ardere*, & *sic* in *hic*. ad hunc modum. *Vos, inquam, dicitis, cum causas stellarum transuolantium redditis, posse aliquas partes aeris ad se trahere ignẽ, ex æthere decidentem, & locis superioribus, & ex ea ardore hic accendi.* quanquam hoc, *ex locis superioribus*, videtur adiectum ab interprete quopiam. itaque non vrget quæstionem, sed ostendit illorum responsionem non esse absolutam. idque mox explicat: *Sed plurimum interest &c.* hactenus Erasmus. scriptus liber magni illius Errici Memmii præfert, *ad se trahere ignem ex superioribus locis ardere, & sic accendi* Pal. tert custodit, *ad se trahere ignem ex æthere decidentem. ex his locis superioribus ardere & sic accendi.* quart *ad se trahere ignem ex æthere decidentem, quod natura non patitur*, intermediis plane omissis; neque multo aliter Colon. in quo est, *ad se trahere igne & ex æthere decidentem, quod natura non patitur &c.* locus hercle male habitus.

An dicat ex ignea vi calorem) sic editio Erasmi, at Fortunati, *vt liceat ex ignea vi calorem*, quod idem est in Pal. quart. nam tert *an liceat ex ignea in calorem*. Colon. *vt licent ex ignea vim colorem.*

In ea quæ subiecta sunt transilire, an hic accendi. Non enim &c.) ita Manutii editio & Erasmi. at vero Pal. tert. & Memmianus, *in ea quæ subiacent transilire. Non enim &c.* quart. ac Col *in ea quæ subiecta sunt transilire. Non enim.*

Quod non potest fieri) ita & mei tres, quæ tamen valde suspecta Opsopœo; quoniam longe absit a tautologia auctor noster, & modo dixisset, *quod natura non patitur*. itaq; accedit Erasmianæ coniecturæ, quæ putabat hæc, *ex locis superioribus*, ab interprete adiecta, additque adscripta fuisse ad vocem *æthere*; pro qua perperam irrepserit, *ardere*. recisis itaque supradictis arbitratur legendum; *ad se trahere ignem ex æthere. & sic accendi. Sed plurimum &c. calorem in ea quæ subiacent transilire. non enim illinc ignis cadit, sed hic nascitur.*

Vt & imus æther habeat) ita ex suis Fort. neque aliter Pal quart nisi quod is, *habet*. alii duo male, *vt & vnus æther habeat.*

Ex diuerso in aduersum) sic quidem Erasmus. at Fortunati editio, *ex diuerso in diuersum*, quod & in Colon. ac Pal. quart nam tert. vt & Nicotii & Memmii, *in diuersum ex diuerso*. vtramque lectionem præposuerim vulgato.

Paulatim ista consumi) sic Fort. & Erasm. at mei tres duoque Memmii ac Nicotii, addita præpositione *ista in consumo*. ¶ *An hic iam æther sit*) sic Erasmus & Pal. quart. at Fortun. *hoc*; vt & Col. sed alio ordine, *an hoc æther iam sit* tertius compendio scripsit, neq; discernere est vtrum velit an *hic*, an *hoc*.

CAPVT XV.

Cum in ignem & aquam mutabilis sit) sic voluit Fortunatus, neque aliter Pal. quart. alii duo, vt & olim vulgg. *cum ignis & aqua mutab &c.*

Non trahere aliunde) sic Mureti editio, contra omnes alias. cunctaq; adeo exemplaria calamo exarata, in quibus, *detrahere*.

Et cum densos compactosq;) sic & Col. & Pal. tert at vero quart. *& cum depressos compactosq;* quod hercle fere placet. *densum* enim *compactumq;*, tantũ non vnum & idẽ est.

Sic quemadmodum) ita & Col. & Pal. quart. sed tert. destituitur illo, *sic*.

CAPVT XVI.

Quid ergo inter fulgurationem & fulmen interest?] Pal. tert. *& fulmina*. at quart. & Colon. *Quid est ergo inter fulg & fulmen?* quod mihi magis placet.

Manibus inter se iũctis aquam concipere] ita & Palat. tert. at quart.

et quart. *manibus accipere aquam inter se iunctis*. Col. *manibus accipere aut eriunctis*.

In modum siphonis) membranæ meæ tres, *symphonis*. at citat & *sifones* Brissonius lib 2. cap. 8. Select. antiq. adducitque Isidorum lib. vlt. Etymol cap 6. vocantem *sifones vasa quæ aquas sufflando fundere nt, quibus aduersus incendia Orientales populi vtebantur* eorum meminit & Columella lib. 3 cap. 10 Plinius Epistola ad Traianum de incendio Nicomediensi. Vlpianus l. quæsitum §. aceturn ff. de instruct. vel instrum. passim autem in ædibus *sifones* fuisse qui subterraneis meatibus ductam aquam exprimerent, Strabo lib 5. testis est.

Medium spiritum emittunt & hoc ipso inflammant, & tormenti modo eliciunt) ita legit Mureius, cum esset in olim impressis, *ex hoc ipso*; quod mutauit primum Fortunatus, quamuis, inquit, in vetustis membranis non sunt ista verba, *emittunt, & hoc ipso inflammant, & tormenti modo*. & profecto nonnihil dubito an Senecæ sint; ita putida, agrestia & insuauia videntur; præsertim illa, *& hoc ipso inflammant*. succincta & elegans lectio est quam habent antiquissimæ fidei codices; *Nubium inter se compressarum angustia medium spiritum eiciunt*. vel sic, *spiritum tormenti modo eiciunt*, quæ duo verba genuina videntur. sed legentes æstiment. sic Fortunatus. nam Nicotii liber & Memmii adsentiuntur lectioni primo positæ loco, nisi quod seruent, *eiciunt*; quod etiam est in Manutii atque Erasmi editione, non illud Mureti *eliciunt*. Pal. quart. habet; *med. sp. emittunt, & hoc ipso inflant ac tomtraum modo eicinnt*. vnde clarum fere legendum; *Nubium inter se compressarum angustia medium spiritum emittunt, & hoc ipso inflant & tormenti modo eiciunt*. est in Colon *medium spiritum emittunt. Ex hoc ipse inflant & tormenti modo eiciunt*. Pal tert. assentitur editioni exoletæ, quæ habebat *ex hoc ipso inflammant & torm. modo, eiciunt*.

CAPVT XVII.

Sed quemadmodum. si in aquam feruens massa descendit) ita & Erasmi editio Fortunatus ait priscam edit. habuisse: *sed quemadmodum in aquam &c.* manuscriptos vero, *sed si in aquam feruens massa mittatur*, quæ ei commodior lectio: vel certe, inquit, ex vtraque vna facienda; *Sed quemad. si in aquam feru. massa mittatur* Col. exhibet, *sed in aquam feruens massa descendit*, neque aliter vterq. Palatinus, nisi quod interierat, *sed sim aquam*.

Ita vt Anaximenes) vocula *ita*, abest Pal. tert.

Et dum luctatur) Palat. quart. ac Col. *& deinde cum luctatur*

Per obstantia & intercisa vadens) mss. mei tres, item Memmii ac Nicotii, *vadere*, non *vadens*.

CAPVT XVIII.

Anaximander omnia) Pal. tert. *Anaximandrius*. quart, ac Col. *Anaximandrus*

Quia tunc quoq. per crassum & siccum aera spiritus prosilit) ita inuenit in Britannico cod. Erasmus, qui forte leg. putat. *per salum & siccum*. prior editio; *quia tunc & per cursum & siccum*. quod & seruat Palat. tert. excepto quod scribat. *peracurssum* dictione vnica. at quart. *quia tunc quoq. percussum aera spiritus prosilit*, sine illo *& siccum* Col. hic lucam & amplius transiliit, habetque, *quia infirmus spiritus qui in flammam &c.* quæ verba statim in nostris sequuntur. Fortunatus ait se legere; *quia tunc quoq. per aera percussum & scissum spiritus prosilit*. est in Memmiano, *per crassam & scissam*; Nicotiano, *per quassum aera spir.*

Quia tenuior & infirmior spiritus qui in flammam non valuit, in sonum valuit) Palat. tert *quia spiritus infirmior non valuit in flammam, in sonum valuit*. quod probo. nam & alioqui Memmii liber & Nicotii, *quia spiritus infirmior in flammam non valuit, in sonum valuit*. at quart. *quia infirmus spiritus qui in flammam non inualuit, in sonum valuit*, quomodo & exstat in Col. nisi quod ille *valuit* pro *inualuit*.

CAPVT XIX.

Anaximandrus ait) Pinciani mss. nec non mei, *Anaxandrus*: quod cum & fuerit in Memmiano ac Nicotiano, putabat Opsopœus scribendum *Anaxagoras*: huic enim attribui eam opinionem cap. 13. & à Plutarcho lib 3. cap. 3. de Placitis Philosoph.

In inferiora descendit) libri mei omnes, item Memmii ac Nicotii, *descendunt*, placuitque Opsopœo.

Impactus nubibus frigidus) sic & Col. ac Palat. tert. nam quart. *imp. nubibusq. frigidus*.

CAPVT XX.

Diogenes Apolloniates) Col. vltimam vocem non perscripsit totam, tantumque habet, *Apoll* at Pal. tert. *Appolomatot* quart. *Apolloattes*.

Antecedit & nunciat) ita & Pal. tert. at reliqui duo non habent illa *& nunciat*, exulantque etiam mss. Pinciani.

Magno impetu latum) ita Colon. & Pal. quart. sed tert. *lapsum*. vti erat in exoletis editt Fortunati membranæ habebant, *magno impetu ductam*.

Quis & hoc non concedet) Pal tert. *Quis autem non & hoc concedit* quart *Quis enim & hoc concedat*. Colon. *Quis non & hoc concedat*; quod mihi potius videtur.

Dum secuta in terra incendit) ita Erasmi editio, notatumque ad marginem legi alias, *dum secta infra incendit*, quod & erat in mss. Fortunati, cuius editio *incendit*. Palat. tert. & quart. item Nicotianus. *dum secata infra incendet*. Col. *dum secuta infra incendit*. Memmius *dum secata in terra incendet*.

Cum tam vasto ictu aera inciderit) sic & Colon. & Pal. quart. at vero tert. *dum tam vasto ictu aeru incenderit*.

CAPVT XXI.

Incipiamus per nos mouere) mss. mei, *incipemus*; item postea, *transimus*, non vt vulgatur, *transeamus*.

Quid enim confessi est) ita restituit ex suis Fortunatus. mei, *confessi sunt?*

Æque fulgurationem] mss. omnes & excusi prius vocula addita, *& æque fulg. &c.*

Sylua illo cremantur] restituo ex tribus meis, *crematas* quod hercle hic aliquanto suauius sonat, meliusque adeo conuenit.

Quæ non percussa sunt] Pal. quart *percassa*.

Quid quod omnibus fulgurita] ita scribi voluit Fortunatus; quod Festus & Nonius fulmine tacta vel exusta *fulgurita* dicerent; non *fulgurata*; quomodo erat in mss. eius. & vero cum sit in omnibus meis item *fulguratis*, illud hic retinebimus, dum melior aliqua membrana cedere iubeat loco.

Vtramq. rem inter se miscendo] ita Erasmus, at Fortunati & mss. mei præponunt, *& vtramq. rem &c.*

Fulgurationem vsq. in terram perducta] Pal. quart. ac Col. *fulgurationes*; iidem, nec non Pal. tert. *perductum*.

Hæc diutius pertracto] Pal. tert. *diutius hic eidem pertracto*. quart. *hic diutius pro cetero*.

Fulmen est quiddam plus &c] ita & Pal. tert. ac Colon. item quart. nisi quod ille, *est quodammodo plus*. at Memmii codex & Nicotii diuerso ordine, *Fulguratio est pene fulmen. Vertamus istud. Fulmen est plus quiddam quam fulguratio*.

CAPVT XXII.

Esse vtramq. rem ignem] Col. *vtramq. rem ignem esse*. Pal. tert. *vtramq. rem igneam esse*.

Et supra fit duobus modis] sic & Colon. & Pal. quart. sed quart. *vt supra fit &c.* scriptus Casauboni, *& supra fit. Fit autem duobus modis*. quod placet.

Vno, si excitatur] ita & mei scripti & Fortunati, qui tamen maluit, *excutiatur*. male omnino; cum alterum hic æque conueniat.

Sicut ex lapide percusso] vox *percusso* extat quidem in editis ab Erasmo, sed vero abest libris Fortunati; nec vsquam etiam conspicitur in meis aut Memmii & Nicotii libris. itaque eiiciatur.

Duo ligna &c.] videatur & Plinius lib. 16. cap. 40.

Videamus quantis procella] ita Erasmus & mei. Fortunati *Vidimus*, quod fere malim. nam certe neque *procellas* aut turbines attribuit nubibus vt verba præ se ferre videntur, sed ait quotidie videre nos vim procellarum, vim turbinum; cumque res illæ exiguæ, nihil non frangant, dissipentque, nihil mirum si nubes, innumeris modis maiores, ignem forte excutiant &c.

Id tormentum in quod obuium fit) vt hæc quidem scribuntur, capi necesse est, tanquam si dicantur de procellis, & turbinibus; sed inepte forsan. sane scripturam istam damnant omnes mss. mei, in quibus; *Id in quo tormentum obuium fuit*: quod longe alium inducit sensum, & verum. itaque ita omnino rescribendum, nisi si cui forsan magis placet, *in quod tor. obuiam fit*. ait enim auctor; si tormentū aliquod, acies puta, muros & obuia alia dissipat, rapit, & longe a loco suo proiicit, quid ni & possit tanta vis nubiū excutere ignem? Fortunatus eandem quoque scripturam quæ est in membranis meis producit ex prioribus editionibus; sed addit videri minus sinceram, vt & hanc, *Id in quod tormentum obuiam fuit*, quod erat in mss. eius; ac fortasse legendum; *Huic tormento quicquid obuium fit dissipatur &c.* vel certe, *Id tormentum in quod*, mutato tantum verborum ordine.

Horum transitu trita exanimata) ita equidem Romana editio. at Erasmi, *horum transitu trita vita exanimata*. monuitque Pincianus vocem *trita* abesse mss. suis, vt & abest Fortunati libris, item Colon. meo & Pal. quart. qui tamen *examinata*. at tert. *horum transitu trita alias vita examinata* Obsopœus tradit, vocem *exanimata* deesse in libro vno scripto quem consuluit cum vulgatis, vt & postea particula, *autem*. & sane illa sibi non constant.

Nihil tamen tantum in his debes credi) ita & Colon. & Pal. quart. sed tert. *Ne hoc tantum in his debere credi*.

CAPVT XXIII.

Nubes quoq; in nubes concitata) sic & Pal. & Colon. nisi quod is, *concitare*. tert. *nubes concitata*, absque illis, *nubes quoq; in*.

Premente vento) Colon. *feruente*. delibero mecum & cum animo meo, an non fuerit prius; *ferente vento*.

Quadam attrita perducerentur) ita emendauit primum Fortunatus, cum esset in libris, *astricta*, quod & restat in Col ac Pala. quart. tertius tamen, *quadam astricta vel attrita perducentur*. forte fuit, *affricta*.

Maximis viribus suis in ignem conuersus atteratur) ita Erasmus Col ac Pal. quart. *conuersus est, atter. &c.* tert *his maximis viribus. idem suis cum inuentum conuersus est acteratur*. Fortunati editio præfert; *maximis viribus suis conuersus est, atteratur*, sine verbis, *in ignem*.

Credibile est & verisimile) Palat. tert. solummodo habet, *verisimile est*.

Sine alimento coniectus est) ita mss. etiam Fortunati. is tamen aliam vocem desiderat, loco verbi *coniectus*, & vero, est id quoque in Colon. ac Pal. quart. at tert. vt & Memmianus retuant, *prosectus*.

CAPVT XXIV.

Cum dicas hanc ignis esse naturam) mei omnes, *dicatis*.

Aut falsum est quod denique dixisti?) ita Romana editio. Erasmi, *aut falsum est quod deinde dixistis*. pro quibus scribendum putarat Pincianus, *aut falsum est quod de igne dixistis* Palat. tert. *aut falsum est quod inde dixistis* quart. *aut fal. um est quod deinde dixistis*. Col. *aut falsum est quod demum dixistis*.

Sicut aqua natura defertur) sic Pinc. ex suis mss. neque aliter mei Fort & Eras. editt. *aqua*.

In contrarium ageret) Pall. duo *in contr. circam ageret*.

Vnde imbre deiecta est) Pal. tert. *vnde & imbre*. Colon. *vnde ymbris*.

Fulmen autem cadit eadem necessitate) sic quidem Erasmi editio, at Fortunati nec non mei tres destituuntur dictione, *cadit*.

In his ignibus accidit) sic & Pal. tert. alii duo, *Id his ign.* quomodo & legendum putabat ex mss suis Pinc.

Quod cum spectes) Pal. quart. *expectes*.

Vbi est aliquid quod eum ferat) sic Erasmi editio. at Pinc. codd. & Fort. *ferat* Palat. tert. *vbiq; est aliquid quod eum ferat*. quart. ac Col. *vbi est aliquid quod eum ferat*.

Ab impetu suo auertat) Colon. *aduertat*. Palat. tert. *attrahat*, quod & in olim cusis.

Sed feruitus eius sit) Pal. quart *fit*; vt & Fort. membranę.

CAPVT XXV.

Dicitis, inquis) Colon. *Dicis, inquis*. Pall. duo, *Dicis, inquit*.

Imo vda) ita legi voluit Fort. neq. secus Col. nam Palat tert. *imo humida* quart. *imo unda*. casca editio, *imo unda*.

CAPVT XXVI.

Simul & fit & cadit) particula prior, *&*, non extat in aliis editt. habentque mss. mei fere, *Simulis fit & cadit*.

Rursus vbi copia humoris) Pall. duo, *Rursus cum cop.* Colon. *Rursus enim copia &c.*

Exigua enim non resistit) scribo cum meis addita vocula, *Exigua enim vis non resistit*, quæ & in aliis editt. eiecitque primum Mureti editio.

Et fumus ex alio ferebatur) ita & Fortunati & Erasmi edit. ne forte sibi id arroget quidam, qui inepte excudi permiserat, *funus*.

Nam demum prodebat ignem) ita mss. mei etiam omnes. Pincianus ait legendum forte; *Interdum prodebat ignem*. quid si legamus; *tam primum prod.*

Quoties ardor inferius iacens superius pondus enecerat) ita legit enim mss. suis Pincianus; sensu, inquit, ; ofcente. aliæ editt. *iacentis*; vt & membranæ meæ, nisi quod Palat. quart *supernum* Col. *superum pondus enitare*. est in Memmii libro, *quoties ardor infernus iacentia super vnda pondus enecerat*: quod sincerum arbitratur Obsopœus. *iacentis* enim *super*, idem esse ac si dixisset *superiacentis vnda*; hoc est, *maris superfusi*, vt post loquitur.

Quas spiritus antequam verteretur) ita & Col. & Fortunati editio; Erasmi *verterentur*; quod probabat Pincianus; scilicet, inquit, *in pumicem*; quia sequitur, *& in leuitatem pumicis versa*. haud negat tamen legi posse, *vrerentur*, quia subdat *partim exesa*. & vero *vrerentur* probat Opsopœus; reddi enim causas cur rupes quædam illæsæ fuerint. Memmii liber, *verrentur* habet. Pal tert. duas lectiones iunctim profert, *verterentur vel vterentur*. quart. non habet ista, *quas spiritus antequam verteretur expulerat, partim exesa*, tantumque scribit, *rupesq; partim illæsa & in leuitatem pumicis versa &c.*

Postea altitudini adiectum) Pall. *altitudine*. Colon. *altitudine obiectum*.

In magnitudinem insula) Pal. quart. *in magnitudine ad modum insula* vt forte fuerit, *in modum insula*, eiecta voce *magnitudinem*.

Fuisse altitudinem) Palatinus tertius, *esse vel fuisse altitud.*

Asclepiodotus) Palatinus quartus, & Colon. *Asclepiodonis*.

Per quam diruptis aquis) ita & Col. meus. putat Pinc. legendum *diremptis*, nam mss. eius, vt & Pall. mei, & ille vnus Memmii, *dereptis*.

Subeuntium ex imo flammarum vim) ita scripta lectio librorum Fort. prius vulgati, *ex imo subeuntem vim*. quomodo & Col. sine voce *flammarum*. at Pall. duo *flammarum ex imo subeuntem vim*.

Non potuit comprimere) mei omn. *opprimere*.

Quanto minus in aere extinguere) ita Fortunatus adiutus ingenio suo; cum in mss inuenisset, *in re ext.* in olim cusis, *in ea ext.* ex duobus enim corruptis aere fieri posse putauit, cum omnia inquit, argumenta eo tendant, vt cōfirment exiguo tenuique humore nubium in aere ignem extingui non posse. mei tres seruant, *in ea extinguere*.

Non habet istos motus) sic & Palatinus quartus, reliqui *motus*.

Non aliquando etiam) ita ex suis Pinc. neque aliter mei. prius publicati; *Num aliq.*

Vt nubes sudæ & humiles) est a coniectura Pinciani; Erasmi enim libri, nec non Fortunati, meique & Memmii, *& nubes summa & humiles*.

In parte sincera puraq; cœli visatur) ita & Fort. codd. & Pinc at Erasmi abest præpositio, *in*. est in Pal. tert. *in parte cali sinc. puraq; visitur*. & hercle malim ego, *visitur* quam *visatur*.

CAPVT XXVII.

Intra se clausero nubes) ita ex suis Pinc. & sic quoq; mei. antea vulgati, *inter se*: male.

Similem agit mugitibus sonum) vocem *agit* addidit ex mss. suis Fortunatus, cum abesset prius impressis, & vero deest item Coloniensi meo: habetur tamen in Pall.

Aliud

Aliud genus est aero quod crepitum magis dixerim quam sonum) ita quosdam legere annotat Fortunatus, sed nescit idem an aliquod genus tonitrus satis apte *crepitus* vel *sonus* dici possit. itaque scribendum censet, vt sensus constet. ex vett. libris. *est aere & acerbum. quod acerbum magis dixerim, quam sonorum.* vetericulæ editiones, *est aere quod acerbum magis dixerim quam sonum.* Col. *est aere quod acerbum modo dixerim quam sonorum.* Palat tert. *Aliud genus est aere acerbum quod acerbum mage dixerim quam sonum.* quart. *est aere, quod acerbum magis dixerim quam sonoram.*

Et spiritum quo distenta fuerat emittit) Pal quart *& cum spiritum quo &c.* tert *& cum quo distenta fuerat spiritum emisit.* Col. *& cum spiritum quo distenta fuerat dissoluitur emittit.*

Quidam vero vini flapent) ita & Pal. tert. alii, vt & Pinc. mss. *humi flapent*, non *vini*.

Vt inclusus aer caua nube) mss. mei tres *vt incursus aer.*

Quia magna concurrunt) deleuit Mureti editio voces duas a fine, quæ in omnibus editionibus, nec non in Pal. quart. ac Col. nempe, *concurrunt inter se.* tert. habet, *quia magis inter se concurrunt.*

CAPVT XXVIII.

Quocunque modo illisa sunt, sonant) Palat. tert *quoc. modo illisa vel pulsa sunt sonant.* alii duo, vt & editi omnes, *quocunque modo impulsa sunt sonant.*

Sed agi magna vi) Pal. tert *agitari magna vi.*

Etiam mons non scindit nubem, sed dirigit) aliæ edit. *sed digerit*, notatque Fortunatus mss. loco verbi *scindit*, habere *confundit*, & fortassis, inquit, rectius, præsertim cum sequatur *digerit*, quod est oppositum eius. equidem *confundit* etiam est in Palat quarto; sed tamen ibi est, *dirigit.* Colon. quoque præfert; *Etiam mons vndo confundit nubem sed dirigit. &c.* tert. *etiam mens non findit nubem sed digerit.*

Et primam quamque partem eius) ita legendum pridem monuit ex veteribus scriptis Fortunatus, posuitque ad oram editionis suæ Erasmus, ne id sibi forte adscribat I C. quidam. alias legebatur, *& propriam quamque*; item, *& proximam.* mei tres primam retinent, nisi quod Col. amplius mutet, *quamcunque.*

Spiritum emisit, sonat) sic & Palat. tert. at quart. & Col. *emittit.*

Nisi multo impetu dissiluere) mei tres, *nisi multo impetu dissoluta*, neque aliter Fortunati editio aut Erasmi, reliquæve. Memmii liber, *nisi magno imp. dissoluta.* media lectio reuocanda est, ne omnia sibi licere putet qui Muretanæ præfuit.

Non sonant) Pal. tert. ac Memmianus, *non resonant.*

Quod nubes in monte acta) Col *monte*, sine præpositione *in* Pal tert. *quod nubes in montem aere*, quomodo fere & vetus editio, nempe *in monte aere.* quart. *in monte acta*; quod & in Memmiano & recte, nam miror cur I.C. ille legat *in montes*, cum postea sequatur, *in aliquas partes montis.*

Et ita discutiuntur, & si quem habent spiritum multifariam &c.) ita edidit Erasmus. at rectius videtur Fortunato, quod erat in membranis, *Et ita cum ducuntur, si quem habent sp &c* Palat. tert *ita deducuntur, & si quem habent spiritum multif.* absq; voce *Et.* quod mihi probatur quart. *& ita conducuntur si quem habeat spiritum & multif* quod & in Col. nisi quod is, *cum ducuntur.*

Qui nisi vniuersus erumpit nec crepat) ita reposuit ex scripto codice Britannico Erasmus; antea erat, vt & restat in Colon. *qui non vniuersus erumpit, & crepat*, quod sensus repugnet iis quæ mox sequuntur. habent editi a Fortunato. *qui non vniuersus erumpit, nec crepat*; quomodo etiam seruat Palat. tert nam quart. *quia vniuersus erumpit & crepat* I C. quidam hic ait se legere: *qui nisi vniuersus erumpit, non crepat*, satis friuole; cum idem exeat sensus, & paulo quidem alacrior, remanente vocula, *nec*; tanquam scilicet subintelligatur dictio, *quidem.*

CAPVT XXIX.

Debent ergo nubes vtrinque dissecare) ita legit ex vett. codd. Fortunatus, neque secus est in Col. meo. nam Palat. quart. *nubes vtrinque dissecari.* tert. *vtrinque inferi*, quod erat etiam in antiquitus excusis, repræsentauitque Erasmus. quidam voluit legi, *deficcare.*

Quanto vocaliora sunt) sic Erasmi editio. Fortunati, *caldiora.* quod & pertinaciter seruant mei tres.

Ita tympana) sic diuinat Pincianus. superiores editt. *Item tymp* quomodo & Pall. vterque. nam Colon. *Iterum*

Ex vlteriore parte) sic & mei, nisi quod Col. ac Pal. tert. vnica voce, *exulteriori.* Pincianus scribendum putat, *interiore.*

Hac ad ipsum aerem acta, nisi concaua non tinniunt) mallet Fortunatus, *concaua*, vt referatur ad *cymbala.* Memmii liber habet, *hac & ipsa aera non nisi caua tinniunt* Pal. tert. *hac ad ipsum acta non nisi caua tinniunt.* quart *hac ad ipsum aera nisi concauo non tinniunt* Col. *hoc ad ipsum aera nisi concaua non tin.* Pinciani membranæ, *hac ad ipsum ora acta nisi concauo non tin.* ipse vero forte legendum ait, *Hac etsi area icta nisi &c.*

CAPVT XXX.

Corporum concursu tonitrua) Pal. quart ac Col. *excursu.* tert *concursu tonitruum.*

Illo tempore aiunt plurima) sic legit ex suis Fortunatus, neque aliter Pal. tert. prius ensi. *Illo tempore aiunt tunc plurima*, quomodo & quart. & Colon. vt forte fuerit, *Aiunt tunc plurima*, eiectis, *Illo tempore.*

Verisimile est fuisse tonitrua) sic & Col. at Pall. *tonitruum.*

Nubem facit solidiorem) mei omnes *facit.*

Terras vertentibus) ita magis proprie dici posse quam *vertentibus*, quod est in Pal. tert. ac vulgatis, tradidit Fortunatus, & sic sane seruat Col. meus. nam Pal. tert. *vrentibus.*

Nubem autem tam arida quam humida conferunt) Memmii codex, *conserunt*, quod aptius putat Opsopœus. at Pal. tert, *Nubes autem tam arida quam humida conferunt* quod idem in Fort. & Eras. editt. item in meo Pal quarto & Col. præterquam quod illi, *ficca* habent loco, *humida.*

Est autem nubes) Pal. tert *Est enim nubes.*

CAPVT XXXI.

Loculis integris) eadem Plinius lib. 2 cap. 50 Varro apud Nonium in voce *Liquidum*

Contra fulmina hastula surgunt) ita vetus lectio, Col. ac Pal. quart. item membranarum Fortunati, qui tamen forte legendum ait, *assula*, cuius sententiam sequitur Pincianus. tert. meus stat ab olim vulgatis, qui habent. *bastila.* scribitur in Memmiano *abstula*, quod, inquit Opsopœus, conuenit Isidori etymologiæ lib 17. cap. 6: *Hastula a tollendo nomen apta, quasi abstula Fomes est hastula quæ ab arboribus excutitur recisione, aut hastula ambusta, aut ligna cauata, a fungis nomine accepto quod ita capiat ignem.*

Quid quod malorum serpentium) Pal. tert *malarum, serpentum.* quod malim.

Quibus mortiferis vis inest) idem, *vis est.*

Verminant) Mercurialis lib 6 cap. 19. Var. lect excitat lectorem ad cogitationem, an vel rationem vel experimentum pro hoc loco inuenire queant. ipsi enim suspectum est. videant contrarium huius apud Plutarch. lib. Symp. 4. segmento altero

CAPVT XXXII.

Totum fatorum sequentium ordinem) ita vetus lectio Fortun. vt Plinius, *In totam vitam fatidica*, neque aliter Col. aut Pal. quartus. tert. tamen *longum fatorum &c* quomodo & olim impressi

Et quidem decretis euidentibus) sic & Col. ac Pal quart. vt & Fortunatus legendum putarat, sicut infra cap 3. *castus ha. prima lex est, stare decreto* vulgg *& quidem certis* eiusd Pal. tert *& quibusdam certis eiusd.*

Quod nubes collisæ sunt) mei omnes, *quia nubes*, quod malim nam prius scripserat Pal. tert. *quod.* sed id mox deleuit reposuitque alterum.

Nisi a Deo mittantur) sic & mei duo. Palat. tert *adeo.* margo editionis Erasmianæ ait alias etiã legi, *nisi ideo mit.*

Alius extra disponit ita emendauit Fortunatus, & recte, nam & sic Col. ac Pal. quart. quidam prius legebant, *alius exitum disponit.* publicabant autem, *alius cetera disp.* cui alludit Pal tert in quo, *alius certa disp.*

Sed non a Deo penna auium reguntur) ita editio Mureti, contra omnes alias, quæ, *Si a Deo penna auium reg* quomodo etiam seruant mss. mei, nisi quod Palat. tert *Si adeo penna aui.* & vero reuocanda lectio altera; dummodo di-

stinguatur hoc modo, *Si, a Deo an penna auium reg.&c.*

Magnarum rerum faceret auspicia) vetus quidem lectio, inquit Fort. *indicia*, sed qui *auspicia* emendarunt, non male emendasse videntur. sic ille: quod miror. nam tres mei calamo exarati, *auspicia* diserte præferunt, sicq; etiam citat Torrentius ad Suetonij Vitellium cap. 9.

Ceterarum sine præsagio vox est) præponatur suasu mss. meorum & omnium edit. vocula, *& ceterarum,&c.*

Quod non motu & occursu suo prædicat aliquid) ita Erasmus & Pal. tert. Fort. *prædicet*, aliis meis duobus abest pronomen *suo*. Pinciani exempp. *quod non motum & occursum prædicat aliquid.*

Qui in ea direxerit animum) ita alias legi notauit ad oram editionis suæ Erasmus: ipsa enim, *qui induxerit animū.* Fortunati veteres. *qui in eo direxerit animum*, quomodo & Pal. meus tert. nisi quod is *direxit*. quart. *qui in eo duxerit an.* Col. *qui meum dixerit animum*. forte scrib. *qui eo direxerit animum.*

Ceterum & illa quæ pereunt) ita & Pall. mei. at Col. *quæ permeat*. tradit Erasmus Britannicum cod habuisse, *ceterum & illa sunt quæ pereunt*, additque dicere, *perire*, non obseruata cuiquam. quanquam subolet, inquit, locum non carere mendo, forte legendum, *seruata & illa*, siue, *certa sunt & illa quæ pereunt.*

Quinq; stellarum potestatem) Pal tert. *potestates.*

Tot millia siderum iudicas) reponendum, *tot millia illa siderum*. ex Pinciani libris nec non meis tribus, nisi quod Pal. tert. alio positu, *tot illa millia siderum.*

Quod errorem incutiat, Pal. tert. amplius, *quod errorem maximum incutiat.*

Submissiora forsitan in nos propius) Pal tert. *prim.* Col. abest dictio *forsitan*, quam recte tamen reduxit suasu mss. suorum Fortunatus, cum exularet aliis edit.

Aliter cetera animalia prospiciunt) sic Fort. codd prius vulgg *aliter animalia*, absque voce intermedia, quę nec in Col. meo at Pal. tert *alterq; alia prosp* quart *aliter animalia alia prosp* quod ego putarim auctoris germanum, excidisse vero propter similitudinē quæ ei cū voce præcedēti.

Vniuerso mundo parem) sic ex membranis suis Fort. vt *æqualitatem* intelligamus; cum prius esset *parent*. quod & in Pal. tert & quart. nam Col. *apparēt* Memmij libro abest vox *mundo*. & recte, inquit Oplop. *vniuersum* enim nihil aliud est, quam *mundus.*

Aliud adspice, & distributis rem efficis, tractas) ita haberi in omn. vett. exempp. tradit Fortunatus, aliisque hanc plagam curandam relinquit, videri tamen auctoris mentem hanc; Sicut aues paucissimas in auspiciis esse obseruatas, quāuis nulla sine præsagio esset, ita in genituris pauca admodum sidera notata esse, cum nulla non ex tot millibus stellarum mundo infixarum non aliquod ius dominiumque in horoscopis habeat. vnde videri sæpe horum siderum in artem natalium redactorum & distributorum vanam fallacemque obseruationem ac raros effectus esse, quia scilicet horum vis & potestas superiorū occursu impediatur. proinde, inquit Fort. si quis hoc loco legat, *Vnde illud aspice, etiā distributis effectus raros*, vel sic, *Vnde asperiorum ex distributis res effectu raras* vel; *Aliud aspice, & ex distributis res effectu raras*; diuinator quidem, sed nescio an etiam castigator dici poterit, &c. sic Fortunatus. Col. meus ac Pal. tert. adstipulantur vulgatæ editioni, quart. habet. *& distributis rem officiis tractas*. ad quæ proxime emendauit olim Petrus Faber lib 2. cap. 16 Semestr. *rem officiis tractas*; at I. C. alius prodit hic, videri tale aliquid legendum, *Aues aspice & distributas vires extis tracta*. meo iudicio, nihil mouis; sed non libet tamen pugnare cum Andabata.

CAPVT XXXIII.

In tria dimiditur) Pal. tert. *in has tria*

Quemad exploremus, quemad. interpretemur) Pal tert. *quemad interpretemur, quemad. exploremus.*

CAPVT XXXIV.

Summam esse vim fulminum indicant) Col. *Summa, & indicant*. quart. *etiam indicant*, qui loco *summam* seruat *Quinam* vnde conicere est, fere legendum, *Diuinam esse vim fulminum indicant, &c.*

Nec alterius ostentis significatione mutatur) ita ora edit. Erasmianæ. textus. *minuitur*, quod & in meis, excepto Pal. tert. qui primum retinet. & tamen Col. *vlterius*. Pal. quart *nec alterius portentis.*

Quicquid exta, quicquid aues minabantur) vnde & *minaces fibras* dixit Virgilius. & *venas minaces* eodem sensu Lucanus lib 1. sicut *Cometes crinem minacem* Claudianus lib. 1. de raptu Proserp. quia scilicet ista omnia malū aliquod impendere imminereq; significabant. sic & Macrobius lib. 1 in Somn. Scipionis. *signa vel denunciare, vel minari, vel monere* tradit. & Cicero lib. 1. de Diuinat: *vt primis minentur extis, bene promittant secundis.* Brissonius lib. 1. de Formul.

Nec aues contraria refellitur) Pal. tert. *nec aues contra ref.*

Itaque si fulminis interuentus) ita reposuit ex mss. suis Fortunatus. prius cusi, *Itaq; quod fulm* quomodo Col. ac Pal. quart. nam tert. *Itaq; quæ fulminis, &c.*

Vel augurum indicia) Col. & Pal. quart. *auguriorū*, tert. *augurij indicia*, quod & in Memmiano. Fort. codd. *augurorumque indicia.*

Male inspecta exta) *inspecta* fuisse *exta* diuinationis causa docent & Cicero lib. 1. & 2. de Diuin. Val. Maximus lib. 1 cap. 6. credebant enim prauis erroribus imbuti, esse in extis aliquam vim, quæ declararet futura, ex eorumque habitu colore & notis pericula vel commoda significari, denunciari & ostendi. quorum interpretes erant ex Hetruria primum acciti haruspices, qui ex eo *Extispices*. & eorum diuinationes *Extispicia*. ab extis inspiciendis nominabantur, vt idem Tullius lib 1. de Natura Deor. auctor est, &c videatur amplius Brissonius lib. 1. Form. quā hæc suppeditauit.

Male obseruata auguria sunt) Col. *auria*, Pal. tert. *seruata*. quod mihi placet. idem enim notat quod compositum. vnde & Virgilius, *cæli mensis & sidera serua*. Vide me lib. 5. 1. cap. Suspicion.

Vtrius rei maior) sic membranæ Fortunati nec nō Col. ac Pal. quart. olim cusi aduciunt, *vtrius rei species maior*, quod & extat in Pal tert.

Sed vtra vim attulit signum quantum, &c.) ita etiam mss. Fort. antiquitus impressi, *sed vtra res visa est tulit*, vnde format Pincianus *sed vtra res fidem tulit*, vt mox paulo, *fulminis ictum priora deleuit, & ad se fidem traxit*. melius ex codice suo Casaubonus; *Si vtraque res veri attulit signa, quantum ad hoc par est* nam & Pal. tert. *Si vtraque res veri attulit signum quidem*. quart. *Sed vt res visa attulit signū quātū*. Col. *sed vtra res illa visa attulit signum quantū.*

Sed ad indicandum ignem, idem valet flamma quod fumus) ita scribendum arbitratus est Pincianus, firmantque hanc scripturam Pal. tert. nam quart. *Indicandum an in igne idem valet summa quod fumus*. Col vt & reliquæ edit. *Sed indicandum an in igne idem valet flamma quod fumus.*

Itaq; si hoc dicunt) sic editus ab Erasmo. Fortunato meisque abest vocula, *si*. ¶ *Sed si hoc dicunt*) ita ex cōiectura Pincianus, vel, inquit, *Si hoc dicunt* mss. enim omnes & impressi. *Sed hoc dicunt*; neque aliter etiam mei tres.

Quod si bene primo auspicio intellectum est, secundo non interit) ita Fortunati editio, & probat Erasmus, etsi, inquit, prior editio, *quod si bene nec primum auspicium intellectum est, secundo non interest*. Britannicus vero liber, *quod sine primo auspicio intellectam est, sine secundo, nihil intererit*. est in Pal. tert *Quod si bene nec primo auspicio intellectum est, secundo non interit*. quart. *quod si bene primum auspicium intell est. secundo non interit*, & ita Col. nisi quod interat *nec*. hoc modo. *bene nec primum.*

Idem est. Ita dico, &c.) duæ illæ voces, *idem est*, non habet editio Fortunati, & vero cum nusquam etiam extet in meis tribus, abesse posse puto. Erasmi editio habet quidē verba illa, sed ea deinde omittit sequentes voces sedecim, *Ita dico, non refert, &c.*

Idem an aliud sit per quod quærimus) dictio *idem* in nulla conspicitur, quod sciam, editione quam Mureti: & vero abest quoque Col. ac Pal quart. tertius vero scribit, *an aliud sit per quod quidem quærimus.*

Idem est. CAP. XXXV. *Fatum fulmine*) ita caput distinxit Fortunatus ex scriptis suis, inquit; cum haberent vetuste cusi, *Id est fatum fulmine. &c.* quomodo etiam num custodit Pal tert. alij tamen mei exhibent, *idem est*;

sed

sed enim nouum demum ordiuntur caput ab illis; *Quid ergo expiationes &c.*

Capvt XXXV.

Expiationes,procurationesq;) recte, neq; aliter Colon. aut Pal.tert. male quart.*propitiationesq;* ex haruspicum enim disciplina,portenta, ostenta,fulgura,*procurari expiariq;* dicebantur; vt Cicero lib.2. de legibus, Val. Maximus lib.1. cap.1. Liuius lib.26. Agellius lib.4.cap.5. Arnobius lib.5. aduers. gent. item noster infra cap.38. testantur. de quibus videatur latius Brissonius lib 1.de Formul.

Eorum qui excipiunt ista) ita & omn.editt.& Pal.tert.ac Col.nam quart.*accipiunt*. I C.quidam ait legere se.*qui recipiunt ista* vellem addidisset mutationis suæ rationes.

Et nihil aliud esse existimant) reuocanda dictio a fine quam alio traiecit Romana editio, inuitis cusis omnibus & mss *& nihil aliud esse exist. fata*.

Fata aliter ius suum peragunt) deleatur, inquam,suasu omnium fere librorum non suo loco posita vox *Fatu*. sed & notat hic Erasmus illud *aliter* vsurpatum videri pro *alioqui*,vt referatur ad ægræ mentis solatia. In quodã tamen, inquit, erat, *Irreuocabiliter ius suum peragunt*, sed non probatur.sic ille.

Ex destinato fluunt) eiecit dictionem Mureti editio quæ in omnibus cusis post Manutianam impressionem; *ingesta ex destinato fluunt*. sic enim legi in mss.suis prodidit Fortunatus;neque secus Pal. tert.prius erat, *ingesta & destinata fluunt*,quod adhuc est in Pal.quart.& Col.

Sic ordinem rerum fati æterna series) Palat. tert.*sic ordinem fati rerum æternu series*. aliis mss.meis, nec non editt. omnibus excluditur illud *rerum*.

Æterna series rotat) Pal.tert. duabus vocibus amplius, *rotat vel regit*. alii duo, vt & editi omnes, *æterna series regit*.malim prius.

Stare decreto) sic & Pal.tert.alii mei,*de cetero*,sed male.

Capvt XXXVI.

Et cupito niueo agna) sic & mei Pall.at Colon *& capito vinea agunt*.

Qui procurandu existimant fulmina) Pal. tert.alio positu,*procuranda qui exist.*

Et expiationes non dubitant) idem caret particula,*&*.

Capvt XXXVII.

Quid sit quod sequitur) mei omnes,*sequatur*.

Existimamus vota proficere) Pal. tert.infert,*existimamus quid votu proficere*.

Si futurum est, etiamsi non susceperis vota,fiet) ita omnes editi.at Col & Palat.quart horum nihil habent.tertius tamen exhibet, *Si futurum est, fiet etiamsi vota non susceperis*,quod mihi adblanditur.

Falsa est ista interrogatio) Palat tert.*Falsa ista est interrogatio vel illatio* alii duo. *Falsa est ista illatio*, quomodo excuderunt omnes etiam typographi. alterum tamen magis placet.

Futurum,inquam,hoc est] sic quidem Erasmi editio. at priores,nec non mss.mei, *inquit*.

Hoc quoq; necesse,inquit] Pal quart. ac Col. destituuntur dictione, *inquit*.tertius ordinat, *Hoc quoq;,inquit,necesse*.

Aut suscipias vota] Pall. duo præponunt, *vt aut suscipias vota*,neq; aliter omnes editi. Col. *ne aut suscipias &c.*

Capvt XXXVIII.

Hoc quoq; protinus futurum est] ita legi voluit Fortunatus, cũ esset in olim impressis, *hoc quoq; protinus ad fatum est*, quomodo etiamnum est in Col.ac Palat. quart. nam tert. *protinus affatum est*; quod velim examinent alii.

Et omne ius fato traditum) mei omnes, *& omne ius fatendi traditum* ¶ *Id de quo agitur explicans*] sic solum Pal.tert alii,*explicem*.

Procurationesq; prodigiorum] ita & alias legi annotauit etiam Erasmus;neque secus Pal tert. editio eius, *propitiationesq; prodig.* quod & in quarto & Colon. prætulerim tamen prius. ¶ *Sed ipsu in lege data sunt*] sic & Colon.& Palat.quart.at tert. destituitur præpositione, *in*.egregie ex ms.suo Casaubonus,*sed ipsu lege fati sunt*.

Videntur esse de fato] meis iterum abest præpositio *de*: neque requisiuerim.

Per huius manus venit] ita voluit legi Fortunatus.neq; aliter Col.aut Pal.quart.sed tamen tert.*per huiusmodi manus*,quomodo expresserunt vetuste excusi.

Capvt XXXIX.

Genera fulminum tria esse] sic & Pal. quart. & Colon. at tert.*fulgurum*,quod & in vete.Fortunati; atque non aliter,inquit, in Hetruscorum obseruationibus *fulmina* ipsa appellantur, quamuis paulo infra & Seneca *fulmina* dicat.sed cap.49: *Nunc nomina fulgurum quæ a Cæcina ponuntur,aperte stringam*.quando ergo de operibus & generibus ex Philosophia loquemur, *fulminu* appellabimus; quando vero de significationibus & portentis eorum ex Hetrusca disciplina sermonem faciemus, recte *fulguru, fulgurumque genera* dicemus, vt passim vtuntur auctores. sic ille.

Quam futuram bono malove significat] ita quidem Mureti editio,sed enim aliæ omnes,*cum bonum fortunam malamve significat*. Pal. tert. *quam bonam futuram malamne sign* quart *quam bonam fortunam, malamq; significat*. neque secus Colon. nisi quod is *futuram malamve*; quæ lectio placet.

Enitationem continet] sic & Palat.tert.nam quart.*incitatione cont*. Col. *vitationem*. amicus quidam meus coniiciebat.*enunciationem continet*.

At vltro monentur] Pal.tert. *& vltro morientur*.quart. *& vltro mouentur* Col. *& vltro monentur*.Fortunati codd. *vltronei monentur*,quod placet; vt alibi; *Quid interest ad mortem iussi eamus,an vltronei*.

Capvt XL.

Ob sinceram & puram] sic & Pal. tert. alii duo *per sinceram*.forte fuit,*propter sinc*.

Et habet admixtam vim] iidem duo *commixtam*.

Sed hoc proprio igneum] Pall duo,*sed tamen hoc propr.*

Quod aut vrit,aut fuscat,tribus modis vrit: aut enim afflat,& leui iniuria &c] sic & Palat. tert. codd. Fortunati, *Quod vrit & fuscat,tribus modis &c* quod secuti sunt reliquæ editiones. omnium prima, *quod aut vrit aut fuscat, tribus modis vrit. Vrit fuscat,aut afflat*. Pal.quart.*quod vrit fuscat. Tribus modis vrit & fuscat. aut afflat & leui &c.* sicuti & Col. nisi quod is maiorem non habeat literam, scribatque minuta,*tribus modis &c.*

Potest enim illud ipso transitu] Pal.tert.respuit voculam *illud*,quæ tamen in reliquis mss.

Quis nescit quædam vri quidem,nec ardere?) sic quidem a Mureto cusus. at alii, *Quis nescit, vri quid, nec ardere?* quod & habet Col. item Pall. præterquam quod ipsi *quidem* loco *quid*. ¶ *Nihil autem potest ardere*] sic & Palat. quart.at alii duo destituuntur voce *potest*. quos si probamus,pendebunt ista a verbo superiore, *nescit*; animabuntur a fine interrogationis nota.

Potest accensum esse,nec combustum] ita & Pal. tert at alii duo horum nihil habent,vt nec Fortunati membranæ qui tamen ait nihil obesse sensui.

Capvt XLI.

Hoc aut decolorat] ita Fort.codd. Palat.tert.abest particula,*aut*. at reliqui prĉter eam alteram inferciunt; *Hoc autem aut decolorat*.nec displicet. Erasmi editio; *Hoc autem decolorat*.

Etruscis & Philosophis) sic & Pal. quart. nam tert.*Etruscis Philosophis*;quod improbat Fortunatus,quoniam nusquam tales fuerint Philosophi. Colon.scribit *& Tuscis & Philosophis*.quod non plane ineptum.

Et tres illi manubias dant] sic & Col.& Pal.quart.at tert. excludit pronomen, *illi*. de *manubiis* hisce, videatur & Festus.

Duodecim enim Dees] laudat locum istum illustratq; Turnebus lib.25.cap.12. Aduersar.

Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, sed tunc quoq; non aliter quam vt noceat. Ne prodest quidem impune] ita quidem Mureti editio, sed sine socia. omnium quippe

antiquissima, *quam vt noceat. quæ prodest quidem sed non impune*; quomodo & seruat Palatinus tert. at Fortunatus voces quatuordecim priores expunxit, tanquam ab ignaro adscripta librario, ad illa, *quæ prodest quidem, sed non impune*. nam præterquam quod abhorreant ab aliis, contra Grammaticam legem verbum *quæ*, poneretur, si superius dictum esset, *Hoc fulmen*. & vero cum alia illa nusquam appareant in mss. meis reliquis, illa fidenter denuo extrudemus, recipiemusque illorum loco tantum reliqua ista hoc modo, *deos aduocat; quæ prodest quidem, sed non impune*: quomodo edidit Erasmus aliique.

Sed adhibitis in consilium diis quos superiores) ita Palat. tert & quart. item Erasmus, cum prior editio præferret, *in consilium quos Diis superiores*. est in Col. *sed adhibitis consilium diis quos*. Fortunatus reposuit; *sed adhibitis consilio Diis quos sup.*

Et mutat statum priuatum vtique & publicum) sic quidē Mureti editio, sed contra alias omnes, membranaceosque adeo meos, in quibus; *& inique mutat statum priuatum & publicum*; quod sane malim quam inpositiuum illud.

Nihil esse quod sic) Col. ac Pal. quart. *sic*. tert. *sic*.

CAPVT XLII.

In his prima specie, si intueri velis) sic Col. & Pal. quart. nam tert. *In hac prima sp.* olim impressi, *In his primam speciem si intueri*. at Fortunati vett. *In his primam faciem si intueri velis*. quod secuti sunt Erasmus & alii.

Vt impune in sacrilegio) Pal. tert. *vbi imp.*

Maior numinum turba interfuit) sic & idem tert. at alii duo, *interfluat*. quod non ausim sugillare.

Iouem aut non æquæ voluntatis) sic & Palat. quart. nam Colon. *voluptatis*. tert. *Iouem iniquæ voluntatis*.

Aut certe minus paratum esse) ita & fere mei omnes & Pinciani, qui tamen male putat, forte reponendum, *peratum*. nam *minus paratum* fingi posse Iouem, inde liquet quod subiciat mox auctor noster, *aut non successit*. si quid mutandum, eiecerim voculam *esse* cum Pal. tert.

Vtrum enim cum emisit ignes) casca editio nec non Pal. tert. vocem amplius habent, nempe *vtrum enim tunc cum &c.* at Fortunatus reposuit suasu mss. suorum, *vel tunc, cū emisit ignes*, quod secutus est Erasmus & alii. Pal. quart. & Col custodiunt; *Verum si tunc emisit ignem*; quod non omnino reiecerim, si modo fiat *ignes*.

Aut voluit iustius mittere, aut non successit?) ita & exoleta editio & Erasmiana: quod improbat Fortunatus; neque enim, inquit, est interrogatio, aut refutatio opinionis, sed continuata cum superioribus sententia; non fuisse scilicet tam stultos Etruscos, vt crederent Iouem tunc cum ignes mitteret & præteritis noxiis, innoxia capita percuteret, aut iniquæ fuisse voluntatis, & noluisse iustius mittere, aut certe minus paratum fuisse, nec bene manum librasse. itaque, quibus ignibus noxii peterentur, errorem in innoxios detulisse. quare cum vetus lectio habeat, *aut noluisse iustius mittere, aut non successisse*, fere est vt eam probet Fortunatus. Pal. tert. *transiret, voluit iustius mittere, an non successit*. quart. stat a vulgg. nisi quod interrogatione destituitur, cui fere adhæserim. Colon. *aut voluit iniustius mittere aut non successit*.

Vt supra nos aliquid timeremus] ita & Pall. ambo. at Colon. *timerent*, quomodo legendum ex veteri suorum lectione Pincianus voluit.

Aliquid esse, aduersum quod) mss. meis tribus abest dictio *aliquid*.

Super caput vindicem) Pal. tert. *supra* quod malim. illud *vindicem* primum introduxit ex mss. Pincianus. Erasmiana editio prioresque *iudicem*; minus bene, & contra libros meos.

CAPVT XLIII.

Quare ergo id fulmen quod solus Iupiter mittit) sic & Palat. tert. reliqui duo, vt & Fort. nec non Erasmi editio, *Quare id solum fulmen quod Iupiter mittit.*

Perniciosum id de quo deliberauit) Pal. tert. *de quo liberauit*. alii duo, *id quod deliberauit*; neque aliter Fortunati codd. probauitque Erasmus & reliqui. & vero mihi quoque placet.

Discant hoc ii quicunque) eiciatur particula *hoc* auctoritate & membranarum mearum & editt omnium.

Placita temperent) ita & Colon nec non Pal quart nā tert. *nostra tura temperent*. quod improbat Fortunatus, mss. suis motus, qui item habent, *placita*. hoc est, inquit, suam voluntatem & libidinem, vel certe, sua in alios decreta, suasque rigidas sententias.

Vbi aliquid perenni debet) sic & Pal. tert. alii, *vt aliquid perc. debeat.*

CAPVT XLIV.

Tela secunda vocant superi) ita scribendum ex Ouidio monuit Fortunatus, cuius libris aberat vox *secunda*. & vero abest etiam Colon. ac Pal. quart. sed nec tertius consentit vulgatæ scripturæ. habet enim, *Tela sydera vocāt superi.*

Modo leuioribus fulminibus & lusoriis vti) ita editio Romana: at Erasmi amplius, *& lusoriis telis vti*, quomodo & primitus cusā; nec non Palat. tert. Fortunati codd habebant, *modo leuioribus & lusoriis flammis vti*. Palat. quart ac Colon. *leuioribus & lusoriis fulminibus vti*, sine aduerbio *modo*. ego reduxerim lectionem Erasmianam, quam & laudat Lipsius lib. 2. cap. 19. Saturn. Serm. *Lusoria tela* quæ fuerint, dixi ad lib. 1 cap. 14 de Clementia.

Quibus aduersus peccata hominum fulminandum est) sic & Erasmus & Pal. tert. at Pinciani mss. nec non quart. *peccata comminandum*; quomodo etiam Colon. nisi quod addat a fine voculam, *est*.

Quædam frangi debere, quædam elidi & distringi) ita Mureti editio, quomodo forte legendum, notatum ad Cælianam editionem, quæ in contextu, *quædam eligi & distingui*, quomodo vulgarat Erasmus; retinentque membranacei mei tres Nicotii liber pro *frangi* exhibet *stringi*.

CAPVT XLV.

Iouem qualem in Capitolio) ita Palat. tert. Erasmi editio & Veneta addita voce, *Iouem esse qualem in &c.* Pincianus rescribi volebat cum suis, *Iouem quidem qualem in Cap.* vti seruant quart. & Col.

In ceteris ædibus colimus) sic & Pal. tert. editi prius, *ædibus videmus* quart. ac Col. *vidimus*.

Spiritum mundani huius operis) ita ex suis Fortunatus, vti & retinet Col. prius cusi, *mundi*, quod adhuc est in Pal. tert. nam quart *mundum*.

Causa causarum) omisit quædam Mureti editio nam publicati præmittunt, *ex quo sunt omnes causæ causarum*, sicuti & Pal. quart. item tert nisi quod is habeat *&*, pro *ex*. Fortunati codd. hanc eandem agnoscebant, nisi quod seruarent, *ex quo sunt omnes causæ creaturarum*, quod & restat in Col meo, excepto quod destituatur voce *omnes*.

Vt inconcussus eat) sic Erasmus; cui proxime Pal. quart. ac Col. *vt inconcussus exeat*. Fortunatus malebat cum vett. suis, *vt inconfusus exeat*, præsertim cum sequatur verbum *explicet*; quod non concussioni sed confusioni opponitur. est in Pal. tert. ac Nicot. *vt inoffensus exeat*.

Totus suis partibus inditus) vox *totus*, abest Pal. tert.

Sustinens vt sua) ita ex suis Fort. neque aliter Pal. quart. nam tert. *sust. & sua*, vti erat in antiquitus cusis. Colon. *sust in sua*.

CAPVT XLVI.

Fulmina non mitti a Ioue] sic mei libri membranacei tres. at Memmii non admittit negatiuam; quod probare possem. ¶ *Sed sic omnia disposita*] Pal. tert. interit, *omnia esse disp.* ¶ *Vis eorum illius permissio est*) ita & Pal. quart. at tert loco horum verborum quinque, tantum exhibet, *quæ illius est*. Col. vero, *vis eorum perm &c.* excluso vocabulo, *illius*. ¶ *Fecit vt fierent*] sic quidem a Mureto editus. at Veneta, Erasmiana aliæque præmittunt amplius, *Iupiter non fecit vt non fierent*, quomodo est etiam in Col. at Pal tert. *Iupiter non fecit vt non flerent* quart *Iupiter non facit vt non fierent*. ¶ *Et causam dedit omnibus*] sic Fort. codd. vt & Col. & Pal. tert. at enim quart. & exoletæ editt. *& earum*.

CAPVT XLVII.

Ætatem futurarum] ita Fort. codd. & Palat. quart. alii mei, *futuram*. ¶ *Quæ prima accepto patrimonio, & in nouo hominis aut vrbis &c.*] ita legit Fortunatus vt *fulmina* intelligamus, cum fuisset in membranis, *primo*, quod & in meis tribus, nisi quod Pal. tert. *primo accepta*; item & Col.

postea

postea excluserit vocem *hominis*; denique præferat is, vt & Pall. duo *fiant*, non *fiunt*. Fortunati coniecturæ fauet Plinius, vbi ait; *Vocant & familiaria, in totam vitam fatidica, quæ prima fiant familiam suam cuiq; indepto*. I. C. quidam quærit quid si ita, *quæ prima accepto patr. aut in nouo hominis aut &c.* vellem scire cur ita quærat.

Ad diem vsq;] Col. *vsring.*

CAPVT XLVIII.

Impetretur dilatio] sic & Pal. quart. nam tert. *impetratur* Col. *imprecetur*.

Priuata enim fulmina] ita Muretus, sed contra omnes cusos scriptosque. hi enim, *fulgura*, non *fulmina*.

Non prorogentur] vox negatiua abest Col ac Pal. quart. quorum hic solum habet *prorogaretur*. at tert. *non prorogarentur*. ¶ *Omnium ergo fulminum*] sic mei & Fortunati editio Erasmi, *fulgurum*.

Dies stata est] ita & ex suis Fortunatus, quomodo ait & semper loqui Plinium. mei tres *statuta*, quomodo & legit Hermolaus Barbarus.

Quæ inspicienda sint in fulgure] sic ex suis Fort. vti & restat in Pal tert. at alii mei, *fulmine*, vti olim vulgati.

Dicunt, cum possint sic diuidere quemadmodum] sic quidem Muretus. at prius cusi, *dicunt, & sic passiones eorum debere diuidi quemadmodum*; quibus adstipulantur omnino Col. ac Palat. quart. quippe tert. tantum habet, *dicant, vt possint sic diuidere, quemad.*

Ab Attalo Philosopho] Pal. tert. *Atralo*. quart. *Athalo*. Colon. vero *ab Ptolomæo Philos.*

Voluero, quid postea faciam nisi in immensum procedam?] ita vulgo vulgati. at Pal. tert. *voluero. quid postea faciam. in intensum procedam* quart. *voluero, quid postea faciam in immensum procedam*. Colon. *voluero, quod postea faciam in immensum procedam*. idem Col. pro eo quod habemus, *cui, in quare, quale, quantum*, sicut & seruant Pall. tantum præfert, *cui & quare, quantum*, reliquis omissis.

CAPVT XLIX.

Nunc nomina fulminum) sic & Colon. & Palat. quart. at tert. item Memmianus, *fulgurum*.

Quæ a Cæcina ponuntur perstringam) ita de coniectura, Pincianus; cum esset in scriptis eius editisque ab Erasmo, *ponuntur aperte stringam*, quomodo & Pal. tert. at quart. *componuntur aperte stringam*. Col. *componuntur stringam*, sine dictione *aperte*. de *Cæcina* videatur Had. Iunius lib. 5. cap 16. Animaduers.

Aut esse postulatoria) de hisce fulminum generibus plura nos videre iubet apud Plinium lib. 2. cap. 52. Festum Pompeium, & Ammianum Marcell. lib. 23. & Seruium in lib. 1. Æneid. Brissonius lib. 1. de Formul. quod ad lectionē attinet, Fortunatus tradit mss. suos legere, *Aut enim postulatoria*; quod & in Col. meo. Pall tamen defendunt vulgatum, nisi quod tert. forte habere potest. *Aut esse postularia*; scribit enim *Postulata*; quemadmodum etiam vocantur Festo. ¶ *Aut non rite facta repetuntur*) Palat. tert. *repelluntur*. ¶ *Deprecanea quæ &c.*) ita quidem Romana editio, sed contra omnes libros. cusi enim libri, *Dentanea quæ*, quomodo item Fortunati membranæ, meæque tres. Erasmus ad oram prodidit, alias etiam legi *demptalia*; sed puto id manasse a Fortunato, sic conicientes vt nempe veniant a *demendo*. hæc enim fulmina, inquit Fort. videntur quidem adferre periculum, sed non adferunt, quin potius adimunt, si quid periculi aliunde immineret. legunt aliqui, *Ventanea* sed cur ita legi debeat non video. sic ille.

Peremptalia) ita vterque Pal. quomodo & emendari volebat Fort. cum prius fuisset, *Parentalia*, quod etiamnū exhibet Colon meus Festus: *Peremptalia quæ superiora fulmina aut portenta periment, id est tollunt.*

Atterranea quæ incluso) ita fuisse in Britannico exemplari tradit Erasmus; in aliis erat partim *Atercanta*, partim *Artoncata*. vox, inquit, ab *atro* dicta videtur, peculiaris auspicum. sic ille. Pal. meus tert. habet *Attanea quæ incluso*, sed inter vtrumque *t* picta est altius extra ordinem litera *s*. quart. *Atcertanta*. Col. *Artercanta*. Fortunati libri *Attercanta*.

Quorum significatio regnum ciuitati minatur) ita & Col. item Pal. tert. nisi quod is *significatione*. at quart. *q. significatio regnum amitti minatur.*

Ad nos Ionem accessunt) ita reponendum putauit ex vet. lect. Fortunatus, vti & est in Pal. quarto. alii duo *accersunt*.

Eorum molliori) ita rursum ex libris Fort. quomodo & seruat Pal quart. nam reliqui duo *meliori*, vt vulgati auorum æuo; male; nam mollius sonat, nec tantam vim videtur adhibere vox *mutant*, quam *arcessunt*.

Sed si irascente Domino &c.) est avett. libris Pinciani, nisi quod illi *affirmant*, non *affirmat*. Erasmi editio horū verborum loco tantum haber, *Hunc venire cum magno inuitantium periculo affirmat*. Pal. tert. *non venire cum magno insultantium periculo affirmant*. quart. & Col *se domino irascentur mutantur, nunc venire cum magno inuitantium periculo affirmant.*

Quæ aduocata dicuntur) vox *dicuntur* abest Col. ac Pal. quart. neque retinet eam tert. in quo tamen, *quæ inuocata*.

CAPVT L.

Qua vtebatur Attalus) Col. *Actalus*. Pal. tert. *Artaldus* quart. *Athalus*. prius publicabatur *Araldus*; sed repositum illud *Attalus* ex mss suis Fort.

Qui Hetruscam disciplinam Græca subtilitate miscuerat) ita & Col. & Pal tert. nisi quod hic *Entruscorum*; ille, *Extruscorum*. at quart. *qui ex Tuscorū & disciplina Græca subtilitatem miscuerat*. prius videtur Fortunato quod erat in suis, *qui Hetr. disciplinam Græca vtiliter miscuerat*. ego nihil mutauerim.

Quædam sunt læta) Brissonius lib. 1. de Formulis, tradit eodem modo dixisse *læta fulmina*, quo passim dicuntur, *læta omina, læta exta.*

Aut quæ prorogant) ita & mei tres & Fort. quomodo & margo editionis Erasmianæ. nam ipsa *aut prolongant*.

Aut mansura significant) mss. Fort. & mei, aut *mansura sunt*.

Habent boni partem mali) sic & Erasmus. at mei & Veneta editio inserunt, *aut partem mali*. quod reuocarim.

Vt peregrinationem) ita rursum Erasmus. Veneta vero & omn. mei, *aut peregr.*

CAPVT LI.

Tanquam vtrum eodem anno idem futurum sit fulmen quod factum est) Fortunato verba ista omnia, quia multū abhorrere a ceteris, & a toto sensu aliena videntur, suspecta sunt. at vero testant in meis tribus, qui nec quicquam variant, nisi quod Pal. quart *fatuum*, pro *futurum*.

Aut id cuius notitia) sic & Veneta editio & Erasmiana. mei tres, *vt id &c.*

Quæ in vastum mare sparguntur) ita & mei tres. Fort. codd. *mare funduntur*.

CAPVT LII.

Valentiora, quæ resistunt) ita ex suis mss. Fort. neque secus Pal. tert. alii duo, vt & antiquitus cusi, *quæ resist.*

Teneris & rarioribus parcit) Col. præponit voculam, *a teneris rarioribusq; parcit*. Pal. tert. *ac ten. rarioribusq;* quart. *at teneris rarioribusq; parcit*. quod placet.

Transitu patente minus saeuit) Pal. quart. *minus venit*. alii duo, *trans. patente minus venit*.

Quicquid autem in ligno solidum) sic & Col. etiam Pal. tert. præterquam quod habeat, *aut*. at quart. *Quicquid autem impingens solidū*; quod fere est vt probem.

Sed quid quaq; vis fecerit) Col. ac Pal. quart. destituuntur vocula *quid*. at tert. *Sed quid quacumq; vis fecerit.*

Ex ipso genere iniuria intelligi) duo vocabula *genere iniuria* non sunt in Pinciani exempl. aut Col. vel Pal quart. habet tamen tert.

Interiores libros interioris arboris rumpit ac scindit] rescribit ex veteribus codd. Pincianus, *interiores lib. r. in parte interioris arboris rumpit &c.* vti & exhibet Col. ac Palat. tert. quart. item Nicotii liber ac Memmii. Gotofredus ait forte legendum, *interi libros arboris rumpit &c.* relectis aliis. Opsopœus alteram adhoc vocem reiicit, hoc modo, *inter libros rumpit*. vt alia illa fuerint ab interprete; quod & ego putauerim.

Folia perstringit ac tundit] ita Romana editio, contra omnes alias, nec non membranas meas duas, quæ, *folia pertundit ac stringit*, quod reuocandum. nam & alioqui Pal. tert *fol. pertundit ac scindit.*

Vinum gelat] Palat. quart. *bonum gelat*. Colon. distin-

quit, *ac stringit humum, gelat ferrum, as fundit*. Mercurialis lib. 6 ca. 19. Variar. lect. hoc de *vino*, suspectũ habet, quod & ratione euidenti careat, sit maq; experientia ei minime attestetur. scit quidem mira esse quæ faciunt fulmina, sed cum vinum maxime calidum & siccum sit, quomodo cõgelari possit, probari cupiat.

CAPVT LIII.

Sed etiam afflata) vox *etiam* abest Pal. tert. at quartus eius loco habet *&*. Col. repræsentat, *sed appellata*.

Ibi odorẽ sulfuris esse) Pal. tert. *ibi & esse odorem fulguris*.

Sapius haustus alienat) ita & Palat. tert. ac quart. quomodo & legi posse prodidit Fortunatus; seruauitque Erasmus. Fort. scripti tamen habebant, *sapius haustum grauius anhelat*, quod nec improbabat Pancoonius ille; quia certum esset sulfuris odorem graues anhelitus facere, quin etiam pectus & meatus ipsius anhelitus stringere. primitus rusi. *sapius actus vel haustus alienat*. Col. meus, *sapius actus vel auritus alienat*.

Artium parente fluxere) vox *artium* abest Pinc. libris, item Colon. ac Pal. quart. tertius vero ostentat, *parente artium originem duxere*. Pincianus diuinat *flexere*, hoc est, *desinere*.

Et quod fulminis inspectione) ita de coniectura Fortunatus & Pincianus, quorum scripti, vt & mei editique ab Erasmo, *& quod in fulmine insp*.

CAPVT LIIII.

Pars sicca & fumida remanet) ita & mei mss. & Pinciani, qui nihilominus verbum *remanet* delendum existimat: alias, inquit, quo pacto tolerari posset quod statim subtexitur, *Quicquid in aera fieri fumosiq; peruenit*. & aliquanto post; *Ergo vbi calidi fumidiq; natura emissa terra in nubes incidit*.

Se nubibus non fert) sic & mei tres. at Nicotii liber non agnoscit vocem *nubibus*.

Quem nos tonitruum vocamus) Pal. tert. excludit pronomen, *nos*. quart. habet *tonitrum*. Colon. *quem nos tonitrua dicimus*.

Et modo vniuersam) Pal quart *at modo*: alii duo, *ac modo*.

Eoq; vehementius intonat) ita legendum autumat Fortunatus. eius libri, *ea qua veh*. Pal. tert. ac Col. *eamque veh*. quart. *eo quod veh*.

Ergo tonitrua hic fortius) ita legi maluit Fortunatus, quam quomodo erat in mss. suis *Ergo non tonitr* & vero negatiua illa solum restat in Col. exulat Pall. duobus.

Valentissimum est accendendi genus) Col. *vehementissimum est accẽdi genus*. Pal. tert. *valentissimum est ardenti genus*. quart. *vehementissimum est atterendi genus*, quomodo extat in omnibus ante Muretum cusis exempp. & vere.

CAPVT LV.

Quam fecit aeris sonitus, quis fieri) ita & Col. meus at Pal. quart. *quam cũi aeris &c*. tert *quam coti aeris sortitus ferri*.

Quis fieri nisi dum aut teris) ita & editio Erasmi: notatumq; ad oram forte legendum *feris*. quo motus credo I. C. quidam, lege, inquit, *aut feris* ego sane non pareo huic Ædili. nam prius agnoscunt omnes mei mss. nec abit Fortunatus, nisi quod ediderit, *aut teritur*. & vero *teris* postulant præcedentia auctoris nostri, nec non sequentia.

Quem desideras ictus) ita ex veterum lect. Pinc. vti & Fort. editio, meique tres. male Erasmus. *desiderat*.

Totu toto concurrunt) Pal. tert. *occurrunt*. ¶ *Missus in aquam*) Col. & Pal quart. *dimissus*. tert *immissus in aqua*.

Putat ita esse] Palat tert. *Putat*. ¶ *Vt dem tibi*] ita & Erasmus ex Britan. cod. mei tres: *Idem tibi*. Fort. editio; *Itidem tibi*. ¶ *E spiritu nascitur*] Pal quart. *spiritu enascitur*. Fortunatus legendum putat, *quæ e spiritu*. non sequor. nã a vulgato stant Pal. tert. & Col. ¶ *Transcurrentibus stellis*] ita & mei tres. Fort. codd. *concurrentibus st*. vulgata, inquit, forte melior. ¶ *Verum esse quod dicis*] legerim cum Pal. quart. ac Col. *dicit*, coniunxerimque cum seqq sublata periodo nam & alioqui etiam *dicit*, editio Fortunati. ¶ *Sed cum hoc fieret, tonitrua facta sunt*] ita Muretus. at horum verborum nulla litera extat in Pall. duobus ant Col. habetque eorum vicem editus ab Erasmo, subsequẽtesq; *sed hoc fit quia tonitrua facta sunt*. casca editio, *sed est hoc tonitrua sunt*. quæ & absuisse mss. suis testatur itẽ Fortunatus: tamen, inquit, si restituãtur, defendi possunt; hoc modo, *sed hoc fieri, quia tonitrua facta sunt*. erit autem sensus, ignes aliquando stellasq; transcurrenteis apparere & impingi nubibus, non tamen propter hoc tonitrua edi, sed illos potius ignes & stellas micare & incidere in nubes, quia tonitrua prius facta sunt. similis ferme est sententia supra cap. 32: *Non putamus quod quia &c*. item mox: *Tanquam non quia &c*. & apud Pliniũ: *Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt arbitror, verum hæc ideo facta, quia incasura erant illa* hactenus Fort. ¶ *Clidemus ait*] Pal. quart. *Cledonias autem fulgurationes ait*. tert. *Clidemos ait*. Col. *Cledonias autem fulgurationes ait*. & sic quoq. Fort. libri, nisi quod haberent, *clidemus*.

Splendorem motu remorum) vox *motu* abest Pinc. libris & Pal. quart. ac Col retinet tamen Pal. tert. & Fortunatus, qui primus reposuit illud *remorum*, ex Aristotele & vetustis codd cũ prius fuisset *remotum*. quod & in Pal. quart.

Hic qui fit in aere) ita Pinc. codd. & Colon. & Pal. quart. tertius non habet vocem *hic* Erasmi editio, *Hic quod fit in aere*. prius cusa, *hic quid fit in aere*. putatque Fortunatus rectius quod exemplaria eius mss *Id quod fit in aere*.

CAPVT LVI.

Heraclitus existimat) ita & Pal tert. alii duo *Herodotus*.

Modo resurgentem) sic ex suis Pincianus; neque aliter omn. mei Erasmi editio, *insurgentem*. ¶ *Hæc antiqui fulgetra dicebãt*) ita scribi voluit Pinc. ex suis, quib. assentitur Pal. quart. at Col. *Hoc*, quomodo ediderat Erasmus. tert. *hoc antiqui fulgure diceb. tonitrua. Nos pl. &c*. ¶ *Qui habuisset aliquod in eloquẽtia nomen*) ita Rom. editio. at Col. ac Pal. quart. nec non Erasmi, aliæq; editiones; *si habuisset in eloq. nom*. tert. *sed si habuisset aliquando in eloq. nom*.

Nisi illum Ciceronis umbra pressisset) sic iterum Mureti auspiciis cusus liber. ab aliis cusi. item Pal. quart. præponũt copulam *&*; Col. autem habet, *& nisi illum verba Ciceronis pressisset*. I. C. quidam quærit, quid si ita? *& nisi illum Ciceronis umbra texisset*. additq;: arborem quidẽ *premere* terrã vicinã, & *pressuram arboris* lego: *umbram premere* nõ lego facile. satis inepte, & absurde. nam & *tegere* hic nullatenus conuenit, imo contrarium dicit eius quod vult auctor. & *umbram premere* tantũ non dicit Virgil. Ecloga 10t

-*solet esse grauis cantantibus umbra*,

Iuniperi grauis umbra. quicquid enim *graue* est, id & *premat* necesse est. sed & alioqui noster lib 2. ca vlt. de Cle. *quibusdam arboribus aliena vmbra laborantibus, caelum aperiunt*. vnde & Aulus Serenus: *Quando flagella ingas ita iugu, Vitis & vlmus vti simul eant, Nam nisi sine partibus fruticibus, Vmbra necat teneras amineas*. nec nõ Maro lib. 2. Georg. *Nãc alta frondes & rami matris opacãt, Crescentiq; adimunt fœtus, vruntq; ferentẽ*. possem plura; sed hęc sufficiunt siue docto, siue indocto. ¶ *Correpta, quo nos producta vna syllaba*) ita Erasmi editio & Fortunati. vt & Pal. quart nam tert *correcto vno quo nos producta syll*. Col. *correcto, quo nos producta vna syll*. Pinc corrigendũ existimat, *correpta qua nos producta media syllaba*, liquerq; inquit, ratio huius castigationis ex seqq. ¶ *Media syllaba correpta, vt dicerent*) omissa est vocula quæ in aliis editt. atque mss. meis omnibus, *vt media syllaba &c*.

Vt dicerent fulgere) sic & Pall. at Col. *vt dicere, i. dicerent fulgere*.

CAPVT LVII.

Extenuatus in nubibus aer) est a Mureto. nam cum esset in mss. & excusis, *extenuatis nubibus aer*, maluit, *extenuatu nubib*. diuinatio Pinciani, vt referretur *ad aerem* qui motu & collisione nubium extenuatus vertatur in ignẽ, quod ipsi probare videbantur sequentia at & Pal. quart. *aer extenuatis nubibus vertitur*, sicque reliqui, nisi quod male omittunt dictionem, *aer*.

Sic liquescit excussa glans funda) lectio hæc constanter in cusis omnibus & mss. meis tribus, nec ei controuersiam vllus vnquam mouit mortalium, nisi nuper I C. qui prodidit putare se legendum, *sic liquescit excussu glacies funda*. ingeniose hercle; sed tamẽ quod plausibilius multo videretur pueris si adhuc aureum duraret seclum, nondum eruto plumbo, nedũ vsu eius adeo frequente. nunc enim facilius eis persuaderi poterit, *glandẽ fundu excussam liquescere*, quam *glaciem*; cum de hoc ne fando vnquam antea audierint; de illo vero idem testetur Lucretius lib. 6:

Non alia longe catione, ac plumbea sæpe
Feruida fit glans in cursu, cum multa rigoris,
Corpora dimittens ignem concepit in auris &c.
cuius auctoritati accedit & Virgilius lib 9. Æneid.
Stridentem fundam, positis Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. a quo non alieoa, etiam bonus poeta. Ouidius lib. 14. Metam.
Corpus mortale per auras
Dilapsum tenues, vt lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere cælo. & certe næ ille multa non oouit qui id ipsum alibi legisse apud auctores sic quasi per somnium non meminit.

Plurima fiunt fulmina) sic ex vett. suis Fortun. at mei omo. *fiunt fulm.*

Quia plurimum calidi est) ita & Palat. tert. at alii, vt & Veneta Erasmiaoaque editio, *calida.*

Attritu calidorum ignis) ita a Mureto publicati. alii, *calidiore.* mei tres, *calidior.*

Eodem modo fit fulgur) Palat. tert. inserit; *Eodem autem modo.* at Col. demit vocem *modo,* scribit; *Eodem fit fulgor.*

Qui tantum splendet) Pal. tert. *quod tantum splendet.* reliqui duo, vt & olim cusi omnes. *qui tantum fulget.*

Lenior vis &c.) Pal. tert. *lenior vis est alimentiq. minus.*

Et vt breuiter dicam quod) prima vox *Et*, abest Palat. tert. Col. vero præfert, *Et vt hoc interdicam quod.*

Natura, emissa terris in nubes incidit) sic & Pal. quart. at tert. *natura ignis emissa in nubes inc.* Col. *natura emissa terris nubes incidit.*

At vbi fulgura plus) sic ex vett. Pincianus, vti & seruant Col. ac Pal. quart. Erasmi, *At vbi fulgura illa plus.* Pal. tert. *At vbi illa fulg. plus.*

CAPVT LVIII.

Quidam subsidere) ita & Fort. & Erasmus & Pal. tert. at Pinciani membranæ, *a quodam subsidere*, vt forte, inquit, legi possit, *ac quodammodo subsidere.* Col. meus subscribit Pinciani libris; quart. refert, *quedam sub sidere.*

Nec continuatur assiduus ignis) ita & mei tres, nisi quod Col. præferre videatur, *concinnatur.* Fort. vett. scripti, *assiduis ignibus,* quod alteri præponit.

Quia celerrimi motus est) sic quidem Mureti editio. at Erasmi, *Quia celerrimum est mirique motus,* quod habuit forte a Fortunato sic legendum censente, non vt prius vulgabatur, *celerum*, ne non esset Latinum. at vero extat & in Pal. tert. *quia celerum est mirique motus.* quartus tamen, *q. celer est mirique motus.* Colon. *q. celeris est mirique motus.*

Vt ignis possit extendi) Col. *vbi ign. &c.*

Fugiendi impetum capit) sic & Pal. quart. nam tert. *fugienda* Col. *fugiens.*

Et pugna desiit) sic & Erasmus; at Fortunati editio, meique tres, *desinit.*

Modo dissoluitur) sic & Col. ac Palat. quart. at tert. *modo autem dissoluitur*; vt forte legendum sit, *modo ante dissoluitur*, id est, quam ad terram perueniat, vt est in Nicotii codice.

Spiritus obliquus est) mei tres. *Spiritus autem obl.* quod malim. nam & sic quoque Fort. editio.

Et quia natura ignem) sic Col. vt & Fortunatus reposuit, vt esset secunda causa obliquæ lationis fulminis. prius scribebatur, *& qui nat.* quod & in Palat. tert. at quart. *& quam natura.*

Incipit obliquus esse) ita Fortunatus, vt pertineant ad superiora continuo & copulato sensu. mss. tamen eius litera maiore; *Incipit autem obliquum esse*, quomodo & restat in Pal. tert. quart ac Col.

Interdum dum neutra vis) sic Mureti editio. at priores; *Interdum autem neutra vis*; quomodo & Palatinus quartus, & Coloniensis. nam tertius, *interdum neutra vis.*

CAPVT LIX.

Intelligo quid iam dudum) sic & Pal. tert. at quart. item Col. eiusdemque fragmentum cuius supra meminimus, excussere vocula *iam*

Malo, inquis, fulmina) sic solum Pal. quart. reliqui tres, *inquit.*

Malo quam naturam) Pal. tert. & schida Col. *volo non naturam.* quart. *volo quam naturam*, & sic quoque Coloniensis.

Tela iaciuntur] Palat. tert *iacuratur.* forte voluit, *iaculatur.* at alterum tamen illud remanet in aliis tribus.

Quomodo inquis?] Pal. tert. ac schida Col. *Quemadmodum inquis?* quod placet. quart. ac Colon. aliquam multa desiderant, habetque Colon. *spes subit inconcussos esse licet illa bella sint sine naufragia.* nec aliter quart. nisi quod seruet, quoque, vice *esse.*

Nunquid facere amplius possunt] ita coniectura Erasmi, quam & comprobat Palat. tert. & Coloniensis fragmentum. alii enim duo & publicati, *Nunquid aliud fac.*

Nulla felicitas donat] ita quidem & Erasmi editio & Fort. sed mei tamen quatuor, *donat.* quod magis conuenit.

Alia fortuite disponuntur] sic editio Mureti. at ea priores, *talia vera fortitudine disponuntur*, vt & Erasmi, nisi quod ipsa, *vero.* Pinciani codd *talia varia fortitudine disponuntur.* vnde corrigendum putat, *alia varia a fortuna disponuntur.* Nicotii codex & frustum Coloniense; *talia varia fortitudine disponit.* Pal. tert. & Col. *talia vana fortitudine disponuntur.* quart. *talia varia fortitudine disponuntur.* Opsopœus legi posse putat, *Alia varie fortuna disponit* ego adhæserim potius vulgatis, quibus est, *talia vera fortitudine disponuntur.*

Iratis Diis propitiisq. moriendum est] nempe *iratis* opponuntur *propitiis.* Cicero in Pison: *Qui Dii negligunt, qui, vt noster diuinus ille dixit Epicurus) neq. propitii cuiquam esse solent, neq. irati.* Tertull. apolog. *Ne prœ mania esset iure libertatis dicere, Nolo mihi Iouem propitium, Tu quis es? Me conueniat Ianus iratus ex qua volet fronte.* hæc Brissonius lib. 1. de Formul.

Tentans fugam corpore imbelli] ita vett. codd. Fortunati, neque aliter Pal tert. aut fragm. Colon. duo reliqui *corpore imbecilli.* Erasmi editio, *tentans corpore imbelli*, absque dictione *fugam.* I.C. quidam ait se legere, *tentans, etsi corpore imbelli*, quoniam mox sequatur, *Nullus perniciosior hostis est quam quem audacem angustia faciunt.* vellem potius probasset nobis vulgatam lectionem labe aliqua infectam; quam suum nobis obtrusisset, *etsi.*

Quam ex virtute corrigimur) voluit Pincianus scriberemus cum mss. *corrigitur*, quomodo & exhibet Pal. tert. quart. Col. nam schida altera *cernitur.*

Paria conatur animus magnus ac perditus) ootemus iterum peruersum verborum ordinem. voluit enim dicere, *maiora aut paria perditum animum ac magnum conari*; vt paulo ante præcedentia satis euincunt. de hoc me monuit P. Faber lib. 1. cap. 23. Semestr.

Nos quantum ad mortem, proditos esse) ita Erasmus. at mei quatuor *perditos esse*, quomodo & excusi præside Fortunato, qui tamen malebat, *nos tanquam ad mortem proditos esse.*

Quousq. cogitus esse!] sic & Palat. quart. & Colon. at eius fragm. *te tum quam vsq. cogitus esse, cito.* tert. Pal. *quem vsq. cogitum esse cito.* quomodo legendum putabat vir cl. Claudius Puteanus.

Nonne contemneres eum) ita & mei tres. solum Palat. tert *Nempe cont.*

Vt vltimus ceruicem præberet) scilicet *ceruicem* feriendam dare, offerre, porrigere, nec gladio aut securi subtrahere. *præbere* dicunt; Vell. Paterculus libro 2. Val. Maximus libro 1. cap. 13. Petronius in Satyr. & Iuuenalis Sat. 10. Brissonius lib. 1. de Formul.

Idem facimus] sic & Palat. tert. alii tres, *Id facimus.* quomodo & aliæ editt.

Capitale supplicium] ita vocat vltimum & extremum, non modo etiam Plinius ad Aristonem lib. 8. Epistol. Gallicanus in Audio Cassio, sed & Imp. Constantinus l. quoniam Cod. ad leg. Iuliam de vi publ. vbi est, *Et non iam relegatione aut deportatione insulæ plectatur sed supplicium capitale excipiat.* hæc P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 13.

Constitutione iustissima) sic & Erasmus & Palat. tert. & Coloniensis schida. at reliqui duo, *constitut. dignissima*; quod & in editis a Fortunato.

Nam quod maximum) ita & mei quatt. at Fortunatus, particulam *Nam* libenter expunxerit, vt continuus esset contextus verborum a superiori, hoc sensu, in omnes constitutum esse capitale supplicium, & quidem iustissimo dignissimoque decreto & constitutione, quod solet maxime solari miseros & extrema passuros, quod eorum in causa eadem sors est &c.

Extrema passuris omnium causa eadem est) sic Mureti editio, sed licenter nimis. primitus enim cusi; *extr. passuris, quorum causa eadem sors est*. ad quæ ait Erasmus, tolerabilius esse quod legeret Fortunatus, *quod eorum in causa eadem sors est*. mollius tamen videri omissa coniunctione *quod*, hoc modo, *extr. passuris, eorum causa eadem sors est*; id est, inquit, suppliciorum eadem sors est; etiamsi nihil horum ad plenum satisfaciat. sic Erasmus Pal. pr. *extremum passuris quorum enim causa eadem sors est*. quatt. *extr passuris enim causa sors eadem est*. Colon *extr passuris, quorum enim causa eadem est*. sine voce *sors*. fragmentum illud, *extr. passuris, quorum enim causa & sors eadem est*; quæ lectio maxime sana videtur; nam & ita quoque Nicoti liber, nisi quod destitueretur particula *&*. miror tãtum vnde istud, *enim*, hic natum, aut supra illud *Nam*. I. C. quidam ait mirata esse in istis & seqq. rerum & verborum perturbationem. sic igitur legere; *Id facimus Magno æstimamus mori tardius. Hoc maximum esse solatium solet, extrema passuris, quorum causa eadem ac sors est: & tamen sequeremur traditi a iudico aut magistratu, & carnifice nostro præstaremus obsequium. In omnes constitutum est capitale supplicium, & quidem constitutione iustissima. Quid interest ad mortem iussi eamus an vltronei?* sic ille, contra cusos omnes membranasque meas quatuor; itaque quis id sequi cupiat?

Sequeremur traditi a iudice) sic & mei tres. at Pal. quart. *Sequeremur traditi aut iudici aut magistratui*.

Itane salus tua in hoc) Pal. quatt. ac Col *Iterumne salus &c.* fragm. *Ita est in hoc salus tua* propugnat tamen vulgatum Pal tert. nisi quod alio positu verborum; *Itane in hoc salus tua*.

Si fulmen effugeris?) ita mei tres. at Col. fragm *effugeris* Fort. codd. *si fulmen euaseris*. Erasmi editio *effugis?*

Ex periculis) abiecit vocem Muretus, quæ reuocanda suasu publicatorum omnium & mss. *ex periculis tuis*.

Mortis tuæ celeritas infinita præuenerit) Colon schida, *præuenerit* Palat. tert. *mortis tuæ celeritatis infinita præuenerint*. quatt. *mortis tua celeriter ac infinita præuenerint*. & ita Col nisi quod destituatur vocula *ac*.

Si mors tua procurabitur) ita Romana editio. Erasmi enim, *sua prædicetur*; ad oram vero, *vl. procuretur* Pal. tert. quatt Colon *prædicetur*. fragm. *procuratur*. quod malim. *procurare* enim dicebantur portenta, ostenta & fulgura, cũ nescio quibus expiationibus auerterentur; de quibus ego plura lib. 6 cap. 17. Opinion. interim consulatur Seneca lib. 1 de Clement. cap. 7.

Si tu tunc quoq; cum exspiras, non superuacua) ita Mureti editio. at Erasmi, *si tu tunc quidem cum exspiras, non sup*. Fortunati, *si en tunc quidem cum spiras non sup*. Pincianus existimabat emendandum, *si no tunc cum exspiras*. est in Pal. tert *si tu tunc quidem cum spiras, non sup* quatt. ac Col. *si tunc tu quidem qui spiras, non sup* Colon. schida: *sine te tunc quidem cum spiras superuacuus, si alicuius &c.* vt videatur voluisse. *si no tunc quidem cum exspiras superuacuus, sed alicuius*: quæ scriptura certe sententiam habet rotundam.

Si cum fulmine concideris) ita & recte Col. schida. nam Pall. duo. nec non antea cusi; *si cum fulmine cecideris*. Col. *si cum fulmen cecideris*.

Sed pauescis ad cœli fragorem, & ad inane nubilum trepidas, & quoties) ita recte & schida Col nisi quod ea. *flagorẽ*. at Erasmus, *si pauescis ad cœli fragorem, nubiumue trepidas, quoties aliquid &c.* Fortunatus commodius putauit quod erat in mst. eius; *Sed pauescis ad cœli fragorem, & ad inane nubium trepidas, & quoties*. Pincianus scribit, quædam sua exempp. præferre. *Sed pauescis ad cœli frag. & ad inane nubium trepidas, quoties*, neque aliter alia, nisi quod omittant vocem *nubium*. ipse putat legendum forte, *ignem nubium* non *inane nubium*. additque: quid si, inquit, coniunctio, *ve*, quæ ibi superfluit. paulo post necessaria est; legendũq; *quotiesve aliquid*. Pal. tert. exprimit lectionem membranarum quas allegat Fortunatus, nec abit Colon. nisi quod omittat coniunctionem *&* loco secundo; scribat. inquã; *trepidas quoties* quatt. seruat. *Sed pauescis ad cœli fragorem & ad inane nubium trepidas, quoties &c.* I C quis legere se profitetur; *si cum fulmine cecideris, si pauescis ad cœli fragorem. si ad nubium ignem trepidas, si quoties aliquid effulsit expiras*. sic ipse; sed qua quæso, auctoritate aut ratione?

Honestius iudicas deiectione animæ perire quam fulmine?) sic & Erasmus. & Palat. qua . & Col. at tert. *hon. putas deiectionem animæ perire &c.* schida Colon. *honestius putas dileõe perire an fulmine*, quod quid sibi velit nescio. indagent alii. nam sane illud *deiectio animæ* mihi non satis facit, veniebatque in mentem *.deiecti sono alius*

De tanta mole perdendum) ita Romana editio. Erasmi, *de tanta morte perdendum*, quod & in Pall. vtroque. nam Col *de tanta morte perditum*, quod & erat in Pinciani scriptis. Fort. codd. habebant omnes, *de tanta morte perdendum*; sed *de*, inquit, præposito nullo pacto sustineri posse videtur, quia confundit sententiam; alioqui planus est verborum sensus si ea amota legeris, *Cogita te nihil habere tanta morte perdendum*. ita ille, quomodo omnino habet schida Colon. nisi quod ea, *nihil hab te tanta m. perd*. Pincianus putat commodius legi posse, *de tanta morte pænitendum*: I. C. autem quidam *in tanta morte perdendum* ego retinuerim illud, *tanta morte perdendum*, quod ipsum firmant statim sequentia, quæ; *Quod si tibi parari illam, &c.*

Illam cœli confusionem, Pal tert. *consumptionem*.

Illisq; nubes, meique quatuor *illasq;*.

Sit in tuum exitium) Pal. quatt ac Colon. *exitum*; quod non damnauerim.

Cuius ille donat metum) sic & schidæ Colon. at Erasmi editio, *Cuius ille demat metum*. Fortunati, *demat motum*, quomodo & Pall duo & Col. Pincianus corrigendum rebatur, *casus istum demat metum*.

Est inter cetera quoque) ita & voluit Pincianus; neque aliter Erasmus. antiquiores, *& inter cetera*, quod & in meis tribus: solum schida Coloniensis, *& inter cetera hoc quoque commodum est eius*; cum vox, *est*, exulet reliquis.

Nisi qui effugit) sic vterque Colon. at Palat. tert. *quod*. quatt. *quia*.

AD SENECÆ LIB. III. DE QVÆST. NATVR.

PRAEFATIO.

Quam magnarum rerum) ita Erasmus & Col. fragm. at reliqui tres, vt & editus a Fortunato, *quam magna rerum*.

Tam multa consequar?) Pal. tert. *persequar*.

Tum occulta perspiciam) sic & vterque Coloniensis, at Pall. *prospiciam*.

Premit a tergo senectus) elegans diuinatio Erasmi, cum prius legeretur, *Prætermittat ergo senectus*, quod & in Pal. tert. in Britannico vero codice esset, *præmittat ergo senectus*, quod etiam in schida Col. nam reliqui duo, *Præmittet ergo senectus*.

Et obiicit annos) ita mollius putabat Erasmus. mei tamen quatuor, *obiiciat*; vt & olim cusi.

Ætatis male exactæ) ita legendum putauerat Pincianus, cuius libri, vt & Erasmi, *at male exempta* & vero etiã quatuor mei *exempta*; de quo velim iterum disputet lector; nam & tale quid memini habere supra.

Occupationes recidantur: patrimonii longo a domino iacentis cura soluatur) ita & schida Colon. nulla litera plus aut minus: etiam Pal. tert. præterquam quod is, *rescindantur*, nec postea habeat vocem, *sibi*. nam quart. *Occupationes patrimonii reciduntur, longo a domino iacentis causa soluatur. ergo totus animus vacet*. Colon. *Occupationes*

patrimo-

patrimonii recidantur longe a dominio longe iacentis causa soluat, sibi totus &c. Fort. editio & Erasmi. *Occup. patrimonii recidantur longe a dominio iacentis causa soluatur, sibi totus &c.* ita illæ, nisi quod additum est ad oram Erasmianæ legi pro *causa*, alias *cura*. Pincianus ait priora sic elegantius concipi in antiqq. exempp. *Occupationes patrimonii præcidantur* at reliqua clamat corruptissima, & Oedipo indigentia interprete. vetus tamen suorum lectio, *longe a dominio longe iacentis cā soluat sibi totus.* & scribetur, inquit, forte minus corrupte hoc pacto, *Longe ambitio. longe iactantia. Cura soluatur. Sibi totus &c.* Gotofredus legit, *Occup. patr. recid. longe a dominio adiiciendo cura soluatur.*

Sui saltem in ipso fine respiciat) ita & ora Erasmi & schida Colon nisi quod hæc destituatur præpositione *in*. Erasmi editio, *sui saltem ipso impetu respiciat*, notatumque ad marginem legi etiam alias, *in ipso fuga impetu*; quomodo est in Pall. duob & Fortunati codd. nam Col *sui saltem in ipso impetu resarciat*. Memmianus, *saltem in ipso fuga respiciat* Gotofredus ait se legere, *saltem ipso in portu resp.* vt ita vocet horam morti proximam, senectutem &c.

Libet mihi exclamare) sic quidem Palat quart & Col. at vero tert. *Libet igitur mihi excl.* itaque rescripserim auctoritate fragm. Col. *Libet igitur exclamare*, excluso pronomine.

Maxima paruo Tempore) sic & Palat. tert. & schida Col. alii duo male inserunt, *maxima facta Paruo tempore &c.* quod & erat in auorum æuo cusis.

Postmeridianis horis accessimus) ita & Erasmi editio & Fort mei tamen quatuor, *post meridianis horis acc.* quod fere malim, imo omnino. quod autem ad locutionem attinet, in eum quadrat qui graue aliquid & arduum sero aggreditur. vt docent Turnebus Aduers. lib. 18 ca. 13. Langlæus Oci Semestr. lib 1. cap. vlt. quibus addatur Hadr. Iunius Centur. 1. adag. 36, quod habet, *In meridie vita Philosophantes.*

Attendit & cogitat) ita forte legendum scripsit Erasmus. mss. enim eius, vt & mei quart. *ostendit.*

Quanto sattus est) sic & Pall vterque. Col. *sanctius est.* eius fragmentum, *O quanto satius est* neque displicet.

Qua planum omne) sic solum fragm Col. nam Pal. tert. & Col *quam pl* quart. *quia planum.*

Superauerit Alpes) schida Colon. *Alpes superiecerit.*

Hispania cladibus bellum) eadem *elegit Ibus.* Pal. tert. alio ordine, *Hispania bellum cladibus &c* sed perperam.

Infractisq; rebus etiam &c. mei scripti, & Memmianus liber, nec non Pinciani, *fractisq; rebus*; item Fortunati; qui tamen putat retinendum *infractisq;* iuxta illud Virgilii

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.

Defecisse videt I C. quidam scribit legere se, *infractisq; rebus*, scilicet *Hannibal*, inquit, absurde prorsus, qua mentem auctoris, qua Latinam linguam. nec enim dicimus, *sum rebus infractus*. & alioquin *infractus* contrarium eius significat quod ille voluit; significat, inquam, *valde fractum*, non solum aliis auctoribus, sed & huic nostro Epist. 90 *Hinc molles corporis motus docentium, mollesq; cantus & infractos.* Epist. 102: *Iam reliquias ætatis infracta & extenuatam.* item lib. de Breu vitæ cap. 6. *filia & tot nobiles iuuenes adulterio velut sacramento adacti, iam infractam ætatem territabant* lib de Initur. de Chærea cap. 18: *quod languidus sonus, & infracta voce suspectior.* lib. de Tranq. vitæ cap. 15: *non molliter se infringens.*

Ducem se promittens, etiam sine exercitu) ita & Pal. vterque vt & Colon. nisi quod is *& sine exerc.* eius schida habet, *ducem promittens exercitum potens* Memmii ac Nicotii duo codd *ducem promittens, exercitum petens.*

Quemad. non desierit senex) ita & Pal. quart. & Colon. at tert. & fragmentum Colon. melius meo animo; *Quemadmodum non desierit omnibus angulis bellum senex quærere.*

Adeo sine patria esse pati poterat) sic & Col & Pal quart. at tertio abest vox *pati*, Colon. fragmento dicitur *esse*; quod *pati* nescio an auctoris dici non queat: vt ponatur pro *durare*, aut *tolerare vitam.*

Fluere aura mobilius) ita & vterque Col. at Pal. tert. *aura fluere mollius.* quart. *fluere aura mobili.*

Itaq; in secundis nemo confidat, in aduersis) Pal. quart. nō habet præpositionem *in*, loco secundo, abestque & altera Colon. schidæ, me non nolente. nam & alioqui Palat. tert. *Itaq; secundis nemo confidat, aduersus &c.*

In deterius optata flectuntur, ita & mei quatuor. Fortunati codd. *opt. vertuntur* forte, *vertunt.*

Sed etiam publicarum) vox *etiam* abest Pal. tert. & schidæ Col. nam Col. ipse & Pal. quart. *sed etiam reipublica*; vt & Erasmus, aliique.

Ex infime coerta) ita vett. libri Fort. & Col. schidæ. alii duo *coartata*. Pal. tert. vltimam vocem non habet; sed tantum *ex in infimo.*

Supra imperantes iacuerunt) ita quidem Mureti editio at ea priores, *supra imperantes constitere.* mei quatt. *constiterunt.* *Inueniri non potest numerus quam multa ab aliis fracta sint. nūc cum maxime Deus alia exaltat, alia submittit*) ita & Erasmi editio, nisi quod ipsa, *Inueniri*, quod & in meis etiam quatuor, qui nihil variant, nisi quod Pal. tert. habeat *nam cum max* Col. vero pro, *nunc cum max.* emēdatum habeat ab alia manu, *nunc enim maxime.* schida denique illa repræsentet, *nunc cum maxime Deus extruit alia, alia subm.* Fortunatus conqueritur mss. suos non abire a lectione Erasmiana, cum arbitretur aliquid in ea erroris, itaque inquit, forsan locum restituendum: *Inueniri non potest numerus, quam multa & aliis temporibus fracta sint. & nunc maxime Deus alia exaltat &c* vel sic, *quam multa aliis temporibus fracta sint. nunc enim maxime*, vel sic potius, vt nihil addatur. *quam multa & alias fracta sint, cum nunc maxime Deus alia exaltat.* hæc ille; qui addit, si placet seruare lectionem omnium librorum quod magis placet, tunc illa verba quæ mox sequuntur: *Magna ista, quia parui sumus*, credimus, a superiori sensu non separanda. quid si tamen, adiicit, legeretur, *Inueniri non potest numerus. quam multa aliis atq; aliis modis fracta sint &c.*

Sed ex humilitate nostra) ita & mei tres. at Col. schida interserit, *humilitate quidem nostra.*

Nec deficiente terra, ad iniurias alterum errasse) sic & Col & Pal. quart. at tert. & fragm. Col. *nec deficiente ad iniurias terra, errasse.*

Qui a diuinorum contemplatione) vetuste editi & Erasmus, *quia a diuin.* Fortunati mss. vt & Pal. tert & Col *quia a diuinorum conuersatione.* Memmii liber, item fragm. Col. *qui a diuinorum conuersatione.* quart. *quia ad minoram conuersationem.*

Ad humana reciderit) schid. Col. *humanam*. Col. ipse *humana recid* sine præpositione *ad*. Pal. quart. *ad humana deciderit.*

Omnia ex decreto Dei) Pinc. libri vett. delent voculam *omnia*; quæ tamen in vtroque Pall. nam Colon. *ex decreto, tunc*, non Dei: schida vero eius, *omni ex decreto Dei.*

Qui sciat fortunam non expectare sed facere, & aduersus vtramq; intrepidus) sic & schida Col. nec longe abit Palat. tert in quo, *qui sciat fort. non expectare prosperitatem sed facere & aduersus.* Erasmi editio vice horum verborum omnium exhibet, *prosperitatem non expectans, sed aduersus vtrumq; intrepidus*, neque aliter reliqui cusi; quomodo & restat in Palat. quart. nisi quod is destituatur dictione *aduersus*. Col. habet, *nec fugax prosperitate nec expectans, sed vtrimq; intrepidus &c.*

Et inconfusus prodire) sic & Pal. tert. & optimum illud fragmentum Colon. aliis duobus abest *prodire*, quæ nec in vulgg editionibus.

Nec huius fulgore perculsus) sic & mei quatuor; itaque minime admittēda coniectura I. C. illius, qui inquit forte legendum *perculsus* perlegat enim auctores, & inueniet nihil priore illo frequentius; vnde & venit illud *Oculis ferrit.*

Non admittere in animum) sic solum schida Colon. alii tres, vt & editi, *in animo.*

Aliquis dare debet, aliquis amittere) sic & Palat. tert. & fragm. Col. nam ipse male, *aliquis possit dare aliquis amittere*; quomodo erat in exoletis editt. sed delendas putabat duas voces, *dare aliquis*, Fortunatus ex mss. inquit, quem secutus est Erasmus aliique.

Casus attulerit) ita & mei tres. solum Pal. tert. *abstulerit*, vt & Fortunati codd. & forsitan, inquit, ipse rectius, quem iterum secutus Erasmus; meo animo male: dicit enim, si fortuna domum nostram ea adferat quæ magno

vulgo æstimantur, ita intueoda ipsa illa tanquam exitura qua venerant.

Altes supra fortuita spiritum tollere: hominis meminisse) ita & schida Colon. Erasmi editio, *Altes supra fortunam spiritus hominis attollere Meminisse*. ad oramque, alias *fortuita* Pal. quart & Colon. retinent primam Erasmianæ codicis scripturam. tert. *altes supra fortunam spiritus taliter meminisse.*

Hec te non esse. si non putes) sic iterum schida Col. male alii tres & vulgati, *esse nisi eum putes.*

In primis Labris animam habere) sic & mei tres, itẽ schida Col. nisi quod ea, *supremis labris animam ponere*, ad marginem tamen, *animum habere*. scripturam istam inuenerat & in suis exempp. Erasmus, intelligebatque *paratum ad mortem*; sed ei magis arridebat lectio quam fabricarat Fortunatus, *In primis liberum animum habere*; quomodo & laudat Brissonius lib III de verb sign. ego adhæserim alteri, quam & propugnat Memmianus codex ac Nicotii; sicque profectò sæpe loquitur noster; & hic magis conuenit.

Nec e iure Quiritium liberum) ita & schida Col. Erasmi codex Britannicus, *Quiritium liber vt sit* prius cusi, *non euenire quærenti vt sit liber*; quomodo & Palat. quart nam tert. & Colon. *non euenire quærenti vt sit liber*. Fortunatus emendabat *non euenire Quiriti vt sit liber* sed omnino dubitat Erasmus an Latine possis *Quiritem* dicere singulari numero, duntaxat apud Rhenses. Brissonius lib III. item 35. de verb. sig. laudat sententiam istam ea forma qua expressit Erasmus.

Hæc est assiduus seruitus) ita & mei tres. Col autem frag. *hæc est assidua*, sine voce *seruitus*. & hercle vulgatum seruat exclusa eadem dictione Memmii liber.

Sine interuallo, sine commeatu) I C. quidam hunc locũ accommodat titulo suis, qui est *de statu hominum*; & interpretatur, id est inquit, *cui nulla spes est manumissionis.* melc. potius dixisset, vbi sine intermissione cogaris seruire, sine vacatione aliqua aut feriis. nec enim hic loquitur de seruitute illa quam putat. vbi enim vnquam lectũ est aliquem ex interuallo sæpius nunc seruum fieri nunc liberum? de *commeatu* satis diximus supra ad Epist. 14.

Si desieris tibi referre mercedem) Colon. fragm. ac Pal. quart *ferre* Col. *te ferre*. tert. *tibi reformare merc.*

Quid terram versat quid ferum vis?) ita & Erasmi editio. at Col. horum loco, *quid terream? quid formidem*. scripserim fere cum Colon. schida & vtrunque Palatino, *quid terram. quid ferum versat?*

Ad hæc proderit nobis) meorum tres *Ad hæc prod*

Nihil autem est apertius] fragm Col. *Nihil est enim apertius*. Pal quart. *Nihil autem est ap:ius.*

CAPVT I.

In mare præruptum] ita ex vett. suis Fortunatus. antea vulgati, *In mare*, quod & occupat Palat. quart ac Col. nam tert. *Item mare.*

Premis aqua sonanti) sic iidem Fort. codd. item Palat. tert. nam quart *sanans*. Col. *tonanti*; quomodo erat in olim cusis.

Sane vt apud te Iunior carissime inueni] sic emendandũ putauit Fortunatus, inuenitque postea in Britannico exemplari antiquo Erasmus, neq; aliter Col meus. *Iunior* enim non ad *ætatem* referunt, sed est ipsius *Lucilii* nomen, quod iterũ habemus in præfatione quarti: *Ita est, mi Iunior, quo apertior est adulatio &c.* vulgabatur antea. *apud Terentium Iunior cariss* Pal tert. *apud Terẽtium te iunior cariss*. quart. *apud te minorem hoc me inuenio.*

Eleus Siculus de fontibus) omnia præferunt exempp. *Elysius*, inquit Pincianus, sed legendum arbitrar, *Eleus*, vt de *Alpheo* Elidis fluuio accipias emergente in Arethusa fonte Siciliæ. sic ille. habet Pal tert *Elysius Siculus* quart. *Olysius sideris de font* Col. *Elysius sideris de font*. I.C quidam scribit alias legi *Eleus*, sed istlere eum ac falli arbitror, atque Pinciani emendationem recepisse pro variante lectione. nam certe manuscriptos non versauit ex quibus tale quid erueret.

Si qua ratio aquas subministret) Palat. tert. *Si qua res aquas subministrabit* quart *quomodo itaq; aquas subministret*. Coloniensis. *Quomodo igitur aquas subm.* Fort. & Erasmi editt. *Quomodo aquas subministret.*

Alia in dese In ceterorum umnu) sic & Fort. vett. codd. nam prius cusi, *defectum cet omnium*. Pal tert. *defectus cet. omnium*. quart & Col *in defectum ceterorum amnium.*

Nilum interim seponamus) ita & Fort. at Pal. tert. *seponamus*, quod & in Erasmi editione meus quart. ac Colon. præponunt voculam, *illum Nilum int. seponamus.*

Vulgares aquas prosequemur) Pal. tert. *prosequamur*. Col. *persequemur.*

In quibus quærendum erit) mei tres, *in quibus calentibus.*

Aut sapor, aut aliquis) sic & meorum duo. at Pal. tertius amplius. *aut sapor facit, aut aliqua.*

Quædam inueterata) Pal. tert. *veterata.*

Vitia percurant) idem, *procurant.*

Ac viscerum querelas) sic & meorum duo. at Pal. tert. *turas*. quod quis commode defendat.

Singulis vsus quam gustus est) ita & Britannicum exẽplar Fortunati editio, *quam gratus est*, quod & in Pall. & Colon.

CAPVT II.

Aut fluunt) sic & Col. ac Palat. quart. at enim tert. item Memmii ac Nicotiani, *aut eunt*, quod non improbarim.

Aspera quippe interueniunt] ita & Pall. nam Colon. *asp. quædam interu.*

Salsæ aut medicata] omisit dictionem Mureti editio quæ in editis Erasmi, Fortunatique, nec non Britannique adeo & meis, & Memmii Nicotianique. *salsa amaraq; aut medicata*, quæ sane hic reuocanda, iussu Cælio Curione, qui eam primus, vt puto, neglexit.

Ex quibus sulphuratas] Col. *a quibus sulphureas*. Pal tert. *ex quibus dicimus furfuratas*, additaque semiluna literæ antepenultimæ.

Indicat vim sapor] ita Erasmi editio, Fortunati mss. & Colon meus ac Pal. quart. *Iudicat inde sapor*. Pal. tert. *Iudicat humi sapor.*

Leues & graues sunt] ita olim cusi & Col. Palq; quart. nam tert *grauesq;*; nec male. Fortunatus vocem præponendam putauit hoc modo, *omnes leues, aut graues sunt*, quod & repræsentauit Erasmus.

Deinde salubritatis. sunt enim salubres & vtiles) ita legit Fortunatus, cum prius esset, *Deinde salubres sunt & vtiles*; quomodo & seruat Col. ac Pal quart at malim ego, *Deinde salubritatis, sunt enim vtiles*, eiecta voce *salubres*: ita sane est in meo Pal. tert.

Quædam sine vllo bibentis) ita & Col. at Pal. tert. *Quædam sunt bibenti*. quart. *quæ sine vlla bibentis.*

Fæcunditatem afferunt) ita & mei tres, nec temere reiecerim. Pinciani tamen exempp. antiqua *auferunt*; quod hercle hic quoque locum habere possit; nisi præcederet *sine ope*. & nihilominus haud ausim damnare.

CAPVT III.

In deuexo fluit] Pal. tert. *In deuexo praluit.*

Tunc cogitur non fluit] ita Fortunatus, quomodo & Pal. tert. alii duo, *tunc fluit*, quod & erat in priscis editt.

In quem montis circumiectis fluuii deriuantur) Fort. & Erasmi editio, item Col. meus, *circumuectis*. alterum illud est a Pincianis scriptis. Pal. tert. *in quem montes circumiectò quicquid fudit flumina deriuantur*. quart. *Tanquam montis circumiectis fluuis deriuantur*. Memmii codex, *in quem circumiectis quicquid fudit flumina deriuant*. Opinor eius non dubitat legere, *in quem montes circumiectis quicquid fudit e pluuiis deriuant*: *pluuialis* enim *aqua*, inquit, hibernos torrentes facit, & louet quos defluere dicit.

Sed & magna] ita & Pal. quart. aliis duobus, vt & Memmiano, deest vocula *&*.

Latentesq; in ipso vnda sunt) ita & mei, nisi quod Pal. tertius alio posita, *in ipso latentesq; vnda sunt*. Memmii liber, *in ipso latentesq; velut vena vnda sunt*. fere legerim, *sed & magna in ipso latentesq; venæ sunt*, vt, *velut vena*, natum sit a marginali nota, quæ moneret pro *vnda* legi alias *vena*.

Facien

Faciem suam seruant) sic solum Col. itaque facile accesserim Fortonato legendum potaoti, *seruat*, vt referatur ad *Fuctnum*, nam ita diserte vterque Pall.

C A P V T I V.

Quod detrimenta exeuntium) Pal. tert. *detrimentum*. Coloo. *decrementa*: neque sugillarim; etsi oec alteri dicam scripserim.

Quod illam si. implenit) Col. ac Pal quart. *impleuerit*. tert. *quod illa aut sit impleuerit*: & hercle id exosculor, vtiqs cum & postea loco eius quod habemus, *ac subinde suppleat*? idem habeat, *aut subinde sic suppleat*? quod etiam reuocandum. nam alioqui Erasmi codd. aliorumque, item Col. *ac subende sic suppleat*, neque abit Pal. quart. in quo. *ac subende sit suppleat*. solum Pinciaoorum codd. lectio præfert, *ac subinde suppleat*. eiecta particula *sit*.

Quamcunq; rationem) Pal. tert. *Qualemcunq;*.

C A P V T V.

Quicquid aquarum emiserit, rursus accipere) ita & Pal. tert. vulgatique olim, & probat Fortunatus: eios quippe codd scripti, *cursim accip*. Pal. quart. ac Col. *quicquid aquarum cursim amisit accipere*.

Et palam venit) tria ista verba abesse vetustis codd. testatur Fortunatus, veretor ne admista sint. at habet ea Col. meus. nam Pal. tert. *& palam euenit*. quart *sed palam venit*.

Secreto reuertitur) ita Erasmos & Palat. tert. alii mei & Fort. *secret eq;*.

Colaturq; in transita mare) sic & mei tres & Piuciani. prius editi non babebant, *in*.

Et prauitatem saporis in tanta soli varietate exuit) ita & Erasmus & Pal. quart. item Col. nisi quod is *sali* pro *soli*. ut Pal. tert. *& saporis varietatem & prauitatem intenta sui varietate exuit*.

C A P V T V I.

Quod paucissima flumina sunt) ita & Pal. tert. at reliquis duobus, vt & Pinciani libris, abest. *flumina*, tanquam superuacaneom & quod paulo ante præcesserit.

In quibus rarius) Pal. tert non habet illud, *in*.

Siccum esse aiunt) bene abest Pal. tert verbum, *esse*.

Et pone semper astiua) idem *super ast*.

Et proxime ab his Italiam) Pal. tert. *Italiam ab illis inundare*. quart *& proximam ab his Italiam*, quod malim.

C A P V T V I I.

Aduersus hac) Pal. tert & Col. *hoc*. & prætulerim alteri;

In altitudinem) iidem doo, *in altitudine* si res esset mei arbitrii, vtramque vocem exterminauerim ceu spuriam ac superfluam.

Quemodo ergo potest imber suggerere amnibus) Col. ac Pal. quart. *surgere*. tert. *Quom. ergo imber augere potest amn*.

Qui summam humum tingit?) ita & Erasmi editio. recte. Pall duo *tangunt*, vt & vetera exempla Fortunati, qui tamen emendabat, *tangit*. Col præfert, *qua summum humum tangunt*.

In mare aufertur) scripti Fortunati, *transfertur*. Col ac Pal. qoart. *effertur*. tert. *defertur*. malim *effertur*; quomodo & publicauit Erasmus.

Et absumit quicquid in se fusum est) Pal. tert. *& assumit quicquid in se infusum est* quart. *& absumit in se quicquid effusum est* Coloo. *& assumit in se quicquid effusum*, sine dictione. *est*.

Per ducentum aut tricenum pedum spatia) ita Erasmus. Fortunatos *per ducentum aut trecentum* Col. ac Pal quart. *per ducenta aut trecenta pedum* tert. *vltra ducentorum vel trecentorum pedum spatio*.

Nec collectitium humorem) Fort. codd & Palat. tert. *nec collectiuum*. quart. & Col. *non collectiuum* haud displicet.

Viuam aquam) ideo qui poteus *aquam viuam* habet, eleganter a Cicerone *iugis puteus* dicitor. *iugis* enim quæ perennis, viua, naturalis, opponiturqoe Salustio *pluuiæ* in Iogurthino: & dicitur *viua* eodem sensu, qoo Virgilio *viuum saxum*. *viuum flumen*, *viuus lacus*, & *viua terra*, id est naturalis. hæc fere Cuiacius, apud quem plura lib. 11. Obseruat cap. 3.

Aut sibi concipi) ita & mei tres. Pincianus tamen putat commodiorem forte lectionem, *haud sibi concipi*, quod non probo.

C A P V T V I I I.

Magni & nauigabiles lacus) Colon. ac Pal. quart. abest particula *&*, at tert. *magnique & nauig*. quod malim.

Et sinus eius imo eo latius) ita Palat. tert. & Fortunati codd. prisci vulgati olim, *& sinus eius in imo latius*. Palat. quart *& si non eius, imo colatius*. Col. *& sinus & in ymo eo lacius*.

Que plus terra in altum patet) ita Fort. & Erasmus. at Colon. & Pal. tert. *quia plus &c.* quart. *quia plus terra in aquam patet*.

C A P V T I X.

Cum se desiit ferre conuertitur) ita & Pal. tert. nisi quod vnica litera, *desit*. reliqui duo, *cum desiit conuertitur*; resectis aliis vocibus.

Mutatio aeris vmbram facit) legendum omnino *imbrem facit*, vti est in principe editione Erasmi, nec non Fortunati; firmatq; Memmii ac Nicotii codex; vt & Pall. mei duo nam Colon. *imbres*.

Flumen aut riuum agit) Col. ac Pal. quart. *riuum agit*; sine verbis, *flumen aut*. at tert ea quidem habet, sed abiicit vocem vltimam. *agit*, quod placet; vt repetatur dictio, *facit*, & vero eadem vox item exulat Memmii ac Nicotii membranis.

Fonti aut flumini) Pall duo, ac Col. meus hic transiliit lineas plus minus viginti. connectitque iua hoc modo: *Itaq; cum superualla magna omnium rursus altere fiunt Quod altero perit in altero transit &c.*

Hec quoque quicquid efflaunt) ita Fort. codd intelligit enim euaporationes & exhalationes terræ prius cusi, *Hunc quoque quicquid effluit* Pal. tert. *Hoc quoq; quicquid eflamt*. quart *Hac quoq; quicquid efflaunt*.

Crassescit & protinus in humorem sic & Palat. quart. at tert. *crassescit protinus & in humorem*, quod malim.

C A P V T X.

Quare ergo non terra fiat ex aqua, & ex terra aqua? quasi &c.) ita & Fort. & Erasmus at mei duo, vt & Memmii ac Nicotii breuius, meliusque, *Quare ergo non ex terra fiat aqua? quasi &c.* idem que videbatur Opsopœo.

Et in aquam) sic & Palat quart. sed tertius præmittit, *etiam & in aquam*.

Cur non aqua fiat ex terra) Palatino tertio abest dictio *fiat*.

At magna flumina sunt) ita voluit legeremus Fortunatus, neque aliter Palat. quart. oisi quod scribat, *Aut magna*. nam tert. *An magna in terra flumina sunt*; quomodo habebat & lectio casca exoletarum editionum; prætérquam quod, *At magna &c.*

Cum videris, quanta sunt, rursus ex quanto prodeant, aspice. Rursus miraris, cum labantur &c. Fortunati codd. item Memmii ac Nicotii non habēt illud *Rursus*, quod est ante *miraris*. & vero abest etiam Pal tert. item quarto, sed is scribit alio longe ordine; *cum videris ex quanto prodeat, aspice rursum quanta sint Miraris &c.* sicque etiam restat in Pinciani scriptis; sed tamen adhæserunt vulgg.

Quedam vero concitata) sic & Pal quart. neque aliter Fortunatus. prius cusi, *quedam vero non concitata*; quibus fere consentit Pal tert qui, *quedam non concitata*.

Qua presse sit illis) ita & Pal tert at quart. vt & Erasmus & Fort. *quod presse sit illis*. idque planius videtur.

Non deficit spiritus) sic Pal. quart. at tert. *non deficit spatio spiritus*; quomodo & editi a Fortunato. nam Erasmi, *non deficiat spatio spiritus*.

Æqualiter fiunt ita & Palat. quart. & Fortonati codd. Pinciani, *aq. fiat*. Pal. tert. *aq. fiat*, quod & incusis auorum memoria.

Certo alueo fertur) Pall. duo *feruntur*, vt accommodetur *ventis*, ac dicat quid miratis non deficere flumina, cū nec venti deficiant? cum tamen illi certo non ferantur alueo vti flumina, sed per totum cœli spatium libere exspatientor. & id hercle probari posset, oisi postea vterque scriberet; *vadit*.

Quod si vllam vadam) Palat. tert. *Quod si*. quart. *Quod si nullam vadam*.

Nihil deficit quod in se redit) ita Pal. tert. quomodo inuenit mss. suis omnibus legendum putabat Fortunatus; id quippe, *quia in se redit*, quod & extat in Pal quart.

Quicquid alteri perit, in alterum transit) sic & Pal. tert. nam quart. & Fort. codd. *Quicquid in altero perit, in alterum tr.* sed illa prior elegantior.

Et natura partes suas) ita & Pal. quart. at tertius interserit, *Et natura partes causas suas.*

Sed nunquam sine igne est) Pal. tert. *nusquam.*

Detrahe illi calorem) idem, *Detrahe igitur caliditatem.*

Transit aer in humorem) vterque Pal. *Transiet.*

Et aera & aquam facit terra) sic & mei Fortunatique. & recte, vt satis probant seqq. priscæ tamen editt. contrarium habent, *Et aer & aqua facit terram.*

Sed non magis vnquam) vox *vnquam* non comparet in Pal. tert.

Iam mixtus est) ita Fort. mss. & Pal quart. ac Col. vt *terram* intelligamus, quod sequentibus magis consonat, quæ probant terram elementis mixtam esse. Palat. tert. & olim publicati, *iam mixta sunt.*

Habet ergo terra humorem) vox *terra* nō est in Pal tert.

Natura sua vtitur) sic vterque Pall. at Col. *In humorem natura sua vertitur.*

Capvt XI.

Et ruina interscindit aquas) ita Mureti editio. Erasmi, aliæque voce auctiores sunt, leguntque, *& ruina interscindit cursum aquæ*; quod & in Nicotii ac Memmii libris, item Col. meo ac Pal. quart. nam tert. *intercindit cursus aquæ.* Fortunati scripti, *interscindit viam aquæ.*

Quæ recenti a nouos exitus quærunt) Col *quæ recenter nouos exitus quæritur.* Pall. vterque: *quæ recentes & nouos exitus quærunt*, quomodo & Erasmus aliique.

Viam faciant hoc, quod accidisse ait Theophrastus) ita & Erasmus. at Fortunatus distinguendum putabat; *viam faciant: hoc quod accidisse ait Th.* est in Palat. tert. *viam faciant: vt ait accidisse Theophrastus.* quart. ac Col. *viam faciunt. Hoc accidisse ait Th.* neque aliter Memmii aut Nicotii codex.

In Coryco monte) ita & Pal. vterque. at Colon. *Anchorico monte.* prius editi, *in Auctorico monte* prima lectio est ab ingenio Fortunati, quam firmat Plinius lib 31: *Terra quoque motus profundunt sorbentque aquas, sicut circa Pheneum Arcadiæ quinquies accidisse constat; sicut & in Coryco monte amnis erupit, postea quam cœptus est coli.*

In quo post terrarum tremorem] sic & Pal. quart. at tert. deest vox *tremorem.* Col. *in quo potius terrarum tremora.* quod *potius* natum a compendiaria scriptura quæ exprimebat illud *post*, hac forma. p°.

Sed & alios quoque casus interuenire quidam opinantur, qui aliter euocent aquas &c) ita Fortunati codices scripti, quod & recepit Erasmus. Col. meus & Pal. quart. *Sic & alios quoque casus interu. opinatur, qui aliter vocent aquas*, sine voce, *quidam.* tert. *Sunt qui alios quoque casus int. opinantur qui aliter vocant aquas.* probare videtur Opsopœus quod est in Memmiano; *Sunt qui alios quoque causas interuenire opinantur, quæ aliter vocant aquas aut cursu suo deuiant.* Nicotianus præferebat; *Sic vt alias quoque casus interu. opinatur, qui aliter vocent.* si quid mutandum de s[…]cepta lectione, scripserim; *Sic & alios quoque casus interuenire idem opinatur, qui aliter euocent.* nam Theophrasti adhuc referri sententiam, docent clare sequentia; *Sed pace Theophrasti dixisse liceat &c.*

Aut a cursu suo deuiant atque auertant) ita Palatinus tertius, nec non Erasmi codd. Fortunati, *decidant*, quod & in Pal. quarto. item Coloniensi. nisi quod is, *decidant aut auertant.*

Aquarum inops Hæmus] ita Fortunatus, cum inuenisset in suis, *Hempnus.* vti & ante ipsum restituit Hermolaus Barbarus ad illud Plinii lib. 31: *Nascuntur fontes decisis plerumque siluis, quos arborum alimenta consumebant, sicut in Hæmo, obsidente Gallos Cassandro, cum valli gratia siluas cecidissent* est in Pal tert *humus*, vti & 10 olim publicatis. quatt. *heremus.* Col. *Hemius.*

Et siluas cecidisset] ita & Pall. at Colon. *scidisset*, quod & in priscæ cusis.

In alimentum suum nemora] malim, *in alim. nemora*, eiecto *suum*, quod non est in Pal tert.

Quibus excisit) Pal. tert *quibus emersit.*

Quæcunque vmbrosissima) Colon. *vmbrosa.* Pal. tert. *quæ vmbrosissima*, non male.

Fluminum vero vis] ita legendum putauit Fortunatus, nec aliter Palat tert. prius editi *fluminum modo vis*, quod & in Colon. nam quart. *fulminum mons vis*; vt forte fuerit, *fluminum omnis vis.*

Vtraque excipitur) sic & Colon. ac Pal quart. item Fort. codd. scripti. Pal. tert. *vtraque concipitur.* Memmii, *vtraque concipitur.* Nicotii, *vtraque accipitur.*

Nō enim tantū id quo viuāt sed & id quo crescant trahūt) ita Mureti editio. Erasmi, *non tantū id quo viuant, sed & id quo crescant*] sine particula, *enim*, & verbo, *trahunt*; nec aliter editus ab Fortunato; aut Colon. at Palat. quart *non tantum ideo quod viuant, sed & id quo crescant* tert *non enim id quo viuant sed quo crescant trahunt*; quod mihi perplacet.

Fontes & riuos subsistisse) ita & Colon. & Pal. quart. at tertius, *fontes & riuos subst.* quod probarim, cum & Nicotianus præferat, & *vires.* & vero id item in *riuos* mutandum putabat Opsopœus, quod congrueret magis iis quæ habet de hac ipsa fabula Plinius libro 31. capite 4.

Quum desierit coli dirutis vrbe) ita & mei & Pinciani, qui tamen malebat, *direpta*, quod scribat d. loco Plinius *Proditur certe in Creta expugnato oppido quod vocabatur Arcadia cessasse fontes amnesque.* sed enim Hispanum illum sequentibus Plinii verbis coercet Gotofredus: habent enim *Rursus condito post sex annos, emersisse, vt quæque partes cœpissent coli.* volunt quippe, oppidum non direptum modo, sed & dirutum.

Obdurnerit constrictu tellus) ita Pal. tert. etiam reliqui dum, nisi quod ii *obdurauerit.* Nicotianus *obdurnerit contrita.*

Esse pluuialem hanc aquam) Palatino tertio abest vocula *aquam.*

Vastissima flumina) vox *fluminu* eidem Pal. tert. abest.

Magnis aptu nauigiis deferi] ita contra omnia exemplaria legendum putabat Pincianus. ea enim *magnis acta nauigiis*, quod & in duobus meorum. nam Pal. tert. *magis aera nauigiis &c.*

Par est a capite deiectus) ita legi voluit Fortunatus, neque aliter Col aut Pal. quart. nam tert *parem a capite deiectio.* olim cusa; *par est a cacumine deiecta pluuia potest facere torrentem.*

Non potest autem) vox *autem* abest Pal. quart. & Col.

Aquam non faciunt imbres, sed excitant) ita & Erasmus. Fortunatus, *incitant*; quod & in Pal. quart. at tamen *excitant* Col. Pal. vero tert. *Aquam non faciunt imbres sed incidit.*

Capvt XII.

Non habere quod quæris] ita & Colon. at Pall. duo, item Memmii atque Nicotiani, *quæras.*

Ad veram amnium originem) ita legi voluit Pincianus. mei & olim vulgati, etiam Erasmi, *omnium.*

Copia cursusque aquæ) ita Romana editio. Fortunati, *copia cuiusque aquæ.* Erasmi, *copia cuiuscunque aquæ*, quomodo & Colon. & Pal. quart. nam tert. *copia eccursusque, aquæ, aquæ perennis.*

Ergo si quæris a me) Ita Erasmi. sed malim cum Fortunati editione, meisque tribus; *Ergo quæris a me.*

Quomodo aqua fiat) Pal tert. *aqua fiant.*

Si rerum elementa sunt quattuor) ita & Erasmus & Fortunatus, ex veteribus vt hic ait libris. prius cusi; *Sed scen natura rerum elementa sunt quatuor*; quomodo & Nicotianus & Pal. tert. nam quart. *sed si rerum elem. &c.* Colon. *Sed rerum elem. &c.*

Non potest interrogari) prius editi, nec non omnes mei *potest.*

Potest aliud ex se semper) ita & Cælius secundus, sed malim cum Fortunati scriptis, nec non Erasmi meisque

duobus

duobus; *potest ex se semper aliquid.* Pal. tert. *potest aliquem ex se semper.* prisca editio, *potest aquam ex se semper.*

Et ipse quarta pari] ita voluit ex suis Pinctanus; nec aliter Pal. quart. item Col. nisi quod destituatur vocula *&*. Erasmi editio, & Pal. tert. *& ipsa &c.*

Satis multum illi virium] ita Mureti editio. aliæ, vt & meorum duo, *Satis & multum illi virium.* Pal. tert. *Satis & multum & illi virium.*

Capvt XIII.

Aut in eadem sententia, aut in vltima sumus] ita Colon. at Fortunatus item Erasmus Palq. quart. voce amplius, *sententia eius, aut &c.* tert. *in eadem sententia, aut in vltima eius sumus.* quocunque legamus modo, res eodem redit. at longe aliud inducit I.C. quidam ita legendo, *sed nos, vt non in hac sententia eius, ita in vltima sumus*; vtique cum addat; *vltimam*, inquit, vocat *primam*, nempe ab eo quod nunc loquitur, longius remotam. id ita confirmare iuuat. Duæ sententiæ Thaletis hæ sunt; aquam valentissimum elementum; item, aquam fuisse primum, & ex ea surrexisse omnia. Seneca hanc fatetur atque admittit; illam (quam suo modo vocat *vltimam*) repudiat. vult enim ignem valentissimum esse elementum. ignem enim mundum occupare, ignem in se euocta conuertere. vnde paucis rem ita fiuit. *Ignis exitus mundi est: humor primordium.* quod mirum: quippe Zenoni Citieo (principi Stoicæ sectæ, quam professus est auctor noster) *animalium semen, ignis. qui anima & mens, qui calor cœli.* Varro 4. de Lingua Lat. *semen*, vt ipse audis, dixit: quod tantundem est ac *primordium*. an hac parte Senecam dicemus a Stoicis dissentire? sane, paulo post ait; *Dicimus, inquit*, vt scias Stoicis suis eam sententiam adscrere non tibi vni. hactenus I.C. ille, quæ omnia adduxi, vt ostenderem proprium esse inscitiæ id omne conquinare quod non intelligit. quid enim aut absurdius aut vanius quod iste vult? imo quid remotius ab auctoris mente? quæ quid velit, sequentia satis vel pueris inculcent. dudum quidem suspicabar clarius; *aut in vltima sumus.* nunc nihil tentu contra manuscriptos; neque vero opus est.

Hunc euanidum considere] ita ex Britannico exemplari Erasmus. nescio tamen an idem probet illud *considerare*, an malit, *considero.* cum enim posuisset verba aliim impressorum codicum quæ & in Col. ac Pal. quart. sunt que ista; *Hunc eundem languere considero*, addit: Britannicum exemplar pro *eandem*, habebat *euanidum*, & recte, ni fallor. extat tamen primo loco posita scriptura in cusis se præside libris. at Fortunatus tradit legendum, *Hunc eundem languentem considero*, hoc est, inquit, ab illa immensa licentia remitti & decrescere absumto alimento quo pascebatur; tradunt enim Philosophi & *Cataclysmos* & *Ecpyrosin*, h.e. eluuiones exustionesque terrarum accidere certo tempore necesse esse &c. est in Pal. tert. *Hunc euanidum languentemq. considero.*

Igne restincto] Palatinus tertius, *rextincto.* reliqui duo. *restricto.*

Exitus mundi est) sic & Coloniensis. at Palatinus tertius, *extinctus vel exitus mundi est.* quartus, *exitus est*, sine voce *mundi.*

Qui pro omnibus fuit] ita & Pal. tert. at quart. & Col. præposita copula, *& qui pro &c.*

Hic humor in deductione rerum ad quartas redactus est, sic positus vt fluminibus] sic Palat. quart. nisi quod habeat *quas* pro *quartas*, quomodo & reliqui duo, ex quibus tert. seruat *in deductionem rerum ad quas.* Colon. *ad quas deductus est* Fortunati codices, *ad aquas redactus.* cæsca cusorum lectio horum omnium verborum tantum exhibebat, *Hic humor rerum primordium sic positus est, vt fluminibus.*

Quæ sequatur Thaletis] Col. *sequetur.* Pal. tert. *sequentur.* quart *Quo sequitur.*

Ad flumina fundenda) Palatinus tertius, *profundenda.*

Sententiam explodo) sic Col. at Pal. tert. *explode.* quart. *explode.*

Aquam subire per rimas & facere sentinam] sic fere volebat Fortunatus, sed alio ordine; *aquam subire, & per rimas facere sentinam.* nam prius vulgati *& per rimas facere sentinam* Pal. tert. *aquam subire & per rimas facere sentinam.* Coloniensis, *aquam subire, & per rimas facere sentinam*; quomodo & Palatinus quartus, nisi quod destituatur copula *&*.

Capvt XIV.

Deinde ex singulis bina marē & feminam. Aerem marem] ita & Erasmi editio at Pal. tert. & Colon *singulis bina maria. Aerem mare.* quart. *singulis bina maria. Aerem marem.*

Qua ventus est] Palat tert. *qui ventus est.* duo reliqui, *quia.*

Qua nebulosus] tres mei. *quia.*

Qua ardet flamma] Pall. duo, *quo.* Colon. *quo ardet flammam.*

Qua lucet innoxius tacta] sic & Col. at Pal. tert. *qua nocet.* quart. *qua licet.*

Hunc tractabilis ad culturam] ita Erasmus & Fortunati codd. at Colon. & Pal. tert. *hunc tractabilis & culta.* quart. *hunc tractabilis, & mare vanum est ab initio &c.* sine alia voce.

Capvt XV.

Mare vnde est? ab initio] ita Mureti editio, at aliæ omnes, item Pal. tert *Mare vnum est ab initio.* Col *Et mare vnum est ab initio.*

Quibus impellitur atq. æstuat] sic iterum Romana editio. at vero reliquæ omnes, item mss. mei tres, nec non Memmii ac Nicotii duo *impletur.*

Vasta in occulto via est] ita Fort. & Pal quart. alii interserunt, *vasta maris in occulto.* idem Palat. quart. supra promiserat, seruat *maioris.*

Quam auctius fluminis cursus] ita Fortunatus. prius cusi. meique tres, *nullus.*

Quantum superfluum sit emittitur] sic & Pal quart. at Coloniensis. *sic*, non *sit.* tertius, *quantum semper fluit, sic emittitur.*

Natura formauit] Pal. tert. *natura vel Deus form.*

Aquarum appellauerunt venas] ita & tert. nisi quod *appellauerunt.* reliqui addunt, *appellarant iter venas.*

Sed multa genera] Pal. quart. *sed & multa*; non male.

Ac paulo pinguioria] sic & Erasmi editio. Fort. codd *pingrioris*, forte, inquit, rectius. & sic quoque Nicotii liber mei tamen tres *pinguioris*, nisi quod Palat. quart. *aut paulo pinguioris.* Col *& paulo pinguioris*

Mansalinaq.] Pal. tert. *musci.* quart. *musculiq. salinaq.* Colon. *in vstuli salin.* Erasmi aliæque editt. *musculi salinaq.*

Mature durentur] Pal tert *mature.*

Omnis metallorum humus] ita & mei tres. Fortunatus tradit mss. suos seruare *omnis metalli metallorum humus*; putatque forte legendum, *omne metallorum genus.* quidā meus amicus suspicabatur, *omnis metallorum fomes.*

Terra humorq. liquescit) sic & Erasmus. mei tres, *liquescunt.* Memmii codex, *In quadam vero terra humorq. putrescunt; sic vt bitumen.*

Secundum legem naturæ voluntatemq. nasc.) ita & mei tres, nisi quod Pal. tert. *nascentium.* Fort. scripti, *voluntate nascentium*, id est quasi sponte nascentium. præfert tamen volgatam.

Corrupere naturam) omn. mei, *corrumpere.*

Vel alia aliqua causa) ita mei tres, sed duabus literis, *cā.* Fortun. membranæ, *aliqua cura*; nec vituperauerim.

Quomodo consumpta aqua sit) ita antiqua lectio codd. Fort. prius cusi, *aqua deficit*, quod & in meis omnibus, item Nicotii ac Memmii. forte distinguendum, *quomodo consumpta aqua Deficit modo & exsiccatur.* verum illa particula *&*, omnibus abest libris.

Velut in cicatricem) ita Fort. libri & Pall. duo

antea impressi *valde incic.* Colon. *aut incic.*

Comprimitq; quam fecerat viam) ita & Colon. & Palat. quart. Erasmi, *premitq;* Fort. mss *comprimit illam quam perfecerat viam.* Palat. tert. *comprimitq; quam perfecerat viam*

Exhaustaque replentur) ita quidem & Colon. sed malim cum Pall. duobus voce amplius, *ante exh.*

Viribus recollectis) sic vterque Palat. Pinciani codd. & Col. meus *collectis.*

Sæpe terra si facilis est ipsa in tabē resoluitur & humescit) ita olim editi, neque aliter Col. aut Pal. tert. nisi quod ipse *soluitur*, sed nec quart. præterquam quod inserat, *facilis est aliud in tabem.* Fortunatus dixit fuisse amplius in mss. suis, *Ipse transire facilis in aliud.* *Ipsa terra in tabem resolu & hum.* ex eo diuinabat ipse, *atte abiunt, ipse transire facilis in aliud. Sæpe ipsa terra in tabem &c.* quam lectionem recepit Erasmus, donec quæ extet germana; etsi non neget videri deprauatiorem altera. I. C. quidam item Fortunati expressit coniecturam, quærit tamen, quid si legas, *sæpe ipsa terra in nubem resoluitur.* satis sane absurde. imo prius *in tabem soluitur*, & inde magna sui parte in humorem. terram omnem in nubem posse conuerti atque postea in humorem nemo dixit, neque factum est. noster infra cap 29. *Incipiet ergo putrescere, deinde laxata ire in humorem, & assidua tabe defluere.*

Idem euenit sub terra quod in nubibus, vt spissetur grauiorq; quam vt manere in natura sua) ita cusi olim, nisi quod *grauior.* at emendandum putabat Fort. & Erasmus *grauiorem.* itē *si spissetur.* scriptæ enim membranæ Fortunati, *Idem euenit si sub terra spissetur, grauioremq; quam vt manerē.* Pal tert. seruat, *Idem euenit sub terra quod in nubibus, vt inspissetur grauiorq; vt manere in natura possit. signat humorem* neque aliter quart. quam quod is, *vt spissetur grauiorq; quam vt manere in natura sua possit sigi humorem.* Colon *Idem venit sub terra quod in nubibus, vt spissetur grauiorq; quam vt manere in natura possit. signat humorem.* Curio notauit ad oram forte legendum, *crassioremq; quam vt manare in maria possit, gignat humorem.*

Sudorem aquileges] ita Erasmi editio, nec dubito quin recte Fortunati codices & mei tres, *aqualeges*, quod probauit Brissonius lib. 17. de verb. sign. traxitque ad interpretationem l. 1 §. caput aquæ ff de aq. quotid. in qua est: *Plane si aqua sudoribus manando in aliquem locum effluere, atq; ibi apparere incepit.* Vitruuius lib. 8. cap. 1 *In terra autem nigra sudores & stillæ inueniuntur exiles, quæ ex hibernis tempestatibus collectæ in spissis & solidis locis subsidunt.* quod ipsum Palladius lib. 9 cap 8. tradens, ait; *Nigra terra humores & stillicidia non magna ex hibernis imbribus & liquore collecta.* & mox: *Sequenti die aperto loco si in eodem vase sudores intrinsecus inueniantur, aut stilla, aquas ibi esse non dubites.*

Hic tenuis vnda) mss. mei tres non male; *hac tenuis vnda.*

At ex magnis causis) est a coniectura Pinciani. scripti eius, nec non mei, item cusi præside Erasmo, *& ex*, vt cohæreant præcedentibus.

Excedunt amnes) ita idem Pinc. sed ex vno ms. quomodo & omn. mei. Erasmus, *excedunt*, vt & Fort.

Leniter si aqua) ita & Col & Pal. quart. at tert. interserit vocem, *leniter emissi, si aqua.*

Et cum sono suo) ita & mei tres. dictio *suo*, abest Memmiano Nicotianoque. amicus quidam meus diuinabat, *sono summo*; sed & alteri tamen sua est gratia.

Intermixtus eiecit) Pal. tert. *egerit.*

Omnibus reddere] Col. *singulis reddere* Pal. tert. vtrumque recepit. *omnibus vel singulis reddere.* quart. hic voces aliquot omisit, tantumque refert, *& occasionem singulis reddere*, omissis intermediis, *quærere, cum possim eandem causam omnibus.* Fortunatus probabat illud *omnibus*; vt sit, *simul vniuersis*; recte.

Se retrahant & quibus reddant) ita mss. Fortunati, & Palatinus tertius. prius cusi, *redeant*, quod & in Palatino quarto, & Coloniensi, quorum tamen hic, *retrahunt*; ille, *trahant.*

Interualla minora sunt, & ideo) Palatinus tertius, *Interualla quæ minora sunt, & ideo.* nec aliter quartus, aut Coloniensis, nisi quod eis nulla copula *&*, quæ nec in Erasmo.

Nec minus certa] sic scripti Fort. & mei duo nam Palatinus tertius, *& non minus.* prius cusi *& minus*, quod placuisset Fortunato nisi fecissent pro veteri illa mss. lectione hæc seqq. *Sunt & sub terra minus nota nobis iura naturæ, sed non minus certa.*

Æstas suo tempore incaluit) sic & mei; at Pinc. vett. *incanduit.*

Sunt abrupti) Coloniensis, *abruti.* Palatinus tertius, *interrupti.*

Cæcæ pinguiq;) ita & mei. Fort. mss. *pigreq;*, forsan, inquit, rectius.

Et in aquis torpentibus facta) malim cum tribus meis, *& aquis torp facta.*

Et subterranei mures) ita editio Romana, ex mss. Pinciani, quod & ipse rectius sentiebat: sunt enim, inquit, & *aquatiles mures.* Plinius lib. 2. cap. 106: In eo, vt in Arcadiæ Stymphali, enascuntur aquatiles musculi. I C. quidam probat quoque illud *mures*, adiicitque locum dictū Plinii, item alium qui lib. 8. cap 57; vbi *mures* in Gyaro insula incolas fugasse dicuntur; & plurimos ita in Troade prouenisse eundem ait referre lib 10. cap. 65. quæ quid ad huius lectionis confirmationem faciant non video. debuisset potius adduxisse loca quæ proderent nasci alibi mures sine oculis aut cæcos; quod dum fiat, reuocauerim editionis Erasmi Fortunatique scripturam, quæ & in *Pal.* quart. nempe *& subterranei vermes.* restat tamen item *mures*, in reliquis duobus, nec non mss Fortunati, qui ista verba, glossema autumat illius verbi, *talpa.* quod sane non nimis negarim.

Quibus deest lumen, quia superuacuum] sic Erasmus; at Fort. editio, & omnes mei, *quia deest lumen quod sup.* nec spreuerim.

Capvt XVII.

Multa hoc loco tibi) sic solum Colon. & Fortunati editio. Erasmi & Palat. tert. *Multa in hoc loco tibi.* quart. *Multa hic tibi.*

In mentem venient) Palat. & Fort. *vterq; venium.* Col. *venerunt* Erasmus, *venere.*

Fabulam dicas) ita mss. mei & Fortunati; qui tamen illustriorem potauit sensum futurum, si *fabulosaque*, legeremus; quod recepit Erasmus; mea sententia male.

Aut cum hamis] sic & Col. sed tamen Pall. duo, *nec cum ham* & placet.

Expecto vt aliquis in mari venetur) vox vltima est ab hariolatione Pinciani, prima a libris eius. & vero *Expecto* item est in Col. ac Pal. tert. solum quart. *Expecta*, quomodo ediderat Erasmus. at mss. iidem mei omnes, sicut & prios cusi, *versetur*, non *venetur.*

Hoc miraris accidere) sic & omn. mei. Fort. mss *miraris me addere.* vulgatam tamen idem ait commodiorem.

Naturam aut mentitur aut vincit) ita legi voluit Fortunatus, vt ipsam *luxuriam* intelligamus ad imitationem naturæ multa excogitare quibus naturam vel effingat vel etiam superet. omnino male; certe contra omnes non solum vetuste cusos sed & mss. suos meosque qui, *natura aut mentitur aut vincit.* sic certe Pal. tert. & Colon. nam quart. *natura aut vincitur aut vincit.* inepte. distinguamus tantum; *Quanta incredibiliora sunt opera luxuriæ? Quoties natura aut mentitur aut vincitur?* hoc sensu; quoties luxuria ea comminiscitur quæ tantum non cogunt dicamus, aut mentiri naturam, aut vinci? vide me lib 24. cap. 18. Suspic. eo enim traho illud Epist 95 *Non mutata feminarum natura, sed vita est*; quem & locum Tiraquellus, me nolente, in medicinam rapit quasi ægrum.

Si quis in conuiua mana moritur) ita recte Fort. neque secus Pal. quart. nam tert. *comune.* Colon. vt & olim editi, *commune.*

Vitreo

Vitreis ollis inclusi] Pall. tert. *oculis*. alii tamen duo seruant vulgariam lectionem.

Offeruntur] mei omnes *afferuntur*.

Et condiunt viuos] ita aliquos legere non *condunt*, (quod est in mss. omnibus, etiam meis) testatus Fortunatus; & bene, inquit, quia dixit, *necant in garo*, quod genus est liquaminis &c.

Et sunt qui fabulas putant] est a coniectura Pinciani. mss. eius nec non Erasmi, item Palat. tert. *Hi sunt qui &c.* Pal quart. *Hi qui fabulas putant* Coloniensis. *Hi sunt fabulas putant*. an forte fuit, *Hi fabulas putant &c.* interrogatiue scilicet.

Natare in garo piscem, & cœnæ causa occisum esse super cœnam cum multum in delitiis fuit] ita Mureti editio. at Erasmi aliæque, *piscem. nec cœnæ causa occisum &c.* ad quæ Fortunatus vetusti codices, inquit, verbum, *in garo*, non habent; & forte non est necessarium mihi profecto, & dempto, & addito illo verbo inconstans hic sensus videtur. sic ille. Palatinus tertius seruat; *in garo natare piscem. nec cœna causa occisum esse super cœn. cum multis &c.* quarto deest dictio *natare*, habetque, *si audirent in garo piscem. nec cœna causa occisum esse super cœnam, cum multum.* Coloniensis, *natare ignaro piscem, nec cœna causa occisum super cœnam, cum multis &c.* vix ambigo quin suspicari liceat distinguendum rescribendumque, *Quem incredibile illis videretur. si audirent natare in garo piscem; nec cœna causa occidisse super cœnam! Cum multum in delitiis fuit, oculos antequam gulam pauit.* lectionem hanc veram alicui præstarem nisi mss. in et coniunctionem seruarent, *& oculos antequam gulam* nam & Palatinus tertius licet alio positu, *& antequam gulam oculos pauit.* Pincianus legenda arbitrabatur superiora per transpositionem verborum, *nec cœna causa occisum esse. sed post cœnam multum, cum in delitiis fuit.* Memmii liber scriptus seruat, *natare in garo, nec cœna causa occidisse super cœnam.*

Capvt XVIII.

Nihil est iniquis] Palat. tert. *inquit*, quod placet.

Ipsa colluctatione animam agentis rubor] sic Mureti editio. at Erasmi, *animam afficientis, rubor*, quod & in Memmiano & Palat. quart. nam tert. *animam afficientis* Coloniensis *colluctatione anima afficientis robur.* Fort. vett. scripti, *animam efflantis*; qui tamen *afficientis*, putat proprius accedere ad Plinii sententiam vbi ait, *Mullum expirantem versicolori quadam & numerosa varietate spectari proceres gulæ narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallentem, vtique si vitro spectetur inclusus.*

Et incerta facies inter vitam] est a diuinatione Pinciani. scripti eius, vt & editi ab Erasmo, *& in ceteras facies*; quod & in Colon. & Palat. tert. nam quart. *& in cetas facies.*

Coloris est. Vagatio longa somniculosa inertiaq. luxuriæ] ita scribi iussit ex vett. lect. Pincianus. Erasmi editio, *coloris est vagatio longa, somniculosa &c.* quomodo & Col. atque Pal. quartus. distinguit tert. *coloris est vagatio. Longa somniculos.* Fortunati editio, *Coloris est hac vagatio longa. Somniculosa &c.*

Quam sero experrecta, circumscribi se & fraudari] est a diuinace coniectura Erasmi. scripti enim eius, *Quam sero expressero circumscribi se &c.* neque aliter etiã mss. Fortunati, qui vocem illam *expressero* libenter eliminasset, aut si non, emendandum videri; *Somniculosa inertiaq. luxuriæ fuit, quæ tam sero hoc expertæ sero enim circumscribi &c.* vel sic, *hoc tam sero experiri; sero enim circumscribi se, &c.* quod vltimum expressit Aldus Manutius auus. Palatinus meus tertius fauet scripturæ codicum Erasmi atque Fortunati membranaceorum, item quartus, & Colon. nisi quod ii copulam immisceant, *quam sero & expressero.*

Hoc adhuc tanto spectaculo & tam pulcro piscatores) sic Fort. editio & Erasmi. at Pal. quart. *Hic aduc tam pulcro spectaculo piscatores.* Coloniensis, & tert. *Hoc adhuc tam pulcro spect. pisc.* abiectis aliis, placetque.

Qui coctum piscem & exanimem in ipso ferculo etiam experirentur. Mirabamur tantũ] ita Erasmi editio & Fort. neque secos vetuste cusi, nisi quod ii, *qui coctum piscem qui exan &c.* Pincianus scribi voluit cum mss. suis, *Quo coctum piscem? quo exanimem? in ipso ferculo experiri. Mirabamur &c.* quomodo hercle etiam Memmianus, Coloniensis, ac Palatinus tertius. nec non quartus, præterquam quod ipse, *in ipso ferculo experientur*; itaque restituatur.

Attingere nisi eodem die captum piscem] ita & mei tres. Memmianus caret voce *piscem* Fort. mss. *nisi eodem diem captum piscem comesse.* quod ineptum plane præ alteros licet & Nicotianus, *comedere.*

Is propter putido tam piscis affertur] sic & vterque Pall. nam Coloniensis, *ideo putrido tam &c* notat Fortunatus exemplaria sua scripta præferre; *Is, pro pudor, tam piscis aff.* vnde legendum arbitratur; *Is, pro pudor, tum pro putido piscis affertur* non sugillauerim Memmii tamen codex; *Iam propter putido hic est piscis occisus. Hodie eductus est. Nescio.*

Qui non hodie eductus, hodie occisus est] ita mss. Fortunati & mei. Colon. ac Pal. quart. nam tert. omisit vocem *hodie*, posteriorem. Pincianus scribit putare se negationẽ aduentitiam esse adiectam ab aliquo qui sensum non percipiebat. at ego contra puto.

Ad hunc fallum peruenit venter] ita Romana editio. aliæ omn. *peruenere ventres* quomodo & scripti mei tres, qui tamen concorditer, *Ad hoc fellum peruenere.*

Quantum ad solertiam luxuria perennitis accedit, tanto subtilius &c.) ita & Memmii liber. Erasmi editio aliæque; *Quanto ad solertiam luxuria plures ruunt, tanto subtil.* prius impressi; *Quanti ad sollertiam luxuria perount? Hos accedit tantoq. subtilius*, quod & retinent pertinaciter scripti Fort. etiam mei tres, nisi quod destituantur interrogandi nota. Fortunatus coniiciebat, *Quantum ad solertiam luxuria pretii accedit, tanto subtilius &c.* aut id quod in editionem suam transtulit Erasmus, aut certe, *Quanto ad solertiam luxuria plures eunt, tanto subtilius*

Visitata contemnens) non displicet, *visitata*, quod seruat Pal. tert.

Saxatili mullo] ita vett. codd. Fort. at mei tres, vt & exoletæ edit *salatili mullo.*

Laudatus est, ita scribit ex suis Pincianus, nec aliter mei tres. Erasmo aberat vocula *est*, quæ tamen & in Fortunati editione.

Per latera venas) sic & Pal. quart. nam tert. *perlatas venas.* Col. *perlatura venas.*

Temerarius verbis) ita & Erasmus; at Fort. & mei tres, *temerarie.*

Non sunt ad popinam] sic & Fort. & Erasmi: mei tamen, *ad poma.*

Capvt XIX.

In subterraneis oculis] Erasmi & Fort. *oculi.* mei *oculis.*

Fertilem fœderum situ piscium) ita Pinc. codd. & Coloniensis meus Erasmi, *fœdo situ*, quod & in Pall. duobus nisi quod quart. *situs.*

Horridam aspies) ita & vterque Pall. at Colon. & Memmianus destituuntur vocula *aspies*; eamque ex glossemate irrepsisse putat Opsopœus. mihi hic elegans videtur; eodemque modo posita quo ab Horatio, *lubricum aspici vultus.*

Certe cum in Cariam circa Lorymam vrbem) ita Muretus, coniectura adiutus: quidam enim mss. eius; *circa latumna.* at epitoma Stephani de Vibibus nominatur *Lorumna* πόλις ἐγγύς. vt & a Strabone lib. 14. & a Ptolomæo lib. 5. & a Plinio a Mela. nisi quod apud hunc librariorum vitio, *Latumna*, non *Lorumna* legitur. sic fere Muretus libro 12. cap 7. Variar lect. ediderat Erasmus, *circa Myndum vrbem*, quod sumpsit ab hariolatione Fortunati; cuius libri, *circa Nydum* olim impressi, *circa Idimum*; quomodo & Palat. tert. quart *hydinum* Col. *Ydimum*; quomodo & Pinciani codd. nisi quod ii, *Hydnium*, vt forte, inquit, corrigendum sit *Hydissum*, ex Stephano, cui ita vocatur Cariæ vrbs, sic appellata ab *Hydisso* filio Bellerophontis; adstipulante etiam Plinio lib. 5 cap. 29.

Quos ignoto ante) ita & Col. & Pal. quart. at tert. *quos ignoto aiunt ante* Fort. scripti, *quos ignotos ante.*

Et lucis experta) ita ex ingenio Fort. eius libri, *& lucis inexperta*, quod & in Col. & Palat. quart. nam tert. *& luce experta.*

Quod anguilla quoq.) vox *quoq.* abest omn. meis.

Grauis & ipsa cibus) sic & Erasmus. at malim cum Veneta editione Aldi, *ipsa.*

Si altitudo illius luci) ita & Fort. & Pal quart. at tert. & Erasmianis abest dictio *illius*. Coloniensis, *si altit. lucus illius &c.*

Et quibus corriuatis) ita & Erasmus, firmatque Fortunatus veteri suorum lectione. aquas siquidem subterraneas foraminibus inter se quibusdam atque riuis concurrere & coire ex Phædone refert & Aristoteles. prius cusi, *& quibus conterruatis.* Pal. tert. *constuatis.* quart. *conrsma.is.* Col. *corinatis.*

Donec aliquo sinus deuorentur) ita & Erasmus. Fort. editio, Memmianus & Nicotianus verbo amplius, *sinus terra deuor.* quod & in Colon & Pal. tert. quartoque; nisi quod hic *donec in aliquo sinus terra deuor.*

Hanc magnu amnibus æternam) ita voluit restitui ex mss. Fort. & Pincianus. Erasmus, *magn.* mei tres, item Nicotii ac Memmii, *hanc aquam magnus amn.*

Sicut fluminum & fontium) ita antiqua lectio Fortun. prius cusi, *sicut flumina fontium*, quod & in meis omnib.

Capvt XX.

Per quod feruntur) Colon & Pal. quart. *fertur.* tert. *per quam feruntur.* Fortunati membranæ, *ex quo efferuntur.*

Ex eadem simulatione eius nascitur) Erasmi editio, *similitudine*, quod & in Colon. item Pal. quart sed is destituitur vocula *eius* tert vtrumque seruat hoc modo, *ex eadem simulatione vel filii eius nascitur.*

Ha medicamentum potentiam) ita mss. Fort. cusi priores, *medicatiuam*, quomodo & Colon & Pal. quart. sed malim cum tert. item Memmii ac Nicotii, *medicatam.*

Odoremq. pestiferum) ita correxit Fortunatus contra mss. qui, *coloremq.* quod & in meis omnibus.

Verum per loca) ita codd. Fort. item Pal. quart at tert. & Col. item olim impressi, *verum loca.*

An vitro an bitumine) ita & Erasmus & Colon. nec non Pal quart tert vero, *aut nitro, aut bitumine*; quod placet, malebatqi item *nitro* Fortunatus ex mss. suis. Plinius lib. 31: *Pluribus generibus auxiliantur aquæ, aliæ sulfure, aliæ aluminis, aliæ sale, aliæ nitro, aliæ bitumine &c.*

Hinc illud de quo Ouidius ait) sic & Erasmus Fort. codd. *Hinc est illud de quo*, vt flumen referat. Pal tert. *Illic istud de quo Ouid* quart. *Illinc inde de quo Ouid.* Colon. *Illic vnde de quo Ouid.*

Medicamentum est] ita Pal tert. & mss Fortunati; malebat tamen ipse, *medicatum est*, vt prius vulgabatur, restatque in Erasmi libris, Nicotiano, Coloniensi, ac Palat. quart.

Et adglutinet & induret] Col. ac Palat quart. deest & primo loco positum Fort. libri. *& glutinet & obduret* Pal. tert. *obglutinet & obduret*, etiam sine particula &.

Puteolanus puluis] sic & Pal. quart. at tert. *Putieolanus.* Col *Puteelanus.*

In eundem lacum) ita Fort. neque aliter Pal. tert. reliqui duo, *locum.*

Quod in Italia quibusdam) sic & Col. at ceteri, *in quibusdam*, quomodo & edidit Erasmus.

Siue virgam siue frondem) ita & Palatinus tert. at quart. *si virgam siue fronde.* Coloniensis, *si virga siue frondem*

Si notaueris albulam) Colon. ac Palat tert. *albulas*, quod placet, si modo scribamus litera maiori. *Albula* enim aquæ, circa Anienem sunt, Plinio, Straboni aliisque celebratæ.

Canales suos tubosq.) ita puto Muretus. prima editio *cymbasq.* Erasmi exemplar Britann. *ripasq.* Fort. mss. *rimosq.* quod ipsi placet, vt infra cap. 25: *qualia sunt qua durarum humor effluit, vtiq. circa medicatorum fontium riuos.* Pal. tert. & Col. seruant, *cimbosq.* quart. *canales suos riuos cymbosq.* ¶ *Aliquam harum habent causam illi*) ita mss. Fort. meis tribus abest vox *harum*, vt & olim publicatis.

Aut furor &c.) citat hæc & seqq. Rhenanus ad Tertullianum lib. aduers. Valent. cap. 15. item Pamelius adnotat. in lib. de Anima ad cap. 50 atque accipienda de fonte Lyncesti, de quo sic ibidem doctor ille Christianus; *Sed aut ebriosos reddit Lyncestarum vena vinosa &c.* de eo fonte & Plinius lib. 2 cap 103.

Sed vehementiorem) ita & mei tres. solum prius paulo Pal. tert. pro, *Similem*, custodit *Senilem.* Fort. codd. exhibent, *sed fortiorem.*

Sic aquæ huius) Col *sic huiusmodi aqua.*

Quod mentem aut furore mouet] Fort. codd. *in furorem*, vt & Nicotianus, Pal quart. nec displicet. nam & tert. *aut tem furorem mouet* Col. *aut furorem mouet*; quomodo habebat etiam Memmii scriptus.

Hoc habet mali & amnis) ita editi a Cælio Curione, nec inepte. prius cusi, *& amnis eius*, notatque Erasmus in ms. suo legi, *amnis Mineius.* Fortunatus reposuit, *& Lyncestius amnis*; vel, *Lyncestius amnis*, quomodo & legitur in vett. Ouidii codd. videbatur enim illud, *eius*, fragmentum vltimaque pars *Lyncestius* est in Pal. tert. *hoc habet mali eius amnis.* quart. *Hoc habet malintentius amnis.* Colon. *Hoc habet Malinceus amnis.*

Capvt XXI.

Eius a quo nascitur) Pal. tert. *eius quo nascitur.* quart. *nascatur.* Col *eis a quo nascitur.*

Notas reddat) ita & Colon. ac Pal. tert. at vero quart & scripti Fort. *naturam reddat.* adhæret tamen idem priori scripturæ, fortioremque putat.

Capvt XXII.

Siue ille æternus est) sic & Pal. tert. duo reliqui *æternus fit*, quomodo & Erasmi Fortunatique.

Aliquod est ille) sic Pal. quart. Col publicatique. Pal. tert. *aliquod fuit ille*, nec displicet.

Hoc quoq. cum toto) vulgati omn & mss. mei *hoc quoq. cum mundo.*

Terras interluit] ita ex mss. suis Fort. prius cusi, *interclaudit*, quod & in Col. & Pal. quart. nam tert. *terras influit.*

Capvt XXIII.

Post illam cælestes, quas ex superioribus nubila eiiciunt) & Erasmus. prius impressi, Pal. tert. quart Col *Post illa ex superiorib. cælestes aquas nubila excutiunt.* mss. Fort. *Post illam sunt cælestes, ex posterioribus, quas nubila excutiunt* Memmii liber; *Post illam ex posterioribus cælestes quas nubila excutiunt.*

Supernatantes] Pal tert. *supernacantes.*

Capvt XXIV.

Enanuere] Pal. quart. & Col. *enanuerint*, vt & postea *intepuerint*, vbi vulgati, *intepuere.*

Aquis transcursus est] Pal. tert. *aquis incursus est.*

Facere solemus Dracones] ita & Pal. tert. at quart. *tracones.* Colon. *traciones* primo loco posita lectio est & in mss. Fort. ita enim dicuntur flexus & circuitus in omnibus rebus, animalis scilicet hoc nomine dicti similitudine. Columellæ & Plinio palmites quoque annosi, *Dracones* appellantur.

Et miliaria] mentio horum etiam l. 21 §. si cui forte ff. de auro arg. leg & Athenæo lib. 3. Catoni de re rust. ca. 20. 22 & 135. item Paul lib. 3 sentent. tit. 6 nostro iterum lib. 4. infra. vasa esse ad coquendum apparet, quæ non in coquinatorio tantum sed & in balneatorio instrumento ponuntur. Brissonius lib. 11. de verb sign.

Ære tenui fistulas struimus] vox *tenui* abest Pal. tert. est tamen in reliquis. Fort. mss. habebant pro *struimus* vocem *facimus.*

Per decliue circumdatas] Pal. tert *per decl fundatas vel circundatas.*

Quem non falli credent ii quibus balnearia] est a coniectura Pinciani, scripti quippe eius *credebant.* vt & mei tres, qui tamen male consequenter, *in quibus*; quod & in primo cusis. Erasmus etiam edidit, *quem non falli credebant.* Quibus bal-

balnearia &c. Fort. emendabat, *quem non falli credunt quibus balnearia.*

Hic per tubos lapsus) prius editi *per rimas*, quod & in Col. ac Pal quart. nam tert. *per vnos.*

Nec trahit saporem euaporatio) ita scripti Fort. quibus adsentitur Col. meus. nam Pal tert. destituitur voce, *euaporatio*: habet vero quart. *nec trahit vaporem euaporatio.*

Exeuntes vel introeuntes aquas) ita codd. Fort. & Palat. meus quartus. alii enim, vt & olim impressi, omittunt vocem primam, *exeuntes.*

Reddunt enim qualitatem) Palat. tert. *Reddunt etiam enim qual.* quart. *reddant enim qual.* Col. *reddere enim.*

Capvt XXV.

Circa Nonacria) ita legere maluit cum Plinio. Vitruuio aliisque Fort. quanquam veruiti codd. eius; *Nonacrinum* habeant at enim ego alterum illud malim, cum & ei alludant omnes mei. Pal. namq. tert. *Neaacrinum.* quart. *Nonatrinum.* Col. *nonae urnum.* aquæ huius meminerunt item Q. Curtius lib. 10. Plutarchus in Alexandro, item Arrianus, nec non Pausanias in Arcadicis, Ælianus lib. 10. cap. 40. Strabo lib 9. denique Herodotus in Erato, Iustinus lib. 17. Tertullianus, cap. 50. de Anima. quorum loca fere producit Paulus Leopardus lib. 4. Emendat. cap. 8.

Quia protinus hausta duratur) ita & mei fere, nisi quod Pal. tert. *pro cutius*, videaturque quartus babuisse primum *durat*, quod & in Fort. mss.

Quam in gypsum sub humore) mandat I.C. quidam legamus, *suo humore.* ego vero non pareo; nam illud *sub* in omnibus mss. cusisque.

Quam & fera & pecus) Palatinus tertius, *fera.* quart. *& tura.*

Intraq. breue tempus) ita codd Fort. mei tres, vulgatiq. ab Erasmo, *intraq. certum tempus.*

Hoc etiam in Bœotia) Col *Hac*, vt & Pal. quart. qui tamen destituitur vocula *etiam*, quemadmodum item tert. in quo *Hoc.* & vero nescio quomodo malim eiici particulam, *etiam.*

Melas nomen est) vox *Melas* abest Pal. tert. at quart. *Melay.*

At si illis lana opus fuerit pulla, paratus &c.) ita Romana editio. Fort mss. voce amplius, *opus sit vel pulla, paratus* legitque ipse, *opus sit nigra vel pulla.* quod & recepit Erasmus, nisi quod ipse, *fuerit*, non *sit.* habet Palat. tert. *opus fuit nigra pulla*, quod & in Colon. item quart. nisi quod is, *fuerit.* Fortunati correctio firmatur a Plinio vbi ait, *Tradit Theophrastus in Macedonia, qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmona ducere, qui nigra aut fusca, ad Axium.* sed tamen putarim deleri posse illa, *nigra vel.*

Ad Ceronem eundem gregem) ita quidem Romana editio. at Erasmi, *& ad Peneium eundem gr.* monuitque Pincianus coniunctionem *&*, superfluam ex veteri suorum lectione, legendumque *Peneum* ex Plinio lib. 2. ca. 6. Fort. ait in suis fuisse *Peneien*, quomodo hercle mei tres, nec non Memmii ac Nicotii. id igitur reuocandum.

Quod idem in omnibus) sic & mei tres. Fortunati, *in omnibus.* eique placet: me nolente.

Et spargitur albo cum) ita Fort. membranæ & Pal. tert. reliqui, *alba.*

Est adhuc in Syria) malim cum meis omn. *& est adhuc* nam & alioqui codd Fort *est & adhuc &c.*

Par sit modus) ita scripti Fort. & Palat. quart. ac Col. at vett. editt & Pal. tert. *par sit onus.*

Quadam ad medium submersa sint) ita & Pal. tert. alii duo *submissa*, quod & in mss. Fortunati, putatque ipse altero fere melius.

Par est, neutraq. res &c.) Ita etiam Colon. ac Pal. tert. quartus enim hanc periodum neglexit. Fort. legendum putabat, *par est, neutra res alteri cedit. Grauiora descendunt &c.*

Itaq. vbi aqua grauior est hominis corpore) sic Fortunatus. prius cusi, *corporis.* Palat. tert. *vtiq. vbi aqua grauior est hominis corporis.* quart. *Itaq. vbi aqua grauior est habens corpus aut saxi.* Coloniensis; *habens saxi aut corporis massam.*

Pumicosi) Pal. quart. *punicosi.*

In Lydia natant) sic emendauit Hermol. Barbarus ad Plin lib. 2. cap. 95. Fort. mss. & mei, *in India nat.* vti & edidit Erasmus. citat *Lydia*, Fuluius Vrsinus notis ad cap. 17. lib. 3. Varron. de re Rustica, vbi de his insulis plura commode petes.

Ipse ad Cutilias natantem insulam vidi) ita emendauit Fortunatus, cum tamen mss. eius, *Ipse ad Maliam nat. ins. vado*; quomodo & est in Palat. tert. nisi quod destituatur vocula *insulam.* quart. *Ipse ad Cutillam natantem insulam vado*; neque aliter Colon. nisi quod hæc connectat superioribus, vti & faciunt olim cusi. at *lacus est in agro Reatino, vmbilicus Italia, in quo insula Cutylia Græcis dicta*, vt docet Festus *fluctuat.*

Alia in Vadimonis lacu vehitur &c.) ita etiam restituit Barbarus ille nebarbarus, nisi quod volebat *Statoniensi*, non *Statonensi*, vt est in mss. Fortunati. vulgatæ quondam editt. *In alia in vadosis lacu vehitur. Lacus in statione Nib est.* Pal. tert. *In alia in vadosis locu vehitur Lacus in statione vili est.* quart. & Col. *in alia in vadosis lacu vehitur, lacus in statione nisi est.*

Cutyliarum) Pal. tert. & Col. *Cutillarum.* quart. *Cutillarum.*

In vno loco statio est) malim cum meis, eiecta præpositione, *vno loco &c.*

Et obhoc ponderosa] vox *&* nō est in mss. meis aut prius cusis; nec admodum requiritur.

Materia vectabilis) ita mss. Pinc. & Palat. quart. nam tert. *vetrabilis.* Coloniensis, *natabilis.* Erasmi editio, *vectibilis.*

In lacu sparsas) ita mss. Pinciani. Erasmi, *lacus*, vt & omn. mei.

Itaq. etiam si qua in illa saxa sunt) Pal. quart. *nulla* pro *in illa.* tert. *Itaq. etiam in illa saxa aquosa sunt.* Col. tamen fauet vulgato.

Exesa & fistulosa) mei tres, vt & olim editi, etiam Erasmi, non habent *exesa*, sed *aquosa.* tert. etiam Pal. *& frustulosa vel fistulosa.*

Aquarum coaluerunt) Pal. tert. *colluerunt.* quart. ac Col. *coluerunt.*

Ex spuma solidantur) Pall. vterque, *& spuma solidatur.* Colon. *& spiritu solidatur.* prima lectio, est a vett. Fortunati codd.

Fœcundiores feminas faciat) Col. *facit.* Pal. tert. *reddat*, quod malim. laudat & hunc locum alibi Fornerius Comment. ad tit. de verb. sign. l. 137.

Scabiem afferre corporibus) ita voluit Fortunatus. nam olim vulgg *auferre*, quod & in Col. & Palat. quart. quippe tert *scab afficere.*

Vitiliginem) mei tres, *vitis legem.*

Ex albo varietatem) Pall. duo *alueo.* Colon. *alueo.* tert. quoque Pall. *veritatem.*

Ex qua fieri creditur] mei omn. *ex qua fieri lapis creditur.*

Tota compressa est) mei, *comprehensa est.*

Capvt XXVI.

Esse indicant causas] Pal. tert. *indicat*, vt *Theophrastum* respiciat.

Et reuerberatur fluctu, amnis resistit] ita & Pal. quart. & Col. at tertius & Memmianus, *resistet.* forte, *& reuerberatus fluctu amnis resistit.* Pincianus docebat scribendum, *& reuerberato fluctu amnis restitit.*

Quarta ratio est siderum] ita & Colon. & Pal. quart. at tert *Quarta secundum rationem.*

Impendio solebat, id incremento accedit) est a Pinc. libris. neq. aliter Pal. tert. nisi quod ipse, *accidit* quart. *quod impendio solebat, id incr accedat.* Col. *Itaq. de impendio solebat, id incremento accedat.* Erasmi editio, *quod impendere solebant, id incremento accedit.*

Sub terra vacat locus) mei tres, *vagatur.*

Lycus est epotus hiatu) Pall. vterque *locus est potatus hiatu.* Colon *locus est potatu hiatus.*

Alioq. renascitur &c.) sic & Pal. tert. nam Colon. *bore*, tert. *orbe*; quod & in Fort. mss. Senecæ, item, inquit, Oui-

dii pleriſque, licet non neget quoſdam retinere, *ero*, quod et magis placet.

Sic modo combibitur tacito) ita Fortunatus; mei omnes *cum bibitur tacito*. prius editi, *cum bibitur tecto* ſed & placuit Fortunato magis *tacito*, quam *tecto*, tanquam mollius, & cum maiori gratia aurium, ſenſui item conuenientius. Hoc carmen, Herm. Barbarus corrupte legit, nec videtur Ouidianum eſſe, agnouiſſe.

Eruſmus in vndis) ſic & mei tres. bene tamen notat Fortunatus, Ouidianos codd. ſeruare, *in agris*, non, *in vndis*; vt erratum eſſe in alterutro neceſſe ſit.

Tandem longe remoto loco] ita & Eraſmus & Pal. quart. at alii duo carent voce *longo*. Memmii liber, *tandem e longo remoto loco*.

Non tamen dubium, an idem ſit emergit. Quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant) ita Muretus ex veteri codice. nec carpo. Palatinus tamen tertius nihil horum habet verborum, niſi *purgamenta eiectant*. quartus ac Colonienſis, *purgamenta eiectat*, quomodo & Eraſmi Fortunatique editio. Vetus interpres Lucani hos citat verſus de Tigride Neronis ex libro I:

Quiq, pererratam ſubductus Perſida Tigris
Deſerit, & longe terrarum tractus hiatu
Reddit quæſitas iam non quærentibus vndas.

Ideoq, iis diebus quibus Olympia ſunt, victimarum ſtercus ſecundo traditum fluminis, illic redundare] ſic Romana editio. Fortunatus volebat *ideo quibus diebus &c.* quod & ſecutus eſt Eraſmus. olim cuſi, *Ideoq, his diebus Olympia ſunt. Victimarum ſtercus ſecundo traditum flumine &c.* quomodo & mei tres, niſi quod ii concorditer *fluminis*.

Hoc & a te traditum eſt in poemate, Lucili cariſſime] ſic Mureti editio. at Eraſmi, *Et hoc etiam a te traditum eſt, vt in prima parte Lucili cariſſ.* quomodo & Colon. niſi quod deſtituatur aduerbio *etiam*, habeatque *creditum* vice *traditum*. quomodo & Palat. tert. ſed is tamen ſeruat, *etiam*, caret vero voce *parte*. at quart. *Et hoc & a te creditum eſt, vt in prima parte Lucili kariſſ.* quod & in olim cuſis, præterquam quod ii, *etiam*, non *&*.

Suam non intermiſceat vndam) mei tres *ſuas*, item *vndas*.

Rhodiorum fons) ita repoſuit Fortunatus, quod & inuenit in Britannico exemplari Eraſmus. prius erat *Chedorum*, quod & in Pal. tert. nam quart. *Eſt in cherſo neſſo cadiorum fons*. Colonienſis, *Eſt in Cherſones Sotbodiorum fons*.

Lutum, ſed folia teſtaq.] ita & Colon. præterquam quod ſeruet *teſta*. at Palat. tert. *lutum, nec folia teſtaque*. quart. *lutum, folia, teſtaq.*

Fimo quiddam ſimile, turbulentum in littus mare profert) ita & Eraſmus, ex coniectura ſcilicet Fortunati, qui attenderat hiſce Plinii: *Circa Meſſanam & Mylas fimo ſimilia expuuntur in littus purgamenta*. eius mſſ. habebant, *fimum quidem ſile turbulentum huc mare profert*. Memmii ſcripta; *fimum quidem ſimilem turbulenta cauis mare profert*. Palatinus tertius, *fimum quidem ſile turbulente auis mare prouehit vel profert*; nec aliter Colon. niſi quod is ſolum *profert*. at quart. horum ne iota quidem habet, ſcribitque tantum, *Mylas non ſine fœdo colore*. Pincianus emendat: *Fimum quendam ſimilem purgamentis mare profert*; aut, *fimo quædam ſimilia purgamenta mare profert*.

Non ſine odore fœdo] mei omnes *colore*.

Vtiq, inde tempus eius rei de qua quæritur, inobſeruatum & incertum eſt] ſic Mureti editio. olim typis excuſi, *eius vel de qua quæritur inobſeruatum ſed incertum &c.* Fortunatus legebat cum mſſ. ſuis, *tempus eius valde quo purgatur, obſeruatum ſed incertum eſt*, quod & aſſumſit Eraſmus, hoc ſenſu, difficilem eſſe rationem & in ſecretis naturæ abditam cur quædam maria ſtato tempore ſe purgent. Palatinus tertius exhibet, *eius vel de aqua quære inobſeruatum ſed incertum*. hactenus vt exprimat duabus literis illud *quære*, hoc modo, *qr.* quartus, *eius vel de qua quæritur in obſeruatum ſed incertum &c.* nec aliter Colon. quam quod is tunctim; *inobſeruatum*; ita vt videri poſſit ſcribendum, *vtiq, inde tempus eius inobſeruatum & incertum eſt*.

Quæ ſecunda vis deferet] ita Mureti editio, at olim impreſſi, recenteſque, item Palatinus quartus. *quæ ſua vis deſert*, quod reuocandum. nam & tert. *quæ ſuauis deſert*. Col. *quæ ſua vis deferret*.

Naufragorum reliquiis ſimilia) eſt ab Eraſmi coniectione. eius enim editio, *reliqua*; vt & Fortunati, nec non Colonienſis, ac Palatinus quartus. nam tertius *naufr. cætera ſimilia*. forte *naufragorum cætera*, ſine voce *ſimilia*, vt & illa fuerit a gloſſa, & dictio, *reliqua*. poſſet tamen etiam ſeruari, *naufrag. reliqua*, eiecta voce, *ſimilia*.

CAPVT XXVII.

Ruptis nubibus deiiciat] ita alias legi, notat ad editionem ſuam Eraſmus; ipſa enim, *deruat*, quod & in Fortun. meiſque tribus itaque reſtituendum.

Omnia vno agmine] ſic & Eraſmus. at Col. & Pal. tert. *nono*. quart. neutram habet; tantumque, *omnia agmine*; quod non plane damno.

Vbi in finem ſui properat) ita Mureti editio, at Eraſmi præmittit, *vtiq, vbi*, quod & in Fortun. ac Palat. quart. niſi quod ea pro *vbi*, vocem *niſi*, vnica expreſſam litera. tert. ſine voce, *vtiq.*, exhibet, *niſi finem ſui properat*: ſed & ſcriptum illud *niſi*, vnica litera. Col. *vtiq, vbi ad finem properat*. ſuſpicor legendum, *vtiq, vbi finem ſui properat*, abſque prępoſitione vlla.

Ad puerperium perducatur infans) ita & olim vulgata, & Eraſmi. monet Fort. mſſ. ſuos referre, *perduret*, ſed bona eſt inquit prior. at ego malim alteram; præſertim cum & extet in Colon meo & Pal. tert. item Memmii & Nicotii. nam quart *perduceretur*.

Tener caucatur) ita recte codd. Fort. nam Palat. tert. *tenet*. quart ac Col. *cenetur*.

Stant ac vigent] Colon. *aut*. Palat. tert. *aut vigent*, ſine voce *ſtant* quart *pant, aut vigent*.

Natura fluxerit) mei *fluxerit*.

In exitium mortalium] Palat. tert. *in exitu*. quart & Col. *in exitum*, quod & bonum eſt.

Et ex humido ſpiſſaq, caligine nunquam exiccantibus ventis) ita ex ſuis Fortunatus, niſi quod ii, *ventis*; quomodo & ſeruat Eraſmus. vett. editiones. item mei tres, *& ex humido ſpiſſa caligo, nunquam exiccantibus ventis*. Memmii *& humido ſpiſſa caligo* placet fere, *& ex humido ſpiſſa caligo nunquam exiccantibus ventis*.

Paluſtres omnis campis] Pall. *plauſtris*. Colonienſis, *plaſtris*.

Mox in iuriam & valitudinaria ſenſere] Pal. quart. *& valetudinaria ſenſere*. Colon. *mox in ruinam & valetudinaria ſeneſcere*, nihil elegantius, ſi modo ſcribamus *valida*.

Quare ilex & quercus] ita bene, meo animo, Muretus. Eraſmi editio, *quæ ilex*, vti inuenerat in mſſ. ſuis Fortunatus. prius cuſi, *quia ilex*, quod & in Colon & Palat. tert. quippe quart. *qui ilex*. ſi verbum illud primum deleretur, elegans nihilominus reſtaret ſententia.

In arduis hoc arbor commiſſura aſtricta lapidum ſtetit. Labant & madent tecta] ita Fort. & Eraſmi; item Pall. vterque, nec non Colonienſis, niſi quod ipſe nec non Palat. quart. deſtituantur voce *tecta*. Pincianus conſiciebat, *in arduis arbor commiſſura adſtricta lapidum ſtetit labaſcit. Madent tecta*.

Titubantium fultura tentatur] ita & Pall. duo. Colon. *fultra*. Pinciani codd *fulcra*. ſed id natum a compendio ſcribendi *fultam*, quod adhuc in Palatino tertio. inde enim naſcitur imperitioribus *fultra*, ingenioſioribus *fulcra*.

Omne enim fundamentum] ſic & Coloo. & Palatinus quartus, at tert. *firmamentum*; vt & Memmii exemplar, item alia Fortunati. quod ipſe probat, vt intelligamus fulcimina & tibicines quibus labefactatarum domorum ruinoſa latera firmari ſolent.

Reuolutus remiſſa compagibus] ſic & Col. nam tert. *reuolutus*. quart. *reuolutus*.

Et intermixtos ouium greges deuehit) ita & mei tres. Memmii codex, *& intermixtos ãnis greges*; vnde faciebat

Opſo-

Opsopœus *dominis*; vel potius, *domibus*.

Valsiq; minoribus tectis) vox *tectis* abest Palatino tertio.

Violentus oberrat) Palatinus tertius, *inuolutus aberrat*. quartus, *volutus aberrat*. Coloniensis, *volutus aberrat*.

Nouissime ruina magna gentium clarus) sic & mss. Fortunati nisi quod ii, *Nouissimo ruina*. olim cusi & mei tres, *Nouissime in materia magna*. ita tamen vt scribant, *ma*.

Alueos relinquunt) scribo cum meis; *reliquerunt*.

Quid putas Rhenum atque Danubium) ita & Palatinus quartus, at Coloniensis, *putes*. tert. *quid tu esse Rhenum, quid Danubium putas*.

Cum supersusi nouas) Palatinus tertius, & Colon *superfuso*. quart. *superfusus*.

Sed latissime) mei *latissima*.

Madefacta montium latera) sic & mei omn. ad quæ Pincianus *labefacta*, inquit, magis arridet; quod pro alia lectione nobis obtrudit & probat I. C. quidam; sed falso. nec enim ita vlli libri, neque procedit ratio. nam *madesit* quod aqua vndique perbibitur & mollescit.

Quæ fundamentis laborantibus a continente recesserunt] ita ex Britannico exemplari Erasmus. prius cusi, *quæ fundamentis laborantibus adesse recesserunt*, quod & in Palatino tertio. Fortun. mss. *laboribus adesse recesserunt*, diuinatque, *laborantibus auulsa recesserunt*. est in Palatino quarto, *laborantibus ad grecesserant*. Coloniensis, *laboribus ad concecesserunt*. Pincianus scripti, *laborantibus adconrecesserunt*. putatque ipse locum deprauatum fuisse transpositione syllabarum, restituendumque, *laborantibus adesa corruerunt*. additque, posse, etiam legi *ambesa*, non *adesa*.

Ingentemq; terrarum) meis abest particula, *q;* vt & Erasmi, ac Fortun. nec male.

Et quidem horrida ac terribilis) sic voluit Fortunatus. codd. enim *quod*, vt & Palat. tert. at alii duo nec *quod*, nec *quidem* habent.

Intercessu luminis diei] malim cum Memmiano Palat. tert. & quart. *intercursu*. Col. *interclusu*.

Tunc primum auctam) sic recte diuinauit Fortun. cum fuisset in mss. eius *actum*, vt & est in Pal. tert. reliqui com. *actu*. quomodo & patrum impressi æuo.

Iam promouet littus) mei. *Iam enim promouet &c.*

Non continetur suis finibus) Colon. *nec continetur*. Pal. tertius, *nec continentur suis accessibus* quart. *nec continet suis finibus*; quod vltimum velim explorent docti. nam vocis vltimæ loco prius scripserat *finibus*, sed id statim deleuit.

Vt maligno ostio retenta] sic & Col. & Pal. quart. at tert. absunt voces duæ postremæ. *ostio retenta*.

Vnius lacus redigit) sic Pal. tert. sed enim quart. ac Col. item exempp. quædam Pinciani, *lacu*. non male.

Qua prospice potest) editi omn. & mss. mei, *qua prospici possunt*.

In summis montium iugis) vox *iugis* deest Palatino tertio.

Diremptum inter miseros commercium ac transitus) sic & Colon. ac Palat quart. nisi quod ii, *direptum*. at tertius, *direptum ante se miseros com. ac transitus*; estque spatium vacuum post vocem *commercium*, literarum fere septem.

Sicut illud pro magnitudine) ita & omnes mei. Fortun. scribit, *sic & illud*.

Deerant quoq; littori ponto) vox *ponto* exulat tribus meis.

Expatiata ruunt] ita codd Ouidiani. at Fortunati mss. Senecæ, *Et spatiosa ruunt*. cusi olim, vt & Palat. tert. & Col. *Et spatiata*. quart. *Et speciosa*.

Pressaq; labant) sic & mss. Fort. & mei. Ouidiani tamen codd. *latent*.

Si non curauit] mei *curauerit*; vt & vulgatus a Fortunato.

Pecus omne quo raptum) ita olim cusi & vett. exempp. Fortun. item fere Colon. meus, nempe, *Pecus omne quod ruptum*. reliqui duo, *pecus esse quo &c.* male.

Scies quid deceat) ita & Pal. quart. at tert. *Scias*. Colon. *Scis*, placet.

Si cogitaueris orbem) scribo cum meis Erasmique & aliorum, *cogitas*.

CAPVT XXVIII.

Magna ferienda sunt) ita & mei tres; Fortunatus notat, aliquos legere, *finienda*. sed tamen vetera exempp. seruare alteram lectionem: videturque, inquit, adagii formam habere.

Et illinc causam tantæ cladis accersi) ita legebat Fortunatus, nisi quod volebat *accersire*. quomodo & Palat. tert. prius cusi *illic*. quart. *illinc causam tantæ cladis accersere*. Colon. solum *& illinc cauto arcessere*.

In damna profectum est) ita mss. Fort. item Palat. tert. reliqui *prospectum*, vt & erat in vetuste cusis.

Ventis surgentibus ingens aquæ euoluunt, quod longe a conspecta litoribus frangitur) ita Mureti editio, secuta fere iudicium Erasmi. cum enim edidisset *æquor inuoluit, quod longe a conspectu ventis, litoribus frangitur*; vti etiam est in Fortunato & Palat. tert. annotauit idem, superesse videri vocem *ventis*. habetur tamen in Pinciani libris, & Colon. meo, qui tantum variant in voce *inuoluunt*, præferuntque *voluunt*. est in Palatino quarto tantum, *ventis litoribus frangitur*, resectis aliis intermediis. Memmianus, *ingens aquæ euoluit, quod longe a conspecta interioris litoris frangitur*; neque aliter vetus liber P. Pithœi.

Deinde vbi litus bis terq; prolatum est) sic Romana editio Fortunati. *vbi litus bis prolatum est*, quod & in publicatis ab Erasmo. olim cusi. *Deinde vbi littus bis prohibitum est* Coloniensis, *probatum est*. Palatinus tert. *Deinde vbi litus bis prolatum est*. quartus. *Deinde vbi litus prohibitum est*

Comminus, procurrit æstus ex imo) ita legendum ait Fort. secutusque est Erasmus. vulgati prius, vt & mei tres, *comminus procurrit æstus ex vno*.

In miram altitudinem) vox *miram* non est in meis.

Aquis arduum est) ita & ad oram Erasmianæ. Pal. tert. *a quis aridum vel arduum est*. reliqui, *aquis aridum*; vt & ab Erasmo vulgatus.

Fastigio ascenderet] Colon. *ascenderent*. prius retinet Fortunatus, vt & *aridum*; qui ait rationem reddi cur nihil aridum sit ab aquis, quoniam æstus freti æquo terris fastigio se attolleret, & altissima quæque cacumina æquaret.

Caua & plana vndique) mei *Caua eius & plana eius vndiq;*; quod & in omn. editt.

Sic non intelligimus) Fortunati & mei amplius, *sic enim non intelligimus* ita, inquam, & mei tres; nisi quod Palat. quart. loco *sic* duas habeat literas inæqualiter positas, *d.* nempe & *t.* quarum postrema loco paulo collocata altiore.

At illud æquale) ita & Pal. tert. & Colon. at quart. *vt illud*. olim publicati, *& illud &c.*

Cumulus est defluet. Ergo vt solet æstus) est a Pinciani libris. Erasmi & Fort. *cumulus est. Defluet ergo vt solet æstus &c* quomodo & interpungit Palat. tert. at quart. *cumulus est defluet. Ergo vbi sol & æstus &c.* vti etiam est in olim vulgg. Coloniensis, *cumulus est. defluet ergo vbi solitus æstus*.

Luna solisq;) ita & mei. at Pinciani, *solis lunaq;*

At illo tempore] ita Pincianus & mei. Erasmi, *At ipso tempore*.

Vtrumq; fit, cum deo visum) ita Romana editio. at Erasmi, *Vtrum fit Deo visum*; quomodo & Palat quart. nam tertius, *Vtrum fit cum Deo visum*. Fortunati codd. *Alterutrum fit, cum Deo visum, id vel eluuio quam conflagratio*.

Quandoque placuere] coniecit Fortunatus *quandocunq;*, cum esset in libris eius *quaq;*. Coloniensis & Palatinus tertius seruant. *quandoque*; quartus *quoq;*.

Sic in nos mare emittitur desuper, vt feruor ignis cum aliud] ita & Palatinus tert. nisi quod scribat *ignisq;*. item Fortunatus, nisi quod distinguat. *emittitur. desuper vt feruor ignisq; cum &c.* prius cusi, *sicut in nos semper mare*

emittitur desuper, vt fornax igniq. tum aliud; quomodo & Colon. & Palat. quart. nisi quod ii *cum aliud*. item destituantur voce *semper*. Erasmus, *sic in nos semper mare emittitur desuper, vt fornax igniq. cum &c.* at Pincianus monet vocem *semper*, abesse & libris suis, item encliticam *q*, ac putare scribendum, *sic aut in nos mare emittetur desuper aut fornax ignis cum illud genus exitii placuit*. addit: quid si, inquit, præpostere locatis dictionibus legas, *aut desuper fornax ignis*. sic ille.

CAPVT XXIX.

Et adeo quidem id affirmat) ita Romana editio, persistens proculdubio in iis quæ scripsit Pincianus. nam cum ediderit Erasmus, *& adeo quidem affirmat*, prodidit Hispanus ille, coniunctionem *&* non haberi in veteribus libris quapropter legendum putare, *adeoq. id affirmat* nam sequit in iisdem per maiorem scriptum est verbum *Adeo*. sic ille mei tres solum item habent, *adeo quidem affirmat*.

Per orbes omnium) mei *vrbes*.

Hic bruma conficitur] Pal. tert. *conferitur*. quart. *conuicitur* Col. *conficit*.

Signa, quando in ipsa] ita Muretus. at editi prius & mei, *signa quæ in ipsa*.

Reoeperim causas) sic & Fortun. codd. & Palat. tert. duo reliqui, *perceperim*.

In conflagratione uestris placet] Palat. tert. *matris* Fortunati mss. *numeris*, ipse vero legendum autumat, *& illa quam conflatione uestri placent, hue quoq. transferenda puto*; hoc sensu, quæ placent philosophis, & præsertim natalium peritis in prima origine & conflatione hominis, huic mundanæ perniciei accommodanda & conferenda esse. placet autem philosophis qui fato omnia fieri volunt, mentemque hominis voluntate libera spoliatam, necessitate inuicta deuinciunt, in ipso hominis primo conceptu quam primum formari & fingi, conflarique tenera membra incipiunt, statui decernique fati inuicta lege atque causarum sempiterna serie totam postfuturæ vitæ rationem. fortunarum præterea, euentuum periculorum & casuum illius qui conceptus est. ita, nihil per totum vitæ cursum accidere, nisi ex primo fati decreto, & ex causis antegressis. simili ratione in ipsa, mundi nascentis prima origine constitutum & decretum esse dicit Seneca, quid facere, quid pati debeat. non fortuitam itaque esse eluuionem terrarum, sed a principio necessaria fatorum lege constitutam. sic Fortunatus; cuius lectionem secutus est Erasmus.

Hue queq. transferendam puto] Pal. tert. abest vox *puto*, videturque habere, *transferendum*; quomodo duo reliqui.

Siue corpus: natura gubernante, vt arbores) ita & Fort. & Erasmus, nisi quod ii interpunctionem mediam omittant, quæ nec in tribus meis; de quibus Pal. quart. *siue corpus natura gubernante vt gubernante. vt arbores*. Memmii exemplar, *siue corpus natura gubernabile, vt arbores*.

Omnis futuri ratio hominis) sic & Colon. & Pal. quart. at tert. *omnis futuri hominis ratio*, cum spatio vacuo quatuor litterarum inter vocem *futuri* & *hominis*.

Et sequentis ætatis] Memmii cod. meique duo *actus*. Pal. tert. *acutis*.

Lineamenta sunt] mei *liniamento sunt*.

Sed maris quoq. incursu) meis abest dictio *sed*, quæ nec in Fortun. aut Erasmi etiam libris.

Ad se mundandam) ita & Erasmus. at Fortun. codd. *mundandam*, vti & iis Pal. tert. reliqui duo *mutandam*, vt fuerat in cusis patrum æuo.

Ergo quandoq. erit) sic & Col. & Palat. tert. nam quart. *queq.* Fortun. tradit rescribendum *quandocunq.*, quomodo & Erasmi editio. sed illud *quandoq.* idem notat quod *quandocunq.*

Vt de integro tota rudes &c) sic & Pall. quart. at tert. *vt de integro cote rudes*. Col *cote rudes*.

In deteriora magister] ita Fortun. reposuit, cum prius esset *magis*. scripti vero eius seruarent, *præceptor*, quæ vox & in Pal tert. nam quart *magis*. Col. *magr.*

Accedit humori) ita & Coloniensis & Palatinus quartus. at tertius, *Accedet enim humori. nunc habet quo*.

Quicquid illi accesserit) sic quidem Mureti editio at Fort. Erasmi meique omn. *Quicquid illi adiecerit*.

In alienum locum) iidem omnes, *alium*.

Vndare ergo terra debet, vt validiori infirma succumbat] Fortunatus legendum arbitrabatur; *Vnde ergo terra habeat, minus vt validioribus infirma succumbat*; quod recepit Erasmus. scripti eorum, *Vide ergo vt terra non debeat minus vt validiori infirma succumbat*, quomodo & seruat Pal. tert. nisi quod is *validiora* quart. *Vide ergo ne terra debeat minus, vt validiori infirma succumbant*; quod & in Colon. nisi quod is, *succumbant*.

Ipseq. impetu quatient) mei *impetum*.

Inde aura tacita manabat] Pinciani codd. & mei, *tacta*.

Elementa stillabunt, & deinde currens] mei omnes *elementur* Col etiam tollit coniunctiuam *&*. at Pal. tert. *stillabuntq. deinde curr.*

Plurimi locis saxo, per fretum salient, & in aria inter se componeant Palat. tert. horum verborum nihil habet nisi, *pluribus componet*. restant tamen omnia in quarto, nisi quod ipse *salies*, item *componere*, quomodo & Colon. præterquam quod addat, *saliet scilicet & maria &c.*

Nihil erit Hadriatici, sic & Col. & Pal. quart. nam tert. *Adriacta*. Puteanus legendum putat, *Nihil erit Hadria*. non ausim id recipere. nam & recte oppido dicimus *Adriaticum æquor*.

Et hic qui terras cingit Oceanus extremas) ita & Col. & Palat. tert. etiam quart. nisi quod is, *stringit* Memmii liber, *Oceanus extrema sortitus venter*; quod placet Optopœo.

Ambracii & Cretici sinus] ita legit Fortunatus. prius *Ambraici*, quod adhuc in meis tribus; quorum Colon. ac Pal. quart. *Creti sinus* tert. *Cretici*. Pincianus scribendum *retur*, *Amb & Corinthiaci sinus*.

CAPVT XXX.

Facilis natura] Pal. tert. *facillima*.

Vtiq. quæ a primo] vox *quæ* in nullo est meorum aut cusorum. abforbuit nempe prior particula *q.* nisi si potius scribendum cum Fortunato, *vti aua a primo*.

Vnitate discederet) ita legi voluit Fortunatus; cuius scripti *discerot* prius cusi, *descenderet*, quod & in Colon. & Palat. quart nam tert. *discent*.

Terrarum mare inducat Memmii liber *inducatur*. Pal. vterque *inducat* Coloniensis, *terrarum mane inducant*

Quis porro illud) Pall. duo, *Quid*. Colon. *Quid porro illum*. alterum est a Fortunato.

Et magno impetu erumpentibus] Colon. *& magno spiritu erump.* Pal. tert. *& magno impetu vel spiritu erump* quart. *& magno spũ erump.*

Vbi uen humorem) ita ex suis Fort. quomodo & Palat. quart & Colon olim impressis abest negatiua dictio, nec comparet in Pal. tert.

Eruentibus terram] ita & Palatinus tertius. recte. hoc est effodientibus & egerentibus ex puteis vel ex cuniculis, quas propter auaritiam vel aliquam aliam causam in terram homines agunt. Colon. *eruentibus terra*. quart. *erumpentibus terra*.

Eruendi sinu unda est) eleganter. Colon. tamen solum, *eruenti sinu est*, sine voce *unda* Palat tert. & Colon. *eruenti sinu aliquando est*, quomodo & edidit Fortunatus, Erasmus aliique.

Quod immanes sunt in abdito) ita Fort. Palat. tert. *inanes sunt en abd.* Coloniensia, *inanes sunt ex abdito*, quemadmodum olim cusi. quartus, *immanes sunt ex abdito*.

Per operta labentium] ita & Colon. & Palat. quart. Fortunati mss & Pal. tert. *per opaca*.

Vndiq. ergo erunt causæ) Palat. tert. *erunt causa*. quart. Col. *erit causa*.

Cum alia aqua subinfluunt] Col. *subinfluant*. Memmii liber, *subterfluant*.

Et maiore hiatu soluet] ita & Palat. quart. nam tert. & Fort *maiorem hiatum solu.* Col *maiore lacu soluet*.

Venter exhaurit) ita veteres Fortunati, item Colon. & Pal quart. nam tert. *venter exsoluit vel exhaurit*. olim cusi, *venter exoluit*.

Sic

Sic magna omnia coitura] sic & Erasmus. at Palat. tert. *si magis omnia.* quart *si magna omn.* Colon. *si magna opera coitura.*

Mora exitii] sic & Col. vterque Pal *exitu.*

Ex aperto superne, ex abdito ab imo, aquarum fiet irruptio] ita legendum coniecit Pincianus, nisi quod volebat, *eruptio.* eius tamen mss. *ex aperto & abdito superne ab infimo aquarum fiet eruptio;* quomodo & seruat Pal tert item quart. quam quod is *ruptio;* denique Erasmus, & Mem. mianus, excepto quod is *irruptio;* quam lectionem probat Oplopœus, modo eiiciantur illa, *superne ab infimo* Colon. seruat, *ex aperto & addito superne ab infimo aquarum fiet irruptio.*

Nihil est tam violentum] ita mss Fort. vt & Col. meus. prius cusi. *Nihil enim tam viol.* quod & in Palat. quart. at tert. & *est* retinet, & *enim.*

Et incrementis suis) vocula *&* abest meis tribus. Memmianus eius loco habet, *tam;* quod placet.

Infestumque tormentibus) ita & mei tres. Fortunatus ex notis veteris codicis reponebat, *renitentibus;* quod & recepit Erasmus.

Quæ scindis circuitque] ita & Pal. quart. & Col at tert *quæ.* Fort membranæ *quæ scindis circuitque,* vnde an forte legendum, *circuitque,* haud tamen spernit illud *circuit* bene hoc. at male quod dubitat *erant* enim hic nullius pene momenti contra eleganter dicitur vndam id omne quod scindit quod circuit (orbem nempe totum terrarum) aliquando completuram.

Redundantia mortales] ita codd Fortunati cusi prius verbis duobus amplius, *se redundantia pluribus locis mortem.*

In quarum homines ingenia) ita recte eruit Fortunatus. impressi. vt *aquarum homines,* quod & in Pal. quart. nam tert. & Col *in aquarum homines ing.*

Natura pelagus flare] sic Romana editio. Erasmi, *terram pelagus flare,* notatumque pro iis alias legi, *pelagusque flare.* mei tres seruant illud *terram* Pincianus coniugendum censet, *iterum pelagus flare.*

Antiquus ordo] cusi & scripti præmittunt, *& antiquus ordo* recte.

Animal generabitur] ita coniecit Fortunatus. scripti eius omnes & mei. *glorîabitur*

Et melioribus auspiciis] Palat. quart. *etiam melioribus.* forte *& tam mel.*

Sed illis quoque) sic ex mss suis Fortunatus, quibus accedit Pal. tert. reliqui respuunt vocem *quoque.*

AD SENECÆ LIB. IIII. DE QVÆST. NATVR.

PRÆFATIO.

Procurationis otiosæ. Delectabit, si &c.) ita & Erasmus atque Fortunatus. sed mei scripti aliter fere distinguunt, vt pendeant scilicet postrema illa a prioribus. hoc modo; *virorum optime, Sicilia. Et officium procurationis otiosæ delectabat, si &c.*

Turbam hominum rerumque desiderent) ita ex suis Pincianus, vt & Col. ac Palat. tert nam quart. *desiderant,* quomodo editio Fortunati & Erasmi.

Nec est mirum, paucis istud contingere: imperio nob. & molesti sumus) Pal tert. & quart. *mirum vt paucis istud contingere imperio. si nobis ipsi molesti sumus &c.* Colon *nec est mirum paucis illud imperio, si nobis ipsi molesti sumus.* sine voce *contingere.* Fortunati editio; *Nec mirum est paucis istud contingere in imperio, si nobis ipsi mol &c.* Erasmi; *Nec mirum paucis istud contingere, imperio si nobis ipsi molesti sumus*

Modo amore nostri) est a Pinciani diuinatione. scripti enim eius, vt & Fortun atque Erasmi, item mei præponunt, *si mero amore &c.* forte, *Scilicet modo &c.*

Alias voluptate laxamus) sic cusi. at melius mihi, quod in meis tribus, *lassamus.* vere enim vt corpus, ita & animum lassat voluptas.

Necesse est itaque assidua sit in tam magno vitiorum] sic Muretus. at prius editi; *Necesse est itaque assidua vtamur in magnorum vitiorum;* quomodo & seruat Palat tert. nisi quod is *vitio.* nam quart *Necessaria est itaque, assidua in tam magnorum vitiorum* quod probare quis possit nam antiqui Coloniensis, *Necesse est itaque assidua vitam magnorum virorum.*

Nec adulatoribus latus præbeam] Lipsius lib. 2. cap. 21. Saturn. Serm putat hæc accommodanda ad gladiatoriam artem, in vitando enim præcipua cura vt *latus* tegerent. vnde apud Terentium, *Licrat modo tecto latere discedere.* & *latus* certe aduersarius maxime petebat. Ammianus: *Sequens, modo in usum llonis veteris, hostium latera, quæ audebat ira flagrantior, districtis mucronibus perforabat, &c.* a putarim ego tamen simpliciter illhæc dici posse a Seneca vt vitiet nolle vnquam assentatori patere. *præbemus* enim *latus* inferioribus itaque qui nos assectantur, quorum proprium submittere se atque adulari. Horatius lib. 2. Sat. 5: *Vnne tegam spurco Damæ latus;* & sæpius Martialis.

Mihi crede capieris si proditioni ipse te trades] sic quidē Romana editio at Fortunati & Erasmi *Sed mihi crede, proditioni si capieris, ipse te trades,* itaque aliter Pal. tert. quart. aut ad eo Col. nisi quod serret, *Sed mihi crede, perditioni si capieris ipse te trades.* I. C. quidam hic iterum desultorias exercet artes & legendum inquit, *sed mihi crede, sine proditione capieris, ipse te trades,* vel it: *sed mihi crede, proditioni, etsi non capiaris, ipse te trades;* quæ quis item probet cui conijcit, cum nulla auctoritate se sustentent manu exaratorum codicum?

Hoc enim ipsum imputant] Pal. tert. *Hoc enim ipsi vel ipsum imputant.*

Et iurgia ac contumelias) ita ex vett. suis Fortunatus. prius cusi, *iubet.* mei tres *iubet.*

Ea maxime quoque patet, quæ petitur) eleganslect o. a qua nihilum abit membranacea scriptura librorum Fortunati, nisi quod exhibeat, *Ea maxime quoque patitur, quæ patet* Erasmi editio, *Ea miseria quoque patet, quam patitur;* quomodo & Pal. tert quart. Colon. priore loco posita videntur sincerissima. hoc, inquit Seneca, vitium habemus, vt cum maxime tegere deberemus corporis eas partes quas aduersarios sibi destinat ad ictum, contra tamen faciamus, & illas ipsas nudemus.

Ideo quia patet petitur) nec hoc improbauerim Fort. & Erasmiani codd. *idem quia patet patitur,* quod & in Col. & Pal. quart. nam tert *idem patet patitur,* sine voce *quia*

Cum omnia caueris, per ornamenta ferietur) Erasmus & Fort *fer.* quomodo & omnes mei ad quæ Cælius, forte *per armamenta ferietur* adiicitque alias legi *munimenta* prius positum defendit Lipsius & lib 2. Epist quæst 10. & lib 2. Saturn. Serm cap. 17. ait enim *ornamenta* sumi pro ipsis *armis* quomodo iterum etiam vsurpauit noster Epist 141 *Atqui constat, qui per ornamenta percussus est* vnde Suetonius audentius ipsos gladios appellat *ornamenta.* Titi cap. 9 *Insequenti die gladiatorum spectaculo, circa se ex industria collocatis, oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit.* ille *ornamenta* dixit, at Victor in eadem re, *itaque gladios tradidit.* recte adeatur Festus. *Ornatus,* inquit, *dicitur bene aptus, vt miles, aut gladiator, aut agens fabulas.* & ad eius mentem Plautus Captiuis: *Ornamenta absunt: Aiacem, hunc cum vides, ipsum vides &c* sic lectus ille Lipsius, quod minime probat exclamat I.C. quidam: quale enim, inquit, illud est, *per arma ferire?* manum huic affecto loco admoueam necesse est, & si potero totum etiā persanabo: *Eam miseriam quoque patitur, quæ patet. fortasse etiam idem, quæ l.tet, patietur sic ergo forma te vt sciat non posse te consequi, vel si impenetrabilis: cum omnia caueris, per aures incantamento ferient.* sequitur enim: *Alius adulatione clam vtetur parce, alius ex aperto palam rusticitate simulata &c* sic I. C. ille: ad quæ si cui ridere non licet, næ & vna imperetur ne in Perylli tauro gemat. idem tamen quem dixi, in Politicis, velut oblitus huius suæ subtilissimæ emendationis, Lipsi quem carpserat, subscribit explanationi.

Ante Velleium maximus) sic Muretus. Erasmus & Fort. *Villeum;* quod & in Palatinis. Col. *Valerium* Lipsius Cōm. ad lib 6. Annal. Taciti emēdat *Vitellium. Villeus* com. inquit, ignotus; at *Vitellius* huius mirū in adulando ingeniū &

Suetonius celebrat cap.2. in Vitellio, & Dio lib.58. *Plancus* autem in Seneca est is qui apud Fulviam Antonii *magnus*. de cuius adulatoriis moribus Appianus lib. 3. ciuilium. Nicotii ac Memmii codices seruant *Villeium*.

In persona tua Plancus cogita) ita & mei scripti, & Erasmi, item Fortunati; qui tamen legendum censet, *in pronuncia tua*, quod perperā tanquam aliam scripturam mss. producit I. C. quidam. Pinciani codd. *in personam tuam.*

Cogita, & hoc non esse remedium tanti mali, nolle laudari) ita editi, & mei tres, nisi quod Colon. *non est*. I. C. quidam ait videri hic dispungendam negationem, legendumque; *cogita hoc esse remedium tanti mali, nolle laudari.* at ego potius putarem; *cogita, & hoc unum esse remedium.* sic certe minor vis adhibetur verbis.

Maxime in distinguendis) sic cusi & Pal. duo. at Colon. *in discendis* Lipsius Comment. ad lib.12. Annal. Taciti, omnino scribendum ait, *distringendis*. nec improbo. huic homini duæ fuerunt vxores sobrinæ, vt innuit Plinius lib.16. cap. 44. Quintilianus lib.6. cap.2. Suetonius Neronis cap. 6. & ibi Torrentius.

Adulationi nos opponere, non claudere ostium) sic quidem editus a Mureto. at Erasmi aliæque seqq. *adulationi opus non claudere ostium sed aperire*; putabatque Lipsius reponendum, *adul. opus esse non cl. ostium sed operire*. id est leuiter obducere, opponere ostium; ne pereat dicto sua Venus Fort. codd. *adulationibus non claudere ostium, sed aperire*; quomodo & Pal. tert. & quart. item Col. sine illis, *opus* aut *opus esse*. vnde fere suspicor legi posse, *adulationi nos non claudere ostium sed operire*. nam certe ista *opus* aut *opus esse* turbant valde sententiam, imo eneruant; aut verius iugulant.

Et quidem sic, quemadmodum &c.] ita & omnes scripti. legendum tamen videbatur Fortunato; *nec quidem sic &c.* quod admitti non potest sine totius argumentationis ruina, quæ hæc; nos non claudere ostium adulationi sed leniter diducere atq; opponere; atque imitari amantes quorum amicæ si impulerint ostium, gratum id ipsis; gratios tamen si effregerint: vt videlicet non videantur facile sua sibi victæ proditione. vitulis marinis hæc non dixit Passienus, neque adeo scripsit Seneca. scribuntur ista passim litera maiori, sed requirit minorem videt cui argutia nota est, hoc nempe modo, *& quidem sic, quemad. &c. quæ si impulit &c.*

Emendi vendendiq. aleam) ita quidem Mureti editio. at Fortunati, Erasmi, aliæque omnes, item mss. mei tres, *vend. litem.* quod hercle reuocandum est, vt constringantur correctorum audaces vnguiæ.

Non incertam fidem rurii] ita ex scriptis Fortun. editi olim, vt & Pal. tert. *iuris* quart. *non incerta fide rurii*. Col. *non incerta fide curis.*

Sed etiam hilari via) Palat. tert. abest vocula *sed*, vt & Colon. qui & *hilari via.* quart. *sed hilari*, sine dictione *etiam.*

Fido Annaeo iurabo & Apollonio pyctæ) ita coniecit Fort. cum esset in membranis eius, *pyctæ*; *pyctas* enim pugiles dici etiam Latinis. Plinius lib.7, *Indubitatum exemplum est Nicéri nobilis pyctæ Byzantii geniti.* nam in Solino est. *vel in Byzantio nobilis pugilis.* Lampridius in Elagabalo: *Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit.*

Quamuis staturam habeas threca incompositi) sic satis arroganter Muretus. prodidit enim Fortunatus mss. suos habuisse, *quamuis staturam habeas Thetisi in Threco compositi*; vnde legendum arbitrabatur, *Thetisi Threca incompositi*, quod Erasmi assumsit editio. at Turnebus lib. 21. cap.19. Aduers. putabat emendandum *habeas Threcis in Threcem compositi.* nam, inquit, *Threces* siue *Thraces*, inter se committebantur; qui cum exiguam haberent parmam, se totos veluti eam colligebant; ne vulneri paterent, & staturam incuruando corpore minuebant. sic Turnebus. Pal. tert. custodit; *quamuis staturam hominis cetesi in thecra compositi.* quart. *habeas Thitesum Threco compositi.* Col. *Thetisum Threco compositi.* Lipsii liber præferebat, *Thresisum treco compositi*, ex quibus procliua eius correctio *Threcis cum Threce compositi*, quem vide lib. 2. cap. 9. Saturn. Serm.

Hominem quidem non esse vllum liberaliorem, non mentiar) ita Erasmus, & Fort. at scripti eorum, vt mei & Pinciani, *illum*, qui tamen legendum rebatur, *non vllum liberaliorem non mentiar.* cassa lectio cusorum, *illo liberaliorem &c.*

Ita est, mi Iunior] sic ex suis Fortun. vt & Palatinus tertius. nam quartus, & Coloniensis, vti & vetuste cusi, *mihi vtiliter.*

Quo magis frontem perfricuit) I. C. quidam ait, *frontem perfricare* adagium esse in impudentes, qui pudorem, quem nullum habent, fricando attrahere cupiunt; quod nullo modo admiserim. nam & maxime pudentes perfricare frontem patet exemplis pluribus quæ apud Erasmu 1. Chil. Cent. 8. Adag. 47. & euincit vel ipse noster Epist 39: *Perfricet frontem oportet: & ipse se non audiat.* quod si quis neget Lucilio pudorem fuisse, quid tunc sibi volunt quæ subiicit auctor; *non potest tibi contingere rei ista salua verecundia.* sed nolo diutius Bacchæ aduersari.

Vt qui parce adulatur) ita Muretus. sed cusi scripti que omnes; *quod qui &c.* cur quæso mutauit? Latinum certe est.

Solebam tibi dicere) ita Erasmus & mss. mei aliorumque omnes at Pincianus putat rescribendum: *Solebas mihi*; nam sequitur, inquit, *Nolo tamen tibi displiceas quasi male egeris.*

Alia vitia non nosse, hoc etiam odisse) est a coniectura Pinciani, nisi quod ipse retinebat *eum* non *etiam*. scripti eius, vt & Erasmi Fortun. meique; *talia vitia non nosse, hoc eum odisse.*

Ab omni illum parte tentasti) sic hoc Fortun. ex mss. neque secus Pal. tert. reliqui, *tentasse.*

Quod consecrari mallet quam conteri) ita editi & Palatinus tertius, ac Colon. nam quart. *confectam*. Pincianus libentius legerit, *quod conseruare mallet quam conteri*; satis frigide, & inuito auctore. illa enim *consecrabantur*, quæ vsibus hominum vulgaribus eximebantur. videat me, cui tanti est, lib.3. Opinion. cap.10.

Pedes abstulit) Turnebus lib. 21. Aduersar. capite 19. ait, *pedes abstulit*, valere cursum orationis tuæ inhibuit, eique pedes ademit, ne sic adblandiretur; nec enim, inquit, sine pedibus incedere quisquam posset, vel currere: aut, tibi sic indulgenter liberaliterque laudanti, & per assentatorias laudes decurrenti, pedes abstulit, ne pergeres in eo incepto. ita optimus ille & acutissimus Gallorum, quæ probare possem, nisi Seneca, ipse alio me traheret: metaphoram enim subesse a luctatoribus sumptam, alibi indicat, libro nempe vltimo cap. libri de Iniuriis: *Non est in rixam colluctationemq. veniendum: procul auferendi sunt pedes.*

Frugalitatem laudare cœpisti. Prima statim verba &c.) sic Mureti editio, sectorum more qui rescindunt multa. Fortunatus enim legendum putabat; *Frugalitatem laudare cœpisti. quare sic a nobis resiliat? vt eos nec laudare nec damnare videatur. Prima statim &c.* quam emendationem secutus Erasmus, aliique. nam manuscripti ipsorum, vt & Nicotii, nec non mss. mei tres, *Frugalitatem laudare cœpisti, quæ sic a nobis resiliat, vt illos nec habere nec damnare videatur. Prima statim &c.* ita, inquam, & mei tres, nisi quod Palatinus quartus, *quæ sic a nobis.* Turnebus d. capite 19 conciciebat, *Frugalitatem laudare cœpisti, quæ sic a nummis resiliat, vt illos habere, nec damnare videatur. Prima &c.* quod mihi hercle & argutum & elegans ad mentem auctoris.

Et incompositam suauitatem) ita ex suis Pincianus; neque aliter omnes mei. male Erasmus *& compositam.*

Quos transit abducit) sic & Palatinus quartus. nam tertius, *adducit*. Coloniensis, vocem tertiam non habet.

Etiam in obuios meritum) ita & Colon. & Palat. tert. nam quart. *etiam morbi vos meritum*. Pincianus mallet, *etiam in omnes meritum*. nam subdit, inquit, *quam*

hio

bus omnibus. ego nihil mutauerim; neque hercle debet mutari.

Vt artem simul non redolent] sic Fortunatus, item Coloniensis; nisi quod is *redolet*, quod & in mss. meis reliquis, in quibus tamen, *vbi artem*, quomodo olim vulgabatur.

Hoc quoq; loco blanditiis tuis) sic & Coloniensis & Palatinus quartus. at tertius, *Hic quoq; blanditiis*. nec secerim

Quasi male egeris nimium) ita fere mei tres, nempe *nimium*. vox vltima abest Erasmi aliorumque editionibus. male.

I tu, istu verba) sic bene ex scriptis Pincianus. cusi enim Erasmi, item mss. mei; *Vic tu ista verba*.

Forte ad aliquem) ita rursum recte Pinc. codd. nonnulli; aliquot vero, *ferte*. Erasmi & meorum duo perperam, *ferre*. Palat. tert. *frigide vel ferre ad aliquem*.

Qui paruus facturus vult, quicquid dixeris) ita ex suis Pincianus olim cusi, *quia*, item *dixeris*; quod vltimum certat in meis tribus, primum in Palat. quart. ac Colon. nam tert. *qui paruu &c.*

Quod autem necesse est in hoc descendere] ita & Palat. quart at tert. *Quod autem necesse est, nihil desc.* Col. *quicquid etiam necesse est in hoc desc.*

Quanquam paupertas alia suaderet) sic bene Fortunatus. prius impressi. *alias vaderet*. quod & in Colon. & Pal. quart. nam tert. *alia vaderet*.

Et ingenium eo duceret) sic Muretus. at Fortun. Erasmi aliorumque, *& ing. abduceret*, quod & in Pal. quart. nam tert. & Coloniensis, *obduceret*. & medium sane reuocandum.

Ad gratuitu carminu deflexi me) sic Erasmi libri, item Palat. quart. & Coloniensis. at Fortun. codd. *deduxi me*; quod & in tertio meo, sed is non habet vocem *carmina*.

In omne pectus cadere virtutem) ita ex vett. suis Pinc. vt & Palatinus quart. & Colon. Erasmi editio, *in omne pectus eandem cadere virtutem*; quod natum a duplici scriptura, vna vera, altera vitiosa, docet me Palat. tert. in qua *in omne pectus eadem virtutem*, sine voce *cadere*.

Getulici Caii) ita restituit Fortunatus, *Caligula* enim per adulationem *Getulicus* fuit ductus, vt refert Suetonius ex Plinio. prius cusi, *Getulici grauis*, quod & in Palatino quarto. nam Colon. *Getulici Gaius*, quomodo erat in scriptis Fortun. omnino tamen tertius meus, *Getulici Gai*.

Personam infeliciter amatorum) ita & Colon. & Palat. quart. nam tert. *persona infeliciter armatorum*. Fortunatus putabat commodius *armati*.

Messala & Narcissus] ita & mei, nisi quod Palat. tert. *Mersala*. Erasmus orae apposuit forte legendum *armati Messalina & Narc.*

Diu publici hostes, antequam sui] Col. *ante sui*.

Cornicem pro fide opposui] cusi & scripti omnes, *apposui*.

Quod non salua conscientia) ita ex suis mss. Pincianus, vti & est in Colon. alii enim duo amplius, *salua bona conscientia*. quomodo & reliqui duo; sed non opus altera hac voce.

Pro me nihil] mei tres apponunt, *nihil mihi*; quod sibi quid velit nescio nisi si abiicienda, *Pro me*.

Periculis meis maior) ita ex suis Fortun. & Pal. tert. nam reliquis est, *peric. meis magis*. vox vltima prioribus abest editt.

Nec examinauit me) Pal. tert. *exinaniuit*.

Vtrum satius esset] ita malebat Fortun. eius tamen scripti, vt & mei, *satu*.

Haberetur occidi] sic & Erasmus. editio Fortunati & mei tres, *haberentur occisi*.

Nec in mare aperto ore desilui) est pereleganter perque scite dictum. solent enim homines in maxima desperatione se *ore hiante* in profundum abiicere, vt celerius strangulato aquis spiritu moriantur. id ἀνὴρ κύμα χανεῖν, id est aquã hiare, Græci dicere solent. Turnebus d cap. 19.

An falsa memorauerit) ita Fortun. & Erasmi; at mei tres, *memorauerim*.

Nunc videri te aut captare) sic editi. at mei iterum; *non videri a te aut captare*.

Vergilianum illud excute) Fortun. codd. *excludi*, pro quo diuinabat, *excude*, quod recepit Erasmi editio. mei omnes *excludi*. Pal. præterea tert. *istud excludi* amicus quidam meus coniiciebat, *exaudi*. veniebat mihi in mentem *exclude*; ea nempe notatione, qua dicimus *excludere gallinam oua sua*. eleganter enim id iubeamus facere, vbi pensiculatius & penitius quid examinamus.

Quasi rusticus poeta prosiluit) sic & Pall. at Coloniensis, *porcu*.

Et adiicit non singulos peccare nec paucos] vox negatiua abest editis: in quibus, *& adiicit singulos peccare non paucos*. mss. mei *& adiicit in singulos peccare non paucos*.

Vt dubium vte) sic Fortun. & Erasmus. at mei, *vt dubium me*. quart. quoque & Colon. *interiecta manu*, non *iniecta*.

Qua parte optimi] sic & Colon. & Pal. quart. at tertius & Fortunati codd. *qua parte meliores*.

Non ex vultu audientiu pendentia. Longe te ab ista prouincia abducam) sic quidem Muretus. at Erasmi & Fort. edit. *& ex vultu*, quomodo & mei tres, nisi quod illi, *adducam* non *abducam*. Pincianus existimabat corrigendum, *& ex vultu audientiu pendentem longe te ab ista prouincia abducam*.

Altamq; Pompeii fortunam erexit, Cæsaris fatigauit] ita Fortun. & Erasmus. Pinciani codd. *altumq; Pompeii fortuna erexit*; vt ei pro *altum* commodior videretur scriptura *animum*. est in Palat. tert. *aliumq; Pompei fortunam rexit*. quart. *aliumq; Pompeii fortunam erexit*. Col. *aliumq; Pomp. fortuna erexit*.

Omniumq; cepit: qua illi ingenti spectaculo interfuit: ex quo loquere &c.] ita rursus Fort. & Erasmus. at Pincianus diuinabat; *omnium concussit, qui illi ingenti spectaculo interfuere, quo loquere &c.* Pal. tert. custodit, *omnium cepit qua illi ingenti spect. interfuit ex quo &c.* nec aliter quart. aut Colon. nisi quod ii, *omniumq;*.

Ex maxime fastigio) scripti mei, *magno*.

CAPVT I.

Itaq; vt te tota mente abducam] sic Muretus. at Erasmi editio, *Itaq; vt totum mente abducam*; vti & est in Fortun. & Colon. item tert. Pal. nam quart. *Itaq; vt totam mentem abducam*, quod mihi non displiret. Pincianus legendum arbitrabatur, *Itaq; vt totum mihi te abducam*.

Cogitationes tuas abstraham) Pal. tert. *tue*. Colon. *suas*. quart. hic voces aliquot transiliit.

Æstiuis mensibus abundet] sic & Col. at Pall. *abundat*.

Similem habere naturam) vox *habere* in nullo est meorum; itaque rescripserim, *similem natura*, quemadmodum extabat in Fort. membranis.

Caput eius in Germania esse comperimus] sic etiam Col. & Pal. tert. at quartus, *caput esse in Germania comperimus*. forsan, *caput eius in Germ. comperimus*.

Quam intumescere Nilus) Palat. tert. *tumescere* reliqui, *contumescere*.

Atq; ex ea demittitur] ita Pinc. codd. item Palat. quart. reliqui, *dimittitur*, vti & Fort & Erasmus.

CAPVT II.

Ante exortum) prius impressi & mss. mei, *ortū*: quod reuoco vt castiεtur libido eorū qui Typographis interuiūt.

Vndam altius traheret) sic & Pal. tert. at Colon. *vndas*. tert. *vndas alterius trah.*

Tantum hausura quantum] ita coniecit Fortunatus, cum esset in mss. eius *ausura*. cæca editio *vsura*; quam firmant mei omnes, neque plane displicet.

Proinde aut sterilis annus) Col. ac Pal. quart. non agnoscit vocem *aut*. at tert. *quod inde sterilis annus*.

Prout ille magnus influxit, aut parcior] vnde legimus mensuram altitudinis solitam in templa deferri. certe tempore Constantini in Ecclesias cæptam deferri. Cassiodorus ex Socrate in tripart. histor. *Ab illo denique tempore*, inquit, *apud Ægyptios nequaquã secundũ priores solẽnitates in paganorum templa cubitus sed in Ecclesias magis offertur*

quo significatur augmentum aquæ Niliacæ. Ruffinus Presbyter in appendice lib. 2. ad Eusebii libros de histor. Ecclesiast. *Quoniam moris erat in Ægypto vt mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapis deferretur, velut ad incrementi aquarum & inundationis auctorem, subuerso eius simulacro igniq; consumpto omnes simul negabant Serapin iniuriæ memorem, aquas vltra affluentiam solitam largiturum. Sed vt ostenderet Deus non Serapin, qui multo erat Nilo posterior, sed se esse qui aquas fluminis suis temporibus iuberet excrescere; tanta ex eo & deinceps fuit inundatio quantam fuisse prius nulla ætas meminerat: & ideo vlna ipsa, id est aquæ mensura quam Pechyn vocant, ad aquarum dominum in Ecclesiam cœpta deferri.* idem Cassiodorus capite 18. libro 2. ait eundem Imp. *renouisse monomachias, & suas imagines in templis poni præcepisse, & cubitum quo mensuratur Nilus non in templum Serapidis annis singulis sed in Ecclesias portari sanxisse.* Plinius de eodem Nilo ait lib. 18. cap. 18: *Si duodecim cubitos non excesserit, fames certa est; nec minus si sexdecim exuperauerit.* Durantius Casellius lib. 2. cap. 18. Variarum.

Cum poeta meo tocer) ita & Colon. at Pall. & Erasmi, *in eo.* Fort. *in eare tocer.*

Ouidiam suum impingo) cum sint *Tiballi* verba quæ sequuntur, putat Fortunatus iden irrepsisse Ouidii nomen, quod atauorum ætas nullum nosset poetarum præter Virgilium & Ouidium: itaque eiecisse siue *Allium*, siue *Tibullum* Hen. Stephanus Epist. 23. ad Dalechamp. arbitratur fidem hic memoriæ auctoris minus fuisse bonam. at quod ille de Seneca dicit, ego potius dici posse videor de Ant. Del rio: is enim notis ad Claudiani Panegyr de Manlii Theodori consulatu, tradit hemistichium illud Tibulli ad verbum hic desumptum Senecæ, non nominato auctore.

Nec pluuio supplicat) Brodæus lib. 2. cap. 21. Miscellan. ait scribi in Senecæ libris *pluuias*: haud tamen vulgarum Tibulli erasérit. equidem & *pluuiæ* habuere mss. Fort. item Palat. tert. at quart. *& pluuia supp.* Colon. *nec pluuia*. *pluuiæ* omnino retinendum.

Phyla insula est) *Phila* insula ad Syenen. sed vide Strabonem qui hæc fusius tractat. sic Scaliger Castigat. in lib. 4. Propertii, vbi legebat: *Niletes tibicen erat, crotalistria Philis &c.*

Vrbem totam complectitur] Fortunatus vel inuitis mss. legit; *Vrbs totam compl.* vt velit auctor totam insulam, id est Philas, complexam fuisse eiusdem nominis vrbem, veluti illud Plinii, vbi de insulis ante Asiam: *In Phœnicio deinde mari ante Ioppe Paria, tota oppidum.* sit Fortun. quod placet Pinciano, modo legatur: *Vrbe eam totam.* nam, inquit istud ipsum firmari Aristidis testimonio, oratione quæ vocatur Ægyptia, his verbis: *Est autem Phile insula in confinibus Ægypti & Æthiopiæ; cuius par est magnitudo tam magnitudine vrbis in ea sita* si accipiamus Nilum fluuium vrbem totam complecti, inutilis est repetitio; quia statim ante dixerat, duobus in vnum coituris amnibus cingitur. hactenus Pincianus mei tres seruant tamen *Vrbem totam &c.*

Hanc Nilus magnus) ita Fort. codd. prius excusi; *Ad hanc Nilus.* quod & in Pal. tert. quart. Colon. at Nicotii. *Ab hac Nilus*, quod probat Oplopœus, vt subintelligatur *egressus.*

Excipiunt eum Cataractæ) Palatinus tertius, & Coloniens. *Excipiunt autem Cataract.* quart. mediam illam vocem non habet.

Et per angusta eluctatus] mei scripti *eluctatur.* excusi omnes, *& per angustias eluctatur.*

Violentus. & torrens, per malignos transitus prosilit] iti impressi. Palatinus tertius, *violentus & torrens per malignos transilitur prosilit* quartus, *violentus & per malignos transitus torrens prosilit*, quod & in Colon. nisi quod is, *violentus.*

At vbi scopulos verberauit, spumat) sic quidem Mureti editio, sed longe aliter quam excusi. Erasmus enim, *At vbi in scopulos cautium intrauit. spumat.* quomodo extare in suis mss. testatur Fortunatus, probatque. sic de eo & Plinius, *Postremo inclusus montibus, nec alibi torrentior.* cæca lectio editionum; *At vbi in scopulos cautium liberauit spumas*, quomodo & Palatinus quartus & Coloniensis. nam tertius, *vbi in scopulos cautium liberauit spumat*, sine vocula *At.* mihi placeret, *At vbi in scopulos cautium librauit, spumat*, vt impetum indicet quo feratur in scopulos.

Ibi a Persis collocata) ita ad oram Erasmi. nam textus, *ibi asperis collocata*, quod & in meis tribus. de hisce Nili Cataractis Hadrian. Iunius Centuria 7. Adag. 6.

Assiduo fragore auribus) idem narrat Cicero in Scipionis somnio, & Plinius lib. 6. scribitque Philostratus lib. 6. de vita Apollonii, Nili verticem octo ferme stadiis ad Cataractas suspendi, aquarumque eius inde ruentium fragorem horrendum, & auditu intolerabilem esse, multosque propius accedentes auditum amittere.

Sedibus ad quietiora translatis) est a diuinatione Fortunati. mss. enim eius, vt & mei tres, *translatè sunt.* quod si seruamus, putat verbum *sedibus* manere.

Spectantium metu in caput nixi] sic Romana editio: aliæ, vt & Coloniensis & Palat. tert. *missi.* tert. *spect. metu vel meta missi in caput.* reuocauerim fere vocem *missi.*

Philas nascitur) ita diuinat Pincianus: cuius scripti, vt & Fortun. & Erasmi, nec non mei, *nascitur*, quod vel ideo retinendum. Hispanus tamen alterum illud volebat, quod sequeretur paulo post: *auctum fluminis sentiunt.*

ἄβατον Græci vocant) ita Colon. & Pal. tert. nam quart. *abatis.* male. illa enim petra ἄβατον dicitur quia non patet ad eam accessus prophanis.

Illa primum saxa auctum fluminis sentiunt) sic Erasmus & Fortun. codices, item Pal. tert. nam Pinc. & Col. meus, *Illa primum saxum auctu fluminis sentiunt*: vnde facit Hispanus ille, *Illud primo saxum auctum fluminis sentit.* Palat quart. habet, *illa primum saxum aucti fluminis sentiunt.*

In has et a stipem) ita bene Fortunatus, neque aliter omnes mei, nisi quod Col. *hoc* primitus excusi inepte *stirpem.* agitur enim de stipe quæ consecrabatur Diis. Plinius libro 8. *Memphi est locus in Nilo, quem a figura vocant Phialam: omnibus annis ibi auream pateram argenteamq; mergentes, diebus quos habent natales Apis.* quod idem tradit Solinus.

Nec in latitudinem excedat) ita legi voluit sensu postulante Fortunatus. at eius scripti, vt & mei, *altitudinem*, quod defendi queat.

Arentibus locis illinit) sic ex suis Pincianus, neque aliter Pal tert. reliqui tamen *allinit*, vt erat in Fortun. & Erasmi libris.

Et quod oblimat) sic coniecit Fort. quem iuuat Palat. quart. & Colon. nam tert. *ablunt.* cæca impressio, *oblimat.* male. nam & Cicero 2. de Nat. Deorum, *Nilus Ægyptum irrigat & cum tota æstate obrutam oppletamq; tenuerit, tum recedit mollitosq; & oblimatos agros ad serendum relinquit.*

Ceteri amnes abluant terras) sic Erasmi & Fortun. item duo Pall. at Col. *ambulant.* quod cum item inuenerit in suis Pincianus, mutat id in *ambedant*, iuxta Virgilianum illud.

Ambesas subigat malis absumere mensas.

vtique eum & sequatur, *adeo nihil edit nec abradit.* sic ille. propter quæ malim ego *abluant*, ne eandem metaphoram iteret noster. vide & Stephanum libro 1. capite 10. Proodop.

Adeo nihil exedit) ita ex mss. suis Fortunatus, quomodo & Pall. duo. nam Coloniensis, *exedit*, quod restat in posterioribus editionibus: priscæ enim. *edit.*

Minimumq; in eo fit) sic ex mss. Fortun. quemadmodum & Palat. quart quippe tert. ac Colon. *minimumq;*, contra auctoris sensum.

Arenas saturat ac iungit) ita & meæ membranæ; vt sit rimolas hiantesque astringit & conglutinat. Fortunatus tamen mallet fere, *iniungit.*

Oppida

Oppida insularum modo extant] exempp. mea tria, *expectantur*.

In aliud atq; aliud littus porrigit] sic cusi at Col. *in aliud littus aqua porrigit*. Pal. tert. quart. *in alium aqua littus porrigit*.

Cæterum bellum marinis] ita legit Fort. vt respondeat verbo, *paras*. priores cusi, vt & omnes mei, *marmas*.

Vel noxa pares educat] mei *partes educat*. Pal. tert. *vel noxia pares educat* illud *educat* non displicet.

Ex eo quantus sit] Pal. tert. non agnoscit voculam *sit*.

Et ad vagandum loco] sic Fort. & mei prius impressi, *nauigandum*.

Babillus virorum optimus in omni literarum] monuit Lipsius Commentario ad lib. 12 Annal. Taciti, legendum *Balbillus*. quam scripturam firmat Memmii liber in quo *Balbillus virorum optimus perfectusq; in omni literarum*, *&c.* mei seruant *Babillus*, inserunt tamen & illud *perfectusq;*.

Heracleotico ostio Nili] ita reponendum putabat Pincianus ex Plinio, Strabone, Ptolomæo, Diodoro, reliquis: vt intelligat Canopicum scripti eius; *Heracleutio* Erasmi *Heraclitio*; quod & in Pal. tert. nam quart. *Heraducecio*. Col. *hera ducio*. prior probat & . . ctius confirmatque ex Heliodori lib. 1. & Ammiano lib 22.

A mari accurrentium] mei *concurrentium*. quod mallim: nam & sic editus etiam a Fortunato. alterum tamen Erasmus aliique.

Velut pro partibus prælium] ita & mei tres, & vetusti codd. Fort. quod fere probat, vt *pro partibus* sit pro suis finibus & terminis. Crocodili enim, inquit, pro Nilo tamquam pro regno suo dimicant Plinius lib. 8. *Abigentes eos præda, at velut in suo tantum amne regnantes*, *&c.* ita Fort. qui ait existimasse se quondam legendum, *velut præparantibus prælium*, sed postea vidisse id non potuisse cohærere. equidem *pro partibus* retinendum, at non etiam explicatio Fortunati eius. quid enim hic sint *partes* pluribus interpretor lib. 28. Suspic. cap. 4.

Et in aduersum enixi] ita Mureti editio, nec improbo. at Erasmi, *emersi*, notatumq; ad oram alias legi *emissi*, quomodo ex suis citat Fortunatus *emersi* extat in Col & Pal. quart. *emissi* in tert. credo inde ortum errorem quod scriberetur, *enisi*.

Nec illos Tentyrita generis, &c.] ita ex coniectura Fortunatus, cum scripti eius, *tinctura*, quod & in meis tribus, nisi quod Col. *Hac illos tinctura*. nempe *Tentyritas* dominari crocodilis, sicuti Psyllos, Marsosque serpentibus tradit lib. 8. Plinius, item Strabo lib 17.

Non ascendisse decimo regni] ita Fort. libri & mei. exoletæ editt *descendisse*, vt forte fuerit *escendisse*.

Omnis vetustas fuit] sic & mei. Fortunati autem, *vetusta ætas*.

Euripides tradunt] ita Mureti editio, at Erasmi, *tradebant*: quod & in Col. nam Pal. quart. *tradebat*. at tert & Fort. codd. *tractabant*: ipse malebat, *credebant*, quod oræ adleuit suorum Erasmus.

Nullum materia superadornata] ita Erasmus, Palat. quart. & Col at tert. *super adorata*, quod & in vett. Fortunati, qui tamen & hoc & illud deprauatum credit, nisi, *feno* vel *sepe adornata* legamus. quo quid velit, non satis percipio.

Ventorum calidissimus est] Col. ac Pal. quart. *ventus calidiss.* quod in Erasmi Fort que libris. at ego potius & *ventorum* & *ventus* eiecerim, suasu Pal. tert. in quo nullum eorum vestigium.

Alexandria quoq; quæ] ita coniecit Fortunatus, admisitque Erasmus. scripti enim omnes, *Alexandria quoq;*, sine pronomine, *quæ*.

Superiora etiam pluuia carent] vox *etiam* iterum ab ingenio Fortunati: eius enim membranæ aut meæ nullam agnoscunt.

Quemadmodum ergo regio] ita & mei. at Fortunatus ait esse in suis *quomodo ergo*.

Nunquam tamen magis quam Thracia iuga] ita Mureti editio, omissis duabus vocibus. scripti enim Fort. vt & editi ab Erasmo, *quam Alpes, quam Thracia iuga* & vero sic etiam mei, nisi quod excludant particulam *tamen*. Nicotii liber, *non quod magis quam Alpes, &c.* forte legendum durante adhuc interrogatione, *nunquamne magis quam, &c.*

Imbres niuem diluunt] sic & Col at Pal. quart. *imbres niuem dissoluunt*. tert. hic mutilus est, recipitque statim ab illis, *quippe vermis*, capitis sequentis ista; *Grandinem hoc modo, &c.*

Nec Ister nec Caystrus) ita & mei & Fort. qui ea terminatione dictum putat auctori, non *Cayster*, vt vitaret ὁμοιοτέλευτον.

Subiacent malo: æstate proueniunt. Altissima sunt & in illis Sept. iugis niues) ita Mureti editio. at omnium prima, *proueniunt, & illis altissima in Sep. iugis niues sunt*, vti & est in Pal. quart. Fortunatus ait exhibere mss suos, *subiacent malo æstate. Sunt & illis altissima in Sep. ingiter niues* conicit autem, *nec Caystrus subiacent malo æstate. Altissima sunt & in Sept. iugis niues.* vel, *Altissima sunt & in Sept. ingiter niues*; aut *iugesq; niues*, vt verbum *proueniunt* inane sit, & glossema vocis, *Sunt*. sic ille. cuius primam emendationem in contextum reposuit Erasmus, cessuram, inquit, vbi quid reperietur probabilius. est in Col. meo *subiacent malo. Æstate proueniunt. & illis altissima in septentrionibus ingiter sunt niues. flumina possunt contra, &c.* omissis intermediis.

Phasis quoq; per id tempus & Borysthenes cresceres, si niues) horum verborum, vt dixi, nihil habet Col. vt nec Pal. quart. Fortunati membranæ, *Phasis quoq; per India tempus. & oris tenus cresceret, si niues*; ex quo fingebat idem, *Phasis quoq; per id tempus, eas oras tenens. cresc. &c.* quod & admisit Erasmus. Mureti lectionem meliorem duco.

Si hac causa attolleret Nilum) ita Fort antea cusi. *si hac eadem attolleret Nilum* Col. *si ea hac attollerent Nilum*, quart *si hac ea attollerent nisum*.

Plenissimus flueret) mei duo, *effluerent*.

Niues, ex mollissimoq; tabes est, ita Erasmus. at Pinc ait, castigatius quem lecturum *niuis*. alterum restat in meis. Col. tamen non habet encliticam *que*.

Etesia discedentes Nilo) Fort. codd. *descendenti*, quam scripturam ait confirmare sequentia & Plinium lib. 5. itaque admisit & Erasmus Pal quart *discedente* item Col.

Acto contra ostia maris, sic legit Fort. nam & olim, inquit, vulgati *acto* habent. quidam editi, *actus contra ostia maris*.

Et quacunq; mox potuit, inconcessus) ita vett. Fort. codd. cusi prius, *& quocunq; mox potuit incontextus*, quod & in Col item Pal. quart. nisi quod is, *quacunq;*.

Euthymenes Massiliensis) ita ex scriptis suis Pincianus. Erasmi editio, *Eudimenes*. Pal quart. *Enchimenes*. Col. *Exsimenes*.

Inde Nilus fluit maior) sic & Pal. quart. & Col. at Fort. codd. *vbi Nilus, &c.*

Cum resederint & pelagus conquiescit) sic posuit Fortunatus, hoc est, cum Etesiæ flare desierint, tunc & pelagus conquiescit. cascæ editt. *cum resederint in pelagus, conquiescit*. Col meus. *cum resederit & pelag.* quart. *cum resederit, &c.*

Menerq; descedenti) Fort. iterum, *descendenti*. quod & in meis duobos.

Et similes Nilotis et bellua) Pal. quart. *& similes in locis belbres*. Col. *Nilotes belua*.

Et ante illos) mei *illas*, vt & postea *eas*, non *eos*.

Præterea non sit maior, quo illi flauere, &c) ita & Fort. & Erasmi, præter quam quod ii *sit*, non *fit*. lectio exoletas *non fit quo illi fauere*, sine voce *maior*, quomodo & Col. ac Pal. quart.

Littus Ægyptium verberant) Fort mss. *Ægypti* in meis & olim impressis media illa vox non comparet.

Et contra illos Nilus descendit) Pal. quart. *illas*. Col. *& extra illa Nilus, &c.*

Non vt nunc turbidus venit) ita Fort. & Erasmus. Col. *ne vt nunc turb.* eiecerim fere cum cascis editt. priores voculas binas hoc modo *effluerent, nunc, turbidus venit*, nam Pal. quart. *effluerent, venirent, nunc turbidus venit*. quid quod dicat Fortunatus veteres libros præferre, *non, vt nunc, turbidus veniret*. diuersitas enim lectionum nata ex

interpretationibus diuersorum. ¶ *Addo quod testimonium*] sic Erasmus. at Fort. mss. & mei, *Age quod testimonium.*

Testium turba coarguitur] ita & Pal. quart. at Col. *tangitur.*

Cum ignota essent externa] sic & mei. at Fortunati adiciunt, *externa litora*, quod ei placet, non mihi.

Tota exteri maris ora] sic Fort. & mei. patrum æuo vulgg. *extremi.*

Nunc caeruleum Nilum] ita corrigit Fortunatus. motus præcedentibus. nam mss. eius *nunc Zeum Nili.* vetuste cusi *mineum Nilum.* Col. *nunceum Nilum.* Pal. quart. videtur habere, *nuncaum Nilum.*

Quod & natura credi vetat] sic emendabat Fort. ex mss. suis. nam prius editi, *quam natura*, quod restat in meis.

Præterea quare hieme non crescit?] ita Fort. vt intelligamus *Nilum.* scripti eius & mei, *crescunt?*

Semel oppleret Ægyptum] ita ex mss. Fort. prius cusi, *semel populet Ægyptum.* Col. *semel opelleret.* Pal. quart *oppolleret.*

Ideo & specus calidos esse] sic Fort. & Erasmus. at Col. *ideo & specus canosos esse.* Pal. quart. *canosos esse.*

Augentur imbribus pluuia] ita voluit Fortunatus. antiquitus cusi, *augene*, quomodo & mei duo.

Nilum, quia nullo imbre] iidem mei, *Nilum & quia, &c.*

Æstate flumina crescerent, omnesque putei æstate abundarent] sic editi. at mei loco horum verborum tantum seruant, *æstate habundaret*, quomodo & in cusis auorum æuo altera lectio manauit a codd. Fortunati.

Deinde non calorem hieme] sic iterum vetus lectio codd. Fortunati. nam calcis editt. & meis deest negatiua, *non.*

Æstate refrigescunt] sic Mureti editio. at prima, *frigidant.* mss. Fort. *refrigent*, quod & recepit Erasmus. Pinciani codd. *frigescunt.* mei *frigidant.*

Quia ille remotus] Pal. quart. *quia ab illo.* Col. *quia ab illis remotus.*

Hunc exsiccata tellus tum ex mari] sic scripta exemppl. Fort. mei, *hunc adsiccata tellus ex mari.* calca editio, *hunc & siccata tellus ex mari.*

Tellus alia humeat] est a coniectura Pinciani. cuius scripti, vt & editi ab Erasmo, *tellus alia abundet*, quod reuocandum, cum & ita mei quoq; & Nicotiani, genuina sua scilicet & natiua significatione.

Et inuicem perma] ita conuicit Fortunatus. nam scripti eius & mei, *& in itinere perma.*

Ergo vndas Sol trahit] sic Fort. mss. at mei *vnde*, quod & in editt. exoleris.

Maxime hac meridiana sunt] ita rursum libri Fortunati olim cusi, *maxime hac comedia sunt*, quod & habent mei.

Vnde ergo trahit ut?] sic ex suis Pincianus, quomodo & Pal quart. & Col. nam Fort. & Erasmus *trahit?* notabatq; prior ille vtramque scripturam esse rectam & eiusdem sententiæ.

Vnde exundat] meis abest vox *vnde.* habetque Col. *Septentrionalibus. Exundat ob hoc pontus*, vti & Palatinus quart.

In infernum mare] Pal. quart. *in infimum mare.* Col. *in influmen, &c.*

Quod nisi faceret] ita Fort & Erasmus & mei. at ait Pincianus rectius legi posse, *fieret.*

Quod cunque superest emitteretur] ita mss. Fort. at Pal. tert. *emittetur.* Coloniensis, *emmeret*, quod & in olim vulgg.

Quare cum Pontus & amnes cuncti inuicem commeent] est a coniectura Fortunati, cum libri eius calamo exarati præferrent, *quasi compertus animus cuncta & inuicem commeent.* Pal. quart. exhibet; *quasi apertus amnis cuncta & inuicem commeat*; quomodo & Colon. nisi quod is *compertus.*

Fluminibus fiat adiectio] sic editi. at mei *fluminibus fit adiectio.*

Quare vlla pars terra] sic libri Fortunati; mei, *illa* prisca editiones. *quia illa pars, &c.*

Cum omnis ad se] ita cursus codd. Fort. mei, *omnes*, sine vocula *cum.* prisci edit. *omnes ad se*, item sine præpositione.

Eoq; magis quo calidior est] & hoc est a Fort. codd. alii enim, vt & mei, *eoq; magis humidior quo calid.* quod superuacuum vult Pannonius ille: non enim dicit, inquit, terram, quo calidior sit, eo humidiorem esse, sed eo magis humorem attrahere.

Si ille o mari] mei, *si hoc illi*, quomodo & Fort. editio; nec displicet.

Nec enim vlli fluminis] mei non male *fluminum.*

CAPVT III.

Quo apud nos glacies fit] mei tres *fit.*

Itaq; ex his me testibus numera] sic Muretus; at editi omnes & scripti mei *numero*: excipio Pal. tert. qui vocem illam vltimam nullus agnoscit, neque aliam eius loco.

Auctoritatem premittes] *auctoritas* pro iure dominii in XII tab. & *auctoritatem* actionem pro euictione Venuleius interpretatur in l. vlt. ff. de euict. quam Græci βεβαιώσεως δίκην vocant, vt Pollux lib. 8. scribit. sic apud Paulum lib. 2. sent. tit. 17. *Venditor si eius rei, quam vendiderit dominus non sit, auctoritatis manet obnoxius.* & eod. tit. *Res empta mancipatione, & venditione perfecta, si euincatur, auctoritatis venditor duplo obligatur, &c.* Brissonius lib. 1. de verb. sign.

Tam in illo quod præteritum] ita Erasmus. at Fort. *præterit*, vt & duo Pall. scripserim cum Coloniensi, *præterit.*

Etiam in humorem versa] scribendum diuise, *& iam*, vti habent editt a Fort. Pal. tamen tert. *iam & in humorem.* at reliqui duo illud *&* excludunt.

Nam & in herbarum vel arborum foliis] sic item Pal. quart. nisi quod habeat *&* pro *vel.* at tert. *non minus folus.* Coloniensis, *non cuntu folus*, sine aliis, quæ in priora scriptura.

Illud huic quoq; simile esse] Pincianus ait permutandum dictionum ordinem ex mss. *illud quoq; huic simile, &c.* quomodo restat etiam in Col. meo. nam tert. Pal. vocem *quoque* exclusit; quartus vero, *illic quoq; huic, &c.*

Et habitum suum exculpit] Col. ac Pal. quart. item priua cusi *sui.* tert. quoque, *sui exsculpsit.*

Imo fusa est] sic Mureti editio. contra impressos omnes & scriptos meos tres: ii enim, *imo quia tam fusa est*, quod reuocandum.

Esse debeat æqua libertas] ita & scripti Fort. nisi quod ii *debet*, vti & est in Pal. tert. nam quart. & Col. item primitus vulgg. *esse debet æqualitas.* notandum tamen solum quart. habere *cum inter*, reliquos duos solum, *inter*, reiecto *cum.*

Nix in pruina pendens congelasse] sic & Fort. & Erasmus & mei tres; item Pinciani codd. qui tamen mallet, *Nix & pruina pendens congelatio*, quia sequeretur, *hoc inter pruinam & glaciem, nec non inter niuem & glaciem interesse.* ergo, inquit, iungit niuem & pruinam. sic ille. nihil mutauerim.

Nec non inter niuem & glaciem] ita & mei. at Nicotii membrana, *& grandinem.*

CAPVT IV.

Poteram me peracta quæstione] ita & Col. & Pal. quart. at tamen pronomen *me* abest tert. quod fere malim, vt subintelligatur *te.*

Sed bene emensum dabo] ita Fortunati & Erasmi; at mei *mensum.*

Quicquid in hoc loco quæritur dicam] vox *dicam* abest Col. & Pal. tert.

Nam vt fallar tibi, verum mihi persuadetur] Col. ac Pal. quart. *Nam ne fallar.* at tert. habet quidem *vt*, sed seruat, *persuadebat.*

In quæ os præcidi] ita Fortunatus voluit, iuxta illud Martialis, *Os tibi præcisum, &c.* olim cusi, *præscidi.* mei tres *percidi*, quod probo; neque aliter legerim apud vatem illum Hispanum; quomodo & ibi Turnebus lib. 7. cap. 12. Aduersar.

Maior

Maior inclinatio aëris) sic quidem Romana editio. at mei omnes & scripti mei, *maior inclinatio temporis*. forte *teporis*.

Vehementior commutatio est aëris) sic & Col. & Palat. quart. at tert. *mutatio*, quod & in Memmiano & Nicotiano, probatque Opsopœus.

Ipso tempore adiuuante) sic & mei tres. at Nicot. *tepore*. quod & in Memmiano.

Niuem quoq; admixtam) ita & Pal. tert. at Col. *niuemq; admixtam*. tert. *niuem quoq; adeptum*.

Et suum cœlum habente) Fort. codd. *& suum diem*. quod vitium que ferri posse putat. omnes enim, inquit, ventos vicibus spirare Plinius est auctor: ita suos flatus cuique suasque vices certo tempore redire. addit tamen; quid si non *suum*, sed *sudum* legeremus? Aquilonis enim confessa potestas est nubes abigendi cœlumque serenandi, vnde & *sudificus* apposite dicitur a poetis, & ab Homero *βορέης αἰθρηγενέτης*, hoc est, *serenificus* seu *sudificus* nec illud obstabit, quod sequitur, *minuta plumea sunt*: cum etiam sudo, hoc est vt Nonius vult, semiudo cœlo, possint alibi montæ pluuiæ esse. sic Pannonius ille; quæ non probo; legendum enim auctoritate mss. meorum trium, *aut suum cœlum*. quomodo & restat in Pinc membranis. *suum cœlum* quid sit, pluribus explano lib. 4. cap. 9. Opinionum.

Et guttæ pleniores sunt) deleuerim voculam *sunt*, suasu meorum trium.

Capvt V.

Aliquid & faciliori iudici scribere) ita & mei & omn. Fortunati, quius inuitis, tamquam vitiosis, rescribendum putat *iudicio*; vt sit sensus, nihil esse mali neque vitio verti debere, si scribuntur aliqua ab auctoribus non adhibito acri iudicio: nam quis potest omnia argumenta ad amussim & ad vnguem excogitare? addit mox: vide quantam faciat confusionem vnius literulæ detrimentum, &c. sic ille. at ego mordicus retineo *iudici*; vt respiciat auctor ad mores fori Romani, dicatque se argumentum fragile admodum producturum in medium; forte enim eo capi posse, iudicem aliquem clementiorem, non rigidum & qui omnia reuocet ad præscripta legum, &c.

Ad lancem cœperimus exigere) ita & Pal. quart. at reliqui duo, *ad obrussam cap*. quod redonandum auctori, cum & sic quoque Memmii codex: nam & vsus illa voce Epistola 13. *hac enim obrussa est*.

Tunc obrutas mentes, niues soluere) ita & Pal. quartus, reliqui duo *tunc obrutas niues soluere*, eiecta voce *mentes*.

Frigidos spiritus inde fieri) sic & quart. at ceteri, *inde inferri*.

Et verno cœlo immisceri) ita & Col. & Pal. quart. at tert. item Memmii & Nicotii, *remisceri*, qua voce aliquoties vsus noster.

Si volueris verum exquirere) ita & mei tres. Fort. tamen *experiri*.

Niuem ita caue experiaris) Pal. tert. *niuem in caue exp.* quart. *in caue exp*. Col. *in caue exp.*

Qui teneram & labefactam, sic & mei. Opsopœus inclinat legere, *tabefactam*. sic supra lib. 3. cap. 27. *congesta seculis tabuerunt niues*. cap. 29 *ire in humorem & assidua tabe diffluere*. lib. 5. cap. 11. *cum maxime niues tabescunt*. recte.

Et glacie frangente se fertur) ita editi, & Pal. quart. sed enim tert. *& glacie se frangente fertur*. Col. omittit vocem *frangente*.

Alligat & perstringit) Palatinus quartus, *prestringit*.

Capvt VI.

Quo minus omnium nostrorum ineptias) ita & Pal. quart. ut reliqui, *omnes nostrorum*. Gulielmius Quæst. in Plauti Pœnulum capite 5. corrigit, *hominum nostrorum*; quem vix ausim sequi. nam præcessit, *Rem a nostris possum nec dicere audeo, quia infirma videtur*. itaque vt prius quiddam enarrauit, sic nunc & alia quædam eorundem hominum profert in medium. ergo rescribendum potius, *omnes nostrorum*.

Et hoc intelligere visu ipso potuisse) ita scribi quidem voluit Fortunatus, sequiturque eum Erasmus. at mei tamen ore vno, *potuerunt*. Pal. quoque tert. abest vox *&*. antiquis cusi *potuere*. fere est vt suspicer vocem illam vltimam a mala manu.

Cleonis fuisse, &c.) isthæc omnia item narrat Clemens Alexandrinus libr. 5. Stromatum qui videatur, vt & Dusantius lib. 2. Variarum cap. 10.

Et ad scortea) ita alias legi notatum ad oram Erasmianæ editionis. Fort. mss. habebant *scorta*, quod interpretabatur ipse, duriora & crassiora animalium coria, quæ vestium impluuiarum vsum præberent. *scorta* restat & in Pal. quart. sed tamen Col. *scorreas*. vti & editt. exoletæ. tert. *scorteas*, quomodo & edidit Erasmus legendumque coniecerat Fortunatus, hoc est tegetes, seu mattas, quæ ex vlua, siue scirpo aut sparto fiunt; neque mihi displicet.

Album agnum immolabat, alium pullum) ita vetuste cusi, nec aliter Pal quart. aut Col. nam tert. abest vox *alium* quæ primo ponitur. Fortunatus arbitrabatur rectius, *album agnum immolabat, aut pullum*, vt ostenderet illam antiquam sacrificandi consuetudinem, de qua & illud Virgilii: *Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam*, vt *pullum*, hoc est nigrum *agnum* intelligeremus immolati consueuisse ad repellendam & amoliendam grandinem tempestatemque; *album* vero ad propitiandos quietioris aëris deos. sic ille: qui tamen cum exemppl. mss. alterum tueatur, nihil mutatum voluit. Erasmus nihilominus illud recepit, citatque ad eam formam Duarenus. at ego nihil a vulgato abierim.

Proximus autem illa nubes) vox *autem*, non est in vllo meorum.

Si quis nec agnum, nec pullum habebat) ita rursum mei & Fortunati, qui, si quid & hic innouandum fingebat, *si quis nec agnum pullum habebat*. sed tamen tandem eo venit, vt neget sollicitandam lectionem alteram.

Capvt VII.

Quamuis munera etiam Deos vincant) vox *etiam* abest Pal. tert. at quart & Col *& Deos, &c.*

Alteri suspicari ipsos aiunt) sic & mei. at ait Fortunatus legendum *se*, non *ipsos*. non est certe contra omnes membranas. nam si quid innouandum, tollerem ego potius duas voces *ipsos aiunt*, vt *suspicari* poneretur pro *suspicabantur*.

At Cleonis iudicia reddebant in illos) ita etiam Palat. quart. nam tert. & Col. item vetuste cusi, *At Cleona*, quomodo & edidit Erasmus. Fort. mss. *At Cleone iudicia in illos vertebant*: vnde scribendum censebat, *animaduertebat in illos*. nihil mutauerim, nisi forte *Cleona*, quomodo & citat Rævardus cap. 23 ad leg. XII. tabul..

In duodecim tabulis cauetur) esse legem in duodecim tabulis, qua fruges vetantur excantari, Plinius quoque lib. 28. cap. 7 his verbis expresse testatus est: *Quin etiam & legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt*; QVI FRVGES EXCANTASSIT. & alibi; QVI MALVM CARMEN INCANTASSIT. atque huius quidem legis in prima Apologia meminit Apuleius: *Magia ista res est delegata legibus iam inde antiquus duodecim tabulis, propter incredundas frugum illecebras interdicta. igitur & occulta, non minus quam tetra & horribilis, plerumq; noctibus vigilata, & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata. cui non modo seruorum, verum etiam liberorum pauci adhibentur*. Prohibuerunt igitur Decemuiri fruges excantari, eumque qui fruges excantasset, Cereri sacrum esse, eosdem Decemuiros voluisse, auctor est in Virg. Seruius. Rævardus d. cap. 23.

Ne quis alienos fructus) videatur & de hoc maleficio Duarenus in tit. ad leg. Pomp. de parricid. cap. 2.

Et attrahi imbres cantibus) sic & mei tres. Fort. codd. & Nicotii vous, *nubes*, non *imbres*.

Capvt VIII.

Vnam rem adhuc adiiciam) ita Pinc. codd. & Pal. quart. & Col. Erasmi enim aliq; *ad hoc*, quomodo & Pal. tert.

Et fauere ac plaudere te iubebit] respicit auctor ad extrema illa quæ in fabulis verba, *Valete & plaudite*: videasis Terentius & Plautus. quo alludens Cicero in Catone Maiore: *Neque enim histrioni vt placeat, peragenda est fabula, modo in quocunque fuerit actu, probetur; nec sapienti vsque ad Plaudite veniendum.* meminit & huius vocis Quintilianus lib. 6. cap. 2. Apuleius lib. 4. Florid. Tertullianus lib. 1. aduers. Valentin.

Ex tribus causis] ita ex suis Fortunatus. at prius publicati, item mss mei tres, *ex quatuor causis*.

Cum multum intra se seruida] legendum cum membranis meis tribus nec non Memmii ac Nicotii, *in se*.

CAPVT IX.

Et pressiora densioraque sunt] ita etiam Pal. quart. at Col. *& pressiora sunt*. tert. vt & Memmii & Nicotii, *& pressiora sunt*, excluso item *densiora*, quod neque requisiuerim.

Et minora miliaria] ita Fort. & mei tres. olim cusi inepte, *& minora foramina*. scimus enim *miliaria* vasa esse de quibus dictum lib. 3. cap. 24. supra.

CAPVT X.

Ita in aëre spississima quæque desidunt] ita & Fort. codd. & Col. nisi quod hic *desident*. at Pal. tert. *ita in aëre vna est spississima quæque desidunt* quart. *ita in aëre spississimo quam desidunt*. olim cusi *descendunt*.

Sed quo editior est aër, & quo longius a terrarum colluuie recessit] ita vetus lectio chirographorum Fortunati. prius cusi, *sed editior aër quo longius. &c.* quod & in Col. meo. nam Pal. tert. *sed ditior aër quo longius*. quart. *sed quo aditior est aer, quo longius*. Memmii liber, receptum. *editior aër quo longius*.

Itaque solem non retinet] Pal. quart. *recipit*.

CAPVT XI.

Contra autem quidam aiunt] vox *autem* abest Pal. tert. at quart. *E contra autem, &c.*

Vt illorum magnitudo] Col. *altitudo* Fort. codd. *magnitudines*. prima scriptura restat in Pal. meis.

Ceterum in tantum nihil attollitur] ita & Pal. quart. & Col. at tert. *in terra*.

Nulla sit vel maximis portio] sic Fort. Eras. & Pal. quart. at tert. & Col. *vlla sit*, quod non displicet.

Quod nisi esset, non diceremus] sic & meorum duo. at Palatinus tert. *quod nisi esset sub interrogatione non diceremus*.

Rotunditas æqualitatem autem hanc accipe] sic codd. Fort. & Eras. at Pal. tert. *rotunditas ad æqualitatem ducta. hanc accipe*. quart. *rotunditas, ad æqualitatem autem hanc accipe*, quomodo & Col. meus.

Non multum illi commissura & rima earum nocent] ita ex vett. libris Pinc. quomodo & Pal. quart. & Col. nam tert. *non multum illi commissum est, & rima earum*. quart. & antiqua editio, *non multum illi commissura earum nocet*.

Quia Solem propius excipiat] sic & mei. at Fort. codd. scripti, *respicit*.

Et citius caput esse quam pedes] melius mei tres, *& caput citius quam pedes*.

Quomodo est pilus pilo crassior] ita voluit Fortunatus, ne auctor barbarissaret. scripti enim eius, *grossior* quomodo sane etiam mei tres. interim notandum post verba ista haberi in Erasmi libris & Fortunati *crassior. arbor arbore, & mons monte maior esse dicitur*. quæ & conspiciuntur in Col. & Pal. quart. nam tert. solum habet, *pilus pilo grossior. arbor arbore. & mons monte maior esse dicitur. & magis vicina cælo* at Mureti editio post illud *crassior*. ponit statim: *Isto enim modo, &c.* refectis aliis, quæ certe nec mihi pura. haud tamen etiam ita temere eiiciam.

Ista enim modo & arbor alia magis quam alia dicetur vicina cælo] ita Col. nisi quod is *dicitur*, quomodo & Pal. quart. qui tamen præterea *monte* pro *modo*. Erasmi editio: *Isto enim modo & arbores alia magis quam alia dicentur vicina cælo*. mss Fortunati, *isto enim modo & arbor & alia magis quam alia terra dicetur vicina cælo*.

Quanto alterum altero sit magis] sic Fort. & Eras. at mei tres *quantum sit alterum altero magis*.

Quia etiamsi magno discrimine, tamen minima dicuntur] mei tres *vincuntur*, quomodo & Erasmi editio, vt & Fortunati, qui ait mss. suos seruasse, *quia & sine magno discrimine, tamen minima vincuntur* vnde fingebat, *quia etiamsi magno discrimine tamen minima videantur*, vel *minima videatur*; hoc sensu, etiam quæ magnum discrimen inter se comparata habent, minima collatione totius vniuersi videntur. sentio tamen expressit de voce propria viderint alii: nam & illud *vincuntur* eodem sensu stare possit; *vt vincuntur minima*, id est, vincuntur tamquam minima, vincuntur qualia sunt, id est minima.

CAPVT XII.

Quia minore frigore coit] Fort. Erasmi & Pal. quart. *rigore coit*. tert. *rigore cogit*. Col *quia minore coit*, sine voce *rigore* aut *frigore*.

Et plus habet frigoris] ita codd. Fort. & Pal. quart. at tert. & Col abest vocula, *&*.

Hoc medio frigore, non nimis intento] sic mss Fortunati & Erasmi, & Palat. quartus. nam tertius, *hic medio frigore non minus intento*. Coloniensis, *hoc medio frigore non nimium, &c.*

CAPVT XIII.

Quibus nec literatior sit quisquam, nec melior] Palatinus quart. *est* pro *sit*. at tert. & Col. *quibus literatior est quisque, non melior*. quod ferri fere posset, sed forsan leui tantum.

Iubes me cum luxuria] ita Fort. mss item Pal. quart. nisi quod is *iubes mentem cum lux*. Erasmus vulgauit: *Ha ha, iubes me cum, &c.* quod ego non improbo nam tert. *An iubes mentem cum* Col *aut iubes mentem cum lux*.

Etiamsi superior futura est] sic Fort. & Erasmus at Pal. tert. *& superior* Col *etiam superior* quart. voce præposita, *cum etiam superior futura est*.

Quid porro? hanc ipsam inspectionem] ita ex script. Fort. quomodo & fere Pal quart. nempe, *quod porro hanc, &c.* reliqui duo, vt & olim cusi, non habent voces istas priores, *Quid porro*: requiruntur tamen.

Et diximus illam pruina similem] sic & Col. & Pal. tert. at quart. *pluuia similem*.

Nos vero quæramus potius] Pal. tert. *Nos vero dominis quæramus*

Vina diffundere veterana, & per sapores ætatesque disponere] sic quidem & Erasmus, alibique. vt & Pal quartus & Colon. nisi quod abest copula *&*. nam tert. *ventaria per sap* Equidem cum restet in Pincianis membranis, *vina diffundere per veterana, per sapores, &c.* capior omnino distinguere. *vina diffundere, veterana per sapores* hoc sensu; non sufficit vina diffundere, & horrea cellasque disponere, in quibus condantur illa huius vel illius sapores, illa huius vel illius ætatis, &c. de *veteranis*, siue adeo *veterariis*, diximus Epist. 114 circa finem.

Quemodo saporem nium] sic editi a Fort. & Erasmo. Pal tert & Col *quemodo isti parentum uinum* quart. *quomodo saporemum nouem*.

Quo vno non possent] sic editi. at meis abest vocula *vno*, & recte præcessit enim *Vnum erat*.

Et præcordia bilem in quam vertitur] ita emendat Fort. prius editi, *& præcordiale in quod vertitur*, quomodo & custodis Pal. meus tert. at quart. *& præcordia bile quam vertuntur*. Col *& præcordialis inquam vertitur*.

Comissatio alium morsit] Erasmi & Fort. *comessatio*, vt & mei, de quibus tamen Pal tert. & Col *commissatio alterum morsit*.

Quicquid ante decoxerunt] notat Erasmus alias legi, *auido*. Col. *anemt* Pal. tert. *autem*.

Vela ac specularibus muniant] vela hæc in cœnationibus arcendi frigoris, ventique, item ornatus causa, de quibus Brissonius lib. 19. de verb. signif. & Lipsius Comm. ad lib. 13.

lib. 13. Annal. Taciti, vbi est, *vt adstaret abditis a tergo foribus velo discreta.*

Frigida spargimus] ita recte Pal. tert. & Col. vti & scripti Fort. nam quart. & olim vulgati, *aqua frigida.*

Viscera istorum vitiis torpentia] ita Fort. codd. prius impressi meique tres, *visc. ist. vinis torpentia.*

Nisi frigore illa vehementiore perussferis] ita & Erasmus. Pal. quart. & Fort. mss. *perfuderis*, qui tamen mauult priorem, vt sit, quomodo Virgil. *penetrabile frigus adurat*. & sane *perusseris* quoque Col. sed enim præposuerim quod est in membranis omnibus Pincians, *percusseris*. Pal. meus tert. *pertuseris*.

Quod nec nive quidem consensit] vox *quidem* est a libidine Mureti. certe nusquam ea in aliorum edit. aut mss. nostris.

Velut certior illi] sic meorum duo. at Pal. tert. vacuum quid reliquit vbi scribi debebat vox, *certior.*

Quæ non e summo tollitur] sic vulgg. at mei tres; *non quæ e summo tollitur.* & malim.

Et quoniam, pro pudor, variam] ita ex vett. lectione Fort. nec secus Col. aut Pal. quart. quæ addit; *alias legi, proh pudor.* olim excusi & Pal. tert. *pro pudore.*

Vnguentarios Lacedæmonii vrbe expulerunt] hi sunt *aliptæ* & *iatraliptæ*, sat ex veterum vnguendi consuetudine noti. Cicero lib. 1. Epist. Lentulo: *Vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam vt aliptæ, virium & coloris rationem habuissent.* vnguentis enim ad valetudinem plurimum vtebantur, l. plenum. ff. de vsu & habit. quibus quoniam plerique ad suauitatem voluptatemq; abutebantur, inuisi cœperunt esse vnguentarii. Plin. lib. 2. Epist. ad Arrianum: *Accepisse sestertium decem millia fœdissimo quidem titulo, vnguentarii nomine.* Augusto exprobratum legimus proauum qui tabernam vnguentariam exercuisset. vnde Iulius Firmicus lib. 5. mathes. cap. 15. Clemens Alexandr. lib. 2. Pædag. cap. 8. & Athenæus lib. 15. Deipnosoph. vribibus vnguentarios exactos commemorant. hæc Fornerius ad l. 203. de verb. signif. vbi plura.

Et propero cedere finibus] ita & Col. & Pal. tert. neq; aliter erat in Pinciani libris, qui malebat, *& prope recedere e finibus* male. si quid mutandum, potius erat, *& procul cedere finibus*, quomodo extat in Pal. quart.

Quid illi fecissent, si vidissent] ita quidem etiam quart. at elegantius videtur, *Quid illi, si vidissent*, eiecto verbo *fecissent*, quod nec in tert. aut Col.

Cuius colorem saporemq; palato] ita de ingenio Fortunatus. scripti enim eius & mei *calorem.*

Sic nihil satis calidum est] ita Pinc. codd. & Col. ac Pal. tert. nam quart. vt & vulgati, *sic nihil illis satis cal. &c.*

Et raptim condimento suo mersates] sic Erasmi editio. Fortunatus addiderat, *in condimento*: sed id coniectura adiutus. scripti enim eius, vt & mei omnes, *& raptim in dumento suo mers.*

Quosdam graciles & palliolo] sic & mei. at calamo exarati Fort. *quosdam gracili palliolo.*

Focaliq; circundatos] sic & Fort. codd. at Pal. tert. *faceliq;* quart. & Col. *focul. q.* male. de *focali* diximus Ep. 114.

Non sorbere niuem] ita coniecit Fort. firmantque id Col. ac Pal. quart. solum tert. *sorbentes*, vti erat in exoletis edit.

Ne inter ipsam bibendi moram tepescant] sic ex membranaceis suis Fortunatus. at mei tamen tres, *inter ipsam bibendi moram*, resecto capite & cauda.

Nec in cutem effuso calore] sic Pall. nam Col. *fuso calore*. Fort. codices *colore*, quod probat, etsi febres colore ægri & calore deprehenduntur, quia dixit auctor, *effuso*; quod, inquit, magis conuenit. vltimum istud secutus quoq; Erasmus.

Non intelligis omnia] sic & Col. & Pal. quart. at tert. *si intelligit omnia*, minore litera, vt adhæreant præcedentibus consideret criticus.

Itaq; nix ista in qua etiam iam natatis, &c.] sic forte emendandum putabat Fortunatus; cuius chirographi libri; *Nix itaque ista eo assiduitate peruenit, visu, & quotidiana, &c.* quod non improbabat. olim impressi, *Itaq; nix ista in qua etiam iam natatis*, quomodo plane Col. & Pal. quart. nisi quod is, *vix*. at tert. *Itaq; nix ista in qua etiam natatis*. locus non sanus.

Eo peruenit vsu, & quotidiana stomachi seruitute] sic iterum diuinauit Fortunatus. nec abit Col. meus: vetus editio, *eo peruenit vsu ad quotidianam stomachi consuetudinem*. Pal. tert. *eo peruenit vsq; ad cotidiana stomachi seruitute*. quart. *eo assiduitate peruenit vsu & quotidiana stomachi seruitute.*

AD SENECÆ LIB. V. DE QVÆST. NATVR.

CAPVT I.

Ventus est aër fluens in vnam partem] sic Erasmi codd. item Pal. tert. & Col. at quart. & Fortunati scripti, *aer agitatus, &c.*

Nec in vnam partem inclinatur] sic editi & Palatinus tert. nam Colon. *declinatur*. at quart. *nec nisi in vnam partem, &c.*

Et dici tranquillum] sic Fort. vett. item Pal. tert. quartus tamen & Col. vti & antiquiss. editt. *& dici tranquill.* quod ego reduxeram.

Cum se in aliquem clausum locum] vox *locum* abest Pal. quart.

Videmus corpuscula minuta] mei tres *minima*. Pal. quoque tert. amplius, *videmus huius corp. minima.*

Ergo parum diligenter comprehendet] scribendum cum Pal. tert. & Col. item Nicotii ac Memmii membranis. *Ergo vt parum dilig.* vt respiciat ad illa seqq. *sic in hac quoque re, &c.*

Aut, ventus aër est fluens impetu] Pal. tert. & quart. *aut aëer est fluens imp.* sine voce *ventus*. Memmii ac Nicotii, *aut aer fluens impetu*, quod probo. Col. meus hic lineam transilit.

Sed si hac breuitate, &c.] multis partibus potius est quod habent mei tres: *Sed sine hac breuitas, &c.* item mox, *sine aliquis circumsp.* pro quo est impressis, *Si vero aliquis, &c.* itaque nec maiori litera scribi debet deinde, *nunc ad ipsam rem, &c.*

CAPVT II.

Cum in angusto inani] sic & Col. & Pal. tert. at quart. *angusto viarum.*

Quietum & placidum] idem quart. *placitum*. tert. *& pluditum.*

Vbi turba in angustum cucurrit] sic Erasmi editio. at Fort. vt & mei tres *concurrit.*

Et diu fluctuata] sic & mei omn. Fort. scripti, *fluctuantia.*

Nec arietare possunt, nec impelli] sic & Col. & Pal. quart. nam tert. *nec arenare varietare possunt*. Fortunatus forte putat probius quod erat in scriptis suis, *nec arctari possunt, &c.* at mihi multo deterius est: *arietare* enim idem est quod impellere, idque ipsum hic plane requiritur.

CAPVT III.

Quod tunc interim minime ventus est] vox *interim* abest meis tribus; vt & Nicotii. at Memmii habet eam vocem, eicitque alteram *tunc*, quod placet.

Et inde spissior nubium grauitas est] sic & Col. & Pal. quart. nisi quod ordinent, *& inde est spiss. nub. grau.* tert. *& inde est spissarum nubium gr.* quomodo & in Memmii ac Nicotii lib. Fort. mss. *spissatarum*, quod ipse recepit in contextu.

Arctatis coniunctisq; corporibus] sic & Col. & Pal. quart. at tert. vt & Fortunatiani codd. item Memmii ac Nicotii *arctatis congestisq;* quod malim.

CAPVT IV.

Quos non negas fieri?] ita & Pal. quart. at tert. & Memmianus, *quoniam hæc negas fieri?* Col. *Quomodo hoc negas fieri?*

Alias enim terra ipsa, magnam vim aeris eiicit] sic editi. sed enim Pal. tert. *alias enim alia vis aeris tempora magna eiicit*. quart. *alias enim terram ipsam magna vis aeris eiicit.* Col. *alias enim tempora ipsa magna vis aeris eiecit.*

Euaporatio in altum agit qua emerserat, immutatio ipsa) ita & vetuste cusi, nisi quod ii, *merserat*. Pal. tert. *vaporatio in altum egit, qua emiserat immutatio ipsa.* quart. *euap. in altum agit, qua emiserat, immutatio, &c.* Col. *alias cum magna tonitrua & eximia & vaporatio in altum egit, qua emiserat ymmutatio. Ipsa, &c.* Fort. codd. item Memmii ac Nicotii, *euap. in altum egit qua emiserat, mutatio ipsa, &c.* quod placet Opsopœo. I. C. forte ait legendum, *qua mersa erat, imitatio ipsa, &c* quod, quis intelligat?

Habitus mixti) sic recte Fort. mss. & Pal. quart. male olim vulgari. & tert. ac Col. *alternus mixti.* vitium inde natum, quod scriberetur, *altus.*

Quæ non sine magna narium iniuria) sic ex suis restituit Fort. neque aliter Pal. tert. aut Col. nam quart. *magna iniuria virium vel narium.* priscis editt. aberat vox *narium.*

Quod semper excoquit: alioqui immundius aliquid) ita Erasmus; qui notat vnum exemplar habuisse, *quum quod semper concoquit sic emittit;* sed mendose, inquit; significat enim crassiora excrementa alui, aut certe vomitum. est in Pal. tert. *cum quod semper excoquit. aliquando immundius aliquid:* quart. *cum quod semper quicquid alioquin imm.* Col. *cum quod semper concoquit, alioquin, &c.* Memmii Nicotii, item Fort. codd. *quod semper concoquit. alioq. concoquit,* hoc est, digerit, & consumit omnia alimenta quibus nutritur. sic Fortunatus.

Et assidua ferri) Pal. tert. & Col *fieri.*

CAPVT V.

Hanc solam causam venti existimas) ita ex scriptis suis Fort. prius impressi, *existimo*, quod cum restet in meis tribus, fere reduxerim.

Ex his grauitatem aeris fieri) sic etiam Pal. quart. at reliquis abest vox *fieri.*

Cum qua densa stet, &c.) ita emendauit Fort. antea erat, *cumq; densa st.* quomodo adhuc mei tres.

Longe verior causa valentiorq;) non spreuerim scribere cum meis omo. *longe valentior veriorque,* eiecto verbo, *causa.*

An hoc existimas, nobis quidem) mei tres alio positu, *An hoc exist. quidem nobis.*

Inertem inagitabilem) scripserim cum meis nec non Fort. & Memmianis ac Nicot. immissa copula, *inertem & inagitabilem.*

Animalia edere posset) Col. ac Pal. tert. *possent.* quart. *edere posset*, sine voce *animalia.* Memmii ac Nicotii non male, *animalia ederet.*

Et herbosa quadam videmus) ita & Col. & Erasmi at Fort. *& herbosa quadam, qua videmus:* vti & restat in Pal. quart. nam tert. *& herbora quadam videremus summo earum innatantia.*

CAPVT VI.

Sed tamen verum est) sic editi & Pal quart. at enim reliquis duobus excluditur *sed.*

Animalia igne generantur) ita vetusti libri Fort. mei tres, *animalia igne generari.* antiquitus cusi amplius, *animalia igne aliquando generari.* nihil mutauerim.

Et ideo modo spissat se, modo expandit) sic & Col. at Pal. tertius, *inspissat se.* quartus vero, *spissat se, modo expissat.*

Alias contrahit, alias diducit) sic quidem Romana editio; at priores, *& alias contrahit, diducit.* mss. mei *& alia contrahit, diducit*, nisi quod Pal. quart. *contrahit & diducit*, copula immissa.

Per seipse Sol causa venti est) sic ex suis Fortonatus, quę confirmantur ab eis quæ dicuntur infra cap. 8. & 9. alii priores, *per se ipsum solum causa, &c.* Pal tert. *per se ipse solum causam, &c.* quartus & Coloniensis, *per se ipse solum causa.*

CAPVT VII.

Nunc viritim incipiemus illos excutere) ita ex suis Fort. nisi quod iidem; *describere.* malim ego: *Nunc viritim incipiamus illos exc.* quomodo & Pal. tert. & quart. prætérquam quod hic *Nunc iterum ille viritim.* nam Colon. *Nunc iterum incipiamus illos excut.*

Nec fertur vltra terrarum aspectum) ita & Pal. quart. nisi quod is *conspectum*, quod & in Col qui tamen *fere.* & vero cum restet in Pal. tert. Memmii Nicotii, item Fortunati, *nec fert vltra terrarum aspectum*, id libens cum Opsopœo admiserim.

Tamen carent aura) meis tribus, *item*, Nic. & Memmii libris abest vocula *tamen.*

CAPVT VIII.

Quem Græci ἐγχώριον) ita restituit primum Fortunatus, h. e. ventus qui flat ex finibus, quomodo & Latinis literis restat in Pal. tert. nam quart. *eurolpeam.* Col. *encolpeam.* prius publicabatur *ἐγχώριον.*

Nocte non exhauritur, sed montibus inclusum, in vnam &c. ita ex mss Fortunatus. prius publicati, *nocte exhauritur montibus inclusum, & in vnam, &c.* at Pal. tert. *nocte non exhauritur & montibus inclusum & in vnam partem procedit, & in vnam regionem* quart. *nocte non exhauritur, montibus inclusum, & in vnam reg.* Col. *nocte non exhauritur, & montibus intercelusum, & in vnam reg.*

Sed exprimitur aliquo) sic & Pal quart. at tert. abest vox *sed*, item Col qui tantum insuper serunt, *exprimitur, & in vnam procedit, hic ventus est,* sine voce *aliquo.* &, *partem.*

Hic ventus est) encolpias scilicet, vt prodit Vulcanius Scholus 10 libr. Apulei de mundo, apud quem de hisce plura.

Itaq; eo incumbit) mei tres, *Itaq; in eo incumbit.*

Coacervata incurrant) iidem *decurrant.*

Prima noctis parte non spirat:) Pal. tert. *inspirat.*

Et magna ac patens area) est a diuinatione Fortunati, cuius mss. *& magno potens aero.* prius cusi, *& magna & patens aëra.* quod & in Col. nam Pal. tert. *& magna ac parent area.* quart. *& magna patens aera.*

Lumine ipso valet) ita & Pal. quart. at tert. *luminis ipso valet.* Col. *appareant lumina, ipso valet.*

Nam cum ipse processit) ita diuinauit Fort. mss. eius, vt & mei, *præcessit.*

Alia diffunduntur tepore) ita Fort. quod esset in mss eius, *alia diffunduntur terra.* prius cusi, *alia finiuntur tempore* Erasmi exemplar Britannicum, *alia distrahuntur tepore.* Pal. tert. *alia diffiniuntur tempore.* quart. *alia dementiuntur terra* Col. *alia finiuntur tempore.*

Illis datur flare) ita coniecit Fortunatus, sed timide. eius enim scripti *fluere*, quod cum restet & in meis & in Memmii ac Nicotii, libens reduxerim. sciat tamen lector Pal meum tert. eiicere voculam *datur.*

Aura producitur) tert. *perducitur.*

Alia autem imbecillior) Pal. tert. ac Col. *Alia autem becillior.*

CAPVT IX.

Quia ver aquosius est, & ex plurimis aquis) ita Erasmus. at Fortunati codd. calamo exarati, *Quia vere aër aquosius est, & ex, &c* quod & restat in Pal. quart. nam tert & Col. *quia ver aquosius est ex plurimis aquis*

Remanet diurnus calor) sic rescripsit Fort. nam scripti *diuturno.*

Emanare solita & efflare) mei *efflari.*

Terra ex se atq; humor emittit) sic Mureti editio. aliæ, *atq; humorem emittit.* Pal tert. & Col. *terra ex se atq; humorem mittit.* quart. *terra atque ex se humorem mittit.*

Ventum sol ortus) sic Erasmus & Pal quart. nam tert. vt & Fort *solis ortus* at Col. *sol ventum*, sine voce *ortus.*

Cum ex calore fiat) vox *fiat* abest Pal. tert. habetq; eius loco quart. *fit.* Col. *fit.*

Nubila & tristi luce calefiunt) Fortunatus rescribi voluit, *nebula & tristi*, vt sit sextus vel septimus, inquit, singularis casus, non nominatiuus pluralis. at ego *nubila* retineo, eodem nihilominus casu quo ille volebat illud *nebula*; quod nusquam extat in meis. *nubila lux*, ea est quæ non illustris, non defæcata, sed tristior, sed pallidior.

Et ideo quibusdam videtur inde flatus esse) sic Fortun. codd. & Pal. quart. at tert. Col. & olim impressi, *& ideo, vt quibusdam videtur, inde flatus est.*

Hoc falsum esse ex eo apparet) sic Pal. quart. & Col. at tert. *Hoc frigidum esse, &c.*

Plenis

Plenis velis nauigatur] sic coniecit Fort. cum scripti, vt & Col. & Pal. quart. *plenis ventis*. tert. *planis ventis*.

CAPVT X.

Qui in argumentum] mei. *qua in arg.*

Non nimis propositum adenuante] ita contra omnia sua exempp. legere se, sensu ita exigente, profitetur Fort. in quibus, *non nimis*. & vero vltimum illud quoque in Pal. quart. ac Col. sed tamen *nimis*, tert. meus elate exhibet.

Itaq; niues & ponuntur & durantur] considerandum, inquit Pincianus, an *reponantur* legi debeat, hoc est, *conseruantur, accumulantur* prius restat in Pal. quart. & Col. at tert. *Itaq; niues componuntur*. illud *ponuntur* non habet cur reiici debeat, meo quidem animo, quem explano lib. 9. cap. 3. Opin.

Itaq; plura ex Septentrionali] Pall *ita plura*. Col. *item plura*.

Qua remissiora ac tepidiora sunt deferri] ita & Pal quart. at Col vt & Pinciani codd. *qua submissioru ac tepid.* tertius vero tantum *que sunt submissioru deferri*, exclusis reliquis. non displicet *submissioru*.

Sic impetum Etesias sumere] ita & Pal. quart. at Col *Sic ipse enim Etesias sumere*: quod & in tertio, nisi quod eiiciat vocem *sumere*.

Ac Sol mutato cursu in nostrum rectior tenditur] ita & Erasmi editio aliæque. nisi quod ex, *Ac Sol*, quomodo & Pal. quart. & Col. at tert. *ac Sol mactuto cursu in nostru rectior tenditur*. Pincianus queritur vitiosissimum esse locum; purare igitur castigaudum, *ac Sol mutato cursu nostra regione cedit*.

Alium vero impellit] sic & Col. & Pal. quart. at enim tert. *alteram expellit*.

CAPVT XI.

Quare Etesia illos non udrunene] sic editi. at Col. bene abest vox *illos*, Pal. vero tert. ac quart. *quare Etesia aut udsunant*.

Dicimus autem luce aurum incitari, tandem subsidere] ita ex mss. suis reposuit Fortunatus: at malim ego cum Pal. quart. nec non Memmii vno ac Nicotii: *Dicimus unte lucem auram inciturи, eandem subs.* nam nec diuertunt ab hac scriptura olim cusi aut Pal. tert. & Col. nisi quod seruent, *tandem* pro *eandem*.

Si vt auras, ita illos Sol commoueret] Pal. tert. *aura* & *amoueret*. quart. *aurà*. Col. *aura*. Fort codd. *comminueret*.

Iam dispoluta sunt omnia] Col. & Pal. quart. *disp sita*. prius tamen restat in Pal. tert. estque ad oram quarti, alias legi *discooperta*.

CAPVT XII.

Et in pronum soluta premittunt] forte, inquit Fortunatus, legendum, *emittunt*; quod & asseuerat Opsopœus ex veteri vt ait codice. at meis duobus restat vulgatum illud. Pal. vero quart. *praemittunt*.

Et in medium tibia angustu] sic & omnes mei. Fortunati membranæ, *tibia deducta*. prius retinuerim.

Qua superne dimittitur] ita Pinciani codd & Pal. tert. ac quart. Erasmus edidit, *qui superne*. quomodo & Col. meus.

Modica magnitudinis esse] ita Fort. mss. & Pal tert. nam prius cusi, vt & quart meus & Col. *modica valitudinis esse* fere est vt non improbem.

Quamdiu separatis] mei tres, *separatus*.

Idem credibile est fieri & in procellis, vt fiat breues. quamdiu singula sunt] sic & Coloniensis & Palat. quart. item tert. nisi quod absit vox *singula* mss Fortunati custodiût, *Ideo credibile est, vt spiritus, quamdiu singuli sunt, breues sint*.

Et ex pluribus cœli] sic ex suis Pincianus; quomodo & mei tres. vocula *ex*, aberat Fort. & Erasmi editt.

Et impetus illis accedit & moru] sic & mei tres; item Fort. qui tamen prodit legendû forte, *& motus*, non *mora*, meo sensu male. nam respicit ad id quod supra dixit; *multo maiores diuturnioresq; sunt*.

CAPVT XIII.

Qua pluribus modis soluitur] Pal. tert. *quod pluribus*. quart. *qua ex pluribus, &c.*

Spiritum rumpit inclusi & in exitum, &c.] ita legi voluit Fortunatus; at vero chirographi mei libri, item Memmii interponunt, *spiritus rumpit; nonnunquam inclusi & in, &c.*

Quem modo sol facit] Col. & Pal. tert. *facit*. nam quart. hic lineam transilit.

Vt magnorum inter se corporum] vox princeps, *vt*, abest mss. nostris.

Cur turbo fiat; qui euenire in fluminibus solet] Fortunatus monuit expungendum pronomen *qui*, vtpote quod sensui obstrepat & vero legendum omnino *cur turbo fiat. Euenire in fluminibus, &c.* suadentibus scilicet Pinciani, Memmii, Nicotii, nec non Pall. meis duobus. solum Col. *qua euenire*.

Ita vt circumlata in se ferbeantur] ita legendum testatur Fortunatus, quomodo & Pal. tert præterquam quod is *circumlata*. quart. Col. & cusi olim, *ita vt circulata inter se serbeantur*.

Aut vt liccorum coeuntium] sic & Pal. quart. at duobus reliquis abest *vt*.

In canalem conuexum] Erasmi editio *conuexam*, quomodo & Pal. quart. nam tert & Col. *in canalem denexu*. Fortunat. codd. & Pincianos, *deuexum*, quod non ita displicet.

Et se in ipsu vertigine concitant] bene abest Fort, editioni vocula *in*; quid quod etiam Memmii, Nicotii, nec non Col ac Pal. quart. *ac se ipsa vertig* quibus & alludit tert. *ad se ipsu vertig.*

Qui si pugnacior est ac diutius voluitur] Col. ac Pal. quart. melius, *Qui pugnacior si est, ac diutius voluatur*. nam tert. *Qui si pugn. est ac diutius inflammatus est voluatur & efficit*.

Quem πρηστῆρα Graci vocant. Hic est igneus turbo] sic Pal. quart nisi quod absit cauda, vox nempe, *turbo*, scribatque *prastura*. at Col. facit pro vulgg nisi quod seruet, *prasten*. tert. *quem pestera Graci vocant. hic est omnes turbo*. Pincianus ait malle se legere. *quem prester Graci vocant, hoc est igneus turbo. prester* quid sit & vnde deducatur, persequitur amicus noster Vulcanius Scholiis ad Apuleium de Mundo.

Hi fere omnia pericula venti, &c.] ita ex suis Fortunatus, vt *presteras* intelligamus, hoc est, turbines accensos & non accensos Pal. tert. *Hic fere omnia*. quart. *hac vere omnia*. Col *Hoc fere, &c.* Memmii liber, *Hac fere*, Nicotii, *Hinc fere* vetuste cusi, *Sed fere*. Fortunatus quærit an non legi possit; *Typhones fere omnium, &c.* quod dicat Plinius *Typhonem praecipuam naufragantium pestem, &c.*

Quibus armamentu] ita restituit ex suis Pincianus, quod & in Col nam Erasmi & Pall. *armenta*, quod aliquo modo defendi queat, sed aliquo modo tantum.

Etiamnum quidam venti] ita Fort. legendum contendit, quomodo & Col. & Pal. tert. nisi quod ii *Etiam nunc*. at quart & vetuste cusi, *Etiam nunc quia ventos*.

Iam inclinent se & labuntur] sic & Col nisi quod alio positu, *inclinent se iam & labuntur*. Pall. *iam inclinant se, &c.*

Nondum tamen effecere] Col. ac Pal quart. *efficere*. tert. *efficit*; item mox pro *coiere*, iidem tres, *coire*.

Nondum ventus est] Pal. tert. *vnde ventus est*.

Tunc esse incepit] sic ex suis Pincianus, quod & in Col. & Pal. tert. quartus tamen, *tunc enim incepit*, vti ediderant Fort. & Erasmus.

CAPVT XIV.

Repetam nunc quod primo] Pall. vterque *in primo*. Col. *Repeto nunc quod in primo*.

Non tota solidu contextu terra in vnum vsq; fundatur] ita Erasmi editio: Fortunati, *solido*, quomodo & Palatinus quart. nam tert. amplius *solido contexta terrum*. at Col. *Non tota solido contexta terru in vnum vsq; fundatur*; quod cum & in suis inuenerit Pincianus, non video cur non recipiatur deinceps in contextum.

Discrimen aeris monstrat] sic editi. at mei tres, *monstraret*.

Quod nõ videntur. Flumina illic scias] ita distinxit suasu suorum Pinc. Erasmus cum aliisque; *quod non videntur flumina. Illic scias*, quomodo & restat in meis.

Aquas sine exitu stagnare) Pomponius Mela lib. 3. cap. 1. putat depressos quosdam specus esse, quo reciproca maria residant, atque inde se surios exuberantia attollant. vide Vulcanium Scholiis ad Apol.

Ex illis ergo subterraneus) sic impressi. at mss. mei; *Et ex illis ergo, &c.*

Ad hos afflatus) cum omnes alii & mss. mei *efflatus*, nisi quod Col. *ad hoc flatus.*

Ipso obstrictu necesse est) sic & Pall. at Col. *obstrictu.* Memmianus, *astrictu* Nicot. *affrictu*, quod fere placet.

CAPVT XV.

Vt explorarent) Col. ac Pal. tert. *ut exploraret; Philippus* scilicet.

Qua vbertas) Pal tert. *libertas.*

Et multos durasse dies) idem, *duram dies.*

Sed tam antiquitus traditu) sic legi iussit Fort. prius vulgati, *sed tam ante antiquitus, &c.* quod & in Col. ac Pal quart. rescripserim, *sed iam inde antiquitus traditus*; sic certe tert meus & Nicotianus.

Male obstrusu) Pal. tert. *obstrusa.*

Et relicto spiritu libero) ita reposuit Fort. nam olim cum & Col. ac Pal. quart. *& recte spiritu liberoq.* tert. *& recto spiritu liberoq.* medium illud fere quis probare posset, vt respiciat ad noxios homines qui damnabantur subterraneis huiusmodi operibus.

Nullum noctium dierumq.) Col. *malum noct. &c.* Pal. quart. *null. noct. dierumne.*

Et a terge lucem relinquerent) copula *&*, abest meis omn. custodiuntque *relinquere.* rescripserim tanquam si noua sententia; *in tergo lucem relinquere, &c.* arguto sensu.

Circa prædam lutulentam incertamq. ruptaunt) ita Mureti editio & ante eũ Curionis Secundi: at melius Erasmi & Fort. vt & Pal. tert *reptaunt.* nam quart: *repausant.* Col. *luculentam incretamq. reptaunt.*

Oblitus dierum, oblitus naturæ melioris) sic Fort. codd. & Col. & Pal. tert. nam quart. *oblitus dierum, oblitus rerũ natura mel.* Pincianus tradiderat forte legendum, *oblitus Deorum*: quod melius dixit Curio. veteres cum solum habebant, *oblitus rerum natura mel.* reiectis vocibus *dierum oblitus.*

Vrgens terrarum pondus iniecit] sic Fort. veteres, etiam Pal. tert. nisi quod is *ingerit* pro *iniecit.* olim vulgati, item Pal. quart. & Col. *ingens terr. &c.* quod & in Memmiano ac Nicotiano.

Quos in imo, vbi illud malum virus latitat] sic Fort. & Erasmi. at Pal. tert. *quos imino vberi illud malum virtus latitat.* quart *quos in ymo velud malum vbi viros latitat.* Col *quos in ymum illud malum vbi virus latitat.*

Per tacum inane) Col. *per eacum inanem.* Pall. *per centum inane.*

Et aquarum in illis fluentium) sic & Pal. quart. at Fort. mss. & vulgati, *& aquarum nulli fluentium*; forte, inquit, melius, h. e. nullo vsu, vel nulli vsui fluentium equidem & illud *nulli* extat in Col. ac Pal. quart. item Nicotiã ac Memmii libris, probatque Opsopœus, qui tamen paulo inconsideratius, hic & alibi editionem Aldi laudat tanquam alteram ab ea cui præfuit Fortunatus. quicquid enim ab Erasmiana diuersum in excusis ab Aldo, agnoscit id auctorem Fortunatum: quod semel dictum volui: ne cum eo postea errarent & alii.

CAPVT XVI.

Septemq. triones) mei *Septentrionesq.*

Hoerisfor inuasit Boreas) Pal. tert. *Hestifer.*

Pluuiosq. madescit ab Austro) mei *pluuiaq.*

Binos suffectos dans) ait Fort. alios legere *subditos*, neque displicet, inquit; vetera autem eius exempp. *sub præfecte dant.* equidem scripserim *binos subpræfectos dans*, vti est in Pal. meo tert. & Memmiano. nam quart. *supradictos.* Col. *subrefectos.*

Fauonium mittit) Pal. quart. *nutrit.*

Argestes dicitur) Pal. tert. & Col. *Ergastes.* quart. *Ergates.* nec aliter repetunt infra.

Deinde Libonotus) ita retinet Fort. cuius exempp. *Leuconotus*, quomodo & seruat Pal. tert. at quart. *Lebonochus.* Col. *Lebonothus.*

CAPVT XVII.

Vt scis. Dimidia enim pars) sic quidem etiam Erasmus & Fort. at mei tres, alio verborum positu, aliaque interpunctione; *Vt scis enim, dimidia pars, &c* quod malim.

Nostri sinistrem dixerunt) citat & Vulcanius Scholiis ad Apuleium de mundo.

Adiciendus est ad hunc) ita & Pal. quart. sed præposuerim quod est in tert. item Col. & omnibus Pinciani *est adhuc.*

Regiones duas adiicit) Pal. quart. addit, *adiicit, vel efficit.*

Si duodecim aër) sic Erasmi editio. at Fortunati & mei tres; *sic duod.*

Atabulus Apuliam infestat) de eo Plinius libr. 17. Horat. lib. 1. Serm.

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus.

atque ob hoc Gellius lib. 2: *Sunt alii plurifariam venti commenticii sua quisq. regionis indigena, vt Horatianus ille Atabulus.* sic enim locum restituendum putat Beroaldus Annotat. suis ad Gellium. Porphyrio: *Atabulus ventus in Apulia feruentissimus, Græca appellatione, quasi τὴν ἄτην βάλλων, id est, perniciem inferat.* hæc præter illa priora etiam Ioann. Bapt. Pius commentatio ad lib. 5. Epist. Sidonii, vbi ille: *Dextro latere Vmbros transmisi, vbi mihi seu Calaber Atabulus pestilens regio Tuscorum spiritu aeris venenatis flatibus, & modo calores alternante, modo frigora, vaporatum corpus inficit.*

Pamphyliam Cutagis) ita ex Aristotele restituit Fortunatus. eius scripti, *Chagrens.* Col. meus *Chagnous.* Pal. tert. *Cagrens.* quart. *Chagenus.*

Galliam Circius) Galliæ Narbonensi præcipue infestus. adde Plinium lib. 2. cap 47. Gellium lib. 2. cap. 22. Suetonium cap 17. Claudii, & ibi Torrentium.

CAPVT XVIII.

Aëra non sinerent pigrescere) Pal. quart. *pinguescere.* alii tamen duo prius retinent. recte. nam *pigrum* opponitur mouenti siue mobili & inquieto. vnde *pigra flumina* dicuntur quæ gelu astricta non fluunt nec mouentur. Horatius;

Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiua recreatur aura.

pigros campos vocat qui æstate non perflantur ventis. Apuleius lib. de mundo; vbi loquitur de terræ perenni fertilitate; *erumpentibus semper tam pigris quam mouentibus fœtibus.* ibi Vulcanius.

Vitalemq. tractaris) ita ex vett. suis Fortunatus, vt & restat in Col. meo. Erasmi priusq; cum, *vital. terris*, quod & in Pal. quart. nam tert. *tractaturus.*

Modo deducunt) mei tres *doducunt.*

Iidem totam Indiam) Pal. duo, *Idem per totam Indiam.* Col. *Inde per totam Ind.*

Nisi flatu superuacua) qua de causa non immerito Homerus ventos aptissimo epitheto ornauit, cum eos vocat ζαχρεῖς, quod nimirum sint ἄγαν χρειώδεις, & ad frugum maturitatem fœcunditatemque excitandam necessarii. eadem fere ratione vocauit Aristoteles lib. de mundo τὸ ... γόνιμον ὕδατος, quod Apuleius vertit, *aquarum fœtu grauidatur.* Vulcanius ibi.

Admixtu seruandis) aliæ edit. & mss. mei, *& mixta seruandis.*

Nunc quod de Cæsare olim maiore) ita & Pal. quart. at verbum *olim* abest Pinc. libris, vt & Col. meo. nam Pal. tert. *Nunc quidem Cæsare maiori.*

An non nasci) sic & Pal. quart. nam tert. & Col. hæc tria verba omittunt.

Nimirum in hoc prouidentia, ac dispositor ille) sic ex suis Fortunatus; quod secutus est Erasmus. prius vulgati, *Non in hoc prou. &c.* quomodo & Col. item Pal. tert. nisi quod hic *dispositio.* non displicet mihi quod extat in quart. *Nimirum hac prouidenti a dispositor ille.*

Non vt nos classes) ita ex vett. suis Fort. olim vulg. abest negatiua dictio, vt & Col. ac Pal. quart. at tert. *non nos classes.*

Aut post mare inquireremus) sic & Col. & Pal. quart. at tert. & Memmii ac Nicotii *quæreremus.*

Et in mutuum compellit exitium) sic & Pal. quart. at malim quod

lium quod restat in duobus reliquis, vt & Mem. & Nic. *compoint exitium*. vt metaphora sit a gladiatoribus.

Bellum paraturi] sic & Pal. tert. nam tert. *peracturi*. Col. *perituri*. Nic. & Meus *petituri*.

Nunc autem cum euaserimus] vox *autem* abest Mem. & Nic. vt & Col. meo. at Pal. tert. *Nunc autem euaser.* sine voce *cum*. quart. *Nunc cum senserimus*.

In quos praeceps nauigantes ventus) sic conicit Pincianus, si modo de promontoriis accipiamus: nam si defluctuum montibus, legit, *quos praeceps in nauigantes &c.* sine praepositione *per* quae extat in Erasmi libris, hoc modo, *per quos in praec in nau.* quomodo & seruat Pal. tert. item quartus, nisi quod is postea, *impingunt*, pro *impinget*. at Colon. *per quos naug &c.* sine, *in praecept.*

Cum inuolutos nubila dies] sic vett. Pinc. & Fort. atque Colon. meus. Erasmi, *inuoluto*, quod & in Pal. quart. nam tert. *inuolutus*.

Ac tonitrua horrendas noctes) Pal. tert. *tonitribus horr. &c.* quart. *tonitrua horridas*. Col. *tonitraus horrenda*. Memmii ac Nicotii, *ac tonitribus horridas noctes*.

Et antiquarum vrbium flamma) sic & Pal. quart. nam tert. *inflammam* Col. *flammam*.

Petat illa vos & ex lectulo) Pall. duo, & Colon *nos*, non male.

Sed vbiq, innocentes petat) vox *vbiq*, tantum adest in Pal. quart. sed ita tamen scripta, vt & notare posset *vtiq*, quod non ita displicet. tert. *sed innoc. petat*. Col *sed non innoc. petat*.

Occupabit vos in vestra domo) Palat. tert. *nostra*. quartus insuper, *Occ. nos in nostra*; quod cum & ambiguis teneat literis Col. non improbauerim.

Et ruere in ignotos, iratum sine iniuria) sic editi. at mss. Pinciani *ignotos iniustum sine iniur.* vt forte, inquit, scribendum sit, *iniustum*; quia sequitur mox paulo, *quem non odere* Pal. tert. *& ruere in itam sine iniuria* quart. *& ruere in ignos, iratum sine iniuria*. Col. *& ruere in ignotos iniustum sine iniuria*. ex Palat. quarto facile fiat, *& ruere in ignes, &c.* sed ne sic quidem satisfacit.

Mouemus maria & nauigia] sic & Pal. quart. nam tert. *mouemus malum*. Colon. *mou. malum*. Memmii, Nicotii, item Fort. exempp. *mouemus manum*.

Quoniq, nos malos mala nostra) sic & Col. & Pal. quart. at tert. vt & Mem. ac Nic. abest vox *malos*.

In Graciam traiecit) editi omn. & scripti mei, *traiecit*.

Ergo non immerito quis dixerit] sic legit Fort. nec aliter Col ac Pal. quart. prius cusi, *non merito*. Palat. tert. *Bono immerito quis dixerit*.

Et inhibito discursu furentium) sic iterum reposuit Fort. quomodo & Pal. quart. prius cusi, vt & Col *& in alio disc.* Pal. tert. haec neglexit verba, vt & reliqua, vsque ad illa; *Si nihil aliud &c.*

In sua quemq, terra) vox *terra* abest libris mss. Pinciani, vt & Colon. meo, qui tamen, *quaq*. Pal. quart. *in sua quaq terra*.

Nunc parum vi domestica) Palat. tert. & Memmianus; *Nunc parum mihi domestica*. quart. *Nunc pax in domest.* Col. & olim cusi, *parum in domest.* Nicotii liber, *Nunc parum mihi domestica sunt*. quam recipit scripturam Opsopoeus, aut secundo positam loco.

Qua non mittere aliquo] Erasmi editio, *amittere aliquod*. Fort. & mei tres, *amittere aliquod*. quod placet.

Vnde scio hic mihi, an ille ventus) sic & Palat. tert. & quart. at Col. *Vade scio an hic mihi ille ventus*.

Natalis solis fine) sic ex suis Fort. quomodo & Pal quart. nam tert. *natalis* Colon *nãlis solis fine*. olim cusi, *naturalis solis fine*.

Perniciosa gentibus arma) sic Romana editio, sed contra omn. alias, item mss. meos, qui *gentium*.

Quod non in contrarium transferat culpa) ita & vetuste impressi & Pal. quart. at Fort. codd. scripti, Palat. tert. *transeat*, quomodo & Col. nisi quod & is, *quo non &c.*

Ad tentandum iter impellimur) ita Fort. & Eras. editt. prius cusi, *ad tent. iter imp.* quod & in mss. meis, in Mem. Nicot. & Pinciani; qui vltimus legendum ceruit *ad tent. mare imp.*

Itaq, alueus vitio naug.] sic Colon. & Pal. quart. at tert. *vtiq, alieus &c.* Memmii ac Nicotii, *vtiq, alicus*, quod placet.

In eadem enim turba volutamur) sic & Pal. tert. reliqui duo, *voluptamur*.

Vita parari ea in quibus vita consumitur) sic Erasmus & Fortun. qui tamen inquit, legendum *vita*. Pincianus praeterea, *vita parari in qua vita cons.* quomodo omnino extat in Nicotiano codice. Palat. tert. *vita parari in quo vita consummimur*. quart. *vita parari ea, in quibus vita consumitur*; quod mihi non plane displicet. Col. *vita parari in qua vita consummimur*.

AD SENECÆ LIB. VI. DE QVÆST. NATVR.

Capvt I.

Sabianumq, litus) miror cur ita maluerit Romana editio cum extet passim in aliis; *Stabianumq*, quomodo & apud Plinium lib. 32. cap. 2. Palat. tert. expressit, *Stabilianumq*, quart. & Col *Scabianumq*.

Ab altera Herculeaso) ita ex suis olimque vulgaria Fortunatus, neque aliter Colon. aut Palat. tert. nam quart. *ab altera cabado trem se.* cusi quidam, *ab altera Chalcedonense*.

Mareq, ex aperto conductum amoeno sinu cinget) ita mauult Fortunatus, licet restet in mss. eius *reductum*, tanquam *conductum* magis conueniat, vt ingenii non naturae opus intelligamus. equidem *conductum* etiam est in Col. sed is tamen *mare* siue enclitica *q*; quae & abest Pall. meis; quorum tert. *reductum am. sinu cingunt*. quart. *rursus ductum am., sinu cingunt*. Opsopoeus scribis fide vet. cod. *& mare ex aperto reductum am., sinu cingunt, consedisse &c.* Amicus noster Vulcanius vulgariam producit scripturam, Scholus ad Apuleium de Mundo, atque periphrastice describi *amoena*, h. e. loca prope mare aspectu & situ iucunda. ipse Apuleius manuscriptus, *Quare & nos qui nobis vnius loci ingenia qualitatesq, describunt, aut amoena vrbis, aut alicuius amnis fluenta &c* recte, *amoena*, vt sint quae Graecis ἀκταὶ, quae ipse Madaurensis postea vocat, *sinuosis inflexam litoribus terram*. & Seruius illud Virgilii Æneid. 5:

At procul in sola secreta Troades acta; ita interpretatur: *Acta nomen substantiuum, significat secreta & amoena locorum*. & Glossarium vetus; *Amoena, αἱ ἀκταί*. Glossarium Graeco-Latinum, *Ἀκτὴ, ora, scilicet maritima*. ex quibus liquet, quam probi sint interpretes, qui passim dum in Graecis auctoribus occurrit nomen ἀκτῆς, *litus* vertunt, citra vllam adiectionem.

Desedisse terra motu) ita & Pal. quart. & Col. at tert. *consedisse*, quod & erat in mss. Pinciani, itaque reuocauerim.

Regulo & Virginio Coss.) sic Erasmus. at Fortun. & mei tres *Virgilio*, male. intelligit enim C. Memmium Regulum & L. Virginium Rufum. Tacitus tamen lib. 15. Annalium motum hunc terrae ad priores Coss. refert. & hercle, inquit ibi Lipsius, tam asseuerat id disti octe Seneca, vt credam alterum esse vitium, non Taciti, sed Ægisthi alicuius.

Leniter ingenti malo perstricta) sic & Erasmus. at Fort. item mei tres, nec non Memmii ac Nicotii, *perstricta*; nec displicet.

Villa vero prerupta) sic & Pal. tert. at quart. *Villa quoq, prer.* Col. *Villa quoq, vero prer.*

Adiecerunt, his sexcentarum ouium gregem) sic ex mss. Fortunatus. prius cusi, *Adiectitur his illa sexc.* quomodo & Palat. quart. & Col. nam tert. *Adiciuntur illa sexcentarum ouium greg.* sed ita tamen, vt & signare posset *ciuium*.

Atq, impotes sui) ita legit quidem Fortunatus. at prius cusi & mss. omnes; *impotentes*.

Si mundus ipse concutitur) Pal. tert. *conuertitur*.

Quod fundamentum quidam orbis) Pall. *quadam*.

Discedit ac tenebras) sic & Pal. quart. at tert. *discidit*. Col. *discedes*. Fort. membranae, *desides*, qui ait legendum videri, *desidet*.

Et defossi in altum specus) sic & Palatinus quartus. at

enim reliqui destituuntur voce *deflessi*.

Sed gentes totas regionesq;] ita & Palat. quart. sed tamen cum duobus aliis item Memmianis abest vox *sed*, libens & eam hinc excluserim.

Regionesq; submersit ; sic & Pal. quart. nam tert. *submergit*. Col & Fortunati codd *submergit*.

Iustitia sua natura praecipuum, quod cum ad) ita & Col. & Pal. tert. nec male. Fort. tamen mss & Pal quart. *iustitia sua munera praecipuum Deus, quod cum ad &c.*

Negantq; se vnquam ipsam regionem access] ita quidem & editio Curionis at Fort. & Erasmi, *negantq; seipsos vnquam &c* Pinciani codd *negatq; ipsos vnquam in ipsam regionem*, quomodo & Colon & Pal tert. nec displicet. nam quart. *negantq; seipsos, nunquam in ipsam regionem accesserunt*.

Et si nondum motu) legendum iunctim, *etsi*, vti est in Erasmianis Pal. quartus *etiamsi nond &c.*

Vnde scias an melior) sic & Erasmus, at Fort. Pal tert. Col *scias*. quart *scis*. amicus quidam meos lectitabat oegatiuam; *vnde scias an non melior*.

Et quo in futurum ruina sua) sic recte ex suis Fort. nec aliter Pal. tert. nam quart vt & olim impressi, *futuram ruinam suam* Col. *in futura iam ruina sua*.

Anno priore Achaiam & Macedoniam &c. lasit) ita restituit ex mss tuis Fortunatus, cum ante inepte distinguerent, *perdidit anno priore in Achaia & Macedonia. Quamq; &c* quomodo etiam est in Col. nisi quod ipse *ladit*, item Pal. tert. excepto quod is, *anno primo*, item, *laderit*. nam quart. *perdidit. Anno priore in Achaia & Macedonia &c lasit*.

Quis breuis & caduca res] sic voluit Fort. nam prius erat, *qua breuis &c* quemadmodum seruat item Pal. quart. tertius enim *etiam breuis &c.* at Col. *quis breues & caducores nascimur*. ¶ *Et summam manere, partesq; ruere*] restituamus auferendi casu. *& summa*, quomodo extat in meis tribus nec non Fort. ac Erasmi alterum illud manauit, puto, a Cælio Secundo, qui *summa* cepit pro pluralis numeri voce.

CAPVT II.

Quid ago?] ita recte Fortunatus, vti & Col & Pal. tert. nam quart vt & antea vulgati, *Quid ergo?*

Quod & perire non possit & perdere) sic Mureti editio. at aliis omnibus nec non Col. ac Pal tert. *quod perire possit & perdere*. neque secus quart. quam quod is, *pondere*.

Sine remedio timor stultus est] ita & Erasmus & Fort. at mei ac Memmii & Nicotii *stul us*. nec carpo.

Impetus sit magna ex] mei omn. & Pinciani. *Impetus magna sit ex*, quod iunius videtur: etsi tamen suspecta mihi vocula, *magna*, & eam ita expressit Palat. quart. vt & notare posset, *magnu*

Quod illi subita captiuitate inter ignes & hostem stupentibus dictum est] nihil horum extat in Pal. quart. neque admodum desiderantur. haud tamen eiecerim. eleganter enim atque argute dicitur *captiuus inter ignem & hostem*, qui vndique ab duobus istis circumcluditur. est in Palat. tert. & Fort. libris, *subdita captiuit*. Col. *subita captiuitate verum ignes &c.*

Iam intelligitis nugatoria] Pal. tert. *intelligo: is*. quart & Col. *intelligis*.

Non magna molestione perdenda] ita & Col & Pal. quart. at tert. *non magna perditione vel molestione perdenda*.

Id vnum per aulis satis esset) ita concecit Fortunatus. libri enim eius scripti, vt mei, *periculi nobis esset*.

Quod tremuit terra] sic & Pal quart. reliqui duo, *quod tremuit terra*.

Magni se æstimat qui fulmina) ita Fort. & Pall mei. nam olim cusi & Col *flumina*.

Imbecillitatis sua conscius Erasmus & Fort. *imbecillitatis*, vt & Col. & Pal. tert. nam tert. vt & Memmii & Nicotii, *imbecillitatis sua sibi conscius*, quod malim.

Nullum est maius solatium ; sic & Pal. quart. reliqui, *nullum enim w aius sol.*

Quam timere mutationem aut subitos) sic & Colon at Fort. ait legendum *natationem*, quomodo sane Pal tert. nec displicet. quartus tamen, *quam timere mutationem terra aut subditos*.

Necesse est mori quandocunq; quandoq; Stet licet] illa *quandocunq; quandoq;* absunt Nicotianis membranis Pal. tert. & quart *mori vbicunq; quandoq; stet. Licet* Col. *mori vbicunq; quando stet. Licet;* supernotatumque voci *quando* dictio *constet*.

Quid habeo quod querar) sic & Col. & Pal. quart at tert. *Quid hoc habes quod querar*.

Si mihi inuicti sua partem ; sic Col. & Pal tert. at quartus amplius. *si mihi inuicti vindicta sua partem*.

Egregie Vagellius meus) Pal. tert. *Vagellis*. quart. *Egregie vere Nagellius meus* Nicotianus, *Egregie vere Agellius*.

Terram quandoq; videre mortalem] sic & Palat. tert. & Colon. at vero quart Nicot. & Memmianus, *terram quoq; vel* quod amplector.

CAPVT III.

Nec tra numinum aut cælum concuti] ita legi voluit Fortunatus, publicati olim, *cælum conuerti*, quod & in Colon. nam Palat. tert *nec ira numinum aut cælum conuerti*, quomodo & quart. nisi quod is, *conuertit*.

Sed ex quibusdam vitiis] Col. ac Pal. tert. exulat vox *ex*.

Ex insolito formido] malim cum aliis edit. & Pall. meis ac Col *& ex insol &c.*

Aut tota deliquit] mei tres, certe clare Pall. duo, *deliquit*, vt forte scribendum, *deliquit*.

Longeq; magis illa acta) ita & Pal. quart. at tert. *illa*, sine voce *acta*. Col. *Longeq; acta magis illa*. Memmii liber & Nicotii *Longeq; magis illa, acta*

Non est tanti ferre, ne timeas) & hanc Stoicorum sententiam habebat in animo Horatius, cum scriberet:

Nil admirari, prope res est vna Numici &c.

vide plura de eo apud diuinum illum Ios. Scaligerum suis in Ætnam Coro Seueri notis.

CAPVT IV.

Quid tanti molem corporis impellat) ita Pinc codd. quomodo & infra: *Itaq; in hoc vniuerso terra corpore euenit, vt partes eius vetustate soluantur* Erasmi editio, *molem ponderis imp.* Col. ac Pal. quart. *ponderis pellat*. tert. *molem impellat*, sine voce intermedia.

Modo luxata subsidat) mei. *laxata*: quomodo & Fortunati editio, illud vero extat in Erasmianis.

Ignotum antea montem] sic Col & Pal. tert at quart. *ignantrum montis*.

Et deferri montes) sic mei tres Nicotii *differt*.

Digna res est excuti) deleo *est* fide meorum trium.

Dulcis inspectatio) Pal. tert *inspectio* quart. Colon *inspectio*, quomodo & Fort. editio. prius est in Eras.

CAPVT V.

Causam qua terra] sic & Col. at Palat. tert. *Causa qua terra*. quart. *Causam aqua terra*

Quidam liquore ipsis] sic Pal. tert. at quart *filii* non *ipsis*. Col *his*.

Opiniones veterum parum) mei tres *veteres*.

Illa limata sunt] sic & Col. & Pal. quart. at tert. *illa eliminata sunt*.

Ætas quod agat inueniat) sic & Palat. tert. nisi quod is *inueniat* quart. *ætas quantum agat inueniat*. Col. *ætas quod habet inueniat* Pinc. mss *ætas quod inueniat habet*.

CAPVT VI.

Siue magnum mare] ita & Palat quart at vero vox *magnum* abest reliquis meis, vt & Pinciani: qui id ideo tollendum putabat, ne molente, vti prodo lib 7 ca 10 Opinion.

Non posse spiritu] sic & Pal. duo. at vox *posse* abest Colon. mei. Pinciani vero præterea excludunt & alteram, solumque retinent *spiritu*, quod ei placet.

Tam tenuis fugaciq; gestare] sic editi omnes, sic Pinc. mss. sic & mei. at ecce I. C qui inculcat; *fugaciq; agitari* vellet prodidisset quare nunc sufficiet explosisse coniecturam stolidam ea leuitate qua oggeritur.

Eorum qua vehit, si immodice] Palat. tert. absunt illa, *vehit, si*.

Tota aliquando concuteretur] sic diuinauit Fortunatus: at eius scripti, vt & mei tres, Memmii item ac Nicotii, *& ea aliquando concuteretur*.

Tum tota concuteretur Fort. & Eras. *Tunc*. Nicotii & Memmii; *Deinde tota conc.* at tert. coniecit ista prioribus leguque

gitque. *sed manere dum tota conc. &c.* item Col. qui, *cum tota* Pal quart. hic lineam vnam transilit, deceptus repetitione satis similium vocum. habet enim, *& ea aliquando concuteretur non ex parte. Nunquam enim nauis.*

Si id quo vehitur agitatum est) cusi omnes & mss. mei, *si eo quo vehitur agitatum est*; quod reuocandum, vel ideo vt inhibeatur Mureti licentiosa manus.

Quoties nauigia decidunt) Palat. tert. *quorum nauigia vel quoties decidunt vt in lateribus.* prius restat in aliis duobus. ¶ *Quam ducit eruptio*] Pal. tert. & Col. *quantum ducit erupt.* quart *quam ducit eruptio.*

Nec velut per ruinam) sic & Col. at Pall. abest vox *nec.*

Capvt VII.

Et Europam Asiamque disterminans) Quis non inte mireur (nisi hæc verba aliena & adulterina sint) Senecam in tanta notitia contra omnium opiniones, & contra veritatem ipsam, *Danubium* Asiæ Europæque terminum illa tuere: quas Tanaim diuidere certum est? mari enim mediterraneo & Tanai Niloque vniuersum terrarum orbem in tres partes diuidi compertissimum est. mare Europam ab Africa dispescit, Africam ab Asia Nilus, ex aduerso latere Asiam ab Europa Tanais. Lucanus lib. 3:

--qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripis, Asiaque & terminus idem Europæ, & media dirimens confinia terra. sic Fortunatus. & vero mei item seruãt verba illa superiora, nisi quod Pal. quartus *discriminans*, quod & fere videtur in reliquis, sed fere tãtum. nam nullum iis plerumque discrimen inter *e* & *i*, si quando sequitur literam *s*.

Subito & ex occulto] Pal. tert. & Col. *subito se & ex occ.* quart *subito ex se & ex occulto.*

Quorum vires quam repentina quam breues] sic Col. at Pal tert *quorum vires tam repentina quam br.* quart. *q. vires tam repentina tam breues.* Nicotii liber, Col. meus & editio Fortunati, Erasmi *qu. vires quam repentina, tam breues*, quod placet.

Omnis hæc aquarum) sic Erasmus. at Fort. meisque abest dictio, *hæc.*

In vada refunduntur) sic & Pall. nam Col. *referuntur.*

Vbi omnes sunt) citat ista Scaliger ad Ætnam Seueri, vbi est,

Non illa ex tenui vacuoque agat aucta necesse
Confluuia, & raptis accessat ea vndique ab vndis,
Et trahat ex pleno, quod fontem contrahat, amne.

Nisi ex reposito multo que funderet) Palat. tert. *vbi ex rep.* quart. *nisi ex reposito multo ea funderet.* Col. *nisi ex reposito multo funderet.*

Donec decrescat verberabit] sic & Palat. tert. quart. at Col. & Pinc. scripti *donec crescat verb.*

Riuus affluens exedat) Palat. tert. *riuis affluens exedat.* quart. *riuus affl.*

Nec vltra illos scit producere) mei tres alia posita; *nec illos scit producere vltra animum.*

In abscondito terræ) sic & mei tres. Memmii atque Nicotii, *in abdito terræ.*

Quo minus in abscondito litus illic habeatur) sic Erasmus & Pal quart. at vox *illic* abest editis a Fort. item reliquis meis exempp. duobus, quorum Palat. tert. *quo minus etiam habeatur in abscondito litus.* quart. *quo minus illic quoque habeatur. Habetur aliquod etiam in abscondito litus.* Memmii & Nicotii, *quominus illic habeatur in abdito litus.* equidem videri queant illa, *in abscondito* a glossa, reponendumque, *quominus illic quoque habeatur litus &c.*

Quod superiora) cusi prius & mss. omnes, *quo superiora.*

Abstrusa enim & sine possessore) sic & Colon. nam Pal. tert. abest vox *enim*, vt & quart. in quo, *obstrusa etiam sine &c* qui & habent post, *natant* pro *vocant.*

Et omnis aer creat) ita & Col. at Pal. tert. *crepat.* quart. *circumeat.* superscriptumque tamen, alias, *creat.*

In conspectu collocatas) sic Pal. tert. at quart. *in prospectu coll.* Col. *in prospectu.*

Potest accedere ac decedere) sic Fort. & Eras. at Col. *ac retegere.* Pall. vero duo *potest recedere ac retegere.*

Capvt VIII.

Quibus narratur Nili) Palat. tert. *enarratur.* quart. *variatur.* quod non ita ineptum. nam & marg. Erasmi, *enarratur.*

Nec sperare quisquam potest] Col. *quidquam.* Pal. quart. annotat alias legi, *superare.*

Et aquæ nec pediti eluctabiles) sic & Col. & Pal. tert. at quart *& aqua impedita, eluctabiles nec nauigio.*

Sine accessio est Nili) Pal. tert *sine accessione sit Nili.*

Et in imo coactum) Colon. *& in duo coactum.* Pall. *& in vno coactum.*

Tanto impetu possint) Pal. tert. *tanto spiritu.*

Capvt IX.

Ignem causam motus quidam & quidem non eandem iudicãt) est ita in Fort. mss. prius cusi, *motus terrarũ quidã, sed & quidam non ob eandem causam iudicant.* vt & refert Pal. tert. & Col. nisi quod vterque destituatur voce *terrarum.* Col quidesideret voculam *&.* nam quart. *Ignem causam motus terrarum quidam iudicant*, reliquis neglectis.

Et aera concuti & terram) ita bene coniecit Fortunatus, firmantque membranæ Col. & Pal. quart. nam tert. *& aere concuti & terram.* antiquitus impressi, *& aere concuti terram.*

Cum in inferiore parte) sic & Col. at Pall. abest, *in.*

Eadem vi qua apud nos) ita rescripsit Fort. antea erat, *et eadem via qua apud nos*; quomodo & Pal. tert. nam quart. *eadem in aqua apud nos.* Col *eadem via qua apud nos*

Hic ipse in obitu] sic vett. mss Fort. vt & Pal. tert. olim impressi, *Hunc ipse.* quart *Hinc ipse.* Col. *Hoc ipse.*

Aut vi atque iniuria] Pal. tert. & Colon. *aut vi aut iniur.* quart *aut vi aut iniuriam.*

Sed quia pluribus obrutus locis ardeat) ita Fortunatus se legere ait contra omnia exempll. mss. quæ, *obrutum*; quomodo etiam mea tria.

Tunc chasmata, tunc hiatus) Scaliger ista, vt & præcedentia & seqq producit ad Ætnam Seueri, vbi est, *Vt cum densa tremant &c.*

Aut cum dea autamere] ita legendum coniecit Pincianus, cum esset in mss. eius *aut itamerunt*, vti & ediderat Erasmus. & vero cum & sic quoque seruent mei item Mẽmii ac Nicotii, id libens reduxerim, tanquam quod idem signet atque alterum illud.

Super ea se qua supersunt flo atque componunt) sic cusi. at Pal. tert. *flatque.* quart *super ea seque supersunt qua constant se componunt.* Col. *super ea seque supersunt flatuque comp.*

Et tam diu differuntur atque incerta sunt] Memmii liber & Nicotii, *deferuntur.* quomodo & Colon. & Pal. tert. at enim quart. *referuntur*, quod probarim, aut potius mediũ.

Capvt X.

Sed intra ipsam & ex ipsa] sic editi ab Erasmo, vt & Pal. quart. at Fort. *& in ipsa*, quod & in Col. meo. nam tert. *sed inter ipsam & in ipsam* Pinciani codd. *sed intra ipsam & in ipsam.* ¶ *Quum aut humor soluerit*) Palat tert. quart. Col. *humore sol.* placet quod est in Fort *humor resoluerit.*

Deinde cum deciderunt] Colon. & Palat. tert. *conciderint.* quart. *conciderunt.*

Concutit fluctu, quem subitum vastumque) ita legit Fort. vetuste impressi, & Palat. tert. quart. *fluctum.* Col. *concussit, fluctum quem sub.*

Illisum ex alto pondus eiicit] Col. *pondus elisit.* Pal. quart. *eiecit*, qui, vt & tertius, seruat *illisum.*

Capvt XI.

Qui vi sua spiritum intendit] Col. *incendit.* Pall. *qui in sua sp. intendit.*

Opposita diffundit) ita & mei scripti & Pinc. qui tamen quærit, quid si legas, inquit, *diffindit.*

Vaporatione inundantium aquarum) mei duo, *vaporationem inundantium vndarum*, quomodo & Pal. quart. nisi quod ei absit vox prima *vaporatione* & aliquot præterea quas transilit. Memmii ac Nicot. *vaporatione fluctuantium aquarum.*

Quicquid pulsauerit agitat) sic cusi. at mei. *agitatur.*

Capvt XII.

Archelaus antiquitatis diligens] ita & mei tres & cusi omnes, ne quis suspicetur de mendo.

In infernas sedes] Col. & Pal. quart. *infernas*. tert. *in infernas sedes*.

Et inquieto per superiores dies aer fletu] ita quidem Mureti editio. at Erasmi amplius duabus vocibus, *dies a cælo aer fletu*, quomodo & mss. mei tres. forte legendum transpositis verbis *& inquieto cælo per sup. dies aer fletu*. Fortunatus vulgauit, *eam in quietus per sup. dies a cælo fletu*.

Quod si receperimus] Pal tert. & Col. *recepimus*.

Quidnam accidere possit] iidem duo, *quidnam acc.* quart. *quid inde accid.* prima lectio extat in Erasmianis, media in Fort.

CAPVT XIII.

Modo humido mixta) ita & Fort. & Erasmus, nec non mss. mei tres. Lectius conijciebat, *modo humida, modo mixta*.

Et sine interclusus] Pal. quart. *vt sine &c.*

Sive per angusta elisus est) Palat quart. *et visus est*. ora edit Erasmi, *elisus est*. prius tamen extat in mss. Fort.

Et rerum natura inquisitor fuit) sic & mss. veniebat tamen mihi in mentem, *inquisitor*, de quo dictum alibi in Suspicionibus.

Atq; omnes sub terra recessus) mei tres, *omnis*, vt singulari proferatur numero.

Quia eo se calor contulit] Pal tert. destituitur voce *eo*. at quartus habet eius loco *illo*. Col *illo*.

Dumq; rixa spiritus) sic Erasmus. Palat. tert. *Dum ita sp.* quart. *Deinde rixa* Col *dum rixa*; quod & in Fortun mss. qui volebat, *Deinde dum rixa*.

Et in angustum pressus) Pal. tert *angulum*.

Proxima quæq; remolitur] Col. *reuoluitur*.

Desinit calidi congregatio) sic edit. at Pall. mei, *desit*. Col. *desedit calidi congr.*

Dum ergo alterna vis] Pal. tert. & Col hæc annectunt superioribus, scribuntque, *dum alterna vis &c.* sine voce *ergo*. quæ nec comparet in quart. qui, *dum alternat vis*.

Solet mugitus audiri) Trebellius Pollio auctor est *imperante Gallieno auditum tonitru, terra mugiente, non Ioue tonante, quo motu fabrica multa sunt deuorata, multi terrore mortui* Apuleius lib. de mundo: *Mycetias vocatur terri sonus, inquietudo terrena. audiuntur mugitus interioribus mugitibus expressis, cum spiritus inualidus ad terram mouendam per aperta telluris inuentis itineribus progreditur*. ibi Vulcanius.

Spiritus commeat, concutitur) sic quidem & Curionis editio, sed ea priores, item mss. mei duo & Memmii ac Nicotii, *spiritus commeat, terra concutitur* Pal. meus quartus, *spiritu terra concutitur*, sine voce *commeat*.

CAPVT XIV.

Sanguine irrigatur & spiritu) aliquoties meminit huius loci Scaliger ad Ætnã Seueri, nominatim versu *Ignibus irriguus* &c. ¶ *Quæ per sua itinera decurrit*] Pal quart. Col. Memmii ac Nicotii codd. *decurrit*. tert. *qui sua itinera discurrit*, absq; verbo *per*.

Quæ vicem sanguinis tenens) Pal. tert. *sang. gerunt & tenent*.

Alicubi concurrunt, alicubi consistunt) sic ex scriptis suis Pincianus, vt & Col & Palat quart. nam Fort. *alibi &c. alibi consist* quomodo Pal tert. Erasmi, *alicubi concurrunt, alibi consist.* Memmii ac Nic. libri, *alicubi currunt &c.*

Vt si aliquid aduersi est, mutat crebrius) C. *aduersum est mutat cr.* Pal. tert *vt si aliquid aduersi est mutat cr.* quart. *nisi aliquid aduersi est mutat cr.*

Quibus animal placet esse terram nam si hoc est, quemad. animal tota vexationem &c.] sic impressi. at Pal tert tantum habet, *quibus animal totam vexationem &c.* quart. *quibus animal placet esse terram, nisi hoc est quemad. animal totum vexationem* Col *quibus animal placet esse terram, nisi hoc est, quemad. animal totam vex &c.*

Alias partes moderatius impellit, sed &c.) ita Mureti quidem editio. at priores *moratius*; quod & manet in Col. ac Pal. tert. item quarto, qui tamen interserit *alias partes moratius alias citius impellit*; quomodo & olim vulgg. quod displicet Fort. neque est in scriptis eius.

Nunquid intret in illam spiritus] ita ex mss suis restituit Pincianus. nam Fort & Eras. *nunc, quod intret &c.* Col. *nũc quid intret*, vt & Palat. tert. nam quart. *Vides ergo nunc quid*, non vt alii, *Vide*; etsi & tert habeat *Vide*.

Aliaq; deuenit, alia intercidit) sic & mei & Pinciani, qui tamen legendũ autumat, *interscindit*, non sane necessario.

CAPVT XV.

Abstractio sui recessit] sic Pal. quart at tert *ab imo sui rec.* Col. *abymo &c.*

Sed multos illi casus imposuit] ita & Pal. tert. at Col. *sed nudos et cas. &c.* quartus addita voce, *sed multos illi casus imposuit natura*; quomodo & olim impressi. quam reprehendit Fortunatus tanquam sensui molestam; vt, *casus*, verbo *imposuit*, *multos* vero, verbo *adesse*, respondeat.

Alicubi deduxit, quicquid) sic coniecit Pincianus. scripti enim eius, vti & mei & libri impressi, *induxit*.

Alia torrentes excedere] & hoc a diuinatione Pinc mss. enim eius, item Fortunati, & cusi *accidere*. tanquam esset a *cado*. solum Col. *alias torrente cecidere*.

Dirupta patuerunt] meæ membranæ *dirupta*. prius laudat Scaliger ad Ætnam Seueri versu:

Aut illa vorago Dirupta in præceps fatali conditur ore.

Mare & adegit] sic & Pall. at Col. abest dictio *mare*. Nicotii at Mem *mare & altius adegit*.

Et terram prementem reuerberat] Memmii liber *diuerberat*. Nicotii *deuerberat*. Palat. quartus verba ista quinque non habet: restant tamen reliquis duobus.

CAPVT XVI.

Et in quo fortasse fiet dissensio] sic & Palat quart. at tert *& quod fortasse &c* Colon. *& in quod fort. fiet dissensio*. Nicotii codex duplicem exhibet scripturam, *fimet dissensio*, item *fiet discessio* Memmii, *& in quod fortasse fiet dissensio*. facilis hinc emendatio, *& in quod fortasse fiet discessio*; vt alludat ad vocem quæ frequens in Senatu.

Quemadmodum tam diuersas radices] vox *tam* abest Col & Pal. quart at tert. *quemadmodũ tam diuersis radices*.

Et haustu atque alimento suo educantur) sic ex suis Pinc. Erasmi editio aliæque *sui*. prior extat & in Colon. nisi quod is, *educandu*. Palat tert. *& haustu atq; alimento suo educantur*, quomodo & quart. nisi quod & is, *educandu*.

Quarum iniri non potest numerus] mss. mei & prius editi *inuenire*.

Alimentum ex terreno trahunt) sic etiam vterque Pal. nam Colon *ex terris* Memmianus, *alimenta externa trahunt*; vnde fingit Opsopœus, *alimenta ex terra trah.* nihil mutauerim.

Tantaq; & se ipsa maiora] ita & Pal. quart at Col. *tantaq. seipso maiora*. Pal tert. *tantoq; se ipsa nutrire*. forte *tantoque se ipsa maiora &c.* haud tamen temere aliquid mutauerim.

Quam multum spiritus lateat intus, & cæca] sic & membranacei mei tres. Memmii, *spiritus interlateat, & cæcas* nec displicet.

Necesse est id sæpe moneatur) ita & Col at Palat tert. *necesse est vt ita sæpe &c.* quart. *necesse est id sæpe vt ipsum moneatur*.

Et tam versabile) deleuerim particulam *&*, fide meorũ.

Et vagatione gaudens] sic & Col. at Fort. codd item Pal. tert. Men. Nic. *& agitatione*. Palat. quart. *& fatigatione gaudens*.

CAPVT XVII.

Cum illi cursus &c) malim cum meis, *quando illi &c.*

Et moras suas abrumpit) ita vett. exempp. Pinc. prima cusi, vt & mei tres, *arripit*.

Non aliter quam illo poeta. pontem indignatus Araxes] sic Erasmi editio ex coniectura Fortunati, cuius mss *poeta*. vnde forte legendu putabat, *illud poeta*, aut *ille poeta*. equidem est in Palat. tert. *quam ille poeta indignatus*, sine voce *pontem*, sed tamen cum restet in quart. & Colon. *non aliter quam illo, pontem indignatus Araxes*; id libens recceperim, vt *ille* respiciat *flumen*, quomodo & erat in Memmii ac Nicotiano, placebatque Opsopœo, vt & prius Scaligero, ad illud carmen,

Sic fumant, quondam vt ripas traiecerit amnis

Vix iunctus, ex Ætna Seueri, quæ videantur.

Vel casu illata pressere venientem) ita reposuit Erasmus, probabatque Fortunatus, etsi ipse suo nomine restituerit, *vel casu illata in latere press* hoc ideo quod extet in mss. eius, *vel casu in latere press.* equidem & illud *in latere* est in

Mem.

Me n Nicot. Colon. ac Palat. quart. sed non etiam *sliatas* quod tamen solum malim. nam tert. *vbi saxa vasa vel manu pressere*, sine voce intermedia.

Cum his qua iacebant fugit.) ita & Curionis editio, at Fort. & Erasmi, item Pall duo, Memmianus & Nicot. *cum iis qua obiacebant fugit.* quod omnino reducendum. Col. *qua obiecio bat aufugit.*

Cursus rapitur) sic Erasinus & Fort. cuius codd *eo cittus rapitur.* at editio prior, *eripitur*: vnde fingit Pincianus, *erumpit*; quanquam inquit, in vetere lectione desideretur omnino hoc verbum. sic ille. at plane tamen extat *eripitur* in Pall. meis & Col.

Septum omne disturba:] sic Erasmus. at Fortunati editio, *septem omnes dist.* quomodo & fere Pal. quart. nam is, *septus omnes.* tert. vero & Colon *ceptus omnis.*

Scibcet eius parta sub qua pugnatum est] sic cusi & Pal. tert ac Colon. nam quart. *s^o eius partes sub &c.* Nicotianus, *solius eius parta sub.*

In ipsis quaestionum] sic & Pal. tert. sed malim cum reliquis duobus. *in his ipsis quaest.* vt alludat & ad suas *quaestiones* has *naturales.*

CAPVT XVIII.

Hic quamdiu impellitur &c.] ita Mureti editio, vt & antea Curionis, sed plane contra mentem auctoris. rescribamus auctoritate edite. Fort. atque Erasmi, *Hic quamdiu non impellitur*, quomodo & seruāt Pall. duo & Colon. item Memmianus. nam Nicotii; *Hic quamdiu non & in &c.* sine voce *repellitur.*

Et in vacanti spatio latet, iacet innoxius) sic & Colon. nam Pal. tert. *& vaganti spatio iacet, latet inn &c* quart. *& in vacanti spacio iacet innoxius*, sine voce *latet.*

Compellitq. & in arctum agit, scilicet adhuc) Pall. duo *arcum* Colon *artum*. Memmianus, *compellitq., in arctum agit scilicet.* Nicot. *compellitq., & in arctum ducit scilicet.* vnde Opsopœus legit *compellitq., adhuc cedit &c.* resectis aliis, tanquam si scholastica essent interpretatio.

Qua dum pulsata) sic & Col at Pall *ipsi.*

Infususq. per minima, laxamentum sibi parat] ita coniecit Pincianus, cum esset in mss. eius & olim cusis, *lax superat* Erasmi enim editio, *lax. superat in ind &c.* Fort. mss. Col & Pal tert *fususq. per min. lax. superatus.* quart. *inf. per min. lax. superat.* vti & Mem. & Nic.

Indomita natura potentia liber, vtiq. concitatus sibi ius suum vindicat] Erasmi editio, *indom nat pot. liberat, vtique cum concitatus sibi ius &c* Fortunati. *Indomita natura pot. libera est. vtiq. cum concitatus &c.* scripti eius *indomita nat pot. liberat. Est vtiq. tum concitatus &c* quomodo & habet Colon. meus & Memmianus item Pal. quart. nisi quod ei scriptum *pōs* loco *potentia.* nam tert. *ind. nat. potentia libera est. vtiq. cum concitatus.* Nic. *& indomita nat. pot liberat Est vtiq. cum concitatur, & sibi.* Scaliger ad Ætnam Seueri, versu. *Si cessant a turo*, citat verba isthæc hac forma; *inf. per minima laxamenta superat indomita natura potentia liber, at vtiq. quum concitatior ius suum sibi vindicat.*

Hunc voluerant videri) Pall quart *hinc.*

Motum efficit spiritu) sic quidem editus a Mureto, at alii omnes, vt & mei membranacei, *quod motum efficit spiritus.*

Aut sub accessionem cursu suo) sic cusi & Col. ac Pal. tert. at quart. *aut sub accessione febris a cursu suo.*

Tunc parum potens perferendis] ita & meorum duo. at Palat. quart. alia constructione; *tunc parum potest perferendis his qua suo vigore tendebat. & deficiens &c.*

Qua suo vigore tenebat] Pall. *tendebat.* Col. *tendebat.*

Quicquid integer tulerat) ita contra omnes mss. suos fingebat Fortunatus, in quibus *integrum*, quomodo & Colon & Palatinus tertius. at quartus tamen, *integer*, vt referatur ad *spiritum.*

CAPVT XIX.

Metrodorum Chium necesse est audiamus] Palat. tert. & Colon. *Metrod. Chium quia necesse est aud* quart. *Metrodorum autem Chium quia necesse &c.*

Quomodo in dolio cantantis vox per totum) ita scriptū Fortunati. prius impressi. *Quomodo cum in dolio cantatur vox illa per totum*, vti & est in Palat. quart. & Coloniensi. at tert. *Quomodo cum in dolio cantantis vox illa per tot*

Scaliger in Ætnam Seueri, putat hæc intelligenda de *cadis* quibus impactæ tibiæ erant; quæ cum ex quadam parte hominis spiritu animarentur, cantum edebant distinctum foraminum varietate: id quod pneusticis fiebat regularum motu, quas vulgo *Marcas* dicimus. Abeo *pythaula* dicebantur eorum *vexillum*. Varro ὄνος λύρας;

Inflet priusquam tibiam orchestra,
Domi sua Pithaula ramices rupit.

item Propertius lib 4:

Tibia Mygdoniis cantat eburna cadis.

Ascaules vero quem Latine *vtricularium* dicimus, pene idem facit. hoc tantum differunt; iste instigans ventum conceptum, exanimat vtrem, ac veluti exprimit cubito: vt in Copa:

Ad cubitum raucos excutiens calamos. *Pithaula* vero, enim inspiratam in cado ligneo aut eburneo concepisset animam, per fistulam vocalem, foraminibus in ea dispositis, ita modulationes, & vt Gellius loquitur, *frequentamenta* distinguebat.

Et tam leniter mota tamen circuit) ita mss. Fort. & Pal. tert. ac prius cusi, *& tam leniter mota tamen &c.* quomodo & Pal. quart. nam Colon. *& cum leniter mota cum circuit.*

Sic speluncarum sub terra pendentium vastitas] ita impressi omn & scripti mei I. C. quidam quærit; quid si inquit ita *patentium vastitas*, h. e *apertarum speluncarum* satis ille inscite. ergo & mutetur istud lib. 4. Georg. Virg.

Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum; item 1 Æneid.

Horrentiq. atrum nemus imminet vmbra:
Fronte sub aduersa, scopulis pendentibus antrum &c.

nec non illud Ouidii Epistola ad Phaonem:

Antra videnť oculis scabro pendentia topho.

verum nos de hisce amplius lib 5. cap. 7. Opinion.

Inania indito clamore sonuerunt] Pal. tert. *inania vel inclito indico clamore sonuerunt.* quart. *inania indito more son.* Col *in anima indico mare sonuerunt.*

CAPVT XX.

Etiamnunc quemadmodo de spiritu dicebamus) sic Mureti editio, at Fort & Eras. *Etiamnunc quomodo de sp* Palat tert. *etiam tunc quomodo hoc spiritu* quart. *Etiam quomodo nūc de spiritu dic.* Col *Etiam nunc quō de sp. &c.*

Per qua & in qua cadit] ita & Pal. quart. & Col. at tert. vt & Nic. *per qua, vel in qua cadit*, nescitque Opsopœus an diuersa lectio hic notata sit.

In continentem terram repellitur] ita & mei tres. Mem. ac Nic. *in concurrentem terr.*

Qua parte maxime tendit, exagitat] ita quidem codd. Pinciani, sed alio positu; nempe, *qua parte tendit exagitat maxime.* Erasmi editio aliæque, *qua parte maxime pendet exagitat*, quomodo & Mem ac Nicot. item Pall. vterque nec nō Col. meus, nisi quod ille excludat vocem *maxime.*

Altius sidit] mei. *sedet.*

Eam scilicet terra partem mouet) ita & Pal. tert. at quart. & Col. alio situ, *eam s partem mouet terra.* Nicot. *eam scilicet partem terra mouet* putarim cum Opsopœo illa *scilicet terra*, esse ab interprete.

Nonnunquam in coacta itinera coniectus] sic vetustior etiam lectio at Fort. legendum forte putabat, *in arcta itinera*; nam mss eius, *in terrena itinera*; quomodo & Pinciani membranæ, Memm. i, Nicotii, meique adeo tres.

Alio intrante aere) ita & tres mei, at veteri cod. Memmii abest vox *aere*, neque admodum requiritur.

Fortasse aliqua parte terra) Col. ac Pal. quart. *pars.* nam tert. hanc periodum omisit.

Quibus vitiatis ac recedentibus) ita restituit ex mss. Fort. prius cusi, *quibusdam tam vitiatis.* Col. *quibusdam vitiatis &c.* Pal. quart. horum loco verborum promit, *impulsis ac recedentibus.*

Causam motus esse maiorem] sic & Pal. tert. at reliquis duobus abest vox, *maiorem.*

CAPVT XXI.

Ignem spiritus concitatus) videatur Scaliger ad illud Seueri in Ætna.

Pracipiti deiecta sono premit vnda fugatq. Torrentes auras,

In infernam sede] Col. & Pal. quart. *inferna.* tert. *in infernas sedes.*

Et inquieto per superiores dies aer stetit] ita quidem Mureti editio. at Erasmi amplius duabus vocibus, *dies in cælo aer stetit*, quomodo & mss. mei tres. forte legendum transpositis verbis *& inquieto cælo per sup. dies aer stetit.* Fortunatus vulgauit, *tamen quietus per sup. dies a cælo stetit.*

Quod si recepimus] Pal. tert. & Col. *recepimus.*

Quid nis accidere possit] idem duo, *quidnam nisi.* quart. *quid inde accid.* prima lectio extat in Erasmianis, media in Fort.

Capvt XIII.

Modo humidis mixta) ita & Fort. & Erasmus, necnon mss. mei tres. Lectius conficiebat, *modo humida, modo mixta.*

Et sine interclusus] Pal. quart. *vt sine &c.*

Sine per angusta eniisus est) Palat. quart. *et visus est.* ora edit. Erasmi, *elisus est.* prius tamen extat in mss. Fort.

Et verum naturæ inquisitor fuit) sic & mss. veniebat tamen mihi in mentem, *inquisitor*, de quo dictum alibi in Suspicionibus.

Atq; omnes sub terra recessus) mei tres, *omnis*, vt singulari proferatur numero.

Quia eo se calor contulit] Pal. tert. destituitur voce *eo.* at quartus habet eius loco *illo.* Col. *illo.*

Dumq; rixa spiritus) sic Erasmus. Palat. tert. *Dum itu sp.* quart. *Deinde rixa* Col. *dum rixa*; quod & in Fortuo mss. qui volebat, *Deinde dum rixa.*

Et in angustum pressus) Pal. tert. *angulum.*

Proxima quoq; remolitur] Col. *reuoluitur.*

Desinit calidi congregatio) sic cuti. at Pall. mei, *desit.* Col. *desidit calidi congr.*

Dum ergo liberum vis] Pal. tert. & Col. hæc annectunt superioribus, scribuntque, *dum alterna vis &c.* sine voce *ergo.* quæ nec comparet in quart. qui, *dum alternat vis.*

Solet mugitus audiri) Trebellius Pollio auctor est *imperante Gallieno auditum tonitru, terra mugiente, non Ioue tonante: quo motu fabrice multæ sunt deuoratæ, multi terrore mortui.* Apuleius lib. de mundo: *Mycetias vocatur tetri odoris, inquietudo terrena. audiuntur mugitus interioribus mugitibus expressis, cum spiritus inualidus ad terram mouendam per aperta telluris inuentis itineribus progreditur.* ibi Vulcanius.

Spiritus commeat, concutitur) sic quidem & Curionis editio, sed ea priores, item mss. mei duo & Memmii ac Nicotii, *spiritus commeat, terra concutitur* Pal. meus quartos, *spiritu terra concutitur*, sine voce *commeat.*

Capvt XIV.

Sanguine irrigatur & spiritu) aliquoties meminit huius loci Scaliger ad Ætnã Seueri, nominatim versu *Ignibus irriguis* &c. ¶ *Qui per sua itinera discurrit*] Pal. quart. Col. Memmii ac Nicotii codd. *decurrit.* tert. *qui sua itinera discurrit*, absq; verbo *per.*

Quæ vitem sanguinis tenent) Pal. tert. *sang. gerunt & tenent.*

Alicubi concurrunt, alicubi consistunt) sic ex scriptis suis Pincianus, vt & Col. & Palat. quart. nam Fort. *alibi cõc. alibi cons.* quomodo Pal. tert. Erasmi. *alicubi concurrunt, alibi cons.* Memmii ac Nic. libri. *alicubi concurrunt &c.*

Vt si aliquid aduersi est, mutat [illegible] *aduersum est mutat &c.* Pal. tert. *si aliquid aduersi est natat &c.* quart. *nisi aliquid aduersi est mouet &c.*

Quibus animal placet esse terram nam si hoc est, quemad. animal tota vexationem &c.] sic impressi. at Pal. tert. tantum habet, *quibus animal totam vexationem &c.* quart. *quibus animal placet esse terram, nisi hoc est quemad. animal totum vexationem* Col. *quibus animal placet esse terram, nisi hoc est, quemad. animal totam vex &c.*

Alias partes moderatius impellit, sed &c.) ita Mureti quidem editio. at priores *moratius*, quod & manet in Col. ac Pal. tert. item quarto, qui tamen interserit *alias partes moratius alias citius impellit*; quomodo & olim vulgg. quod displicet Fort. neque est in scriptis eius.

Nunquid intret in illam spiritus] ita ex mss. suis restituit Pincianus nam Fort. & Eras. *nunc, quod intret &c.* Col. *nũc quid intret*, vt & Palat. tert. nam quart. *Vides ergo nunc quid*, non vt alii, *Videris*; & tert habeat *Vide.*

Aliaq; deuexit, alia intercidit) sic & mei & Pincianii, qui tamen legendũ autumat, *interscindit*, non sane necessario.

Capvt XV.

Ab initio sui recepit] sic Pal. quart. at tert *ab imo sui recep.* Col. *ab ymo &c.*

Sed multis illi casus imposuit] ita & Pal. tert. at Col. *sed nudos et cas. &c.* quartus addita voce, *sed multis illis casus imposuit natura*; quomodo & olim impressi. quam reprehendit Fortunatus tanquam sensui molestam, vt, *casus*, verbo *imposuit, multos* vero, verbo *adiunxit*, respondeat.

Alicubi deduxit, quicquid) sic coniecit Pincianus. scripti enim eius, vti & mei & libri impressi, *eduxit.*

Alia torrentes excedere] & hoc a diuinatione Pinc. mss. enim eius, item Fortunati, & cusi *accidere*, tanquam esset a *cado.* solum Col. *alias torrenti recedere.*

Dirupta patuerunt] meæ membranæ *dirupta.* prius laudat Scaliger ad Ætnam Seueri versu:

Aut illa vtrinque Drepani in præcipiti fatalis conditur ore.

Mare & adegit] sic & Pall. at Col. abest dictio *mare.* Nicotii at Mem. *mare & altius adegit.*

Et terram prementem reuerberat] Memii liber *diuerberat.* Nicotii *diuerberat.* Palat. quartus verba ista quinque non habet: restant tamen reliquis duobus.

Capvt XVI.

Et in quo fortasse fiet dissensio] sic & Palat. quart. at tert. *& quod fortasse &c.* Colon. *& in quod fort. fiet discensio.* Nicotii codex duplicem exhibet scripturam, *fiet dissensio*, item, *fiet discessio* Memmii, *& in quod fortasse fiet dissensio.* facilis hinc emendatio, *& in quod fortasse fiet discessio*; vt alludat ad vocem quæ frequens in Senatu.

Quemadmodum tam diuersas radices] vox *tam* abest Col. & Pal. quart. at tert. *quemadmodũ tam diuersis radices.*

Et haustu atque alimento suo educantur) sic ex suis Pinc. Erasmi editio aliæque *suo.* prior extat & in Colon. nisi quod is, *educandis.* Palat. tert. *& haustu atq; alimento suo educantur*, quomodo & quart. nisi quod & is, *educandis.*

Quarum inire non potest numerus] mss. mei & prius editi *inuenire.*

Alimentum ex terreno trahunt) sic etiam vterque Pal. nam Colon. *ex terris.* Memmianus, *alimenta externa trahunt*; vnde fingit Opsopœus, *alimentũ ex terra trah.* nihil mutauerim.

Tantaq; & se ipsa maiora] ita & Pal. quart. at Col. *tantaq; se ipso maiora.* Pal. tert. *tantoq; se ipsa nutrire.* forte *tantoque se ipsa maiora &c.* haud tamen temere aliquid mutauerim.

Quin multum spiritus lateat intus, & caca] sic & membranacei mei tres. Memmii, *spiritus interlateat, & totus* nec displicet.

Necesse est id sæpe moueatur) ita & Col. at Palat. tert. *necesse est vt in sæpe &c.* quart. *necesse est id sæpe vt ipsum moueatur.*

Et tam versabile) delcuerim particulam *&.* fide meorũ.

Et vagatione gaudens] sic & Col. at Fort. codd. item Pal. tert. Mem. Nic. *& agitatione.* Palat. quart. *& fatigatione gaudens.*

Capvt XVII.

Cum illi cursus &c.) malim cum meis: *quando illi &c.*

Et moras suas abrumpit) ita vett. exempp. Pinc. prius cusi, vt & mei tres, *arripit.*

Non aliter quam ille poeta. pontem indignatus Araxes] sic Erasmi editio ea coniectura Fortunati cuius mss. *poeta*, vnde forte legendo putabat, *illud poeta*, aut *ille poeta.* equidem est in Palat. tert. *quam ille poeta indignatus*, sine voce *pontem*, sed tamen cum restet in quart. & Colon. *non aliter quam ille, pontem indignatus Araxes*; id libens receperim, vt *ille* respicias *flumen*: quomodo & erat in Memmiano Nicotiano, placebatque Opsopœo, vt & prius Scaligero, ad illud carmen,

Sic fumant, quondam vt ripas traiecerit amnis
Vix iunctus, ex Ætna Seueri, quæ videantur.

Vel casu illata præffere venientem) ita reposuit Erasmus, probabatque Fortunatus, etsi ipse non totus restituerit, *vel casu illata in latere preff.* hoc ideo quod extet in mss. eius, *vel casu in latere preff.* equidem & illud *in latere* est in

Mem.

Mem. Nicot. Colon. ac Palat. quart. sed non etiam *aliam*; quod tamen solum malim. nam tert. *vbi saxa casu vel manu pressere*, sine voce intermedia.

Cum hic qua tacebant fugit) ita & Curionis editio, at Fort. & Erasmi, item Pall. duo, Memmianus & Nicot. *cum iis his qua obtacebant fugit.* quod omnino redacendum. Col. *qua obieciebat nunc fugit.*

Cestus rapitur) sic Erasmus & Fort. cuius codd. *eo cestus rapitur.* at editio prior, *eripitur*: vnde fingit Pincianus, *erumpit*; quanquam inquit, in veteri electione desideretur omnino hoc verbum. sic ille. at planc tamen extat *eripitur* in Pall. meis & Col.

Septum omne disturbat] sic Erasmus. at Fortunati editio, *septum omnes dist.* quomodo & fere Pal. quart. nam is, *septus omnes.* tert. vero & Colon *septus omnis.*

Scilicet eius pretiis sub qua pugnatum est] sic cusi & Palat. tert. ac Colon. nam quart. *s. eius partes sub &c.* Nicotianus, *scilicet eius partis sub.*

In ipsis quaestionum] sic & Pal. tert. sed malim cum reliquis duobus, *in his ipsis quaest.* vt alludat & ad suas *quaestiones* has *naturales.*

CAPVT XVIII.

His quamdiu impellitur &c.] ita Mureti editio, vt & antea Curionis, sed plane contra mentem auctoris. rescribamos auctoritate edit. Fort. atque Erasmi, *His quamdiu non impellitur*, quomodo & seruat Pall. duo & Colon. item Memmianus. nam Nicotiis *His quamdiu non & in &c.* sine voce *repellitur.*

Et in vacanti spatio latet, iacet innoxius) sic & Colon. nam Pal. tert. *& vaganti spatio iacet, latet ina &c* quart. *& in nacanti spatio iacet innoxius*, sine voce *latet.*

Compellitq; & in arctum agit, scilicet adhuc) Pall. duo *arcum* Colon *artum.* Memmianus, *compellitq;, in arctum agit scilicet.* Nicot. *compellitq;, & in arctum dacit scilicet.* vnde Opsopoeus legit *compellitq;, adhuc cedit &c.* resectia aliis, tanquam sit scholastica essent interpretatio.

Qua diu pulsatu) sic & Col at Pall *qui.*

Insusumq; per isamum, laxamentum sibi parat] ita coniecit Pincianus, cum esset in mss. eius & olim cusis, *lax superat* Erasmi enim editio, *lax. superatus ind. &c.* Fort. mss. Col & Pal tert *susumq; per mor. lax. supernatus.* quart. *ius. per mor. lax. superat.* vti & Mem. & Nic.

Indomita natura potentia liber, vtiq; concitatus sibi ius suum vindicat] Erasmi editio, *indom. nat. pot. liberat, vtique cum concitatius sibi ius &c* Fortunati, *Indomita natura pot. libera est, vtiq; cum concitatius &c.* scripti eius *indomita n it. pot. liberat. Est vtiq; cum concitatus &c* quomodo & habet Colon. meus & Memmianus: item Pal. quart. nisi quod ei scriptum *pōa* loco *potentia.* nam tert. *ind. nat. potentia libera est. vtiq; cum concitatus.* Nic. *& indomita nat. pot liberat Est vtiq; cum concitatur, & sibi.* Scaliger ad ad Ætnam Seueri, versu, *Si cessant n ture*, citat verba isthaec hac forma; *ins. per minima laxamenta superat indomita natura potentia liber, at vtiq; quum concitatior ius suum sibi vindicat.*

Hunc voluerant videri) Pall quart *hinc.*

Motum efficit spiritu) sic quidem editus a Mureto, at alii omnes, vt & mei membranacei, *quod motum efficit spiritus.*

Aut sub accessionem cursu suo) sic cusi & Col. ac Pal. tert. at quart. *aut sub accessione fobrui n cursu suo.*

Tunc parum potens perferendis] ita & meorum duo. at Palat. quart. alia constructione; *tunc parum potest perferendis his qua suo vigore tendebat & deficiens &c.*

Qua suo vigore tenebat] Pall. *tendebat.* Col. *tendebat.*

Quicquid integer tulerat) ita contra omnes mss. suos fingebat Fortunatus, in quibus *integrum*, quomodo & Colon & Palatinus tertius. at quartus tamen, *integer*, vt referatur ad *spiritum.*

CAPVT XIX.

Metrodorum Chium necesse est audiamus] Palat. tert. & Colon. *Metrod. Chium quia necesse est aud* quart. *Metrodorum autem Chium quia necesse &c*

Quomodo in dolio cantantis vox per totum) ita scripti Fortunati. prius impressi, *Quomodo cum in dolio cantatur vox illa per totum*, vti & est in Palat. quart. & Coloniensi. at tert. *Quomodo cum in dolio cantantis vox illa per tot* Scaliger in Ætnam Seueri, putat haec intelligenda de *cadis* quibus impactae tibiae erant; quae cum ex quadam parte hominis spiritu animarentur, cantum edebant distinctum foraminum varietate: id quod pneusticis fiebat regularum motu, quas vulgo *Marcas* dicimus. Ab eo *pithaulae* dicebantur eorum τεχνῖται. Varro ὄνῳ λύρας:

Inflet priusquam tibias in orchestra,
Domi sua Pithaula ramices rupit.

item Propertius lib 4:

Tibia Mygdoniis cantat eburna cadis.

Ascaules vero quem Latine *vtricularium* dicimus, pene idem facit. hoc tantum differunt; iste instigans ventum conceptum, exanimat vtrem, ac veluti exprimit cubito: vt in Copa:

Ad cubitum rauces excutiens calamos. *Pithaula* vero, cum inspiratam in cado ligneo aut eburneo concepisset animam, per fistulam vocalem, foraminibus in ea dispositis, ita modulationes, & vt Gellius loquitur, *frequentamenta* distinguebat.

Et tam leuiter motu tamen circuit) ita mss. Fort. & Pal. tert. at prius cusi, *& tam leuiter mernta tamen &c.* quomodo & Pal. quart. nam Colon. *& cum leuiter mota cum circuit.*

Sic speluncarum sub terra pendentium vastitas] ita impressi omn. & scripti mei I.C. quidam quaerit; quid si inquit ita: *pendentium vastitas*, h.e *apertarum speluncarum* satis ille inserte. ergo & muterur istud lib. 4. Georg. Virg.

Postquam est in thalami pendentem pumice tecta
Peruentum. item 1 Æneid.

Horrentiq; atrum nemus imminet vmbra:
Fronte sub aduersa, scopulis pendentibus antrum &c.

nec non illud Ouidii Epistola ad Phaonem:

Antra vident oculis scabro pendentia topho.

verum nos de hisce amplius lib 5. cap 7. Opinion.

Inanem indito clamore sonuerunt] Pal. tert. *inania vel inclito indice clamore sonuerunt.* quart. *inania indito more son.* Col *in anima indico mare sonuerunt.*

CAPVT XX.

Etiamnum quodmodo de spiritu dicebamus) sic Mureti editio, at Fort & Eras. *Etiamnum quomodo de sp* Palat. tert. *etiam tunc quomodo hoc spiritu* quart. *Etiam quomodo nūc de spiritu dic.* Col. *Etiam nunc quō de sp. &c.*

Per qua & in qua cadit] ita & Pal. quart. & Col. at tert. vt & Nic. *per qua, vel in qua cadit*, nescit que Opsopoeus an diuersa lectio hic notata sit.

In continentem terram repellitur] ita & mei tres. Mem. ac Nic. *in concurrentem terr.*

Qua parte maxime tendit, exagitat] ita quidem codd. Pinciani, sed alio positu; nempe, *qua parte tendit exagitat maxime.* Erasmi editio aliaeque, *qua parte maxime pendet exagitat*, quomodo & Mem ac Nicot. item Pall. vterque nec nō Col. meus, nisi quod ille excludat vocem *maxime.*

Altius sidit] mei, *sedet.*

Eam scilicet terra partem mouet) ita & Pal. tert. at quart. & Col. alio situ, *eam s partem mouet terra.* Nicot. *eam scilicet partem terra mouet* putarim cum Opsopoeo illa *scilicet terra*, esse ab interprete.

Nonnunquam in coacta itinera coniectus] sic vetustior etiam lectio at Fort. legendum forte putabat, *in arcta itinera*; nam mss eius, *in terrena itinera*; quomodo & Pinciani membranae, Memmii, Nicotii, meique adeo tres.

Alio intrante aere) ita & tres mei, at veteri cod. Memmii abest vox *aere*, neque admodum requiritur.

Fortasse aliqua parte terra) Col. ac Pal. quart. *pars.* nam tert hanc periodum omisit.

. *Quibus vitiatis ac recedentibus*) ita restituit ex mss. Fort. prius cusi, *quibusdam iam vitiatis*, Col. *quibusdam vitiatis &c.* Pal. quart. horum loco verborum promit, *impulsis ac recedentibus.*

Causam motus esse maiorem] sic & Pal. tert. at reliquis duobus abest vox, *maiorem.*

CAPVT XXI.

Ignem spiritus concitatus) videatur Scaliger ad illud Seueri in Ætna,

Praecipiti delecta sono premit vnda fugatq; Torrentes auras,

Qui potest dissipare) mei tres & Memmianus ac Nicot. *& potest &c.*

Et nouos montes subrectos) ita Erasmi editio. Fortunatus ait legendum *subiectos*: eius enim mss. vt & Nic. Mem. Pal. tert. *subiectos*. quart. *sbiectos*. Col. *subtus*.

Ponere. Therasiam nostra ætatis insulam &c.) sic male Mureti editio. nam Fortun. codd. scripti, *ponere. Therem & Themam & hanc nostra &c.* vnde ipse facit, *Theram & Therasiam*, vel *Theram & Thiam*; quia sequitur, *& hanc nostra ætatis &c.* *Thia* enim principatu Claudii enata: *Thera* vero & *Therasia* ante Senecam annis plus minus ducentis. idem quærit, an non legi posset, *Theram & Hieram*: quanquam, inquit, *Hiera* quoque ante ætatem Senecæ enata. videtur ergo suæ ætatis insulam illam intelligere, quæ inter *Theram* & *Therasiam* cum flammis totum mare inuoluentibus enata est, de qua dictum supra cap. 26. lib. 2. addatur & Strabo lib. 1. item Plinius lib. 2. cap. 87. Eusebius in Chronico, Iustinus lib. 30. & ibi Bongarsius noster. Pincianus locum istum ita castigandum censet, *ponere Theram & Therasiam Thiam nostra ætatis insulam spectantibus nautis in Ægeo &c.* Memmii liber, *Thereytheraam & hanc nostra ætatis ins. spect. nobis in Æg.* Nic. *Therem & Theram nostra ætatis insulas sp. nobis in Æg mari natas*. Palat. tert. *ponere Theren & Themam & hanc nostra ætatis insulam spectantibus nobis in eges mari nata*. quart. *in medio mari. Therem & Theream, nostra ætatis insulas spect. nobis in Ægeo mari natas*. Col. *ponere Therem & Thirriam hanc nostra ætatis insulam, spect. nobis in Egeo mari amnis quis dubitat &c.* Erasmus edidit; *ponere. Therem. & Theream hanc nostra ætatis insulam, spect. nobis in Æg mari enatam*, ad oram vero ad vocem *Theream* notatum, *forte Therasiam, siue Thiam*. Brodæus lib. 5. cap. 35. Miscellan. suspicatur legendum, *Theren, & Thiam hanc nostra ætatis insulam spect. nobis.* quasi id confirmet Plinius d. c. 87. ac lib. 4. cap. 12. item Dio lib. 60 ... [illegible]

Spectantibus nautis) ita coniecit quidem Pincianus, sed contra omnes scriptos, etiam & editos. nam Fortun. & Erasmi, *spect. nobis*.

Vtrumque nomen) ita scripti Fort. prius cosi, *vtrumque*, quod & in meis tribus.

Succussio est) ea est species quam sic tangit Apuleius de mundo. *Sed qui subsiliunt excutientes onera & recuperantes, Brastæ vocantur*. ibi Vulcanius.

Inclinatio) alludit ad Græcam appellationem ἐπικλίντων. quam vero ipse *inclinationem* vocat, alii ἐπισεισμὸν dixerunt. de horum motuum variis nominibus consule Apuleium lib. de mundo & ibidem Vulcanium.

Quæ in latera nutat nauigii more) sic coniecit Fortun. prius fuerat, *quæ altern nutat nau.* quod & in Colon. nisi quod is, *qua*. Pal tert. *quam in latera nutat alterum nauigii more*. quart. *quæ mutatur alterum nauigii more*.

Nam nec succutiuntur tunc omnia, nec inclinantur) Pincianus ait forte legendum *mænia*, loco *omnia*, quod tamē in meis; quippe Palat. tert. *nam nec tunc omnia succurrunt*. quart. *nam nec cum succutiuntur tunc omnia inclinantur*. Col. fauet vulgatis.

CAPVT XXII.

Per vices vehiculorum plurium tracta sunt) ita & Pall. duo. Col *per vices plurium tracta sunt*. Nicot. *per vices vehiculorum tracta*. male. nam, vt recte Opsopœus, intelligenda hæc de *longo vehiculorum ordine*, vti loquitur noster Epist. 90.

Tremore collapsa) ita Romana editio. at aliæ omnes, item plurimi mei codd. addunt, *tr. coll. sunt*.

Quæ impendent rupibus aliqua) sic mss. Fortunati. prius cusi, *quæ impendere rupibus aqua*. quomodo & Col. nam Pal. tert. *quæ impediunt rupib. aqua*. quart *quæ impenderunt rupib. aliqua*.

Quo aut plus ponderis habuit aut venit altius) ita impressi. at Pall. duo, *quo aut plus ponderis venit aut altius*. Colon. *quo amplius ponderis venit aut altius*, sine voce *habuit*. equidem non timide suspicor adhuc alias dictiones eiici posse, vt fiat, *quo amplius venit aut altius*.

Nec tantum pondere suo) ita exempp. Fortun. & Colon. olim vulgg. *tamen*, quod & in Pal. tert. nam quart. *totum*.

His ad quæ religatus est] Palat. tert. *his neque relig.* quart. *quod his obligatus est auferre*. restat tamen prima scriptura in Colon.

Oneri ferendo] ita & Colun. & Pal. tert. nam quartus, vt & veteres cusi amplius, *oneri ferendo idoneum*, quod vltimū verbum displicebat & Fortunato, tanquam otiosum & inane.

Tunc illa præcipitata rupes, quicquid ab imo repercussit) est a diuinatione Pinciani. nam scripti eius, vt & editi a Fortun. & Eras. *ab illo rep.* quomodo & mei tres, nisi quod Pal. quart. *quicquid ab illo percussit*.

Non pussura consistere, succutit) & hoc coniecit Pinc. cuius scripti, vt & mei duo, nec non Memmii, Nicotii, item Fort. & Erasmi, *non pussura consistere sonitu venit*, quod hercle, si non Senecæ, certe Virgilii est qui sic 8. Æn.

Namque improuiso vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repente.

verum ne sic quidem locum puto purum, nec enim placet supra illud, *illa præcipitata rupes*. sed & vbi legimus, *vasti ponderis deducunt*, est in Pal. tert. *deducunt*.

CAPVT XXIII.

Hoc est Alexandri) ita palam etiam Col. nam Pall. duo id nota expresserunt. Memmii ac Nicotii, *Hic est Alex.* sed non placet; quamuis sic quoque ediderit Fortunatus.

Opponetur & Callisthenem) sic & hic & infra Palat. quart. nam tert. & Col. *& Callisthenes*, quod & in vett. libris Pinciani, qui tamen malebat primum, quomodo & seruant vulgati a Fort. & Erasmo.

Penes quem tunc magnum regnum erat) ita & Pal. quart. nam tert. *cum magnum*. Colon. *penes quem tum magnum erat*, sine voce *regnum*. Nicotii ac Mēmii, *maximum*, quod vix admiserim. nam *magni regis* nomen proprie Persici erat. vide me lib. 7. cap. 10 Opinionum.

Quam scelus Callisthenes. Hic Callisthenes) ita & Erasmi editio. at Fortunati, vt & mei tres, item Nicotii ac Memmii chirographi excludunt *Callisthenes* primo positum loco, tantumque seruant, *quam scelus. Hic Callisthenes &c.* ¶ *Helice Burisque*) ita & mei, nisi quod Pal. tert. *Butisque*. Plinius lib. 2. & 4. *Burin* vocat non *Buram*, vti & Aristoteles & Strabo, item Ouidius:

Si quæras Helicen & Buran, Achaidas vrbes Inuenies sub aquis. hæc Fortunatus, cui addatur Brodæus Scholia in lib. 1. Epigram. Græcorum: Iunius lib. 3. cap. 15. Animad. Vulcanius Scholiis ad Apuleii lib. de mundo.

Vel in illas mare immisit) ita Mureti editio, adiutus puto a Curionis editione, cuius margo habebat, forte legendum *immisit*: nam textus *immersit*, quod & in Fort. & Erasmianis, item Pall. meis & Col. quod putarim accidisse propter antiquam scripturam *inmersit*. Pinc. mss. *mersit*.

Mari opposita vexantur] sic & Col. at Pall. duo. & Pinc. *apposita*. quod melius est.

Et inde Neptuno] Pal. tert. *& tamen Nept.* reliqui duo, *inde Nept.* sine copula, quod non displicet.

Mouendi potentia) ita & Erasmus, at Forton. præponit, *maris mouendi pot.* quod & in Col. & Palat. quart. nam tert. *maris ponendi pot.*

Quisquis primas literas Græcas didicit) ita & Pall. at Col. *Græcas nouit vel didicit*. monet Opsopœus e mss. suis duobus, alterum non agnoscere vocem *Græcas*, alterum scribere *Græcorum*, itaque dubitare an a Seneca sit.

ἐνοσίγαιον) Pal. tert. *sibithona*; quomodo & vulgati olim, & scripti Fortunati, qui idem recte ait legendum σεισίχθονα, non ἐνοσίγαιον. Gellius lib. 2. cap. 28: *Ita videntur existimasse antiquissimi Græcorum, qui Neptunum ἐνοσίγαιον & σεισίχθονα appellarunt*. est in Pal. quart. *sibethona vocari*. Col. *Sibethona*. Gallici codd partim *sibethona*, partim *sitopthona*, partim [illegible].

CAPVT XXIV.

Inter neruos pulpamve] ita & Pall. at Coloniensis, *pulsumve*.

Non in summo terra tenue summum est) Palat. tert. *terra*. quart *nō in summa est terra, nec summa est*. Col. *non in summo est terra concaue summa est.*

Ata-

Atalantam insulam] vetusti codd. Pall. item Fortunatus, *Atlantem*; ipse vero legendum putat, *Atalanten* ex Strabone, Stephano & Thucydide. quanquam & *Atlantem* insulam esse sciat contra montem *Atlantem* sitam. nam *Atlanta* de qua hic mentio, Eubœæ adiacet, quondã eidem iuncta, addu deindeeidem: sed loditan, non male exit etiam in *a*. Græci enim efferunt ἡ Ἀταλάντη. a autem finale sæpius in *a* quam in *a*, a Latinis conuertitur. sic ille. est etiam in Col. meo ac Pinc libris scriptis, *Atalantem*.

Maxima ex parte superfusam) ita cusi, vti & Pal. quart. at reliqui duo, *suppressam*, quod & in suis inuenit, reuocatque Pincianus, tanquam ita legendum monstret auctor ipse, cum dicit paulo post, *illa vastu concussio, qua duas suppressit urbes &c.* quanquam, inquit, & *superfusam* legi posset ex Thucydidis lib. 3. sed idem erit sensus. *suppressam* item fuit in vett. Fortunati, sed ipse alterum probius putat.

Idem Sidoni accidisse] ita coniecit Pincianus, ante eum vero Fortunatus; cuius mss. *Sidone* nam Strabo: *In Phœnicia facto terramotu oppidum super Sidonem situm absorptum fuisse Posidonius auctor est, & Sidonis duas fere partes corruisse* est in Pal tert. *Syndone*, in reliquis *Sidonia*. quomodo & vulgauit Erasmus.

CAPVT XXV.

Magna vi in vacuum terrarum locum penitus applicuit] ita & Pal. quart. & Col item tert. nisi quod destituatur vocalis prioribus, *magna vi*. at Gallicanorum codd. vnus, *magnum & vacuum terr. locum penitus impleuit*; alter, *magnum in vacuum terr. loc. pen. oppleuit*; vnde facit Opsopœus, *magna vi vacuum terr. loc. pen. oppleuit*.

Omne tegimen cani) prius cusi, *regimen*: quod & in Col. nisi quod ille *cani*. nam *Pal.* tert. *omne tegnum cani*. quart. *esse tegimen cani*.

In illum subteruacantem] ita scripti Fort. vt & Colon. meus & Pal quart. nam tert. *subterraucentem*, vti & restat in olim impressis.

Altitudinem mergentur] ita coniecit Pincianos, tanquam non esset hic locus voci *vergent*, quæ extabat in scriptis suis omnibusque excusis; remanetque adeo in meis tribus.

Et fissum) Pal. tert. *fixam*. Mem. & Nic. *fissam*.

Tunc effugisse Peneum) mss. mei *Peneon*. Fortunatus fatetur quidem restare in vett. *effugisse*, probat tamen magis *effudisse* vel *effluxisse*. quod postremum malit quoque, licet contra libros, Pincianus.

Spiritum commouere] sic ex suis Fort. vt & Colon. meus. nam Pal tert. *spiritum conaceures*. quart *spiritus commoueret*; quod & in antiquitus vulgg.

Quod nisi esset] ita Fortunatus; prius impressi, *essent*, quomodo & Colon. ac Pal. quart. nam tert. *Quod non esset*.

Per ducenta milliaria] sic & Pal. quart. & Colon. at tert. Mem & Nic. item editio Fort *milia*, quod malim; vt subintelligatur *passuum*.

Qui impleuit fabulis vrbem) ita & Curionis editio, at priores, vt & mss mei tres, *orbem*, quod malim.

Cum laborauit Ægium] ita emendauit Pincianus, vt sit vrbs Peloponnesi paruo spatio submota a Patris omnibus fere cosmographis. Erasmi enim editio aliæque priores, item mss mei tres *Ægine*, quæ insula, inquit Hispanus ille, in Saronico sinu longe distat a Patris.

Tam propinquum illi Patris) ita emendauit Fortunatus, cum esset in editis & mss. suis vt & in meis, *Patrias Patræ* enim, inquit, in promontorio longissimo Peloponnesi conditæ, quinq. fere mil. pass. ab Ægina siue Ægine oppido distant. sic Pannonius ille, qui vt opponatur sententiæ Pinciani, quiuis videt.

Citra Ægium constitis] *Ægium* legendum cũ scriptis suis tradiderat Pincianus. qui tamẽ *circa*: & vero, *circa Ægaum*, est in cusis omnibus, item Pal. quart. tertius tamen & Col. *Ægium* quod non displicet, vt nec *citra*.

Mecum protendere) ita & Pal. quart. at tert *pertenderet*. Col *pertruderet*. Pinc. mss. *pertendere*; quomodo & editio Fortuo.

CAPVT XXVI.

Secum limum trahens & cum) ita Erasmi codd. & Pal. quart. at Fortun. Mem. & Pal. tert. ac Col. *secum cum trahens &c.*

In se habet, sed creuit in solidum &c.) ita Erasmus. olim cusi, *in se habet, & sic creuit &c.* quod & in Col. ac Pal. quart. nam tert. *inter se inter valla habet, sed creuit &c.* Fort. mss *intra se habet, sed creuit.* quod ei placet.

Quo pressu erat & sedens structura) sic Fort. codd. qood & secutus Erasmus at prius vulgati, vt & mei tres, nec non Mem. ac Nic *enim pressu erat &c.* quod hercle fere reuocãdum, meo quidem animo.

Quin mari impositu habent concauas) ita ex suis Pincianus, nec alter Pal. quart. nisi quod ipse *habeneq.* at reliqui mei, vt & editi, *imposita sit, habeatq.*

Pompeii & Hercul) ita ex mss. suis Fort. prius cusi, *Pompeium*. quod & in Pal. quart & Col nam tert. *Pompeia*.

Sic Paphos non semel corruit &c] idem aote Senecam historiæ monimentis consignat Diodorus Siculus lib. 15. Biblioth & postea Marcellinus lib. 17. rer. gest. videatur P. Faber lib. 1 cap. 9. Semestr.

CAPVT XXVII.

In Pompeiana regione) sic & Col. & Pal quart. at tert. *in illa regione*.

Vel corruptus internorum ignium] sic ex suis Fort. qnod & in Pal. tert. oam reliqui fauent olim cusis, seruantque *æternorum*. ¶ *Cum est longo situ emissus*) sic quidem Col. ac Pal tert. sed enim malim eum quart & Fort. *cum e longo situ &c.* vtique cum testet in Memmiano, *cum e longo situ*.

Quod, quod aqua mutilec) præstat quod seruant Mem. Nic. Col. ac Pal. tert. *Quod quod aqua quoq. inutil.* quart. e- oim, *quicquid aquæ est inualet*.

Quis admixtus est illis) cusi omnes & scripti *mixtus*. quid nescio cur mutarit Muretus.

Corruptas esse non miror] forte *corruptum*.

Cum afflatu diri neris] mei tres *afflatu*.

CAPVT XXVIII.

Si in illum inciderunt) Pal. quart. *acciderunt*.

Quamdiu terra continetur) ita cusi. at mss mei *terram continet*.

Hec peior quo segnior] sic impressi. at Pall. duo & Col. respuunt prooomeu *hoc*, me volente.

Cum autem exitum nullum est] vox *autem* abest Colon. ac Pal. tert nec displicet. nam quart eius loco habet, *enim*.

Frigoris malum, & infernam] sic & Pal. tert at quart *frigeris ut mulgas & infernam*.

Noctem solet) sic & mei. Memmii ac Nic. *volunt*.

Et monstrosi generis) mei iterum, *monstruosa*.

CAPVT XXIX.

Num quod aliquot &c.) Fortunatus legendum putabat *aliquos*, quod & est in meis tribus at prius restat in Erasmianis quibus & meliocioter punctio & per consequens lectio. ii enim; *Nam quod aliquot, insania attoniti, similes discurrere, fecit metus, qui &c.* quod & placebar Opsopœos qui deinde quoque, vbi habemus, *quid vbi publice*, legebat cum veteri libro Gallicano, *qui vbi &c* quod vt nun displicet, ita tamen mei constanter, *quid vbi &c.* nisi quod Col. *quid nisi*. ¶ *Non est facile inter magna non desipere*] miror quid ita Mureti editio, certe aliæ amplius meliusq., *inter magna mala non desipere*, neque aliter Pall. mei duo aut Col Gallicanus tamen alter, *inter magna mala consipere*, alter *conspere*. ¶ *Leuissimu fere ingenia*] sic & Erasmus. at Fort. at mei tres, *leuissima*; quod excutiat velim lector. ¶ *Similesq. furentes, quisquis timet*] ita vulgg. & Pal. quart. nain tert. *similesq. furentis quisquis tim.* Mem. ac Nicotianus, *similesq. est furentis &c.* Col. meus, *similisq. furentis quoq. timet*: vt videar agnuscere nescio cuius pôetæ versus. P. Faber ad tit. de reg. iuris locum hunc Senecæ cit at quemadmodum publicatur, qnem videat cui cura scire an metu perciti vlla sit voluntas; videatur eoquam ad legem 116. de reg. iur. & gratiam habebit pro indicio.

Venit modo vi pontus & vndis Hesperium Siculo] sic & mss. Fort. at prius cusi, *venit ingenti vi pontus*; quod & in vtroque Palat. nam Col. *venit ingenti pontus & Hesperium ignes Siculo*.

Littore deductum] sic & Fort. codd. at mei *Æquore deductum*. ¶ *Cũ pars natura concitata est ex se, vel aliquod mare ingens spiritum impegit*] ita Rom. editio, quomodo & legi voluit Fort. recepitq; Erasmus, nisi quod ii, *de se*; nõ *ex se*. mss. enim Fortunati omnes, *concusta est*, *deesse & aliquo mare*

gnem spiritum impegit, nisi quod vnus vetustissimus, *concitata*, item, *spiritum*. & vero Pal. tert. consentit maiori parte mss. Fortunati, item quart. nisi quod habeat *concitata* & *spiritum*, quod vltimum etiam in Colon. qui tamen *concita*. Gallicanus scriptus vnus, *concita est decem & aliquo mare ignem spi. impegit*. alter, *concitata & aliquo in mare & ignem spiritum impegit*. Opsopœus putat lectionem impressam excusatiorem, si *aliquo* pro *aliquod* scriberemus. mallet tamen propius ad scriptos codd. *cum pars natura concitata est de se, & aliquo mare, ignem, spiritum impegit*, vt dicat *terram concitatam*, vel ventis vel igne vel aquis eiectis, discidio vrbium & gentium causam dare.

Sic hac inundatione) Pal tert. & Col. *sic hanc inundationem*. quart *sic per hanc inundationem*.

Ab Italia Sicilia resecta est; sic & Pall. at Col. *retorta est*. Nicotianus liber, *resecta est*: verissima scriptura, vtpote quæ alludat ad Siciliæ etymon.

Aliquando autem plus) rescribendum suasu mearum membranarum. item Nicotii, nec non editt. Fort. atque Eras. *aliquanto &c.* alterum primum puto inuexit Curio Secundus.

In quibus nisus est) sic & mei, nisi quod Pall. fere *visat*. malim tamen cum Opsopœo, *quibus nisus est*, reiecta præpositione, quæ nec in Memmiano aut Nic.

Quia pressa & quassa quatiebat] sic Erasmus. at Palat. tert. *quia pressa vel quassata quatiebat*. quart. *quia cussa quatiebat* sine vocibus *pressa &* Colon. *quia quassata quatiebat*; quomodo etiam rescribi voluit ex mss. suis Pincianus, resectis reliquis. Fort. editio, *quod pressa vel quassata quatiebat*.

Spiritus omnis exciderat) ita Erasmus. at Fortun. & mei tres, item Mem ac Nic. *exierat*; quod malim.

Emissa parte maiore) sic ex mss Pincianus. at Fortuo. & Eras. amplius, *omissa sui parte maiore*, quod placet. neque aliter Col aut Pal. quart. nam tert. *omissa sua parte*, sine voce *maiore*.

Capvt XXXI.

Sed post maximum) sic duo mei. at Pal. tert. adiicit, *sed post vim maximum*.

Quia vehementius exitum ventis) sic Erasmus & Fort. item mei tres. Pincianus legendum putat, *vehementissimus*.

Nec illis pugna est) sic vett. Pinciani, item Colon. at Pall. duo vt & Fort. Erasmianique voce amplius, *nec illis pugna opus est*.

Iterumque committi] Pal. tert & Colon. *idemque com.* quart. *itaque comm.*

Molles materias, mollius crebriusque tremere, quam natura duras) Memmianus ac Nicotianus non agnoscunt verbum *molles*, estque deinde in vno, *quam natura duri sunt*, in alio, *quam quæ natura dura sunt*. & vero illud *molles* exest quoque Col. ac Pal. tert. quibus in fine, *tremere quam natura duri sunt*. nam quart. *molles mas, mollius crebriusque tremere quam natura dura sunt*. vnde fit vt fere potem rescribi posse, *vidisse se macerias mollius crebriusque tremere, quam quæ natura dura sunt*, etsi tamen non excluserim illa, *quam natura duri sunt*.

Capvt XXXII.

Quo magis refert nostra) Fortun. codd. vetusti *vestra*. quod & in Pal. tert. sed tamen præstat retinere prius, quia in reliquis mss. meis, item exoletis editt. est *nusura*, quod natum a compendiaria scribendi ratione.

Quid est cur ego hominem aut feram, quid est cur sagittam aut lanceam tremam?) ita legit Fort. cum prius vulgati haberent, *quidem*, vt & restat in Palat. quart. pro illo, *quid est*, quod secundo ponitur loco. at enim malim cum meis tribus: *Quid est enim cur ego &c.*

Fluminibus & terris & magnis) sic & Palat. quart. at tert. & Colon. *magna*. Memmii chirographa membrana: *Fulminibus &c.*

Hoc in nobis humoris corrupti) malim quod est in Palat. tert. *hoc humoris in nobis corrupti*.

Sed ingens res est) vocula *est*, abest meis tribus.

Maria perturbari) Palat. tert. & Colon. *turbari*, quod placet; quia statim sequatur, *perturbatione*.

In terras vertere) Palat. tert. *vertet*. quart. *verteret*. Col. *verterat*.

Controuersiam facere) ita Pinc. codd. at mss. mei & cusi *controu agere*.

Sine insularum cadentium fragor) ita & mei. at Memmiano abest vox, *insularum* male.

Complexa, cum libet illi, eam accipiat) ita impressi. at monuit Fortunatus calamo exaratos seruare, *complexa, qui volet illam accipiat*. quod & in Pal. tert ac Nicotiano. nam quart. & Memmianus, *qui volet illam, eam accipiat*. quomodo & Colon. meus nisi quod is *accipiet*. forte, *complexa, qui volet illam; a me accipiat*.

Et cum bonis omnibus) ita legit & Fortunatus. nam Erasmus & Pal. tert *& cum bonis omnibus*. quart. ac Colon. *& cum omnibus bonis*.

Non arma contraria disposita vexillis) ita Erasmus. at Fortun. editio meique tres & Mem. ac Nic *contrariis*, quod iure places.

Communes populis) Pal. tert. *propriis*. Col. *populi* quart. *communesque populis* quod malim.

Quam semper impendat) sic Erasmus & Coloniensis. at Fortuo. vt & Memm. Nicot. & Pall. duo, *impendeat*. recte.

Supra oppida duo nauigatur] sic & Pal. quart. at reliqui *nauigant*.

Aut terra in se, aut mare) Pal. tert. *aut terra aut intra se mare* quart. *atque terras infra se mare*. Col. *aut terra aut infra se mare* Erasmi & Fortun edit. *aut terra aut in se mare*. non displicet illud *intra se*.

Ipse te cohortare] Col. *coartare*. Pal. tert. *obhortare*; quod excutiant curiosi.

Quæ omnia feres constanter, si &c.] sic impressi & Palat. quart. at eorum tert. *Quæ omnia constanter*, sine voce *feres*, quæ nec in Coloo qui. *Quæ omnia constant*.

Perdimus illos, nempe perituros) ita ex suis Pincianus, vt & Pal. quart. & Col. nam tert. *perdituros*. Fort. & Erasmus, *perdidimus illos &c.*

Hoc inquis dicis sexaginta) ita & Pal. quart. at tert. *Hoc*. Col. *Hoc inquit sexaginta*, sine voce *dicis*.

Quod annos annumeramus) sic & Palat. quart. at tert. *quod numeramus*, sine voce *annos*. Col. *quod annos annumeramus*.

Hoc affigamus animo] ita mss. Fortun. neque aliter Pal. quart olim cusi, *Hoc assignemus* tert *hoc assignamus*. Col. *Hic assignemus animo, hic nobis subinde dicamus*.

Hoc nobis subinde dicamus] sic iterum Fort codd. quomodo & Pal. tert. nam quart. fauet olim impressis, *hoc nobis subinde semper dicamus*.

Optabit illam quisquis timet) sic cusi & Palat. quart. alii duo. *Optauit*.

Vt si ita tuleris) sic mss. Fort. prius vulgg. *vel si ita tulerit*, quod & in Pal. tert. nam quart. non plane male, *vt si ita vos tulerit* Col. *vt si tulerit*.

Possis illi vel obuiam exire] mei manu exarati, *possis illi & obuiam exire*; quod non fugillo.

AD SENECÆ LIB. VII. DE QVÆST. NATVR.

Capvt I.

Sol spectatorem nisi cum deficit) ita Col. & Pal. quart at tertio abest vocula *cum*, me non inuito.

Quod a solstitio statim inclinat) ita editio Romana, & forsan recte. at omnes tamen editi, omnes membranæ meæ amplius, *quod a solstitio ad minuendos dies vertitur, quod a solstitio statim inclinat*.

Si quid turbatum est) cusi omnes & scripti mei, *Sed si quid turb.*

Spectamus, interrogamus) sic editi: at mei *expectamus*. an, *aspectamus*.

An non sint flammæ orbes) Col. *aut non &c.* Palat. tert. *an non sint &c.*

Qui sidera crediderunt] ita & Pal. tert. at quart. & Col. vti & Pinciani omnes, *tradiderunt*.

Profe-

Profecto iam mundus turbine) Pal. tert. *prafecto.* alii duo, *pro certo.* quod & in editis ab Erasmo, qui ad oram notat forte legendum *profecto*, quomodo edidit Fortunatus.

Capvt II.

Num Cometa eius conditionis sint, cuius superioru) sic impressi. at Pal tert. *cuius Cometa conditionis sint cuius superiora.* quod quis fere probare posset: quart. *unde Cometa, conditiones sint, cuius superioru.*

Ipsum quoq; quamuis sparguntur & longius exeunt facem, sic restituit ex mss. suis Fortunatus, vt sit sensus, cometas ceteris sideribus non solum ortus & occasus communes habere, sed ipsa quoque facie similes esse, quamuis sparsa sit & latius liberiusque quam ceterorum siderum diffusa, atque multarum stellarum regionem complexa. olim excusi, *ipsi quoq; quamuis sparguntur & longius exorant faces.* Palat. tert. *ipsa quoq; quamuis spargatur & longius exeat. faces atque* quart. *ipsi quoq; quamuis sparguntur & longius exeunt faciem.* quomodo & Col.

Maneta; mensis sui seru) sic ex suis Fort. vt & Pal. tert. nam quart. & Col *monentur.* quod & in vetuste editis.

In Græciam mucitu] ita codd. Fortun. & duo meorum. Pal. quart. & olim cusi, *mucnea.*

Capvt III.

Plures stellas esse qua currunt) ita & mei & Fortunati, qui tamen malit, *quaceeant*, aut certe *concurrunt*; quod ipsum voluisse Anaxagoram & Democritum ipse prodit Aristoteles lib. 1. meteor.

Apollonius Myndius] mei tres *Myndius.*

Sed videre illos accende) sic & mss. mei & Pinciani, qui tamen ait considerandum an scribendum sit, *illis*, vt referatur ad *Chaldaos* non ad *Cometas.*

Concitaei & intorti) Pal. tert. *contorti.*

Capvt IV.

Plurimum virium habere, ad omnes sublimium motus, stella Saturni) sic & mei omnes at Pincianorum quidam *plur. virium habere stella Saturni*, reliquis omissis.

Aut in lunæ vicinam transit) ita legendum diuinauit Fortunatus, aut certe, *lucem vicinam*, id est Iouis sidus. scripti eius, *aut in lucem vicinam* olim cusi, *luna vicina*, quod & in Col. & Pal. quart. nam tert. *lucem vicinam.*

Aut in solis incidit) Pal. quart. & Coloniensis, non habent istud *in.*

Aliam materiam habent) ita scribendum ait ex vetustis membranis Fort. & sic Pal. tert. reliqui tamen subscribunt olim vulgatis, qui, *naturam.*

Fulmina extundit] mei *extendit.*

Capvt V.

Et quacunq; incubuit) sic antiqui codd. Pinciani; nisi quod ii *incumbit*, vti & est in Colon. ac Pal. quart. Erasmi editio & Fort. *& quacunq; incumbit.* Pal. tert. *& quacunq; incubuit.*

Siluas interim & tecta) Pal. quart. & Col. *siluas.* Fortunatus ait forte legendum *interdum.* non est. nam & idem signat, *interim*

Et ipse se sua vi rumpit] sic & mei duo. at Pal. tert. *& ipse in suo rumpet.*

Charmunder quoq;) Pal. tert. *Chrimandus.* quart. *Tharmunder.* Colon. *Charmunder.*

· *Talem effigiem ignis longi fuisse, Callisthenes tradit*] ita esse in aliquot mss. suis tradit Fortunatus. sed putat priora illa quinque verba addita & insita ab aliquo, cui prima fronte imperfectus & abruptus apparebat sensus: alii eius, *& od per multos dies fulsisse Callisthenes ait*, quomodo & in Erasmi editione, & in meis tribus, aliis illis exclusis.

Multa quidem fuerunt digna qua notarentur] ita & Fortunati & mei tres, nisi quod Palat. quart. *qua nec notarentur.* Erasmus *ferunt.* Pinc. scripti breuius, *multa fuerunt qua notarentur.*

Nec vllo loco intermissam) sic & Palatinus tert. at quartus destituitur vocula *vllo.* Coloniensis eius loco habet, *vno.*

Illam quam modo retuli] mss. mei & cusi omnes, *illam de qua modo retuli.*

Capvt VI.

Et stellas pratermeant] sic & mei & Fort. prius cusi, *& stellas non pratermeant*, quibus contradicit & caput sequens, *qua & procedunt & signa prætereunt.*

Cremiti, vndiq; etiam immoti) sic & Palat. quart. at melius alii duo, vt & Memmii ac Nicotii, *cremite vndiq; & immoti.*

Refluat rursus ac remittatur] ita forte legendum notarat Erasmus, quomodo & Palatinus tert. nam alii omnes, *cursus.*

Eadem fere ratione hos fieri Cometas] Colon. exulat vox *fieri.* at tert. & Memmianus & Nicot. *eadem fieri ratione hos Com.* quod forsan probum. nam quart. *eadem enim ratione hos Cometas.*

Qua fiunt ignes) Palat. tert *fuerunt.* quart. & Colon. *quam fiunt ign.*

Hoc vnum interest quod illi turbines) sic & Colon & Pal. quart. at tert. abest vocula *Hoc*, Nicotiano dictio *turbines*, quæ & abesse potest, imo debet, vt subintelligantur *Cometa*, vti & placuit Opsopœo nostro.

In superiora eleuantur] sic & mei. at non inepte Nicotianus & Memmianus, *eluctantur.*

Capvt VII.

His accedit illud quoq; Ventus) sic Erasmus. at mei omn. item Fortunati, *quoq; quod ventus.*

Ventus in sublime non) mss. omnes, & impressi vocula præmissa. *& ventus.*

Et in editiora cæli) sic & Pal quart. & Col. at tert. *& in editiora vel meliora cæli Aquilone pelluntur.*

Deinde si illos Aquilo propelleret) ita Palat tert. at quart. *Deinde si Aquilo eas illos impetus &c.* omissis aliquot lineis intermediis. Colon *deinde si aquilo illos procederet.* Fortun. editio præfert, *aquilonis deinde pellantur. Si aquilo &c.* quod & fuit in Mem. & Nic.

Atqui varie concurrunt) sic & mei. at Memmianus, *cucurrerunt.*

Quod iter non daret ventus) Palatinus tert. *quod tunc non &c.*

Capvt VIII.

Cursu suo accendit) mss meis abest *suo.*

Et quod per diem & noctem] Palat. quart. *noctemq;* quod & in Col. qui tamen non habet vocem *quod.* Memmii, *& qui per diem noctemque*, vt subintelligatur *motus.*

Vt Sallustii vtar verbis) sic & mei. at Nicotianus, *verbo*, non male.

Num quis nostrum crederet, aut lunam aut quinq; siderum) ita ex chirographis libris Fortunatus. olim vulgati, *nostrum aut accederet aut lunam.* Pincianus scribendum putat, *lumina*, non *lunam*, vt vocet solem & lunam *lumina*, quæ sacræ literæ *luminaria* appellant; & errones, *sidera*, antiquorum more, qui solem & lunam inter planetas non reponebant. sic Hispanus ille. cuius emendationem I C. quidam, falso citat pro lectione eruta ex membranis. est in Palatino tertio. *Num quis nostrum aut crederet lunam aut quinq; &c.* quarto. *Nunquam nostrum accenderet lunam aut quinq;.* Coloniensis, *nunquam nostrum accederet lunam vt quinq; sidera.* ex his facile quis videt saltem rescribendum, *Num quis nostrum accederet lunam aut quinque &c.* nam cur non admittam illud *lumina* facit, quod non sic temere loquantur Latini.

Non tamen supra lunam efferrent) ita Fort. & Pal. tert. ac Colon. nam quart. *non super lunam efferent*, sine vocula *tamen.* Pincianus hic iterum contra scriptos suos rescribendum putat, *non tamen super lumina eff.*

Capvt IX.

Aut vis Iouis tam alte peruenire non poteris) ita editio Romana. at Fortunati, *aut vis Iouis inde peru.* quomodo & aliæ, excepta Erasmiana, quæ, *aut vis inde peru.* exclusa voce *Iouis.* Col. *aut vis Iouis inde peru. non poterit.* Pal. tert. *aut Iouis vis tam peruenire non poterit.* quart. *aut vis Iouis cum peruenire non poteris.* an forte fuit, *aut vis Iouis sursum peru. &c.*

Diuturnioribus & celsioribus] copula & in nullo est meorum.

Nec supra lunam aut vsq; in stellarum &c.) sic & mss. mei, & Pincianus, qui tamen legendum sentit, *medium supra lumina in stellarum.*

Et incertus spiritus conuolutus est) ita quidem Mureti editio at prius cusi, *& incertus spiritus certi volutus est*, quod & in Palat. quart. & Colon Fortun. scripti *certi volutatus est:* vnde fingebat ipse, *& sic spiritum ceterum volutatus est* Pal. tert. consentit scriptis Fort.

Necesse est illa concitatione in exitium sui tendant] Fortunatus malebat, *exitum*, quomodo est in Palat. quart. ac Colon. item tert. nisi quod ille, *Necesse ista*, sine voce *est*. at Mem ac Nic. *Necesse est ipsa concitatione*, quod placet.

In summum pertenderet) ita & Col. nam Palat. tert. *pertendens*. quart *peruenires.*

CAPVT X.

Sideraq; alta trahit) vox *alta* non est in meis.

Alter ille diuinus) mei omnes, *illi* Pal. quoque quartus *dimanus*. Colon. a secunda mano *diurnus*.

Nec hæsitat vsquam nec resistit] ita diuinauit Pincianus. nam scripti ciuit, vt & Fort. & Erasmi, *nec hæsitatus, qui nec resistit*, quomodo & Col. ac Pal. tert. nam quart. *nec hæsitatus qui nec resistat.*

At puto tale esse debet) sic & Pincianus coniicit. aliæ edit. *Et puto tale &c.* quomodo & mei tres. nisi quod Col. *talis*. Nicotianus, *puto talis*, sine voce *alia*.

Et in columna modo] sic & mei. sed tamen melius Nicotianus, *& columna modo.*

CAPVT XI.

Frequentissime tamen circa Septentrionem. Forma eius non est vna] sic editio quidem Mureti. at aliæ, *Forma eius non &c.* videbaturq; Fortunato legendũ propter sequẽtia absque negatione, *Forma eius est vna*. Erasmo vero, *Forma eius vna*. at mei tres alia interpunctione, *frequentissime tamen circa Septentrionem forma eius non est vna.*

Fusus quidem est ignis) ita vett. Fort. antea impressi, *fusus adest ignis*; quomodo & Col. & Pal. quart. nam tert *fusus quod est ignis.*

Acrior acies aut hebetior] mei tres vno ore, *hebetatior*, quod cur non feramus?

Ita dicit aut lucidiorem esse aut rubicundiorem] Col. *ita dat aut*. Pal quart *ita ait aut lucid* tert. amplius, *ita ait aut liuidiorem aut lucidiorem esse aut rubicundiorem*. Fort. *ita ait aut liuidiorem esse aut rubic.*

Aut in latera demissos) sic Erasmus. at Fortun. item Mem. ac Nicot. nec non mei tres, *aut in lat. demissos.*

CAPVT XII.

Nec tamen propter hunc cursum] sic & mei tres. Memmii ac Nicotii, *nec tamen propter hunc illorum cursum, vel concursum.*

Cum obscurari cœperint) ita & mei & Pincianus, qui tamen mallet, *quam obscurari.*

Fieri in stellis congressio] sic & Colon. & Pal. quart. at tert. Fortun. Memmii ac Nicotii, *digressio*, quod fere præposuerim.

Lex celeritatis separet) ita & Erasmus. at editio Fortun. *lex cel. sua, separet*, quomodo & Col. ac Pal. quart. nam tert. *sua se*[illegible]*raret.*

Præterea ista nobis) sic ex suis Pincianus, nec aliter mei. prius impressi, *Pr illa nob.*

Vsq; ad alteram stellam] ita & Pal tert at reliquis meis, vt & Pinciani libris non adest dictio *stellam*, neque requiritur.

Quemadmodum alterno arcus Solis visitur] ita ex vett. libris Fortunatus prius cusi, *quemad. arcum alterno Sol visit*, quod & restat in Pal. quart item tertio, nisi quod is *arcus*. Colon. *quemad. alterne sol visit*, sine voce intermedia. Mem. *quemad arcus alterne sol visitur*. Nic. *quemad. arcus aliter nisi sole vincetur.*

Stellarum non est eadem] mei *Stell enim non &c.*

Et intra breuissimam) deleuerim voculam & suasu meorum trium & Memmii ac Nic.

Spatium excelescunt) sic & Coloniensis. at Pall. *exalescunt.*

A quo medium inter duas] eiecerim item præpositionem *a*, iisdem membranis quinque annuentibus.

CAPVT XIII.

Aut propter obscuritatem luminis] sic mss. Fort. at mei, *aut per obsc.*

Aut propter circulorum] ita rursus Fort codd & Palat. tert. alii duo, *aut per circ.* quomodo & olim vulgati.

Cum ad extrema eorum venere) Memmii ac Nic. item Colon. ac Pal. quart. *extrema*. tert. *cum ad extrema venere*, sine illo *eorum*, quod probo.

Atomi congesta concreuataq;) ante vulgati, *atomi congesti concernatique*. mei scripti, *atomi congesti aceruatique.*

Ex illa vtraq; mundi iacente materia) Pal. quart. *vtraque mundum iacentem*. reliqui duo, vt & Nic & Mem. *vtraq; mundum iacentem*, vnde coniecerim cum Opsopœo, *ex illa vltra mundum iacente materia.*

Quam manum exercere & in ventum iactare brachia?] sic & Pall. mei. sed enim cum sit in Colon *inanum ex.* tertio eo coniecturam meam, *inane exercere*, h. e. ipsum *aera*, de qua latius lib. 16. cap. 3. Suspic.

CAPVT XIV.

Velim tamen mihi dicat) ita legendum duxit Fortun. prius editi, vt & mss mei tres, *Velim eum mihi &c.*

Qui mundo tam firma] ita rursus Fort. vt & Palat. tertius nam quartus & Colon. fauent olim vulgg. in quibus, *cum mundo.*

Et se onere suo frangit) sic & meorum duo. at Palat. tert. *sue non frangit.*

Quid est deinde quo prebet) & hoc est a Fortunato. antea editi, vt & omnes mei, *quod prebet.*

Et in multis mundi reg.) vocula *in* abest Colon. ac Palat. quart. nec displicet.

CAPVT XV.

Quot ergo ecire stellas) sic & Fortunatus. antea erat, *Quid ergo*, quomodo & restat in meis.

Nunquam hunc ambitum solis æquabunt) ita editio Romana. omnes aliæ, *hunc habitum*, quod cum exhibeãt etiam mei tres, id libens restituerim.

Attalo regnante initio cometes] sic & Pal. tert at quart. *Attalo regnante in Græcia Cometes*. Colon. *Attalo regnante vel in Græcia cometes.*

Quot ergo conuenisse) sic Fortunatus. alii prius, *Quid ergo*, quod & in meis.

CAPVT XVI.

Et hoc in commune] prior vox *Et* abest Colon. ac Palat. tert. secunda præterea quarto; tantumque seruat; *In commune.*

Sicut hic, Cometen) ita Fortun & Palat. tert. nam quart. & Colon. *Sicut hic dicit Cometen*, male. nam ponitur infra verbum, *ait*, sensui respondens. Fortunatus ita distinguẽdum putat vt illa *Sicut hic*, ad superiorem clausulam pertineant, subintelligaturque verbum, *decepit.*

Quia ingentis rei traxit euentus] ita mss. Fortunatis Palat. tert. *euentum*, quod malim: nam & quart & Colon. *quia ing. retraxit euentum.* olim cusi, *quia ingentis traxit euentus.*

Ait illum discessisse) sic quidem Mureti editio: at aliæ, at mss. mei *descendisse.*

CAPVT XVII.

Apollonius Myndius) Coloniensis, ac Palat quart. *Mundius*. tert. *meridius.*

Sed & proprium sidus) deleuerim vocem &, suasu membranarum.

Talis illi forma est] sic & duo meorum. Palat. tert. *Nihil illi form &c.*

Quem sub Augusto vidimus] meminit huius loci Tor-

tentius

tentius Commenr. in Claudii Sueton. cap 46.

Illi similem fuisse) ita Fort. & omnes mei. male adiiciebant olim impressi *fuisse negans*.

Qui post necem Diui Iulii] vox *necem* io nullo apparet calamis exarato, manauitque a Fortooati coniectura, qui putabat in eam dictionem mutandum verbum *negans*, supraque alieno positum loco.

Ludis Veneris Genitricis) mei tres alio positu, *Veneris ludis Genitricis*; quomodo & editiqnes omn. ante Romanam.

Et hac non sincera) Pal. tert *& hac omni sincera*.

Qui omen post se futuri sanguinis ferunt) Col. *qui omen posse* Pal. tert *qui omnem post se futuri sanguinis fecit*. quart. *qui omnem post se sanguinis ferunt*; sine voce *futuri*. Gallicana membrana, *qui omen pra se &c.* quod placet.

Matraq; ex loco propiore] ita Erasmus. at eadem membrana, *maiorraq; quia ex loco*; quomodo & mei tres. Fortunati editio, *cum descendere maioraq; sunt, quia ex loco*.

Quas abducunt se longius] scripti mei omn. *obducunt*, nec carpserim.

CAPVT XVIII.

Nunc autem manet illis) Pal. tert. *Nunc autem manet & illis* ante cusi. *Non autem &c.*

Etiam aduersus hunc dicitur) sic & Colon. at Pall. *& aduersus &c.*

Latea quod omne sidus) sic & mei. Nicotianus, *quos*; vt referatur ad vocem, *terminos*.

CAPVT XIX.

In illa sententia non) putauerim typographi vitium. editi enim & scripti omnes habent vocem, *est*. loco dictionis negatiuæ *non*, hac forma, *in illa sententia est*.

Hac societate luminis) sic & Col. meus. Pall. *ac soc.*

Per repercussionem vicinorum) Pal. tert. *recursionem*.

Quidam aiunt, esse quidem) vox *aiunt*, abest Col. ac Pal. tert. neque admodum requiritur. quart. habet eius vicem, *tradunt*.

CAPVT XX.

Ipsa etiam fulmina etsi velocitate &c.) Pal. tert *Iam ipsa fulmina, etiamsi &c.* quart. *Ipsa iam fulmina, etiamsi &c.* quomodo & Col. nisi quod ipse, *etiam*, sine appendice, *si*. Opsopœus air in Memmiano ac Nicot. haberi. *Iam ipsa fulmina, etsi velocitate mira simul & perstringunt aciem & volnquent*, (vnus eemittam: *ignes sunt aeris tecti*, quod tane non carpserim nullus tamen mss. meorum habet *ignes sunt aeris*, sed *ignes quos aeris*. vti passim vulgatur.

Quo non aduerterent animos] sic Erasmus. Fortun. editio, *auerterent* mei scripti tres, *euerterent*.

Ad hac stupent omnes, & repentinum ignem ex alto efferunt] sic impressi. at Pal. tert. *Ad hac stupent, omnesq; repentinum ignem ex alto efferunt*, quomodo & Col nisi quod ipse *Adhuc stup* nam quart *Ad hac stupent omnesq; cum repentinum ignem ex alto effert* equidem lectio vulgaris pura oō est, illudque *q;* videtur mutandum in *qua*. haud tamen constituo verba.

Cadentis retro atheris] Col ac Palat tert. voce anctiores, *sed cadentis*. vt fere scribendum sit, *secedentis retro*. nam certe quart. *se cedentis*.

Medium video descedere] sic & Palat. quart. & Coloo. at tert. *descendere*.

Quare alieno tempore apparent quas esse etiam cum lateant, constat] sic Erasmus. Fort, *latens*. mei hic insaniunt. nam Pal. tert *quare alio temp apparent tempore aere, etiam cum latent constat* quart. *quare al. temp. app. in aere, quas esse & cum lato coruscat* Colon. *qua alio temp app. aero. quas etiam cum latent constant*.

Quem Sol vicinus obtexerat] ita vetusti codd Fort h e. obtexerat & hebetauerat, inquit. prius cusi *traxerat*, quomodo & Palat tert nisi quod is *qua*, non *quem*. quart. *texerat*. Col. *quem Sol vicinus collatus*.

CAPVT XXI.

Sicut faces, sicut tubas trabesq;) ita ex mss. suis Pincianus. priores non habent illa, *sicut tubas*, vt nec Palat. quart. sed enim cum & appareat io tertio, audacter reposuerim, *sicut tubas*, vti est in Col meo.

Ignium modo alimentum) ita ex mss Fortunatus, quomodo & Pal. tert. nam alii duo, *Ignium materia alim.* quod & io vetuste cusis.

Illi ad superiora nisus est] ita ex scriptis suis Fortun. nisi quod ii, *nisus sit*. mei, *ad superioea visus sit*, sine voce *illis* quæ nec io olim cusis. ipsi tamen *ad superiora visus est*.

Descendit, in aera quoq; si dextram leuamq; poterit partem) ita & Palat. tert. nisi quod ipse, *aere*; item *retiens* pro *retrorsum*. nam Col. *Retrorsum ipse descendit. In aere quoque si &c.* quomodo & quart. præterquam qood is *retrorsum*. Memmii ac Nicotii; *descendit. In aere quoque non dextram &c.*

Illi Claudiano circumactus) sic Fort. & Pal. tert. alii, *circumactum*, vt & editt. exoleræ.

Et ibi se subduxit oculis] sic Fort. codd. item Col. ac Pal. tert. abest tamen vox *oculis* quart. atque vetuste cusis, neque ego requisiuerim.

Vlterior fuit] Pal. tert. *vlterior*.

Huc itaq; descendunt) mei, & Pinciani, *descendit*.

CAPVT XXII.

Ego nostris non assentior) mss. mei tres, *assentio*.

In refugaci & mutabili] Pal. tert. *mobili*.

Et ita pertinaciter hareat] sic & Col. at Pall. item Mem. & Nic. *& tam pertinac.*

Quam quem natura, ne vnquam excuteretur] ita mss. Fort. quod probat, hoc sensu, Cometas in aere vago & fluido locum habere non posse, qui tam pertinaciter suis sedibus hæreant, quam illi sempiterni ignes, quos natura partim cœlo, partim suis orbibus ita affixit, ne vnquam excuterentur. Cometas itaque certos & perpetuos ignes a natura aptatos credibile esse. olim cusi, *quam qua natura ne vnquam excuterentur*; quomodo & Memmianus ac Nic. item Palat. quart. etiam tert. & Coloo. nisi quod hic *vsquam*, ille *excuteretur*.

Neq; appropinquat solo. Etiamnum ignis aut it &c.) ita ex suis Pincianus, quomodo & Pal quart. alii, vt & Fort. & Erasmi, *solo etiamnum. Ignis aut it &c.*

CAPVT XXIII.

Sic qua transuersa dicuntur stella & cadentes] ita Palat. tert. at Fort scripti *ducuntur*. olim impressis aberat dictio *&*. quart. ac Col. abest dictio *stella*, forsan recte.

Nam alternis diebus) sic cusi. Col. ac Palat. tert. *Non alt.* quart. *nisi altern* superscriptumque, alias legi, *nec*.

Qua sola moueri credi.] ita Pinc. scribit ex suis; nec aliter Pal quart. & Col. nam tert. *creditis*, quod erat in Erasmo aliisque.

Et ub illis remotum secesserint) sic & Pal. quart. at tert. *successerint*. Col. *recesserunt*.

Cælum peruium non fit.) sic & Cœlii editio: aliæ *cœli*, quod & in Pal quart. Mem. ac Colon nam tert. *cœli peruium non fit*. Pinciani exempp. *cœli paruium*: vt forte inquit scribi debeat, *per via*. Nic. abest illa dictio *cœlum*, nec quid tamen eius habetur loco.

Stellam nisi signiferum attingere: Cometes potest) ita & mei tres, nisi quod vox *stella* absit Colon. ac Pal. quart. at Mem. ac Nic *stell. nisi signiferum attingit* (vel, *attigit*) *vadere: Cometes &c.*

Sic latum habere circulum, vt in hunc tamen parte) ita coniecit Fortunatus. prius vulg *sic altum hab. circ. vt modo in hūc parte*. Palat. tert. *sic in altum hab. cir. ū in hunc tamen parte*. quart. *sic altum hab. circ. vt in hac tamen parte*. Col. *sic alt. hab. circ. vt in hunc cum pacto*.

CAPVT XXIV.

Diuisus sit, nec hanc vnam deterat semitam) est a diuinatione Fortunati, cuius scripti, *diuisus hinc & nec vnam det.* qunmodo & Pal. tert. & Col. nisi quod *hinc* exprimatur vltimo per notam quart. *diuisus sicut & nec vnam deterat sem.* olim impressi, *diuisus, hinc non vnam deterat semitam.*

Qua aera minime vacuum] sic ex vett. mss. Fortun. at meis tribus & priscis editt. abest vox *aera*.

Quinq; solas esse) ita & vett. Fort. & Palatinus tertius. at reliqui, vt & exoletæ editt. *quinq; stellas esse*.

Alium incorporalem potentiam) ita & Palat. tert.& Col. nam quart. *incomparabilem*. Opſopœus tria iſta verba valde ſuſpecta habet tanquam ex Thomæ potius vel Scoti ſchola, quam Senecæ.

Per ſucceſſiones iſtas longas) videtur a typographi præcipitantia. cuſi enim & mſſ. *ſitu*.

Vtrum emergeret Iupiter) ita paſſim vulgatur. at Palat. tert. *Vtrum mihi geret Iup.* quart. *Vtrum mergeret Iup.* Col. *vtrum ingitur Iupiter*.

Vt ſemel miſſa ſunt vadunt) ita & mei tres: Nicotii libet, *ſaſſa*, quod placet Opſopœo. ego prius retineo. rationem quare, dixi ſupra.

Alia ex aduerſo incidunt, quæ) ſic & mei tres. Gallicana quædam membrana, *alia alius incidunt quæ*. primitus cuſi *alia ex diuerſo &c.*

Quæ nunc tenet] ita Fort. codd. & Pal. tert. alii duo, & olim impreſſi, *quæ non tenet*.

Capvt XXVI.

Cur aliqua redire] Colon. ac Pal. quart. recte, *cur & aliqua redire*.

Vt certo tempore intuentes fallant) ita quidem Eraſmus, ſed a coniectura Fortunati, qui & interſerebat, *vt certo tempore vel intentius intuentes fallant*. meo animo bene ſcripti enim eius, *vt certo tempore vel ianuenio intuēs afflant* olim cuſi, *vt certo temp. intuentes uffleat*, quod & in Pal. quart. niſi quod is *uſſlant*. nam Col. *vt certo temp intuenti uſſlant*. tert. *vt certo tempore vel inuentis influens afflant*.

Errent, cur tam seducti] ita & Eraſmus, item Pal. quart. niſi quod is, *cum tam*. Col. *errent cum cā ſed.* Fort. editio, *currant, cum tam ſed.* quod & in Pal. tert.

Et quod ex ipſo fluit luminis) mei tres, *luminis*.

Capvt XXVII.

Quare luna diſſimillimum Solis lumen accipiat, cum accipiat a Sole?) ita & mei tres. quidam tamen amicus fingebat, *quare Luna diſſim. Soli lumen, cum accipiat a Sole?* eiecta voce *accipiat*.

Cum a conſpectu) mei omn. *cum in conſp.* vt ſorte & *a*, & *in*, a gloſſa ſint.

Non habeat ſimilem) mei tres *habuit*. forte *habuerint*.

Flumina gelu claudat) ſic & Colon. nam tert. *claudantur*. quart. *concludat*.

Librum tardiſſime emergit] ita coniecit Fortunatus. antea erat, *mergitur*, quod & retineot mei tres, niſi quod tert. etiam notare poſſet, *ungitur*.

Hoc diu proferatur) mei *illud diu prof.*

Vides enim quam ſimillimus ſit illa] ſic Romana editio. at aliæ, *Vides quam ſimillima eſt illa*. exoletæ & mſſ. Fortunati, *Vides enim ſimillima eſt illa*; quemadmodum & Col. meus ac Pal. tert. is tamen arbitrabatur legendum, *Video quam diſſimillima eſt illa*. quart. *vides enim ſimilima eſſe illa*. ego reſtituerim libens, *vides enim ſimillima eſt illa &c.* vt pendeant a ſuperioribus loquaturque auctor *eiρωνικῶς*. vel enim luſcus viderit, quamuis lippus inſuper, nullam eſſe Saturni comparationem ac Solis.

Niſi quod ſæpius facit] Pal. tert. *facit*.

Operis ſui colere) mei, *colore*.

Et multarum ſtellarum amplexa regionem] ſic & Palat. tert. at quart. *& multa amplexa regionem*. Col. *& multarum amplexa regionum*.

Capvt XXVIII.

Illum non ex proximo] videtur Fortunato rectius quod erat in membranaceis *illum non ex improuiſo*. & hercule etiam mihi eſt. nam Pal. tert & Colon. *illum non ex improximo* quart *illum non in proximo*.

Et Vopiſco) Palat. tert. *Napiſco*. quart. *Vapiſco*. Colon. *Napeſtulo*.

Terrarum motibus prorupta ſunt] Pal. tert. *produpta*. quart. *prerupta*. Col. *prærupta*.

Ipſi præterea curſus) malim cum meis, *ipſe prat. &c.*

Capvt XXIX.

Quare quæ tardius feruntur, grauia ſunt?] ita legi voluit coniectura ductus Pincianus. mſſ. eius vt & Fortun. Eraſmi, Memmii, Nicotii, *quia quæ tardius &c* ſine interrogatione, quomodo & Pal. quart. nam tert. *quia quæ tardius fuerint*. fingi poſſet; *Quæ-ne tard fer &c?* niſi malimus cum Col. *quia tardius feruntur grauiora ſunt*; & hoc certe melius.

Sed maiore, inquam, ambitu] legerim cum Pall. meis, *inquis*. Colon. *ſed maiorq; inquis habetis*.

Succurrat tibi, idem &c.] ſic & Pinc & mei, & Fortunati editio. Eraſmi, *Succurrit q; tibi &c.*

Erigensq; ſuum curſum oblique) ita editi. at Palat tert. *erigensq; turſum obliquo id.* forte *erigensq; ſuum curſum obliquus*, quomodo eſt in quart. & Col.

Aſſidue celerius ferri) ſic mſſ. Fort. & Colon. ac Pal. quart. nam tert. *celerior*, quod & in olim impreſſis.

Quæ aut alios monere ad Cometas pertinentia, aut me) ſic Fortun. & Eraſ. at Pal. tert. *quæ ad alios monere cometas pertinentia aut me*. quart. & Col. *quæ aut alios monere Cometas pertinacia, aut me*.

Quæ an vera ſint Dii ſciant, quibus eſt ſcientia veri) mei tres *ſcientia*, Pal. quoque tert. *diſcutiunt*, pro *Dii ſciant*. & vero *diſcutiant* omnino reſtituendum contendit Fortunatus ex mſſ. ſuis, tanquam ſi illud *Dii ſciunt*, puerile & putidum, neque huic loco conueniens; idque ideo, puto, recepit editio Eraſmi aliæque; niſi quod ii *diſcutiant*, *quibus eſt ſententia tueri*. at enim illud *Dii ſciunt*. mihi hic proprie placet; vtique cum nemo ſit mortalium cui veri exacta ſcientia. & confirmare alioqui ſcripturam hanc, præter meos codd. binos liber Memmii ac Nicotii.

Et coniecturare in occulto tantum licet) ſic & Colon. & Palat. quart. at tert. *& ſecturare tm̃ in occultis. tamen licet &c* ſed placet quod eſt in Mem. & Nic. *& coniectura ire in occulta tantum licet*.

Capvt XXX.

Quam cum de Diis agitur) vox *de* abeſt Colon. at Palat. tert. *quam cum de diuerſis ag.* reſtat tamen prius in quart. quam religioſe de Deo loquendum eſſe cenſuerit Gentilitas videatur apud Vulcanium ad cap. 6. Ariſtotelis & Apuleii de Mundo.

Neq; enim omnia Deus humanis oculis nota fecit) ita & Palat tert. ſed inepte, pro eo quod eſt in quart. & Col. item Mem. & Nic. *Neq; enim omnia Deus homini fecit*.

Quota pars operis tanti noſtris oculis committitur) Palat. tert. *quotu oculis pars operis tanti nobis committitur*. quart. & Col *Quota pars operis tanti committitur?* Mem. ac Nicot. *quotu pars operis tante nobis committitur*. quod quis ſere probet.

Ipſe qui ea tractat) ſic Muretus. prius impreſſi, *Ipſe qui iſta*, quod & in Palat. quart. nam tert. & Col. *Ipſe qui ipſa*.

Capvt XXXI.

Cognata numini ſummo) ita & mei. malebat Pincianus cum ſcriptis ſuis, *cogn. num ſuo*. ego retinuerim prius.

Maieſtas tanta debiuit) Palat tert. *debitū*. quart. & Colon. *debeuit*.

Seculo? & quidem multa venientis æui populus ignota nobis ſciet. Multa ſeculis tunc &c.) ita quidem Romana editio. at Fortunati codd. ſcripti, *ſeculo? Ne hac quidem multa. Multa venientis æui populus ign. nob. ſciet. &c.* Eraſmi editio, *ſeculo, quam multa negotia, hac quidem multa. Multa venientis æui &c.* Palat. tert. *ſeculo quam multa negotia. ne quidem hoc. Multa venientis æui populus ignota &c.* quart. *ſeculo, quam multa negotia, nec quidem hoc multa ſeculis tunc futuris*, quomodo & Nic. ac Memmii, niſi quod ii, *Ne hoc quidem, Multa ſecul. &c.* Col. *ſeculo, quam multa negotia ne quidem hoc, multa venientis æui populus &c.*

Eleuſis ſeruat quod oſtendat reuiſentibus) ſic Muretus. aliæ editt. *Eleuſina*, quod & in Palat quart. & Colon. nam tert. *Cluſin.* meminit huius loci Hadr. Iunius Adag. 13. Cent. 6. deque hac re multa quoque Tertullianus aduerſus Valentinianos.

Initiatos nos credimus) male mei, *non*.

Reducta & in interiore] vocula *in* abeſt Palatino tertio. at quartus, & Colonienſis, *reducta etiam in interiori*.

Id quod vnum toto agimus animo) ſic & Eraſmus. at Fortun. *In quod vnum toto agimus &c.* quomodo & mei tres.

tres. itaque rescripserim libens eum Pinciani scriptis, *In quod vnum tota agimur animo &c.*

Mollisq; quo pereat] sic & mei tres. Pinc. *pereatur.*

Tenero & molli ingressa) Erasmi editio *incessu.* Fortun. *gressa.* quod & in tribus meorum.

Non ambulamus sed incedimus] ita & mei omnes. Fortunati vero *sed repimus*, quod probat ipse: at non ego.

Vt traducatur, quia non potest) ita de coniectura Fortunatus, hoc est, dedecoretur & deturpetur, atque infamia afficiatur, vt apud Iuuenalem,

Squalentes traducit auos. & noster in Epistolis: *Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi.* vetuste cusi & msf. mei tres, *aut traducatur* quod haud video cur non reuocemus, cum & fuerit in Fortun. membranis.

Alius in obscenam partem ludi fugit) Lipsius lib. 1 cap. 18 Saturn. Serm. nescit an verba illa ad *Spoliarium*: an ad *ludi locum fœdum*, vbi *Spongia* referat: an potius emendet, *artem ludi*, & capiat de iis qui sponte sese auctorant. de *Spoliario* diximus sine Epistolæ 93. de *Spongia*, Martialis:

Quod sciat infelix damnata spongia virga.

noster Epistola 70: *Nuper in ludo bestiariorum vnus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus, nullum aliud illi dabatur sine custode secretum. ibi lignum id quod ad emundanda obscœna adhærente spongia positum est, totum in gulam farsit.*

Infamia armatur) sic & Colon. ac Palat quart. nam tert. *infamo* quod & in Mem. & Nic. Fort. scripti, *infame*, neque ei displicet, quia subiungatur, *Egenus etiam &c.*

CAPVT XXXII.

Quem perdere licet) ita omnes cusi & msf. mei, si quid iudico recte. tanquam ita pendeant a ludis, vt eis abesse nefas sit ac scelus: atque ideo nunquam aliis rebus operentur, nisi cum per illos licet. Stephanus tamen Epist. 3 t. ad Dalechamp. scribendum ait, *libet*: quod & in Mem. ac Nicol. tentu pariter arguto, vt scilicet eum diem liberali impendant tantum studio, quem constituerunt perdere, & quo nihil omnino libitum agere.

Et veteres & minores] ita & mei tres, superscriptumq; Palat. quart. alias legi *maiores*, quod venerat in mentem Fortunato, putabatque rectius.

Precepta Pyrrhonis) ita alias legi notatur ad oram editionis Erasmianæ: ipsa namque *Plateais*, quomodo & mei codd. tres & cusi præside Fortunato.

Inimdiosa turba sibola) Col. *ea ludiosa turba.* Pall. *mudiosa turbe*, quod non omnino insuperhabuerim, imo oculis exceperim; nam *turba*, hoc est, popello *mundiosam* Pythagoricam sectam vel ipsa Pythagoræ prodiderit vita.

Ne cuius pantomimi nomen) Erasmus *cuiuslibet pantomimi.* forsan recte, nam certe Fortunati editio, Colon. ac Pal. quart. *cuiuslibet patrimonii*, tert. *ac cuiuslibet in patria nomen.*

Priuatim vrbe tota sonat palpitum] ita Erasmus. Fortunatus enim, vt & Memmianus, Nicol. Palat. tert. ac quart. *Priuatum vrbe &c.* Coloniensis, *Priuatum vrbe tonat palpitum.*

Vter det latus illa) sic Eras. & Fortun. prius editi, *vt detur latus illa* quomodo & Pal. quart. ac Colon. nisi quod ipsi, *illius* tert. *vt deus latus illius*

Deinde sub persona cum deu] ita & Col. ac Pal. quart. at tert. *Deinde cum persona cum dea.*

Transitur ad ganeam] ita Erasmus. at prius cusi, vt & msf. mei tres & Fortunan. *ad galeam*, quod ipse probat: vt prius viri & feminæ impudentiores exerciti dicantur sub *persona*; deinde, quasi ad veram arenam se præpararent, sub *galea.* Iuuenalis Sat. 2.

Quem præstare potest mulier galeata pudorem?

& post,

Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus,

Et quanto galea curuetur pondere. quippe & feminæ vere pugnabant, vt patet ex Suetonii Domitiano, Iuuenalis libro primo, item Martialis, nec non Papinio in Syluis,

Stat sexus rudis, insciusq; ferri, Et pugnas capit improbus viriles &c. hæc lei e Fortunatus: quæ nondum audeo probare.

AD LVDVM SENECÆ IN OBITVM CLAVDII CAESARIS.

Hadr. Iunius putat libello isti titulum esse Ἀποκολοκύντωσιν: cuius meminit lib. 58. Dio. videatur ipse lib. 1. ca. 17. Animaduers. nam ego ambigo.

Anno nouo ; msf. Rhenani, *nono*, sed male. nam *annus nouus* dicebatur primus annus imperii alicuius Imperatoris, vt ad hunc locum notat Turnebus lib 23 cap 8. Aduersar. qui consulatur; non enim *annus nouus* significatio vna; vt & prodit Iuretus notis ad lib. 1. Epistol. 16 Symmachi.

Hæc ita vera) sic & Erasmus. at Cælii Curionis scriptus quidam liber, *vere.* quod ille probat fere & ego

Aut regem aut fatuum nasci oportere) Turnebus libro 26 cap. 4. horum istam putat sententiam, solis libertatem suam constare solere *fatuis* & *regibus.* nam & *fatuus* quiduis licet impune loqui & facere; & *regibus* ... quicquid libet. quod quidem prouerbium vetu Claudius Cæsar fecerat, quo imperante nemo fuerat liber, ... præter eos quos verbum illud vetus complectitur. sic Turnebus. videatur & Erasmus Adagio 1. Cent. 2 Chil. 1.

Quæ vnquam ab historico iuratores exegit) Rhenanus & Iunius legendum fere putabant diuisim, *iurato res*; quos reprehendit Cælius Curio, contenditque restituendum *iuro auctores.* inepte & ille *iuratores* enim testes dicebantur, qui produci solebant iurati. Plautus Pœnulo:

Vos iuratores estis; quæso operam date. videatur Lipsius lib. 2. Epist. quæst. 24 Dousa Præcidan. ad Petronium lib. 2 cap. 2 neque aliter sentiebat Lectius.

Qui Drusillam euntem in cœlum vidit] notat Liuium Geminum Senatorem, de quo Dio lib 59; vt prodit Lipsius d. lib 2.

Via Appia curator] adeatur Turnebus libro 26. cap. 4. Aduers.

Qua sca & Diuum Augustam) amicus meus legēdum putabat, *qua scimus*, aut, *qua scitur*, aut certe prius reponendum, *curator est.* ego hic & nunc & deinceps tacebo, destitutus manuscriptis codicibus. fuerat quidem Lusus iste in Col. meo, sed nescio quis Harpax fugace eum excidit manu

Ab hoc ego quæcunq; audiui] scribit Rhenanus videri fuisse in membranis quas excussit; *Ab hoc ergo quæ tam audiui certe clara adfero*, & vero Iunii codex Sancti Amandi, *Ab hoc ego quæcunq; audiui, certe clara adfero.*

Tempora somni) Rhenanus ait fuisse in msf. *cornua somni*, quod placet Turnebo & lib. 9. cap 26. & d. lib. 26 Aduers. vt fictione quadam ad consopiendum homines, Somno *cornu* plenum medicato Stygii fluuii liquore tribuatur. *cornu* autem ei *creuisse*, crescentibus noctibus, quod tum etiam homines longiore sepeliantur somno. sic & Statius 10 Thebaid.

--*manans hac fusos a tempore lano*

Sustentat crines hac cornu oblita remisit. sic ille d. libro 26 cum libro 9. solum dixisset scribere Seruium libro 6. Æneid. *Somnum solitum esse pingi cum cornu*: ex qua consuetudine Val. Flaccus scripserit 8. Argon:

Somne omnipotens, te Colchis ab omni

Orbe voco, inq; vnum iubeo nunc ire Draconem,

Quæ freta sæpe tuo domui, quæ nubila cornu.

Augebat Cinthia regnum ; ita & codex S. Amandi aliique. Rhenani, *Cinthia lignum*, vnde faciebat *lychnum*, tanquam ita eleganter vocetur *Luna*, quod alieno lumine egeat, nempe Solis. hanc ei emendationem recepit & d. lib. 26. Turnebus, at vult dictum *augebat*, quod longioribus & hibernis noctibus lampade opus sit Lunæ maiore. Hadr. Iunius *regnum* reuocat, quod non de ipso lunæ incremento loquatur auctor, sed de Autumno, cuius catastasin poetico more circumscribat; qui relicto a tergo æstate, noctes paulatim adaugeat, quæ accessio efficiat vt diu-

tius splendeat Luna, Solis præsentia sonare iubar abolente. neque vero, inquit, noctu animam agere cœpit, sed mox a meridie; quod paulo post tribus versibus periphrastice dicet: & Tacitus *medio die*, (quo tempore videlicet Claudius animam agebat) *Neronem ad cohortes exisse* ait.

Visoq; senescero Baccho) Curionis ms. *iussoq;* quod ei nō displicet, vt notet extremum vendemiæ tempus, quo iam in doliis condito vino, sinunt illud senescere, quod in annos seruant.

Dies tertius eidus Octobris] ita exemplar illud Iunii, quod confirmatur huius libelli versu initiali, & suffragatur ceterorum historicorum consensus. nam licet Seneca supra dicat, *ante diem tertium eidus*, non ita accipiendum est, vt die vno aut altero mors Claudii tertium eidus præcesserit: imo pure putreque idem est dicere *ante diem tertium Kalend. vel eidus*, &, *tertio Kal vel eidus*, quod ex Ciceronis epistolis notissimum est. Erasmi editio ac Curionis, *dies quintus eiusdem Octobris.*

Tamen inter sextam & septimam erat] codex Curionis, habebat in margine, *tum*, legebatque, *in horologia conuenient: tum inter sextam & septimam*, absque voce *erat*. itaq; seponit ipse, *tum tamen inter sextam & sept. erat.*

Nimis rustico acquiescant oneri poeta) quasi se onerari patiantur vt iumenta, cum ipsi vltro ambitiose consectentur intempestiuas, nec accommodatas temporis descriptiones. ita Turnebus lib. 26. cap. 4. at tradit Iunius codicem suum seruare *nimis rust. acquiescunt omnes poeta.*

Horam tam bonam) illa, *tam bonam*, non sunt in Cælii ms.

Vnam de tribus Parcis) vox *Parcis*, non erat in cod. Rhenani, sed lacuna vacua. fortassis, inquit, scriptum fuit, *μοιρῶν*.

Nunquam meritum vt tamdiu cruciaretur) Rhen. liber & Iunii, *nec vnquam tam diu cruciatus esset*. quæ scriptura, inquit Iunius, cum sit vtrobique constans, haud temere immutanda. forte tamen *nec vnquam tandem cruciatus esset.*

Quid huic inuides? Patere mathematicos) Rhenani editio amplius, *inuides? & respondet: Patere mathem. &c.* vnde fingebat Turnebus, *inuides? vt respondit, patere, math.* vt Clotho ista loquatur, dicatque, pateris, Mercuri, & vis vt verum tandem de eo dicant Mathematici, qui dum semper effeiunt & mentiuntur. Rhenanus putabat leg. *& respondit. Patiar math.*

Omnibus annis) absunt ista duo verba Rhen. ms.

Omnibus mensibus) Iunii liber, *mensis*, quod probat, tanquam eleganti paronomasia insinuet Claudium temulentum & crapulæ quotidianæ addictissimum sæpe numero fallere Genethliacorum prædictiones, non in annos modo, sed in singulas etiam passiones mensasque exitus illius opperientium.

Horam eius nemo] Rhen. liber, *& horam &c.*

Sauromatas, & si qui vltra glacialem Boream incolunt barbari] Rhenani ac Iunii codd. scripti horum verborum nihil habent, putantque inducenda vt spuria. recte.

Felicia vellera ducunt] Curionis scriptus, *felicia secula ducunt.*

Mollia contorto descendunt) ita emendauit Rhenanus. prius cusi, *distendunt.*

Felicia lassis) sic ex ms. suo Rhenanus. alii, *lapsis.*

Et affuso] ita diuinauit Rhenanus. libri eius aliorumque, *offuso*

Fecit & plena orditur manu] ita emendauit fide ms. Iunius Lipsius lib. 2. Epist. quæst. 24. *ordiendi* enim verbum proprium artis Mineruæ. aliæ edit. *fecit illud plena manu.* Curionis ms. *fecit illa plena manu*

Claudium autem iubent omnes χαίροντας &c) ita manifeste scriptus Iunii ac Curionis antea impressi, loco iambici trimetri vnicum tantum retinebant verbum, *χαίρειν*. Curio mallet tamen, *Claudium autem iubet, omnes χαίροντας &c.* vt subintelligatur *Lachesis.*

Va me puto concacaui me) producit istud Iosephus Scaliger Castigationibus in Catullum, & ait Græcum esse, *οἴμοι μοι*, & *ὤ μοι μοι*

Quid autem fecerit nescio) Rhenanus emendandum putabat, *ante.* ¶ *Nec post boletum opipare medicamentis conditum, plus cibi sumpsit*] tria tantum vltima verba restant in ms. Cur. absuntque priora illa sex: ipse ab exscriptore per incuriam prætermissa putat. at ego suspicor potius a Glossatore adiecta adhuc illa *plus cibi sumpsit*, vt omnia videlicet ista adpinxerit quis qui respiceret ad illa Iuuenalis Sat. 5:

Boletus domino, sed qualem Claudius edit
Ante illum vxoris, post quem nihil amplius edit.

certe nihil est horum in Rhenani ms. & periculose Seneca detegat flagitia Agrippinæ.

Qua memoria publicum gaudium impressit] ita editio Cælii Cur. at Erasmi alio ordine, *memoria, qua publ.* Rhen. scriptus, *Scitis enim certissimo, nec periculum est ne excidant qua memoria publicum gaudium impresserunt*, quomodo & Iunii liber, nisi quod is, *optimo*, non *certissimo*, probatque, nisi forte malimus, *impresserat.* Rhenanus legendum putabat, aut *impressit*, aut, *publica gaudia.*

Respondisse illum nescio quid) ms. Iunii abest pronomen *illum*, me volente.

Vt qui etiam non omnia monstra domuerit) ita & dudū corrigendum putabat P. Faber lib. 2. cap. 10. Semestr. item Lipsius lib. 2. Epist. quæst. 24. prius legebatur, *non omnia monstra timuerit.*

Qualis esse marinis belluis solet) ita fere etiam de Eumolpo Petronius: *Audimus murmur insolitum, & sub diaeta magistri, quasi exire cupientis bellua gemitum.* Dousa tbi, nempe Præcidan. lib. 2 cap. 10.

Raucam & implicatam] ad criptum est ms. Cur. *mutam & implicatam*: quod ipse probat, quoniam mutis quibusdam vox quædam sit, qua sonent, mu; vnde a sono facta verba, *mutire* & *mutus.*

Diligentius autem intuenti) dictio *autem* abest cod. scripti Iunii

Vis hac Claudius] priores voces duæ exulant eidem Iunii libro.

Ἰλιόθεν με φέρων &c.) ita & Cur. & Iunii mss. quæ ita intelligenda, vt referantur ad originem Cæsarum, quæ relata ad *Iulum* Æneæ Troiani filium.

Et imposuerat Herculi homini minime vafro, nisi fuisset) sic emendauit Iunius, in cuius ms. erat *fabro*. Rhenani editio, *Herculi minime discrimine fabulam*; vnde fingebat Rhenanus *Allobrox* cum fuisset in ms. eius *falvos*. Alciatus lib. 1. cap. 37. Parerg. coniiciebat, *Herculi minime discrimine fibula*; quasi senserit auctor de *fibula* notissimo penis astrigmento, quo ad inhibendum Veneris vsum iniecto vsa fuit antiquitas *ἀγκτῆρα* Græci vocant. sed aliena est ab hoc loco ista dictio.

Sola cum illo venerat] Iunii scriptus, *sola tum illo venerat*, per aduerbium locale; vt *Febris* comitis indiuiduæ comitatum, & cum Claudio ad cælitum curiam accessum significet.

Munatii municipem audis] ita legendum putabat Rhenanus, vt de *Munatio Planco* intelligatur, qui colonias in Gallia deduxit *Lugdunum & Rauricam* ms. eius, *Marci municipem audet.* prisca editio, *Marci mun. audis*; quod placebat Turnebo, aut vt erat in aliis libris, *vides*; existimabatque significari Claudium non verum germanumque *Romanum* esse, sed *inquilinum*, quales erant *municipes Ciceronis*, ipseque adeo *Cicero*, quos tamen contendebat veros esse Romanos, cum municipibus diceret duas esse patrias, vnam loci, alteram iuris. Claudius autem non Romæ, sed Lugduni natus erat. ita fere Turn. lib. 24. cap. 46. item lib. 26 cap. 4 Aduers.

Hunc ego reddo tibi Lugduni natum] ita & Curionis membrana, qui faciebat, *Hunc ego dedo tibi.* at malim ego cum Iunii scripto, *Hunc ego tibi recipio.*

Quam vlius mulo perpetuarius] Alciatus d. c. 37. hic eū ita appellari putat qui mulam veterinam conductam in perpetuum dum vixerit, certo pretio habet, eaque velaturam facit: id enim genus hominum nunquam quiescere quo lucrum faciat.

Vbi L. Licinius multos annos regnauit] vir tamen obscurus & ignobilis, verū Lugduni potens & celebris sic Turneb. d. ca. 4. Torrentius Comm. ad Suetonii Augustū ca. 67.

scri-

scribendum putat *Licinnium*, vt fit ille C. Cæsaris dictatoris libertus, qui sub Augusto Galliæ procurator eam spoliauit, vt narrat Dio libro 54. Lipsius lib 4. cap. 21. Antiq. lect. consentit in hominem, sed tamen retinet *Licinum*.

Et desine fatuari] particula *&c.* abest Iunii ms.

Ne tibi aliquas excutiam) ita Rhenani codex. Erasmi amplius, *excutiam dicito*.

Expromo propero sede qua genitus eluas] ita ex scripto suo restituit Iunius. prius cusi. *fede qua genitum dicas* Rhenani ms. *Exprimito propero sed quagenitus eluas*. quod interpolat ipse, sed valde infeliciter, ad hanc formam, *Expromere properes qua gente natus eluas*, neglecta lege trimetri.

Ad terram occidas) ita & Curionis scriptus ad marginem. olim cusi *accidas*; quod & in chirographo cod. Rhenani.

Et timet μαρᾶ πλαγῆν] ita ex suo Iunius, neque aliter fere liber Curionis: stulti enim faciles sunt infligendis colaphis. notat tamen Iunius & legi posse, *προσαγεῖν πλαγὰς*, vt vindicis manus iniuriam in depalmando pati Herculem exhorruisse significet.

Gallum in suo sterquilinio plurimum posse] explicat istæc Erasmus Chil. 4. Cent. 4. Adag 25. Calli calamo exaratus liber non retinet vocem *plurimum*. & hercle abesse potest *posse*; enim idem quoque notat quod *præstare potentemque esse*. quod olim C. Cæsar putauerit ex analogia, vt *ens* a verbo *sum*, sic *potens* a *possum* dici. sed & Solinus Polyhist cap. 55: de Mantichora, *pedibus sic viget, saltu sic potest, vt morari eam, nec extentissima spacia possint, nec obstacula latissima*

Notorem petisset] vtitur & Petronius verbo isto; *At ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem*: vt enim ibi *notor* qui, cum vestimenta sua asseruanda dabat Eumolpus officioso, qui, inquam consulto adhibebatur, vt Eumolpum res suas sibi vindicantem probe cognitum habere asseueraret, eidemque, quantum pote, suffragio suo adoreus vestispos omnes in partem præsto foret illico, committeretque Eumolpi esse spolia quæ balnearius possideret, ita & hic notor est, qui aliquem cognoscit; dicitur que. Ciceroni *cognitor* Verr. 7: *Adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt: vbi neque notos esse iis quo venerunt, nec semper cum cognitoribus esse possunt. cognitor* enim hic qui te homines Romanos nosse diceret. vide Turnebum lib. 29. cap. vlt. Douza Præcid. in Petron. lib. 3. cap. 2. vocibuli huius ignoratione, substituit Rhenanus *ὑπομνηστῆρα petisset*. Iunius *a notorem petisset*, Cælius Curio. *auctorem petisset*.

Qui me optime nosti) Curionis ms. *qui me cognosti optime*. ego fere possem in malam aliquam rem verba ista aufererentur; adeo tantum non superuacua sunt.

Quantum illic miseriarum pertulerim] ita Mureti editio; at aliæ *contulerim*, scripsitque Rhenanus forte restituendum *exantlarim*.

Sed quoniam volo, non mirum quod in Curiam) locus procul dubio mutilus, non modo deprauatus: itaque insigniatur asterisco; tanquam cui dialogismi bona desit pars. Iunius conciciebat, *Sed quo ἡ ἐμβολή* videntur enim, inquit, quæ sequuntur, disceptari inter Deos indigetes, mirantesque insolentem Herculis in cœlestium curiam irruptionem; vt sciscitentur, *sed quo ἡ ἐμβολή?* quasi dixerint, quo itu impetum impressionemque facis?

Sine capite, sine præputio) Mundus Stoicis Deus est, qui & rotundus est & virilitate caret, quam habent viri. idem Deus Stoicus, id est mundus, nec originæ caput habet. ita Turnebus lib. 26. cap. 4. Aduers.

Nec cor nec caput habet] scripsit ad me I. Lectius, putare excidisse verba, *nec pedes*: alludit enim, inquit, euidenter ad Catonis dictū de legatis Romanorum missis ad componendam pacem inter Nicomedem & Prusiam: quorum vnus multis cicatricibus sparsum caput habebat, alius pedib. æger erat, tertius ingenio socors. Appianus in Mithridatico. hoc autem, adiicit, refero ad id quod de Claudio dictum supra: *assiduo illum caput mouere, pedem dextrum trahere*. hactenus Lectius.

Cuius mensam toto anno celebrant, non tulisset. illum Deum apage qui &c.] ita Romana editio. at ea priores, *cuius mensem toto anno celebrauit Saturnalia, eius princeps non tulisset. Illum Deum a Ioue, qui.* Rhenani liber non habet illa, *Deum a*, sed spatium tamen restat vacuum. Iunius tale aliquid deesse putat, *repulsam non tulisset, si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium*; videlicet vt in Deos referretur: vt subdat deinde causam mutui beneficii *Cuius mensem toto anno celebrauit, Saturnaliaque eius*: ita namque legit. addit tamen forte etiam non male sic legi; *Si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebrauit Saturnalitius princeps non tulisset*. per ironiā scilicet, vt quæ sequuntur verba, deorum quispiam subiiciat cum stomacho: illum Deum ab Ioue, fieri qui tantis flagitiis coopertus fuerit! Lipsius lib. 2. Epist. 24. ait habere in ms. suo, *Saturnus eius princeps*, item in ex. *Illum Deum Iano qui*. vnde facit, *cuius mensem toto anno celebrauit princeps, non tulisset. Illum Deum fare qui*; vt Saturnalia eius adiecta fuerint his verbis, *eius mensem*.

Oropenque sororem suam) Rhenani & Iunii scriptus. *Ora per quod sororem*; qui Rhenanus cum esset in mss. *damnauit incestis*, indicat reposuisse se, *damnatum esse*. quod recepit Mureti editio. Turnebus lib 18. cap 3 hæc & priora sic refingit, *Eius preces non tulisset illum Deum ab Ioue, quem quantum in illo fuit damnauit incesti: qui L. Silanum, generum suum, occidit, sororemque suam*. quod enim, inquit, per libros percrebuit, *princeps Oropen*, nec intelligo, & folium Sibyllæ explicatu facilius credo. Lipsius d. lib. 2. ait item fuisse in ms. suo, *Oro per quod*, itaque reponit, *Oro propter quod?* in tota enim parte sermonis huius esse interpellationes & dialogismos Cur, inquit, Silanum occidit? Leui causa, quia ille sororis *Iuliam Caluinam* sororem suam *Iunonem* soleret dicere. id valet pro vxore habere nam mariti blandientes vxorculas, *Iunones* appellabant Plautos. *Eia, mea Iuno, haud decet te tristem esse tuo Ioui?* scribit eādem vulgo *Venerem* dictam, quia meretrix, & vt Tacitus ait, *procax femina & lasciua* sic Lipsius.

Quare, inquit, quæro, tantum sororem suam stulte studere, Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum] ita olim editi, vt & Rhenani scriptus codex, nisi quod is. *stude*, tre, *Quare inquit, quæro inquit, sororem &c.* ipse vero emendandū putabat, *Quare vincidit Roma historiam suam? Auscultare Athenis dimidium licet, Alexandriæ totam*. Curionis ms. *Quare inquit quæso enim sororē &c.* Turneb d. cap. 13. legit, *Quare, inquit, quare sororem suam? stulte stulte: Athenis dimid.* hoc sensu, Alexandriæ quiduis facere licet, & Ptolomæi suas sorores incestarunt: Athenis licet dimidium. legimus enim apud Athenienses fuisse sorores in matrimonio fratrum. aut hoc ait, quia Athenis vterinas ducere non licebat, cum liceret germanas eodem patre natas; vt tradit Philo &c. sic fere Turnebus, cuius interpretationem probat Lipsius, sed tamen emendat: *quare, inquis, quare occidit sororem suam? Stulte, stulte, Athenis &c.*

Quia Romæ, inquit, mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit) suspicabatur in postremis verbis Rhenanus de sensu obscæno. hominem acutum inquit Lipsius, qui videt quod nusquam est dubitat tamen an corrig. sit, *hic non scurra Cæsar regit*. Ego quiescere illum vnico Plinii loco iubeo Epist. lib. 4. *Interim tota ciuitate Nepotis edictum carpitur, laudatur. multi, inuenimus qui curua corrigeret quid? ante hunc prætores non fuerant? quis autem hic est, qui emendet mores publicos?* dictum igitur est in censorem importunum. sic Lipsius lib 2. Epistol. quæst. 24. qui ait Commentario ad lib. 12. Annal. Taciti, priora ista verba eius videri sententiæ, quasi & Sillanus noterut sororius Ligur. nam, inquit, *lingere* quid sit in obscænis, non ignotum; & ambigua allusio in *molarum* voce, quæ etiam in vtero dictum aliquid muliebri. sic ille, cuius postrema probo; & quia hoc, suspicor item de sensu inuerecundo in prioribus, quibus explicandis accommodabam illud vexatum hactenus Ausonii,

Quid imperito? Rho patet tibi scriptum,
Vbi locari Iota conuenit longum?

de quo amplius lib. 12. cap. 15. Suspicion Gotofredus scribit Lipsium corrigere. *inuenimus qui curua erigeret*. an Lipsius et hoc coram?

Quid cubiculo suo faciat, nescio) sic Mureti editio. at aliæ, *Quid in cubiculo suo faciat, ego nescio*.

Quod templum in Britannia habet) de eo & apud Tacitum lib. 14 Annalium: *Templum diuo Claudio constitutum, quasi ara æternæ dominationis* ibi Lipsius.

Quod nunc barbari colant) legit Lipsius, *lunc*.

Αλλαξον φιλατυχην) ita extare literis maiusculis in cod. suo scripto tradidit Curio, in margine autem sic, *μωρου φιλατυχη*. Iunius ait in exemplari suo fuisse, sed ambiguis plane literis siue, *μωρους κληρουχους*, siue *μωρου απουχην*, vel adeo *απουχην*.

Tandem Ioui venit in mentem) ms. Iunii: *In tantum Ioui venit*. haud tamen quicquam mutandum censet.

Priuatus intra curiam) Rhenanus diuinat *primates intra curiam morantes*: vt intelligamus voluisse Iouem Senatores primæ auctoritatis sententiam dicere, omissa ista pedariorum Senatorum disputatione.

Vos mera mapalia fecistis) hoc est, inquit Turnebus, vos disciplinam curiæ neglexistis; quod enim fecistis, merum rus est, & Afrorum *mapalibus* inconditisque casulis, & rudibus pastorum tuguriis persimile, non vrbanum, nec decorum, neque scitum, neque elegans. hic igitur, qualemcunque eum existimare oportet, quid de vobis existimabit, cum sine disciplina, velut alias res agentes, sic inepte vos geratis? ita Turnebus lib. 18. cap. 13 Aduersar. at enim lib 19. cap. 24. ait, *Mapalia* casas punicas explicat Festus: in quibus quia nihil est secreti, solet solute viuentibus obiici hoc vocabulum. quæ Festi verba magno possunt esse ad explanandum illud Senecæ, *vos mera mapalia fecistis*; quod est, vos dissoluti fuistis, & a disciplina recessistis, inconditeque ac perturbate omnia egistis. hactenus Gallus ille, cuius interpretationem vltimam probat & ad Festum Ioseph. Scaliger. tale quid volebat fere etiam Erasmus Chil. 2. Cent. 6 Adag. 46; quod habebat, *Rus estis*. Lipsius tamen d. lib. 2. notat fuisse in ms. suo, *vos mera nuptialia fecistis*, quod amplectebatur. *nuptiales* enim *sermones* impuri & minime virginales; cuius notæ multa in Claudium ante dicta.

Quid de nobis existimabit?) ita quoque volebat Lipsius lib. 2. Epist quæst. 24. prius cusi *existimauit*; quod tamen atque si alio modo scriptum erat, cepisse videtur & Turnebus.

Postmeridianus consul) credo ideo, quod cum meridie plenum sit forum (nam hoc tempus *πληθουσαν ἀγορὰν* vocant) post meridiem frequentissimo iam conuentu fœneratores æs locabant, quod Romæ ad Ianum fiebat: vel potius; quod cum Romani magistratus nihil serium *post meridiem* inchoarent & agerent, otiosus & superuacaneus esse videretur, & non necessarius, sed imaginarius, & in speciem Consul. imo vero consul potius sero factus, vt nimium senex, iocose significatur. Seneca lib. 3. nat quæst. *Nunc ad rem seriam &c. pomeridianis horis accessimus*. Turnebus lib. 18. cap. 13.

Homo quantumuis vafer.] est a coniectura Rhenani; quam probat Alciatus lib. 6. cap. 5. Parerg. item Iunius. prius impressi, *homo quantum via sua fert*.

Quod in foro viuat] & hoc est a Rhenano. prius, *iuuat*, quod mallet Curio, etsi ms. eius *viuat*, hoc sensu: is multa diserte dixit; quod scilicet diserte dicere in foro iuuat. sic ille. Rhenanus ita interpretabatur *viuat*, vt putaret notari quempiam qui consul factus erat e numero Numulariorum assidue in foro viuentium. nam, inquit, qui inter homines versantur, plus eloquentiæ plerumque habent. hæc Rhen. quæ non magis probo quam Curionis. retineo quidem *viuat*, quod etiam in Iunii ms. sed interpretor de Deo Iano, cum videlicet multa dixisse diserte, quod templum haberet in foro Romano: quod ibi habitaret vnde videre poterat iudicia, atque toto fere die exaudire oratores reos defendentes accusantesve.

Quæ ab illo dicta sunt] sic liber Iunii. antea impressi, *quam quæ ab illo*. videtur mihi melius, *quam ab illo &c.*

Iam fama nimium fecit) ita & vetuste cusi. Rhenani ms. *nimium*, vnde faciebat, *mimum*. h. e. vt scenicis ludis argumentum subinde præbeat. Iunii codex præfert, *nimium fecisti*. sed & idem eiicit isthæc omnia, *& iam pessimum quemque illum affectare*, tanquam a nasutiore quopiam adiecta; quod sane puto. nam nec ea in Rhen. ms.

In personam non in rem) laudat isthæc verba Cuiacius Comment. ad tit. de Pactis l. Iurisgentium.

Censeo ne quis) vocem *censeo* vsurpatam cum Consulis voce exciti, ad sententiam dicendam consurgerent Senatores, pluribus exemplis probat lib. 2. de Formul. Brissonius; præter illa quæ mox sequuntur in ludo isto, Herculis & Augusti.

Factus fictus pictusve) ita coniiciebat Iunius. alii codd. editi; *factus dictus pictusve*; quomodo etiam extat Brissonius.

Dedi laruis) sic ea ms. suo Rhen. olim cusi, *dedo*, quomodo & calamo exaratum exemplar quo vsus Cælius Curio.

Proximo munere inter nouos auctoratos) id est qui suam ad gladium operam mercede locarant; inquit Turnebus lib. 2. cap. 20. Aduers. vbi plura *auctorati* & *auctoramenti* exempla, cuiusmodi & nos produximus ad Epist. 37.

Ferulis vapulare) vide vt locum hunc explicet Turnebus lib. 18. cap. 13. Lipsius lib. 1 Saturn. serm. cap. 15.

Diespiter Vicæpotæ filius) ita erat etiam ad marginē scripti libri, quem comparauit cum impressis Curio; & placebat Lipsio lib 2. Epist quæst. 11. qui non inutiliter consulatur de hac voce, vt & Nicol. Faber ad hunc locum, nec nō Iac. Scheckius lib. 1. Obseruat. Epist. 1. nam Turnebus d. cap 13. antiquitus cusam lectionem retinet & explicat, vt & Ioseph Scaliger in Catullum. ea habebat *Nicepota*.

Cos. numulariolus Hic quæstu se sustinebat, vendere ciuitatulas solebat. Ad hunc eo belle accessit) ita & ms. Rhenanus nisi quod ipse *Ad hoc velle accessit*. vnde fingebat, *Cos. numulariolus, hic quæstu se sustinebat, vendere ciuitatulas solebat olesculeos. Accessit*, additque, videndum, an non pro, *numulariolus*, legendum sit *culleolarius*. at *nummulariolus* retinet d. cap 13. Turnebus, atque ita vocari ait, quod minimus esset fœnerator, & paruulas ciuitates haberet obæratas, quarum nomina eum venderet vel delegaret, *vendere ciuitatulas* dicitur. videtur hic autem, inquit, *Diespiter*, esse diei & lucis pater, quique mane regit; quo tempore numularii res suas gerunt, non perinde post meridiē. sic ingeniosissimus ille Gallorum. Iunii ms. habebat, *Cos. ull. Hoc quæstu se sustinebat vendere, ciuitatulas solebat adhuc velle*. ad quæ scribit: quid si, inquit, legas, *& adhuc velle apparebat*; aut simile quid; vt isthic interpungatur oratio, deinde sequatur altera periodus, *Accessit Hercules*.

Nec minus Diuam Augustam) vox *Diuam* abest ms. Curionis, qui item præfert, *quam ipsam Deam esse dixit*, pro eo quod editur, *quam ipse Deam esse iussit*. sed & notat Rhenanus esse hoc a castigatione sua quod legimus, *sitque e republ.* chirographum enim tuum habuisse, *sitque necesse e republ.*

Feruentia rapa vorare) visum est istuc hemistichium Curioni ex poeta quopiam sumptum. de re ipsa Martialis libro 13:

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, in cælo Romulus esse solet. addatur Turneb. d. cap 13. Rhenanus ait fuisse in cod. scripto, *qui o Romulo possit feruentia rapta notare*.

Optimo iure] fuisse in creandis magistratibus, item in S.C. tis, vsitata verba hæc, *vti optimo iure*, patet item ex sententiisque a Liuio lib 9. a Cicerone dictis Philipp. 9 & 11 aut etiam, *optima lege*, de quo Festus in *Optima lex*; Cicero item orat. de leg Agrar. & Gellius lib. 5 cap. 2. Brissonius lib. 2. de Formul.

Sententia vna vincere] ita Mureti editio. ceteræ editt. *sententiam vinc.* sine voce *vna*, quod & in Rhen. manoscr. nisi quod ille *sententia*; qui putabat posse subintelligi eam vocem, scribendumque, *Claudium vna vincere*.

Surrexit sententiæ loco dicenda) tradit Lipsius lib. 2. Epist. quæst. 24. a ms. suo abfuisse *loco*, quod probat, vt subintelligatur *causa*. id ipsum improbatur Gotofredo, nec tamen addit quare. & quidem retineri posse fateor; vt velit surrexisse sententiæ dicendæ causa Augustum cum eum ordo tangeret.

Patres conscripti] ab his verbis orationes quas in Senatu habebant, sententiasque quas dicebant veteres inchoasse, multis ostendit exemplis lib. 2. de Form. Brisson.

In hoc terra marique) duo illa verba postrema in vsu fuisse, cum Imperatores testatum relinquerent clausum a se Ianum.

lanom, multis exemplis palam facit Brissonius sub finem lib 1. de Formulis.

Perist tuo imperio) ita Mureti editio. at melius aliæ priores, *Præcedit*, quod & fuisse in mss. Rhenani, Iunii, Curionis, inde colligamus quod duo posteriores taceant: primusque adeo dicat subesse locum ex ambiguitate: nam *præcidere* signare *amputare*, & aliud quod nolo dicere.

Quam canis exta edit) ita conicit Rhenanus, item Alciatus lib 6. cap. 5. Parerg. quod & probat Iunius, cuius tamen codex, *quam canes excidit*, vt olim vulgarut, quod ferre queat Curio, etsi eo tandem dilabatur, vt putet legi posse erecto verbo *excidit*: *tam facile homines occidebat, quam canes* eius quidam codex membranaceus, *quam canis frustum excidit*. vulgabatur olim, *quam canis frustum abscidit*.

De tot acribus viris dicam) ita ex ms. suo Iunius. nam prius erat, *actibus viris*, putabatq; Rhenanus legendum, *de tot præstantibus viris*, aut, *de dedrantibus viris*.

Nam vũ ὀργὴν agro senescit ὁ νόσος Πυργομάχων ... iste quem videtis) ita emendasse se iactat Rhenanus nam priora ita erant in ms. eius; *Nam etsi ʒ hormen Græce nescit ego scio*. Iunius anxie obseruato libri sui characterum ductu interpolat; *Nam etiam si φόρμιγγα nescit, ego scio, ὅτι νικῶν τὸ, Καλλίνικε Ἡρακλῆς. Isto quem videtis, &c.* & addit verba Græca satis euidenter cum hac distinctione legere est in ms. nostro. est autem illud Καλλίνικε Ἡρακλῆς, Archilochi poetæ carminis initium, quod ad citharam canebatur; testante etiam Pindaro in Olympiis hoc modo; χαῖρε Καλλίνικε τὴν ἄναξ Ἡρακλῆς. Curio dicit codicem suum loco *Phormen* habuisse *formam*. post verba illa, *ego scio*, expressisse literis maiusculis, EN TIC ON TO NYKHN AIHC; vbi inquit pro K Græco C vides Latinum, aut quod magis puto, pro [illegible]: nam ea forma vtebantur veteres. sic ille.

Vt duas amitas suas) Curionis liber, *vt duas Iulias amitas suas* quam lectionem, inquit, confirmat & Dio lib. 58.

Viderit Iupiter, an in causa mala, certe in tua, si hic) ita Mureti editio. aliæ; *Viderit Iupiter an in sua certe mala venit, si hic*. Rhen. ant. cod. *Vid. Iup an in causa certe in tua*. coniaturque scribendum, *Vid. Iup non mea mala, certe in tua, si hic*.

Hoc fieri solet in cælo? non fit) ita cusi. at ms. Curionis, *in cælo non fit*. vnde putat legendum: *Hoc fieri solet inquit*, vt Claudii sint verba respondentis, mox subiiciat Messala *In cælo non fit*, vel, *non fit*. sic ille, qui grauiter labitur quod putet vllas hic sermonis partes esse Messalæ: is enim nihil hic habet quod suum dicat, nisi illud supra; *Præcedit tuo imperio*.

Ecce Iupiter, qui tot annos regnat, vni Vulcano) ita legit Rhenanus, quod sugillat Iunius, quoniam fuisset in mss. codd. *regnatum Vulcano*; legendum enim potius, *Ecce Iupiter, quos tot annos regnatum, Vulcano, &c.*

Non desiit mortuum prosequi) Cur. liber, *persequi*, hoc est, inquit, *sequi & imitari*.

Nemini illi reddidit, caput tulit) Tacitus lib. 1. Histor. *Magnum Claudius, Crassum Nero, interfecerat*, ibi Lipsius.

Tam fatuum vt etiam regnare) citat & istud Erasmus in Adagio, de quo supra initio huius libelli.

Cogitate P. C. quale portentum) liber antiquus Rhenani & Iunii ista verba omnia excludunt, ad eum vsque locum. *Hunc nunc Deum facere vultis?*

Principes pietate & Iustitia Dii fiunt) locum istum egregie explicat P. Faber lib. & cap. 2. Semest. item ad leg. 191. tit. de reg. iur.

Quoniam Dryidarum immanem religionem aduexit, nostram prorsus extirpauit, vt Roma nuptiarum) ita quidem Mureti editio. at priores, *quoniam Druidarum perfida gentis Gallica immanem religionem, a qua ciues submouetam, prorsus extirpauit. vt Roma nupt.* quæ verba agnoscit & P. Pithœus lib 1. Aduers. Subsec cap. 3. & Lipsius Comment. ad lib. 12. Annal. Taciti tantum monet hic lib 4. cap 21. Antiq lect. illa, *perfida gentis Gallica*, videri glossema. nam, inquit, *Druida* sacerdotes Gallorum sunt, non *gens* aliqua Galliæ peculiaris. ad quæ respondet Rob. Titius lib. 6. cap. 18. Controuers. retineri tamen posse tres istas voces, quoniam *gens* aliquando sumatur pro familia & collegio; vt eum dicimus *gentem Cynicam, Stoicam, Peripateticam*: vt *gens Druidarum* valeat ordinem sectamque illorum sacerdotum. &c. quoniam & hic vnicuique hiscere licebat, emendabam olim lib 4. cap. 15. Sulpic. *quoniam Druidarum, per fidem gentis Gallica, immanem religionem ext &c.* Gotofredus simpliciter hic tradit, ita illa verba, *perfida gentis Gallica* glossema esse. an e libris id didicerit nescio.

Cum sibi Agrippina nuberet) reliqua omnia videntur auctoris nostri, licet maculis multis interspersa sint, imo corrupta: solum verba ista quatuor remouerim quasi aliena, & nescio quid barbarum sapientia.

Ad summum, tria verba cito dicat & seruum me ducat) isthæc omnia non sunt in mss. Curionis. aliæ editt. habent, præterquam quod absit vox *cito*, quæ ex ms. Iunii desumpta: ipse enim distinguit legitq;. *Diu iratus natu ad summa. Tria verba cito dicat. Hunc Deum quis colet*, relictis, *& seruum me ducat*: quæ si auctoris sunt genuina, forte non errabit, inquit Iunius, qui leget, *& in neruum me ducat*, quod peraigute vidit Iohannes Chaucus. quod attinet ad illa, *tria verba*, putat Brissonius lib. 5 Formul. sentire Senecam de iis verbis quibus rem nostram vindicamus, quæ erant, *hoc meum est*, siue, *aio esse meum*. Virgilius Ecloga 1.

Scilicet hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Martialis lib. 1. Epigr. 53.

Dicas esse meos, manuq; miseit. Quintilianus in Declam. argumento 3[illegible]9. Publicanus noluit scrutari *tantum manum iniicit, & suos dicit*. Plura videantur apud eundem Brissonium.

Ex tabellis) de scripto dictas etiam sententias probat & Cicero 10 Philip. item lib 10. fam Epist ad Plancum: Tertullianus Apologetico, Gellius lib 7. c. 19 Suetonius Claudii cap. 15. quorum refert verba Langlæus lib. 6. cap. 5. Octi Semestr.

Quandoquidem dicens Claudius) in nouissimis plane sententiarum clausulis fundebatur ratio, quam ab his vocibus, *cum, quoniam, quandoquidem* inchoabant. Virgil. lib 10: *Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris*. ad quæ Seruius: *Bene sententia dicenda orationem seruat. nam sicut in Sallustio & in Philippicis legimus, antequam dicatur sententia, præmittitur ratio: quod hodie in vsu est*. Brissonius d. lib 2.

Consocerum suum Appium) ms. Curionis, *socerum*.

Tam similem sibi quam ouum ouo) explicat illud Erasmus adag 10. cent. 5. chiliad. 1.

Placet mihi in eum) interdum in sententiis vtebantur verbo isto, *placet*, vt patet ex Val. Maximo lib. 6 cap 4. Cicerone Epist. 7. lib. 7. ad Atticum, Philipp. 14. Liuio lib. 9. &c quorum verba citat Brissonius d. l. 2.

Nec illi rerum iudicandarum vacationem dare) P. Pithœus lib. 2. Aduers. subsec cap. vltimo putat hic notare Senecam *prolationem rerum*, de quibus abunde dictum ad cap. 7. lib. de breuit. vitæ; carpitque Curionem, qui cum inuenisset in ms. suo *vacationem*, legendum arbitrabatur *aduocationem*, tanquam Claudius lege talionis indicta causa damnaretur. notat enim, inquit, potius tacite in eo Claudium, quod tam laboriose iurisdictioni & cognitionibus operã dare solitus esset, vt vix vnquam res proferret, sed festis quoq; & religiosis diebus ius diceret: cum tamen ceteris fere iudicibus hoc beneficium concederet, ne hyeme initioque anni ad iudicandum euocarentur, vt Suetonius in Galba scribit. hoc igitur iure in eum quoq; talionis lege Augustus vtendum censet, vt quãuis October mensis esset, *vacationis* tamen & rerum prolationis nulla haberetur ratio, quo minus de ipso Dii statim in consilium mitterentur. Aut potius censet Augustus rerum iudicandarum *vacationem* Claudio concedendam non esse, sed eum cognitionum ærumnis cruciandum, quibus tam laboriose operam dare solitus erat. sic enim & sub finem ait, *eum liberto donatum vt a cognitionibus esset*. quod si quis hic *rerum iudicandarum vacationem* ad comperendinationem referre malit, aut potius ad S. C. Tiberianum quo damnatorum pœna in decimum semper diem differebatur Suetonio & Tacito auctoribus, per

me equidem licet; dum sciat mihi coniecturas istas meas non omnino probari. hactenus egregius ille Pithœus; cuius coniecturæ mediæ pedaneus accesserim Senator.

Et cœlo intra dies xxx excedero, &c.] ita restituit ex ms. suo Iunius. vt præfinitum ei fuerit emigrandi spatium; omni cœlo (plures enim sunt cœlestium orbium ambitus) intra tricesimum diem, concessa illi tridui mora commeandi per singulos orbes: at Olympo, qui editior est & purior cœli locus, intra tertium diem. prius legebatur, *exportari cœlo, intra dies XXX excedere, Olympo, intra diem terras*. notaratque Rhenanus in ms. suo fuisse, *infra diem tertium*. interim notandum ex his eos qui relegabantur, dies a Præsidibus accepisse moris enim erat pronunciari. *Illum prouincia illa, insulisq; eis relego, excedereq; debebit intra diem illum*, vt Vlpianus scribit in l. relegatorum § his qui releganutur ff de interd. & releg. addatur & Suetonius Vitellio cap. 13. Val Maximus lib. 1 cap. 3. Tacitus lib 2. Annal. Ouid lib. 1. Tristium Eleg. 3. Brissonius lib. 5. de Formulis.

Illoc vnde negant] vox *illoc* non est in olim vulgatis. hæcque scribenda erant in modum versus: est enim hendecasyllabus Catulli.

Omnisq; generis aneatorum] ita emendauit Rhenanus, cum fuisset in ms. *senatorum*. Iunii membrana habet *senatorum*, quod cum nusquam legerit Curio, prius illud retinendum pronunciat, quæ vox inquit & in Ammiano, imo & in aliis.

Tantus conuentus] Lipsius lib. 2. Ep. quæst. 24. emendabat *concentus*.

Populus Ro. ambulabat tanquam liber] Rhenano placebat magis, *subilabat*, me nolente.

Matho & pauci causidici] est a coniectura Iunii, sic restituere cupientis, quod de eo Iouenalis Sat. 1 *Causidici noua cũ veniat lectica Mathonis* antea edebatur *Agatho*.

Tanquam qui cum maxime conuiscerent] prius cusi, *tum max.* in Rhenani ms. lacuna hic quædam erat. verbum tamen, inquit, *conuiscerent*, integre perscribebatur.

Ingenti enim μεγαληγορίᾳ] ita repoluit fide ms. sui Iunius, in quo μεγαλοφρονω perperam scriptum erat Rhenanus finxerat, *Ingenti enim* [illegible], &c.

Fingite luctus] versus hic aberat Iunii ms. atque Curionis; pro eo Rhenani liber, *Fugite mugitus*, & opinabatur ipse legendum, *Iungite questus*.

Cordatus homo] ms Rhenanus *Cordatus sano*; vnde fingit *Semo*, vt alludatur ad *Semonem* Virgilianum. amicus quidam meus suspicabatur *Semo*. si modo pateretur ratio versus, aut adeo syllaba prima in *Semo*.

Et cæruleos cute Brigantas] est ab emendatione Iunii, quod sciret olim Britannos glasto se inficere solitos, inter quos & *Brigantes*. antea erat *Scuta Brig* quod ideo improbat, quod nusquam legantur eo colore tinxisse, vt corpora, ita & *scuta* Io. Scaliger castigat in Tibulli lib 4. corrigere gloriatur, *Et Cæruleos Scotobrigantas*, quod ambabus vlnis amplectitur Georgius Buchananus libr. 2. *Rerum Scoticarum*; non etiam amicus meus Camdenus in Britannia sua, qui videantur.

Tibi iam cedet] ms Curionis *cedit*, quod malim.

Oppida centum?] delenda est interrogatoria nota, meo iudicio, quæ nec in prius cusis.

Talthybius Deorum nuncius] amicus ille meus iterum mallet deleremus dictionem *nuncius*, vt intelligatur Mercurius, deorumque ipse dicatur Talthybius figura non infrequenti.

Et viam rectam] Iunii ms. *tectam*; quæ scriptura, inquit, probatur magis, quod viæ tegebantur velis olim. at lectionem istam hic consistere non posse dixi lib. 2. cap. 9. Opinion.

Compendiaria via Narcissus] ms. Iunii, abest vocula *via*.

Dominus domum] absunt ista Rhenani libro scripto, sed, vt puto, male.

Ille autem patrono plura] Iunii membranis hæc omnia absunt ad illam vsque sententiam; *Dicto citius Narcissus euolat*. additque, nec veri dissimile est supposititia esse: & plena est sententia, etiam si absint.

Omnia proclinia] ms. Curionis *proclinia*.

Vt ait Horatius, bellua centiceps] ita Mureti editio. priores, *velut ait Horat* Lipsius lib. 2. Epist 24 vide, inquit, ne dixi quippiam, scripsitq; Seneca, *Cerberus triceps, vel, vt ait Horatius bellua cent.*

Centiceps sese mouens, villosq; horrendos, &c. ita & edidit Cælius Curio. nam priores, *consueuerat, ille autem totus informis est, nec quem velis tibi, &c.* ms. Rhenani præfert, *centiceps, pusillum superturbatur (album canem in deliciis habere consueuerat) vt illum vidit canem nigrum, villosum. Sane nunquam velis tibi in ten. &c.* nec aliter Iunii liber, nisi quod in fine scribat, *Sane non quem velis.*

Pusillum subperturbatur] scriptus Cur. *superturbatur*.

Et magna inquit voce: Claudius Cæsar venit] ms. Iunii, *& magna voce; Claudius, inquit, venit*, quomodo & Rhenani, nisi quod ille, *veniet*.

Cantantes. ηὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν] h. e. *captum tenemus, pariterq; exultemus læti omnes*; restituitque istud Iunius ex ms. vt inquit, ingeniose quidem, sed minus vere; melius enim quadraret Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν, de quo cecsle Nic Faber ad locum illum.

Hic erat C. Silius Cos. desig. Iunius Prætorius. Sex. Trallus, M. Heluius Trogus, Corio tectus, Valens, Fusidius Eq. Rom quos Narcissus.] ita Romana editio prius cusi. *Hic erat. Cos. desig Iunius Prætorius, Sex. Trallianus, Heluius Trogus, Coriotectus, Valens Fusidius Eq. Rom. &c.* at in Rhenani ms. initio erat lacuna; deinde pro *Iunio Prætorio*, *vnus Prætorius*, pro *Tralliano*, *Trallius*, pro *Coriotecto*, *Cottatectus*, postremo pro *Fusidio Fabius* Iunii ms. præfert, *Hic erat Consilius consul desig. vnus Prætorius Sextus Trallus. M. Heluius, Trogus, Cotta, Tectus Valens, Fabius eques Romanus quos, &c.* vnde facit, *Hic erat C. Silius Cos. design. Vnus Prætorius Sextus Traulus Montanus, Saufellus Trogus, Cotta, Vectius Valens, Fabius eques Rom.* sic, inquam ille innixus historia Taciti; hactenus, vt in æquo ponat siue legamus *Fabius*, siue *Fusidius*; ita enim malit quam *Fusidius*.

Sext. Trallus] Lipsius ad lib. 11. Annal. Taciti, ait forsasse hic rescribendum *Traulus*. moxque scribit disiunctim *M. Heluius, Trogus, &c.* vt intelligamus *Saufeium Trogum*, de quo ibidem Tacitus.

Mnester pantomimus] Iunius reponit *Mnester*, quod & volebat Leopardus lib. 9. c. 14 Emendat. & Miscellan. citatque etiam Brissonius lib. 14 de verb. signif.

Quem Claudius decoris causa minorem fecerat] Curio tradit ms. suum habuisse, *& minorem & monstrorem.* & vtro. forte legendum, *quem Claudius decoris causa monstrorem fecerat*, tradit Gotofredus: quo quid velit licet nesciam, defendendum tamen volgatum, vt forte subintelligatur *capite*; alludit que hic Taciti lib. 11. *Commotum his & prænum ad misericordiam perpulere liberti, ne tot illustribus viris interfectis, histrioni consuleretur*. nempe, cum probasset Claudio Mnester se tantum non ipsius Cæsaris iussu coactũ mutuum gerere Messalinæ, sibitracturus eum erat supplicio Claudius; non fecit, quod mineretur præter decorem esse vt hic vnus & vilis superuiueret de tot & tantis qui stuprum intulerant vxori. Rhenanus scribit, nescire se an legendũ sit, *quem Cæcus dec. causa minorem, &c.* vt intelligamus Mnesterem amasium ex obeso graciliorem factum. nugæ.

Cito rumor percrepuit] Curionis ms *percrebuit*. Iunii *percrebruit*.

Consolarunt primum omnium liberti, Mycon, Amphæonas, Ampaus, Pheronas. Posides, hasta pura insignis, Felix cum Pallante fratre, Harpocras, Polybius; quos Claudius omnes, nec vbi imperitus esset, &c.] sic Mureti editio. antiqua, *Ampyronas*, item, *quos omnes Claudius Quæstoris Prætorisq; muneribus vbi impertitus esset, præmiserat*: ad quæ scribit Rhenanus, esse in ms. suo, *Consolarunt omnium, &c.* sine voce *primum*, vt forte reponendum sit, *Consolabuntur liberti.* sed & inquit, pro *Ampyrona* erat in ms. *Arropas*; pro *Pherona*, *Pheronactus*. denique, cum præferret eadem schida, *quos Claudius omnes nec vbi imperatus esset, permiscent*, opinatur restituendum, *quos Claudius omnes, velut vbi imperaturus esset, præmiserat*. at Iunius ille noster ait totum locum venustius rectiusque legi in libro suo scripto, ad hunc modum; *Consolarunt primum omnium liberti, Polybius, Myron, Harpocras, Amphæus-*

Phero-

Pheronattus, quos Claudius omnes, necubi imparatus esset, &c. addit, forte doctulus quispiam congeriem illam libertorum numerosam ex Tranquillo adiecerat, eum mortuis viuos adhuc superstites confundens.

Πάντα φίλων πλήρη) ita inuenit in ms. Iunius, idemq; de suo testatur Curio. Rhenanus faciebat, ex ambiguis literis codicis sui, *πάντας φίλους ὁρῶ.*

In ius eamus: ego tibi hic fellas ostendam) Rhenani liber tantum habebat, *Eamus*, & loco duarum dictionum præcedentium vacui aliquid. sed & idem *stellas*, quod cum & in suo inuenerit Iunius, ait forte scribendum, *stelas* στήλας, inquit, sunt cippi pilæue opere structili, quibus inscripta videbantur fœdera, aut etiam proscriptorum nomina; vt patet ex Panegyr. Isocratis; vtiturque ea voce tanquam Latina Plinius lib. 6. cap. 28. addit deinde: Neque male scripseris *sitellas*. sunt enim *sitellæ* quas ἀμφορεῖς & καδίσκους nominant Græci, in quas calculi vel condemnantes mittebantur, vt Aristophanis Scholiastes in Vespas docet, quæ binæ erant; necis vna, misericordiæ nomine insignita altera. meminit *sitellarum* & Cicero pro L. Cornelio. sic fere Iunius. Brissonius lib. 5. de Formul. principio citat scripturam vulgatam hoc modo; *In ius eamus: ego tibi sellas ostendam.*

Postulat, nomen rei recipet, &c.) adducit isthæc & superiora Brissonius lib. 2. cap. 1. Selectarum Antiq. vt ostendat secutum hic Pedonem ordinem iudiciorum publicorum. de quo ipse ibidem amplius; vti & lib. 5. de Formulis; adducit inquam hac forma, *postulat, nomen eius recipe edit subscriptionem* erat in ms. Iunii, *postulat nomen eius recipiat, edit subscript.* quod & probat.

Equites Romanos CCCX. *atq; plures. ceteros* CCXXI. *item, &c.*) putabat Rhenanus legendum, *Equites Romanos* CCXXI: *ceteros item, &c.*

Exterritus Claudius. &c.) ista vsque ad illa, *Aduocatum non inuenit*, absunt libro scripto Rhenani.

Et postulat aduocationem) id est postulat vt ipsi pro Claudio respondere liceat accusatori P. Pompeio, vt interpretatur P. Pithœus lib. 2. cap. 20. Aduers. Subsec. citat & verba hæc Brissonius lib 1. de verb. signif. item lib. 5. de Formul. nec non Langlæus lib. 1. cap. 8. Otii Semestr.

Εἴκε παθοι) versum istum debemus libro Curionis; restatque & apud Aristotelem ad Nicomach. lib. . cap. 5. citatque interpretes Hesiodi ele, quo diuinum ius esse talionis, si quod quisq; facit idem & ipsi patiatur. Iunius non suo sciebat elementa scripturæ quæ in ms. suo; videbaturque fuisse, *Δίκη τ' ἀσεπ σεῷ, ἡ ἀδικῇ δ' ἔφθ τομος*, vel *τομῳ*, vt innuat Æacus iustitiæ oculum nihil latere. ad. cit; Fuit eum reponendum hunc Menandri Senatum censerem, *δίκης ὀφθαλμὸς, δικαίῳ χρεὼν νόμῳ.*

Si mensis dii laturæ fecissent) Rhenani ms. *si vni dii laturam fecissent*, cum quo consentit lectio codicis Iuniani; vnde Batauus ille faciebat, *si vni dilaturam fecissent*; eo libentius quod sententiæ ipsius suffragetur Andreas Alciatus Parerg. lib. 6. cap 5. nisi quod pro *vni*, legat, *vllam*. at fugillat hanc lectionem, vt & Alciati, Cælius Curio: primum, tanquam *dilatura* ita insolens sit verbum, vt ne in fæcibus quidem Grammaticorum inueniatur; deinde, inquit, quis vnquam dixit, *facere vni dilaturam*? quid hoc ad sequentia? videntur igitur ei aliquot potius deesse verba, aliquot immutata, corrupta & mutilata: fingebatque, *nisi vnius dies iacturam fecissent, Tantalum*: aut si liceat longius recedere a scriptura, atque aliquot verba supplere; *Erant qui dicerent, non absurdum videri si vnius Dii iacturam fecissent Tantalum, &c.* vt intelligamus, inquit, præstare vnius Claudii iacturam facere, quam trium, Tantali, Sisyphi, Ixionis, quos perire necesse sit nisi illis succurratur: succurri autem posse, si vnus Claudius vices illorum obeat. sic ille; sed tamen non vt etiam nobis obtrudat.

Non vnquam Sisyphum onere releuari) hæc aberant Rhen cod putabatque Curio si legitima sint, nihilominus legendum, *onere releuandum*, vel *releuari oportere*.

Vlis ex veteranis) Iunii liber ms. *illi ex veteris*; vnde faciebat, *illi ex veteri S.C.* h. e. *senatusconsulto* vel *instituto*, aut simile quid. ¶ *Rotam sufflaminandam*) quid si, inquit Rhenanus, *sublaminandam*, a *lamina* deducto verbo. ridicule. nam *sufflamen* omne id quod decliui in loco currum remoratur, restricta rota, ne in præceps deferatur. de quo Iuuenalis Satyra 8. *Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.* vnde & *sufflamen litis*, idem metaphorice dixit, pro *dilatione & remora litis in longum tempus extracta*. huc que facit dictum Augusti quod est in Controuersiis, *Haterius noster sufflaminandus est*; quo vult, coercendam fuisse & reuocandam eius in dicendo concitationem planeque immodicam verborum affluentiam. Iunius.

Placuit nouam pœnam excogitari debere, instituendum illi laborem) Rhenani liber & Iunii transpositis vocibus, *constitui debere, excogitandum illi lab.*

Cupiditatis species sine fine & effectu) est a coniectura Curionis. prior editio, *cupiditatis, spes sine fine effectus*; vnde faciebat Rhenanus, *cupiditatis specimen sine effectu*.

Pertuso fritillo) *fritillum* eundem vult Turnebus cum *turricula* siue *pyrgo*, quoniam quod hic de priore dicat, de altero referat Martialis lib 14. cap. 16:

Quæris compositos manus improba mittere talos:

Si per me misit, nil nisi vota facit. sed tu mihi vise Turnebum libro 6. cap. 3. item libro 27. cap. 3. ibi enim innuit non idem fuisse *fritillum* & *pyrgum*.

Adiudicatur Caio Cæsari: illum Æacus donat) sic & olim cusi. at Iunii vetus, *adiudicatur, C. Cæsar illum Æaco donat*, quod eius iudicio sincerius est.

Vt a cognitionibus esset) ita erat in ms. Iunii, nisi quod ipse nulla vocula et prius impressi, *vt a cogitationibus abesset*. medium probatur & Lipsio lib. 4. cap. 21. Antiq. lect. adcatur & Alciatus lib. 6. cap. 5. Parerg. Curio ferat etiam, *vt a cognitionibus adesset*, quanquam, inquit, *abesset* non displicet; vt Caium notet qui cognoscendi prouinciam sæpe libertis suis committeret, quo magis a curis liber altiore otio frueretur.

AD SENECÆ RHETORIS CONTROVERSIARVM

LIB. I.

PROOEMIO.

Iubetis enim indicare, &c.) Pal. quart. alio ordine: *Iubetis enim quid de his decl. sent qui in æt. meam inciderunt iudicare*. item sec. & Coloniensis, nisi quod illi *iudicare*. solum consentit vulgatæ lectioni Pal. tert. nam primus præfationem hanc aliasque aliquot omisit; qui tamen solus de quinque hisce membranis Controuersiarum seruat libros; alii quatuor Declamationes tantum.

Sed etiam iudicetis) sic solum Pal. tert. alii quatt. *sed & ind.*

Est, fateor, iucundum mihi) Pal. sec. & Col. *mihi iucundum*; vnde fere suspicor delendam dictionem principem, hoc modo: *Fateor, iucundum mihi*, quomodo est in Pal. quart.

Nam duo millia nominum) Pinciani membranæ; *Nam ad duo, &c.* mei quatt. *Nam & duo, &c.*

Quo ordine erant dicta referebam) iidem mei, *quo erant ordine dicta reddebam*, quod & placet. nam & fuisse *reddebat* in suis, prodidit etiam Pincianus.

Præceptorem nostrum conuenerant) sic & meorum tres, solum tert. vt & Pinc. codd. *meum*.

Nec ad complectenda tantum quæ vellem) meorum tres expresse *complectendum*. Pal. tert. nota expressit syllabam vltimam.

Sed etiam ad continenda quæ acceperat) notauit Erasmus forte addendum a fine, *quæ acceperat fida*. nihil admiserim & contra mss. meos, & quod elegantior subintelligatur dictio *velox*.

Nunc autem & ætate) vox *autem* in nullo est meorum; imo nec illud, *&*, comparet in Pal. quart. scribitque, *Nunc ætate quassata desidia longa*.

Tamen promittere non possit] ita quidem Pal. tert. at reliqui tres, *non possit promittere*, sine aduerbio *tamen*, quod placet.

Solebat bona fidei esse] id est, quæ sine cunctatione reddit deposita, inquit Cuiacius lib. 8. c. 10. Obseru.

Et illam mecum feratabor] ita Erasmi editio. at mss. mei quatuor & Pinc. omnes, *& illam mecum auferam*.

Ex parte enim spero bene] meorum. *De parte enim bene spero*.

Et modo audita] sic solum Palatinus tert. alii, *aut modo, &c.*

At si qua illi] sic solum Palatin. tert. alii, *At si aliqua illi*.

Totiens tanquam noua audiam] rescripserim cum Col. Pal. sec. & quarto, *totiens tamen quasi noua*. nam & alioqui Pinc. codd. *toties tamen tanquam*.

Itaque ex memoria, quod vobis satis sit, superest] malim cum Palat. sec. ac tert. *memoriæ meæ quantum vobis satis sit superest*. nam & ita quoque quart. ac Columensis, nisi quod in *meæ* Pinc. mss. *memoria meæ quantum vobis satis est superest*. Erasmi, *memoria quod vobis satis sit, superest*.

Illud necesse est impetrem] Col. ac Pal. quart. *Inde necesse est*. forte: *Vnum necesse est*.

Quæ mihi occurrent] rescribe cum Col ac Pal. quart. *occurrerint* nam alioqui tert. *occurrerunt*.

Quicquid obuenerit controuersiarum, apprehendam. Sententias forte ponam] ita & Pal. tert. nisi quod ad marginem ponatur ab eadem manu tanquam omissum, *quicquid obuenerit controu. adferente memoria appreh.* at alii tres, *quicquid obuenerit apprehendam. Controuersiarum sententias fortasse*.

Quod quærenti non comparuit] sic & Pal. sec. & tert. at reliqui duo, vt & Pinc. codd. *comparuerat*.

Quæ obuersantur mihi, & iam ex aliqua parte] mei omnes tribuunt. *mihi, sed ex aliqua parte*. Col. præterea non habet vocem *quæ*, præterque Pal. sec. ac tert. *obseruantia*. quartus, *obseruantur*.

Securo & compósito animo] mei quatt. sec. *& repósito animo*, nec damnauerim: vtique cum & sic quoque seruet Erasmi editio.

Intempestiue molesta est] ita & Pal. tert & quart. alii duo *intempestiuum*, quod & in mss. Pinciani, probatúrque ipsi.

Iam olim præcurrio paret] ita meorum tres, nisi quod resecant, *patet*. at Pal. quart abest vox *præcurrio*, scribitque, *iam olim paruret*. Pinc chirographi, *quæ mihi iam olim præcurrio non paret*.

Prioris quoque vobis cognoscere] sic & Pal. quart. nam tert. *priorumque vobis cognoscere*. Col. ac sec. *prioris quoque vobis agnoscere*.

Plus eloquentia proficitur] meorum tres, *plus in eloquentia*. Pal. quart. *plus ineloquentia*. medium non plane displicet.

Quamuis præcipuus sit, imitandus] vox *sit*, abest Pal. tert. at Col. *quamuis præcipuus sit mihi imitandus*.

Semper citra veritatem & minor est similitudo] ita & Erasmi editio. at malim ego cum Pal. sec & quart. *Semper citra veritatem similitudo est*, ceteris reliquis, quæ nusquam in aliis meis, nisi in Pal. tert. hac forma *semper citra veritatem minor est similitudo*. nam Col. *semper citra necessitatem similitudo est*.

Deinde vt possitis æstimari] sic solum Pal. tert. reliqui, *Denique*.

Quantum quotidie] Pal. mei tres, *in quantum* Col. *inquam quotidie*.

Et nescio qua iniquitate, & ad malum pronitate natura, eloquentia se retro tulerit] sic Erasmus. at Pinc. codd recte carent illa, *& ad malum pronitate*, quæ nec etiam in Pal. tert aut quarto. quin solummodo ille adhuc omittit vocem, *eloquentia* est in Col. *& nescio qua iniquitate eloquentia natura se retro, &c.*

Aut opponat aut præferat] Erasmi editio & mei quatt. *opponat*.

Quotidie data res est] sic & Col & Pal. sec. at tert. *quotidie decrescant*, pro iis, *data res est*; quæ quidem sunt in quart. sed is tamen interserit illud *decrescunt*.

Nec in vllius honesta rei] non displicet quod restat in meis quatt *nec in vnius honesta, &c.*

Multarum rerum industria innasit animos] Col. *multarum rerum innasit animos industria*.

Cantandi saltandique nunc obscœna studia] vox *nunc* non est in Palat. tert vt nec in tribus reliquis: qui meo animo bene, *Cantandi saltandique obsc. &c.*

Quis æqualium vestrorum] sic & Pal. sec. & tert. at reliqui *nostrorum*.

Quid dicam satis ingeniosus] mei omnes, *quis dicam*.

Emolliti eneruesque, quod nati sunt, inuiti manent] sic & Pal tert. & quart. nam sec. *qui nati sunt inuitique manent*. Col *quod nati sunt viri manent*. Pincianus iussit scriberemus ex mss. suis, *Emoll. eneru. nati sunt. in vitio manent*. cui iure obsecutus Cælius edidit. *Emoll. eneru. in vitio nati sunt, in vitio manent*. cuius sane sententiæ, quamquam prorsus nō admiserim. vult enim priore scriptura noster, adeo degenerasse viros, vt si fieri posset naturam etiam virilem exuere cupiant, & fieri feminæ; feminæ, inquam, non moribus, sed figura corporis, hocque ipsum reprehendit quoque Seneca filius lib. 7 c 31 natur. quæst. *Quotidie comminiscuntur per quæ virilitati fiat iniuria aut traducatur, quia non potest exui. Alius genitalia excidit, &c.*

In hos nec dii tantum mali permittant vt cadat eloquentia: quam non mirarer, &c.] ita quidem editi & Pal. tert. at Pinciani mss. partim, *In hos nec dum tantum mali vt cadat eloquentia, quam non, &c.* partim, *Et in hoc cadat eloquentia, quam non mirarer, &c.* Pal. sec. *In hos nec dum tantum malim vt cadat eloquentia, &c.* quart. consentit vulgato, nisi quod præferat, *permittet*. Col *In hos nec Dii tantum mali nunc non cadat eloq. &c.*

Orator est, Marce fili, vir bonus, &c.] sic & Pal. sec. at tert *Mela fili*. quart *Orator est in arte o Zela fili vir bonus*. Col *Orator mi fili vir bonus*.

In istis vulsis atque expolitis] ita alias legi notatur ad orā edit Erasm ipsa enim, *in istis fluxis*, quomodo restat in meis membranis quatuor. prius placet Iosepho Scaligero Castigat in lib 4 Propertii, vt sit, *in istis vulsis*, itidemque dicantur Iuuenalis, *resinata iuuentus*, &c.

Quis quis non dico magnis viribus sed suis placeant?] ita & Erasmi editio, & Pal. sec. ad cuius oram additur, forte legendum *viris* non *viribus* est in Pal tert *quis est nunc dico viribus magnis sed suis placeat*. quart *Quis quis no dico magnis viribus suis placeat*. Col. *Quis est qui nunc dico magnis viribus suis placeant?* legerim fere, *Quis quis non dico magnis virtutibus, sed suis placeat?*

Et sacerrimum eloquentiam quia præstare] ita coniecit Pincianus: nam Erasmus, *& sic acerrimam eloq. quā præst.* quomodo restat & in Col. & in Pal. tert nam quart *& acerr eloq quam* sec. *& sincerr. eloq quam*, quomodo erat etiam in Pinc. mss. Gulielmius Quæstionibus ad Pœnulum c. 5 rescribit *& sic sacerr.* quod sequatur, *violare*.

Quod exiguus] sic solum Pal. tert. nam sec. *quo.* quart. & Col. *qua*.

Traduntur posteris quo memoria eorum producitur] Pal. sec & quart *quo mem. eorum prod. posteris traditur*, quomodo & Col nisi quod is *perducitur*. item *traditur*.

Suum cuique reddam] mei quatt *suam vnicuique red.*

Videor audiuisse præter Ciceronem] sic & Pal. tert. at reliqui tres, *Omnes autem magni in eloquentia nominis, excepto Cicerone, videor audiuisse*. quod reduxerim.

Ætas mihi eripuerat] probat ex hoc loco, aliisque passim Lipsius, auctorem Controuersiarum istarum patrem potius Senecæ superioris quam ipsum Senecam, cuius videsis lector argumenta lib & cap 1. Electorum: sunt enim plura quam vt exscribam. addatur & Alciatus lib. 4. c. 14. Parerg.

Intra coloniam meum me continuit] ita ex suis Pincianus, neque secus Col. ac Pal. quart. nam tert. præmittit voculam, *quo intra coloniam*, quomodo ediderat Erasm. sec. hæc annectit item superioribus, sed hac forma, *intra colon. meam me continuit*.

Alioqui potuissem eum audire in illo atriolo, &c.] sic quidem & Erasmus. at Pal. sec. *alioqui in illo atriolo in quo duos prætextatos ait secum declamare, audisse potui, & illud ingenium quod solus pop. Romanus par imperio suo habuit,* cogno-

cognoscere, &c. tert. *aboquin potuissem eum audiuisse in illo atriolo in quo duos grandes praetextatos ait secum declamare. audisse potuit & illud ingenium, quo solum populus Ro. par imperio habuit cognoscere, &c.* quart. *alioqui in illo atriolo in quo duos grand. praetext. ait secum declamare audisse, & illud ingenium, &c.* Col. *alioqui in illo atriolo in quo duos grand. praetextatos ait secum declamare audisse potuit, & illud ing.*

Et quod vulgo de alio dici solet, sed de illo proprie debet] ita Erasmus. prius ocusis aberat vox *dici*, quae & in Pincian. exempp. & meis, quae praeterea omnes repraesentant *sed in illo proprie, &c.* itaq; videntur ista haec & superiora sic commode rescribi posse: *Alioquin in illo atriolo (in quo duos grandes praetextatos ait secum declamare) & illud ingenium quod solum populus Rom. par imperio suo habuit cognoscere, & quod vulgo de alio dici solet, sed illo proprie debet, potui viuam vocem audire.*

Hoc autem genus materiae] vox *autem* hic turbat sententiae cursum. repotatur suasu mss. meorum quatt. *Hoc enim genus mat.*

Graecum quidem est] vox *est*, abest Colon. & Pal. sec. ac quart. solum eam habet tert.

Sed in Latinum ita translatum] ita quidem mss. mei, sed tamen vix me contineo, quin rescribam *in Latium*, eo etiam magis quod sic legere se indicauerit dudum scitus ille P. Faber lib. 2. cap. 16 Semestr.

Apud nullum auctorem antiquum] sic ex suis Pinc. nec aliter meorum tres. tantum Pal. tert. praeponit, *quia apud, &c.* quomodo & editio Erasmi.

Qui declamationem distinguit] ita & mei. Pincianus tamen ait legendum cum suis, *diffiniit.*

Iam non mediocriter bene dicere. Alterum, &c.] ita Eras. Pal. sec. tert. quatt. *iam non mediocriter dicere. Bene alterū, &c.* Pincianus corrigendum putabat, *iam non mediocriter dicere sed bene.* ego potius reducerem scriptionem quae in ms meo Col. *iam non mediocriter dicere. Vnde altera, &c.*

Exercitationis esse: alteram vera actionis] ita scripti Pinc. item Pal. sec. nam quart. & Col. *vero.* tert. *exercitationis; alteram esse vera act.* vti ediderat Erasmus.

Nosse eum post me natum] mei omnes *noscere.*

Carissimi mihi sodalis] iidem *cariss. mei sodalis.*

Peraudiam familiarem] ita codd. Pinc. item mei quatt. Erasmi, *productam.*

Nemo plus ingenio suo] vox *suo* abest Pal. sec.

Cum se ad scribendum] fere non displicet quod est in Col. *Cum vero se ad scrib. &c.*

Grauis sibi instabat] mei quatt. *grauius.*

Et in omnes iocos] Col. Pal. sec. ac quart. abest copula *&*. nec requiro.

Omnes illos agrestes in siluis ac montibus natos] sic & Pal. tert. at alii treo alio ordine, *in siluis ac montib. natos omnes illos agrestes*; vt pene suspicer illa, *in siluis ac montibus natos*, esse a glossemate, nisi forte fuit, *omnes illic natos*, reiectis intermediis.

Et in tantam sic viuendi peruenerat cupiditatem] ita quidem Erasmus aliique traduces. at mei, *& in tantam sic perueniebat viuendi cupiditatem.*

Quo abduxerat, reuocarat] vox vltima non est in Pal. sec. at alii tres *reuocabat.*

Omnibus quidem prodest] sic & Pal tert. at sec. & quart. vt & Pinc. codd. *Omnibus enim prodest.* Col. *Viribus enim prodest.*

Quantum concupierat] sic & Pal. tert. reliqui duo *cupiebat.* Col. *concupiebat.* ¶ *Itaq; nunquam eum ardentius*] malim cum meis, *ideoq; nunquam, &c.*

Illum fortem, agrestem] mei, *Illum fortem & agr.*

Ab imo vsq; ad summum perducere] ita quidem Palat. tert. at duo reliqui, *a summo ad imum perd.* quomodo & Col nisi quod destituitur voce *perducere.*

Ad declamandam veniebat] Pal. tert. *ventebat.*

Hispana consuetudinis] sic & Pal. sec. alii *Hispanis*, quod & in Erasmianis, qui tamen annotant alias etiam legi *antiqua cons.*

Ambulatione reparare] sic & mei. Erasmi margo, *alias, ablutione*, quod ineptum.

Post coenam fere lucubrabat] Pal. quart. *vero*, non *fere*: vnde error natus in tribus reliquis, qui, *Post coenam vero fere lucubrabat.*

Alimenta per somnum quietemq;] ita Pal. tert. & quart. item quidam codd. Pinc. alii amplius, *alim. in stomacho per somnum, &c.* Erasmi editio, *alim. per stomachum, per somnum, &c.* quomodo & Pal. sec. & Col.

Itaq; & oculorum aciem] meorum tres *Itaq; oculorum & aciem.* tert. Pal abest copula & hic & mox seqq. hac forma, *Itaq; ocul. aciem & f. colorem mut.*

Sed plurimum adiuta arte] sic & Pal. tert. alii tres, *plurimum adiuta tamen arte*, quod reuocarim.

Cum id in illo magis] sic & mei. & Pinc. qui legendum putabat, *Quam id in illo, &c.*

Quod nec lente & auxit] mei quatt *quod non lente.* minutiae haec sunt; fateor: sed tamen tot mss. consensus nescio quam eo addit auctoritatem.

Nouissime affigant] meorum duo *afficiant*, vt & quart. Pal. & Col nisi quod & ii, *nouissimo.*

At quorumcunq; stilus est velox] Col. Palat. sec. & tert. item Pinc. codd. *Ast quorum stilus velox est.*

Et ad apprehendenda] sic solum Pal. quart. alii *comprehendenda.*

Aiebat se scribere in animo. Dicebat ita vt in nullo, &c.] ita quidem Mureti editio: at Erasmi absque, verbo amplius, *in animo cogitata Dicebat, &c.* quod & in Pal tert. item sec. ac Col nisi quod iidem alio ordine, & distinctione: nam sec. *Aieb. se in animo scribere. Cogitata dicebat ita.* Col *aieb. se inscribere animo. Cogitata dicebat*, quod mihi non displicet quart *aiebat se in animo scribere cogitata dicebat, &c.* sine vlla interpunctione.

Memoria deceperit] Pal. tert. *decepit*, reliqui, *deciperet.*

Et statim eius acta] sic Pal. tert. alii mei, *facta.*

In animum eius semel descenderant] ita Erasmus & Col. Pinc. quidam *in animum eius semel ascenderant*: quidam, *in memoriā eius semel, &c.* lectionem mediam defendunt Pall. tres. malim tamen primam.

Ad hanc eius veritatem obstupescere] Pal. sec. ac quart. *in hanc eius*, vti & Col. qui &, *obstupefacere.*

Facere id quod Cineas] mei *facere illud, &c.*

Aut hoc fecit Hortensius] ita & Curionis Secundi editio, sed male. Erasmi, meiq; quatt. *Aut quod fecit.*

Ordine suo recensuit] ita quidem & Pal. tert. sed tres reliqui, *ordine suo, argentariis rec ita vt in tabul. fall. recensuit*: quod probo.

Argentariis recognoscentibus] auctiones coram *argentariis* factas, qui in tabulis pretia adiectionesque referebant. docent praeter ista Senecae Quintilianus lib. 11. cap 2. & Cicero pro Caecina. videatur Brissonius lib 1. de verb. sign. lib. 6. de Formul. Torrentius Comment. ad Suetonii Neron. cap. 5.

Cupit ut statim ista discere] ita & Palat. quart. at alii tres & Pinc membranae non agnoscunt vocem *ista.*

Hoc praeuideram futurum] Pal. sec. ac quart. *hoc futurum vobis praeu.* Col. *uobis praeu.*

Tamen nec hic continetur] iidē tres; *Nec hic tamen cont.*

Eius quae dicturus erat] Pal. sec *eum contradicturus erat.*

At vbi nuda praeponuntur] iidem tres, *Ast.*

Aut ordine excedit] mei quatt *excedere.*

Nusquam putant esse facultatem] sic solum Pal. tert. aliis abest vox *esse*, me non inuito.

Quae effectu apparet, habitu latet] ita Pinc. codd. & Pal. tert. reliqui, *qua apparet effecta, &c.*

Sicuti ab illo proposita sunt] Pall. tres *ab illis*, vt & Col. qui etiam praeterea primum habebat, *posita.*

Et propositum tam meum quam vestrum] sic solum Pal. tert. alii tres voces quatuor, *tam meum quam vestrum*, nō habent; nec scio an sequantur.

Et quicquid ab illa abduxerit] mei vno ore, *abduxeret* quod vel ideo restituendum.

Apud Marullum] Pal. tert. *Maxilum.* reliqui *Marillum.*

Suspensos pedes habere] ita & Pal. tert. at tres reliqui, *suspensos pedes ponere*, quod reuocandum, cum & in suis inuenerit probaueritque Pincianus.

Cum maxime declamantis Marulli] mei omnes *quam maxime*, item *Maxilli*, Pal. tert. & quart. alii, *Marilli*, vt & semper infra. publicata lectio est ab ingenio Pinciani,

cittos mss. habebant, *quam max.* vti & ediderat Erasmus.

Praeter epicheremata) ita Erasmus editio prior *epithemata*, quomodo & mei tres. nam tert. Pal. hoc in emorum omisit. Pinciani libet vnus, *ephiponemata*: vnde facit trãspositis literis, *praeter epiphonemata*, ex Quintiliano, inquit, Cicerone, & ceteris Rhetoribus.

De seculo, de debitis dicuntur) ita & Erasmus. at Poc. quidam non habent illa *de seculo*; alii habent, sed legunt inde, *de diuitiis*, quod testor etiam de meis quatuor.

Per se quacunq. controuersia reciperet, scribere) Pal. sec. *contron erat scribere* quatt. *persequi eunq. contron. scribere*, sine verbo *reciperet*. tert. *persequi & controuersia scribere*. Col. *persequi eunq. controuersia erat cum necesse erat scribere*. locus mendosus, quem non purgo, etsi fortean facile factu.

Et putant illum hominem) sic & Pal. tert. alii, *putabant*.

Non placebat illi) iidem tres; *Non placeb. autem illi*.

Schemata negabat) mei quatt. *Schema neg. decerni causa tauentum* & placet.

Sed iam non sustineo vos morari) mei quatt. *Sed iam diutius morari vos nolo* nisi quod Pal. quart. *nos volo*.

Scio quam sit odiosa Circensibus pompa) ita & Pal. tert. at anteposuerim quod est in tribus reliquis, *Scio quam odiosa res sit, Circens. &c.* vtique cum & sic quoque scribi voluerit ex mss. suis Pincianus.

Ab ea autem) vox *autem* solum apparet in Pal. tert.

In Maryllis) Erasmi, *Maxilli* Pal. tert. *Maxilis*. alii tres *Marilli*.

Cum iam cœpisset diem ducere) ita & Col. nam Pal. sec. *dicere*. tert. *cum iam cepit ducere diem*, superpictum que, *ad olli, occupare diem in declamando*. quart. *iam cœpisset diem lucere*, sine voce *cum* Pincianus emendandum putabat, *cum iam cœpisset dies lucere*. hoc enim factitare solitum Latronem supra dictum ab auctore nostro: *Sæpe cum per totam noctem lucubrauerat, &c.* at retinuerim ego, *diem duceret*, nec tamen retulerim ad Portium, sed ad Marillum, vt is se tunc tantum acquisiuisse dignitatis declamatoria hac arte, vt se non cuilibet vulgò vulgaret, sed certis tantum scholam aperiret temporibus. eandem phrasin bis vindicaui Senecæ filio. haud tamen celo, legere Agricolam, *dicere*, atque interpretari, id est polliceri certam diem qua dicturus erat, vti & Iuuenalis,

Lætam fecit cum Statius vrbem,
Promisitq. diem.

CONTROVERSIA I.

Vetante patruo aluit illum. abdicatur.) Pal. quartus & Col. *vet patruo aluit illum filius. abdicatur*. Pal. . *vetante patr. aluit illum abdicatus*. media lectio non displicet.

Cum vetaret me pater, aiebat; Ipse mihi, cum egerem, &c.) ita & Pal. pr. a secunda manu: prius fuerat *vetabat*, item *daret*. cuius prius *cum vetaret me pater alebat ipse, mihi cum*: ex quo faciebat insulse nimis I.C. quidam, *et si vetaret me pater, alebam ipsum: mihi cum, &c.*

Ecce oppressit inarescentem) Pal. pr. *marescentem*.

Pluris tibi frater efferendus) ita erat & ad oram editionis Erasmianæ, ipsa enim, *pater*, quod si malimus, dicentur ista a filio ad patruum. stat tamen pro altera lectione Pal. meus.

Aut quid fratrem tam locuples, &c.) Pal. *aut quid porro tam locuplet*; quod non improbauerim. nam & Erasmus, *aut quis porro tam loc.*

In stipem perdidit) Pal *prodidit*. amicus meus legendum suspicabatur, *prodegit*.

Iudices habemus Deos) Pal *Præsentes habemus Deos*, non *Iudices*; quod nec comparet in Erasmi editione.

Scis tuto te facere) meus, *Scis tanto te fac.*

Iterum de pœnas. ego: Parentibus meis cum, &c.) Palat. *Item de pœnis ego parentibus meis cum*. Erasmi; *Item de pœnas ego parentibus meis, cum, &c.*

Tantum in me eam notam conuenit) Erasmi liber & Pal. *notam quærunt*.

Me fœderi modium pignus addito) Pal. *me fœdere med. pignus addite*. ¶ *Medius eludar*) Pal. *eludor*; vt & Erasmi editio. ¶ *Ergo fame morientem*) vox *fame* non est in Erasmianis aut Pal. meo.

Et quidem noua) Pal & Erasmus, *equidem noua*.

Transit ad istum) Pal. *Transiit*. & placet.

Non mutassem patrem, si naturam, Pal. *non muto patrem sed naturam*.

Et quos prouexerat) Erasmus & Pal *prouexit*.

Vide quos alimenta) Eras. & Pal. *da, quos alim.*

Et quis roget) vox *quis*, vtrique abest. extat tamen in fragmentis Col. ac Pal. sec.

Othonis Iunii. Pater timeo mutationem) Erasmus *Patris*, annectitque id nomini *Othonis* at Pal. *Patru timeo mut.*

Arellii Fusci. Pater ecquid aperis mi penates tuos?, Erasmi editio, *Ar. Fusci Patru. Ecquid cerno peregrinos penates an tuos?* Palatinus, *Ar. Fusc. Patrus ecquid cerno an peregrinos penates tuos?* equidem *patrus* hic reuocandum, vt respiciat *Fuscum*.

Per patrem rogat. Ergo aliquis) sic & Eras. at Pal. *per patrem rogat a tergo Aliquis, &c.*

Aut si iam pertinacia placent odia, parcite) vide num elegans sit quod restat in Pal *parcite*.

Iactatus inter duos, &c.) quædam Pinciani exempp. *Iactatur*.

Felicioris abdicatus) Palat. *felicior abd.* Pinciani exemplaria qui supra seruabant *Iactatus*, hic scribunt, *felicioris abdicatus fui*, quod & dico de schidis Pal. sec. ac tert.

Qui aluit abdicant) Pal *abdicantur*. forsan bene.

Alenaicant qui non aluit) ita & superscriptum Pal. at is præfert, *quia*.

Talis me opere præparaueram) ita & a secunda manu Palatinus. at prius, *preparauerant*, quomodo & excusi ab Erasmo.

In gratiam reducere: at nisi impetrauero) meus Pal. & Erasmiani hic interserunt illud quod paulo post habemus, *in gr. reducere. hoc cu obtemperat nisi imp.*

Fratrem me inquit ulere) Erasmus & meus, *Fratrem inquit*.

Quo possim me defendere) Pal. *quod possum defend.*

Vt pro meis oculis narrem) Pal. *& primum oculis. narrem*. diuinaui lib 19. cap. 13. Susp. *vt primum hoc illis narrem*; neque muto sententiam.

Qualis esse) Erasmi & meus, *& qualis ess.* qui postea copulam illam non habent, vbi sequitur, *& cum adoptares*.

Volo vtrunq. causam) Pal. *vtranq.* & mox, *neutram*, non vt impressi, *neutrum*.

Imo quod abdicant) Erasmus & Pal. addunt duas voces, *quod abdicant, quod aluit* forte, sed forte tantum, *quod non aluit*, quod & in mentem venit acutissimo viro Nicolao Fabro.

I ad illum quem magis amas quam patrem) I.C. quis ad isthæc notat; Abdicationis formulæ antiquæ vestigium. imo nihil minus: & talis sermo, vti puto bis prolatus, ex quo cœpit abdicatio.

Non omnibus imperiis parendum est) sic & Erasmus. at Pal. *Non omnibus imperes. parendum est*. ab alia manu, *nam vt omnibus imperes parendum est*; quæ gnome elegantissima & subtilissima. an tamen hic locum habeat, dispiciant Hypercritici: sequentia enim mihi negare videntur.

Venit demissa barba) Erasmus & Pal. *immissa*. coniecit Gotofredus *promissa*; quod hercle placeret, nisi Nonius ipsius suaderet mediam arripere scripturam. ibi enim est. *Immittere, dimittere ad prolixitatem. Lucill. lib. 30. Neq. barbam immiseris istam.* Virgil Æn. 3.

Respicimus, dira illuuies, immissaq. barba.

Semesa & cenus atq. &c.) idem I.C. forte, inquit, *submissa*. non; sed *semesa*, vt fuerit singultans & quæ sua sibi verba fere deuoraret. sic certe restat & in Pal. meo. Erasmi editio, *semersa*

Putate me hodie) Erasmi *Putas*, quod & in Pal. qui tamen superscriptum habet, *Putas*.

Æquo animo beatam domum) ita & ad oram edit. Erasmi, ipsa namque *vestram domum*, quod & in Palat. non *beatam*.

Habeo quod de hoc vitio) Erasmus & meus Pal. *Nec tamen habeo quod, &c.* forte an recte, si modo mox rescriberetur, *hoc vt enim patrem*. vocula tamen illa *vt*, non extat in meo.

Optano

Optant ſimilem filium] ita & a ſecunda manu Pal. prios erat, *optant talem filium*. Eraſmi editio, *adoptent talem filium*.

Sic perueniatur ad patrem] Pal. *patres*.

Propinquus eſt. Ergo non erit] Eraſmi editio amplius, *propinquus eſt cognatione. Ergo non, &c.* Pal. *propinquus eſt. Conditione ergo non erit*.

Vibii Calui] Pal. *Vibi Calbi*. Eraſmus, *Galli*, qui & infra ſæpius occurrit.

Aiebat, Non oportet fieri] Pal. *oportebat*.

Nihil aliud quam iter ei monſtrat] ita Mureti editio. at Eraſmi, & meus, *quam miſereri monſtrat*. forte, *quam miſero ei monſtrat, vade ad fratrem*; ſed forte tantum.

Vade ad fratrem] Pal. *I ad fratrem*. Eraſmus, *Vade, ad patrem, &c.*

Sequamur ſenes] Eraſmus & Pal. *ſequamur*.

Et conditionem illi præbebimus] Eraſmus & Palatio. *conditionum*.

Ecquid iuſtius metus meus eſt?] iidem, *Atqui iuſtius metum meum tu es*.

Patrem eſſe communia] iidem *putiar eſſe omnia*.

Vidimus, ante fecimus] iidem, *vidimus, profecimus*.

Ad cœlum manus ſuſtulit, &c.] iidem præponunt, *iuſſit, Ad cœlum, &c* forte, *riſit, ad cœlum*

Parit, vt ex tantarum calamitatum ſtupore] iidem, *parati, vt extant calamitatum ſtupores*, quod hercle ſapidum ſe mihi probat, imo delicioſum.

Niſi quod hac prior facere] iidem, *hoc*.

Cum abdicas, abdico] ita & Pal. meus; nec tamen placet.

Ille autem audebit] iidem, *audebat*.

A multis tuli] Pal. abeſt *a*.

Vibii Furii] ſic & Pal. at Opſopœus malebat, *Ruſi*.

Calamitati ſimilem effingere] iidem, *effingere*.

Supplicare exteris] iidem *exteros*. nec diſplicet.

Etiamſi tu] Eraſmi, *Et ſi tu*, quomodo & repoſitum a ſecunda manu in Pal. in eo, qui prius *Si tu, &c.*

Ego odi eum qui] vox *eum* exulat Pal. qui tantum etiam ſuperpictam habet dictionem *odi*, a peregrino.

An debeat] Eraſmus & Pal. adiiciunt, *an debeat abdicari*.

Hoc in has quæſtiones] Ita Eraſmus. at Pal *Hos in has*, adpictumque. *Oſcus in has quæſt.* vt ſit nomen herois.

An abdicatus non deſinat eſſe filius] Eraſmi editio, *An abdicatus deſinat eſſe filius*, ſine negatiua Pal. *An abdicatus non deſinit reus eſſe*.

Etiamſi filius erat] ſic & Eraſmus. at Pal. *etiamſi reus reus eſt*, voce geminata.

An aliquam filii lex excuſationê] Pal. *an iniquã filii lex*.

Hoc tamen recte feceris quod aliud] ſic Eraſmus. Pal. *hoc tamen recte feceris quod aliud*.

An adoptatus abdicari poſſit] ſic & ad oram edit. Eraſmi; ipſa enim, *an abdicatus*, quod & in Pal. meo.

An abdicari poſſit iam adoptatus] Pal. *An ſi abd. poſſit etiam adoptatus, &c.*

Quod eſſet ſuæ poteſtatis] Pal. *eſſe*.

Nulli autem interdici miſericordiam] Eraſmi editio, *nulli autem interdici miſericordia*. vnde coniiciebat Gotofredus, *interdici*. Palat. meus, *nulla autem interdici miſericordia*.

Affectus noſtri in noſtra poteſtate non ſunt] ſic & Eraſ. at Pal. abeſt dictio *non*.

Et humani cadaueri] recte. nam cadauer hominis eiectum ſepeliendi affectus, naturalis eſt: & nõ quidê omnibus animantibus ſed homini ſic a natura inſitus, vt quoniam iura naturalia corrumpere ciuilis ratio non poteſt, ideo ne iure quidem patriæ poteſtatis, aut alio iure ciuili fieri poſſit, vt non liceat; aut potius, vt non cuiuis neceſſe ſit, ex illo humanitatis communi iure atque officio terram homini mortuo etiã ignoto ſepeliendi cauſa iniicere. quo illud Quintiliani ſpectat Declam. 5. *Hunc & ille venit affectus, quod nec notis cadaueribus humum congerimus & inſepultũ quodlibet corpus nulla feſtinatio tã rapida tranſcurrit, vt non quantulocunq; veneretur aggeſtu.* ſic P. Faber lib. 2. c. 1. Semeſt. apud quem videantur plura.

Vello ali fratrem] Eraſ. & Pal. *velli ali a fratre meo*.

Vultu vetabas, aut mihi ita videbaris] ita & Eraſmus & Pal. meus. forte; *Vultu vetabas; animo contra videbaris*. certe tale aliquid dictum voluit.

Præreptum tibi officium] Eraſ. *præteritum officium*. Pal. *præteritum tibi officium*.

Non quod excuſet] editio Eraſmiana & Pal *quo*.

Offenſam mihi putas] Eraſmus, *offenſas*. Palatinus, *offenſans*.

Non in miniſterium] vox *in* abeſt Pal.

Oculi ſubita caligine obtorpuerunt] ita & Pal. meus. Eraſmi liber, *obturpuerunt*; vnde Gotofredus forte faciendum putabat *obſtupuerunt*.

Fuſcus illum colorem.] Eraſ. & Pal. *iſtum*.

Sed quomodo agendum erat] iidem, *ag. eſſet*.

Dimittis tamen quam tu] iidem, *quam tulit*; cui ſcripturę & argutus ſenſus; non tamen qui præferri debeat alteri.

Non expectans verba] Pal. *expians*.

. . . . . . *Hoc colore*] reponatur fide mſ. Palatin. *Argentarius hoc colore*. male Eraſmus *Triarius*; is enim proxime præceſſerat.

Pater obrutus ſordibus] ita & Eraſmiana editio & Pal. meus, ne hoc ſibi arroget I. C. quidam, cum alibi male impreſſum eſſet, *obruptus*.

Interrogo vos Iudices, quid facere oporteat] Eraſmus, *interroga vos Iudices, hoc quidem ſi facere oporteat*. Pal. *interrogo vos Iudices, hoc quidem, ſi facere oporteat*. quod non ſugillauerim.

Scit quid facturus ſim] Pal. *quod*. nec diſplicet.

Nam patrem . . . . . . vt alteri] non eſt vacuum in mſ. meo, aut Eraſmiano, qui tamen notat forte legendũ, *Non putaram, vt alteri*. ſuperſcriptum eſt illi Pal. *Noui patrem, vt alteri*. diuinabam olim; *Non putiar vt alteri*, quod examinabunt doctiores.

Vt videar etiam prohibitus] Pal. *etiam patrem prohibitus*.

Neſcio quis iſte miſericordiam meam] Eraſmus & Palat. *neſcio quæ te miſericordia mea*.

Hoc eſt, inquam nomini] iidem *noui vitii*, quod malim; vtiq; cum non ſatis capiam quomodo alterum hic conſiſtat.

Sciebam hanc fortunam meorum] ſic & Eraſmus. Palat. *Sciunt hanc, &c.* adſcriptumque, *Sciuine hanc, &c.*

Expectans donec patruus] Pal. *Non expectans*, ſuperpoſitumque, *Nunc expectans*.

Quid debui facere?] Eraſmus & meus Pal. *quid habui facere?*

Non approbat Latro] iidem, *approbabat*, quod reuocandum.

Et dum deſcripſiſſet pallorem] Pal. *& cum deſ.* & placet.

Abdicato quidquam ex gloria ſui criminis] Eraſmus, *cuiquam* Pal *cuiquam ſui criminis ex gloria detrah.*

Qui benigniſſime alit] Pal. *alitur*.

Et ſi quid de menſa mea detrahere] ſic & Pal. nec improbo. nam quod quis legat, *de demenſo meo detrahere*, vereor vt probet ſilus tale aliquid præſcriptum: haud id tamen damno.

Vltro aiebat hunc ſequendum] ita & Pal.

In declamatione vſus eſt] Pal. *Ipſe declamatione. &c.*

Syriacus Vallius] *Vallius* non eſt in Pal. aut Eraſmiano.

Me fama perduxerat] Pal. *produxerit*.

Aiebat tam immature] ſic & Pal. annotat tamen Eraſmus forte legendum, *præmature*.

Ingenium non eſſe vitale] de eo Eraſmus 4. Chiliad. 2. Centur. Adag. 100.

Commendabat aliqua res extra eloquentiam? In puero lenocinium erat ingenii ætas] ſic & Eraſmus. Pinciani codd. quidam, *aliqua res extra controuerſiam. In puero eloquentia*, quod probat; modo & ſupra vbi eſt, *Semper autem eloquentiam eius*, legatur item, *controuerſiam eius*. quod ego non admiſerim. nam & facit pro vulgg. meus Palat. niſi quod in fine, *In puero lenocinium erat: ingenium habebat adulta ætas* ſec. quoq; vtrobiq; habet, *eloquentiã*, poſt autẽ; *In puero eloquentia lenocinũ erat ingenii ætas*, nec aliter tert. niſi quod is, *ingenii eius*. at quart. *In puero elementia lenocinium ingenii ætas* Col. *In puero eloquentia lenocinium erat in ſubtilitate ingenii ætas*. qui tamen tres ſupra item præferunt, *eloquentiam*, non, *controuerſiam*.

Qui de facto fratrum sententiam) Pal. pr. *patrum*; item Epitoma sec. tert. quart. & probo. Col *patris sui animum*.

Nisi nos fuissemus, &c.) Pal. longe aliter, *fugissemus impias epulas, detest. parricidio futurum diem*.

Quam innocenter, &c) Erasmi editio, *quam innocenter! Me contra parr vindica*; nec aliter Pal. pr nisi quod adsutum habet etiam, *vindico*, a manu extranea.

Debuisti me rogare) Erasmus & Pal. *Debuisti, inquis, me rogare*.

Debuisti reconciliationem tentare) Pal. *recitare*.

Hermageras in hac controuersia) Pal. *Hermacoras in hanc controuersiam*.

Ex altera parte transit) Pal. *transiit*. recte.

Diocles Carystius) Pal. *Charisthus*.

Verbo consummatur) Erasmi editio & Pal. post hæc habent lacunam literarum duodecim.

Illum aque ab omnibus) Pal. *de omnibus*.

CONTROVERSIA II.

Sacerdos casta e castis, pura e puris sit) ita voluit Pincianus, tanquam consuadeant seqq Pall. quatt. & Colon, vno ore, *Sacerdos casta castis. pura puris sic*.

Et vim inferentem ita & Pal. pr. at quatuor alii decurtati. *& vim inferre volentem*.

Sacerdos nostra adhuc) mei quinque *vestra*: quomodo & Erasmi editio. id itaque reuocandum. nam *nostra* manauit a libris Pinciani.

Remissa ad suos est) sic & Pinc. & meorum quatuor. solum tert *reuersa*.

Militem occidi. At hercules, &c.) Pal. & Erasmi, *occidit & hercules, &c.*

Nescio quid cellulam) Pal. *nescio quid in cellulam*. forsan, *quid tu cellulam*.

Quo mihi sacerdotem cuius precaria est castitas? sic Erasmus, sic Pal. ille. Epitoma trium, *Quid mihi cum sacerdote, &c.* Pal. tert. *Quid mihi sacerdotem, &c.* & Pincianus ait rectius esse in suis, *Quid mihi cum sacerdote cuius precario est castitas*. non probo. nam & statim; *Illud certe fateberis: pudicitia tua precaria est*.

Puto sacerdoti pro libertate, &c.) Eras. & Pal *etiam puto sacerdoti. Pro libertate*, vt priora annectantur superioribus. vnde subit suspicari seribendum forte, *Vim afferebat mihi Etiam puto. Sacerdos pro libertati*: vt rhetor salse interpretetur & largius illud *vim afferebat*, tanquam si vitium ei oblatum, ereptaque virginitas: cum ipsa tantum vellet, inibi fuisse militem vt faceret: non fecisse tamen.

Vt sciamus apud piratas cruenta est. Nemo, inquit, me attigit) verba ista omnia absunt Pal. meo & Erasmi libris.

Domi lenonis rationes, &c.) ita & Palat. at Erasmus *lenoni*.

Qua aut honeste maneat) Erasmus & Pal *honesta*.

Etiamsi nobis non timeremus) Pal. *Etiamsi nos nobis, &c.*

Quæ feceras palam sic & Erasmus & Pal.

Indignam sacerdotio dicerem) Palat.. *Indignam te sacerd.*

Lictor summouebit) ita quidem Mureti editio. at Erasmi, *lictor submoueri videbitur*. vnde Lipsius lib 1 cap. 23. Elect. faciebat *summouere iubebitur*, quomodo extat in Pal. meo, nisi quod ipse *submoueri*: virginibus Vestalibus vnicum in publico lictorem tradit item Dio lib. 56.

Fieri te sacerdotem fas erit) melius meis auribus Erasmus & Pal. *fieri ne sacerdos*.

Omnes partes corporis & inspectæ & contrectatæ sunt) is enim mos mangonum. hinc Martialis lib. 6. Epig. 82:

Quidam me modo, Rufe, diligenter
Inspectum, velut emptor aut lanista
Cum vultu digitoq; subnotasset. atque hoc est quod ait Plinius lib. 1. Epistol. *de venalibus non melius auribus quam oculis indicari*: hæc fere Durantius lib. 1. cap. 2. Variarum, qui de hac re plura, vt & nos ad illa Epist. Senecæ 80; *nudari iuberes & ipsum tibi corpus ostendi*.

Excipitur nihil) laudat locum hunc Brissonius lib. 6. de Formulis, eoque probat quandoque ita venisse mancipium vt nihil exciperetur.

Qua stipem rogasti, sacerdotium rogas) Pal. *stipem rogasti qua sac. rog.*

Hoc me cogit pati) malim cum Pal. *coëgit*.

Sed nos non facimus miserandas) ita & Pal. pr. at alii abbreuiatores, *At nos non*, qui & mox, vbi Pal. pr. & vulg. *non est apud nos maximum, &c.* præferunt, *nec est*, quod non spreuerim.

Honorem habitum auribus, &c.) nimirum *honorem præfari* solebant, vbi quid turpe & obscænum dictu locuturi, vel loca Ædilem metuentia nominaturi erant. Cicero Epist. 22. lib. 9. Famil. *Nos autem ridicule. si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur. sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos præfandus est* idem lib. 2 de Finib. *cetera addit, quæ si appelles, honos præfandus est.* Apuleius Apolog. 1: *In hac etiam ætate qua nunc est, qua istum deperierunt multi fuit: honos auribus præfandus est, domus eius tota lenonina, &c.* Brissonius lib. 8. de Formulis.

Clausa esse testibus) ita & Erasmi editio, ne quis hoc sibi arroget I. C. qui alibi legerat, *clausula*.

In auctione nemo voluit licere) mi meus, *In auctionem*.

In communi loco stetisti) sic vocari & lupanar, & vbi sepelimur, pluribus explano lib. 25. cap. 12. Suspic.

Superpositus est cellæ tuo titulus) certa cuique meretrici *cellula* constituebatur, propriusque ei titulus inscribebatur, quo & prostitutæ nomen & quantum vno concubitu mereret, designabatur, quo facilius in eam quisque incideret ad quam animum appulisset, pretiumque concubitus a se pendendum sciret. de *titulo* mentio & paulo supra: *accepisti locum, pretium constitutum est, inscriptus est titulus*. Martialis item:

Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ
Et puer arrisit, siue puella tibi. eundem titulum planius expressit Sat. 6. Iuuenalis, vbi Messalinam exagitat:
Intrauit calidum veteri centone lupanar;
Et cellam vacuam atq; suam. tunc nuda papillis
Constitit auratis, titulum mentita Lycisca, &c. hos Tertullianus *libidinum titulos* appellat lib. de pudicitia. verum plura de his visantur apud Brissonium lib. de Iure Connubior Cælium Durantium lib 1. ca. 2. Variarum, Dousam Præcidan lib. 1 cap 4. ad Arbitrium.

Tamen potius tacerem) Pal. & Erasmus *tamen potius scirem*. forte *nescirem*, hoc est, fingerem me nescire, dissimularem.

Et in omnem motum corporis constringitur) iidem, *consingitur*.

Auertit o aures petiture) iidem. *Auertit aures petitura*.

Ita cara fuit suis, sic & Pal. pr. & sec. alii tres, vt & Pinciani codd. scripti, *ita cara fuit suis*.

Tempus erat nos fortiri) Erasmus & Pall. ille integer, *non*.

Vt te nemo violarit) Pal. *ante vt nemo violauerit*.

Nomen tuum pependit in fronte) Pal supernotauit, id est *domus*: a quo dissentit Durantius d. cap. 2. & 10. Variarum, vult enim vere nomen & titulum earum in fronte, quemadmodum seruorum in collo, de quibus ista Propertii:

Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Cælati medio cum saliere foro.

Vt omnia alia impetrares osculo) iidem *impetrares, osculum*.

Obscænis hominibus abstinent) duo illi, *obscæni*.

Sacerdoti lictor apparet) *apparere* dicebantur magistratibus officiales, qui eis officii causa præsto aderant Cicero pro Cluentio: *Quid sibi autem illi scriba, quid lictores, quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt?* Quadrigarius apud Gellium lib. & cap. 2. *Quod postea quam lictor ille qui apparebat, &c.* Liuius lib. 9 *cum appareret Ædilibus, &c.* Festus naualem scribam definit *qui in naue apparebat*. Seruius in 12. Æn. ad illum versum, *Seuiq; in limine regis Apparent*, id est, *præsto sunt*, ait, *ad obsequium*. vnde etiam apparitores constat nominatos quorum in l. vlt. §. vlt ff quod met. caus. & l. 3 ff de seru. fug. l. 30. ff. de excst. & multoties in Codice fit mentio. Brissonius lib. 1. de verb. sign.

Terras & maria latrocinantis) quod esset in Erasmiana editione, vt & restat in Pal. meo, *latrocinantis*, I. C. quidam io-

dam io-

dã restituere se ait. *latrocinantes*, qood præcesserit, *piratas*; aut legendũ, *latrocinantibus*, vt referatur ad τὸ *quibus*. miror hercle hominem nunquam animaduertisse accusatiuum pluralem scribi plerumque per *is*, cum nihil magis sit obuiom. certe sic semper Pal. ille primus.

Grauia captis onera) sic & Pal. meus. Erasmus errore puto typographi, *capitis*; vnde valde ingeniose Gotofredus faciebat *captiuis*.

At omnibus fani fabulis tuis: at omnibus) Erasmus seruat vtrobique *aut*, vt & Pal. meus, qui præterea *cauere* pro *fauere*.

Quam dicis, ista passa es) Erasmus & Pal. interponuot, *quam dicis vixeris, ista passa es*.

Vbi adhuc fuisti?) iidem sine interrogatiooe. *Ibi &c.*

A sacerdote se non abstinuisset pirata, leno, mango] ita & msf. Pal. & quid quæso hisce verbis clarius? at en I.C. qui nimium offensus voce negatiua, quid si, inquit legamus, *A sacerdote se abstinuisset pirata, leno, mango?* absurdissima sana lectio, & quæ contra hominum fere naturam, imo quæ omoino contra.

Contrectata es alienius osculo) restituendum fide Pal. mei & Erasmi libris, *contrectata est alicuius manu, alicuius osculo*.

Conuersata est diutius inter humano sanguine delibutos) ita & Erasmus. at Pal. *conu est cauentis & humano &c.* superscriptumque voci *cauentis*, *cautius inter prædonis*.

Proclama ingenuam esse te] *proclamandi* verbum de iis firmi qui de statu queruntur, hoc loco docet P. Faber lib. 2. cap. 16 Semestr.

Modo in puerilem, modo in muliebrem habitum) ad excipiendum videlicet vtramq; venerem, vt pluribus exagitat Clemens Alexandrinus 3 Pædagogi, cuius videantur verba apud Durantium lib. 1. cap. 2.

Meretrici, lenoni, piratis?) deleuerim notam interrogatoriam.

Tot iuuenes ebrii) sic & Erasmus. at malim cum Palat. meo, *tot iuuenes, tot ebrii*; vt tria ponantur genera hominum pertinacium.

Ad sacerdotium nota non sanctitatis &c.] Erasmus & Pal. *ad sacerd. nonnullas non sanctitatis*. vulgatum habeo pro mendoso, vt & alteram scripturam; ex qua tamen eruenda veritas. nam insulsum est, quod legere se proclamat I C. quis, *Ad sacerdotium notas non sanctitatis tantum, sed felicitatis admittis*; vtique cum interpretetur; h e. lex non modo exigit sacerdotem castam reipsa esse, sed hoc amplius, ne casu quidem cum incestis vixisti. quis enim vnquam infelicitatem angustissimo illi inclusit ergastulo?

Inquiris in mores) com sequatur postea, *in vitam*; fere restituerim fide Pal. mei, *in maiores*.

Quod illibatam virginitatem] de hisce lenonum moribus nos quædam lib. 3 cap. 4. Suspic.

Tanquam nos castam e castis) Pal. amplius, *castam tam e castis*.

Omnes, inquit, exoraui] Pal. & Eras. *exorauimus*.

Osculo pacta es vt felicissima fueris) distinxerim, *osculo pacta es. Vt feliciss. fueris, pro pudicitia &c.*

In crimina sua desiliontis?] iidem *delitescit*?

Sed contractatam oculis] Pal. & Eras. *sed contractatam te oculis*.

Etiamsi citra stuprum cum viris volutatam. Et casta tamen sit &c.] Erasmi editio, *stuprum, cum viris tamen volutato. Ne casta talis*. Palat *stuprum, tamen voluntate non casta. talis qualis &c.*

An hæc virgo sit] Pal. *An hoc viro sit.*

Quos quisq; vult diuisit) Pal. *diuidit*.

Vt causam diceret) Erasmi. *diceretur*. Pal. *vt causa diceretur*.

Casta e castis) Erasm. & Pal. *de*.

Castus cum dicit penatibus) Nicotius non male putabat repetendam vocem supra positam, hoc modo, *castis cum dicit, intelligo penatibus* at I.C. quidam ista & seqq sic se legere ait, *Castis cum dicit penatibus? tu ex incestis venis? intelligis castis disciplinis? tu &c.* sine vlla venere, imo inepte.

Non ad eam hoc referens, sed ad corpus] ita & Pal. item Nicotius legendum arbitrabatur, *non ad animam hoc referens &c.*

Quod non sit pudica) Pal. *quia non &c.*

Magis putauerunt miraculo esse) sic & Erasm. at Pal. *magis put posse miraculo esse*.

Non viol. castitatem sed vidisset) voa *sed* abest Pal.

Cruenta, & in perniciem cruenta suam hæc, inquit, arma, quæ nescit tenere pro pudicitia) Erasmi editio vtrobique seruat *cruente*. at Pal *cruentis & in pern. cruentis suam. Ne inquit arma quæ nesciret tenere pro pudicitia*. locus impurus.

Quis iudicii esset] Erasm. & Pal. *iudicii*.

Sine Deorum immortalium auxilio gesta) ita & Erasmus. sed tamen præstat quod est in Pal. *immort. adiutorio gesta*.

In narrationem demittere) Palat. *in narratione dimittere*.

Sed illam transcurrit] Pal. *transcucurrit*.

Quandam prærogatiuam) Pal. diserte habuit, *prærogationem*, quod mihi non displicet.

Nisi sibi seruaturi fuissent) ita & Pinc. codd. & Palat sec. ten. Colon. nam quart. *nisi sibi eam seruaturi fuissent*. Pal. ptimus & Eras *seruata fuisse*.

Potest aliquam corrumpere) iidem, *corripere*.

Etiam matronarum notum in libidine magisterium) sic & Erasmus at Pal. alia interpunctione, *in vita seculi: praua consuetudo etiam matronarum vultum in libidine magisterium pudicitia permanebat Licet illam*.

Licet illam ponatis) Erasmi editio amplius præponit, *Pudicitia permanebit, licet illam &c.*

Prelrose leno tam prostitutus) sic & Erasmus, at Pal. *probroso. leno*.

Populus aderauit) ita & msf. meus. I. C tamen quidam gloriatur se legere, *populum aduocauit*, temerarie satis & aduersum mentem auctoris. imo *aderauit*, h. e crebris salutationibus veneratus est. de quo verbo nos plura ad Apuleianum illud: *Malas e derent ore & ingenuas genas.*

Vobis pudicitiam dedicat) ita & Pal. pr. at alii quatuor quibus Epitome, citant *dicat*.

Nihil habet difficultatis. dicendum est) omisit aliquam multa Romana editio. Erasmi enim & Pal meus, *difficultatis. apparet quas proposuit. dicendum est* superinoratumq; voci *quas*, in Pal dictio *quæ*.

Sordide Basilius) assentior fere Opsopœo, putanti reponendum. *Bassus Iulius*, cuius item sordida verba turius carpit noster lib. 10. Controu. 1.

Redolet adhuc fuliginem fornicis) nempe in *fornicibus* & *submœnianis* meretricum erant cellulæ, quas quod & humi depressæ essent, & exiguum lumen admitterent, obscuras esse fuliginisque plenas plerumque contingebat, qua de causa & Auctor Priapeiorum,

Quilibet huc licebit intret

Nigra fornicis oblitus fauilla indeque Horatius; *olentem fornicem* dixit lib. 1. Satyr 2. vt & Prudentius lib 2 contra Symmach. *spurcam redolente fornice cellam*. Brissonius lib. de iure connub.

An tum venientibus, pro virginitate. alio libidinis generi decideris] Erasmi editio. *an conuenientibus pro virginitate, te alio libidinis generi addixeris*, nec aliter exemplar Pal. nisi quod voce vltima seruet, *dederis*.

Et damnauit: postea] Erasm. & Palat. *& damnata postea*.

Nonnimus inquit istam] Erasm. *Nolumus*. Palat. *Nolumus*.

Viciniis tamen locis ludunt) Pal. *iocis*.

Dum timet alterius vulnus inepta loci] versum istum I. C. quidam in Theologicis suis adducit titulo, de *Castis*, explicationisq; causa addit ista Iuuen Sat. 6.

Ille petit veniam quoties non abstinet vxor
Concubitu sacris obseruandisq; diebus.

hoc pacto Penelope fiet Helena, imo Thais. quin imo vt prodidit dodum Ios. Scaliger in Priapeia, sensum versus istius ita expressit Plautus Casina:

Illa haud verbum facit, & sepit veste id, qui estis.
Vbi illum saltum video obseptum, rogo vt altero sinat ire;

neque aliter intellexit Iac. Durãtius lib. 2. Variarum ca. 11.

biq; eque probat *locum* veteres vsurpasse pro natura mulie- bri: nam & Q. Serenus Sammonicus:

O canes si pone locos noua vulnera carpent,
Hærentium mansa curantur fronde ruborum.

& M. Cato lib. de re rustica: *Et si mulier eo lotio locos fouebit, nunquam ei viroſi fient &c.* meminit & pentameter huius Politianus cap. 59 Miscell.

Et permiserat fieri] Pal. *promiserint*.

Et penetrauerint] ita & Palat. itaque non mutauerim. vult enim nihil fuisse tam sordidum, nihil tam obscœnum quod Græci illi non eruerint.

Qui tribada deprehenderat & occiderat] Erasmus *qui tribadas deprehenderit, & occiderit*. quomodo & Palat. nisi quod scripsit *tribadas deprehenderit*.

Exigit inhonesta inquisitio) Pal post verba ista, vacuum reliquit quod ceperit facile literas nonaginta.

Num ideo oreidi] Eras & Pal *Non*.

Non paterentur, dixit) Eras. & Pal. *dixit ei*.

Causa detrimento tacere quam verecundia) ita & Palat. meus & Erasmianos, & summe placet. nam etsi in fragmentis Declamatorum legatur, *vel cum causa detrimento tacere quam inuerecunde dicere*, aut, *quam verecunde dicere*, maluitq; Pincianus, *quam verecundia dicere*: haud tamen tanta fides adhibenda frustis illis, vt ideo aliquid mutetur contra codices in quibus integre Controuersiarum isti extant libri, vtique si & ipsis suus constet sensus.

CONTROVERSIA III.

Incesta de saxo deiiciatur] non displicet quod est in Erasmianis & mss. meis quinque, *Incesta saxo deiic.*

Incesti damnata) sic & quatuor mei decurtati. at Pal. ille pr. vt & Erasmi editio, *incesta dam.*

Vixit deiecta repetitur ad pœnam) sic & iidem quatt. at vnicus ille Pal & Erasmi, non agnoscunt vocem *vixit*, tantum scribunt. *deiecta repetitur &c.*

Quam in sacro fuerat] Erasm. & Pal. *sacrario*, quod renouauerim.

Violasset inter altaria] Pal. *altara*. nec improbo.

Repetenda est) Pal *repetita est*.

Dubitari ergo est &c.) Erasm & Pal. *Dubitari non potest*, sine interrogatione. quomodo & reliqui quatt.

Patrocinium suum vocat perenne infelicitatem) sic & Erasmus. at iidem quatt. *suum putat* Pal. vero pr. *vocat perennem infelicitatem*, quomodo fuisse & in suis tradit Pincianus, etsi addat in Declamationum illis fragmentis fuisse vti erat in meis quatt.

Veniat ad colendum) ita & Erasmus. at meus Palat. *Venit*.

Exponam quando stuprum commisit?] Pincianus suasu eiusdem schidarum, reponit, *& ponam &c.* at iis meæ quatuor contradicunt, quodque maius est Pal. ille primus & Erasmi editio.

De sacerdotum iure] Pal. *sacerdotum*.

An: Dii sacerdotem) vox *Dii* non est in Pal. meo.

Iterum experiamur) Pal *experimur*, quod mallem, animaretur modo nota interrogationis.

Ne damnati sæpius deiiciantur] Pall. *vt damnati &c.*

A superis deiecta) Eras. & Pal. *Et a superis &c.*

Iunii Bassi) Pal *Iunii Bassi*. an? *Iulii Bassi*, cuius frequens mentio ita putabat Opsopœus. nam *Iunium* istum videri iuniorē quam vt audiri potuerit a Seneca mouere Quintilianum lib 6 cap. 3.

Quam a saxo nusquam) Pal. præmittit, *& quam &c.* quod probo, sed ita tamen vt mutanda sit distinctio ad hanc formam; *& quam a saxo nusquam reuerti fas est, nisi ad saxum, quanto minus quam in templum resiluit?*

Propemodum ab inferis ornatis sacerdotem) Eras. & Pal. *petissimum ab inferis feractis sacerd*

Absit, nefas est, vt id saxum absoluat) suspicor illa, *nefas est*. manasse a glossatore ad dictionem, *Absit*.

Quod tantum damnatos accipit) Pal. *damnatas*, & recte.

Pene, iudices, narrare cœpi) vox *narrare*, non est in Eras. aut Pal. meo. an, *Pene, iud. comperi &c.*

Erras, si satis ad sacerdotium) vox *si* exulat Pal.

Visionem omnes: incesta saxo) Eras. & Pal. interponunt, *vlt. morer: hæc incesta*.

Permittitis iam abeam? Accusator recedo) Pal. & Erasm. *Permittitis iam ab rea accusator recedam?*

Damnatā absoluere maluerunt] dictio *maluerunt* non est in duobus libris, Palat. inquam & Erasmiano.

Silli Sparsi) Erasmus, *Syllis Sparsi*, Pal *Sylis*. Opsopœus reponendum putat, vel *Fului Sparsi*, vel *Silii Bassi*, aut adeo *Sepullii Bassi*.

Non vsq; ad saxum differret] Col. Pal. sec. & Pinc. codd. *non ad saxum vsq; differret*; item quart. nisi quod is, *differet*. at Palat. pr. tert. & Erasmiani, *deferret*; quorum duo etiam supra ita distinguunt, *Non habebat gratiam in templo: dixerat itaq; &c.*

Vtrum lex de incesta tantum sit, quæ deiiciatur, nec pereat &c.] sic & Erasmus. at Pal. *Vtrum lex ex incesta tantum sit: vel quæ deiiciatur nec pereat.*

Improbabat Albutium] Eras. *Albutium*. Palat. *Improbat Albutium*.

An causa seruata sit] corrigendum cum Eras. & Pal. *casu*.

Vt crudelius periret) Erasmus *quo crudelius*. Palat. *quod crud.*

Huic rei fateremur] Pal *fatemur*.

In pœna seruatam esse sacerdotem) Pal. *in pœnam*.

Quam in pœnam actam] idem, *quam in pœna mactam*, superscriptumque. *i o. magis auctam*.

Solet: & verbum in sententia positum, non est damnandum] Erasmi editio, *eoq; verbum in sententia petitum est, non est damn.* notatumque ad oram forte legendum, *positum est*, pro *petitum*. Palat. *in qua verbum in sententiam petitum est, non est dam.*

Varus Quintilius) Pal *Quintius*. male. nam fuit filius infelicis patris qui in Germania cæsus; vnde & *diuitem eundem & Cæsari propinquum* facit Tacitus lib. 4 Annalium; vbi videatur Lipsius.

Vt prætextatus) citat Lipsius *& prætextatus*, nec omnino displicet alterum tamen restat in ms. meo.

Circumstantem turbam dolentem) duo verba, *turbam dolentem*, non sunt in Erasmo aut Pal.

Quod tam cito oculis pœna subduceretur) Erasmi *pene*. Pal *pœna*.

Exaud. Dii immortales populi vota. Incestam &c] Erasmus, *Exaud Dii imm supplicium vota preces; incestam*; neque aliter Pal. nisi quod ipse, *supplicium*.

Ne cito præceps supplicium) dictio *præceps* abest Erasm. & Pal. ¶ *Posuisti similitudinem*) iidē *posuit*: quod fore malim.

Ista negligentia) iidem, *Si ista negligentia*. forte, *Scilicet ista negligentia*.

Filium obiurgabat] iidem *filiam*. libet enotare minutiores etiam minutias, tum quod non vsque quaque obuiam sint Controuersiarum istarum scripta exemplaria, tum vt religiosam Erasmi animaduertamus diligentiam, quæ ingenio præstantissimo nihil tamen indulsit; sed bona fide chirographorum protulit scriptionem qualemcunque.

Mulsum Cestius hanc corripuit] ita & Pal. & Eras.

Hoc male mihi facit ille] Pal. & Eras. *hoc male mi facit*.

Qui aut athleta, aut pyctes est) Erasmus, *qui aut Antieleta aut Pythuicus est* quomodo & seruat Pal ms. equidē in Controuersiis istis agnoscimus demum Romanam editionem vsam aliquo exemplari calamo exarato. nam prioribus libris filii, ne ridiculum quidem murem parturiit illud Septimontium.

Durius saxo) Pal. *durissaxo*.

Multa quæ dixerat, Virgo de sub saxo] Pal. & Eras. *multa dixerat Virgo, quæ de sub saxo*.

Quod minus ferendum est) ita & Eras. at Pal. *quod minus fer. erat*. & recte.

Cadere condidicit] ita & Eras Pal. *eadem condidicit*. male. nam *cadere* in re amorum & in iocis vulgi. sic & in Plauti Persa:

Libera eris actutum si crebro cades, ad quam videatur Gulielmius cap. 3.

Descripsit & dicentium) copula *&*, abest Palat. atque Erasmiano.

Quia non potes, non vis mori) negatiua dictio secundo posita abest iisdem.

Carystius) Pal. iterum *Charistius*; vti & deinceps infra.

CON-

CONTROVERSIA IV.

Liceat adulterium in matre & filio vindicare) ita & Erasmus. nam & Pal. pr. *adulterum*. sec. & quart. *in matre & filio vind.* tert. *liceat adulterum & in matre filio vindicare.* Col. *in matre filio vind.* quomodo etiam & mss. Pinciani; quod tamen contra eorum omnium fidem corrigendum putat, *Liceat adulterium & marito & filio vindicare*; quod, inquit, ex fine Controuersiæ euidenter ostenditur: *Ipsam legem recita: Liceat marito. liceat & filio.* sic Hispanus ille. at ego potius mutatim, *Liceat adulterium in matre & filio vindicare*, h.e. ius fasque esto filio æque ac patri occidere eum qui matrem adulterat.

Ille omnibus modo spoliis] Palat. *honestius*, non male. alterum tamen vsitatum magis.

Quod videtis inquam, quod non habeo manus? voco filiũ) Erasmo non adest dictio *quod*. at Pal. *Quid videtis inquam: non habeo manus. voca filium.*

Ne truncus quidem capi potui] Eras. & Pal. *ne ego truncus quidem capere potui*, superscriptumque Pal. *ne ego ne truncus quidem capi potui.*

Conceptus est ille] ita & Pal. & Erasmus & schidæ aliæ tres. nam Pal. quart. *contemptus*, quod cum inuenisset in aliquot exempp. Pincianus, scribendum putauit, *Deceptus est ille*: male; nam volt dicere pater filium non esse e se natum, sed ex adultero quopiam.

Dii boni] ante ista habentur in Eras. & Pal. verba hæc: *Descriptio pugnantis viri fortis*; quæ reuocanda sunt; vt postquam descripserit pater pugnas suas in hostem, subiecerit statim, *Dii boni & hin manus aliquis deripit.*

Affrenatus Arcessitus vt &c.) Eras. & Pal *cum a patre natus arcess. vt* &c.

Volitantes adulteros) Pal. antiquo more *volitantis*. de qua voce nos multa lib. 12. Suspic. cap. 2.

Nescio an & ad patrem] vox *ad*, abest iisdem duobus.

Quod dimisisti, sequere) ita & Erasmus. at Pal. *quare*.

Vibii Galli) Pal *Varii Galli*.

Quem minus hoc crimine] iidem duo sine interrogatione, *quam minus* &c.

Inter quæ parentum vota] iidem, *quæ inter par.* &c.

Cum adultera qui deprehendit) Pal. *deprehenderit*, recte.

Et dimiserat terrore) ita & alias legitur in Pal. meo, sed prius erat, *& dimiserat Terrorem*. ¶ *Hoc inquam putans supplicii* sic & Eras. at Pal. *palam*. ¶ *Occidere matrem si turpe est noluisse, non potui*) iidem alio positu: *Occid. si matrem turpe est. noluisse non potui.*

Ægrotanti non assidebo) iidem *adsedero*.

Dixit Amas] superponitur Pal. alias, *Damas*.

Frigidius dixit contrarium illi] Opsopœus diuinat, *Bratidius dixit contr. illi*.

Quod non & oculos perdidissem] iidem *quod non cito oculos perd.* ¶ *Arellius dixit sinuisse nuncia*) ita & Erasm. at Pal. *smuisse nuncia*. ¶ *Pressius & pulcre dixit*) ita & Palat. forte *P. Vinicius*. *Quid mentiar miser*) Pal. *mentior*.

Suspectam quasi conscium matri] Pal. & Eras. *susp. quasi patris conscium matri.* ¶ *Matris sua fecerit*) iidem *facit*.

Exiit nouissime maritus] iidem *Extenuissime maritus*.

CONTROVERSIA. V.

Rapta raptoris aut mortem) ita & schidæ illæ tres & quart. at Pal. pr. vocem *aut*, a secunda tãtum habet manu.

Iam se parabat in tertiam) Pal. *tertia*. ¶ *Stupri accusatus, stupro defenditur*] Eras. & Pal. pr. *Stupri acc. stuprum defendit*. at tert. quart. Col. *stupro accusatur, stupro defenditur.* sec. *Stupri accusatur stupro defenditur*. ¶ *Credit duos raptores fuisse*) Eras. & Pal. *vix credit duos tantum raptores fuisse*, nec displicet. ¶ *Misericors sum, inquit*) Nicotius putabat excidisse vocem, *altera, misericors sum, inquit*.

Ne vna quidem nocte) dictio *ne*, abest Pal.

Ni bis perire meruisses] ita & Eras. at Pal. *nisi perire meruisses*. ¶ *Sumatur de illo supplicium*) Pal. *Sumatur ab illo* &c. ¶ *Toto die pereat*) Pal. & Eras. *totus hodie pereat*.

Dicam sane, quid dixerim tibi? idem &c.] Pal *si vis*. quod probo. etsi nec sequentia sana, haud tamen variat ms. Pal.

Dum te peto) Erasm. & Pal. *pato*. ¶ *Dicam quod featio*) Pal. *Dicat*. ¶ *Referat nunc Virginium* &c.) Pal. pr. & tert. *Refert*, item mox, *refert Lucretiam*. at schidæ reliquæ tres; *Refer Virginium, refer Lucr.*

Plures tamen Sabina sunt ex tribunis) sic & Erasmiana editio & quatt. illi decurtati. at Pal. *plures tamen sibi assunt ex tribunis* &c. ¶ *Si is ante te rapuisset*] pronomen non est in Pal. aut Erasmo.

Negares illum debere mori rapta iubente] iidem, *illum*.

Contra alienam legem nullum ius habeat) iidem. *habet*.

At idem si eadem nocte) Pal abest vocula, *si*.

Puella raptor a te seruatus) Eras. *puella propter vitiate seruatus*. Pal *puella proterruitate seruatus*. Curio fingebat, *puella propter te vitiata seruatus*, nullo plane sensu.

Alienam legem interpellares) Erasmus, *impelleres*. Palat. *impellares*. ¶ *An ea eligenda*] iidem, *in ea elig.*

Optio prosit quod mihi] iidem, *quod & mihi*.

Iam raptor non erit impunitus] ita & Eras. at Palat. *nam raptor*.

Quartam fecit quæstionem) Palat. *Quartam inde fecit quæst* non male.

Vtrimque rata esse optio) Pal. *vtrinq.*

Optio, vtra dignior sit. Vltimam non quæstionem &c.] Erasmus, *optio vtraq. at dignior sit victrix. Non quæstionem*, quomodo & Pal. nisi quod is *victima*, pro *victrix*.

Nullum non raptorem] iidem non agnoscunt vocem *nullum*.

In optionem commodaret] Pal. *optione*.

Perire vtiq. debet) Erasmus *perire vtiq. debebat*. Palat. *per. vtiq. debeat*.

Non quæro quid optetis) iidem *optatis*.

Non poterit fieri quod vtraq. voluerit] Pal. *volet*.

Ne exemplo quidem vtile est) Pal. & Eras. *exemplum*.

Non vtiq. perire eum) iidem *prospere eum*.

Hinc morem perniciosissimum] iidem, *ne hunc morem perniciosiss.*

Vtra optione raptor dignior sit] iidem *raptoris*.

De eo etiam decendum) Palat. *de eo etiam vindicandum*. Eras. *de eo esse vindicandum*.

Glycon dixit) Pal. *Clicton dixit*.

Latro. Iam se parabat in tertiam, nisi nox defecisset] hæc bene absunt Romanæ editioni, licet habeat Erasmianus codex & Palat. nam ponuntur prima statim fronte huius Controuersiæ.

CONTROVERS. VI.

Iurauit. Relicto patre) ita & meorum quatuor. solum Pal. tert. *iurauit ei. Relicto* &c. quod & si etiam non inuenisset in suis Pincianus, putabat tamen legi posse, *iurauit, ea relicto* &c. quod horridum videtur.

Possum inquit Iudices) vox *inquit* non est in Pal.

Quis interfuit nuptiis tuis) Eras. & Pal. *fuit*.

Fortuna alligamus, quam vt orba] iidem interserunt: *fort. allig. nisi corpus omnia vincula, quam vt orba &c.*

Quod nemo fecerat fecisse laudabile) Palat. *laudabiles*. forte, *laudabile est*.

Natura nos regit) Pal. *tegit*.

Hinc sumus æstimandi) Pal. *Hic*.

Humilis. In consulatu nihil) Pal. *humiles, inconciliati, nihil* &c. malim; *humilis. In tot consulatibus nihil.* vti est in Col. Pal. sec. quart. & Pinc. mss. nã tert. *Inter tot consulatus.*

Ab aratro etiati) Pal. *a baratro eit.*

Reuolue nobilem) ita & Pal. at Eras. *nobilium*.

Inter hæc tam effusa mœnia) Palat. *Inter quæ tam.* forte litera minore, *interq. tam eff.* an etiam forte, *intraq. hæc tam eff.*

Nihil est humili casa nobilius) Gotofredus legendum putat, *nihil est Romuli casa*; ingeniose; hanc enim intelligit auctor, sed tamen facile subintelligatur Quirini illius nomen, licet non exprimatur.

Fulgens prælucet Capitolium) Pal. *perlucet*.

Quod eum humilitatem suam obscurare) iidem, *cum humilitatem suam cum obscuritate possunt*, sine voce *quod*.

Effulserit domus] Eras. *affulserit*. Pal. *fulserit*.

Quidam emptis] Pal. & Eras. *quidam autem emptis* &c.

Aliquis captare orbos senes] Pal *capere*.

An possit, si quid viro inciderit mali, vna tolerare) Palat. & Erasmus habent dictionem *velit*, loco illius *vna*. Palat. quoque insuper *vero* pro *viro*.

Quo infelix?) Palat. *quoq. infelix?* an forte, *quo, quæso, infelix?*

An nemo iureiurando teneatur] vox *teneatur* non est in Pal meo.

An etiam si non expleuit) Pal *expleuerit*.

Facit, a q ssis parere patri) Pal. & Eras. *facit, hunc putas parere patri*. ¶ *Latro pro patre. Puellam non misericordia*) iidem *patre puellæ non mis.*

Voluit eam nubere non inuito patre) sic & Erasmus. at Pal. *Volentem nudari non inu.* &c.

Ratione illa honestam conditionem) Erasmus, *ve illi honesta condit* Pal *ratila honesta condit.*

Conditionem nuptiarum inuentam] de prima voce aliquammulta alibi Fornerius ad III. de verb. sign.

Commendationem solutam dolescentis) Pal. & Eras. *solum.*

Ille iurasse timuit, ne a puella &c] Pal. *ille iurasse. Timuit ne a puell.* &c. ¶ *Ne quod liberi sibi esset*) Erasm. & Pal. *vt q ad hi.*

Patrem relicturu) Pal *relicturum.*

Quo solebat cursu orationis fernere] Eras. & Pal *serebere:* vnde fingebat Lipsius Commeut ad lib. 4. Annal. Taciti, *desiceret.*

Comburi incendiis villas] Pal *conuenire incend villas.*

Quo adstringeretur exercitus) Pal. *astringerentur.*

CONTROVERS. VII.

Fratrem tyrannum occisit] vox *occidit* nusquam est in excerptis, habet tamen Pal ille integer.

Duplum se daturum) Pal *duplam*, quod non displicet. nam alioqui quatuor reliqui in quibus excerpta sunt, *duplam pecuniam*, seruant.

Durius sanitati incurrat?] Erasmus, *tutius*. Palat. *tutius san. incurratur.* forte, *tructius.*

Si praecideris tu, inquit, manus: irasceris? scribe potius, Si occideris tu Tyrannicida exitum) Eras. & Pal. pr. *potius si occideris a tyrannicidam. Exitum.* Pinc. excerpta, *si praecideris. si irasceris, scribe potius, si occideris a. Tyrannicida exitum* &c. quomodo est & in Colon. & in Pal tert. & quart. nam tert. *si occideris a tyrannicidam, Exitum,* quod cupiebat Pincianus, nisi forte, inquit, *Tyrannicida exitum* &c. primo loco posita lectio sincerissima mihi est.

Cum manibus profectus est] vltima vox abest Erasm. & Palat.

Non magis tu pater, quam illi fratres] Pal. *patris.* forte, *pater es.*

Duplam dabo pecuniam vnico filio rogat) dispiciant acutiores, an hic & in seqq. resecanda item vox *duplam*, vt subintelligatur, *redemptionem*, *vel summam*. certe Eras. & Pal. scribunt, *Duplam dabo pecuniam.*

Vnam summam pro filio] Pal. hic turbat, scribendo horũ verborum vice, *vnam pecuniam dabo, iam summa pro filio.* an forte fuit, *primam summam pro filio*

Non habui pecuniam. Sed rogare illos potes) Erasmus, *pecuniam*, quomodo & Pal.

Quia captum filium tuum, age. parum est] Erasmus, *tuum non alere parum est.* Pal. *tuum agere parum est.*

Egens sum inquit] Eras. & Pal. *Ager sum inquit.*

Q. Prim. Duplam pecuniam dabo] Pal. & Eras. *duplam pecuniam dabo. Q. Prim.*

Petitur vnde tantas patrimonii vires habeam etiamnum) Erasmus, *petiturum te tãtas patrimonii vires, habes etiamnum*, quod & in Pal.

Tanquam de tyranni arca] Eras. amplius, *tanquam petiturum te tantas patrimonii, de tyranno*, quomodo & Pal. nisi quod is, *patrimonii, tyrannicarcha loquens.*

Hoc prorsus fabulis] Eras. & Pal *Hoc prorsus in fabulis.*

Quid agis pirata fili] Pal. *quid ais pirata fil.* illud, *ais*, sectum videtur.

I, dic patri tuo) iidem duo, *Indica patri tuo.*

Sic alligabit quomodo voluit. praecidet) iidem, *voluit praecidere.*

Egentem alligat] Pal *abdicat.* vti & Erasm.

Inter se & me furentia] iidem, *inter se & iudicio furentia.*

Vnum qui posset patriam opprimere] iidem, *alium qui posset patriam obtinere.*

Alium qui fratrem violare, alium qui patrem) iidem sine voce *violare: alium qui fratrem, alium qui matrem.*

Omnes ciues meos) iidem *omnes dies meos.*

Nemo tyrannidem me vno) iisdem abest *me.*

Quia non poterant in nos) iidem, *qui nihil poterant in nos.*

Vltores subiicee ignes] sic & Erasm at Palat. *vltos et subiice* &c.

Pater te pro beneficio] iidem duo, *per beneficia.*

Tu alligatus eras ego senectute) Pal. *vt tu allig. eras, ego in senectutem.*

Tu in sollicitudine) Pal *sollicitudine*

Praesidio & ale) illa, *& ale*, non sunt in eodem.

Separatum quasi iurü) iidem, *separatam.*

Quasi enim sacras) Eras. *quasi in sacras.* Pal *quasi sacras*, sine voce intermedia.

In quam ne pirata quidem here) Erasmo absunt, *in quas*, at Pal *in quaestionem pirata quidem ducere.*

Quodnam vindicasset) ita & Eras. & Pal. at putat Opsopoeus legendum *qui non indicasset*, Reip. nempe tyrannum filium.

Noluit illum auersari) Pal. *aduersari.*

Habet quod opponat] Pal. *apponat.*

Quod aiebat &c. *exceptam*) Pal. & Erasm. *quam aiebat* &c *exceptam.*

Illud Homero Priamo) iidem, *illum.*

Iam tam illum fugisse) Pal deest, *illum.*

Ex quo vidi filium vnum in arce) iidem, *ex quo filium in mari vidi vnum* alterum tamen extat in excerptis.

Vt sparsim hoc colore declamasset. Memini hominem inter scholasticos sanum, inter sanos scholasticum] ita & Pal. & Erasmus. at enim cum extet in excerptis omnibus, *Sparsum memini hominem inter scholast. insanum, inter insanos scholast* audacter rescripserim; *Et Sparsum hoc colore declamasse memini; hominem inter scholast. sanum, inter sanos scholasticum.*

Ad propositionem caepit) iidem *ad propositionem captam.*

In insaniam malis actum est) iidem, *insania malis est actum.*

Cui Baro scurra) iidem *Bares se.*

Andreas dixit) Erasmi editio vocem annectit, *Andr dixit, donent*, quæ & in Pal. qui tamen, *Andras*. Cuiacius, quod *Andrea* vox recentior videretur, reponendum putabat, *Hybream*, cuius nomen in Controuersiis his celebre. istud indicauit mihi Lectius.

CONTROVERSIA VIII.

Ter pater fortem in acie, quarto volentem exire) fere rescripserim cum Palat. sec. *Ter fortem pater, in aciem quarto* &c. nam alioqui primus ille Pal & Erasmiani codd. *Ter fortiter agentem pater in acie quarto.*

Miserrimus pater) Pal *Miserrimum pater.*

Plus quam nos lege, aut patri sat est] Erasm. & Pal. *plusquam lege aut patri est.*

Tertio mihi non redditur) iidem *redditur.*

Faciat adolescens iam) Pal *faceret.* forte, *faceret adolescens tandem.*

Ego a diis vacationem in vnam pugnam &c.) Pal. & Erasm. *Ego aduocationem in vnam*; quod reuocandum est videantur notæ Nicol. Fabri. sed & nos de ea voce supra, satis.

Filio pugnante iam lassum] Pal. *iam lassus sum.*

Hostis nimis notus sum] Pal. *est.* non *sum.* forte *es.*

Causa abdicandi est, ne sine filio] Pal. *cur causa abdicandi abdicandum est, ne sine filio.*

Domi tantum sanatus es] Pal & Eras. *dum tantum* &c.

Iulii Othonis patris) ita & Erasmus. at recte Palat. *Iunii Oth.* quod & veniebat in mentem Opsopoeo nostro.

Ex altera parte ἄλλοι) vox vltima abest Palat. & Erasm.

Ter fortiter pugnare, abdicatu licet) repono ex Palat. & Eras. *pugnantem.*

Albucii Sili] Pal. *Sylli.*

Pudet me ter vilium militare) Palat *te villi mil.* forte, *ter villi militant.*

Publii Asprenatis] Pal. *Publii V. Aspren.*

Senator post sexagesimam & quintam &c.] laudat locũ istum P. Faber ad l. 156. de reg. iuris. vide & me cap. vlt. de Breuit. vitæ.

Quicquid

Quicquid aut præmii aut honoris) Pal. abest *aut* primo positum loco.

Cui necessitas iungitur] sic & Pal. & Eras. at Faber idem citat, *cui nec. imponitur.* Gotofredus legere se ait, *iniungitur.* ego primum retinuerim.

Parco tibi pater] Pal & Eras *Parco illi patri.*

Me circumegit] elegans verbum. Horatius lib. 1. Sat. 9.

Nil opus est te circumagi. Suetonius Cæsaris cap. 70: *tam facile circumegit*, ibi Torrentius.

In tantum etiam vitiorum] Pal. abest *in*, superscibiturque alias legi, *tamen etiam.*

Non animus, non lingua constat] Pal. *non animus in lingua constat.*

In alieno opere deprehensus) Palat. & Erasm. *comprehensus.*

Toga ipsa humeris non cedit] malim, *sedet.*

Ira vtiferis. otium imperio animo non otioso) illa, *otium imperio*, non sunt in Erasmianis. nam Pal. *ira vtiferis non animo otioso.*

Sæpe quod labor roborauerat) ita & Eras. at Pal. *sæpe quod corroborauerat.*

Adhuc militia mea legis munus est) Erasmi, *mea munus est*, sine voce *legis.* Palat. *adhuc militia mea aliis munus est.* forte, *alius immanis est.* sic dicitur *munus esse*, qui officiosus est Plauto aliisque, adeatur Festus. sed tamen melius videatur, *legis munus est*, vt idem sit fere cum illo, *nunquam pugnans nisi coactus.* sed *manus* tamen elegans est.

Ne vilis sit opera mea] Pal. *vtilis.*

Ab omnibus facta est vulgaris) Palat. & Erasm. *ab illo facta* &c.

Non plus vrit illi adfert) iidem, *illi adest.*

Itaque malle illum] iidem; *item malle* &c.

Hoc loco Gallum posuit) iidem *Gallus.*

Toties optare omnes honores) vox *omnes* abest iisdem.

Collegit illud vnum adiicit non posse) Palat. & Eras. *colligit, quod certe illud vnum non adiicit: de lege non posse.*

Potius ratione retinere patrem) iidem, *detinere.*

Glomerarium. sanguinarium) ita & Palat. qui prius habuisse videtur *glomerarium.*

Quidam hoc compositum) Pal. *Quidam hoc quoque comp.* nec displicet.

Æschines non ille orator] Pal. *Æsch. tamen ille erat.*

AD SENECÆ RHETORIS CONTROVERSIARVM

LIB. II.

PROOEMIO.

Cultus nimis exquisitus] Pal. sec. *cultus nimius, adquisitus.* tert. *nimius exquis.* reliqui fauent vulgato. Erasmi editio præfationem istam transtulit ad Declam. libros, quæ nec in Pal. pr. cuius tale initium, *Omissa præfatione & Epistola, Controuersia hæc est.*

Nihil horridum) sic & Col. & Pal. sec. nam tert. *oridum.* quart. *nec horrendum* Pinc. codd. *nihil horrendum.*

Ac simplicissima felicitate) ita & Erasmi margo. nam textus vt & Col. *ac amplissima;* quod & in Pal. quart. reliqui tamen duo alterum propugnant.

Et ille pugnatorius mucro) est a Pinciani coniectura, cuius membranæ vt & Pal. sec. & tert *pugnatoris.* nam quart. & Coloniensis, *Et ille pugnatoris macro.* metaphorica est locutio: vt enim *rudibus* proludebant gladiatores, sic mox iis omissis vero vtebantur *ferro*: vnde tanquam rem nouam Suetonius in Caio: *Batuebat pugnatoriis armis.* videantur notæ nostræ ad cap. 14. lib. 1. de Clementia. itē Lipsius lib. 2. cap. 19. Saturn. Sermonum.

Nulla corporis adseueratio] ita Erasmus, ita & tres Pall. nam Col. verba hæc aberant. I.C quidam profitetur legere se, *nulla oris asseueratio*, quo quid velit, nescio, adeo barbarum est, & contra auctoris mentem. ¶ *Cum verba velut emissa fluerent*] Palat. tert. *cum verba vero missa.*

Cum vero compressisset affectus) sic & tres meorum. Pal. sec. *veros*, quomodo & editi; alterum tamen notatum itē ad oram, ex Pinc. scilicet mss.

Parum bene imitari poterat quæ effugerat] sic omnes mei quatt. Pincianus tamen, *effigerat*, vnde putabat legendum *effinxerat*: perperam sane. nam vult Seneca, minus vide expressisse, eam quæ incideret vbi dolendum erat aut irascendum: hocque ideo inquit, quia iram dolorem que ipse Fabianus effugerat.

A ciuilibus officiis abhorrentem &c.) producit ista P. Faber ad l. a. de reg. iuris, vt ostendat *magistratum gerere*, nō esse ex muneribus publicis vel ciuilibus, qui consulatur.

Vt te bene credentis studiis] ita & membranæ meæ. male editi, *credentia*, vel *credetis.*

Laudatorque, vel periculosa, dum honesta modo industria] ita & Pal. tert. & quart. at Col. *laud. vel peric. licet honesta ind.* sec. *laud. velut periculosa, dum hon* &c.

Cum Castium audiret] Palat. sec *Sextium*, quod placet: intelligit enim Philosophum. tert. *Sestium.* quart. & Col. *Festum.*

Illi studio parari, non per illud alteri) Pinciani mss. & Pal. sec. tert. quart. adiiciunt vocem, *alteri præparari*; quam vix eiecerim, nam & ea apud Col. qui tamen pro *parari* supra seruat *pari.* lectio altera restat in olim vulgg. quorum & nonnulli seruant, *stadio* pro *studio.*

Habuit etiam Blandum) mss. mei quatt &.

Pulcerrima disciplina continebatur] ita cuss. at mei quatt. *pulcerrima disciplina continebantur*; quod & erat in scriptis Pinciani, probatque ipse, vt ad *præceptores* referatur.

Puero Cicerone Plotius) ita ex mss. suis Pinc. traditque idem Cicero in Epistola ad M. Titinium referente Suetonio in lib de claris Grammaticis, meminitque item Eusebius. restat in olim publicatis, *Plotinus*, quod & in Palat. quart. & Colon. nam tert. *potius.* sec. vero fauet priori loco positæ scripturæ.

Multo minorem natu quam ipse erat, audiebam] ita & Pal. quart. vel certe *minorem*, nam nota scripsit. at Pinc. codd. & reliqui tres, *multo minor.* Lipsius lib. & cap. 1. Elect. putat emendandum, *multo maiore natu* &c.

CONTROVERS. I.

Illa videlicet d[illegible]) Pal & Eras. *Ista videl.*

In friuole sen[illegible]] Pal *fribola*; item, vt & Erasm. *nostra* sicuti & citat [illegible]onius lib. 6 de verb. sign. ad vocem. *Fribusculum.*

Dia dubitauit, ille amicum tentaret] sic & Eras. at Pal. *dubitauit, ille am tentauit.*

Poterat vnum in adoptionem dare) eleganter. nam Pal. & Eras. perperam, *poterat enim in adopt.* vnde faciebat Gotofredus, *poterat inde in adopt.*

Pecunia custos immensa, cum multa quæsieris) Pal *pec cu sto: immensaque, cultor Sylla tum multa quæs* Eras. *pec. cus. immensa, cultor Sylla, cum multa quæsieris* &c. notatum ad oram alias legi, *Sylua.* ¶ *Impera quid vis; non negabo, militabo*) ita & Eras. at Pal. non agnoscit particulam *non*; itaque legendum cum Fabro, *nauigabo, milit.*

In qua male sani rustia?) Pal. abest, *in.*

Inter vices suas, exempla referebas) Pal. *vites*, &, *referebat.* ¶ *Colit etiam nunc in Capitolio casam*] & iste locus erat cur potabam supra non legendum *Romuli casa*, sed retinendum potius, *humili casa.* hic certe nude ponitur, probaturque & alterum nobilissimi Dousæ Præcidan. ad Arbitrum lib 3. cap. 3. qui visatur, firmantem hanc casam & Ouidii & Dionysii Halicar. verbis.

Quem non reliquit patrem egredientem) Pal. & Eras. *qui non reliquit patrem, egred.*

Amo atque pauper pauperem patrem] ita & Pal. & Eras. at Pinc. codd. *Amo atque paupertatem ac patrem*, quod probat, & hercle sic quoque in excerptis Pal. sec. quart. ac Col. nam tert. *paupertatem & patrem*: id itaque medium reuocabimus. ¶ *Quæreres quis emptor esset*) Palat. *quær. quis suus empt.* Pal. *quæreres non quid suus emptor esset.* ¶ *Non mehercule habeo*) Eras. *nam meh. habeo.* Pal. *Nam mehercule horam.* ¶ *Loquar filius eius bene de abdicatione*) Pal. *loquar de filiis eius bene de abdicatione?* ¶ *Tunc illic si quid commisero, me nec*) vox *me* abest Erasmo. at Pal *tum me illic quid commisero, nec meus recipiat pater.* ¶ *Intra limen heres est, quanquam nec sic quidem &c.*) Eras. at Pal. interierunt, *heres est, nec post te aliquem retinens. quanquā nec sic quidē* &c.

Cum Deos cum votis patris vidisses certantes] Erasmi editio, *quam enim Deos* &c. notatum tamen ad oram, forte legendum, *cum enim Deos*. at Cælius Secundus editionis suæ margini apponit, magis se probare, *quanquam Deos cum* &c. est in Pal *quam enim Deos cum votis patris vidisse eri*. Gotofredus ait, nihil mutandum de lectione Erasmiana.

Qui nunc apud Parthos eges) Pal *reges*.

Dicta præteris illa corrumpentium) ita & ad oram Erasmus. at in contextu. *Dictu prapou illa corr.* quomodo & restat in Pal. hactenus. vt scribat ppeu virgulaq; transuersa occuper literam principem.

Mirantes decora sua, circumstetere lectores) Palat. *dedecora*.

Quare? ne unferam patri filium] Palat. *quare? respondeo, nec unferum*, quomodo & ora Erasmiani. nam textus; *quare? tum ne unferum* &c.

Qui abdicauit suos) Pal & Eras *abdicat*.

Laudat me pater cum abdicet] Pal *laudet*.

Conferturi munus, constituerunt) Pal. & Erasm *conferturi prabium, munus constituerant*.

Illatorum multitudine cadauerum] sic & Eras. at Palat. *illatium mult*. aliquid latet mendi.

Vel qua furia) Pal. *qua vel furia*.

Humano generi &c. *inuectum*] vox vltima occupat item oram Eras. edit. at ipsa: *uno generi* &c. *sanctum*, quomodo etiam est in Pal.

An vt tenuium poenlis extruantur?] exosculor scripturã Pal *populis*, vt carpat seculum, quo totos fere populos intra priuatum larem diuites vocatores cogerent.

Innocentes miseri maluerunt) Pal. & Eras. *innocentes interim mal.*

Si non in hoc quidem vt liberis) Pal. *Si vt liberis quidem ne in hoc relinquantur*.

Vt domus ad vsum & monumentum parata, sint nunc periculo) ita & Erasmus. at Palat. *vt cum domus ad vsum & mun. pur sint nunc* &c.

Qui tectis inuectus est fortuitus. Hinc & vicina urbium) Eras *fortuitisq; Hinc & illa urbium*. Pal. *qui sub tectis inuectus est fortuitis, qua & illa urbium*

Spolium ex alienis ruinis) Pal *sp*…

O paupertas, quam ignotum bonum es!) Eras. & Pal. *O pauperitas quam ign. b. est!*

Patrem amo: hac est contumacia mea) Pal. *pestem amo: hac* &c.

Vt muria annosq; mutentur] Pal. *mittantur*.

Quæ enim cam paruis) Pal. & Eras. *tam paruis*.

In vitis possit) iidem, *posset*.

Videlicet qua instantibus) iidem. *Videl. vt qua instantibus*.

Exiguum est & hoc litoribus quoq;] Palat. *exigua est, ex hoc litoribus* &c.

Quantuluncumq; est, mihi satis est] Palat. *Quant. & mihi* &c.

Patritiorum nobilitas, ab fundamentis urbis, vsq; in hac tempora. Eras. & Pal. *patr. eorum nobilitas fundamentis urbis habitu vsq; in hac*.

Census in castris ordinem) adducit locum istum Lipsius Comment. ad lib 1. Annal. Taciti, vt eo ostendat *census* rationem habitam in promouendis ordinibus.

Iudices in foro legit) Pal. *egit*.

Fictilibus fuerunt Dii] Pal *Diis*.

Quid ego cum respondeo emancipanti) Palat. *ad quid age* &c.

Ibi non parendum] sic & Erasm. at Pal. *non sibi tamen non sit parendum quo efficitur vt pater sit*.

Dari in adoptionem possit si non potest &c.) idem. *dari in optionem posset posset si non potest unobis* &c. Lectius legit, *si non: an ob id abdicari, quod arbitrii sui sit, possit*.

Dixit patri inutilem esse) Pal & Eras *vtilem*.

Ad repellenda vitia] Pal *compellenda*.

Contactu ipso nocentia transeuntis] Eras. & Pal. adest vox a fine, *transeuntes bono*; quod non improbo, etsi abesse posset. ¶ *Ne peccare discam?*] Eras. & Palat. *Nec*. prius placet, sed ita tamen, si minore scriberetur litera, & pauperaretur interrogatione, vtpote quod pendeat a superioribus; dicatque ne vel opus quidem esse vt discat peccare; adeo vitia ipsa vel solo contactu transeuntes coinquinare.

Adoptionem in domo suos dominos) Eras. & Pal. *abdicationem* &c.

In hac quæstione) omissa sunt ante ista aliquot voces, quæ extant in Pal. & Eras. *deinde an bono aduersus patrem animo fecerit In huius quæst* cæ ne hic legitimæ fuerint diiudicent alii: nam mihi festinandum.

Dicturum tacitum nescio quem) Pal. *dicturam tacitam nescio quam*.

Brocco quidum non male ro visus qui dixerit] ita & superpictum Pal. at prius erat, *non malo rem visum erat, qui dixerit*.

Capitulis quadam vitia) Pal. *capita quadam*. forte, *abdita quadam vitia*.

Ad iudicem districtum innocens nollet] Palat. *innocenter nollet*. Erasmus, *districtum innocens nollet*.

Volo, inquit alius, filium abdices) Pal. *aliquis*.

Diceres in eum qui tantum as habet?) Pal. *qui tantum os illi habet?* superscriptum, *at ille*.

Qui sibi abstinentiam) Palat abest dictio *sibi*, nec displicet.

Aliqua sententia dulcedo surrepsit. Aridi declamatores) Erasmus, *surrepsit. At declam.* Pal. amplius multo, *aliquas sententia dulcedo surrepsit, qui non potuerunt subsistere. Ac declamation.* Illud *Aridi declamatores* extat tamen in excerptis.

Nulla dulcedo sententia surrepsit sic qua malam &c.] ita & Eras. at Pal. *nulla sententia; qua malam*, reliquis omissis. & vero vocem *surrepsit* putarim inutiliter inculcari, tanquam commodius subintelligatur verbũ *sollicitat*, quod præcessit. habetur tamen in Excerptorum libris quatt.

Etiamsi sustinerem, at tradi diuiti nollem] Eras. & Palat. *sustineret, at aliem tradi diu nol.*

Gallus Vibius) ita & Palat. pr. at sec. *Iulius*. tert. *Tubius*. quart. *Caius Vibius*. Col. *Iubius*. Princ. mss. vel *C. Rubius*. vel *C Nibius*.

Vt diceret Amorem deser volo. tanquam] Erasmus. *volo, cum tanquam*. vt & Palat. nisi quod non habeat primam vocem, *vt*.

Et multa iucunde explicuit, corruptius quam Fabianus sed dulcius) sic & Eras. at Pal. *& multa minus iucunde explicuit de corruptis quam Fabianus. sed dulcius*.

Non seruorum greges] Eras. *non seru. domini greges* Palat. pr. *non seru domino greges*. Gotofredus emendare se ait, *non seru. domi greges*. & sic citat in Iuridicis suis. fragmenta Pal. sec quart. Col. seruant: *Non delectunt dominos ignoti seruorum greges*. tert. *Non delect domino ignoti seru. greg.*

Hominibus offender) Pal *Omnibus*, quod probo.

Occurrerunt mihi tres abdicati; & audio) Eras. *abdicat & audio* Pal. tres. *Abdicatio & audio*.

Ecce admonent me] Pal *admonet*. vt & Eras.

Me statim abdicabit) iidem duo, *te statim minatum abdicabit*. ¶ *Non faciet?*) Eras. *Non faciet illud* Pal. *Non faciet aliud*. ¶ *Fabianus hoc colore, vt dixi, egit*) Pal. *dixit*.

Nihil est insolentius nouitio diuite) Pal. *innocentius*.

Adhuc nec abdicationem) Pal. & Eras *non*.

Si te oderunt quos abdicasti) Pal. *odisti*.

Quidam dixerunt patrem cupidum diuitiarum] Pal. *quidam enim dixerunt*. forte, *quidam tamen dix.*

Timeo ne abdicer. vellem timeres) Pal. & Eras. *velim*.

Itaq; eum & tertium abdicaret] iidem, *Item cum* &c.

Dixit; nisi mihi illudis, vnicum etiamnum filium habeo] Erasmiana editio, *dixit; quid si mihi illudis? tantum vnicũ etiamn.* &c. Pal. *dixit; quid si mihi illudis tanquam vnicus etiam nunc filium ab eo venit ad me* &c.

Tentasti statim illum reducere] Erasm. *Tentasti*. Palat. *Tentatis*. ¶ *Si reduxerit, inquit, illos? & quid fiet?*] legerim *si reduxerit, inquit, illos, ecquid fiet?* ¶ *Sic de me diues meruit?*] Pal *Hac de me* &c & mox *commodare*, pro *cõmodato*.

Itaq; certam futuram adoptionem) Eras. *Ita* Pal. *Item*.

Tantum in illis summorum est) Eras. & Pal. *esse*.

Alteri non solet) seruis *testamenti dictionem* non fuisse profitetur & Geta apud Terentium Phorm. act. 2 Sc. 1. videatur Brissonius lib. 6. de Form. sed magis P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 12.

Prom-

Pro Iuuene adulteri eoo) Pal. & Eras. *pro hac re ne adultero reo.*

In quem Syriacus) iidem, *in quam*

Ad calumniam iurauerat) ita & Eras. & Pal. Opsopœus putat, *ad inperuacuam*

Speciosum iuuenem) Erasmi edit. vt & Pal. nouam hinc ordiuntur Controuersiam, nomine & ordine decimam: alii libri secundi Controuersiam alteram.

Nullam rem certam posuit) Palat. & Eras. *nullam incertam posuit.*

Nigro Brutedio) Pal hic *Brutedio*, vt & infra.

Qui inter se medium & dominam, cum domina rem haberet) ita, *cum domina*, absunt Eras & Pal. qui vltimus quoque seruat, *vt inter se*, quod magis placet. certe isthæc *cum domina*, non se mihi probant sed & suspectum habeo, *rem haberet*, tanquam interpretamentum vocis alicuius absurdioris.

Vt dominice libidini paparium faceret] ita & Eras. & Pal. at Ludouicus Cælius lib. 11. cap. 10. Antiq Lect. videtur legisse *pararium*

Et pene causam abstulit] Palat. & Erasm. *& pæne causam &c.*

Vafre & facit] particula *&* abest Pal.

Deinde si quaris Niger quare ego) Pal. & Eras. *deinde si quæres magis quare &c.*

Cum Comes eius) sic dicebatur, qui cũ imperio in prouinciã euntes comitabatur. videatur pluribus Brissonius lib 3. de verb. sign.

Per annos duodecim) sic & Pal. pr. at alii in quibus epitome, *quindecim*, quod & Pinciani libris.

Sed hæc consuetudo vestra] Pal. *Sed hæc est cons.*

Pati sine patre me, an sine te putas] Pal *puteo: me autem sine te putas &c.*

Filii mei causa facio] Pal *causam.*

Quam si filium ei facerem) iidem *quasi filium.*

Scis me non inuitum esse passurum) Eras. *Scit me non inuisum*) Pal *Scit se me non inuisum &c*

Totam bene dixit controuersiam] iidem, *Totam inquit, bene &c*

Dicendum sic esse] Pal. *dicendam.*

Deinde mirarere] iidem, *miranere.*

Cum aperte liceret) Pal *cum apulis lic.*

Illum acta in aurem legere] Lipsius ad lib 3. Annal. Taciti, scitum eo loci reddit, scribitque, *legere. acta* enim publicabantur, nec aliud iam vulgo per omnium notum que adeo vt pro verbis loco Seneca filius alibi dixerit, *Beneficia in acta non mitto*, ad est non publico, non diuulgo quid autem magis ridiculum, quam *acta publica alicui recitare in aurem?* risibilis ergo in id vitium hominis iocus: quem belle æmulatus est Martialis:

Garris in aurem semper omnibus Cinna:
Garris & illud, teste quod licet turba.
A loene penitus hic sedet tibi morbus,
Vt sæpe in aurem, Cinna, Cæsarem laudes?

Glycon &c. Pal. sine vllo interuallo scribit, *Glycon Scyridion*, vt & Eras editio.

Hermagoras] Pal *Hermecotem.*

CONTROVERS. II.

Si quid alteri obtigisset) ita & Eras. & Pal. pr. at quatuor alii decuriati, *si quid ulteri accidisset*. quomodo & citat Brissonius lib. 1. de verb. sign. neque malum est: eo enim sermone mors denotatur l 162. in ff de verb. signif vbi & videatur Fornerius, l 25 ff ad Trebellian. Cicero 2 de inuẽt. *si quid pupillo accidisset*. Paterculus lib. 2. *si quid accidisset Cæsari, successorem potentiæ eius arbitrabantur.* Suetonius Aug cap. 101 *Iuliæ filiam neptemque, si quid his accidisset, vetuit sepulcro suo inferri* eadem vis est verborum, *si quid contigerit* l 39. §. Seium ff de legat 2 &c.

Quid diceret ducessisse se) ita & Epitome. at Pal. pr & Eras. *ducessisse viri.* ¶ *Si abdicata fuerim, non viuet*) Pal *fuerit*, superno notatũ tamen, *fuerim, non viuam*; quomodo edidit Erasmus ¶ *Hæc pater non credit*) Pal. & Eras *huius ille pater non cr* ¶ *Nec est nouum, nec vir illi credidit*) vox *ille* abest Eras item Pal *quo non est &c.*

Moriar, inquit, habeo & causam & exemplum] Pal pr. & Eras. *Moriar ab eo exclusa, & ero exemplum.* extat tamen alterum in Excerptis.

Quædam ardentibus rogis torum miscuerunt] ita & Pal. pr. & Eras. at Epitom. *Quædam se maritorum rogis ardentibus miscuerunt.*

Inter has vnus numeraris] ita & Eras. & Pal pr. at schedæ meæ & Pinciani partim, *inter has puella vna nominabitur*, partim, *puellas vna numeratur.*

Breui sollicitudine] ita & excerpta. at Palat. pr. & Erasm. *otius sollic.*

Qui certantium exitus solet esse) Col. *quod.*

Hic animus sine dubio &c.) hæc, vsque ad verbum, *respexistis*, non comparent in prioribus edit. aut Palat. scripto; extant tamen in omnibus excerptis, nisi quod ibi, *cauerent ne morte diuiderentur.*

Respexistis nos Dii, nunquam vos violauimus) Erasm. & Pal. *Dii dignos, nunquam violauimus.*

Difficile est iudices) ita & Pal. male Erasm. *iudici.*

Hodie tantum illius agi] Erasmus, *illis.* Palat. *illos*, annotatumque *illorum.*

Viderit fortius puella promittere) Pal *fortibus.*

Et patrem amat, tanquam ius auerit] Eras. *& patri narrabat, tanquam murmurauerit.* quomodo & Pal. a secunda manu; nam prius erat, *murmurauerit.*

Quid quam, inquam, non potes) Eras. & Pal. *Quid ni, inquit, non potes.*

Peregrinationem eius tulisti) iidem. *sustulisti.*

Tructationes sunt) Pal *tractationes.*

Primam tamen coniecturalem) Pal. & Erasm. *Optimam tamen &c.*

Et toto dixit iurando] Pal *& de toto &c.*

Vtque oblitum se amare esset) Pal. *atque oblitum se amarassent.*

Et aliũ ex suaiorem sensum] Pal. *& alia ex sua scena sensum.*

Mota face crescere flammas] ita & Pal pr & reliqui quatuor. ociscio tamen apud quem legerim restituendum fide mss. *motu flam. me. crescere tamen.*

Et viro vxorem diligere concedas Necesse est, deinde &c.) Pal. abest vocula *vero*, distinguitque; *concedas necesse est. deinde.*

Ecce obiurgatus noster: quam effrenato amore fertur) Erasm *Ecce obiurg*[illegible] *quam effrenato &c.* Pal. *Ecce obiurgatur, nostro q*[illegible]*renato amore fertur.*

Tum hos pone[illegible] *vt nihil faciant*] Erasmi editio amplius, *tum hos oppone terminos quasi approbaturi custodiant, vt nihil faciant*; neque aliter Pal nisi quod habeat, *tum hos oppone term* superscriptumque, *ta hos oppone term.*

Si vis credere, nec ad Deos pertinet] Eras. *iurans sibi, crede, nec &c.* Pal *iurent sibi credere, nec ad &c.*

Per socer felicitatem tuam] Pal. & Eras. *Per socer &c.*

Sic ais sit semper) ita coniecit Erasmus cum esset in scriptis eius, *sic desit semper*, vti & restat in Pal.

Quare vxore necatu socero causa sim orbitatis?) Palat. *quasi vxori nota causa sit socero orbitatis.*

Ipse tres exciperet in quos nihil illis) Palat. *ipsi tres exciperent, in quo nihil illis.*

In vtrumque codicillis] Pal. *de vtraque.*

Secundum, Et gelidum Boream) Erasmi editio & excerpta, *Secundum gelidum Boream, gelidumque Notum.* Pal *Sed egelidum Boream, egelidumque &c.* vulgata lectio est ab emendatione Pinciani. ¶ *Ex qua appares*) Pal. *ex quo app.* vti & coniecerat Nicotius. ¶ *Aliquis nauus esses*] Pal. *fuisset.* alterum tamen defendunt excerpta.

CONTROVERS. III.

Accusat dementia Pal. & Eras. *accusatur.* excerpta, *reum facit dementiæ.* ¶ *Quid oculi obstupuistis*) sic quidem Pal. pr. & Col. at Pal quart. *obstupuista oculis.* tert. *obstupuistis oculis.* sec *obstupuistis oculi*, quod & in multis Pinciani codicibus, & recte. ¶ *Ne nouo inauditoque more*) Palat. *re noua, inaud.* ¶ *De nuptia puella exortus sic* , Pal. *exornasset.*

Quo melius de re iudicare possitis) Pal & Eras. *de herede iud* ¶ *Nonne sæpe excandui*) Pal. *non me sæp. &c.*

Hoc intra triginta dies] ita & Epitome. at Pal. pr. & Pinc. membranæ, item Erasmi: *Hos intra &c.* ¶ *Promissurum quod filio negam*] ita & Pal. sec & tert at pr. quart. Colon. & Erasmi, *permissurum*, quod & placebat Pinciani libris; ipse enim interponebat, *filio meo neq.* nihil mutauerim. ¶ *Cum tam libenter viueres*] Pal & Eras. *Et cum tam, &c.*

Ignouit, inquit. & alius. Ante me rogatus] distinguit Erasmus, *& alius ante me rog.* vt & Pal. qui tamen habet, *aliquis*,

In hac qui pares sententias habent pereunt] Eras. *in hoc sibi pares sententias habent pereunt*; quod & in Pal. cui adscriptum ad verbum vltimum, alias *pareunt*.

Vix scire lex vtrum maluerit) Pal *vtram*.

Eum raptor accusat] Pal. *eum pater acc.* quomodo & Erasmiani.

Nondum erat tempus flendi) Pal. & Eras *faciendi*.

Ante xxx diem nosti res] iidem *scies*.

Exorabo, inquit, patrem) iidem; *Exorabis, inquit, patrem*.

O dii, effregit fores) Pal. *O si & fregit fores*.

Mortem vita meruit) Eras. *Morte vitam non meruit*; ad oram vero, *alias vita tione*. Pal *Morte vita meruit*, sed ita vt tres literæ, *non* scilicet, adiectæ sint voci *vita*, altius paulo quam decebat si iunctim scribendæ essent.

Accusatione deprecatur) Eras. *accusationem deprecatus* Pal. *accusatione deprecatus*.

Consumit? Rogo inquit. Non est tuum me rogare Nunc ego &c.) Eras. *Rogo, inquit: Nunc tu ne me rogas? num ego &c.* Palat. *consumit? ego inquit nunc. tune me rogas? nunc ego &c.*

Ad iudicem vocatus non adsum] Eras. abest, non. Pal. *ad iud. vocatus: ad iudicem sum*.

Rogo, inquit, num sic?] ita forte legendum notatur ad oram edit. Erasmi, in qua, *inquit, nunc hic sic*. Pal. *inquit vt hic sit*.

Quod se priorem non rogaus) Pal. & Eras. *quod deteriorem non negaui*.

Me miserum, quam pene promisi) ita & Erasm. & Pal. at Pinc emendat ex suis scriptis, *permisi*. male.

Si illum etiam exorasti) malim cum Eras. & Pal. *si illum etiam exor.*

Cuius misericordia crudelis sum] sic & Eras. at Palat. *cuius misericordia senex sum*.

Hic videlicet illa pars legis) Eras. *hic video illa pars legis*, vti & Pal sed e, in *video* facta est a manu secunda & erasa est alia quæ litera.

Patrem sic aliquis orat si deprecatur] Eras. *Patrem nati? sic aliquis exorat sic deprec. &c.* Pal. *P*[illegible]*trem natr sic aliquis exor sic depr.*

Filius meus moriturus est) Eras. *exral. mor sit*.

Patris tui misereor) iidem *patris indicto misereor*.

Nec iam habeo cui peream) iidem *paream*.

Non possum sustinere vltra) iidem adduot, *non possum metum sustin &c.*

Cui vita mortisq, arbitrium) Pal *quod vita mortis ve sua arb.* vt & Eras. nisi quod is, *mortisq.*

An ob id possit eius) iidem duo, *an ab iis possit quibus*.

Si non exorauit filius dementia est) Pal. *filio*.

Cum adhuc an exoretur] Pal *an te exhortetur*.

Hic paterno affectu tractauit spem faciendi] Erasm. & Pal *Hic paternos affectus tractauit spem faciendi*, recte.

Paulo apertius agebat] post vocem istam vltimam spatium est vacuum in Pal. ineo literarum decem.

Quasi iam pronuntiatum sit] Pal. & Erasm. *pronuntiatum est*.

Vtar sed cum aliis desiciar] Erasm. & Pal. *vtar & malis desiciar*.

Nullum patri curatorem dari) Palat. *nullum prater curatorem*.

Quod in schola dementia agere] ita etiam verba isthæc producit Cuiacius lib 9. Obseruat. cap 13. vbi consulatus. Eras. *quod in scholasticam dementiam ageret*; quomodo & Pal. nisi quod is *angeret*.

Ob id quod facturus est, non ob id quod fecerit) ita & Erasm. at Pal. *ob id quod fecerit, non ob id quod facturus est*.

Quod demens facturus sit aliquis Pal *futurus*

Exorare. ergo demens videor, qui vno me verbo sanare possum?) ita & Eras. nisi quod ipse, *ego*, item *sanare possum me?* Pal *exorare demens non ego demens videor. qui vno me verbo sanare possum*.

In aliam ateba quæstionem] Pal. *in illam atebat*.

Clemens iustus parum hoc vox *Clemens* non est in Erasm. aut Palat sed solum *iustus*, notaturque ad oram edit. Eras. forte legendum, *iustus*. quod non displicebat Nicol. Fabro, qui item argute mutabat illud *Clemens* in *demens*, addebatque superioribus verbis. Oplopœus pro *Iuste*, malebat *Fusce*.

Agere mecum dementia, etsi iam potest) Palat. *dementia etsi iam si potest*.

Etiamnum exorari possum] Erasmus & Palat. addunt, *etiamnum tempore exorari poss* forsan *tempori*.

Esse iam reum) Eras. *& iam reum*, vt & Pal.

Ita tu, cum tam exorabilem patrem haberes, rapuisti?) Eras & Pal *miratur eum exorab. patrem haberet rapuisse*.

Ille cito ignouit) Pal *rogauit*:

Asprenas dixit] Pal. *Asprenas iam dixit*.

Dic ergo verum) Pal. & Eras. tria ista verba etiam repetita habent, hoc modo, *dic ergo verum, dic ergo verum*.

Lucius eadem figura) Oplopœus diuinat, *Fuscus*, aut *L. Vinicius*.

Et Hispo Romanus) vox *&* abest Pal.

Et tunc quoad lucebit, Pal. *Et tum id vis lugebis* Erasm. *quod eum ed tus lugebit*, notatum tamen ad oram, forte legendum, *quoad tu lucebis*.

Agon? quod fiere solet victimis) quare belle Ouidius in Fastis;

Qui calido strictos tincturus sanguine cultros
Semper agatne rogat: nec nisi iussus agit.

agon? hoc est *agone?* ex quo *Agonaliorum* ferias nomen inuenisse nonnullis placuit. videatur Politianus lib. Miscel. cap. 60. Briss. lib 1 de form.

Quod tarde suum exorat patrem) Palat. & Erasm. *exoraremus*.

Occurremus, ille domi est] iidem, *hoc curamus, ille &c.* optime.

Tarde exorari quam tarde rogari) iisdem tantum adest *tarde exorari*, reliquis selectis.

Iam tui misereor] Eras. *Sed tui miserebor* Pal *Iã te miserebor*.

Miser eris nisi etiam vltimo die] iidem vna voce, *Misereris*.

Collusionis] tale hic subesse putat Dousa, quale istis Petronii. *Ducussisq, fortissime claustris inuenit eum fratre ludentem*, lib. 1. cap. 7. Præcidao.

CONTROVERS. IV.

Ab altero filio accusatur) ita & excerpta. at Pal. pr. & Erasm. *ab altero pater filio accusatur*.

Non impulsis tantum sed laniatis capillis] ita & iidem. suspicabar olim, *non impexis tantum*, videantur nugæ meæ lib. 9. cap. 12.

Vot est inquam meretrix) iidem, *inquit*.

Steterim an sederim] iidem *si steterim*.

Fateor me aliquando insanum fuisse] iidem *Fatear me aliq insanem*.

Successor modo patrimonii natus) Eras *nactus*, vt & Pal. qui, *modo suce patr. nactus*.

Coheredem tuum ad vitam] iidem, *coheredem tuum ad vitam*.

In Cicerone constantia desideratur) Erasm. & Pal. annectunt *in Cicerone constantia in summa dementia*, sine voce *desideratur*. vnde fingebat Gulielmius meus Quæstionibus ad Pœnulum Plauti cap. 5: *in Cicerone constantia, in Sulla clementia* Erasmi editio ad oram adpinxit forte scribendum, *in Cicerone, constantia desideratur in summa dementia*.

Mihi crede, adi & tu cogitato] Erasm. & Pal *mihi crede, aliter tu a Diis de coherede cogita, te &c.*

Et quis roget, & quem roget] abest Eras. particula *&*, itẽ Pal. qui tamen amplius, *quis roget, pro quo roget, quem roget*, quod placet.

Videbitis negare non posse) Eras *videbis neminem rogare non posse*] Pal. *videbitis neminem rogare non posse*.

Quia mulieri ille frater donauit plus quam pro sua parte) ita & Eras. at Pal. *quia multa ille frater donauit plusquam sua parte*.

Fœcundam Vera inimica] Erasm. distinguit *fœcundam vera inimica* Pal. *fœcundam vere inimice*.

Sine præfatione honesta nominari non potest) Palat. *potest*, vt & Erasmus.

Sene-

Seuerissimus pater abdicauit] Erasm. *si aeru modu pater abd* adiungitque inperioribus, vt & Pal.

Nisi aut abdicatus) Pal. abest dictio *aut*.

Huic vitio moderarentur] Eras. *moderentur*. Pal. *demorentur*.

Simul obiiciens fratri impietatem) iidem, *obiicies*.

Recepisse puerum, quam abduxisse) Pal. *addaxisse*.

Et ea ratione eum adeptosse, non quia) Pal. & Erasm. *& qua ratione eum adoptandum esse, non quia*

Exactissimi ingenii in omnis quidem studiorum partis) Pal. & Eras. *exactiss. ingenii quidem studiorum partis*, relictis aliis.

Messala orationem) Pal. *Messala*.

Quam suasoriam Theodoro) Pal interponit, *quam compositam, quam suasoriam Theod.*

Iamiam vnum aiebat) Erasm. *hic vnum aieb*. Palat. *huius vnum aieb*.

Non quaeram extra exempla sani hominis) Palat. *extra exempla: sane omnis*.

Et quod pater me rogat] Pal. *patris*.

Tunc quid fatiebat] vox *Tunc* non est in Pal.

Oderat luxuriam: vt tunc castigaret, nunc iam seuerus) Eras *nunc* habet, pro *tunc*. Palat. *Od. lux. vel castigat, nunc iam seuerus*.

Obiicis patri quod fratrem abdicasset) Pal. & Eras. *quod etiam fratrem abd.*

Quare tunc non egisti dementia? Expectabat paenitentiam tuam aiebat &c.] iidem *quare tunc non egit. Dementiam tuam aiebat expectabat* Expectabat *paenitentiam aiebat tuam*.

Iam recepit] iidem *resipiet*, quod placet.

Augeres in dies nullum illius vitium aetatis est; amor est] Eras. *aetatis amor est*. Pal. *augeres. vides nullum illius vitium aetatis est, amoris est*.

In paterno sol. suo] Erasm *paterno solo, suo puero*, sine *in*, notatumque ad oram forte leg *saluo puero* Pal. *paterno solo suo*, si ne *in*, & sine *puero*.

Hunc vetuisti morbum) ita & Pal. cui tamen superscriptum *hunc nominem morbum*.

Vnum tantum est, non quasi alapam) Eras. *non quasi lapsam*, quomodo & Pal. qui notat ad vocem *es*, signare eam *comedit*. vnde forte locum hic habere posse, *non quasi Lapsana*, diuinabat Caelius Curio; de eo enim inquit olere Plinius. & certe posset. sed malim fere *lapsanam*, si modo sequamur interpretationem veteris mei scripti, cui *es* est *comedis*.

Tales que lia sunt qua basilicam infestant] ita forte legēdū, oræ adpinxit Erasmus. editio enim eius *infectant*, quomodo & Pal. qui tamen seruat, *tales* aliæ edit. *infectant*.

Nepos in primis abdicatur) Pal. *neptis*.

Nullus autem] Erasm. annotat forte legendum, *nullus alit*.

Nam illi adoptione nobilitati fuerunt] Pal. & Eras. *Nam illi ex imperio adoptione nobilitati fuerunt*.

Hac & alia in hanc sententiam] Pal. *in hac alia in hanc summam*.

Fascina recensare) sic & Pal. at Eras *fascora*.

Tanta autem sub diuo Augusto libertas fuit) ita emendabat Lipsius Comment. ad lib. 1. Annal. Taciti. Erasmi enim aliæque editt. *Tanta autem Maecenas sub diuo Aug. libertate fuit*, quomodo & restat in Pal. meo. is tamen ad vocem *Maecenas* notat, alias legi, *Marcus*.

Marcum Agrippam, & quod medium est) prius cusi sine voce *Marcum* habebant *Agrippam, & quod* &c. quomodo & Pal. vnde fingebat meus ille Lipsius, *Agrippa M. & quod in medio est*. ea enim, inquit, verba ioci, & gentis nomen medium inter cognomen prænomenque.

Concurrite Agrippa, malum) Lipsius hæc mutila putat, viderique fuisse versum; *Concurrite omnes Augures Aruspices* &c.

Ea in parte vtrique mihi] sic & putabat legendum Lipsius. Erasmi editio, *Ea in arte*. Pal. *Ea marte vtrique*.

Caput potius quam dictum perdere) ita etiam emendabat Lipsius. prius erat, *digitum*, quod & restat in Pal. meo.

CONTROVERSIA. V.

Illam sterilitatis &c.) ita & Pal. pr. & Erasmi. at decurtati omnes alio ordine, *intra quinquennium non parientem, sterilitatis nomine dimisit*.

Escende inquit) Pal. & Eras. *descende*; vt & infra aliquoties. ¶ *Subinnitta manu satelles*] iidem, *Subiecta*.

Trahebantur matronae, rapiebantur virgines] ita & epitome. at Pal. pr. & Erasm. *terrebantur matr. & premebantur virg.*

Nulli feliciores &c. *quam qui*) Nicotius diuinat, *nulla felic.* &c. *quam qua*.

Magna consilia not bene vultus tegit) Pal. *non beneuolis exhibuit*.

In quorum vultibus erant tormenta) Palat. & Erasm. *extant*.

Isti de tyrannicidio] Eras. & Pal. præmittunt hæc, *boni aliquid si certa non sit, mirabitur non peperisse, cum cogitarit. Isti de tyr.*

Audacter iam consilium indicemus] vox *audacter* non est in Pal. aut Eras sed tantum, *de consilio iudicemus*. illud tamen, *consilium*, superscribitur Pal.

Explicantur tyrannica crudelitatis] ita Epitome at vox media abest Pal. & Erasm.

Virorum quoque animos ipse visu] ita excerpta. at Erasm. *viros quoque ipso visu*. Pal pr. *viros quoque ipsos visu*.

Muliebri pectoris constantiam) iidem *muliebris pectoris conscientiam*. quod malim excerpta, *muliebris pectoris sententiam*, nisi quod Pal. sec *scientiam*.

Et minantia torquet] ergo *minas* quoque tormentorum habere speciem, ex loco illo non male deducit Langiæus lib. 9. cap. vlt. Ocii Semestr.

Plus ibi praestare non potuit) ita & Pal. superpictum est, sed ipsius, *sibi*, habet.

Exprimitur quae ipsis vitalibus. Tacet. An sit tibi &c.) Eras. & Pal *exprimiturque ipsis vitalibus, iacet reficit. An sit tibi* &c. Epitome habet; *verberibus corpus abrumpitur Nefas respice an tibi liberos ista mulier datura sit. tyrannicidam dedit*. ex quibus liquet, hærere hic nescio quid insanum.

Tyrannicidium dedit) ita & Pal pr. & Eras.

Ita est mulier, delicata es) iidem. *Ita sit mulier*.

Minori munimento virentem submonet) iidem, *virtutem non submonet*.

Inter vxorem tortam & virum occupatum) ita & mei mss quinque. Pincianus tamen contra membranas item suas legendum putat, *& vterum obturatum*; frustra. nam illud *virum occupatum* respicit proxime præcedens, *sic vir & vxor mentem exercebant*.

Exustum, conuulsum tormentum) ita & Pal. pr. & Erasm. at schidæ quatt. *igne adustum cona* &c.

Si dixero fassa est) ita & Pal. pr. at sec *si dixerit fassa est*. tert. quart. Col *si dixero fessa est*; quomodo & veteres decurtati Pinciani, nisi quod ii *dixerit*; qui ait esse in Controuersiorum libris, *falsa est*, vti & edidit Erasmus; vnde & Hispanus ipse finxit, *fassa est*.

Hispanis Cornelii] ita & Pal. at Erasm. *Hispani*, quod & probat Opsopœus.

Contabatur illo] Pal. *concitabatur*.

Pacisci me tecum puta. Vt taceam) Pal. *puto iet, taceam*. Eras. *putabat taceam*.

Quam sustinere verbera, laminas, oculos &c.) Erasm. & Pal. ille primus loco horum verborum & seqq. vsque ad illa; *Duplici beneficio*, nihil seruant nisi binas istas voces, *quod sustinere* & sane placet, vt infra post collocentur. nam etsi isthæc coniungantur in libris decurtatis, quid tum? hoc ipso nemini satisfaciunt.

Duplici beneficio vxore) Pal. & Eras. *vxoris*.

Fatiam ne viro placeat) iidem adiiciunt, *placeat meretrix*, quod sane sordidum est.

Hac desinebat torqueri] Pal. *desinebatur*.

Vt amplius posset Quid amplius dicamus) interferunt hic Pal. & Eras. *vt amplius posset. Exquisita verbera, iam oculorum quicquid antiqua saeuitia inuenerat, quicquid & noua adiecerat. Quid amplius dicam* ita inquam Eras. & Pal. nisi quod vltimus habet *saeuitia*; male illud; vt & quod scribant *tam*. legerim enim, *lamina oculorum*; quique me sequetur superiora delebit, & hic interponet. nam & in illis excerptis statim subiicitur vltimæ voci, *adiecerat*; *Quid amplius dicamus* quid quod scribat Pal. sec. ac tert. *verbera*

lamine eculeus. Colon. *lamina, eculeos.* solum quart. *laminas eculeos.*

Tyrannus torquebat] ita & Erasm. & Palat. pr. at sec. ac quart. *& tyr. torquebat.* quod impense placet. nam quod malebat Pincianus ex fragmentis suorum, *& tyrannus torquebatur.* prorsus insipidum est, etsi ita quoque Palat. tert. & Col.

Puerperiis fuit acuit hanc. fecit tyrannicidium &c.) ita & Erasmus, nisi quod ipse *fuit.* Pal. *puerp. fuit. Acuit hanc tyr.* additumque, *Acuit hæc tyrann.* legerim. *puerperio tacuit: ne fecit tyrannicidium silentio.*

Nunquid premit te onerosa sumptibus) Pinc. codd. *Num premit censum onerosa sumptibus,* quod et placet, & ita quoque Pal. tert. nam reliqua excepta tria, *Non premit censum oner.* priore loco posita lectio est apud Erasmum. nam Pal. ille pr. *Nunquid præmittes onerosam sumptibus.*

Et deterius luxu fluente, muliebris ambitio certamine mutuo usq. in publica damna priuatim insanit) ita & Colon. & Pal. tert. qui tamen *priuatu,* quod & habet quart. in quo nihilominus, *priuatis vibis.* nam sec. *usq. neq. in publica damna priuatu insanit* at vero Pal. pr. *& deterius luxu fluitem muliebris ambitio certamine mutuo, in qua publica damna priuatus insanit.*

Nihil ita matrona tritam) Pal. *matrona trit. non concupiuit.*

Quod non indicauit uxori mea] dictio negatiua non est in Palat. odororque ego mox vbi legitur *ne votis*, vocem *nepotis.*

Mirantur tuum tyrannicidium, huius silentium) Pal. *mirantur tuum esse tyrannicidium, no huius silentium*, quomodo & Eras. nisi quod et abest, *an.*

Nec in tormentis oppressam, morte amplius pro viro præstitisset) Pal. non adest vox *nec*, seruatque *præstitisse*, & *mortem*, quibus duobus prioribus consentit Erasmus.

Differebatur distortis manibus] Erasm. & Palat. *deferebatur.*

Talem uxorem tortor &c] Eras. sine *Talem*, seruat. *Vxorem tortor dimisit, ad partum ingratus vocabat*, quomodo & Pal. nisi quod is *vocabatur.*

Ego torta sum) iidem, *Ego tamen torta sum.*

Ingrati tenetur) iidem, *ingratus.*

Attico Vipsanio] iidem *Vipsam.*

Etiamsi sciste de tyrannicidio viri] Pal. *de beneficio viri*, superscript. m autem, *de veneficio.*

Hoc diuisit in hæc duo) Pal. abest dictio *hæc.*

Sterilitatem uxoris bono ferre debeat) iidem, *ster. uxori bene facere debueris.*

Pos..... cum Apollodoro) Palat. *Posmos cu Apoll.* Cælius ait forte reponendum, *Possidonium*, cuius etiam alibi meminerit.

Numerari debeat exceptis tyrannide) iidem duo, *num. debent nisi esse tyranni.* ao fuit, *exceptum tyrannide*, vt subintelligitur, quinquennium.

Ex æquitatis quæstione prudentia) Pal *pendentis.*

An non quacunq. quinquennio) Pal. & Eras. *an vero quacunq. quinq.*

Quid si maritus curatus inutilis in concubitu) iidem, *Quid si maritus a vero tortus inutilis in* &c.

Quinquennio quartis quare non peperit? iidem, *quaris.*

An inter hos gradus est] Pal. *hos*, vt & Eras.

Hanc in partes quæstionem] Palat. *in hanc partem quæstionem.*

Quo viros destituunt, non quo non habent) ita & Eras. at Palat. *quo viros non destituunt, sed non habent*, quod elegans est, si modo accedat interrogatio.

Quum inter.... Et eum) Pal. & Eras. *quum interemisset. Et cum* &c.

An hæc posset & hic etiamnum] iidem *Et hic posset & hic etiamnum.*

Cum quid liceat quæratur, non quid oporteat) consulatur de his P. Faber ad l. 144. de reg. iur.

An hoc posset per illum non posset, quia &c.] Eras. *an hic possit, per illum non posset* &c. Palat. *an hic possit per illum ipso non possum* quamsupraq; vocem *illum* scribitur, al. *am.*

Aliquod tempus impune a legibus] Palat. & Eras. *immune a legibus.*

ed non peperit, quia tu maxima] iidem amplius, *sed non peperit quia torta est, quantu max.*

Passienus vir eloquentissimus] patet nempe ad eumque censet Lipsius ad lib. 12. Annal. Taciti, pertinere verba Velleii lib. 2: *Triumphalia ornamenta ex Africa et retinentem* idque sub Augusto.

Albutius decentissime fecit) Palat. *Albutius Fitnet decentiss.*

Vxoris vltio Vtrumq. secutum est] Eras. *Vxoris vatio vtrumq. sec.* vt & a secunda manu Pal. prius enim erat, *verd. que:* illud *vltio*, extat in exceptis.

Maritus illi tyrannicidium posset] Pal. *ita maritus illi imputare tyr. posset.*

Quod tyrannicidium non prodidisti) Pal. & Eras. *tyrannicidium non prodidisse.*

Si nihil unquam secretum ab illa maritum] Pal. ab aliena manu, *si nihil tam tum secretum ab illa*, quod placet. antea erat, *si nihil vacuum decretum ab illa mar.* &c. quod & in Erasmianis.

De quo tyrannus usq. eo) Pal. *de quo tyr quoq. usq. eo.*

Mutam efficiam] ita & Eras. at Pal *multam eff.* adscripsitque *multa.* ¶ *Si quod audierat, tacuit*) Pal & Eras. præponunt *quod si quod aud.*

Quicquid longa cogitatio illi præstitura erat) Palat. *quid longa cog. illi præstiterat.* alterum restat id decurtatus. mallet tamen Pincianus *alii*, quam *illi.*

Ingenium in numerato habet] de eo Erasmus Adag. 82. Cent. 3. Chil. 4. ¶ *Aliquid ex vultu*] Pal. & Erasm. *aliquid ex sumptu.*

CONTROVERS. VI.

Accusatur a filio dementia) sic Epitome, at Eras. & Pal. *filius accusat patrem dementiæ.*

Accusator meus inter se contrarios affectus habet) iidem *Acc. meus diuersos & inter se contrar. affect.* &c.

Sed tu senex, inquit, hoc dicit) iidem *dixit.*

Ecquid mihi licet similes annos me libero vita] Pal. *Equidem mihi licet similes annos mei.*

Exemplum habeo propositum quicquid) vox *habeo* non est in Pal. ¶ *Quicquid tu feceris facere*] Pal. & Eras. *quicquid tu feceris me facere.* ¶ *Sed illud excepto me obiicias quod*) Eras. *Sed illud Scipionum obiicies, quod*, quomodo & a secunda manu Pal. prius enim, *Sed illud Scipio non obiicies quid eleg.*

Bibamus, moriendum est) Lipsius lib. 1. cap. 10 Saturn. Serm. emendat, *Viuamus.* numquam enim hilarius se inuitabant, quin lacesserent lætitiam hoc verbo, *viuamus, moriendum est*: quod & testificatur Marcellino lib. 16. vbi id ipsum sic interpretatus erat calomniator, tanquam machinaretur Dominus ille aliquid magnum, & cum extet sui metu coniunctum, aut tanquam id detorsisset in sæuitiam Imperatoris, sub quo omnibus pereundum esset. ¶ *Malam causam haberem, si te filium non haberem*) Pal. & Eras. *Aliam causam.*

A laudibus patris incipiam) iidem præmittunt: *Aliter a laudibus* &c.

Vsque eo se proiecit, vt accusetur) ita & Erasm. at Palat. *accusem.*

Senex amens, senex ebrius] diuinabat Gotofredus *amans*, quomodo & clare membranæ Palatinæ.

Ætates exhauriunt, vitia lasciuiunt] Pal. & Eras. *at exhauriunt.*

Nauem in portu mergis) de ea re Erasmus Chil. 1. Cent. 5. Adag. 76.

Non est luxuria tua) pronomen *tua*, abest iisdem duobus.

Nec potantem adumbras] Pal *potistatim*, quod natum a scribendi ratione compendiaria.

Nec te doces dissipare bona] Pal. *nec te docet diss.* vt & Erasmi editio; ad oram tamen additum, forte legendum, *nec me doces*, vel, *nec dedoces*; Cælius vero Secundus amplius, *nec tu doces.*

Nemo vitia quæ odit, imitatur] Palat. *Nemo putat vitia quæ odit* &c. forte; *Nemo, puto, vitia quæ* &c.

Minime solere patri obiici luxuriam) vox *solere* non est in Palat.

Si petulantiam iniuria damnatur] Pal *iniuria.*

Cum emendaueris, non desines) Pal. *emendaueras.*

Simu-

Simulationem luxuria significandam magis quam profitendam) vox *luxuria* abest Eraf. vt & Palat. qui tamen habet, *simulationem significanda magis quam profitenda*.

Blandus hac figura declamat] videtur esse in Pal. *declamauit*. scripsit enim, *declama*, adiicitur litera *t*, sed quæ altius paulo locatur quam literæ aliæ, quod signum est cōpendiosæ scripturæ. ¶ *Non ita patri remittere*) Pal. *non ita patri non remittere*. ¶ *Qua possit adolescens mores formare*) Pal *adol. demum form.* alterum tamen est in excerptis.

Ad luxuriam a patre promissus sum] Palat. *ad luxuriam patris*, sine illis, *promissus sum*.

Vnguento canis madent, & comissator senex nulli animis luxuriosum, sed parum sanus videtur] sic & Erasmi editio, nisi quod interserat *& comissator senex redit, nulli* &c Pal. *ad luxuriam patris vnguento, canis madentis, & comissatorem senem redit, qui nulli minus luxur. sed par. sanus videbatur*. ¶ *Merito ea adolesc. non amacm luxuriam*, dictio *omnem* abest Pal & Erasm.

Et odio sibi vitium factum] iidem, *vitiosum factum*.

Et voluisse videri tam diu luxuriatum] iidem, *noluisse*.

Consilio luxur. filium istum emendo) sic & Eras. at Palat. *Consilium luxuriantem filium aliam emendato*.

Et parasitorum circumfusam regi turbam, sic cum riualibus &c] Erasmi editio, *regem*. Palat *circumfusam patris regem turpe sit cum riualibus rixas, & ebrietate*. I.C. quidam ait se legere, *parasitorum circumfusam gregem · turbam sic cum riualibus rixari*. male ille, nec cepit notionē *regis*. *rex* enim parasitis erat quicunque illis daret quod tuburcinarentur, vt multis ostendi lib 6 Suspic. cap. 3.

Permanet in iuuenilibus vitiis) ita & Palat. superscriptum ei tamen, *permadet in iuu*.

Hoc turpius luxuriosus quo diutius) Palat *& turp lux. & diutius*. ¶ *Vt suo more emendare*) Eras. & Pal *e suo more* &c.

Prænatara senectus) iidem *præm taquis fruer*.

Quis dum vita etiam obiurgare vult) vox *dum* abest Erasm. at Pal *qui vitato etiam obiur*.

Vterq; licenti cultu] Pal. *lucenti*.

Hoc concessum etate. vtor] Pal. *Hoc conc etate opa vtor*.

Et iuuenili lege fungor) Pal *iuuenali*, nō male ¶ *Quod hoc castigandi genus cōmodare visum*) ita & Eras. at Pal. *commonet visum*, superscriptum vero, *commodius visum*, nec improbo.

Docebat autem Agrotas inculta] iidem, *docebat autem Agrita patri inculta*. ¶ *Vt scires illum inter Græcos*) Erasm. *& scires*. Pal *& sciro*.

Damas Cambrus) Rhetor iste variam sui nominis iacturam passus est. id tamen nullibi integrius permansit quam in hoc scopulo & lib. 10. Controu. 4 ; Græcis literis exaratum, ΔΑΜΑΣΚΟΜΒΡΟΣ. alibi modo prima litera & postrema dictione demptis, *Amas*. vt supra lib. 1. Contr. 4. modo illa resumpta *Damus* & *Damas*. vt lib. 10. Contr. 5. & Suasoria 3. modo altera dictione corrupta *Damasetinus*, vt Suasoria 1. effictum est. at omnibus his locis idem Rhetor innuitur ; is nempe cuius germanum nomen fuit *Damasus Scombrus*, patria Trallianus. testis Strabo lib. 14 : ἐγένοντο δ', ait, ἐξ ἀνδρες Διονυσοκλῆς τε, καὶ μετὰ τοῦτον Δάμασος ὁ σκόμβρος &c. Opsopœus.

Hermagoras raras sententias dicebat, sed argutas) Palat. *Hermacotas rara sententia atcebat ; sed arguta* ; vt & Erasmus, nisi quod ipse *Hermageras*.

CONTROVERSIA VII.

Et adiecit eclogium] Erasmus, *elogion*, vt & ab altera manu Pal. in quo primum, *elegiam* sec. ac quart. *elogio* tert. *elogium*. Colon. *eliogem* . . . . iam vero. *id est laudem*. & vero institutionibus heredum quandoque adiecta *elogia* præter locum istum etiam liquet ex Quintiliano lib. 9. cap 2. videatur Brisson lib 5. de verb. sign. & lib. 7. de Formulis; item Iuretus notis ad lib. 5. Symmach. Epist 3.

Ad suspicanda adulteria) ita & superadditum Pal. prius erat *suscipienda*.

Ab eo vitio semper fui, vt etiam timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam &c.) ita & Eras. at Pal. *ab eo vitio iam patientiam egisti* superscriptum vero, *egi*) *etiam, ne quis eam me aut nimiam pat*.

Si tacere possim, confitendum habeo, hac me causa abfuisse, vt in accessione patrimonia &c] sic & Erasm. nisi quod is, *hac me causa fugisse*. at Pal. *si taceam possum confitendum ab eo in hac me causa fuisse, vt in accessione patrim*. cuius postremum mihi placet, non & priora; placet inquam, *in accessionem*.

Quod notata iudicio vestro] Pal. & Eras *vero*.

Quemad assidua societate] ita & Eras at Pal. *satietate*.

Interrogate rumorem Vos interrogo iudices) ita & ad oram Pal. prius erat *intellige*. vnde distinxit Eras. editio, *interrogate rumorem vos. Intelligo Iudices* &c.

In qua etiamnum auctor ab vxore dictus sum?) sic & Erasm at Pal. *in qua etiam numen auctoris ab vx.* &c.

De vxore & marito credi) Pal *& vxori & marito credi* &c.

Non in meo istud arbitrio] Palat. & Erasm. abest negatiua, *non*.

Si vnum ad sollicitandam matronam] Eras. *si non maritus ad sollicit.* quomodo & Pal. cui tamen superscriptum, *si non maximum ad sollic.* quod excusant alii, nam mihi fere non displicet, vt ei cohæreat, *spem corrumpendi*.

Quamuis amabilem sexum] iidem, *sensum*.

Populos conuerterent. Matrona quæ se ada. soll. auiam volet) Erasm. *pop. conuerterent matronas, quæ esse aduersus soll. lasciuia solet*; nec aliter Palat. nisi quod destituatur interpunctione.

Ne immunda sit] iidem amplius, *quantum ne immunda quidem sit*.

Erat statu qui impudicos) Nicotius volebat, *qua*.

Longe ante impudicitiam neget ore, quam verbo. Eras. & Col *neget more* at Palat. *longo alto impudicitiam est amore quam vero*, Pal. tres reliqui *mere quam verbo*.

In hac seruanda integr. custodia] idem Nicotius, *in hanc sera. integr custodiam*.

Fronte in omne lenoc. composita) Pal. *frontem in om. lea. compositam*.

Paulo obscœnius quam posita veste nuda) ita & Erasm. at Pal *paulo obscurius*, quod quis forte probet, sed nescio quomodo mihi lenocinetur scriptura prior, tāquam velit corporis motibus id agere tectas pellucidis istis vestibus quod non auderent, si nudæ.

Pudicitiam proscripseris) Pal. *impudicitiam præscripserit*.

Quæ incurreret, & reti adultera se non subduceret. Interaneum pato sollicitantis se &c.) Eras. *quæ incurreret retia adultera se non subduceret interaneum puto illud sollicitari se*; nec aliter Pal. nisi quod interpungat post *subduceret*. ¶ *Manus continuit. nemo sic negantem*) Erasmi editio interserit, *manus cont. Quoties quod non vna peregrinaretur quæsta est? Nemo sic neg* nec secus Pal. nisi quod is, *non vna ro peregrinaretur* &c. ¶ *Sic contempta absentia mea*) Pal. *si contempta*. Eras. *si contentus abs*.

Si quis fecerat, tacere voluisset) Eras *si quid fec.* vti & superadditum Pal. in quo, *si quid fec*.

Quid singillatim) ita & Pal. nam Eras *sigillatim*.

Quicquid ego non emi in mundo tibi miser, vt maritus: cū omnis &c.) distinxerim potius; *quicquid ego non emi, in mūdo tibi. miser vt maritus tam omnis causa meo* &c.

Inter munera adultera) Eras & Pal. *adulteri*.

Quid ita habes, inquit) ita & Pal. sed alia manus apposuit, *bene inquit*.

Quia cum semel appellassem) iidem duo, *quam cum semel*.

Qui impudicas quærunt, pudicas honorant] laudat ista Fornerius lib. 1 Select.

Cum tertio, non corrupi] Pal. & Erasmus *cum tertio appellassem nō corrupi*, quomodo & citat Brisson. lib. 7. Form.

Testamentum viri crederetur) Pal. & Erasm. *testamento viri credidit?*

Si vultis cum muneribus meis) Pal. *si voletis*.

Quæ nulla non prostituta) Palat. & Erasm. *quin illa non prostituta*.

Quæ pudicam libentissime crederem) Erasm. inserit, *qui pud. mihi lib.* & ita quoque Pal nisi quod contracte, *mi*.

Iam ad omnem patientiam seculi mos abiit] Palat. *seculi mos habet*. Erasm. *iam omnis patientia seculi nostri abiit*.

A duobus vos testamentis) sic & Eras at Palat. abest verbum initiale, *A*: habetque mox *in consilio*, non vt vulgatus *in consilium*.

Vtrum secuturi estis) Pal. *vtrum consecuturi*.

Quod ab adultero absoluitur, an quod &c.] sic & Eras. & Palat. in vltimo tamen notatum alias etiam lege, *quo ab adul abs. an quo.*

Magnus pudicitiæ fructus est) Pal. *Munus pudicit.*

Delinimenta muliebrıa ingenia) Palat. *del. muliebribus ingeniis.*

In nullam dicis isse fabulam] sic adscriptum etiam Pal. qui prius, *in nuptam incid.*

Muliebrium vitiorum fundamentum) hæc & quæ deinceps sequuntur omnia, vsque ad lib. Controuersiarum septimum, non habentur in Pal. meo primo, testant tantum in Epitome. sed nec Erasmi editio, reliqua huius Controuersiæ habet.

Potest non timere adulterium) sic & Col. ac Pal. quart. nam sec. ac tert. *adulterum.*

Peregrinusq; agnouerit) Col & Pal quart. *cognouerit.* tert. *peregrinus recognouerit.* tert. *peregrinus cognoscat.*

Frustra æstimabo esse iudicia, si tantum quæ rogat comperit pudicam) ita emendandum putabat Pincianus, cuius mss. *Frustra æstimabo esse iudicia in tantum quod rogat comperit impudicam.* nec aliter Pal quart. nisi quod is. *Frustra esse existimabo iudicia. In tantum qui* &c tert. *Futura esse extimabo iudicia. Interim quod rogat comperit impudicam.* quart *Futura enim existimabo iudicia. Interim, quod rogat comperit impudicam.* & ita quoque Col. orsi quod ipse *existimabo.*

Pudicam tantum vnus] Col Pal. sec. quart *pudicam tantum & vnus.*

Qui plus laudator] prius cusi & Col. Pal, tert. quart. *cui plus laud.* sec. *tibi plus laudator.*

Et aures tuas externorum] sic solum Palat. tert. reliqui eiiciunt pronomen *tuas* me volente.

AD SENECÆ RHETORIS CONTROVERSIARVM LIB. III.

PROOEMIO.

A Seuero Cassio] de homine illo eleganter multa Torrentius in Sueton. Calig. cap. 16.

Oratio eius erat valens cultu) Pal. quart & Col. *Oratio eius fiebat valens cultu.* an forte, *florebat*, sed tamē malim & illud *fiebat* & *erat*, excluderetur, tanquam superuac uū.

Omnia intenta & intenta aliquo, aliquid potentia) Pinc. codices quidam brevius, *omnia intenta, aliquo potentia*, quod & in Pal tert. quidam, *omnia intenta, aliquid potentia.* Pal. sec. *omnia intenta aliquo potentia* quart. *Omnia intenta aliquid ex pen*, superpositumque est supra, *ea*, ab eadem plane manu eodemque tempore s. Col. *omnia intenta aliquid potentia.*

Dicit Gallio noster] Pal sec. & tert. *Gallienus noster.* vox *dicit* mihi suspecta; delerem, si pro me staret vlla exempp.

Cum diceret, rerum potiebatur) ita & Pal. sec. alii, *cum diceret, regno quodam potiebatur.*

Non est quod illum) scripserim suasu meorum quatt *Et non est quod illum.*

Sunt quidem & hæc quibusdam grata) ita ex suis Pinc. Erasmus, *Sunt quidem & hic quædam grata.* mei omnes hic mirifice turbant. nam Colon. *Et non est quod illum ex his extimetis quæ edidit, grata eloquentia eius longe maior erat quam lectio. sunt autem hoc quibusdam non hoc illis ea portione quæ omnibus fere.* Pal sec. *quæ dedit æstimetis. Sunt quidam & hæc quibus eloquentia eius longe maior erat quā lectio Non hoc ea portione.* tert sequitur Colon. scripturam, nisi quod postrema perindu, *Sunt autem & hæc quibusdā. non hoc ea portatione accedit illis omnibus fere.* quart. *Sunt quidam & quibusdam grata eloquentia eius longe maior erat quam lectio Non hoc ea portione* &c.

Pronuntiatio quæ histrionem posset producere, tamen quæstionis posses videri) ita & Eras. tectri Col. & Pal. sec. ac tert. nisi quod vltimus & primus, *pron. qua histr.* medius *quam histr.* quomodo & olim vulgg quart. *pro quam histrionem posset producere, tamen quæstio vix posset videri.* Pincianus emendandum putabat, *pronunciatio quam histrio non posset producere, tamen qua histrionis posset videri.* Gotofredus legit, *Pronunciatio qua histr poss producere, aut saltem qua histrionis posset videri* ego olim suspicabar, *Pron. qua histr. pos. prod. tamen Quæstoris posset videri*: hoc ideo quod non solum *Principis quæstor* Cæsaris recitaret orationes, sed & *quæstor iudicis.* Porcius lib. 7. Controuers. 8. *Iudex quam tulit de reo tabellam, reuocare non potest. Quæsitor non mutauit pronunciationem suam.* horum ergo hominum vocem grandem validamque fuisse, quilibet facile cogitat.

Nec tamen illo quicquam magis mirareris) Col. ac Palat. quart. *Nec tamen in illo quicquam* &c. sec *Nec enim in illo quicquam magis mirareris*; quomodo & tert. nisi quod is, *mirarēs.*

Quamdiu citra iocos se continebat) ita ex vet. lectione Pincianus Erasmus, *quamdiu extra iocos se continebat.* ego malim cum meis quatuor, *quamdiu circa iocos se continebat.* ita inquam quadriga membranarum, nisi quod Palat. sec. *quamdiu vel extra iocos citra iocos se continebat.*

Ideo diligentissime] mei quatt. *& ideo diligentissime.* non male.

Priuatas plures agebat] ita & Pal. sec. alii tres, *priu. plures ors agebat*, superscriptumque Palat. tert. *ors, id est controuersias.*

Adeo nunquam vllam materiam dicendi] Eras. & Pal. tert. *adeo nunquam reum, vllam mat.* Pinc. corrigendum putabat, *adeo nunquam reorum vllam.* olim vulgg. *adeo nunquam reum nullam mat.* Pal. sec. *adeo nunquam reorum nullam mat.* quart. *adeo vt nunquam pro reo nullam mat.* quomodo & Colon. nisi quod ei desit illud *vt*, priusque illud quid scripserat pluribus literis loco, *pro reo*, sed quod statim eraserit scriba idem.

Ex maxima parte perscribebatur) Pal. sec. & Colon. *& max parte* tert & quart *& ex max. parte.*

Illa quoq; quæ falso dici poterant) Col *falso* Palat. sec. *illa quoq; falso.* tert: *illa quæ falso* sine *quoq.* – tert. *illa quæ sic poterant.* sine verbo *dici.* legerim, *falso.*

Sed magis illum suspiceres] malim cum Pal. sec. *illud.*

Sed lectam] malim cum Col Pal. sec ac tert. *sed electam*, quartus tamen *nec electam.*

Sed ardens & cogitatum) multo melius est quod retinent Pall. tres & Col & Eras *& concitatum.*

Nec lentas, nec vacuas) ita scripti quidam Pinc Erasmi, *nec lectas*, quod & in Pal sec. & quart. nam Col. & tert. *nec latas*, adnotatumque vltimo, *id est, abundantes verbis.*

Diligentiam maximam etiam mediocris] ita & Pal. tert. nam sec. & Colon *diligentiam, & maximum non mediocris* &c. quart. hic transilit lineam, tantumque seruat, *diligentiam cum declamaret, sed infra multos* &c.

Sed etiam infra multos erat] ita vett. Pinc. Erasmi enim libris aberat vox *etiam*, neque est in tribus Pal. solum Col. *sed & infra m.*

Quam in vno eminuerunt opere) ita & Eras. & Pal. tert. nam sec *eminerunt* quart. & Col *eminuerunt*, quomodo & diuinabat Lectius.

In honorem historiarum leguntur) ita & mei quatuor, & recte. tradit tamen Pinc. aliquot codd. suos legere, *hist. non leguntur.*

Sed in proclino nitentibus) Col. Pal. tert. & quart. *proclinum.* sec *proclius.*

Quamuis celerrimi sint) Pal sec. *celeberrimi.*

Batyllus in tragœdia) ita & mei, nisi quod tria ista verba aberant Pal. quart. haberetque sec *Lucillius in tragœdia.* de hoc homine Torrentius ad Sueton. Augustum cap. 45.

A se aberant) Col, & Pal. sec. *aberrant.*

Numenio, cum velocitas] Pal. tert. *Numenii meo cum vel.* reliqui tres, *Nomini meo* &c.

Quidam cum hoplomachis] quanquam nomen istud vniuerse sonet quemuis gladiatorem qui pugnet armatos, neque aliter fere scribat Dio Cassius, vbi *monomachos* trite dicitur: tamen & *hoplomachi* species etiam certa gladiatorum Suetonius in Calig. *Hunc e spectaculis detractum repente Threci, & mox Hoplomacho comparauit*: Martialis versus in vtrumuis valet:

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

Fecisti medicus quod facis Hoplomachus. de iis plura P. Faber lib. 2. ca. 11. Semestr. Lipsius lib. 2. ca. 11. Saturn. Serm.

Cum

Cum Threcibus optime pugnãt] ita mss. Pinciani. Erasmi enim *Thracibus*, vt & Col. & Pal. quart. nam tert. *Toeatibus.* sec. *Retibus* & vero *Threces* gladiatorum esse genus multis elucidant Lipsius d. lib 2 cap. 9. Faber d cap 11.

Et quidam sit cum scena compone cupiunt, quomodo alteri est) ita & Erasmi editio; odoror que facile Romanos homines hic destitutos manuscripto illo suo codice quo vsi prius in antecedentibus Controuersiis: adeo nihil proiectunt nisi quod olim vulgarum est. restat in Pal. sec. *& q. sic cum scenam compone cupiunt, quomodo aliciem. In ipsa* &c. tert. *Quidam secum scema compone cup quomodo alitem. In ipsa* &c. quart *& quidam sic cum scema compone cup quomodo aciem est in ipsa* &c. Colon. *& quidam secum scema compone cupiunt, quomodo aliceen. In ipsa.* Turnebus lib. 3. ca. 8. Aduersar legendum ait, *& quidam sit cum schema componi cupiunt, quomodo est alius.* quidam enim, inquit, gladiatores *sua* quadam figura & *schema* in arenam prodibant; quibus cum *Pinnirapis* componebantur. Iuuenal. Satyr 3. *Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanista.* ita Turn ego hic aliquid suspicor tanquam *si Scena* & *Allex* potuissent habuisse locum; haud tamen constituo verba. *Scaua*, id est qui vtitur sinistra pro dextera, satis notus est: *Allex* quid sit videbis apud Scaligerum ad Festi illud *Allex.*

Pompeius sedens, cum facundus & literatus & disertus haberetur) Palat. sec. *Pomp. sed. & facundus & literatus & haberetur disertus.* tert. *Pomp sedens & facundus & literatus est & habetur disertus.* nec aliter Col. nisi quod is, *& haberetur disertus.* quart *Pomp. sedens cum & facundus & literatus haberetur disertus.*

Si a proclamante dimitteret) ita & Erasm. at scripti mei omnes, *si a pralocutione dimitteret*, vt & Pinciani, qui tamẽ diuinabat *si a pralocutione domum staret.*

Non auditorem spectare) Pall. tres, *exspectare.*

In scholastica quid non superuacuum est] ita & mei quatt. & recte. Pincianus tamen contra scriptos suos emendandum censebatur, *In schola ista quid* &c. plane ex superuacuo.

Bellissime Censorius aiebas] sic & Col. & Pal. sec. tert. at quart. *bellissime simul constrinimus aiebat.* Eras. editio *Censorinus*; quod & in aliquot codd. Pinciani, qui etiam, vel *Consentinus*, vel *Costrinus.*

Aliud est pugnare, aliud ventilare) nimirum in gladiatorio munere, quædam erat *pralusio* quæ in *hastis, rudibus, armis.* de *hastis* Cicero de Oratore: *Atq; eiusmodi illa pralusio esse debet, non vt Samnitium qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur* &c hosque *Pilarios* & *Ventilatores* appellat Quintilianus; *qui ea qua emiserant, ita librabant, vt venire in manus viderentur, quaq; iuberentur decurrere.* de *rudibus.* Eumenius Rhetor; *Ibi armantur ingenia, hic praliantur. ibi pralusio, hic pugna committitur; hic plerumq; velut rudibus* (ita Lipsius, vulgo *sudibus*) *& saxis; illic semper telis splendentibus dimicatur.* Ouid. 3 de arte:

Sic vbi prolusit, rudibus puer ille relictis,

Spicula de pharetra promit acuta sua. eaque *lusoria tela* dixit Seneca Epist. 117. & lib. 2. nat. quæst. e contra, vera & acuta *decretoria* lib. 1 de Clem cap 14. vbi videantur notæ. de *armis* quod dixi; parmas aut clypeos in altum iaciebãt recipiebantque cum venustate. Martialis lib 9:

Summa licet velox Agathine pericula ludas,

Non tamen efficies vt tibi parma cadat &c nec *parmas* solum, sed & *hastas*, vt prædixi, forsasse & *gladios.* id vocabant proprie, *ventilare.* Seneca 118. *Quam stultum est, cum signum pugna acceperis ventilare?* Martialis, *Currit & in toto ventilat arma bene* Plinius etiam Elephantes doctos ad hanc prælusionem ostendit: *Vulgare erat*, ait, *per auras arma iacere, non auferentibus ventis, & gladiatorios inter se ludero congressus* hæc fere Lipsius lib. 2. cap 19. Saturn Ser. quibus non aliena Turnebus lib. 30. Aduers. ca. 3. P. Faber. lib. 2. Semestr cap. 11.

Et ideo ille in foro primum dicturus] ita codd. Pincianis Erasmi vero alio ordine *Et ille ideo*, at malim ego fide mẽbranarum mearum quatuor; *Et ideo ille in foro primum verba facturus, tyro dictus est*, vt consensu non moueret tot librorum, at offenderet me repetitio eiusdem vocis tam nullo interuallo. ¶ *Produs in senatum, in forum*) ita rescribi voluit auctoritate mss. suorum Pinc. nec aliter est in Pal. sec. aut quarto, vt nec in Col. nisi quod is, *prodiet in senatum* &c nam Pal. tert. *produc a senatu in forum, vel in senatum in forum.* Erasmi editio, *produc a senatu ei forum* ex quo formabat I. C quidam, *produs a scena tam in forum; scenamq;* aiebat hic vsurpari pro *pulpito*; cui nihil aliud respõdeo, quam non putare id verum; vtiq; cum legerim apud Suetonium in cap. de illustr. Grãmaticis, *Me quidē adolescentulo, repeto quendam, Principem nomine, alternis diebus declamare solitū, alternis disputare: nonnullis vero, mane disserere; post meridiem, remoto pulpito, declamare solitum* &c.

Velut in assueta classe, & dilecta vmbra corpora) Colon. *velat assueta crasse & diecta vmbre corpora.* Palat. sec. *velut assuetu classe & delicate ũbre cōri.* tert. *velud crasse & dilecto vmbre assueta corpora* quart. *velut assueta classe & dilec a vmbra corpora.* amicus meus, forte inquit, *velut assueta classi & delicata vmbra corpora.*

Non imbrem ferre, non solem sciunt) ita Col. Pal. sec. & quart. nam tert. *non yemem non solem ferre sciunt.* Pinciani codd aliquot, *non hiemem ferre non solem sciunt.*

Puerili exercitatione spectet) mei quatuor *exspectet.*

Diligentissime tibi me excusarem) ita solum Pal. quart. tres reliqui non agnoscunt pronomen *tibi*, abestque etiã illud *me* Pal. sec.

Qui nunc primo loco stat) Pal tert *stant.* quart. non adest vocula *nunc.*

Minus bene videri) sic & Col. & Palat. tert. nam sec. *minimus.* quart. deest vox *videri.*

Sed etiam Cicero) verba ea non comparent in Palat. sec. aut Colon. ¶ *Si Thrax essem*) Pal. sec. *Si fithra essem.* tert. *Si trux essem.* alii duo, *Trux.*

Pantillus esse] ita & Pal. tert. at sec & Col *Pacillius.* quart. *Putillus.* emendandum *Bathyllus*, auctore Lipsio Comm. ad lib 1. Annal. Taciti erat enim celeberrimus eius æui, ita quidem vt ipso ac Pylade auctoribus pantomimorum saltatio in vsu esse cœperit; vt tradit Zosimus lib. 1.

Si equus, Melison) ita & Palat. quart. at sec. *Mellisio.* tert. *Milisio* Col. *Milisien.* ¶ *Vt si cloaca esset, magna esset*] duæ voces postremæ absunt Pal. quart. alii duo, *maximnesset* quod hic omnino reuocandum. in eo enim tota vis argutiæ illius. nam Romæ erat *cloaca* cognomine *maxima.*

Sed negauit se exiturum] Col. & Pal. quart. *exiturum.* sec *sed negauit se mansura exiturum* Pinc. quidam codd. *sed neg se mansurum.* restat tamen scriptura vulgata in Pal. tert. ¶ *Subinde nactus eum* ita & Pal tert. & quart. at sec. *nactus eum.* Col. *subinde occasionem nactus eum.*

Vt prator nomen eius reciperem. Pal quart. *vt populus Romanus velut prator nomen* &c. tert. *vt res p. nomen* sec *vt p. r. nomen.* Col *vt populus Romanus nomen eius*, omnes male, errorque inde quod *Prator* duabus prioribus scriberetur literis. interim noternus eum qui criminis alicuius reum facere volebat, postulasse vt eius *nomen reciperetur.* sic in Ἀντιχολουμένων, *postulat nomen eius recipi* &c. Cicero in Diuinat. *L. Piso delationem nominis in P. Gabinium postulauit* idem 4. Verr. *Palam de sella ac tribunali pronunciat; si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese eius nomen recepturum.* vide plura apud Brissonium lib. 5. de Form. ¶ *Lege inscripti maleficii*) de hac actione agitur apud Turnebum toto fere cap. 6. lib. 10. Aduers. qui tamẽ, mea sententia hæc male attribuit Senecæ patri, cum dicãtur & facta fuerint a Cassio Seuero. ¶ *Deinde adulterum Pratorem eduxi. & ingratis postulaui*) ita forte legendum dixit Pinc. quod & infra diceretur, *in ius educor*, habebantque exempp scripta *Deinde adulterum PR. eduxi.* Erasmi editio, *Deinde adultum, PR. eduxi*, notatumq; ad oram forte legendum, *Deinde vltimum ad praetorem adduxi.* omnes frustra. auscultandum enim Turnebo emendanti, *Deinde adultum Pratori dixi & ingr.* peruenuste enim hic illuditur Cestio ignaro iuris Romani, & quod fingatur nõ dari aduocatio homini *adulto*, & *ingratis* postuletur homo *ingenuus*, cum ea tamen actio tantum in libertos competat. est in Pal. sec. & Col *deinde adulterum P. R. eduxi.* tert. *deinde adultum pop. Ro. eduxi.* quart *deinde adultam PR eduxi.*

Iam apud Pratorem vrbanum curatorem ei petebam) ita & Pal. sec. ac quart. nisi quod perperam diuidant P. R. *vrbanum* nam Col. *Iam apud pop Rom. vrbanum.* tert. vero; *Iam apud pop. Ro. petebam ei vrbanum curatorem.*

Verum nec vt hoc faceret) vox *Verum*, abest Pal. sec. ac tert. nam quart. & Col. *Verum nec hoc vt fac.*

Hanc inquit, tibi fabulam] meorum duo & Pinc. codd. *fabellam*. nam Pal. quart. *Hanc itaq; tibi fabellam.*

In tantum aliud genus hominum esse. Si comparari) Pal. sec. *non tantum alium genus* &c. tert. & Colon. *non tantum aliud genus hominum esse, sed si compar.* quomodo & quart. nisi quod is, *in tantum aliud*. videtur scribendum; *tantum non aliud genus hominum esse. Comparari.*

Illud obtinere non potest) negatiua dictio abest mss. meis quatuor; quod puto facinus sciolorum, qui illa, *aliis quam familiarissimis*, interpretabantur impetrare ab eo non nisi familiarissimos vt declamet, cum verba vellent nunquam eum declamare nisi præsentibus tantum familiarissimis.

Sed ea quæ eminebant) ita Eras. at mei quatuor, *sed neque eminebant.*

CONTROVERSIA I.

Nulli dat nulla donatio] ita & Pal. tert. qui adscribit, *id est lex.* at reliqui tres & Pinc. omnes; *Nulli Respubl. dat nulla.*

Dic nunc miser homo, cum excæcareris) ita ex suis Pincianus, neque secus Pal. sec. at quart. & Col. item Erasmiani, *Dic nunc miserere hoc cum excæc.* quod ego malim. nam & Pal. tert. *Dic nunc miserere quare hoc cum excæc.* &c.

Alam eum qui propter debilitatem alitur] Pal. sec. & Col. non adest *eum.*

Quæ exierat prima) Pal. sec. & tert. *exierat.*

CONTROVERS. II.

Non accuso, sed fugio] sic volebat cum suis Pinc. neq; aliter quadriga meorum. Erasmi. *fugo.*

Igitur nihil medium est) sic Pal. tert. at reliqui tres, *Ergo nihil melius est.*

Non est absolutus parricida, sed dubiis sententiis. Vt absoluaris &c] ita Erasmus. at mei quatuor elegantes, *Non est absolutus parricida, sed dubius. vt absol.*

In qua lex absolutionem dat paribus tabulis] sic & Pal. tert. Pinciani quidam, *abs. dat & paribus tabulis.* quidam, *abs. dat a paribus tabulis* Pal sec. & quart. *absolutionem & paribus tabulis dat* Col. *& paribus tab. datur.*

CONTROVERS. III.

Abdicat luxuriosum) sic & Pal. tert. at reliqui tres, *Abdicauit.*

Non est quod quisquam me laudet) Pal sec. & quart. *Nec est* tert. *Num est.* Col. *Non est quo quisquam.*

Vna periclitatus est) Pal sec. *peruectus.*

Mihi necesse est abdicare quem nolo] ita & Pal. tert. nisi quod is *volo*. Pinc. nonnulli, *Alterum mihi necesse est* &c. quomodo & a secunda manu sec. nam prius erat *volo*, quod & retinent reliqui duo.

Hoc vno alter alteri placet] sic & Palat tert. nam quart. *Hoc vni altero placet.* sec. *Hoc vno alter hoc alteri placet.* Colon. *Hoc vno. hoc alteri. alteri placet* Pinc. codd. *Hoc vno, hoc alter alteri placet*; repetitione, inquit, Senecæ familiari ad vrgendum vehementius.

Vt malum cum ipso corpore) Col. *vt malum e corpore exec.* restat tamen altera scriptura in Pal. tribus.

Ad ministerium patrimonii admittit] malim cum meis, *admisit.*

A qua filius esse desinat] malim cum Col. Palat. sec. & quart. *a qua aliquis filius* &c.

Qui ipse in aliena manu est] sic Pinc. & mei. Erasmi aberat dictio *ipse.*

Patrem pro filio rogasset] sic Pinc. & Pal. quart. ac Colon. alii, *pro illo*; vt & edidit Erasmus.

Quicquid tricenarius reliquerat) sic Pinc. & meorum tres. nam Pal tert. *Quicq. tric. tibi reliq.* Eras. *Qu. tunc tricenarius rel.*

CONTROVERSIA IV.

Nequam habeat) prius cusi & mei quatt. *nequaquam habeat.*

Licuisset perire, cui loqui non licet) Pal. sec. *Licuisset perire, si loqui non licet*; quod placet. tert. *Licuisset perire cui licet loqui.* quart. *Licuisse perire, loqui non licet.* Colon. *Patre licuisse perire, si loqui non licet.*

Seruatum me putas) Pall tres, *putatis.*

Quoniam tantopere beneficia vita iactat, Audite &c] rescribendum cum Pinc. libris & meis, *Quoniam tantop beneficia vita iactat, audite* &c.

Vt a patria potestate discedas) sic Pal. tert. at sec. & quart. *patris.* Col. *vt a patris potestate recedas.*

In exemplum filio meo] meis quart. abest *in*, non male.

In acie non ante patrem stetisti?) meorum tres *in aciem*, neque displicet; præsertim cum & sic fere velint mss. omnes: inde enim est quod referat Palat. tert. *in acie si non*, Pinciani vero, *matrem non ante* &c.

CONTROV. V.

Aut indotatas nuptias optet] ita & Col Pal. sec. ac quart. & libri Pinc. solum, *nupt. petat* tert. quomodo edidit Erasmus. ¶ *Ego enim adducor*) Pinc. ait, scribendum cum suis, *aducor*; & ita sane Colon. Palat. sec. ac quart. nam tert. *abducer*; quod ego fere malim.

An tota mea ista sit) sic Pinc. at mei tres planius, *an tota ista mea sit.* vox *ista* abest Pal tert. & Erasmianis.

Cum tu non voles] ita & Pal. tert. at alii, *cum tu voles.*

Et intrersus erumpentes lacrimas ago) ita aliquot Pinc. exempl. alia eius, *habentes*, pro quo substituit, *labentes*. Erasmus vulgauit *barentes*, quomodo & extat in Pal tert. sed a mano secunda. illud, *erumpentes*, plane hæret in Pal. meo sec. quart & Colon hicque proprie facit Rob. Titius lib 6 ca. 20. Locorum Controuers. aut retinet *harentes* aut repositum cupit *arentes*, tanquam ei accedat illud Ouidii 4 Fast.

Has vbi rex didicit, lacrimas introrsus obortas
Deuorat, & clausum pectore vulnus habet.

at Nasonis illud magis facit pro meo, *erumpentes*: oboriuntur enim lacrimæ cum iam ioibi sunt vt erumpant.

Quicquam morari putas nuptias filia suæ?] ita & Pal. tert. at sec. *filia mea nuptias* vnde puto reponendum cum Palat. quart. & Col. *quicquam putas morari filia nuptias?* sine voce alia. ¶ *Appellare de nuptiis debui patrem*) malim cum Pal. sec. quart Col. *app. debui de nuptiis patrem.*

Sed videte quam etiam] iidem tres *videtis*, nec displicet.

Lex communis est] rescribo tribus illis volentibus, *Lex ista communis est.*

Quoties tempus non adiicitur, præsens intelligitur) multa de hoc P Faber & Ræuardus ad l. 14. ff. de reg. iuris, quæ habet; *In omnibus obligationibus vbi dies non ponitur, præsenti die debetur.*

In caput ciuis non permittitur) ita mss Pinciani. sed malim cum Erasmi libris & quatuor meis sine negatiuo, *in caput ciuis perim?* addita interrogatione, quæ Erasmianis deest.

CONTROV. VI.

Damni illati sit actio] sic & Palat. tert. ceteri videntur habere *fit.*

Nemo non venienti domum clausit) ita Pinc. codd item Pal. sec. & Col. at tert & Erasm. destituuntur illo *non*. Palat. quart *Nemo tam venienti* &c.

Aditum in domum non habui qui in arcem habui) sic & mei omnes; nisi quod Col. *in domum tuam.*

Quod negare non potes hosses ; ita Pinc. mss. & Pall. tres. Col *potest.* Eras. *quod negari non potest.*

Sed in eam quam potuit, irruperat. Cum ego in ea non essem. nactus hic occasionem nocendi) mei quatt. *irrupit*, nisi quod Pal quart. *irrūpit*. medium placet; sed nihilominus laborat locus ab interpunctis: distingue itaque, *sed in eam quam potuit irrupit. cum ego in ea non essem. Nactus hic occas.* haud tamen omnino resecerim alterum illud, quasi innoxerit dominus domus, si intus fuisset, tyrannum occisurum.

Quam sit damnum sarcire debet) ita ex suis Pinc. nec aliter Pal tert Erasmi enim & Col *quam si damnum sarciret.* sec *quasi damnum sarciro deberet* quart. *quam si damnum sciret.*

CONTROV. VII.

Non

Non perdidisti filium nunc, sed extulisti] malim cum Col. Pal. sec. quart. *non tunc perdidisti filium, sed tunc extulisti.* Pal. tert. *Nam tunc perdidisti filium, sed extulisti.*

Enim in libris Metamorphoseon dixit) vox in abest Palat. tert. & quart. at sec. destituitur voce *libris*; Colon. dictione *enim*, &c. *dicit*.

CONTROVERSIA VIII.

Qui cœtum & concursum) peculiare apud auctores verbum *cœtus*, de seditione. Liuius, *Cœtus nocturni plebis suspecti patribus*. Marcianus l. 5. ad l. Iuliam de vi publ. *Qui cœtu concursu, turba, seditione incendium fecerit*. Suetonius Iulio cap. 41: *ac ne qui noui cœtus* cap. 16: *ob eundem cœtum.* ibi Torrentios.

Capitale sit] sic Eras. at mei quatt. *capitale fit*.

Misero si flere non licet) sic & Pal. sec. & tert. at quart. *Miserero si* Col. *Misiroe si*.

Vbi diuisa est in partes ciuitas) meis quatt. abest vox, *est*.

CONTROV. IX.

Lex Cornelia, te appello) eam videlicet quæ est de veneficiis; citat ista Brisson. lib. 5 de Formulis.

Quid enim voluit, qui venenum petit) scribo cum meis, *Quid ille voluit, qui venenum petiit.*

Si vincit seruiturus est] Pal. tert. *sin vincit*. alii tres, *si non vincitur.*

Et si ipse voluit occidere) vox *ipse*, non est in meis.

Nam possunt succurrere?] mei quatt. sine interrogatione, *non possunt.*

Seruum unum, regem habemus) Pal. quart. & Col. excludunt dictionem *unum*: alii duo, *Seruo natum reg.* forte, *Seruo natum.*

Patefacta est Bruti liberorum cum Tarquiniis coniuratio] Col. & Pal. quart. *Bruti liberorumq; Tarquiniis coniuratio* sec. *Brutiq; liberorum Tarquinii coniuratio* tert. *Brutiq; coniuratio liberorum cum Tarquiniis coniur.* videtur dictum aliquid de *Vitelliis*, quod in mendo cubet.

Venenum habere scelus est &c.) de eo alibi Fornerius ad titul. de verb. sign.

Tribuni ne ferent ut sue proferentur] Pinc. codd. *Tribuni. Itane fuerc fer? non morieris* &c. omissis reliquis. Palat. sec. *Mortuorum tribuni: itane fur ei præferetur. Non mor.* tert. *Tribuni itane ferent non morieris.* quart. *Tribuni itane fur ei præferatur. non morier.* Col. *Tribuni itu ne ferent furcifer non morieris* &c.

AD SENECÆ RHETORIS CONTROVERSIARVM

LIB. IV.

PROOEMIO.

Quod munerarii solent) mei quatt. *numerarii*: male nã *munerarius* is est qui populo spectaculum exhibebat, gladiatorium, vel venationem, alter dictus *dominus ludorũ*, siue *editor*. de quo plura Lipsius lib. 1. cap. 7. Saturn. Serm. addatur & Fornerius ad l. 18 de verb. sign.

Noua paria) Pal. sec. *non paria*. tert. & quart *vota varia*. Col. *nota varia*. omnes male. *paria* enim quid fuerint satis notum est.

Per omnes dies dispensant) mei quatt. *pensunt*.

Sed etiam auctorum nouitate] sic Pinc. codd. & tres meorum. nam Pal. tert. *sed per auctorum nouitatem*. Erasmianis abest, *etiam*.

In gladiatoribus, de quibus) sic Eras. at quadriga meorum addit, *in gladiat. in oratoribus, de quibus* recte.

Ad noua omnes concurrunt) ita & Erasmus; eius vero margo, *homines*, quomodo est in meis. ¶*Et plenu manu faciunt*) sic & Pal. tert. at reliqui, *plenam manum*.

Senex laudes suas nunquam populo] mei omnes mirifice hic expresserunt Græcam vocem. Col. quippe, *arpo aicreto declamationes suas nunquam populo.* ad oram vero, *nporcelae*, *Græcum est, Latine sonat, vide laudes tuas.* vnde & Pal. tert. *senex vide laudes tuas, declamationes suas nũquam populo.* sec. *arpoaeotec tuas, id est declamationes suas nunquam pop.* quart. *senex aopoa cetcorro. i. declamationes suas nunquam populo* &c. ¶*Parum in illis habuerit fiducio*] mei quatt. *parum in illis habuit fiduciam*, quod Latinum esse probaui in Suspicion. lib. 11. cap. 3.

Ingenio suo duxerit] mei iterum, *duxit*, nec male.

Cum Marcello Æserning) sic & Erasmus, cum proxime Col. *acernino* & quatt. *a ferumo* nam sec & tert. *Asinio*.

Et nimis ratum in dicendo iudicium Erasm. *& nimis ratum incendio iudicium.* mei quatt. *& nimis iratum incondito suo iudicium.*

Asinium Gallum) sic & Pal. tert. at reliqui, *Gallum*.

Quam Aterium filium] Pal. sec. *quam Olsherium filium.* tert. & Col. *qua Herium filium* quart. *quam Hererium filiũ.*

, *Hominis naturam contumacem*) mei, *hominum naturam reat.* nisi quod Pal. tert. *hominem naturam.* forte, *hominis in natura contumacem.*

Ex ordine vita soluto remisit) sic Pinciani codd. Erasmi alio ordine, *ex ordine remisit vita soluto* Pal. sec. *ex ordine soluto eemisit.* tert. *ex ordine vita solitudo remisit.* quart. & Colon. *ex ordine remisit iure soluto.*

Cum mortuo in Lycia Caio Cæsare] ita legendum duxit cõtra omnia exempl. Pincianus, in quibus *in Syria*, quod prius illud propugnet Suetonius, Velleius, Tacitus. & vero ambigit etiam Lipsius an hic memoria labatur Seneca, an culpa aliqua exscriptorũ, rescribendumq; *Lycia*. videatur tamen idem animaduert. lib. 2 ad Velleium. meorum duo, *mortuo in Syria C. Cæsare*. alii, *mortuo in Syria Cæsare Caio* Erasm. editio, vt & Romana, per etiam omisit prænomen, *Caio*. duo enim alioqui fratres erant, vt constat ex supra positis scriptoribus, qui ambo iuuenes diem suũ obiere, *Lucius & Caius*.

Eo cœnauit quo Aterium filium] legendum cum Erasmiani voce addita; *Eo die cœnauit*, quæ & in omnibus meis, tantumq; errãt in nomine filii. Pal. enim sec. *quo beeum in filium* tert. quart. Col. *quo herium filium*.

At contra Aterium) hic mei omnes fere nomen bene expresserunt, *Atherium*, solum Pal. sec. *At contra quidem Atherium*. ¶*Mortis filiorum tulisse*, sic meorum tres. Pal. sec *mortem fil.* Pinciani membranacei, *mortis sex filiorum tulisse*; quod ineptum videtur.

Declamat at Aterius admisso) Pal. sec. *Decl. autem Marius dimisso.* tert. *Decl. autem acrius admisso.* quart. *Declamabat Marius õmisso.* Col. *Decl. autem Atarius adm*

Quos meo tempore cognoui, ita & Eras. at Pal. quatt. *quos ipse cognoui*, sine intermediis. tert. *quõ ipse cognoui*, sec & Col. *quos modo ipse cognoui*.

Aterius noster sufflaminandus est] ita & alias legi. & *sufflaminandus* est annotauit Erasmus, cuius editio, *sufflamandus*; quomodo habent Col. Pal. tert. & Col. nam sec. recte *sufflaminandus*, vti & placebat Ludouico Cælio Rhodigino lib. 9 ca. 10. Antiq. lect. quod ignet dixi ad Ludũ Claudii Cæsaris. ¶*Adeo non currere, sed decurrere videbatur*] ita scribendum putabat Pincianus, cum esset in suis partim, *adeo vt non curr. sed* &c. partim, *adeo ne occurrere sed dec.* Erasmi editio, *Adeo nedum currere sed* &c. Pal. sec. *adeo ne cõcurrere videntur*, reliquis omissis. tert. & quart. *Adeo nec conenrrere sed dec. videatur* Col. *adeo non concurrere sed dec.* ¶*Cui & fauebat*) sic & Pal. quart. & Col. at aliis abest *&*. ¶*Quasi obsoleta refugiunt*] ita ad oram Erasmianæ edit. at ipsa, *obscena*, quod & extat in meis quatuor, ideoque reuocauerim. ¶*Ille in hoc scholasticis morem gerebat*) vox *Illo*, abest Pal. tert. repræsentant tamen quart. & Col. nam sec. *Deniq; hunc morem Scholaster.*

Et obsoleto] Pal. tert. *aboletis* reliqui tres *absolutis*.

A cetera deinde deserta] meis omnibus abest præpositio *a*. Pal. quoque quart. *discreta* Col. *disiecta*.

Quo derisum effugere] sic & Eras. at mei vno ore, quod mirum, *quo de risu summa effug.* ¶*In liberto officium*] verba hæc laudant & interpretantur Brisson. lib. ad leg. Iuliam de adult. Fornerius ad l. 25 de verb. sign. Freherus lib. 2. ca. 14 Parergωn. ¶*Rem in loco abiit: Non facit mihi officium*) ita & Erasmi at Col & Pal. quart. *Rem finite loco, abite non facit mihi officium*. nec aliter sec. nisi quod is; *Rem finite, loco abire.* Non &c tert. *Rem si non loco sapit. non facit mihi officium.* ¶*Et multum ille & hic*] abest meis quatt. vltimum, *&*. ¶*Aliquamdiu officiosi*, vox *officiosi* abest Col. at quarto dictum *aliquamdiu*, retinetque *officii*. tert. *aliquantum officiosi* sec. *aliquamdiu in officioso vocitati*.

Lascina manu obscena lusisti) Erasmi editio *lasc. manu obsc. lusisti*, ad oram vero, *al. iussisti*; quod & in Palat. sec. & Colon. nam quart *lascinia manu obscena vixisti*. tert. *lascinia manu misisti*, superscriptumque tanquam interpretamentum ab alio quopiam supra vocem *lascina*, *obscena*. vnde omnino suspicor legendum, *lascinam manum misisti*; eiecto illo *obscena* nam res abiit potissimum in iocos, quod *manus* ambigua sit significatio, noteique & quiddam in nobis quod honeste dici non est; vti pluribus innui ad illud Plauti Pseudolo, *cui manus granior fiet*.

Quam quod ignosceres] Pincianus malebat *quam cui ignosc.* cū mss. suis inquit, quod & in Pal. tribus & Col itaq; recipiendum consensus causa, licet & altero nihil sit Latinius.

CONTROVERSIA I.

Pater a sepulcro] mei *sepulcris*.

Vicinos hortos deductus est) malim cum Col. & Palat. quart *abductus*. nam & sec. & tert. *adductus*.

Coactus conuiuio] ita Pinc. & mei tres. solum Pal. tert. *Coactus est conuiuio*, quod & in Eras.

Imperio, sed etiam irritantur] vox *etiam*, non est in Pal. tert. at sec. *imperio, imo etiam irritantur*: vnde suspicor, *imperio, etiam irritantur*.

Rapuit me qualem) sic Pinc. & meorum tres. nam Pal. tert. *Nam rapuit*, vti erat in Erasm.

Omnibus denotandus censoribus) malim cum meis, *omnibus notandus Cens.*

Super amissis tribus filiis) Pal. tert. & Pinc codd. *super amissos tres filios*. tres mei reliqui, *super amissos tres liberos*, quod probo.

Cui, si viueret pater, fleret) Pinc. mss. *quem si viuerent patrem flerent*. mei omnes, *quem si viueret pater, fleret*.

Appellare sæpius nomina filiorum non responsura) Palat. quart. & Colon. *sæpius appellare liberorum non responsura vocabula*; & eo ordine ponitur in reliquis, nisi quod ii retinent, *nomina*, quod malim. rem ipsam tangit & Catullus.

Et mutum nequicquam alloquerer cinerem;

Ausonius,

Voce ciere animas funeris instar habet. aliud est,

Et magna postremum voce ciemus. hoc enim in ipso rogo fiebat Euripides:

ὑμεῖς δ' τὸν θανόντα, ὡς ἐν θέμις,
προσείπατ' ἐξιόντα ὕστατον ἰδών.

Scaliger Castigationibus in Catullum.

Nec de nuptiis, nec de liberis cogitandum. Dirum omen occurrit] sic Eras. at Pal. amplius, *nec mihi de nupt.* &c. pessime profecto. emendandum enim auctoritate reliquorū trium, *ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti, dirum omē occurram*. Pinc. ait codd. suos habuisse, *nec vt de nuptiis nec vt de liberis cogitanti, dirum omen occurram*, hocq; probat, quod putarim incodum typographi, scriptumque voluisse, *ne cui* &c.

In illo conuiuio &c.] ista restituit ex suis Pinc. neque aliter mei, nisi quod Erasmianam defendat lectionem Palat. tert. hoc modo, *Iniuria esset felicis, in illo conuiuio morari*.

Quæstus sui pridem] ita & Curionis editio. at Erasmi, *primi*. quod & in Pall. tribus. nam Col *primus*, quorum alterum malim quam illud *pridem*.

Nemo, inquit, propinquus est) præstat quod est in Pinc. codd. & in Pal. sec ac quart. *unquam*. nam & tert. & Colon. *vnquam*

Amicíq; ineunt, quorum vnus) ita Curionis editio. Erasmi enim, *amicíq; mecum*, quod & in Pal. tert. & quart. nec improbo. nam nescio an a glossa sit quod habet Colon. *amicíq; erant mecum quorum vnus*. sec. *amicíq;, quorum vnus*, sine voce intermedia. Pinc. codd. *Festos dies sodales amicíq; ineunt* &c.

Sic perire patimur) abest *sic* Col. Pal. sec. & quart.

Nemo sibi ipsi finem flendi fecit] Col. & Pal. quart. *facit*; quod fere placet. nam & sec. *N. sibi ipso fin. fl. facit*. & quidem *sibi ipse*, volebat Puteanus.

Consolarer te diutius nisi iam & accusare posses] Pinc. cod *Cons. eum diutius nisi iam acc posset*, quod & in Col. & Pal. quart. qui tamen, *Consolaret*. sec. *Consol. te diut. qui iam & acc. posset*. tert. *Cons. te diutius non nisi accusare posset*.

CONTROVERS. II.

Lex æstimari hoc voluit, tunc cum quis) Colon. & Palat. quart. *lex æst. voluit tunc hoc cum quis*. Pal sec. *Lex hoc æstimari tunc voluit cum quis*, quo modo rescribit etiā ex mss. suis optimus Puteanus. tert. *lex existimari hoc tecum voluit, cum quis*.

Seruauit sacra nec vidit] ita Pinc. exempp. item mea, nisi quod Pal tert. *seruauit nec vidit sacra sua*.

Pollio. Ante hoc si cæcus factus esset] sic & Palat. tert. sed malim cum Pinc. libris & Col. ac Palat. quart. *Pollio autem hoc: Si cæcus factus* &c. nam sec. *Pollio aū hoc si cæcus añ factus esset*. ¶ *Non abstulisset*] malim cum Puteani libris & meis tribus *sustulisset*. nam prius solum est in Pal tert.

Hoc in victimis notatur] mei omnes & Puteani, *Hoc etiam in vict.* recte.

Gallio non probabat) mei *probauit*, nisi quod id compendio exaret Pal quart.

CONTROVERS. III.

Quinquennio exulet) de ea lege Gentilis meus Scipio lib. 2. cap. 13. Parergorum.

Rapta aut raptoris mortem] vocula *aut*, non est in meis aut Erasmianis.

Cum quidam haberet filiam) illud *quidam* non est in meis, habentque iidem, *filium & filiam*.

Per humanos, inquit, errores. Agnoui preces meas) ita & quart. mei, etiam puto Pinciani, qui locum questus vitiosissimum; forte melioris futurum conditionis, si legatur; *Pater, humanum, inquit, errare est. At nosti preces meas* imo sic plane corrumpitur. nam vulgata scriptura sincerissima, quæ hoc vult; cum raptor me supplex adiret vt deprecaretur culpam, inter que obtestandum diceret, *per humanos errores*, venit in mentem homicidii mei. & visus est vsurpare preces quales ego deberem si deprecatorem agerem; itaque impetrabilem me præstiti

Omnibus ostendere, quam non possis hominē occidere) ita recte: sed tamen Eras *omnib. hominem ostend. quem non possis occid.* quomodo & Pal. sec. & tert. item quart. nisi quod ia *quam*. nam Col *omnib hominem ost. quem non posses occ.*

In exilio infra fortunam meam vixi] Eras *intra*, quod & in Pal. sec: restat tamen alterum in tert & quart. nam Col. *contra*. ¶ *Non peperevit e ius dolori*) mss. mei & Pinciani, *pudori*, & hoc reuocandum.

Et enim ea fortuna eras] ita Pinc. codd. & mei. Eras. *& tā fortuna ea eras*.

Egit apud illum qui eam) Pinc. codd quidam, *egit apud eum qui illum*. quod & in Col & Pal quart. nam tert. *illum qui illam*. sec. *illum qui eum*. nihil mutauerim.

Vidisses iam vere violari sepulcrum) ita ex vett. Pinc. Erasmus, *Vidissem vere violari sepulcrum*, quod & in Palat. tert nam quart. & Col. *Vidisses iam violare sepulcr.* sec. *vidisses nō violare sepulcrum*.

Quæ nauigia iactu exonerat) *iactus* dicitur omne id quod in tempestate maris, leuandæ nauis causa eiicitur. & ita sumitur in tit ff de lege Rodia de iactu, & in l. 4 §. si iactum 1. ff de furtis. videatur Brisson. lib 9 de verb. sign.

Rapuit alienam] sic Pinc. & Pal. tert. nam reliqui tres lineā vnam transilierunt propter voces repetitas. Eras. *at rapuit aliena*. ¶ *Licet vulnus sanauerit*) addatur l. penult. ff. de vi bonor. rapt. l. 65. ff de furtis. l. 64. & l. seq. de vsufr. Fornerius ad l. 12 de verb. sign.

CONTROVERSIA V.

Reductus est patri ægrotare) scribendum suasu Pinc. omnium & meorum quatt. *Reductus est. Postea ægrotare* &c.

Vt curet nouercam) malim cum meis, *curaret*.

Vt abdicatione mea pater ægrotaret, reditu nouerca) ita & mei, nisi quod Pal. sec. *reddit nouercam*. tert. *redit nouerca*: quart. *reddita nouerca*. Pincianus ait posse etiam non temere legi, *vt abdicato me, pater ægrotaret; reducto, nouerca*.

Quod qui sanantur, ingrati sunt] ita & Palat. tert. at reliqui, *& qui sanantur*, non, *quod qui*, placetque.

Ego vero credo domo, si fateris] ita ex suis Pinc. neque aliter Pal. sec. aut Col. nisi quod ille *credo modo*. Erasm. *Ego non credo si fateris*. tert. horum nihil habet. quart. *Ego vero credo, modo si fateberis*.

Ego

Ego abdicatus studui] ita Pinciani codd. & meorum tres. at in tert. vox *Ego*, superpicta est alteri voci, tanquam glossa, abestque Erasmianis.

Non oportet adolescentem] Puteani codd. *Extra. Non oportet*; quod & in Col. meo at sec. & tert. item Erasmi, *Extra controuersiam. Non oportet*; quod reuocandum.

In hoc me conseruasti] præstat, *in hoc me seruasti?* vti restat in Puteani libris, agnoscuntque omnes mei, & Pinciani, nisi quod destituantur interrogatione.

CONTROVERSIA VI.

Duxit aliam] Pal. sec. *alteram duxit*.

Non minima iam lites sunt, & nondum indicaui] ita Erasmus et mei scripti quatt. *Non me nunciante lites sunt, & nondum ind* videtur scribendum; *Non memini. Iam lites sunt, & nondum.*

Qualis erit nouerca. qua sic fieri cupis? sic & Col. & Pal. sec. & tert. nam quart. *quasi fieri.* Pinc. codd. *que fieri cupit* Eras. *Qualis erit nouerca, que sic fieri cupit*.

Et si per te licuit] melius Erasmi & mei omn. *licuerit*.

Vni tibi contigit] iidem mei, *contingit*.

Filius hunc rei] rescripserim: *Male tractationis agit. Filius enim eius rei*; ita enim mei, nisi quod *enim* absit Pal. quaet. Col. vero dictio *est*. sed & alioqui verba illa tria priora restant in Erasmiana editione.

Tibi redit vterq, filius] sic & mei, nisi quod Palat. sec. *Pratendunt vterq, filius.*

Cum iniquus ipse magis] sic mss. Pinciani, nisi quod transponant, *magis ipse*. Erasm. *Cum iniquus magis ipse*, quod in meis tribus. nam quaet. Pal. *Cum iniquus magis quam amet enim &c.*

Quidam miscuerunt etiam] sic solum Pal. tert. alii omittunt *etiam*.

Et si ferrem] iidem tres, *sed etiam si ferrem*.

Dici contra virum potest] Col. *Dici enim contra virum posset.* Pal sec. *Dici enim contra, &c.* tert. *Etenim dici contra, &c* quomodo vulgatur. prima lectio est a libris Pinc. extatque in Pal. quaet.

A nutrice & padagogo] malim *a padagogo*, vt est in Col. Pal. sec & quart.

Indicare debere si sciat] mei quatt. *scit*, nec debebat mutari.

Quem aiebat simplicissimum] sic & Pall. tres. Col *speciosissimum*, quod & apud Erasmum.

Matus amaturus] sic Pinc vt & Col. & Pal. quaet. alii, *Magis enim amaturus*, quod est & apud Erasmum.

CONTROVERSIA VII.

Tyrannicida pramium detur] Pal. tribus non adest dictio *detur*, adscribitur tantum tertio velut interpretatio. at Col. *Tyrannicida pramium sui detur*; quod puto natum quoniam alibi inuenisset, *scilicet detur*.

Deprehensus a tyranno] sic Pinc. & mei. Erasmi, *depreh. est a tyr.*

Gladium extorsit a tyranno] melius est, *glad. extorsit tyranno*, quomodo custodit triga membranarum Pall. nam Col. *extorsit tyranni*.

Certamen in pari conditione] ita ex suis Pinc. vti & exhibet Pal. sec. & quartus. alii duo *impari*, quod & in Erasmiano, & fere est vt præferam.

Scelera quoq, quamuis] explicat egregie Cuiacius lib. 15. cap. 25. Obseruat.

Citra exitum subsederunt] Pal. tert. *cederint*, reliqui, *subsederunt*.

Si etiam id libido promitteret] ita Pinc. at mei quatt. *si illud etiam libido promitteret*. Eras. *permitteret*.

Tyrannicida pro adulterio] ita Pinc. & mei. Erasmi, *adultere.*

In adulterum maritus contulerat] sic codd. Pinc. at Erasmi & nostri, *attulerat*.

Ab adultera osculu] ita ex suis Pinc. quod & in Colon. Pal. tert. & quart. nam tert. *oculu*, vt exhibet Erasmus.

Nolo tyrannicida imitetur] sic & Colon. & Palat. quart. neque quicquam argutius hac sententia; sed tamen sec. ac tertius, *innitetur*, cui & suus sensus, malim tamen prius.

Honorabo subitum tyrannicidium] Palat. sec. *Tyrannicidam.*

In eo quia inermis] sic Pinc. & mei. Erasm. *In eo quod inermis.*

Tyrannicidium retuli] Eras. & mei, *detuli*.

Sed tyrannicidium meum] sic & Pal. quart. at alii addita voce, *meum est*. quod fortius videtur.

Fulsit occasio] mei *refulsit*, nec carpo.

Obuium, qualibet res] mei quatuor, *obuium qua libet res.*

Fortioris est] Pal. tert. *fert erit*.

Ne non deprehenderer] ita Erasmus. Col. & Pal. quart. *ne deprehenderer.* sec. *ne deprehenderet*. tert. *non vt deprehenderer.*

CONTROVERSIA IIX.

Irrita sunto] Eras. Col. Pal. tert. quart *sunt*, sec. *sint*.

Vt operas remitteret] sic Pinc. codd. & mei. Erasmi, *dimitteret*.

Remisit. consignatio facta est] ita Pinc. vt & Col. & Pal. quart. reliqui duo; *Remisit. Consignatione facta, restituetur, &c.* quomodo & edidit Erasmus; quæ scriptura non mala si interpungamus, *Remisit, consignatione facta. restituet. &c.*

Exigit operas] sic & Col. & Pal. sec. ac quart at tert. *indicit operas*, quomodo antea coniecerat Pincianus, quod esset in mss. aliquot, *incidit*.

Si pacisci tunc a me voluisses] ita & mei quatt. at Pincianus, *noluisses*, inquit, potius legendum videtur. argute. sed enim videtur velle patronus, si tunc cum eo egisset libertus vt eas præstaret operas quas solent liberti patronis, se ne id quidem negaturum fuisse.

Profer tabulas crudeliores tabula Syllana proscriptionis] sic Erasmus, nisi quod ipse *tabellas*, quomodo & Pal. tert. at reliqui tres, *profer tabulas illa proscriptionis tabula crudeliores*, quod mihi argutius videtur.

Æque dignum est pœna, qui ipse vim adhibet, vt qui ab alio admota, ad lucrum suum vtitur] sic & Pal. tert. at tres alii, *& qui ab* quod fere malim, licet alterum seruet & P. Faber lib. 1. ca. 23. Semest. vt ostendat peruerso hic vti verborum ordine Senecâ, cum signare velit *æque dignum esse pœna eum qui admota vi vtitur, ac eum qui adhibet*.

Secutus sum hoc exigentem] sic & mei & Erasmi. Pincianus quærit, quid si legas, inquit, *obsecutus sum hoc exigenti*. nihil opus mutatione.

Scisti illud parere] sic & Pal. sec. & tert. alii *parem*, quod & adoram Eras. quod inde ortum quoniam scriberetur, *parê*, quod & *parem* notat & *parere*.

Etiam cum cogi non potest] sic ex suis Pincianus at Eras. & mei, *etiam si cogi, &c.*

Proscriptus mihi potissimum te commisisti] ita Pinc. & Pal. quart. at Col. horum nihil habet. sec. *Prosc. mihi potiss. esse com.* tert. *Proscr. potissimum ei te comm.* quomodo vulgarat Erasmus.

Si voluissem, patronum habere potui] sic Eras. at meis duobus abest negatiua, habetque Pal. sec. at Col. *Si noluissem patronum habere, potui*; quod placet.

Qui tunc posses etiam rogare] ita Pinc. codd & meorum tres. nam Pal. tert. *qui tum etiam non posses rogare.* Erasmi editio, *qui tunc non posses etiam rogari.* amicus meus, *qui tunc posses etiam rogare*.

Et Otho Iunius] Col. *Othonius lonius*, sine voce *egerunt*, aut copula *&*. Pal. sec. & quart *& Othonius egerunt lonius*. tert. *& Otonius gesserunt lenius*.

Egerunt lonius] sic Pinc. mss. Erasmi, *lenius*.

Videris emisse. Faciam, remittam) ita quidam libri Pinciani, vt & Pal. quaet. Eras. *vid. redemisse. Fac, iam remittam.* tert. & Colon. *redemisse, faciam remittam.* sec. *vid. emisisse faciam remitt.* Pinc. aliquot, *Vid. remisisse. Faciam, remittam.*

Vtendum esse coloribus) sic Col. & Pal. quart. item Pinc. mss. Erasmi, *est*. at sec. *vtendum coloribus*, sine alia voce, quod malim.

Quod ex hoc colore) vox *hoc* est a Pinc. libris, restatque in Col. Pal. sec. quart. nam tert. & Erasmiani eã omiserũt.

Ne si nolumus) mei tres *nolumus*. Pal tert. *Ne si voluerimus hac remitt. etiam voluisse videamur.*

AD CONTROVERS. LIBRVM V.

CONTROVERSIA I.

Inscripti maleficii sit actio) sic cupit Pincianus. Erasmi & mei *sit*, nisi quod Pal. quart. *fiat*. de re ista adeatur Turnebus lib. 11. cap. 6. Aduersar.

Ludit de sua fortuna) sic & mei, nisi quod Pal. tert. *Ludit de eius sort*. Eras. *Ludit te sua fort*.

Nec vnquam tutius est eam experiri) sic & Pal. tert. at quart. *certius est* sec. *nec vnquam opus est eam exp*. Col. *nec vnquam arcius est* forte, *satius*.

In Pharsalia victus acie) sic & Pal. sec. & tert. at quart. *in Tessalia*. Col. *Cessalia*. & vero, *in Thessalia* est in Pinc. libris.

Mortem suorum, tuum putas esse naufragium) vox *esse* non extat in Erasmianis. Pincianus iussit scriberemus; *Mortem suorum. Magis tu tuum putas esse naufragium*; vti est in Col & Pal. quart. at sec. *Maius tu tuum putas esse naufragium*, sine voce *Mortem suorum*, quod fere placet, vt fuerint interpretamentum. tert. *Mortem suorum magis tuum putas naufragium*.

Et non priuatus, sic ex suis Pinc. & mei. Erasmo deerat copula *&*.

Nemo infelicius expertus negotiationem) sic voluit ex iisdem suis Pinc. cum esset in Erasmianis, *Nemo inf. experta negotiatione*; quod cum & remaneat in meis quatuor, non aspernet.

Tot ille fundorum dominus] sic Erasmus. at mei *Tollat ille fund*.

Præter laqueum reliquit) Pal sec. *pr. laq dimisit*.

Ego vt moriar, iste ac, &c. sic ex suis Pinc vti & seruant mei tres. nam Pal. tert. *Ego vt ac moriar*, quod & est in Erasm.

Ne hæc narrarem, mori volui) Eras *hoc*, vti & Pal. tert. quart. & Col nam sec. *ac hoc narrare volui*: Pinc. *ac hæc narrare volui*: vt forte, inquit, legendum sit, *enatare volui*, aut *ac enatarem mori volui*. at ego nihil mutauerim.

Præcidit remedium meum) sic & mei. at Pinc. abiiciunt illud *meum*.

Cui me vita reseruas?) ita scribendum putauit contra omnia exemplaria Pincianus, in quibus, *vita*, vti & in Eras. & meis, nisi quod Col. *vita reserues*.

CONTROVERSIA II.

De morte eius; sic Pinc & mei Eras abest vox *eius*.

Viuere patre habere, ita diuinabat Pincianus, cuius scripti *iubente*, vt & Eras. qui tamen annotat alias legi, *vinea*; quod vltimum est in Pal sec quart Col nam tert. *vineate*.

Non quæris vbi perierim) ita & mei. at Pinc. quidam codd. *Num qu*.

Inter ipsas nuptias tuas) sic & nonnulli Pinc. & tres meorum Pal. tert. abest, *tuas*, vt & Erasmianis.

A Pyrrho accipere noluit) ita Pinc. quidam. alii eius vocem *accipere* desiderant, quæ tamen in meis, nisi quod Pal. *recipere*, sicuti vulgat Erasmus. & vero placet mihi voce exclusa. *aurum a Pyrrho noluit*.

Et postea socer) Pall. *& tamen postea socer*.

Vt aliquid & ipse simile de Semano ita Pinc. mss. Erasm. abest vox *ipse*. quæ tamen in meis. nisi quod Col Pal. sec. ac quart. desit præpositio *de*, tert. autem dictio, *simile*.

CONTROVERSIA III.

Male tractationis sit actio) ita voluit Pinc. quomodo & custodit Pal sec. ac tert. alii, & Erasmi, *fit actio*.

Et ad Olympia duxit) Erasmi, *Olympiam* Pal sec. Col. *& duxit ad Olympia* scripserim cum reliquis meis & Pinciani, *Eduxit ad Olympia*.

Si quis perdiderit) meorum *si quis quem perdiderit*. Pal. tert. *si quaquam perdiderit*.

Et decreuit suus his eiecerim vocem *sunt* cum mss meis.

Tertius sine sorte pugnasti, &c.) recte *tertius*, qui & *vltimus* nam qui reliquus erat ex omnibus, is ideo *sine sorte pugnare* dicebatur, quia loci potius vltimi atque imparis numeri necessitate adigi ad quam tamen eum sors præcedentium ex vrna cum detraheretur coniecerat) quam alea quapiam fortunæue iudicio ad decertandum elici hac ratione videretur. Plinius lib 8 ad Aristonem: *Scilicet vt in spectaculis quibusdam sors aliquem seponit ac seruat, qui cum victore contendat; sic in Senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina, & ex duabus sententiis, eam quæ superior exstiterit, tertia expectat*. hæc Faber, apud quem huius rei absolute multa lib 1. cap. 24. Agonist.

Abdico, inquit, eum) sic & Pal. tert. at reliquis abest *inquit*.

Parricidiis absoluta sunt) ita Pinc. scripti, & mei, nisi quod Pal. quart *parricidia* Eras. *parricidiis*.

Non vt necessitatem filius imponerem) sic Eras. & Palat. tert. at reliqui, *non filius metum ponerem*.

CONTROVERSIA IV.

Profectus cum vno pater) mei quatt. *prof. est cum vno*, quod & in Eras.

Diebus festis intercedentibus) scilicet Romanis non licebat in capitis reos aliosve lege agere *diebus festis*, sed proferebatur supplicium in *profestum* & negotiosum. Suetonius de Tiberii sæuitia: *Nullus a pœna hominum cessauit dies, ne religiosus quidem ac sacer*. Philo Iudæus contra Flaccum: *Bonis & bene administrantibus Præsidibus mos est, ne neminem damnatum animaduertere, donec solennes celebritates natalitiaq. dies Augustorum præterierint* Similis Athenis lex, vt in morte Socratis Xenophon expressit. innuitque Seneca Epist. 70. adde leg. Custodias ff de publ. iudic. atque adhibe explicationem P. Fabri quæ est in lib. 2. Semest. cap. 9. circa finem, item Lips. Comment. ad lib 4. Annal. Taciti.

CONTROVERSIA V.

Qui sciens damnum dederit, reddat quadruplum) ita & Pal tert at sec *quadruplum soluat*. quart. & Col. *quadruplum puniatur*, vt suspicer resecta voce legendum; *Qui sciens damnum dederit, quadruplum*, ac subintelligamus reliquum.

Vt sibi venderet arborem) vox *sibi* bene abest Col. ac Pal quart.

Quam sibi dicebat obstare) ita Pinc. & mei quatuor. Erasmi *videbat*.

Primo fidem imploraui) ita & Pal. tert. at ceteri mei & Pinc. *exploraui*.

Ramis discurrentibus) malim *excurrentibus*, vt est in omnibus meis.

Nihil inter me & pauperem) sic & mss. mei recte, vt pendeant a superioribus, repetatq; pauper quasi dicta a diuite; quoniam prece te non expugnaui, expugnabo ignibus si lege enim tecū egerim, nihil peregerim; quod ea nempe sit legum perfectio, vt non in diuitem inclinet magis, quam in pauperem.

Nihil latius oculis suis occurrit) sic Pinc. mss. & Pall. nā Col *latius* Eras. deest vox *occurrit*.

Oculis voluptas incendio quæritur) Pal sec quart. Col. *in incendio*. tert. *incendio nostro qu.* sed a manu secunda.

Et in immensam erecti altitudinem.) Col. ac Pal. tert. *erecti in imm alt*. sine *&*, quod nec in aliis, qui, *in immensam excitati altitud*, quod probo. ¶ *Scilicet vt domus ad cælum omne conuersa*) Eras. *Sic licet vt, &c.* Pal. sec. *s. vt domum ad cæli omnia ego*. tert. *s. vt domus ad cælum eminent. Omnes conuersa*, vti erat etiam in Pinc. exempp. præter tamen voces duas postremas. quart. *vt domus ad cælum esse conuersa*. Col *sius domus ad sælum omnis conuersa*.

Et non suis vicibus) sic Pinc. & Pal sec tert. nam quart. Col. Erasm *& non in suis vicibus*. ¶ *Alunt in summis culminibus mentita nemora*) vox prima non comparet in Pal. sec. at reliqui, *Agunt in summis*, quod placet. interim notet hic iterum lector quod dixi præfatione lib. 1. Natur. quæst. nimium *pensiles* fuisse *siluas*. ¶ *Absumat vrbes*, sic Pinc. & mei Eras. *consumat*. ¶ *Etiamsi partem damni dare voluisti, partem noluisti*) mei, *Etiamsi partem dam. dare voluisti, si tamen partem voluisti*; ita, inquam mei, nisi quod Pal. tert vtrobique repræsentet, *voluisti*; quartus, *noluisti*. ¶ *Ex toto noluisse, &c.*) illustrat Rauardus Comment. ad l. 108. ff. de reg. iur.

Si fateris

Si fateris scienter] sic Pinc. codd qui tamen interserunt, *te scientur*. Eras. *Si fatetur iste scienter*. mei quatt. *Si fatetur iste se scienter*.

Si vnum tignum; puto totu, &c.] ita & Curionis editio. at Eras. & mei longe alio positu, *puto tota domus intelligetur, si vnum tignum, &c.*

Quid ad te illi rami] Pal. quart. & aliquot Pinc. abest vox *illi*, nec male.

Quosdam parietes mouerant] sic Pinc. mss. item Col. ac Pal. quart. nam tert. *etiam quosdam parietes*, sine voce finali. Eras. & tert. *par. minuerant*. quod malim.

CONTROVERSIA VI.

Accusauit illos de vi & damno] sic ex suis Pinc. Erasmi, *& damnati sunt*. Pal. sec. *de vi & clamauit*. tert. *de vi damnauit*. Col. *de vi & damnauit*. solum quart. stat a modo vulgari.

Et hac de sponsione forsitan venerat, vt auderet impudicus concionari] sic & Pal quart. nisi quod is, *audiret*. nam sec. *vt auderet in publicum concionari*. tert. *Et hac de sponsione forsitan venerat vt auderet impudent concionari*. suspicabar, *& hoc in sponsionem forsitan venerat, vt auderet impudicus concionari*.

Date illi vestem, puella est. date noctem] ita ex suis Pinc. neque secus Col Pal. sec quart. nam tert. *Date illi vestem puellarem. date noctem, &c.* quomodo & edidit Erasmus.

Non tunc primum vestem sumpsisse] sic Col. & Pal. quart. at tert. *assumpsisse*. Pinc. codd. & Pal. sec. non agnoscunt illud *vestem*, nec requiritur.

Vt rapterem inuenerit] ita codd. Pinc. at mss. mei & Eras. *inuenirет*.

Nunquid cecini?] sic Erasmiani: at mei omnes *cecidi*, quomodo & ex suis redditum volebat auctori Pincianus.

Proprium genus iniuria tua] Pal. quart. *inuidia tua*.

Brachium extra togam exserere] sic Erasm. at Col *brachium togā exegere* Palat. sec. *brachium toga exuere*. quod probarim. nam tert. *brachium extra togam habere*. quart. *brachium togitu exit*. quod ad rem ipsam attinet, notandum qui foro nomen darent, modestiæ ac pudoris ostentandi causa, anno primo *brachium toga cohibuisse*; quod clare etiam indicat Tullius in Cæliana. sic & Græci *manum intra pallium* continebant Quintilianus lib 12: *Quapropter mihi falli multum videntur qui solos esse Atticos credunt tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentia frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes*. sic antiquitus Homeri statua manibus pallio contectis exprimebatur. Durantius Casellius lib. 2. Variar. cap. 5. addatur Hotomanus libro 9. capite 13. Obsern.

Constat hunc stupratum: cum damnati sint qui rapuerunt] Erasmi, *damnati essent*. at monuit Pincianus mss. suos hæc verba reiicere ad partem alteram, legendumque ex iisdem, *Constat hunc stupratum, condemnandi erant qui rapuerunt*. & quidem isthęc alteri parti accommodat Col. & Pal. quart. in quibus tamen, *condemnandi essent*, quomodo etiam seruat Pal. sec. qui nihilominus refert ad partem primam. vt & tert in quo, *condemnati essent*.

Semper rigidum] ita Erasm. at eæ voces in nulla extant membranarum mearum.

CONTROVERSIA VII.

Nocte portas aperire in bello] sic Eras. at mei, *Nocte bello aperire*; vt incidat suspicio a glossargis esse, & illud, *in bello*, & illud *bello*. nam certe nec pace media moris est aperire portas noctu.

Post victoriam reus] sic Pinc. & mei. Eras. *Post vict. eius reus*.

Cur ne perirent capti sunt?] Col. & Pal. quart. *perissent*. sec. *cur vt non perirent*.

Hos ego de die non recepissem] Eras. *in die*; vti & Col & Pal. quart. nam duo reliqui *hos ego interdiu non recep.* quomodo scribi voluit ex vett. suis Pincianus.

Pugnaturus ostendi] sic & Pinc at mei & Erasmi, *pugnaturus, ostendi, &c.* ¶ *Nisi fuga, &c. nisi numerus*] sic Eras. at Pal. tert. *præter numerum*, quod & in reliquis tribus, qui item, *præter fugam*, non *nisi*. recte.

In Cannensi prælio] mei omnes recte excludunt illud *in*, habentque *Canensi*. ad oram edit. Eras. est *Cannensi*, sed in contextu *Carthaginensi*.

Iamque eos collocauit loco] vox *eos* non est in Pinc. aut meis, nisi quod Pal. tert. *quod iamque eos coll.* vti ediderat Erasmus.

Hoc ne argui posset] Pinc & mei, *agi*.

Certe lex non vetat] ita & mss. mei & Pinc. item supra *Mittite arma*: pro quibus Erasmus, *Mitte arma: certe hoc lex non vetat*.

CONTROVERSIA IIX.

Tyrannus post abolitionem candidatus] sic Colon. Pal. sec. & quart. Eras. & tert. *De tyranno post absolutionem petente magistratum*. Pinc. codd. *De tyr post abolitionem, &c.*

Sub abolitione] ita Pinc & Pal. sec at tert. *sub absolutione*. quart. & Col. *sub obligatione*, quod & in Eras. notatum tamen ad oram, *abolitione*.

Candidatus, anno meo spondeo] ita Pinc. & meorum tres. nam Pal. tert. vt & Eras. abest vox *Candidatus*.

Cur honores tum diu non gesserit] ita erat ad oram quorundam codd. Pinciani, & probat: sicque etiam Col. Pal. tert. quart. solum sec. excludit illud *non* quod & abest Erasmianis.

Subiectis vrebat ignibus] Pal. quart. & Col. *vrgebat*.

Noui quid noceat] mei, *non quid*.

AD CONTROVERS. LIBRVM VI.

CONTROVERSIA I.

Chirographum dedit, dimidiam se partem hereditatis daturum, si non respondisset irato patri. ille tacuit] ita sell. tunc ex vet. lect. Pincianus. nam Erasmiani, *chir. dedit, dimidiam partem se hereditatis sibi daturam si non respondisset. ille tacuit* quomodo fere & mei: certe illud, *irato patri*, nusquā in iis conspicitur.

Non posset soluere] sic Pinc. Pal. sec. *possit*. reliqui tres, & Eras. *potest*.

Sine chirographo crediderit] ita Pinc. & duo meorum. nam Pal. tert. *crederet*. quart. *crediderit*; quod & in Erasmianis.

Alterius spe morior, alterius fide. viuo. & iam patrimonium meum diuisum est] Eras. *fide viuo. Etiam patr.* quam lectionem & improbabat Pincianus, qui emendabat, aut, *alterius fide ac viuo etiam. Patrimon. &c.* aut, *alterius fide. Me viuo etiam patrimonium meum diuisum est*. Pal. prim. *Alt. spernor. alterius fide viuo. Etiam patr. &c.* quart & Col seruat vulgatam lectionem ab Erasmo, absq; tamen vlla interpunctione. quomodo alii hæc intelligant nescio. ego sane corrigendum puto; *Alterius spem moror, alterius fidem. Viuo, & iam patrim.* sic sane Pal. tert. nisi quod etiam scribat. *alterius spem moror*, refero ad eum qui chirographum retinet; *alterius fidem*, ad eum qui scripsit.

Chirographo prode parricidarum] Eras. & mei omnes *Chirographum*, Pal. vero sec. & quart. amplius, *prodit parr.* vel *prodest*.

Iram exagitari patris] sic Pinc. codd. at mei omn. & Erasmi, *exagitare*.

Patrem vinceres] sic Eras. at mei Pall. *vincerem*. Col. *vinceret*.

Melius quisq; sibi credit] addit interpretationem istam Pal. tert. *quam alii scilicet, quia certior est de eo quod habet in manu penes se*.

Et quod pie] Pal tert. abest *quod*; at tribus reliquis, *&*.

Nisi si rescisset pater] sic Erasm. at Pincianus mallet, *ne si rescisset pater*. Palat. sec. & quart. *nisi rescisset pater*. tert. *vt si resciret pater*. Col. *nisi rescisset pater*.

Fratrem pium] Pincianus legit voce addita, *pium esse*, vti erat in mss. eius, restatque in meis.

Ita mihi contingat patrem vtriq; nostrum placari] ita legendum putabat Pincianus, cum præferrent mss. *placere*, quod restat in Pal. sec. tert. nam Col. *vtrunq; nostrū placere*. malim ego, *vtriq; nostrum placare*. Eras. edit. *Ita mihi contingat pater vtriq; nostrum placere*; quod & in Pal. quart.

CONTROVERSIA II.

Cibo iuuare non liceat.) sic cupiebat Pinc. neque secus Col. ac Pall. tres, nisi quod quartus excludat negatiuam. Eras. *non licet.*

In exilium profectus est. Solebat venire.) ita & Pal. tert. at reliqui vno spiritu, *In exilium profectus, solebat venire, &c.*

Ciuium me fecit exulem) ita mei omnes & Pinciani, qui tamen legendum putat *finium*, tamquam id pateat ex hypothesi. at alterum longe mihi elegantius est; hicque omnino quadrat. nam *mei* sunt familiares ac domestici, quibus sane maior nobis necessitudo quam cum ciuibus.

Absoluta est inquit) sic Pinc. & meorum tres. Pal. quart. & Eras. *es.*

Cum absoluta sit qua receperat.) mei & Erasmi. *est qua:* recte.

Damnatus est qui non expulerat.) negatiua dictio non est in vllo meorum, aut Erasmianis.

Filia me patrem indicauit) legerim *indicauit* cum Erasmi libris & Pal. sec. etiam forte quart. & Col. nam ambigua scripserunt litera.

Alii exul est. tibi pater est) vltimum *est*, exulat Pinc libris, qui tamen legit, *Illi pater est, tibi exul.* Pal. tert. exclusit prius *est.* sec. *Aliis exul est, tibi pater est.* quod placet. nam & illud *aliis* repræsentat quart. qui tamen omisit sequ. *tibi pater est. &c.* vsque ad voces, *Lex eum tenet.*

Qui iuuat exulem) Pal. sec. *vinet*: vt forte legendum sit *iuuet*; quia sequatur *patiatur*. Pal. tamen tert. *patitur.*

Lex te innocentem, &c.) Pal. sec & tert. *Lex te innocentem esse, non curiosum iubet.* at reliquis duobus abest vox *esse.*

CONTROVERSIA III.

Non esse mendicus: relinquerem, &c.) sic Pall duo, probabatque omnino Opsopœus. at quart & Col. *non esse mendicus, relinquerem, &c.* quod eum & restitui cupierit ex suis Pincianus, miror non obtemperasse Curionem aliosque. certe id decuplo melius priore.

Aliquid sustulerunt) sic & Col & Pal. quart. duo reliqui nec non Pinc codd *abstulerunt.*

Imo nonnisi quod lege factum est) Erasmi editio *quod ex lege.* Pinc. vett. *imo nihil nisi quod lege factum est*, quod ipsi placet, habeturque etiam in Pal. sec. ac tert. nam Col. item interponit voculam, *quod ex lege*: quartus hæc transilit.

Nam si quid aliter factum est) sic Erasmi. at mei omn. *gestum est.*

Per eam ad iniuriam venit) mei iterum omnes, *peruenit.*

Quod non expediebat. Male nota fuit mea in matrem pietas) vitiosissima hæc facit vna litera. rescribamus cum meis tribus, *quod non expediebat malle. Nota fuit, &c.* nam & distinctio ista in Pal tert. in quo, *male.* ceterum de hac Controuersia multa fuse tractat Cuiacius, quæ peteoda ex lib 13 cap. 24. Obseruat.

Quam multi per ignes petierunt) Pincianus mauult cum suis, *quam quidam per ignes.* at ego fere prius malim, licet alterum propugnent mei quatuor.

Cum haberet tuus domina ancilla. Imprudentia timebas ne in illam sæuirem. Non expediebat mihi, &c.) mire hic mei interpungunt scribuntque Col. *ancilla. Imprudentiam timebas, ne in illam sæuirem non exped. &c.* Pal sec. *tuus domina. ancilla. imprudentia. Timebas ne in illam sæuirem. non exp. &c.* tert. *tuus domino. ancilla impudentiam timebas. ne in illam sæuirem. Non exp.* quart. *ancilla imprudentiam timebas ne in illam sæuirem, non exp.* vnde videtur legendũ; *Multa de patrimonio rapuit, cum haberet tuus domina, ancilla impudentiam. Timebas ne in, &c.*

Habes enim partem quam voluisti, sic & mei, nisi quod Pal. quart. *noluisti.* quidam codd. Pinc. *Hab. enim matrem.*

CONTROVERSIA IV.

Secreto poculum tenentem) restituo, *terentem*, suasu Col. ac Pal. quatt. nam sec. *terrentem.* intelligitur enim per *poculum*, venenum illud quod haustu obducendum venit. videatur liber meus 3 cap. 2. Opinion.

Et partem vxori dedit) ablego particulam *&*, iubentibus membranis quatt.

Quod est hoc venenum) sic & Pal. tert at sec. *Quid est istud ven.* quart. & Col. *Quid est illud venenum.* Pinc. scripti, *Quod enim illud venenum.* non displiceret; *Quod est istud venenum.*

Nemo vnquam tam palam) sic Pinc. & mei. Eras. *Nemo enim tam palam.*

Qui dixit se mori) mei *dicit.*

Quidnam putabitis futurum) Col. *Quid iam putabitis.* reliqui tres, *Quid iam putabatis*, quod & in Erasmi. vnde fingebat Pincianus, *Quidnam putabatis, &c.*

Ecquid te pudet?) sic voluit Pincianus. Eras. & mei, *Et quid te pudet?*

Statim consumpta potione) sic & Pal. tert. at præstat, *sumpta*, quomodo custodiunt alii mei tres.

Grauis illa) sic Pinc. & mei Eras. *illi.*

Subsideret in imum. Potionem inbibit iste, vxor venenum) ita Erasm. at legit Pinc. ex suis, *quod pondere subsideret. In imam potionem bibit iste vsque ad venenum, vxor venenum.* quædam tamen eius exempp. *In vnam potionem bibit iste, &c.* vt forte scribendum putet; *In imum potionem bibit iste, &c.* at malim ego cum Pal. quart. *subsid in imam potionem. Bibit iste vsque ad venenum, vxor venenum.* nec aliter reliqui mei, nisi quod Pal. sec. *in vnam potionem Bibit* tert. *in vnum. Potionẽ bibit.* Col. *in imum. Potionem bibit iste vsque ad venenum, vxor venenum*, quod etiam non ineptum.

O inquit, dignum quem innocens sequatur) sic Mureti editio. at Eras. *O inq. dignam quam innocens sequatur.* Pinc. *O inquit, dignam quam innoc. sequatur*, quod & in Col. item quatt nisi quod is, *Omnis quid dignam.* sec. *O dignam quam inn. sequitur*, sine *inquit.* tert. *O inquit dignam quam innocens sequar*, quod perpendant alii.

Quid hic mali admisi) malim cum meis & Eras. *malis.*

CONTROVERSIA V.

Qui vim in iudicio fecerit) placet quod habet Pal. sec. & quartus, *Qui vim iudicio.*

Missus Iphicrates) Pal. sec. tert *Epigrates.* quart. Colon. *Epygrates*, quod & infra repetunt.

Bis acie victus) sic Pinc. & mei. at Erasm. *bis in acie victus.*

Visi sunt circa iudicium) Erasm. *contra iudicium* alterum extat in Pinc libris & meis quatt.

Gladium strinxit. Cum iudices) interpunxerim potius cum meis, *gladium strinxit cum iudices citarentur ad iudicandum. Palam. absolut.* vt nempe tunc demum gladium eduxerit cum sententia dicenda.

Quod vim in iudicio) vox *in* abest Pinciani libris & Pal. sec.

Nemo iudicum tuorum non timuit sic) Pall. omnes alio ordine, *non sic timuit.* at Col. *sic timuit*, sine negatiuo *non.*

Cum toto tibi regno socer venit) sic Erasmus. at meorum tres; *cum toto sibi regno suo venit*, sine voce *socer.* Col. *cum toto suo sibi regno venit.*

Sententias suas ferrent) sic Pinc. at Col. ac Pal. sec. & quart. abest *suas.* tert. *sententiam ferrent*, quod & in Erasmianis.

Quæri Quid inquam? obsides vobis adduxi) ita partim ex vet. lect. partim ex coniectura Pincianus, cum fuisset in suis, *quæri quod obsidem vobis adduxi.* Erasmi editio, *quæri, quod obsidem vobis vxorem adduxi*, vti restat in Colon. nam Pal. tert. *quod obs. vob vxorem duxi.* sec. *quod vobis obsides abduxi.* quart. *quod nobis ob fidem adduxi.* forte *quæris? quod obsides vobis adduxi?* vt sic vocet Thraces armatos.

CONTROVERSIA VI.

Dubius signis crudelitatis) mei quart. *crudelitatis.*

Teneo veneficam, sic ex suis Pinc. neque secus mei. Eras. *timeo.*

Altera quod futurum est) malim cum omnibus meis. *altera etiam quod fuit.*

In qua adulterii argumentum est) ita & quidam codd. Pinc. alii eius, vt & Erasmi & mei quatt. *adulterium*, quod malim.

Veneficium nec denuntiatum quidem) ita Pinc. codd Erasmianis aberat *quidem.* Palat. sec. *Venef. denunciatum*

quidem credidi, sine nec. tert. *veneficium. Nec denunciandum credidi.* quart. *veneficium denuntiatur quod credidi.* Col. *veneficium; nec denunciandum quidem credidi.*

In veneficio demum adulterium deprehendi) Palat. sec. quart. Col. alio ordine, *adulterium in veneficio demum deprehendi*, quod placeret, si deleretur *in*. tert. *demū en venef. adulterium depreh.* quomodo vulgauit Erasmus.

Genialisq; lectus mutatus) Col. ac Pal. sec & quart. *Mutatusq; genialis lectus* tert *genialisq; mutatus est*, sine voce *lect.* quæ tantum postea superpicta est tanquam glossa.

Subiecta sunt rogo) Pal sec. & tert. abest *sunt*. non male.

Et in cadauere illius) Pal. sec. & quart. *cadauer.*

Filiam veneno) iidem, *veneficio.*

Crimina obiicit) iidem *obiecit* quart. & Col. *adiecit.*

Quam pater filiam leget) ita Eras. & Pal. tert. at reliqui tres vt & Pinc. codd. omnes excludunt vocem *pater*, forsan recte.

Et est sæpe) Pal. tert. *sæpissime*. quart. *sæpissima.*

CONTROVERSIA VII.

Dementia sit actio; ita voluit Pincianus; nec aliter Pal. sec. & Col. alii duo & Erasmi. *sic.*

Quidam habebat duos filios) Palat. sec. *Qui hab.* quart. *Quidam qui hab.*

Amare se nouercam) sic Eras. at mei quatt. *amare a se nouercam.*

Cessit illi uxorem pater) sic Pinc. mss. at mei & Erasm. *uxorem suam pater.*

Prius amare cœpi quam duceres) Pal. tert. *duxeras*. reliqui tres, vt & Pinc. *amare antequam duceres cœpi.*

Pro beneficio imputandum est) ita ex suis Pinc. at Eras. & mei, *imputatum est*, quod restituendum videtur.

Non vt adulteram vindicaret) præposuerim quod est in meis quatt. *adulterum.*

Composita sunt) Col. Pal. sec. quart. abest illud *sunt.*

Derisum animo) sic Eras. & Pal. tert. at alii tres & Pinc. copulam præmittunt, *& derisum, &c.*

CONTROVERSIA IIX.

Aut experta iuras, aut inexperta peteras) sic & Col. Pal. sec. quart. at tert & Pinc. codd. aliquot, *aut experta iuras, aut inexperta petebas.*

Quam iniusta est) sic & Pal. quart. & Col. sed enim reliqui, *es.*

Qualecarmen sit) deleo fide meorum trium vocem *carmen*. sola enim restat in Pal. tert.

Pedibus suis emelias) mei quatt *tuis.*

Antequam iures de tua) Eras. & Pall. tres *iurabis*. at Col. vox illa deest.

Et hic quidem non totus) sic & Palat tert. verum alii & Pinc membranæ, *nec hic quidem totus*, quod malim.

Non illi cultus luxur.) iidem mei tres, *non in illa cultus luxur.*

Cum viris licentior) rescribo, *licentiosior* suasu Pinc. librorum & meorum quatuor.

Vnum crimen vobis confiteor) sic & Palat. tert. sed non displicet quod extat in reliquis tribus, *Vnum crimen eius vobis.*

Corneliæ matri Gracchorum) illa *matri Gracchorum*, non sunt in vllo meorum, & aut sunt a glossa, aut alterum istud, *Cornelia.*

Quidem iuauderint sacerd.) vox *iuauderint* abest meis tribus, habetque Pal. tert. *inuiderint.*

Magnitudinem tuam ignorat) producit ista Freherus lib 2. Parerg. cap. 9.

AD CONTROVERS. LIBRVM VII.

PRÆFATIO.

In declamationibus suis) vox *eius* abest Col. ac Pal. pr. & quart. penitus enim & hanc habet præfationem.

Ter buccinauit) sic Pal pr. sec. tert. nam quart. *to buccinauit* Col. *ter buccinabat*; quod fere malim.

Nec quicquid debet dici) melius mei, *non quicquid.*

Argumentis colligebat) sic & mei quinque. at Pinciani tamen codd. *colligebat.*

Omnes probationes probationibus) ita & mei. at Pinc. quædam exemp. *propositionibus.*

Omnis quæstio suam probationem) sic quidam libri Pinciani. alii, *suam propositionem*, quod cum & restet in Eras. & meis, fere restituerim.

Suam excusationem) sic & Pal. sec. ac tert. nam pr. *suam executionem* quart. & Pinc. quidam, *exercitationem.*

Suos excessus) id est *digressiones*, inquit Pal. tert. at Col. *suos egressus.*

Ita vnam controu. proponebat) Col. *exponebat* Pall tres, *Ita dum vnam contr. exponebat.* quartus abiecta voce, *Vnam contr. exponebat.*

Omnis quæstio per numeros suos implenda non esset) Eras. editio, *aliquid omnis quæstio per numeros implenda est.* Col. *non omnis quæstio per num. suos impl. est?* nec aliter Pall. tres, nisi quod seruent, *num omnis*. nam quart. resectis binis vocibus, *quæstio per suos numeros impl. est.*

Est quidem) sic Curionis editio. Erasmi, *Quidni*, quam tuentur Pall. quatt. & Col.

Non thesis magna) malim cum Pal. pr. *non lexis*, quod & videtur fuisse in tert. sed mutatum est in alteram vocem quart. *non lexis magna sed fraus.*

Albas vocabat) quod quæ *alba* sunt, nihil atrum, nihil caliginosum habeant, sed clara quadam luce suffusa pelluceant. id Græco more factum suspicor. cum præsertim apud Eusebium sæpenumero legamus λευκῶς, pro clarissimo & facillimo. hæc Turnebus lib. 6. c. 4. Aduers. videatur & Brodæus Scholiis ad lib. 2. Epigram. Græcorum.

Nihil insperatum afferentes) Pal. pr. & quart. *afferentes.*

Nihil est tam inimicum) sic & Eras. & fere scripti mei, nam Pal. pr. *inquinam.* tert. & quart. vno quasi ductu scripserunt, nec punctis distinxerunt literas. Scaliger Castigat. in Catullum citat *tam inimicum*, ad illud, *Turpe incedere, mimice ac moleste*; quomodo legendum ex mss. suis monuerat Pincianus.

Locum beate implebat) Pinc. mss. *Locus* vt & Pal. tert. at Col. *Locum beate imp.*

Non posses de inopia sermonis) sic & meorum quatt. at Pal. sec. *de vitio sermonis.*

Quomodo diceret Sufficiebat, &c.) restituamus auctoribus Pall. quattuor, *quomodo diceret, sed quid diceret. Sufficiebat.* neque enim etiam aliter Puteani chirographi libri. Col *quanto diceret sed quid diceret. Suff.*

Cum res animum occupauere) ita & Cælius Curio. at Erasm. *cum res animum occupauit*, quod & in Pal. quart. nam sec. *cum rem animus occupauit.* tert *cum re vero animus occupauit.* Col *vnde res animum occupant.*

Mirari libebat) sic & meorum quatt. nisi quod Palat. quart *licebat* at pr. *mirari non licebat.*

Acetum, & paleium, & laternas, philerotem, spongias, &c.) ita Curionis editio. at Erasmi amplius, *acetum & paleium, & Damam & Philerotem, &c.* quod & agnoscit approbatque Turnebus lib. 6. cap. 4. Aduers. traditque ex isto loco perspici posse, cur ab Horatio libr. 2. Sat. 5. scriptum sit; *Vtne tegam spurco Damæ latus.* nam, inquit, cum *Dama* diminutionis forma a *Demetrio* deductum sit, nomen seruile est, & in Horatio libertini hominis, quales multi ad opes perueniebant, etsi pro vilissimis & sordidissimis semper habebantur. sic ille Col. *acetum, pulegium, Damam, philerotem laternas & spongias.* Pal. pr. *acetam & paleium & laternas, & philerotem spongias* sec. *cetum & ealegium & dampniam & philerotem, lanternas & spongias* tert. *acetam vpalegium & damnam & phylerotem*, &c. superscriptumq; *phylerotem esse genus vnguenti, damnam, remedium.* quart. seruat, *acetum, & pulegium genus est vnguenti, & damam philerotem, &c.*

Nimium orationis splendorem his admixtis sordibus) ita Curionis editio. at Erasmi & mei omnes, *nim. orat. sua splendorem his admixtum sordibus, &c.*

Non defendi sed inquinari) sic & omnes mei. at Pinc. mss. *deferri.*

Et hoc æque omnium est Pal. quart. & *in æquale hic omnium est.* alii quart. vt & Puteani, *& hoc æquale omnium est.*

Excusare malim quam effugere) Pinc. codd. *effugare.*

vti & Col. Pal. sec. & quart. nam tert. *effugere*. solum stat pro vulgato pr.

Sed quomodo videretur] ita editio Curionis, ad oram tamen eius alias legi, *sed quomodo non videretur*, quod restat sane in Erasmianis & meis omnibus: itaque reducatur.

Hoc illi accidit] sic quidem Curionis editio. at Erasmi, & mei quoque *accidebat*. quod cur mutauerit alter nescio.

Commode audierat] ita & recte meorum quart. nam Pal tert. destituitur voce *commode*, scribitque, *Quomodo proximo dicentem audierat*. Pincianus probat quod erat in libris eius, *commodum audierat*, id est, inquit, nuper. perperam, nam quid tunc fecerit illud quod præcedit, *Quem proxime dicentem*.

Cum condiscipulis] sic Pal. pr. at reliqui *codicibus*; quod placet, excipiendæ scilicet declamationi.

Admiratione Hermagora] sic Col. & tres Pall. posteriores at pr *adm. Hermreta*.

Ad imitationem eius ardescere] suspicari fere libet *arescere*. sed libet fere tantum, nec enim vacat inquirere qualis fuerit *Hermagoras*. est in Col. *exardescere*. in Pal pr. *admirationem eius arescere*.

Dixit. Ætas ei proderit ad profectum, cum semper] sic Romana editio at Erasmi alięque præmittũt, *dixit, quam iuuenis dixerat. Nihil enim ætas ei prod. &c.* quomodo & Col. Pal. sec. nam tert. *quam iuu. dix. Nihil enim ad perfectum ætas ei perderat*. pr. *dixit. Ætas ei non proderat: dum semper* quart. facit cum Erasmianis, nisi quod destituitur aduerbio *enim* quod mihi placet.

Idiotismus est] mauolt Pinc cum suis terminatione Græca, *Idiotismos*. quomodo & mei, sed male voce diuisa, *Idiotis mos*. Pal præterea pr. *Idiotis mos est inter oratorias virtutes res ponere quarare procedunt*.

Adire libebat] Erasmi editio, *audiro*, vti & mei omnes; neutra male. nam frustra tentat Pincianus nunc *audiri*, nunc *audere*. quia respicit Seneca ad ea initio procœmii, *quos tamen gratis sua pœnitebat*.

Fugnnit o foro] Erasm. & mei, *a foro*.

Qua illi omnia crimina irrogaret] sic & Curionis editio, & Pal pr. nisi quod hic antique *inrogaret*. Erasmi, *qua illi om. crim. retegeret*, quomodo & Pal. sec. nisi quod is, *qua ille*. nam tert. *qua illi omn. cr. retegeret*. quart. *qua illius omn cr. detegeret*. Col. *qua illius omn crim. detegeret*, quod & in Pinc. mss. nisi quod aberat eis vox *omnia*. illud *irrogaret* extat & apud Duarenum in tit. de iureiurando capite 13, qui videatur ad hanc historiam.

Rem iureiurando transigit] *transigendi* verbum generale est, & ad omnes species pertinet, quibus controuersiæ deciduntur atque finiuntur. Brissonius lib. 18. de verb. sign.

Quo perfecto, surrexit. L. Aruntius ex diuerso ait, &c.] inepta meo animo distinctio nam quis credet sedisse Albutium cũ peroraret apud centũuiros. scripserim copula immissa, quæ in omnibus mss. meis; *quo perfecto, surrexit L. Aruntius ex diuerso; & ait, &c.*

Accipimus conditionem. Iurauit] ita & Curionis editio, item Pal. pr. ac tert. nam sec. *& vt accepit conditionem, iurauit*; quod & in quart. nec aliter Erasmus quam quod excludat illud *&*. Col. *& vnt accepit conditionem. Iurauit*. forte, *& ait, Accipimus conditionem, iurabitur*, vel, *iurabit*. Pincianus emendabat; *Surrexit Aruntius ex diuerso. Accepit conditionem Iurauit*.

Non detuli conditionem, schema dixi] sic Pinc. codd. item Pal. pr. tert. nam quart. & Eras. *tuli*. sec. *non tali conditione schema dixi* Col. *non tali conditione detuli. schema dixi*.

Rebus iam vltimis separabant] sic Curionis editio, sed iunctim tamen *separabnat*. Eras *vltimis praparabant*. Pal. sec & tert. *properabnt*. quart. *vltimus probabat*. Col *vltimus probabant*. Pincianus fingebat, *properabat*. Pal pr. verba hæc, & aliquot seqq. omisit.

Dare ipsos secundum aduersarium] est locutio imminuta & concisa. plene enim diceretur, *dare ipsos litem secundum adu.* quam formulam in locutionibus vsurpatam discimus & ex Valerio Max. lib. & cap. 3. Cicero pro Q. Roscio: *Scauri tabulas poscebamus, nunc tuas, C. Fanni Chærea, solum postulamus, quominus secundum eas lis detur*. Lucanus libr. 3. *secundum Æmathiam lis tunc datur*. Tacitus libr. 4. Ann. *Ita secundum Messenios datum* Suetonius cap. 15. Claudii: *Absentibus secundum præsentes dabat facillime nullo delectu*. Plinius lib. 7. Epist. ad Macrio. *Factam cognitioni quæstio imposuit, qua secundum vos dedit*. Brissonius lib. 2. cap. 2. Select. antiq. & lib. 4. de verb. sign.

Homo summa probitatis] sic & Curio at Erasm. & mei quinque, *Erat enim homo summa prob. &c.*

Me domi audiant] sic & Eras. at mei omn. *me in domo audiant*.

Cum volo, dico: quamdiu volo] ita & Pal. pr. at sec. tert. Col. *Cum volo dico, assum vti volo, dico quamdiu volo*; vt facile assentiar præstantissimo Puteano formanti, ex *vti*, vocem *vtri*: legebat autem, *Cum volo dico, assum, vtri volo, & quam diu volo*. Pal. quart. *Cum volo dico, assum, vti volo dico, quod quam diu volo*.

Nec tamen in scholis effugere] sic Curionis editio. at Eras. & omnes mei, *Nec in scholasticis tamen eff.*

In culeum ligneum] sic Pal. tert alii tres litera duplicata, *culleum*. Pal quart. *in eculeum ligneum*; quod elegans videretur nisi allusum vellet Albutius ad *culleum parricidarũ*.

Ingens risus omnium secutus est] sic meorum quart. at Pal. quarto non adsunt illa, *secutus est*, neque forsitan requiruntur.

Res bonas dixit] sic Pinc. mss. & mei Pall. tres. Eras. *bene dixit*, vt & Col. & Pal. quart. ¶ *Sed cum in scholasticis*] Eras. & mei melius, *& cum a scholast*

Vt perueniret nescio quo terrarum] in nullo Pall. quart. aut Col. hæc verba inuenio. itaque assentior Pinciano omnia adiectitia putanti; vtique cum non compareant in eiusdem scriptis.

CONTROVERSIA I.

Quod patrem seruare potuit Tanta tempest.] omissæ sunt voces binæ quæ in editis aliis & mss. membranis Pal. pr. *potuit. Mori iussus, tanta temp* bene si transponatur distinctio: *potuit, mori iussus Tanta temp* sic infra: *Magnum pietatis argumentum, filio carius pater etiam post supplicium*.

Plura iudicabo criminum pater] Erasm. & meus, *Plura timui criminaa*, quod malim.

Nec satis memini, solutum, &c.] sic Eras. at Pal. pr. loco trium verborum priorum custodit; *Iudicabo solutum*.

Ministerium mihi pater an nouerca mandasset] absunt hæc omnia Erasm. & Pal. meo. quæ tamen cum argutum quid sapiant, restentque in excerptis meis, incipio iterum nosse chartas illas Romanas meliores.

Vindictam parricidii] sic & Epitome. at Palat. ille pr. & Eras. non agnoscunt vocem *parricidii*.

Quod accusas quod] sic Eras. at Pal. pr. *accusa*. non male.

Consilium meum victum est?] Eras. & Pal. *fit*, sine interrogatione.

Vt inter fratres] nihil debet mutari. acute enim innuit, vbicunque litigium & contentio incidit *inter fratres*, vtrunque sugillari solere tanquam qui malam habeat caussam. nec enim vlla de caussa iurgia inter ipsos esse debebant. sententia est ethica.

In patria solo] sic Erasmus. Palat. *in p̃rio solo*. vnde factum vt vett. editt. expresserint *premo*, cum tamen eadem illa figura *patrio* notet.

Pœnarum eius pars non est] sic & Pal. mss. itaque nihil etiam hic mutauerim. nam suspicor longe aliud quid latere, quam putat vir quidam doctissimus, de quo alias.

Remigio tue hac quidem. in comite? nemo] iidem *remigium non est. Hac est in comite*. superscriptum tamen Pal. alias legi *Nec*, probat.

Qua misertus eius est] iidem, *qua miserit eius est*.

Præter mare reliquit] iidem *relinquitur*.

Iter suum distulisset] Eras. *vitam suam abstulisset*. Pal. *vitem suum abstulisse*.

Qua facile erramus homines] vitium est typographi. repone, *quam*.

Deliberabam an parerem patri. Fratrem, inquit Turannius, In domo parricidium, fuetes inuenire etiam locum a naufragis nauigium] sic & Palat. nisi quod ipse *Turinnius*, item *naufragis*. Erasmi editio non differt, nisi quod scribat, *pa-*

bat, *parentares*; item *Turrinnus*. at libri mei quart. in quibus excerpta, referunt, *Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies*: quæ omnino restituenda iudice N. Fabro laborant tamen seqq. *inuenire etiam locum, &c.*

Latebat in litore) sic Pal. quidem pr. at Epitome, *Iacebat*.

Infeliciter vexerat) sic Eras. at Pal. pr. *vexaret*, quod & in Col. ac Pal quart. nam reliqui *vexaretur*.

Aut honeste viuere) Eras. & Pal. *dicere*.

Ego inquit occidere patrem nolui) Pal. *volui*. quod si retinebimus, interrogatione opus erit, vt sit exclamantis, simul & execrantis.

Habebo patronum) iidem, *patrocinium*.

An me apud piratas quidem perdidisse, horum nihil habet Pal pr. at reliqui tamen fere omnes; & iure. Pincianus ait fuisse in suis tantum, *in perdidisse*, quomodo & Pal. tertius.

Audiui iucundissimam vocem) Pal. *audiui iucundissima voce*.

Quod nascimur vno modo) sic Eras. at Pal. *eodem modo*.

Seiungit fato) Pal. *fata*.

Pondus infertur) iidem, *infuit*.

Quam eiecistis animam?) Erasmi & Palat. meus, *effecistis*.

Quod parricidium feceris) iidem *fecerat*.

Certo negabas te posse hominem occidere) ita & Pal. at Eras. *negabis*. nescio an suspicari liceat alludi hic ad ea Augusti verba: *Certo patrem tuum non occidisti*, quæ extant apud Suetonium Octauii cap. 33. vt velit vereri se, ne iudices, postquam audituri sunt quid cum fratre fecerit, eum habeant pro vero parricida; itaque cupidi eum ipse liberare seculi sui causa, intercidant sermonem & tali præueniant interrogatione confessionem ipsius, cui respondere directe nequeat, nisi negando.

Illo tempore voluit fieri) vox *fieri* non est in Pal. neque, requisiuerim.

Alius mitior est plus quam debet) vox *plus* adest Pal. pr. sed a manu secunda, deest vero omnino dictio *alius*.

Alius seuerior est) idem *samer*.

Vt non possint in caput ne testimonium) eo sensu *seruus in caput domini non torquetur* l. 2. l. 3. l. 11. l. 16. l. 18. §. de seruo. ff. de quæst. ita Fornerius ad l. 103. de verb. sign. qui videatur.

Proh bone Iupiter: Mithridatem, quam non dubium) sic & Eras. & Pal. ille pr. nisi quod hic careat voce *dubium*. at decurtati. *Mithridatem, Dii boni, quam non dubium*.

Demisi in portum naufragum) Pal. *dimisi non portum naufr.*

Ille damnatus erat, &c.) sic & Eras. & Pal. forte: *Ille damnatus erat Num iudicio publico ceciderat?* vt priora verba sint accusatoris. verũ illud *enim*, quod eieci, restat & in Pal. hac forma *es* itaque accesserim potius N. Fabro reponenti, *ille indemnatus erat*.

Si diligentior sum) Nicotius tentabat, *Si indulgentior sum*, quod non placet. nam agitur de facilitate.

Pene hoc loco piratam, non poterit) Eras. & Palatinus, *poterat*.

Tam magnũ pater, quam putas) iidem repetunt, *quam magnum putas*.

An abdicari debeat) sic Erasm. at Palat. *an abd. non debeat*.

Ita tu nesciebas non posse me occidere?) Eras. *Ita me nesciebas, putasti me posse occidere?* quomodo & seruat Pal. præterquam quod habeat, *Ita tu nesc.* quod non displicet; hac distinctione. *Ita tu nesciebas? putasti me posse occidere?*

Quid ergo sic loquebaris tamquam vnum, &c. Erasm. *Quid ergo sic loquebaris? tam vnum parr. condemnasses.* Pal. *quid ergo sic loquebaris tam vnum parr. cond.* superscriptũ tamen pro *tam* alibi legi, *tamen*.

Per quos necesse est populari, patrem capere) Eras *per quos necesse est illis patre populari capere*, quomodo & Pal. nisi quod possit nota quam habet signare etiam *illi*, non tantum *illis*.

An abdicari non debeat) Eras. & Pal. *debuit*.

Tam fere defendis) Pal *tamen fere defendit*.

Dict in nouercam, an nihil) Eras. & Pal. *an non*.

P. Asprenas & Albutius) sic & Erasmus. at Pal. *P. D. Sanus & Albutius*.

Et puerili sensu) sic & Pal. & Eras.

Eligere supplicii genus) Pal. *supplicio*.

Sine me tanquam parricidam mori) vox *tanquam* apposita est Pal. a manu altera.

Consilii inuentor dixi) Pal. & Eras. *dixit*.

Ago si parcere noluisset) sic & Erasmus. at malim cum Pal. *voluisset*. idem tamen superscripsit, *agere si patrem voluisset*.

Vipsanius duro colore vsus est) Eras. *Vipsanus*. Pal. *Hispanus*. quod malim.

Sed Græca corruptior est) Pal. hic habet lacunam verborum forsan triginta, certe lineas duas & amplius; quæ proculdubio Græca continerent si intellexissent exscriptores.

Et vltimum descriptionis) Pal. & Eras. *& vltimam, &c.*

CONTROVERSIA II.

Sic liceat pacisci) Eras. & Pal *si lic.*

Pro te vel patrem) iidem, *potes vel patrem*.

Prorsus occisurus Ciceronem) Nicotius mallet, *Popilius occisurus, &c.* ego nihil mutauerim.

Pro dii boni, occisum Ciceronem & caput eius humero tenus recisum) sic & Eras. & Pal. pr. at Epit. quart. *occisum Ciceronem malos mores voco; non, & caput eius, &c.* quod cum postea sequatur, non hercle requisiuerim.

Facilius Cicero pro parricidio) vox *Cicero* non est in Pal. habetque *parricida*, vt & Erasm.

Adolescentia turpis est, infamis pueritia est) Erasmus & Pal. meus *infamis adolescentia turpis est, infamis pueritia turpis est*.

Quem vinum negarat Cicero) Pal. & Eras. *negarit*. Nicotius fingebat, *negauit Cicero*.

Exonerare te possum) iidem, *possit*.

Nisi post beneficium occiditur) vox *nisi* abest Pal.

Nec damnationem tamen istius despero) Palat. *Nec damnationem quidem despero*.

Glorietur Hannibale Scipio) Pal. *Glorietur euocato Hannibale Scipio*.

Fert appensum conto caput) Pal. *appressum*; superscriptum tamen & alterum.

Sed hi quoq; non parricidii reum) Col. *& hi quoq; etiam non parr.* Pal. sec. abest dictio *non*. sec. *& hi quoq; parr. reum*. tert. *& hi non parr. reum*. quart. *& hi quoq; non parr. reum* quod placet.

Reum a Cicerone defensum) Col. ac Pal. quart. item plerique codd. Pinc. *reum actione defensum*, quod plane amplector.

Parricidam reum fuisse) Pal. *parricidii*.

Quantum illi defensi vei profuerint) Eras. & Pal. *defensi in rep. profuerint*.

Popilio non licebat non occidere) Pal. omittit posterius, *non*.

Vipsanius Cornelius) Erasmus, *Vipsanus* scribo cum Pal. meo, *Hispanus*.

Nunquid mutandus est locus? Inepte Auidienus Paulus, &c.) Erasmus, *est locus inepte ab Idibus. Paulus*; nec aliter Pal. nisi quod punctum non habeat post vocem *Idibus*. scribatque maiori litera vocem *Inepte*. Brissonius lib. 6 de Formulis, quod constaret Inquilinos *Idibus Quintilibus* migrare solitos (quod obseruauit ex l. cum ab eo ff. de contrah. empt. l. qui balneum ff. qui potior in pign. l. cum plures. ff locati, Cicerone Epist. 3. lib. 2. ad Q. Fratr. Suetonio in Tiber. cap. 35. Martiale Epigram. 32. lib. 12.) putabat eo allusisse videri *Albutium*, cum diceret, *ab Idibus*. sed humanum aliquid passum, docet lectio illa altera, qua nihil exuelatius. & ita est, quamdiu veritas in obscuro, quælibet coniectura lucem suam habet & pondus: at vbi temporis illa filia radiatum protulit caput, somnia illa & nebulæ ocius disiiciuntur.

Orationem pro Popilio) Eras. & Pal. *Popilii orationem*.

Ciceronis tenebas manum tuae) Pal. *Ciceronis & tenebas, &c.*

CONTROVERSIA III.

Quid esset, dixit venenum) ita Erasm. & Epitome, at

Pal. ille primus, *dixit unum* an suspicari fas, *dixit mini* de quo Ausonius Eidyll. 12. *Et quod germano nostrum male laniferum, mim.*

Dic quid commiserim certe nec secreta te fallunt] ita ex vett. Pinc ve & fere excerpta, & Erasmiani. at Pal. pr. *Dic quid commisi nec excerta nec secreta te fallunt.* soperpictum autem voci *excerta*, alias *eicuta*, quod ego probem. nam & Pal. tert. videtur babuisse vnam atque alteram annexam dictioni *certe*, sed quę penitus deinde erasę.

Dimittam te] sic & Pal. pr. sed superpositum, *al. dimittam*, recte.

Reo obiicere parricidium] Eras. & Pal. *reo committere parricid.*

Quid ergo reus vinet, quia sordidatus, &c.] Eras. amplius, *Quid ergo reus vinet? vinet quia sordid.* Pal. *Quid ergo more rem vinet. vinet quia sordidatum.* deleta autem postea litera penultima & factum, *sordidatus.*

Si iam tibi parricidium obiecissem] Eras. *suam cum parric. obiecisses.* Pal *suam tibi parr obiecisses.*

Cm daturus esset] iidem duo, *erat.*

Venenum cui parauerit, viuit] Pal. *aou vinit.*

Habuit, inquit, Demosthenes] Pal. & Eras. *inquam.*

Id est, ego tibi pater] iidem, *Idem ego tibi pater.*

Illum noluisse non vult mori] iidem, *illum mori noluisse, &c.*

Ipse fatetur, tam inuisum sibi fuisse vt mori voluerit.] hæc oon habentur in Pal. pr. aut Erasmianis. at tamen in decurtatis, *Tam inuisum ipse confiteris vt mori volueris.* quod fere placet, vt & supra, *Dico tam inuisum tibi patrem fuisse, vt occidere volueris*, vti est in iisdem Epitom. non quemadmodum Pal. pr. & Eras. aliæque editt. *Dico tam inuisum illi patr. f. vt occ. voluerit.*

Et perrit a quæstio] Pal. *sed.*

Cum putarem inquit odio] Pal. *putarer*, superscriptum tamen alterum.

Transirent qua apud eum melius] vox *transirent*, abest Eras. & Pal.

Et illos versu] Pal. *vt illos.* forte, *vt & illos vers.*

Nam vt transeam innumerabilia] Pal. *transeat*, tamquam a Cassio dicatur.

Aut in sermone] Pal. recte eiicit dictiunculam *in.*

Qui bene de patribus meruerant] sic Romana editio eiusque traduces. male. reuocandum que *partibus*, vti habent antiquiores editi & Palat. ille meus & quatt. alii io quibus Epitome.

Recepissem te nisi anguste sederem] laudat explicatq; isthæc P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 6.

CONTROVERSIA IV.

Oculos perdidit] Pal. pr. & Eras. *oculos amisit.* Epitome, *cæca facta est.*

Causam qua timet] Pal & Eras. *causa est, quia timet.*

Vnius vinculis duos alligat.] Pal. pr. & Eras. *Vnis vinc. duos alligauit.* sec. quart. Col. *Vnus vinculis duos alligat.* tert. tantum ab alterius ioterpolatura, *Vnim.* Pinciani mss. *Vnum vinculum duos alligat.*

Cm victo mater catenas] sic & Col. Pal. tert. quart. oam sec. *victa.* pr. & Eras. *vincto* Pinc. codd. *vincta.*

Cum matre colludere] Eras. præponit, *nunc cum matre.* at Pal. *nunc cum patre coll.*

Ne patri quidem vtile, vtiq, &c.] Pal. *ne patri quidem velle, vtiq.*

Qui liberi hominis nõ habet?] de hac re late Fornerius ad tit. de verb. signif. leg. 3. § 1. quod habet; *Eius qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest: quia seruus decessit.*

Pater nullam in te potestatem: mater in totius legis possessione est] Eras. & Pal. *patrem habet ille nullam in potestatem, habet matrem in totius legis possessionem.*

Catenas suas & eades] Pal. *castitatis sua & cadis*; superpictumque, *vastitatis, &c.*

At periculosum est nihil, domi manere] Eras. amplius, *nihil nisi domi*; quod & in Pal. qui tameo excludit vocem *est.*

Vt in media actione eius] Epitome, *orationes.*

Circumuentum in foreca impom, &c.] Erasmi, *circ. in forite, imp.* Pal. meus, *circ. in foreca, imp.*

Vocat illum Salaputtium] Erasmus, *Sallaputium.* vti & Palat. nisi quod scribat *l* simplex: de varietate lectionis eiusq; adeo interpretatione multiplici coosulantur Turnebus lib. 21. c. 26. Aduers. Scaliger in Catalecta Virgilii, item castigation. in Catullum. Robertus Titius lib. 4. cap. 21. Controuersior. iterum libr. 4. cap. 21. Assertionis. Iuo Villiomarus contra eundem illum Titium. Douſa deoique Præcidan. lib 1. cap. 3. ad Arbitrum.

Solebat præterea] ita & ad oram Eras. in textu, *postea.* Pal *Sol. ppea*, & superiniecta virgula vtrique p.p.

In aduersariorum partes] Pal. *partem.*

Quamuis ioca sint] Politianus cap. 7. Miscellan. citat *iocosa.*

Digito caput vno Scalpit, quo credas hunc sibi velle virum] sic & Eras. nisi quod ordinet, *digito vno caput scalpit, quo credas sibi hunc velle virum.* neque aliter Pal. nisi quod io fine versus, *hunc sibi belle virũ.* Politianus laudat versum ea forma qua expressit Rom. editio, confirmatqs eum illo Iuuenalis Sat. 9: *qui digito scalpunt caput vno.* nam & sic a Clodio notatum, indicare Plutarchum in Pompeii vita, item in libello cui titulus, *Quo pacto fiat vt inimici quoq, prosint.* quin & dicere Ammianum lib. 17. Pompeii obtrectatores etiam hoc in eo ludibriosum & tritum obseruasse; quod genuino quodam more caput digito vno scalpebat. io Catalectis Scaligeri legitur distichon hoc modo:

Fasciola qui crura ligas, digito caput vno
Scalpis, quid credas hunc sibi velle virum.

at ait Opsopœus aptius suppleri versum ex veteribus membranis sic, *Magnus quẽ metuunt omnes, digito caput, &c.* nam *fascia crus ligare*, esse potius *regnum & tyrannidem affectantis* quam *impudici & pathici* monuisse P. Pithœum; viderique ideo fuisse alterius in hunc ipsum Pompeium Epigrammatis. argute quidem; sed tamen *fasciam* in crure mollis signum, non operosum fuoe ostendere. ad regnum transtulit Fauonius, sed longe arcessita figura.

Ad exemplum Demosthenis reget] pluribus hæc illustrat ipse illustris Turnebus lib. 28. cap 22. Aduersar.

Vetus quidam Rhetor] Eras. & Pal. *Fetus.*

In quem Euctemon] Eras. *in quam Euct.* Pal. *quam Euct.* sine *in.*

An foratos esset] sic & Eras & Pal. at editio Curionis, ad marginem apponit, forte *orator.*

Et illam falsissimam] Pal *falsissimam.*

Alter quos reget non videt, alter quo reget non habet.] Pal. vtrobidem, *quod.* vi & Erasmiana editio.

Sententia imposuit] Eras & Pal *sententia nomẽ imposuit.*

Hoc quibusdam corruptum, &c.] Eras. *In quibusdam cor.* recte Pal. *Hoc quibusdam corraptum vid.*

CONTROVERSIA V.

In domo speciosum] sic & Erasm. & Epitome. at Pal. ille pr. *in domo spatiosa.*

Contentus est dabo populum, &c.] ita Pal. & Erasm. ac in Excerptis Pinciani erat, *Da puerum. Nemo est vno teste contentus, Da populo*; vnde ipse formabat, *Dabo puerum. Aliquis non est vno teste contentus Dabo populũ.* media lectio restat io Col. & Pal. quart. item sec. & tert. oisi quod exhibeat hic, *Nemo est vno: ille, quis non est.*

Tantum admissure nefas] Pal. & Erasmus amplius, *ea tantum adm.*

Nec cum matre illi, &c.] iidem, *ne cum matre illi, ne cum tutore queat conuenire.*

Hominem occidere possem, patrem non possem] iidem, *hominem occidere, sed patrem non possem.*

Bonos habeo testes] Eras. præmittit, *hominem occidere bonos habeo testes*, quomodo & Pal. nisi quod ipse *bonus.*

Sic ego nouercam percussissem?] delenda nota interrogatoria; quæ sensum euertit.

Nouercam ne sic quidem] ita & Eras. at Pal. eiicit vocem *ne*, habetque *quidam.*

Cm parcam? non habeo, &c.] Pal. & Eras. *tibi parcam, parricidium non habeo.*

Quam facile priuigno] iidem, *& quam.*

Quid? nolui te occidere? atqui, &c.] Eras *vi nolui te occidere, non habui potestatem. atqui*; nec secus Pal. præterquam quod prima voce, *hui, nolui te, &c.*

Contexis

Contexit defensioni) Pal. *defensione*.

Simul repulissent) Pal. interpretatur *postquam*.

Vo districta leui) Pal. *destricta*, vt & Erasmus.

Credas amatoris) producit isthæc Cuiacius lib. 6. cap. 5. Obseruat. qui adeatur.

Cum illic vulnerata ponatur) iidem, *vulnera tanta ponantur*.

Nihil esse puero teste certius) merito Seniani hanc sententiam reprehendi autumat Duatenus ad ff. item cod. tit. de testibus, quod quotidie experiamur quam sit lubricum testimonium pueri, quanta inconstantia, quanta inopia consilii. at Fornerius ad l. 204. de verb. signif. vt non iustum legitimi testimonii pondus assertioni pueri-li tribuerit, ita nec plane si quid apte de iis quæ sub eius ætatis sensum cadunt, dixerit, aspernandum putarit. nam & Iuuenal.

Maxima debetur puero reuerentia. si quid
Turpe paras, pueri ne tu contempseris annos.

Nihil est autem tuam a... Pal. *amabilius*.

Deridebat. Acre omnino & experrectum) Eras. *deridebat hanc in omne & exp.* ad oram, *in oratione*. Palat. *derid. hanc in omne & exp.*

Vtiq. catenarius. Paratus autem non erat equus) Eras. *vtiq. catenarius paratus. Erat autem non equus*, nec aliter Pal. nisi quod prius erat, *paratur*.

Sententias suas referebat, Pal. *sent. suas ref.*

Volunt & illa ad aliquod) Pal. & Eras. *volentes illa, &c.*

Luctari cum materie & longe arcessere) idem locutionis genus vsurpatum Petronio: *Non potui amplius quicquam gustare, sed conuersus ad eum, vt plurima exciperem, longe arcessere fabulas cœpi.* prodit Dousa ad Arbitrum lib. 1. cap. 16. Præcidan.

In hac controuersia Musa) vox *Musa* non videtur in Erasm. aut Pal.

Procuratore natiuo es) Eras. *procuratori*. Pal. *procurator*.

O digitum multa significantem) Pal. & Erasm. *digito multa significante*.

Sanguini suo non parcit) Pal. *pepercit*. Eras. *sanguino suo pepercit*.

. Aridus & exsuccus declamator) iidem duo, *aridus sed & vetus decl.*

Quis infestu nouerca) Eras. *qui infestus non*. Pal. *quod infestus non*.

CONTROVERSIA VI.

Permisit seruis, dominas suas rapere) sic & Pal. sec. tert. quart. Col. qui excerpta illa ostentant. at Pal. pr. & Eras. *perm. seruis vt dominus interemptis dominabus suis nubant*, quæ verba hercle barbariem sapiunt.

Qui manu tyrannum mutare) Pal. *maluit*.

Libertam cruciarius) Pal. *cracarius*, & ita tutius infra restat tamen lectio altera in Excerptis.

Cum detraxit abstinentia) Pal. *cui detr.*

Illis mutare nuptias contigit) sic & Erasmus. at malebat Pincianus, *Illis contigit mutare nuptias*. Pal. *Illis tamen mutare nuptias cōtigit*. forte; *Illis tandem mutare nuptias contigit*. nam Pinciani diuinationem euertunt verba seqq.

Quid de tyranno loquor?) Pal. *quæror?* recte.

Quam in statu in libertate) Pal. *in libertatem*: vt & postea, *in seruitutem*.

Aliquanto enim fuit satius. Pal. & Eras. *aliquando enim fuit Satius, &c.*

Seruus non stultus tergū) Pal. *Seruus noster stultus tergū*.

Si dicit se timuisse) Pal. & Eras. *si dixisset timuisse*.

Conseruala de cellula) Pal. *conserua*, quod malim.

Qui affinitatem tuam moratus est) Eras. *quia aff.* Palat. *qui aff. quam moratus est.*

Habeamus generum) Eras. & Pal. *Habebimus gen.*

Non quem ex censu deleamus) Pal. *excensum*. Erasmus, *extensum*.

Noua nupta deduceretur) citat Brissonius lib. 1. cap. 18. Select. Antiq.

Aperire iubet maiorū imagines) de iis Lipſ. lib. 1. El. c. 29.

In contubernium deducta seruo domina est) nempe inter seruos non *matrimonium* sed *contubernium* contrahi dicitur, vt scribit Paulus lib. 2. Sentent. cap. 20. neque aliter l. 14. §. seruiles. ff. de ritu nupt. l. 49. de manum. test. l. 35. ff. de Ædil. edict. & hinc *contubernales* seruorū vxores l. 12. §. contubernales. & l. 20. §. 1. ff. de instr. vel instr. leg. l. 41. §. codicillis. & §. concubinæ ff. de legat. 3. l. 31. ff. de statu lib. l. 41. § herede ff. de fideic. hered. l. 220. § sed & Papirius ff. de verb. sign. plura de hac re Brissonius lib. 3. de verb. sign. qui hæc scire; item Torrentius comm. in Suetonii Vespasianum cap. 3.

Inter nuptiales fescenninos) Eras. & Pal. *nuptias*.

Accusator. Male collocasti filiam, Pal. & Eras. *Accusor. Male, &c.*

Cum ad summam esset perducta rabiem) illud *esset*, non est in Pal.

Hac delectatus abstinuit nam quidam) Pal. *hac delectatus non quidam*, sine voce *abstinuit*.

In exilium ergo quid fugimus?) Eras. abest *In*; Pal. eius loco habet, *Vt exilium, &c.*

Quod habeo. Deinde fide factum liberti) Pal. *quod habeo dina illa fide inde factum lib.*

Albutius & Phaneus dixit neminem, &c.) sic & Erasm. neq. aliter citat P. Faber lib. 2. c. 3. Semestr. at quis iste *Phaneus*? nondum natum puto. restituo vestigiis Pall. *Albutius & philosophatus est. dixit neminem.* certissima emendatio. quamque confirmant verba sequentia. erat in Pal. *Albatius & phātus est. dixit.*

Neminem natum liberum esse, &c.) putat Faber respexisse ad illud Anaxandridæ:

Οὐκ ἔσι δούλων ὠγαθὲ οὐδαμοῦ πόλις,
Τύχη δὲ πάντα μεταφέρει τὰ σώματα. quod ab Athenæo refertur li. 6 Dipnosoph. &c. sed in recurrit mihi ad illum Fabrum, vti ad Ræuardum nostrum tit. ff. de regul. iur. lege 122.

Caius Sabinus) Pal. *Canius Sabinus*. an *Ganius*?

Non vitiaui, quia nemo) vox *quia*, est in Pal. tantum a manu secunda.

Et fueram, inquit, facere cui collocarem) forte, *Haud fuerat, inquit, facile cui collocarem.*

Apud hanc tutorem relicturam) Pal. *tutorem lecturum*, vt debeat reponi, *tutore relictuiram*.

Verbum hoc quasi amputante] ita & Pal. at Eras. *amputandi*, ad oram vero, *occupantis*. suspicor fuisse, *aucupanti*. vide me lib. 28. cap 7. Suspic.

Vsus est, cū diceret] Pal *vsus est Canius Sabinus, cū diceret.*

Fugitiuum, erronem, non esse] citat isthæc & seqq. Brissonius lib. 6. de Formulis, vt probet non de corporis tantum, sed de animi vitiis caueri solitum. videatur.

Ita, si malum auctorem habemus, gener noster non fugitiuus est] Erasmi editio. *si tum malum auctorem habemus, gener noster fugitiuus est*, vti & laudat d. lib. 6. Brissonius. at Pal. *Ita, si malū auctorem habemus, gener noster fugitiuus est*; cui lectioni sua Venus si animetur interrogatione. sed tamen primam scripturam nondum exsibilo.

Relegamus auctoritatis] id est emptionis, vt pluribus docet ad eam vocem Brissonius lib. 1. de verb. sign.

Furtis noxaq. solutus est] his verbis non vtique promittebant, eum nullam noxam commisisse, sed noxali iudicio subiectum non esse l. quid sit fugitiuus. § quod aiunt. ff de Ædil. edict. Enimuero cum redhibebatur seruus. *furtis noxisq. solutum*, non promittebat emptor, præterquam quod iussu eius fecisset, aut illius cui ipse cum alienasset. l. cum mihi. ff. eod. heres vero hominem generaliter dare damnatus, *furtis & noxis solutum esse* eum quem dabat, promittere debebat, cum ita dare deberet. vt eum habere liceret. l. si a substituto. §. heres ff. de legat. 2. Brissonius d. l. 6. addatur Fornerius comm. ad l. 174. de verb. sign.

Nunquid de generi tui, &c.] Eras. & Pal. præponunt; *Tum nunquid de. &c.*

Mentis sua fuerunt. Nepos Manilius] iidem ambo, *mentis sua fuerunt. Non fuerunt. Nepos Manilius.* prius tamen erat in Pal. *Manlius*.

Transite serui, transite liberti, empta cognatio] in Epitome est, *Conuenite serui, conuenite liberti, empta cognatio*. Restat tamen prius in Erasm & Pal. pr. Pincianus mallet legeremus, *inempta cognatio*; quod non satis video quid sibi velit. *empta cognatio* dici possunt serui & liberti, quia pretio nobis cesserunt.

Et cum illum. &c. iactatum subripuisset: Soror opto, &c.) Eras. *& tum illum, &c. iactatū, sed corrupit; soror opto, &c.* Pal. *& tum illum, &c. iactatum corripuit, sed soror opto, &c.*

Audio sit nasci tyrannos) Pal. & Eras. *habeo sic, &c.*

CONTROVERSIA VII.

Imperator renunciatus est) Pal. *enunciatus.*

Quam quod posset abscondi) vox *quod,* est in Pal. a manu secunda, nec requiri.

Iam comitem tacemus) Pal. *comites.*

Iterum velut inter patrem) Pal. *Iterum vobis inter vos patrem.*

Intelligere fecissetis, & tunc, &c. indicauerat) Eras. *indicauit.* Pal. *intelligeris fecisses & tunc, &c.*

Vt quemuis potius quam vos) vox *potius* abest Pal. forsan recte.

Admoneres. Proditionem cauete) Pal. *admonent, proditionem cauistis.*

Rem intelligito) Pal. & Eras. *reum.*

Nec filius loqui proditorem) Pal. *loqui pro proditorem.* forte *pro loqui proditorem.*

Et imperatoris nostri pater es, & aurum habes, & legatus non es) Eras. *cum imperatoris nostri pater esses? Aurum, &c.* vt pendeant a præcedentibus Pal. *& Imp. nostri pater esses: aurum habes; & legatus non esses,* superscriptum tamen primæ voci *cum.*

Vt filium pater spectem in cruce) Pal. *in crucem.*

Gratulabantur omnes repulso) Erasm. *Gratulabuntur.* Pal. *Gratalabamur.*

Et quæstionum numerum) Erasmus, *numeros,* vt & Pal. qui &, *quæstionem*

Et nolo cum filii) Eras. & Palat. *& nole, inquit, cum filii.*

Ferentem puderem repulsa) Pal. *pudore.*

Velim vna domo duos eligere) sic & adscriptum Palat. at in contextu, *domo ducem eligere;* quod fere malim. electio enim non est nisi vbi plures sunt.

Agitatum compertisse dixit) Eras. & Pal. *agitatur, re comp.* vnde fingebat Opsopœus, *agitatum se competisse.* sic paulo ante, *in hoc se competisse.*

Protenus percurrisse) iidem, *procurrisse.*

Itaq; præcurrit rogaturus) Pal. *pecencurri,* antique.

Castius illi, vocabat) Eras. *Castius hoc vocabat.* Pal. *hoc hoc vocabat.*

Et tu quoque?) Eras. & Pal. *tu autem quoque?*

Illos spectaculo arceret) Eras. & Pal. *urgeret.*

Et exoneraret verecundiam) Pal. *& ex eo narraret verecundiam.*

CONTROVERSIA IIX.

Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis captorem se negauit. Conuictus est illa optionem petit) sic & Epitome, nisi quod, *illa mortem petet.* at Eras. & Pal. pr. longe aliter, *Qui ducebatur raptor, negauit se rapuisse. Iudicio victus vult ducere. illa optionem petit.*

Quam semel licere optare) Eras. & Pal. excludunt illud *licere.* at de hac electione agit Fornerius ad l. 160. ff. de verb. signif.

Breuitate constringitur) Pal. *in breuitate constr.*

Supplicii faciem, carnificem, securim tamen, &c.) Erasmus & Pal. *supplicii causam, faciam carnificem, si nos tamen hoc semel liceret, meum est. exorata sum* extat tamen aliter ad orani editionis Curionis, nisi quod ibi, *securim, si eius tamen, &c.*

Repete visionem) Pal & Eras. *repete.*

Non consequitur ad illum) vox *ac* abest Pal.

Raptorem dimisisti) iidem duo, *Vitiatorem dim.*

Nox, vinum, error. quid irasceris puella?) hæc non habentur in Erasiani Pal. pr. seruant tamen alii decurtati, sed ordine alio, nempe: *non negare iam pudet? nox, vinum, error. quid irasceris puella?*

Nos nuptiis fecimus moram) Pal. *non nullus fecimus moram,* superscriptum *nullus,* dictio *nuptiis.*

Qua hominem posset occidere) Pal. *qua hominem non posset occ.*

Hic iam nihil negauit) sic & Pal. at amicus quidam meus tentat, *negabit.*

Metu, quod iudicii sua mouit clementiam. nobis clamabat, &c.) Eras. *metu quod iudices mouit clementia sua: nobis clamabat.* Pal. *metus quod iudicis sua clementiam nobis clamabat se innocentem etiam si quid putasset.* scribendum videtur, *metu, quod iudicis sua mouit clem. &c.*

Tu vero ne meruisti quidem mortem, illa infitiationem) Erasmianis abest dictio *ne.* at Pal. *Tu vero meruisti quidem mortem illa infitiatione.*

Causam haberes) Pal. *haber.*

An illa optio iusta fuerit) Pal. & Eras. *an illa interrogatio iusta fuerit.*

Non fuit, inquit, iusta) vox *iusta* non paret in Pal.

Etiam ita si negabat) sic & Eras. at Pal. *etiamsi negabat, & ita iusta fuit optio.*

Reuocare non potest, &c). Apuleius i Florid. *Tabella semel lecta nec augeri litera vna nec minui potest* & hoc quidem certe distat *sententia* ab *interlocutione,* quæ & corrigi & mutari potest. l. quod iussit. ff. de re iudic. & consistere ex non scripto. l. omnem cod. Theod. de appell. hæc Cuiacius Paratit. in lib. 7. Codicis tit. 44. quibus non absimilia ad hunc ipsum locum Langlæus Otii Semestr. libr. 6. cap. 5.

Sed semper optione rescindere) Pal *ratione.*

Optio est enim quæ legitime fit) recte. nam & *optio* siue *electio* aliarum rerum *actus legitimus,* auctore Papiniano l. actus legit. ff. de reg. iur. fit ergo *testatione interposita* (vt ex Labeonis quodam responso intelligimus l. apud Aufidium ff. de optio leg. & *immanente* vt plurimum, si non semper, ipso *Prætore:* quamobrem & mox idem Fuscus: *Si Prætor defuisset, numquid optionem vocaret?* hæc P. Faber lib. 2 Semestr. cap. 22. vbi huius rei plura.

Optionem vocaret?) Pal & Eras. *vocaret.*

Se non rapuisse apertius negabat) Palat. *sed non.* forsan recte.

Virum, inquit, inuenire) Eras. & Pal. *Vtrum.*

Quam rapuisti. timuit ne illi, quam non rapuerat, faceret iniuriam) Eras. & Pal. *quam rapuisti; alia mitto timuit, ne illi qui eam rapuerat, faceret iniuriam.*

Putat de capite agi) Eras. *putes.* Pal. *puta.*

Se velle ducere vxorem) Erasm. & Palat. *se non velle ducere vxorem.*

AD CONTROVERS. LIBRVM IIX.

CONTROVERSIA I.

Cum duobus liberis) Pal. sec. tert. quart. Col. *& duobus lib.* deficit hic iterum Pal. ille primus.

Faciam iudices in foro) sic mss. Pinciani: Col. Pal. sec. quart. *Facio iudicium in foro.* tert. *Facio iudices in foro.* Eras. *Faciant iudices in foro.*

Matrem meis prohibens) sic Erasm. at malim cum Pinc. libris & meis quart. *prohibeo.*

Non affuturus) sic coniiciebat Pincianus, nec aliter Pal. sec. nam Eras. & tert. ac Col. *effuturus* quart. *offensurus.* male, *affuturus* enim est *patrocinaturus.*

Nisi cum accusator erunt, sic Pinc. & mei. Erasmus; *vbi eam accusator eruit.*

Vise contra spem filio) ita Eras. & meorum tres. Pal sec. *circa spem,* vt & Pinciani. vnde diuinabat, *citra spem.*

Non fecit orba) sic Pinc. item fere mei, qui tamen amplius habent, *non fecit anus, non fecit orba;* quæ & in Pal. sec. & Eras. qui, *orbata.*

Iratus, inquit, Dius, sacrilegum) sic Erasmus. at Pal. tert. *Iratæ inquit sacril.* sine voc. *Diis.* sec ac quart. *Iratis, inquit, Dis.* Col. *Irata inquit Dis. sacril.* quod probo, nisi si forte retinendum, *inquis.* Pincianus ait scribendû ex vett. suis *Vel iratis, inquit, Dis Sacrilegum, &c.*

Incisus est et laqueus) vox *es* non est in tribus meorum, seruatque eius loco Pal. tert. *enim*

Tu putabas sacrilegam secreto) malim; *Ita tu putabas sacril. &c.* cum Pal. tert. nam sec. *Ita putabas te sacril.* quart. & Col. *Iam putabas te sacril.*

Si facti causam quæritis) mei quatt. & Erasmiani inter-

interficiunt; *Si sacrilegium fatetur, facti quaritis causam.*

CONTROVERSIA II.

Cum animus opera prospexit. Manus duxit ante sibi, quã operi Iouem fecit.] Pall. tres distinguunt, *eum animus opera prospexit, manus duxit. Ante sibi quam operi Iouem fecit;* non male.

Qui ne adorare quidem possit] de eo nos quædam in Suspicionibus, vt & illo quod sequitur, *nunc ne homines quidem rogare possunt.*

Ornare Deos quum vindicare] Pal. sec. *ordinare.*

CONTROVERSIA III.

Abduxit ancillam vxoris] sic codd. Pinc. & fere mei. Eras. *duxit.* Pal. quart. *adduxit.*

Sic hoc fieri potest] meorum tres; *si hoc fieri potest.* Pal. quart. *Si hoc fieri non potest.*

Obiecisti mihi vltimum nefas] Pal. quart. *Iecisti.* sec. ac tert. *Abiecisti.*

Morte piaui] legendum *expiaui,* cum Col. & Palat. quart. nam sec. *experiaui.*

CONTROVERSIA IV.

Homicida insepultus] Pal sec. & quart. item a secunda manu Col *Homicida in se insepultus.* nec displicet.

Non perdideras sepulturam] inepta lectio. scripserim cũ Pinciano & Pal. tert. *Curti. perdideras sep.* nam & Pal. sec. & quart. & mss. Pinc. *Cur perdid.* Col. *Cur in perdider.* de *Curtio* qui viuus in hiatum illum insiliit, satis notum est.

Naufragos idem fluctus qui expulit sepelit.] ita quidem Erasmus. at vox *sepelit.* in nullo est meorum. forte, *Naufragis idem fluctus qui expulit.* vt subintelligatur quod præcessit, *sepulturam dedit:* sed hoc coactum nimis. videturq; nocuisse similitudo literarum. est in sec. *Naufrago idem fluctus qui expulit.* quart. ac Col. *Naufragorum idem fluctus, &c.*

Qui viui vruntur, pana funerat] probat hoc loco P. Faber lib. 2. cap. 7. Semestr. etiam stante Republ. in vsu fuisse viui cremationem.

Huic irasceris? Pro quo irasceris?] omnino distinguendum; *Huic irasceris, pro quo irasceris.*

Dedit, quam quod a Persena libertatem, manus sua vltione defendit, nec aliud quam vilitas sui] sic & Eras. at Palat. tert. *quam quod contra Persenam libert.* Pal. sec. *dederat & capto, circa Persennam regem libertatem reliquit, quam vilitas sui.* quart. *dedit etiam capto contra personam legem libertatem reliquit quam vilitas sui.* Col. *dedit, quam quod contra Persennam ciuitatis libertatem reliquit; nec aliud quam vilitas* (al. *vilitas sui.* omnino restituerim, *Non aliud Sceuola Mutio cognomen dedit, &, iam capto circa Persenam, libertatem reliquit, quam vilitas sui.*

Codrum ceteris Imp. dedit exemplum] sic & Palat. tert at sec. interponit, *Codrũ illud ceteris* Eras vt & Col. & quart. *Codrus ceteris Imp. exempl.* at quædam Pinciani; *Codrum illum cet. Imp edidit exemplum,* quod valde probo.

In præcipitem lacum] sic Eras. at mei omnes. *locum.* Nicotius diomabat, *præcipitem in lacum.*

In quem nescio: scelus cogitat] sic & Pal. sec. ac tert. sed enim adduot quart. ac Col. item aliquot Pinc. codd. *In quem, nescio: quod solum scio, scelus cogitat.*

CONTROVERSIA V.

Petit pro præmio ad patrem, &c.] mei quatt. *Petit præmio ad patrem, &c.*

Si mereor præmium, patri date] iidem, *præmium, mihi date:* recte.

Putas nihil inter te & patrem] meorum tres, & Erasm. *cum putas inter te.* Pal. tert. *cum pateat inter te, &c.*

Post similia opera, &c] sic & Pal. tert at sec. *Postea in similia opera* quart. *positam similia opera.* Col. *Post tam similia opera.*

Timeo, inquit, ne me] sic & Pal. tert. at reliquis abest vox *inquit;* & facile intelligitur.

Tu fregisti bellum] sic & Pinc & mei, nisi quod Pal. sec. *At fregisti bellum* Eras *Tu fecisti.*

Quanta exhortatio] Pal sec. & tert. *adhortatio.*

In paternam domum venire? Turpe, &c.] sic & Erasm. & Pal. tert. at Pinc. mss. vt & reliqui mei; *venire sine tuo præmio. Turpe, &c.* quod reuocandum est.

Nisi a patre coacto non recipi] ita & Pal. quart. at reliqui duo excludunt vocem *non,* vt & Pal. sec. in quo, *nisi a patre coactum recipi,* quod non ita malum, si animaret ui interrogatione.

Efficis vt possim abdicari] sic mei, nisi quod Pal. quart. *efficit vt possit.* Pincianus scribit ex suis, *efficis vt possit abd.*

CONTROVERSIA VI.

Rapta raptoris aut mortem] mei omnes & Eras. *Vitiata vitiatoris aut, &c.*

Adducatur ad magistratus] sic & Col. nam sec. *Educatur,* vt & tert. qui tamen, *magistratũ.* quart. *Ducatur, &c.*

Non fleus, tunc enim licuit negare] sic & Erasm. Col Pal. tert. quart at sec. *Tunc fleus; non enim licuit negare.*

Inter naufragium quide] vox *quidem,* in nullo est meorum, neque desideratur.

Et tantum fulminibus dies redditur] Pal. sec. & tert. *redditus.*

Inter terram & cælum] sic & mei & Erasmi; quidam Pinc. *inter mare terramq;,* inepte.

Matrimonii celeritatem] rescribendum cum cusis aliis & mss. meis *celebritatem,* vti & citat Fornerius ad l. 34. ff. de verb. sign. qui videatur, si scire libet clancularias nuptias suspicione laborare. illud *celeritatem* primum, puto, manauit a Cælii Curionis editione.

Ibi fecit nuptias] sic solum Pal. tert. reliqui *facit,* quod malim.

Et repugnantis animi vultus index] sic & mei, nisi quod pleriq; *index.* Nicotius non infeliciter conciciebar, *& rep. animi mutus index.*

Sicut ille qui supra cinerem] Pal *Sic ille qui, &c.*

Verecunda execratio est] Pal tert. *execratio.*

Et quod prius feci] bene mei, *& quod prius etiam feci.*

Quid enim mihi superest] vox *mihi,* abest Pinc. membranaceis, vt & Col Pal. sec. ac quart. at tert. & Eras. eiiciũt *enim,* retinentque illud *mihi.*

Quid dum fleret, faceret?] melius *fecerit,* vti habent mei, præter Pal. tert.

Desiderare quas non habet] vox *non* exulat Pinc. libris & meis; iure.

AD CONTROVERS. LIBRVM IX.

PRAEFATIO.

Quibus aduocetur memoria] Pal. ille primus, *vocetur.*

Cupit enim se approbare] Pal. *approbari.*

Respondent illis] Pal. *respondeant,* vt & supra *fingant,* non *fingunt.*

Nemo ex industria obloquitur] Pal. *alloquitur,* quod exentiant docti.

Nec ante potuisse confirmari] Pal. *negantem potuisse confirmari.*

Tectum ne parietes desiderantem] vox *tectum* abest Erasmi, vt & Pal. qui habet, *ac parientem desider. &c.*

Delicate nutriuntur] Erasmus & Palat. *delicata construuntur.*

Illi ad quod exercet] iidem, *illi quod exerceant.*

Gladiatores grauioribus armis discunt] idem vsitatum in militibus, vt prodit libro 1. capite 12. Vegetius. videatur P. Faber libro 2. cap. 11. Lipsius lib. 1. Satur. Serm. cap. 15.

Luctantes binos simul] Palatinus, *Luctatbenus binos simul.*

Vt leuetur quod decernimus In scholasticis, &c] Erasm. *vt leuetur. Quod cernimus in scholasticis, &c.* Pal. *vt leuetur quod cernimus in scholast.*

Hic ex vulia dicentis] vox *hic,* abest Pal.

CONTROVERSIA I.

Cimon filius eius] Pal. *Timon.*

Callias sordide diues natus] scribendom cum scriptis

Kkkkk 2

Er[illegible] ateo mutato dictionum ordine; *Callias dimes. in dulcem mus*

Nihil, neque filio] Pal. & Eras. *filia.*

Ferrum a lege] iidem, *ex lege.*

Heredi suo relinquit] iidem, *reliquit.*

Ne feliciter quidem] iidem *nec licuit, qua licuit quidem.*

Vnus Miltiadis censu] Eras. *Vnius.* Pal. *Vnus Miltiades census.*

Nuptias poteram, ne dum in Callia: nec verebar ne] iidem duo, *nupt. poteram, in Callimacho, nec verebar ne.*

Montanus. Beneficium reddam. cum tam honestum desiderares quam dedisti Ego &c.] Eras. *Montani. Faciat, dicat, non accepi beneficium, aliter reddidit: certius reddam cum tam honeste desiderarit &c.* neque aliter Pal. preterquam quod statim initio habeat, *Faciam dicat;* quid non malum. verum de medicina horum locorum videtint alii. nam ego nunc imitor Canes qui Nilum.

Nisi liber sum] Pal. & Eras. *nisi libertum.*

Sed vtinam tantum aduersus bonos] Palat. *Sed vtrum tantum*

Maior iniuria est si nunc manus, &c.] Pal *maiorum iniuria est si nunc, &c* Erasm. item isthæc prioribus annectit, habetque *bonos malorum iniuria esset. Si nunc manus, &c.*

Quam fuit beneficium quo tunc soluta sunt] Eras. & Pal. *Quantum fuit beneficium quod tunc,* &c.

Nullo mihi felicior] iidem, *Nullius mihi, &c.*

Qui non tam gloriæ] iidem, *cuius non, &c.*

Si adulterum solum occidero] iidem *dimitterem.*

Quid faciam? non occidā] iidem. *Quid faciam? occidam?*

Magnum vterque beneficium, dum damus, accepimus] iidem, *Vterq; magnum beneficium dedistis. tantumdem autem, recepistis.*

Tu q Cimone] Pinc. post hæc, eruit ex vno ms *Sed recepimus. ego e carcere liberatus a te, in ab adultera filia per me.*

Ab eodem dimitti] illi iidem, *mitti.*

Quod quantum sit] Pal. *esset.*

Quas alligare potuit] Pal. *quas all. non potuit.*

In quodam ipsum impenderem] Eras. & Pal. *impenderam,* quod placet.

Habe filiam sine Cimone] verba ista & sequentia, vsque ad illa, *quam quod pro Miltiade, &c.* absunt Pal. Eras. edidit, *Habeas Calliam sine Cimone.*

An quisquis gratiam non retulit] Palat. *An non quisquis, &c.*

Brutidius illas prætereo] Pal. *Brutedius vellit illas prætereo.*

Hoc loco commemorauit illos patres qui filias vitiatas] Excerpta mea hic habent; *Huic Virgineos & quicumque vitiatas filias, &c.* vti & diuinabat Pincianus scriptu *Huic virginis has & quæ.*

Nam & me tu non rogantem] Erasm. *tum non rog.* Pal. *tamen non rog.*

Hanc sic tractauit Arellius] Pal. & Eras. *sic putauit Arellius,* sine voce *Hanc.*

Sine detrimento sensus] iidem, *detrimentis.*

A Thucydide vincatur] Pal. *vincetur.*

Ego non expectaueram dum rogarer] Pal. *spectaueram.*

Nactum eum occasionem non intermisisse] Pal. & Erasm. *nec eam occasionem intermisisse.*

Hybreas dixit] absunt illa Eras. & Pal.

CONTROVERSIA II.

Flamminius Prætor] Pal. primus habet *Flaminius proconsul,* vt & Pinciani codd. sec. *Prætore.* quart. ac Col. *Flaminius Prætor Romanus.* tert. *Flaminius Prætor populi.* porro Pal. meus pr. ille & Erasmus semper habent *Flaminius,* non *Flamminius.*

Decollari hominem] ita vocatur capitis amputatio Latinæ linguæ auctoribus, iterum lib 5. Controu. & in Ludo de Morte Claudii, item lib 3. de Ira cap 18. Paulo lib. 5. Sentent tit. 17. inuenitur & apud Tranquillum. Brissonius lib. 4. de verborum signif. P. Faber libro 1. capite 4. Semestr.

Vxorem a porta dimisit] vxorem non comitatā maritum cui prouincia obuenerat, locus iste, & seqq. indicant. nec in crebro vsu etiam temporibus Augusti, vt ex Suetonii verbis apparet cap. 24: *Disciplinam seuerissime rexit, ne legatorum quidem cuiquam, nisi grauate, hibernisq; demum mensibus, permisit vxorem intervisere.* sed irrepsit & Germanico Agrippina in prouinciis comes, ipsi Augusto Liuia hæc fere Lipsius ad lib. 3. Annal Taciti, vbi etiam, *ne quem magistratum, cui prouincia obuenisset, vxor comitaretur.*

Non obiicio luxuriam] Pal. & Eras non habebant *Non,* vt nec mox. nam Eras. *obiicio lenocinium, obiicio histrionicam, iocos mimicos, in conuiuio nihil aliud,* vti & fere excepta: at Pal. pr. *obiicio histrionum iocos annuos reuixerunt in conuiuio, &c.*

Meretricem non submouisse] nempe obseruabatur lictoribus, vt *submouerent* personas infames, puta lenones, meretrices id genus. credo ne occursu, vt proprie dicam obsceno, maiestas popoli principis contaminaretur. Lipsius lib. 1. Elect cap. 23. citat & Turnebus lib. 15. cap. 10. Brissonius lib 2. de Formulis.

Optemus meretrici bonam mentem] veteres optabant *bonam mentem* quibus Deos infestos credebant, vt apud Liuium lib 39 Terentium Adelph. Act. 3. Sc. 3. & ibi Donatus. Brissonius lib. 1 de Formul.

Dedimus tibi legatum, dedimus quæstorem] de hoc & P. Faber ad l 70. ff de reg. iur. qui consulatur.

Spectam in conuiuio scobem] Pal. *scrobem.*

Et victima crudelitatis ante mensam] sic & Palat. pr. at Epitome alio politu, *& ante mensam Deorq; crudelitatis victima trucidatur,* vbi malebat Pinc. ex suis, *crudelitas,* vt esset exclamatio parenthesi inclusa. idem citat, *victima agnoscitur,* quod est in meorum nullo.

Meretrix prætori, prætor prouinciæ] Pal. pr. *sed meretrix prætori, &c.*

Prætorem beneficium dimitti] Pal & Eras *beneficio.*

Ad præbendas ceruices immotum] iidem, *ceru. in iocum.*

Ciuis Romanus occisus est] Pal. *esset.*

Nullo solenni die, &c] producit hunc locum P. Faber lib. 1. cap. 6. Semest. quo inducitur vt putet Prætores olim *solennibus diebus* conuiuium habuisse in foro.

Adhibentur deinde legitima verba] laudat ista Brissonius lib 5. de Form. vt ostendat, fuisse etiam *legitima suppliciorum verba.*

Canitur ex altera parte classicum] de eo dictum ad cap. 10. lib 1. de ira.

Dissimilis exitus initio adest] Pal. *abest,* adscriptumque alias, *habet.*

Accusauit te quis? Iudicauerunt] Pal. & Erasm. interponunt, *quis? populus Romanus Iud.*

Nihil se gratiæ, nihil precibus dare] plane *iuratos Iudices* sententiam dixisse vel vnius Ciceronis pro Cluentio testimonio satis liquet. eiusque iurisiurandi certa verba fuisse, idem lib. 2. de Inuent. indicat, item lib. 2. de finibus. vide Brissonium lib. 5. de Form.

In sinu meretricio iacet] Palatinus, *in sinum meretricium iacet.*

Cuius osculo nemo se subtrahit] Pal *eius osculo.*

Non tamen in conuiuio occiderat] Pal. *occiderit.*

Procos. vindicari] ita & Pal. at Eras. *proles vindicari.*

Maiestatis læsæ. Reus enim quod tueri] Pal. & Eras *maiestatis læsæ reus. Vnum enim quod, &c.* Pal. præterea superscriptum habet, *Vnusquisq; enim.*

Si hac lege nō teneri] Pal. *ineri.* vt iudicia certa lege constituerentur pluribus prodit Brissonius lib. 5. de Formulis.

Puta amicam habet proconsul] meus Pal. *Procos.* vt fere suspicer vbique hac Controuersia pro *Prætor,* restituendum *Proconsul.*

Quod amplius dico] Pal *quod amplius est dico;* nec male.

Tribunal conscenderit conuiuali veste] Pal. meus hic & supra semper, *conuiuali* quod ad rem attinet, locum istum laudat P. Faber lib 2. cap 10 | vt ostendat diuersam *vestem conuiualem* a forensi. videatur & lib. 1. cap. 15. eiusdem conscriptionis.

Et iuris & apparatus est] Palatinus, *iur,* cum linea quæ tegat desuper literam r. aut certe cum eadem virgula, *iur.*

Aliter quam populus Romanus] Erasm. præmittit, *non aliter.* Pal. *si clauderet ea aliter quam illa populus Romanus.* laudo

laudo fere quod præferunt Epitomæ, *sic audiuntur tanquam pop. Rom. dederit.*

Imp. fœdus percussit] Pal. *percusserit.* probo.

Vicetur populum Romanum percussisse] decurtati mei & Pal. pr. *ved. populus pere Romanus*; nec male.

Et continetur inuito fœdere] Excerpta quatt. non habent illud *inuito*, habetque eius vicem Pal. pr. *indigno.*

Nec opinioni eius imputatur si quid fecit non pop. Romano] Eras. & Pal. *nec opinioni eius imputatur, si quid fecit populus Romanus.*

Non tamen si quid in aliquo est mali] Pal & Eras. *non tamen si item aliquo imitatum est malis.*

Alio quid licent] interpretatur isthæc egregie P. Faber ad l. 144. ff. de reg. iur. quæ hercle hic omnia libens transcriberem, nisi plura essent, & currentia præla me etiam exercerent ad cursuram & saltum.

Non speramus vt Flamininus Index probet, &c.] Pal. *non spe. vt illam tuuet ac probet, sed vt dimittatur, sed sic agere debemus, &c.*

Itaque negabat] Pal & Eras. *Item negabat.*

Senecio dixit bonum se] Pal. & Eras. *Senecionis. esse bonum se.*

In Lucullo auaritiam] bene supplent decurtati; *in Lucullo luxuriam, in multis auaritiam.*

Ne excutiatis quomodo vna nocte] Erasmus præmittit, *diligentiam excutiatis quomodo, &c.* Pal *diligentiam ne excut.* placet, *diligentius ne excutiatis, &c.* quod libro illi superscriptum.

Proconsule perire damnato] Eras. *pratori perire dam.* Pal. *Procons. perire damn.*

Alios fuisse Pratores] Pal. *al. fuisse Procons.*

Ergo iratus quod] Pal. & Erasm. annectit prioribus, hac forma, *mulier, ergo nunquam iratus quod.*

Quid damnatus. vbi in pratorio. quo tempore] Eras. *quia damnatus sub pratorio fuerat. Quo tempore?* Pal. *qui damna: in sub pratorio fuerat: quo tempore: esse enim nullum tempus, &c.*

Indemnatus, aut damnatus viueret] Eras. & Pal. *vt occid. aut indemnatus viueret.*

Despclin. meretrix] Eras. & Pal. *Sylo Pompeius dixit, Despolia, &c.* nec minus tamen idem nomen repetit ialca.

Tibi dicitur Flaminine] Pal. & Eras. *Flamini.*

Interdiu age] scilicet, de fontibus non sumebatur *supplicium nocte*, vt tota hæc passim docet Controuersia. videatur & Seneca lib. 3. de Ira cap. 18 & 19.

Nec vlli alii contigisse scio, quam apud Græcos, &c.) Eras. *nec Iulio, nec alii contigisse scio, quam, &c.* quomodo & Pal. nisi quod ille meius; *contig. scio quam*. Lipsius ad Dialog. de caussis corr. eloq. emendabat, *nec Vibio nec alii contigisse scio quam, &c.* apud quem, de *Niceto* qui sequitur, plura videre est.

Vt discipuli non audiri] Eras. *vt n discipulis non aud.* Pal. *vt discipulus non aud.*

Pro discipulo auditor] Palatinus meus appingit margini illud Iuuenalis, *Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam.* apposite

Inter lectos & iocos] sic & Pal. & Eras. quidā tamen amicus *focos.*

Sed non nimis bonam] Pal. *Sed non minus bonam.* Eras. *sed minus bonam*, sine non

Nisi si vt omnia spectaret] Eras. *expectaret.* Pal. *nisi si & omnia expect.*

Prætor ad occidendum] Pal. hic & infra rursum, *PR. ad occidendum.*

Licinius de oratoribus] Pal. *Libius.* Eras. *Vibius*, quod & probare videtur Pincianus.

Minima spes est] Pal *species est.*

Sed plus etiam corporis] Eras. *& plus.* Pal. *& plus otium corporis.*

Prætorem nostrum in illo ferali] Pal. *Prēm nostrum.*

Et illud tetracolon] Pal & Eras *tetracolo.*

Non curamus vt sensus] Pal. *an sensus.*

Quod Senianus dixit] sic & Eras & Pal. at P. Faber lib. 2. c. 9 Semestr. citat *Senianus*, qui addit nescire se cur illud *Nocte non debere sumi supplicium*, quamobrem *sui generis insaniam habere* dixerit Seneca. nempe putarim spectari illam *insaniam* ad istud, *nūc demum ne victimo quidem occiduntur.* vt scit Seneca dum membrum illud premit, *nocturnum sumptum supplicium*, dixisse, *tum tarde ne victimas quidem occidi*; quæ verba sane declamatoriam resipiunt insaniam.

Cum nunc demum ne victimo] illud *ne*, abest Pal. & Eras.

Glycon dixit] idem; *Sic Glycon dixit.*

CONTROVERSIA III.

Per vim metumque gesta] Eras. *Per vim veq. gesta.* Pal. pr. *per vim vtique gesta.* alterum tamen seruant Excerpta.

Legibus rata sint] Pal. pr. & Eras. *legibus facta sint.* decurtati mei & Pinc. *legibus facta, rata sint.*

Reddit illi duos] sic & Epitome at Pal. pr. & Eras. *redd. illi suos filios*; vt forte fuerit, *reddit illi suos.*

Vt cum alienis diuidamus] ita & ad oram Pal. illius pr. at in contextu, *cum alternis.*

Si alterum non abstulerit] Pal. *abstulerim.*

Grauis mundia est] sic & supernotatum Pal. at prius, *inde via est.*

Imputa quantum vis pro alimentis] de eo eleganter Cuiacius lib. 16. c. 34. Obseruat.

Dum ne minus reddas] vox *ne* abest Eras. at Pal. & altera, habetque, *minus reddam.*

Maiores nostri viderunt] Pal. a manu prima, *inciderunt.*

Non cum educatore] idem *non pro ed.*

Vel punctis eunt, vel negant] Pal. & Eras. *vel pacti essent vel negati.*

Quæ te patrem fecit? sine herede manere me, qui paulo, &c.] idem, *quæ te patrē fecit sine herede barere qui paulo.*

Succumbendum est. mihi erat necesse] Eras. *succumpendum est mihi, cum esset necesse*; quomodo & Pal. nisi quod repetat iterum *mihi* scribatque a manu prima, hoc pacto, *cum autem necesse mihi.*

Damnum habere nisi hanc emero] explicat hæc Cuiacius lib. 23. cap. 32. Emendat. item Ræuardus ad l. 116. §. 1. ff. de reg. iur.

Tibi necesse? quare? primum etiamnum carere poteras. deinde & alia vin] Pal. & Eras. *tibi necesse carere; primum etiam non poteras, deinde, &c.*

Morbidum sine herede esse] Pal. *orbum sine, &c.*

Non est quod dicas, quis, &c.) Pal. & Eras. addunt, *Non est quod dicas alium quis, &c.*

Detorqueri ab illo toties] Pal. *potiens.*

Certissimus est] Eras. & Pal *certissimum tuus est.*

Nisi Cestii cinerem] ita Eras. & Pal. at Cælii editio omne apposuit, forte rectius, *nisi Argentarii cinerem.* ridicule profecto.

Qui Hermenemmatu docerit] Pal. *Qui Ermeneū acta doc.*

Mecænas dixit] ita & Pal. pr. sec. tert. nam aliis hæc desunt. at Pinc. codd. *Nermas dixit.*

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν φαίης ποτέροισι] Pal. tert. expressit versum Græcum; sed characteres fere ignorabiles sunt, magisque accedunt ad illud, *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη* scribuntur enim sic; *Tyas vinock ans yocnot c. p. ciryp us. o. iy.*

Male & κακῶς] Eras. *male vocit.* Pal. Græca non habet, aut etiam vacuum. sed nihil mutandum; nam cum & Græce & Latine vno eodemque declamasset die, egregie argute bilingui respondet sermone Cassius.

CONTROVERSIA IV.

Rem esse fit casi patris] ista verba non habentur in Eras. aut Pal. pr. sec. quart. Col. habet solum tert. præmittitque, *Ac rem sic.*

Quod manum illius vsus sum] Eras. *quod munus illius sunt.* Pal. *quod munus illius sunt*, superscriptumque voci postremæ, *al. vsum.*

Præciduntur tyrannicida manus. patri præcidito, ne vindicem.] Pal *procisa tyrannicida manus. arcipregita. ne vindicem*; superpictumque illi g in *arcipregita*, litera d.

Necesse fuit patrem cadere) Pal. *caderet.*

Pater interficit. pater te ferit] Eras. & Pal. *Pater te interficit. pater ferit.*

Ipsas cadaueris manus in me ingessisti] sic quidem & Eras. at Pal. *ipsas cad. manus: manus in me ingessi.* quod vltimum placet. laborant tamen præcedentia; quæ facile constituerem nisi festinarem.

Ita mihi superstite filio mori liceat) religiosissimum parentum fuisse iusiurandum, vt *superstites filios* relinquerent, testis etiam Terentiana Sostrata Heauton. Actu 5. Sc. 4. sic hac infra Controu. *Ita mihi libero & viuere contingat, & mori. ita oculos meos filii manus operiant*. Brissonius libro 8. de Formulis. multa & ego libro 4. cap. 1. Suspic.

Pereant, inquis, potius. qui sunt, &c.] Eras. & Pal. *potius quam sint, &c.*

Pepercisset, si vnicus fuisset] Pal. *pepercit; sed si vnicus fuisset*. superscriptumque dictioni vltimæ, *non pepercisset*.

Defendit quamuis nocentem] Pal. & Eras. *Defendit enim quamuis noc.*

At mehercules frater] Pal. *vt debere*.

Quisquis cadendus erat, isti tradebatur] Erasm. & Pal. *quisq cad. erat, quamuis quisquis isti tradebatur.*

Itane apud vos tantum crudeles] Pal. & Eras. *quia apud vos, &c.*

Multa quamuis non excipiantur intelliguntur] digitum intendit ad ista Fornerius ad l. 6. §. 1. ff. de verb. sign.

Quid legis interest excipere] Pal. *quamuis legis, &c.*

Si officiose quis cecidit patrem] Pal. *Si quis quo non cecidit patrem.*

Intellexit non posse, cogi a tyranno] Pal. *intellexi.*

Item an illo iam tempore] Pal. *id est, an illo tunc tempore*, quod amplector, etsi non valde pugno de illo *tunc*, cum id vel interpretamentum videatur, *illo tempore*, aut illa verba huius, *tunc.*

Inuitum, inquit, nemo me vindicaret] Pal. *Inuite, inquit, me non vindicauit, si quolibet, &c.*

Pœna maior est eius qui cecidit, ius idem eius qui cæsus est] Pal. tantum exhibet, *pœna maior est eius qui cæsus est.*

Et in illa quæstione Latronis] Pal. *Et illi quæstionis Latronis.*

Sed patri dignus parricidio) Pal. *sed etiā ipsi parricidio, &c.*

Descripsisses cicatrices patris] Pal. & Eras. *descr. cicatr. pulsati patris*, non male.

Et forma est adhuc faciei] annotatum est ad Pal. alias legi. *Hac forma.*

Ego me filii mei manibus cecidi] Erasm. *manu*. Palatinus, *manum.*

Quantum tibi se putes deb. ref. Eras. & Pal. non *tibi* sed *sibi*, vt & mox infra, *debere sibi iudice*, non, *tibi.*

Quanto melius frater tuus periorit] iidem, *quanto melius frater tuus beneficio perierit.*

Latinum Calumniam testem] Pal. *Calumnia.*

Occisum Flamam] Pal. *Flammam*

Et silentium fecit] Pal. *& silentium manu fecit*, non inepte.

Sed bene precati a Cæsare petebant] Pal. & Eras. *sed bene interpretati*; alterum erat in Excerptis Pinciani, nisi quod illa postea *Cæsarem*; qui tamen malebat, *sed bene precati Cæsari, petebant*, quod non omnino reprehenderim: nam & sic decurtati mei, nisi quod Pal. tamen tert. habet *interpretati*, omissa voce *Cæsari*. Col. *sed bene pietati Cæsari. interpretati* videtur reuocandum, mihi certe; vt peteret scilicet hominem in eo magistratu & exercitatum probe & versatum, quod non videbatur iterato gesturus fuisse, nisi bene prius administrasset.

Non sum iturus cum mattea] ita & scribitur in Palat. meo. suspicabar olim rescribendum fere, *cum matula*, de quo videas, cui tanti sum, lib. 12. cap. 12. Suspic.

Postulaturus vt diariam acceperit] sic & Eras. & Pal. sed vltimus id videtur habere a manu secunda. prius fuerat, *diaria*, quod placet Lipsio lib. 1. cap. 8. lib 2. cap. 15. Elect. vt intelligat *diurnum seruorum cibum*. Martialis:

Sed Lupus vsuram, puerique diaria poscunt.

Et cum dixisset, Seianianos locupletes] Pal. & Eras. *Seianianos, locupl.*

Vt in lautumias] sic in Pinc. mss. & excerptis meis. nam Pal. pr. *vt lautumias*. at Eras. *latumias* perperā: nā locus Sabini alterum propugnat. vult enim *lautumia* nomen tale videri, vt & tam alludat ad *rem lautam*, quam ad *carcerē*. atque ea forma verbum istud legi in vett. Senecæ mss. tradit lib. 6. c. 7. Obser. Cuiacius Sunt autem *lautumiæ* Asconio tertio in Verrem, lapidibus cæsis excīsa loca, in quæ noxii damnari solebant. l. 9. ff. ex quibus caus. maior. l. 1. in fine. ff. de alea lusu. huiusmodi erant lapidicinæ Syracusis in Sicilia. Brissonius lib. 10. de verb. sign. cui addatur Lud. Cælius lib. 17. c. 9. Lect. Antiq. Turnebus lib. 22. cap. 17. Aduersar. Scaliger notis ad Elegiam de obitu Mæcenatis, item Castigationibus in Festum, vbi bene prodit *Lautumias* pro *Laotomias* poni, sicuti & *Laudicea* pro *Laodicea*, *Laumento* pro *Laomedonte*, *Laucon* pro *Laocoonte*. de his & Baptista Pius Comment. ad lib. 1. Epist. Sidonii.

Nomen ipsum Lautumia] Eras. *latumia*. Pal. *Lautuma*. restat tamen hic *lautumia* in Pal. sec. tert. Col.

Minime lauta res est] ita Eras. neque aliter laudat Turnebus. at Cuiacius citat; *Ne nunc quenquam vestrum decipiat nomen Lautumia, illa animo meo lauta res est*; & addit: *lautumia* nomen ambiguum esse significat, pro carcere an pro re lauta siue lautitia sumatur: quam ego tamen lectionē non facile admiserim, etsi ita quoque restet in Epitome. id enim velle videtur Sabinus; etsi transferri petam in lautumias, non est quod ideo rem aliquam lautam imaginemini, non. sed vbi iis locorum libentius fuero quam vbi a parricidis necesse mendicare panem. Pincianus reponebat in Declamat; *Idem etiam cum reus rogaret, vt in lautumias transferretur: Ne nunc, inquit, quenquam vestrum decipiat nomen. Lautumia illa minime lauta res est*; ita, inquam, Pincianus reponebat in illis Excerptis ex Controuersiorum vt scribit libris; nam decurtati eius, seu Declamationes, habebant, *Idem etiam cum reus rogaret, &c. decipiat nomen ipsum lautumia; illa animo meo lauta res est*; nec aliter erat in Pal. meo sec. tert. Col. nam hæc deerant quarto. verum hæc omnia male; debetque Epitome emendari a Controuersiis, non contra; haud tamen abnuerim recipere; *nomen ipsum. Lautumia illa minime lauta res est*, vti exstat in Palat. illo meo integro.

Sed initum esse tyrannicida consilium] Pal. & Eras. *sed initum esse tyr. &c.*

Iam tum factum esset tyrannicidium] Pal. *Quantum factum ess. &c.*

Nam si me tantum spectassem] Pal. *exspectassem.*

CONTROVERSIA V.

Quærenti patri per præconem] de *præconibus* bis abunde lib. 1. Aduers. Subsec. cap. 2. Petrus Pithœus.

Hominem liberum sinu meo rapuit] Pal. & Eras. *e sinu meo rapuit.*

Habui filiam. quamuis vnus iste filius superfit, secundam] habet pro his Pal. meus, *habeat filium quemuis: iste vnum filium habeat, mater habeat secundum.*

Omnes illius miserabantur] Palat. *omnis illi miserabantur.*

Ne non admittare cum veneris?] Pal. & Eras. *ne admittaris cum ven.*

Quem quæris non perdidisti] iidem, *quæris quem non perdidisti.*

Raptor ille & impotens] copula *&*, abest Pal.

In domo aut a patre quæritur] Eras. pro his habet, *indicari a patre quæritur*. Pal. *indicari a patris quæritur.*

Præconi quoque omnia] Eras. & Pal. excluserunt voculam *quoque.*

Fieri vim quæ facta dicitur] Pal. abest dictio *quæ.*

Quam cum patre filii nomine] Pal. *quam pro patre*, vt & Eras.

Si nepotem, &c.] Pal. non habet vocem *si*, & postea seruat *feriat* pro *ferret*, item *me*. pro *num*; denique, *aget*, pro *ageret.*

Damnari illum ab hoc] Eras. & Pal. *ob hoc*; notarum tamen & in Pal. alterum.

Languente vero puero] Eras. & Pal *lang. vero genero.*

Suas vero professas inimicitias] de hoc loco Ræuardus ad l. 19. §. solet ff. de reg. iur.

Medicis vero suasisse] Erasm. *medico vero suas. ne venirent, & pu.* Pal. *medico vero suas. ne venirct & puerum confunderet.*

Et tantum non tabellis signatis denunciare] colligit ex hoc loco P. Faber lib. 2. Semestr. cap. 24. *solennes* ac legitimas *denuntiationes* olim in scripta redigi & *tabellis* plerumque *obsignari* consueuisse; quem vide.

Potius

Potius quam illius periculo fiat) Nicotius diuinabat, adiectione vocis, *meo potius quam, &c.*

Redde inquit patri suo. ego asper. Ago, monstrabo) Opsopœus ait forsan rescribendum, *ego pater*; paterne videlicet erga puerum affectus; tu vero minime, qui tam sero tuos quærere incipis, vt Varius Geminus statim dicit. sic ille. ego nihil mutauerim, nisi forsan interpunctionem, vt ad sequentia potius spectet quam quæ præcedunt, hoc modo. *Redde inquit, patri suo. Ego asper; age, monstrabo &c.* tali sensu; tune vt me asperitatis ac violentiæ accuses? imo age si vis ostendam tibi eum qui me longe violentior, ostendam qui binos abstulerit filios.

Venit cum voles aspicere) Erasm & Pal. *veniet cum vol.*

Quæ est ista tam sera pietas? quærere tuos a tertio incipis) Erasm. *quæ est ista auctoritas præpostera, quærere duos a tertio incipis* Pal *quæ est ista aucta* (superscriptum vero, *al. cura*) *præpostera quærere duos a tertio incipis.*

Pro Galla Numisia) Pal. *Numisi.* Erasm. *pro Galla ana nisi.*

Ex vncia heres erat patris) Pal. non seruat illud *erat*, neque requiritur.

Et plura multa quæ memoria) Pal. *multo*, non male.

Aiebat autem Scaurus, Non minus) Eras. & Pal. interponunt, *Scaurus rem veram; Non minus.*

CONTROVERSIA VI.

Donec consceios indicet) sic & Epitome at Pal. pr. & Eras. *dicat.*

Aut filia esse, aut me patrem) Eras. abest priore loco positum *aut*. lectio prima extat quidem in Palat. a manu secunda, sed antea erat, *aut filia aut me fratrem.*

Eligere pœna) sic & Pal. at adscriptum *elige*, quomodo edidit Erasmus.

Nisi & occideret) Pal. *vt.*

Tela omnia commordent) malim cum Pal. sec. quart. Col. *& tela ipsa commordeat.* nam Pal pr. *tela ipsa*, sine particula *&*.

Abscissa missione gladiator, &c.) de ea dictum Epistola Senecæ 37; vbi verba sunt, *Sine missione auferimur.*

Vbi grauissime mihi nocere) Palatinus, *vbi me grauissime nocere.*

Sic credibile esse) Eras. *Si incredibile esse.* Pal. *Si incredibile est.*

Remissa putares tormenta) Pal *emissa.*

Peto ne, quia filium vindicans, Pal. *ne peto ne quia filium vind.*

Nouerca quoq; non ante occidit priuignum? Et filia, & bona spes est] Eras. *Nou. quoq; non ante occidit priuignum quam filiam;* & *bona spes est* Pal. *nouerca ante occidit priuignam: quam filiam. & bona spes est.* lectio media mihi proba videtur.

Sine dubio nouercam torqueri) sic & Erasm. at Pal. *torquere.*

Vt parricidium puellare sit, atus si magnitudinem rei) Eras. *vt parr. puellare sit; ita si magn. &c.* Pal *vt parr. puella sit ita si magn.*

Filia est Si parentes) Pal *filia istius parentes.*

Video subito desiderio) Pal. *video.*

Venena statim a radicibus) non est in Pal. meo *a.*

Quantam illi ad scelera ætatis adiecit) Erasm. *ad scelera ætas adiciet*, neque aliter Pal.

Habemus exemplum quod & soror, &c.) Pal. *Habes.*

In qua terra credibile &c.) Pal *in qua & terra cr.*

Negabat se posse ferre) Erasmus & Palatinus, *negabat se perferre.*

Expectandos locari solere) sic & Erasmus. at Palatinus *locari.*

Vos illi potestis obiicere) Pal. *vos huic pot.*

Quæ nihil lamentabatur) Pal *lamentaretur.*

Vt sciret an satis torsisset) sic & a secunda manu Pal. at prius erat, *torsissem.*

In hoc eodem loco) vox *hoc* non est in Palatino aut Erasmiano.

Recte nihil potes facere) sic & superscriptum Pal. meo, in quo, *recte mihi potes*; quod omnino placet.

AD CONTROVERS. LIBRVM X.

PROOEMIO.

Pudet, tanquam diu non feriam rem) ita Eras. & Pal. pr. ac tert. at sec. quart. Col. *pudet, nam quamdiu non feriam rem.* Pincianus ait vett. suos habere, *Deinde iam pudet me quamdiu non feriam rem*, quod & ipse probat.

Scholastica studia leuiter, &c.) ita & Epitome: at Pal. ille primus amplius: *Hoc habent Scholasticorum studia: leuiter, &c.*

Et dimittite vel adactum iureiurando) Pinc. codd. *& admittite*, quod & in Pal sec. ac tert. nam primus *& dimitte vel ad actum iureiurando.* quart. *& admittere vel ad actum iure inter.* Col. *admittere vel actum iureiurando*, sine copula *&*.

Quod ferme dixisse memini) sic & Eras & Pal. pr. at reliqui mei decurtati tres, *quod affirmem dixisse me qua fecui.* Pal. sec. *quo affirmem dixisse me.*

Et in altercatione vires suas nouerat) sic quidem Epitome at Eras. & Pal. pr. *& in altercationem perueniret. Vires suas.* quod probo cum Pinc.

Ipse cultus habitusq; corporis) meæ schidæ quart. *vultus.* alterum tamen restat in Eras. Pal. meus primus hic vocibus aliquot deficit.

Sed ex iis omnibus scire posses) sic solum Pal. tert. nam Col. *posses.* quart. vocem vltimam non agnoscit, quod probo. sec. seruat *posse.* pr. *Sed ex iis omnibus scire potest.*

Præstaret Scaurus) Pal. voce amplius *præstaret ignaris Scaurus.*

Sed quantum deferret) ita & Pal. pr. superscriptum habet. at contextus *differret.*

Sed quam fortunæ imputaret) Pal. pr. *sed quantum fort.* reliqui quatt. *sed quam for imputarem.*

Quocum fama eius pugnant) sic Eras. & Pal pr. at decurtati, *qui eam fama eius lugeat*; nisi quod Pal. sec *qui fama eius ingens.*

Multoq; dissolutiores) Col & Pal quart. *multoq; solutiores.* reliqui, *multo quidem solutiores.*

Cum destitueris cara) Pal. pr. & Pinc. item cod. *destitueres.* bene.

Color adiuuabat) sic & Pinc. scripti & Epitome. at Eras. & Pal. pr *labor adiuu.*

Nouissime quidem illepide) Eras. *lepide* Pinc. codd. & Pal. pr. sec. tert. *lepido.* quart *nouissimum quidem cum Lepido.* Col. *nouissimum quidem cum M. Lepido.*

Sibi displiceret) ita & Pal pr. ac tert. nam quart *nisi displ.* sec. ac Col. *sibi disp.*

De Labieno interrogatis) Pal. pr. *De Rabie non interrog.* sec. quart. Col *Labieno.* tert. *Labiene.*

Affectabat censorium supercilium, Erasm *affectare cens. sup.* Pal pr. *affectantem censorium supercilium* tert. *Faciebat non cens. sup.* alii, vt & aliquot Pinc. *Faciebat enim cens sup.* reliqui vero eius, *Faciebat enim censorium supercilium et*: ipse malebat; *Faciebat et censorium supercilium.* Hadr. Iunius Centur 4. Adag. 65. citat, defenditq;, *Affectabat enim cens sup.* quem videat lector.

Qui per multa impedimenta eluctatus] deleuerim præpositionem *per*, suasu Pal pr. nam Epitome habet tantum vocem *eluctatus*, prioribus omissis.

Fauor hominum ostendat] confirmat istud Lang. li. 1. cap. 4 Otii Semestr. ¶ *Quia cum homine omnia obsecrat]* malim cum mss. omnibus, *qui non cum ho om. obsecret*, vti & scribendum putabat ex suis Pincianus, nisi quod ii *obsecerat.* ¶ *Vt quia passim]* sic Epitome. at Pal. pr. *& quia*; nec displicet.

Animus per vitia ingens] ita & schidæ. at Pal pr. *animus inter vitia*, quod excutiant alii velim.

Per inimicos] Pal. pr. adiicit, *enim eius.*

Vt omnes eius libri incenderentur] iidem, *vt omnes libri comburerentur.* alterum restat in decurtatis & quidem tale supplicium sumi solitum de libris improbæ lectionis, magicis puta aut mathematicis, notat ad hunc locum ex l. 4 §. 1. ff. famil. erc. l. 11. cod. de Episc. aud. Freherus noster lib. 1. cap. 16. Parerg.

Res noua & inſueta ſupplicia, &c.) Pal. pr. *& inuſitata ſupplicium*; illudque *ſupplicium* extat in reliquis meis & Pinciani, excepto Pal. quart nam tert. *& inuſitata ſupplicium* ſec ac Col *inſtituta ſupplicium*, quod *inſtituta* extat & in quarto, vt forte fuerit, *inuſitata*.

Si ingenium Cicer. triumuiris licuiſſet proſcribere) Epitome, *ſi triumu. libros & ingenium Cic. proſcriberent*. Pal. pr. *ſi Triumu. licuiſſet & ingenium Cic proſcr.* quod probo.

Vt iuſtiſſima patiendi) mſſ. mei quinque, *ac iuſſ.* Palat. quoq; pr. *emittat*, pro *excipiat*.

Inuenitis quemad. perducatis) ſic Pinc diuinat. Eraſ. *inuenite quemad &c.* Pal. *inueniat quemadmodum reducatis.*

Corporis mala. Facem ſtudiis) & boca Pinciano. Pal. & Eraſ. *corporis. Malam facem ſtudiis.*

Qui & ingenia deſierant) vox *&* non eſt in meis, habentque decurtati, *deſierunt*; quod & in Eraſm.

Magnam partem conuoluiſſe) Pal. pr. *magnam partem libri illum conuol.* Epitome *magnam partem librorum illorum conuoluiſſe.*

Belle dicta res ferebatur) Pal. pr. *belle dicta recitabantur*.

Quem a Gallione veſtro) ſcripti mei *noſtro*, niſi quod excerpta *Galione*.

Pro Bathyllo Mecœnatis) ſic omnes ſcripti. Lipſius ad lib. 1. Annal. Taciti, emendabat, *Mecœnatis*.

Puto iam nihil; Pal. pr. *Hic puto iam nihil.*

Quem interdum ſoletis audire) Pal. pr *ſolebatis*; recte.

Hominem de ſiphonibus dicentem) Pal. pr. *ſymponibus*. meminit loci huius lib. 3. cap. 8. Aduerſ. Turnebus.

Odoratos imbres) de iis dictum ſatis præfat. lib. 1. natur. quæſt. *odoratos* teſtat in Pal. tert. ac quart. *adoratos* (quod placebat d. loco Turnebo) ſec. ac Col. nam pr. *odoratoris imbres.*

Et in pictura) Pal. quart *picturas*. Col. *picturam*, quorum vtrunque præpoſuerim vulgato.

Noſtris ſepeliuntur ventribus) ſic quatuor in quibus Epitome. at ille Pal. pr. *noſtris deponitur ventribus*, quod forſan melius.

Debuit de corio eius nobis ſatisfieri) Pal. tert. omiſit *eius* quart. *decurio eius* at pr. *deb. in corio eius nobis calceus fieri*, quod excutiant alii.

Non ſum de iudicibus; Pal. pr. *nec ſum de iudicibus* at reliqui quatuor; *Nunc ſunt ex iud.* item *redigant*, non *redigam*, quod tamen in pr.

Ne plura videantur vel ſubiiceretis vos) Pal. pr. *licet non plura videantur vos ſubiiciatis*. quomodo & Eraſmus, niſi quod abſit illud *licet*. Pal. ſec *non plura videantur? nos ſubiiciat* tert quart. Col. *non vt plura videantur vos ſub.*

Sed ſibi nocuit) reſcribo cũ mſſ. meis, *ſed ipſe ſibi nocuit.*

Aut Oſco) ita & Pal. pr. & tert. at quart. vt & ſec. & Col. *Oſti*, qui & ſupra *Oſtius*. citat *Oſcius* Turnebus.

Ille Paſſieno prima eius ſyllaba, &c.) crux hic & luſus ingeniorum. Lud. Cælius Rhodiginus lib. 11. cap. 13 lect. antiq. putat vocatum *Phryſſianum*, veluti eſſet *meatulatus follis*. Brodæus Miſcellan. lib. 2. c. 18. arbitrabatur potius nuncupatum, *Paſchaſium* quaſi *pathicum* καὶ πασχητιῶντα; a quo non longe abit Had. Iunius, qui diuinabat *Paſchaſium*, πάσχοντα nimirum, παρὰ τὸ πάσχειν αὐτά, quod *infanda pateretur*: a quo verbo & πασχητιᾶν, Latino vocabulo non ignotiores *pathici* & *cinædi* nominentur. Turnebus lib. 3. cap. 8. Aduerſ. autumabat *Craſſienus*, vt craſſum hebetem & tardum intelligamus; nec enim, *obſcænũ*, in libidine tantũ dici, ſed etiam in omni turpitudine. turpe autem eſſe alicui tarditatis maculam illini & ſtuporis. Ranconetus ſufficiebat *Graſſinus*, quaſi hircum olens ob libidinem γράσος. n. *hirci virus* & *alarum fœtorem* notat, & γρασῶν *hominem hircoſum*. is autem odor acrior & fœtidior frequentibus ad venerea ſigna, vt docet Ariſtoteles in Problemat. ſic alii, quorum opiniones partim recitat Rob. Titius lib. 5. c 17. Controuerſ. ¶ *Sparſus aũt dicebat valrator*) ſic Epitome. at Pal. pr. *violentar.*

Nec tamen vnquam ſimilis illi erat) Pal. pr. *nec tam vnquam ſimilis erat niſi cum eadem dicere meditabatur ſuis verbis*. ſic a ſecunda manu: nam a prima, *medibatur.*

Et ſimulationem actionis) ſic & Pal. tert. at pr. *aſſimulationem*. ſec. quart Col *ſimilitudinem*. vocem hanc non eſſe ſinceram cur ſuſpicer, eſt quod videam aliud quippiam prius fuiſſe in Palat. primo quod penitus eraſum.

Quam vbi ſcholaſticus quod non nouit, Pal. pr. *quam vbi ſcholas forum quod non nouit.*

De Populo hac qua meo Latroni ſubiicitur) ſic & Eraſm. at Epitome quatuor, *qua miſero Latroni ſubiiciuntur*. Pal. pr. *de pupillo qui miſero Latroni ſubiicitur*, ſuperſcriptumq; voci *miſero*, al. *magiſtro.*

Bona fide ſcholaſticus erat) id valet ſine diſſimulatione. cum enim ſcholaſticarum declamationum non pœnitebat, geniuſque dicendi declamatorium non diſſimulabat, nec forenſe affectabat atq; ſimulabat, quod Sophiſtæ alii faciebant. hæc Turnebus d. c. 8. dicitq; I. C quidam aut verba iſta adagium eſſe rei apertæ. an vlnmus ille vera?

Poſt primum tetracolon praferendus; hic *primum tetracolum* per tranſlationem vocat Seneca, quatuor primi nominis declamatores. ſunt autem *tetracola* Connexiones quatuor membris comprehenſæ, vt *tricola* tribus quæ tum ſunt elegantiſſima & argutiſſima cum paria paribus relata habeat, &c. ſic Turnebus d. cap. 8. at Pincianus hic & mox infra ſcribendum dixit ex omni veterum lectione, *tetradeum*, non *tetracolon*, quod vertamus *quaternionem*. & vero *tetradeum* plane etiam reſtat in Pal. pr. ſec. quart. Col. ſolumq; tert. *tetraculũ* Eraſ. *tetracolum*.

Quorum faciam, quaritis) Pal. pr *quod faciam*. ſec *quo faciam q.* quart. *cum quo faciem quar.* Col. *quorum faciem quari.* ¶ *Penes Latronem gloria, &c.*) ſic etiam in decurtatis. at Pal. pr. hæc non habet, ſed tantum *penes Gallionem palmam relinquo: ſi ita vobis videbitur.*

Moderatum, Fabium; meorum quatuor, *& Moderatum Fabium*. Pal tert *& Moderatum, & Fabium.*

Dum in his ad ſatietatem; ſic Eraſ. at Pal. pr *cum bonis ad ſat.* quod & notat Pincianus. tert. *cum vis ad ſat.* ſec. quart. Col & Pinc. decurtati, *Quamuis ad ſatiet.* ipſe fingebat, *cum vobis.* ¶ *Caius Silo*, Pal pr. *Gabius eius Sylo.* Col. *Gaius Filo.* ſec. *Gauis Silo.* tert. *Ganius Syllo.* quart. *granius Silo.* ¶ *In Tarraconenſi colonia vidiſſet*) ſic ſchedæ quart. niſi quod ii fere *Terracinenſi* Pinc. mſſ. *Thrachienſi*, vnde ipſe ſcribendum putabat *Terracinenſi*. at Pal. pr. *audiſſet in Terraconenſi col* nec male.

Patremfam. praferret, oratorem ſubduceret) Pal. pr. *praferre*, item *ſubducere* ſec. tert. quart. *patremſ. praferret, oratori ſubd.* Col. *patrſ. praf. oratori ſubd.*

Turrinus Clodius) malim, *& Turr. &c.* vt eſt in Pal pr.

Sed Turrinus Clodius) ſic Epitome. at Pal. pr. *Sed Turrinus pater & Clodius multũ viribus defecerat, dum Apollodor. &c.* ¶ *Multum de viribus remiſerat*) ſic Eraſ. at Pal. ſec. & Col. *multũ viribus dimiſerat.* tert. *Sed Turrinus Claudius multum viribus debitraſerat* quart. *de viribus deraſerat* at pr. *multum viribus defecerat.*

Etiamſi ars abeſſet) ſic Epitome. at Pal. pr. *etiam narranti bene: ſed ſententias, &c.* ¶ *At aliquando declamare ex tempore ſolebat.*) ſic Eraſ. at enim Pal. pr. *aut aliquando declamare poterat ex tempore.* ſec. *aut aliquod quo declamare poterat tempore*: neq; aliter tert. aut quart. niſi quod ii, *aliquo.* Col. *aut aliquam quo declamare poterat tempore.* Pinc codd. *aut aliquam quod declam. poterat tempore*: vnde fabricabat, *aut alio quã quo declamare poterat tempore.*

Negabat niſi agitata quadam illis placere poſſe) Eraſ. & Pal pr. *Neg. niſi acta quoq; illis, &c.* at Pinc. codd. tantũ, *Negabat vtiq; vlli placere poſſe.* Colon. & Pal. quart. *Neg. itaq; nulli placere poſſe.* nam ſec. *eos non poſſe actione probari negabat. Itaq; vlla placere poſſe.* tert. *eos vero poſſe actione aprobari negabat. Itaq; nulli placere poſſe.*

Nemo expoſuit diligentius; abſunt iſta Eraſ. & Pal. pr. ac Col. habet tamẽ quart. & codd. Pinc. nã ſec. *diſpoſuit* tert. *propoſuit.* ¶ *Et pecuniam itaq; & dignitatem, quam primũ, &c.*) Eraſmus edidit, *& pec. itaq; & dign. eloquentia debuit, vt ſi quid illi deſuit.* omiſſis lineis duabus intermediis: nec aliter fere Pal. pr. in quo, *& pecuniam itaq; fecit & dignitatem: vt, ſi quis illi deberet, ſcius loco fuiſſe.* prima tamen lectio reſtat in aliis quatuor, niſi quod ii vno ore, *domos nobiles*, item *ſcius loco defuiſſe*: quod poſtremum & in Eraſ. & Cælianis. at Pinc. codd. *ſciatis loco def.*

Qua vires ex induſtria) ſic Eraſm. at Pal. pr. *qua*. Col. *quantum vires ingenio ſui ex ind.* ſec. ac quart. *& vires ingenii ſui ex ind.* tert. *qua vires ingenii ſui ex induſtria retinuit.*

Con-

CONTROVERSIA I.

Si hic magistratus esset] sic & Epitome. at Erasm. & Pal. pr. *si magis iratus esset.*

Quod repulsus est, vestrum est) Col. ac Pal. pr. *quod repulsum, vestrum est.*

Quam subito pater meus) Erasmus & Palatinus. *Cum subito* &c.

Mortuo patre meo metuo) Pinc. scribit per minorem adiungitque superioribus *mortuo patre meo Timeo* &c.

Ne quis iniuriam sibi fieri putet) sic Erasm. at decurtati, *ne quis se ladi putet.* Palat. pr. *timeo enim mihi ne quis iniuriam sibi fieri putet.* 1 *& si dixero occisori occisus est pater meus.*

Quam patri meo reliquit percussor) Erasm. & Palat. *reliquerit.*

Magistratus post terga sua) iidem amplius, *Mag. seruos post tergu sua* &c.

Lacessere nos vltro] Pal. *vos.*

Hac ab inimico petita sunt spolia. Nescio) ita & Erasm. at Pal. horum loco custodit. *nec ub inimico spoliari. Ita sane nescio.*

M. Bruti sacratissimam eloquentiam lacerat] sic & Eras. at Palat. tantum *M. Bruti sacratissimam lacerat.*

Noua formula iniuriarum) de *formula iniuriarum* etiam Suetonius in Vitell. cap. 7. Brissonius libro 6. de verb. signif.

Quod nihil contra bonos mores fecit) Erasm. *moras fuit.* Palat. *quod ille contra bonos mores fuit.*

An si non malo animo fecit) Pal. *facit.* recte.

Vt & alienum iniuriarum] sic & Eras. at Pal. *vt & in alienum iniur.*

Si quem non postulauit) Palat. *siquidem non postulauit.* Eras. *si quis non post.*

Scis me quamdiu tecum sum] Pal *tecum fuero*, recte.

Osci color non placuit) Pal. *Rosci color.*

Eandem terram calcamus) Palat. *ex eadem terra calcamus.*

Memini illum declamantem declarasse) ita & Erasm. & Pal. superscriptum tamen, *declamasse*; quomodo & citat Titius; vnde fere suspicor, vocem vltimam superuacuam.

Ne in lupanar accederet] Palat. & Erasm. *vt in lupanar*; quomodo & producit Titius lib. 4. cap. 9. Controuersiorum, sed male, vt puto.

Hanc Bassi sententiam non mehercules referrem, si canem ad ostium allegasset] Pal. *Hanc Bassi sententiam, Non mehercules referrem si tamen ad ostium.* & hercle aliter distinguendum, vt lateat tale aliquid. non ferendum quidem si leno vel canem tantum ad ostium alligasset, absterrendi intrantes; liberum enim debere esse accessum loci communis, qualis lupanar. itaq; scripserim fere; *admirabatur hanc Bassi sententiam: Non mehercules te ferrem, si canē ad ostium alligasses.* vide me, si tanti est, lib. 25. ca. 15. Suspic.

Lugent argumenta patres, & ossa liberorum coniecturam diuident) bene Opsopœus, *coniectura diuid.* vti & conteceram pridem in Suspicionibus, volebamque, insuper reformatum illud *Lugent*, in *Legunt.*

Producta sacerdos tuam] Eras. & Pal *producta sacerdote tuam* fingebat quidam amicus meus, *Producta sacerdos statua est*; vt respiciat ad virginem illam de qua agitur lib. 1. Controuers. 2. dicatque ipsam non secus aspectam cultamque a conuentoribus atque si sacra statua fuisset, non mulier aliqua libidini exposita. vt existimarim.

Lupanar de quantum est] Pal. *Lupanar de quantum est.* superscriptaque litera *h*, supra literam secundam vocula *de*.

Ipse vtiq; laudabas: itaq; decuerat] Eras. *Ipse vtiq; laud: hac autem decuerat.* Pal. *Ipse autem laudabas. hac autem* (superpictum, al. *vtiq;*) *decuerat.*

Propter dipondios tuos) *dupondium nummum* innuit, seu duos obolos; quæ merces vilissimarum meretricum, vti ad locum annotarunt Lod. Cælius lib. 4. cap. 7. Lect. antiq & Gulielmius meus Quæstion. in Plauti Pœnulum cap. 1. vbi erat:

Seruulorum sordidulorum scorta diobolaria.

sic & Pacuuius:

Non ego sic fui, vt nunc sunt meretrices diobola:
Qua suam nummi causa purus pendunt gratiam.

CONTROVERS. II.

Plures iudices contendant] Pal. & Erasmus præmittunt, *Si plures erunt iudices*, quod & in decurtatis, qui tamen in prioribus, *Viro fortis pramium. Si plures erunt* &c.

Petit pro pramio statuam patris] Eras. *accepit pramio statuas patris*, nec aliter Pal. pr. nisi quod is *accepit.* excerpta, *petit premio statuas patris.*

Dubito quid de euentu huius iudicii optem] ita Erasm. & Pal. pr at Epitome, *Quem optem huius iudicii euentum, nescio.*

Parui adolescent] Pal *parauit adolescent.*

Sed quicquid licet non oportet] Eras *si quid quod licet, nō oportet.* Pal *si quid quod licet, si non oportet.*

Tum inquit & honestum certamen] Palatinus. *Tibi, inquit*, &c.

Silentio virtutes nostra transissent) idem, *Silentium virtutes nostra transtulissent.*

Si patria lege subducitur) Eras. *si patri ac lege subducitur.* Pal. *si patri hac lege subducitur*, non male.

Mea, inquit timentis &c.) Pal. *Me inquit.*

Cum dubitaret exaudisse quendam dicentem) Erasm. & Pal *cum dub ex ordine suo quem dicentem.*

Blandius hoc colore narrauit] absunt ista Pal. meo. præfert tamen Eras.

Hoc enim modo legem] Palat. *Hoc enim nobis modo legem.*

Erant qui accederent ac dicerent) Erasm. & Pal. non agnoscunt illa *Erant qui.*

Dente dixit) Opsopœus diuinabat, *Mente*; cuius crebra mentio in his libris, *Dentonis* nulla.

Vt non imperasse videreris) iidem *imperare.*

Causam egi: sed notum sit) Erasm. *causam egissem, notum sit* quod & superscriptum Pal. in quo, *causam egisset, notum sit.*

Non capit idem contubernium fortium virum &c.] producit verba isthæc Fornerius ad l. 184. ff. de verb. signif. vbi loquitur de *contubernio militari.*

Statuam inquit) sic Pal & Eras at Epitome, *Statuas* plurali numero, vti & supra aliquoties habuimus.

CONTROVERS III.

Haberet patrem & fratrem] voces duæ postremæ non sunt in Eras aut Pal.

In proscriptione mulieris caput) Erasmus & Pal. *muliercula*, nec improbo.

Quam periculose eum offendo] Pal. *quam periculosum, si eum* &c.

Ad oratum venis) Erasm. & Palat. *ad oratum patrem venis.*

At tu pater, vt victor insanis) Eras. & Pal. *at tu pater noster, vt victor ins.*

Victorem pro aliis putas?] Eras. & Pal. *patrem.*

Sed Age lege) vide de his Ræuardum ad l. 123. ff de reg. iuris. item Fornerium ad l. 244. de verb sign.

Pars altera Turrinus &c] duæ istæ lineæ non sunt in Eras aut Pal.

Illa vulgata quastione) Eras. & Pal. *illa calcata quastione*, quod reuocauerim.

Impudens sum, immitis: non tamen demens) sic & Eras. at Pal. *Imp. sum, crudelis sum, immitis, non tamen demens.*

Non stulte sententiam. Quid tibi videor) Pal. *sententiam dixi, quid tibi videor fecisse? dementia partes male egi.*

Publicum excepisset malis) Pal. *recepisset.*

Vide an sub iis exemplis fortius loqui liceat] sic Erasm. at Pal. *Videam sub iis exemplis fortius loqui. Liceat dando annon* &c. Epitome, *Videas an sub istis exemplis patri liceat tantum loqui.* Pinc. mss. *Vide an sub istis exemplis patri forti liceat tantum loqui.*

Bono publico eum fuisse periturum. Dixit dure) sic & Eras. at Pal. *bono publico. hunc eum* (al. *enim*) *fuisse periturum dixit ducem.*

Patre nolente illam nupsisse) Eras. *illam vixisse.* Eras. *illam dixisse.*

Non submissioribus verbis) Eras. & Pal. non habent vocem *verbis*, sed, *non submissis oribus.*

An etiam fratri irascetur] Eras. *etiam num fratri ir.* Pal. *an in hunc fratrem irascetur*, superscriptum vero, *an hoc fratri*. ex Excerptis meis colligo aliquid hic deesse. habent enim; *& quemadmodum perit. nihil agnoui filie. nihil viudie. non misit ad patrem fratrem an etiam nunc irascetur fratri?* sed & postea in iisdem extat, *Etiam in morte patre quæsiuit inuidiam. Perisse propter patrem dicitur mulier, quæ virum habuit propter quem mori passet?* quorum priora nusquam comparent in Controuersia hac aut etiam Eras. Palatino vel illo primo.

Volui fratrem sororis dare beneficium) Eras. *Volui fratre sororis dare ben.* quomodo & emendatum in Pal. at prius erat, *Volui fratrem sororis dare beneficium*.

Sine inquam, iterum ac tertio roget) Eras. *& iterum & tertio roget.*

Illa se cui addixit) Pal. *illi se.*

CONTROVERSIA IV.

Cassii Seueri) Eras. & Pal. *Cassii Seueri*, quod malim.

Huic trunca brachia circumferuntur) ita & Eras. at malim cum Pal. *circumferuntur.*

Tanquam ars assignatur) Pal. *mars.* alterum tamen restat in Excerptis, ac recte ei adscripsit Pal. tert. *vt sibi procures victum.*

Et si nemo obstet natura) illud *obstet* est etiam superscriptum Pal. meo pr. sed, tanquam aliud quid ibi restituendum, restat vacuum literarum septem.

Natura, proceritas mutabit] Eras. *mutabitur*. Pal. *mirabitur*. superscriptum vero, *al. mutabit.*

Huic speciosa facies est) Pal. *huic non sp. facies est*

Ita non sic infelicius super sunt, quam) Eras. *qui.* at Palat. *ita non nunc in reliquis supersunt, quam.* Pinc. mss. *Itane & infelicius supersunt.*

Nec puto incredibile in hac fortuna loquor. Certe ex hac turba origo Romana &c.) sic & Palat. ille pr. at Erasm. *Nec puto incredibile loquor. ex hac fortuna origo.* miror sane tantam differentiam discrepantiamque. nam & ecce excerpta, *Quanti ex his viri fortes, quanti tyrannicida, quanti futuri sacerdotes? Nec incredibilia loquor. ex hac fortuna origo Rom.*

Puto experieris nos non esse] Eras & Pal *experiveris.*

Quod istum reum non vides) Pal. *Quod iustum reum.*

Mercenarios tuos) Eras. & Pal. *suos.*

Non est quod timeas. nemo agnoscet) Eras *cognoscet*, vt & Pal qui tamen geminat vocem *nemo*, hac forma, *nemo ne me cognoscet.*

Crudelis eum sit, misericordia publicum viuit] ita vetus liber Pinc nisi quod ille, *cum tam crudelis sit*. quomodo & decurtati mei. Eras. *publica alit*. Pal. pr. *crudelis eum misericordia publicauit.*

.... *poterat vt non rogares*] Erasm. & Pal. pr. lacunam his implent, *Vt a esse quas poterat vt non rogaret*. Curionis editio habet ad nram, forte, *quin esse quoq; poterat vt non rogares.*

Occurrunt nuptiis omnia dira] Erasm *omina*, & ita restituendum.

Et hilaritati dicatis diebus] Pal. *& in hilaritates dicati diebus* Col ac Pal. quart. *in hilaritatem*. Pal. sec. *in hilaritate*. tert *& in diebus in illa tractantem dicatis.*

Quo simultates, vt non eas quoq; contraxisse pudeant?) Eras. & Pal *qua simul: at me vt noceas quos contra exisse pudeat.*

Cum stimulant ii qui se alere non possunt) sic Eras & Pal. ille primus; quæ tenebræ meræ, inquit, Lectius; legitque *eum istum alant ii qui se &c.* id est cum hic puerorum mango ab ipsis mendicis alatur. nempe hoc meus Senecæ dictum, atque etiam ipse sermo. sic Lectius meus, cuius emendationem extat in excerptis meis quatuor.

Si .....fuerit) Erasm & Pal *si otium fuerit.*

Homo non incidit) Pal & Eras *inciderit.*

Deinde tunc eum quæri iidem *hunc.*

Quod tu obiicis non videbat] Pal. abest negatiua.

Nondum resp. Infantes perdidit & infelices) Erasm amplius, *non dum resp. Iuuenes qui suadere infantes perdid.* &c. nec aliter Pal nisi quod separatim, *sua de re.*

Resp quidem læsa non potest agi) Pal. *Resp. q. læsa post agi.* alterum tamen restat in excerptis.

Non læsa resp non dicet] Palat. non habet alterum illud, *non* quod a fine est nec Erasmiani.

Non potest inquit. An lædi possit) Pal. meus, hic scribit repetitque, *Non potest inquit Resp. Non potest inquit Resp. Non potest inquit Resp. Non potest inquit Resp. An lædi possit*; quæ certe non de nihilo posita putarim, sed deesse verba intermedia quæ toties aliter atque aliter probarent non posse lædi remp.

Dicant, dum hoc quoq; dicant, illum per hunc vinere) quatuor illæ voces, *dum hoc quoq; dicant*, non comparent in Eras. aut Pal pr. at Epitome, *dicant illos per me tam misere viuere, dum fateantur per me viuere*. ex quibus apparet quam multum aut his Controuersiis desit, aut permiscerint sibi librorum illorum mutilatores.

Aliqua parte corporis mulitati) Pal & Erasm. *mulctati*. Opsopœus fingebat, *mutilati*; sed, inquit, & vulgata lectio proba est.

Vacare homines huic cogitationi) Epitome præponit, *Mirum est vacare homines huic cog.*

Maxima ridiculum castris in ludum coniiciunt) intelligit gladiatorium ludum. eo enim primo destinabantur serui captiuique, sed paulatim etiam liberi & ingenui, vti dictũ pluribus ad Epist 87. vbi erat, *verum se ad gladium locet, an ad culmeum*. vnde & Tertullianus ad Martyre: *Quot otiosos adfectatos armorum ad gladium locat? certe ad feras ipsas adfectatione descendunt, & de morsibus ac cicatricibus formosiores sibi videntur*. Manilius lib. 4: *Nunc caput in mortem vendunt, & funus arena: Atq; hostem sibi quisq; parat cum bella quiescunt*. Lipsius lib 2. Sat. Serm.

Exoletos suos ad longiorem patientiam &c.) vide de his Fornerium ad l 128 de verb sign. cap. 3.

Hoc genere infectatus seculi vitia] vox *infectatus* non est in Pal meo, vt nec in Eras qui etiam, *vitio.*

Vno verbo propriore] iidem *propiore.*

An quod huic datus) Pal. *an hunc quod datis.*

Non mutuatos hanc sententiam, sed imitatos) Eras. *sed irritatos*. Pal. *non mutilatos arte (al. artes) hoc sententiam, sed irritatos*

O quam misera cogitatio] Eras. & Pal. *O te quam.*

ΔΑΜΑCCΟΜΒΡΟΣ Eras. & Pal. *Damas Scombronus* de vero eius nomine dictum supra.

Pro Dii! erunt plures mendici quam membra] Erasm *prodiderunt plures membra*; vti & Pal. qui suprascripsit, *Prodegerunt.*

Vinicius summus amator Ouidii] Eras & Pal *Vnicus.*

Ostende nobis mercenarios tuos] ita & superscriptum Pal at ipsos vt & Erasm. *merendarios*. at *mercenarios* supra item dixerat Bassus iste.

CONTROV. V.

Producitur. Supervacuum est) Erasm. & Pal. *Producitur puer: superuacuum &c.*

Prometheo potest gemere] iidem *pot. cernere.*

Cur, nisi quia Athen.] vox *cur* non est in Erasm. aut Pal.

Scis certe quam tristem) reponit Pinc. ex mss suis, *scies*. at retinuerim prius, quod & in Palat. pr. atque reliquis decurtatis.

Ergo nemo Olynthius tertius] Eras. & Palat. *Ergo minima Olinth &c.*

Tantum ergo Olynthius possit) Palat. *Tantum porro Olynth.*

Parrhasius quid non & oculos &c.) Eras. & Pal. *Parrhasius quid non & oculos.*

Sic intendite, sic istum] Erasm. *Sic intendite, sic cadite, sic istum* quod & in Palat. nisi quod ille *incendite*; quod non prorsus ineptum. nescias tamen vtrum præferendum.

Sit sibi ipsi exemplar) Pal. *ne sit ipsi &c.*

Oculo effosso, iaculo perfracto] sic & Palat. superscriptum vero *perfractum*, quod est in Erasm.

Vltima membrorum meorum tabes] sic & a secunda manu Pal. sed prius erat *tabe.*

Si ad currendum profectus es) sic Eras. at Pal. melius, *succurrendum.*

Aram misericordia orna] ea nempe Athenis, vt & innuit Sext. Empiricus Pyrrhonius aduersus mathemat.

Theo-

Theophilus de iure nat. & gent. Καὶ βωμὸς ἐλέου πρῶτος ... Fornerius ad l.139.§ de verb.sign.

Phintias omnium Parrhasio tortore dignum fecit) Erasm. & Pal *Phytinfomnin Parrhasi me torter effecit*, ita inquam & Pal. nisi quod ipse *Phytin*.

Lasa est, inquit, resp. Si quis Olynthi depositum neg. &c.] Palat. *Lasa est, inquit, respubl lesa non ut existimo aliquis Olinthi depositum negauerit, videbitur non hominem lasisse. Olynthius tribuisti: ut eodem loco.* prior scriptura restat in Erasmianis.

An Olynthius fuerit apud Atheniensem] vox *fuerit*, abest Palat.

Decretum in futurum factum est, non in præteritum] explicat illud Fornerius ad l.123 ff. de verb. sign.

Si quis tunc inter necessarios) Erasm. & Pal. *quid*.

Vim ignoratum morbi] Pal. *ignotam morbi*.

In seruum nihil non domino licere] Palat. præmittit, *si in seruum*.

Glycon, dixit) Græca adduntur a N. Fabro hæc: πῦρ καὶ ἄνθρωπος ... ἀεὶ δεῖ ...

Damas corruptissime] Palat. *Damas*; verius ad verum nomen, de quo nos supra.

Cum Timagene confligere) Erasmus & Palatinus, *imagine*.

Homine acced a lingua] Erasm. *hominem acida lingua*. an forte *rabida*. sed tamen Palatinus, *hominem Æneida lingua*.

Ad amicitiam Cæsaris felix: usq; eo ut &c.) Erasmus distinguebat, *Cæsaris*, *felix usq; eo utrumq;*. quomodo & Palat. nisi quod vocem addat, *felix meo usq;*.

Excurro & ad Parrhasium] Palat. *extunc & ad Parrhasium*.

Pictoris ista, an Philippi officina est) sic fere ex suis Pinc. Erasm. enim *pictoris iste a Philippo officium est*. vti & seruat Pal. pr. Excerpta mea priori adhærent scripturæ, hoc ordine, vti & erat in Pinc. *Officina hæc pictoris, an Philippi est?*

Quod genus stultorum amabilissimum est) ita & Pal. ille pr quomodo emendandum putabat Tinus lib. 1. cap. 22. Controuers. Eras. editio alæque, *studiorum*.

In hoc colore derisus est] Eras. abest *in*, vt & Palat. qui tamen *doctius*.

Gargius] Opsopœus, ait, si *Gargius*, vt videtur, male habet, vel *Gorgias* substitui poterit, vel *Gorgonius*, cui rauca vox a Barone scurra & fœdum cacozeliæ genus obiecta.

Hisso rideon honesto Romanus fecit] Pal. *ridion*. videtur latere sub istis, *Glyc. Spyridion honesto Romanos vicit*.

Perductus Traditur enim Zeuxin, vt puto &c.) in Eras. & Palat. vacuum est literarum duodecim, inter vocem *traditur* & *Zeuxin*, scribuntque, *perductus traditur* .... *Zeuxin vt puto*.

Vt etiam aues aduolarent operi] in Erasm. & Palat. longe aliter, *vt etiam admirationem faceret operi*.

Quendam ex præsentibus dixisse] Erasm. *quendam ex præceptoribus dixisse*. quod & superscriptum Pal. qui tamen *ceptoribus* vt forte fuerit, *curptoribus* aut, *spectatoribus*.

Non fuisse enim aduolaturas si puer similis esset] ita etiam supplebat idem Tinus d. cap 22. Erasmi enim editio, *non fuisse enim aduol. aues nisi similis esset*, quod & in Palatinis membranis.

Spyridio aque familiariter] Palat. *Sypradio neque familiarius*.

Romanos et in illa re vinci] sic primum Pal. at factum deinde, *vlla re*, quomodo vulgati ab Erasmo.

CONTROV. VI.

Id solum sustuli] ita & Erasm. & Pinc. codd. at Palat. pr. *sustulit* prius etiam restat in Excerptis.

Nihil tam fur timuit] Erasm. *timuit*. prius quoque habet Pal. meus pr. sed is spatium reliquit vacuum inter vocem *tam* & *fur*, quæ caperet literas septem.

Quam ne dominus res suas] Pal *quam vt dom*.

Indicium profiteor) producit isthæc ad eleiendam formulam *indicii profitendi* Brissonius lib. 5. de Form.

Mille nauium duces furto) Erasmus & Palatinus, *Mille nauium domine Græci furto*. restat tamen alterum in Excerptis.

Sed pectus ipsum perfodissem] vox *sed* abest Palat. pr. nec requiro.

Narrare soleo, non negare quæ scio) ita & superscriptum Pal. sed prius, *negare pretio*. atque in his deficit ille Palatinus primus; vt & Erasmianus. quæ sequuntur, seruarunt nobis Declamationum libelli.

Ante actionem) sic Erasmus. schidæ meæ quatuor *ante accusationem*. neque aliter libri Pinc.

Quale ad spectaculum fuit?) sic Eras at meorum tres, & Pinc. *Quale illud spect.* Pal. tert *Quale ergo illud spect.*

Felicitatem furti sui) est ab coniectura Pinciani: quasi felix fuerit quod hostiles literas intercepisset idque probari aiebat verbis seqq *sed quod illi fatum felicitatis obiecit*. mss eius & omn. mei vt & Erasm. *infelicitatem*. quod si non est exsibilandum, respiciet ad superiora, vbi, *furtum eius* vocatur *miserabile*.

Nocturnum furem occidi] lege XII. tab *nocturnum furem occidere licuisse* plerique auctores prodidere; D. Augustinus in Exod quod refertur c.3. Extr de homicid. Quintilianus, Macrobius lib. 1. Sat. cap 4 l 9. ff ad l. Cornel. de sicariis, Cicero pro Milone &c. Fornerius ad l. 233. §. 2. de verb. signif.

Occidi quoquo modo iubet] Eras. edidit, *occidi iubet, quoquo modo iubet*. vti etiam est in Col. Pal. sec. ac quart. neq; aliter aliquot Pinciani. quidam tamen eius destituebantur priore illo *iubet*. at Pal. tert. *occidi iubet*, sine tribus illis, *quoquo modo iubet*.

Scias illum non tum primum fecisse) Erasm *Eluxit illum tunc non primum fecisse* nec aliter Palat. quart. aut Colon. nisi quod alio ordine ponat, *non tunc*. Pal. sec. *Eluxit illum non tunc primum fuisse* tert. *Eluxit illum, non tamen primum fecisse*. lectio secunda, si ferri potest, tunc *Eluxit* notat idem quod, palam factum est.

Malo inuentus) scripti omnes & cusi, *inuentus*.

SVASORIARVM LIBRO.

SVASORIA I.

Finitum vt cuiq; res) Erasm & Palat. pr. *Sin vt cuiusque oci magn.*

Dedit & modum) ita & Pal. at Eras. *dedisset & modum, nihil &c.*

Vicimus qua lucet) Eras & Pal. *licet*.

Quo istis opera est adesse) doctissimus iuxta atque humanissimus Io. Gillotus Consiliarius in suo libro notat fuisse in vet. cod. *opera finis adesset*. Eras & Pal. meus firmat vulgatum.

Inagitata remis vastitas) iidem duo, *mag. remissio vastitas*.

Tetra caligo remittet fluctus) Erasmus *terra calig*. Palat. *tetra caligo remittet fluctu*, adscripta deinde, *s*, alio atramento.

Extrema nox obruit] Erasmus & Palat. *& terram nox obruit*.

Nauigantem tibi videtur admittere) sic Erasm at Palat. *Nunq vbi vid.*

Tantus ventorum tanta conuulsi) iidem amplius, *tantus ventorum concursus, tanta conu* nec carpserim.

Velut vinculum circumfluat] sic alias legi annotatum item Pal. at ipse *circumpluat*.

Victo adhuc magis quam parato] Erasmus & Palatinus, *quam capto*.

Aliter declamandum esse quam suadendum] ita etiam in Pal. sed ab aliena manu prius aliud quid fuit loco illius *suadendum*, nescio tamen præ lituris quidnam, nisi quod fere, *succidendum*.

Et supra mortalis animi modum elatos) vox *modum* non est in Palat. habet ab extranea manu adpictam eius loco, *vim*, quod & in Erasmianis.

Viso sanguine eius Philosophus] vocula *eius* non est in Eras. aut Pal.

Apud Alexandrum ita) dictio vltima abest duobus illis nec requiro.

Statuis subscribi iuberet) verbum *iuberet* deleuerim suasu Erasm.& Pal. subintelligitur enim *vellet*, quod modo præcessit.

Despondere ipsos in matrimonium Mineruam suam] Erasmi editio amplius, *Mineruam Musam suam*; quod reprehendit P. Faber lib 2. Semest. cap. 15. cum a veteribus, præsertim Atheniensibus, non in *Musarum*, sed in *Diuarum* numero habita fuerit *Minerua*. itaque contenderit illud *Musam*, non esse Senecæ, vtique cum nec eius cognominis meminerit Dio lib 48 qui hanc historiam enarrat. sic Faber: cuius sententiam sequebatur Lipsius ad lib. 1. Annal. Taciti; qui tamen postea in Curis secundis tradit mente & manu amplecti sententiam Iani Grotii reponentis, *Mineruam Musicam*. nam inter nobiles Athenis statuas fuisse *Mineruam* hoc cognomento testari Plinium lib. 34 cap. 8, sic dictam, *quoniam Dracones in Gorgone eius ad ictus cithara tinnitu resonant*. hactenus Lipsius, qui & mallet, *ipsis in matrimonium*. est in Pal nostro, *despond. ipsos in matrimonium Mineruam Musam*, sine voce *suam*, quæ postea demum superpicta ab alia manu.

Mille talenta) in summa discrepat idem Dio, qui ἑκατὸν μυριάδας *imperatas pro dote*, ait, id est Romano more HS quadragies. *mille* autem *talenta* Senecæ, paulo minus faciunt ducenties quadragies, sexies tanto immaniore summa. tamen non muto. Lipsius ibidem, quæ etiam, vt & alia, Had Iunius lib 5. cap. 1. Animaduersorum.

Octauia, Res tuas tibi habe] ita primum emendauit Lipsius meus. cum esset in Erasmianis, *Hoc tueustarestituas, tibi habe*: omoino ille recte; nisi quod inter vocem, *eusta* atque *restituas*, vacuum aliquod sit in Erasmianis, item Pal meo. & quidem in isto quantum satis sit capiendis litteris octodecim itaque placent mihi quæ ad hæc notauit Stephanus lib. 2. cap. vlt. Prood. item Nic. Faber. ad formulam autem repudii quod attinet, *res tuas tibi habe*, extat ea & supra lib. 2 Controu. 5: apud Apuleium lib. 5. metam. Plautum Amphitr. act. 3. Sc 2. Cicer Philipp 2 Quintilian. Declam 262. Caius l. 2. ff de diuortiis, quorum verba petenitur a Brissonio lib. 8. de Form.

Desultorem bellorum ciuilium] ita & in Pal meo, vti & restitutum volebat Lipsius ex veti. item libris lib. 2. Animaduers. ad Velleium: quem videas de hoc homine.

Ad Cassium transiturus] Eras. & Pal. *transituro*.

Salutem sibi pactus est) iidem, *sal. ei pact. est*; vt putem pronomen vtrumque superuacuum.

Ad pecuniam conferendam] Pal *deferendam*.

Et tamen scito illos tibi annuam bimam trimam diem debere] Eras. editio, *Dicito illos tibi annuum biennes triennis diem debere*. ex quo faciebat Cuiacius, *Dicito illos tibi annua bima trima die debere*. visatur lib. 7. cap 20. Obseruat. seruant Palatinæ membranæ, *Et tamen dicito, illo tibi annui, bienni, trienni, diem debere*.

Tot victoriis lasso] Eras. & Pal. *totius orbis victoriis lasso*, nec video cur mutari debuerit, nisi si ab altera lectione & sua sibi stent mss. exemplaria.

Qua arbitrio suo constitit] Erasmus & Palatinus, *constitit*.

Desiturus gentes) Pal. *destituturas gentes*; alterum tamen superscribitur.

Supergressum notuisset) sic Eras. at Palat *supergr. enotauissent*.

Glyconis celebris &c.) Eras. & Palat. *Lyconis*.

Artemon dixit] Pal. meus vacuum habet octo minimum linearum, quibus comprehendi debuissent verba solius Artemonis.

Cassius descripsit) Eras. *Sic Cassius descr.* Pal. *Sic Cassius descripsisset*.

Putabant Aoriones esse in metaphrasi dicta Homeri) Erasm. & Palat *putabant Dorionis esse in Metaphrasi dictum Homeri*.

Vergilius ait de nauibus) Palat. *Vergilius quod ait quis de nauibus* &c Eras. *Vergilius ait, quod de nauibus*. forte, *Vergilius quod ait de nauibus*.

Propetius auribus auditur) Erasm. *videtur*. Palat. *accipitur*.

Menestrati cuiusdam) Eras. & Pal. *Ministrati*.

Ipsis Charybdis & Scylla) iidem, *ipsi Charybdis & Scylla*.

Charybdim ipsum maris] iidem *Charybdim*.

Et ne in mare semel) sic & Erasm. at Pal. *& ne in vna re semel*. quod lere est vt præponam alteri.

Cum describeret assidue) Pal *adsereret* &c. superpictum tamen alterum.

Nam aut tumide scripserunt) Erasm. *nam aut nimis descrip* Pal *nam aut nimis des*.

Iam sidere limo) interpretationis vice additum est Pal. meo. *limo, id est obliquo*.

Prora spectat sublimis ab alto) Erasm. & Pal. *prora se dat sublimis*.

Ruit ipse dies] Pal. *ruget*.

Superuacua atque tumida] Eras. & Pal. *superuacua quoad tumide*.

SVASORIA. II.

Cum trecentis ex omni Græcia] Erasm. *cum Træzenii ex.* Pal. *cum træcenis* additum, alias *trecentis*, alias *ceteri*, quod vltimum sane sere probarim, sed fere tantum, nam obstant quædam infra.

Armaque non passura manus) abest Pal. negatiua.

Senso an vulneribus) Pal. & Eras *aut*.

O Lacedæmonii si aduersus Barbaros] vocula *si*, abest Erasm. vt & Pal. qui tamen prius habuit, *O Lacedæmonius*.

Tuti sumus, licet totum) Erasm. & Pal. præmittunt, *Scilicet tuti sumus licet totum*.

Qua vix minimo aditus nauigio est] Erasm. *vixque minimo aditus nauigio est*. nec aliter Pal. nisi quod is esset: *huius quoque*.

Ars et inquietatione] Pal *inquieta. omne quod circum st.*

Vada altioribus internata) Eras. & Pal *vada altioribus stagnis internata*.

Aspera scopulis, & cetera &c.) iidem, *& cæca*.

Sciet & alios non habere trecentos] Erasm. *Sciet & alios nos habere Træzenios*. Pal. *Sciet & alios nos habere træcenos*, superadditum vero, *trecentos*.

Quid interritos omni periculo) Eras. *quid interbitos somnis poculo*; neque aliter Pal.

Vt vnum Othryadem citem] Eras. *vel vnum Otroyaden Mescitem* Pal. *vt vnum Otroyaden Mescitem*.

Exempla possum] iidem, *exemplo*.

Magnum & alumnum virtutis nasci Laconem] sic Eras. at malim cum Pal. meo. *Magnum est alumnum viri* &c.

Non est Sparta lapidibus] Erasm. & Pal. *non est est Sparta lapidibus*.

Reuocabimus fugientes Træzenios) Erasm. *Trecentos*. Pal. *Træzenos*, superscriptumque, al. *trecentos*, adpictum vero, al. *ceteros*; quod & infra iteratur aliquoties.

Nunquam in solido stetit) Palat. & Erasm. *Nunquam solido*.

Difficilia nisi Laconibus] iidem *nisu*.

Herculem gloriamur operibus cælum merito) Eras. *Herculem*, item *meritum*. at Pal. *Herculem gloriamur de operibus cælum meritos*; adscriptum vero, *meritum*.

Videmus quanta turba sit) iidem duo, *Videamus*: quod retinendum; tantisper inquit hic maneamus dum aduentet Xerxis exercitus, vt verum de eo saltem referamus nuntium.

Si vincere Xerxen non liceat, vincere liceat) rescribendum cum impressis & Pal. *videre liceat*.

Potui non capi si fugere voluissem) Eras. & Pal. *non potui capi* &c.

Hos mihi Sparta] iidem, *Vos mihi Sp.*

Cornelii Spartius) sic & Pal. & Eras. potabat Opsopœus, *Corn. Hispani*.

Idem autem meum quod totius Græcia) iidem *id est autem* &c.

An (vt poeta Pollio Asinius aiebat) hoc non &c.] ita & Pal. & Eras. suspicabar ego transpositione vocis leuique eius mutatione rescribi posse, *luxuriosas putetis, an poeticas. Vt Asinius Pollio aiebat, hoc non* &c. sed nec sic placet.

Ne volo nihil fuisse & iuuenis te amo, tanquam hic &c.) ita & Pal. meus, nisi quod *ne* ascribat. Erasmus fauet plane vulgato.

vulgato, nisi quod oræ adleuit, & *immeno tamio*.

Nisi suasor dilexerit Eras. & Pal. *dixerit*.

Non quidem hæ suasoria. Sed in hac materia) iidem *hac*. forte. *Non quidem hac suasoria. sed in hac materia*.

Sabinus Asydius) Pal. *Asylius*.

Tanquam de Romanis) Pal. adscriptum habet, *quanquam de Rom.*

Nam quasi prouerbii loco est] Eras & Pal. *loco mit.*

Potamon magnus fuit declamator] Pal. & Eras. abest vox *declamator*.

Circa Othryaden) Erasm. & Pal. hic & semper postea, *circa Otroyadem*.

Castius Crispus) iidem, *Cotius Crispus*.

Cum posuisset contra lictionem) Pal *cum imposuisset*

Qui terras circumscripsit) ita & Pal. at adscriptum, *circumsepsit*.

Natura faciem imperat) sic superpositum Pal at in contexta, *imperiat*

Ponat sane contra cœlum astra] ita & Eras. at Pal. *astrea*, exclusa voce *cœlum*, quæ superpicta ab alio, qui & *Pugnet* fecit loco *Ponat*. nihil facilius quam facere, *Ponat sane contra calum castra*.

Terram armis obsidet) Eras. & Pal. *possidet*.

Maria vinculis) iidem *vngulis*.

Nunquam vidi plures trecentis) Eras. *trecentos*. Pal. *pluris trecentes*.

Posse certe inuictos reuerti] Eras. *victos*. Pal. *vinctos*.

Non tantum deseruit, sed posuit) ita & Eras at Pal *polluit*.

Concidit Hector] ita Eras. at Pal. *concidit ere sed ora*

Cernis testimonium stuporis) sic & Erasmus, vt & a secunda manu Pal. sed enim prius aperte erat, *Cernerbora testimontum stup.*

Constitit mirata concio) Eras. *myrata*. Pal *mirata*.

Si nihil aliud, hoc effecturi ne insolens barbarus) iidem duo. *si nihil aliud, effecturi scilicet ne insol.* neque displicet.

Dario dixit) Eras. & Pal. *Darion*. forte, *Dorion*, inquit Optopœus.

Andrem aiebat) forte *Hybreas*.

Si media intercideretur) iidem *intercideventur*.

Quæ prædixeram me Fusci] Pal. *quia pr.*

Quorum nimius cultus] Eras. *quod istorum nimius cultus*. Pal *quod earum nim.*

Interim non dubito, quin nunc vos ipsa &c.] iidem aliter breuius, *Nam nunc vos ipsa, qua offensuro omnis vitia, delectant*.

SVASORIA III.

Aliter nauigari posse] Eras. & Pal. *potuisse*.

Ceterum ipsa non sub eadem conditione &c.] sic Erasm. at Pal. *cetera*.

Et omne cœlum nubilo graue) non aliter Erasmus: Palat. tamen, *& omnes dies cœlum nubilo graue subsidit solum*.

Altus incertis sideribus) Pal. *Altus incertus sideribus*.

Inuicem temperatur altero] Eras. *inuicem nimio temperatur, altero*; quod & in Pal.

Sine occupata nubilo &c.] Pal. *sine occurrit de nubilo sordidiorem orbem suum*, sine voce *ostendit*.

Quicquid bonum est, extra) Eras. & Pal. *quicquid horum est*. quod fere reuocauerim; si modo maiori scribatur litera *Quicquid &c.*

An non potero vindicare] Palat. *At non pot.* quod placet propter statim seqq.

Virginibus hostium parcam) Eras. & Pal. *parcendum*.

Peti a dulteram, impendi Iphigeniam] Eras. & Pal. *Potitur impendi Iphigenia*

Hoc Castius diligenter) iidem, *Hac*. non male.

Auguriis negauit credendum) iidem *auguri*.

Qui affecturene scientiam] malim cum duobus illis, *qui hanc aff. scientiam*.

In ea descriptione. Primum in hac) sic & Pal. & Erasm at distinxerim; *In ea descriptione primum in hac &c.*

Plena, neq. obtusis) Erasm. *obscuris*. Palat. *Pera neque obscuris*

Quod tantum non impio aiebat se imitatum) ita Eras. at Pal. *quod tanto nomine impeo. Aiebat se.* quæ scriptura, puto, propius accedit ad verum, quod eruant alii.

Gallio noster hoc) Eras. & Pal. *hæc*.

Nunquam aliter eum ab hominis] iidem amplius, *eum agnouit ab hominis*. forte, *eum ab nouitii hominis &c.*

Interrogabat, quam vt diceres) iidem, *interrogat nihil aliud quam vt diceres*.

Hoc ipsi tam familiare) iidem, *iam tam famil.*

Quid hoc esse vellet) forte, *quid hocce vellet*.

Feror huc illuc, vt plena Deo) Pal. *illucve, plena Deo*.

Iam vultus ad Fuscum] Pal *Iam multis Ad Fuscum &c.*

Hac potissimum ex hu] Pal. *de hu*, forte litera minore, *& potissimum hu quam*.

SVASORIA IV.

Qui vero in media se) Pal *Quid*.

Et prima meliorum annorum) Eras. *& primo omnium meliorum annorum*, nec secus Palat. nisi quod transponat, *meliorum omnium annorum*.

Babylone cluditur) Bongarsius reponit *Bab. excluditur*, vel, *Babylon ei cluditur*. vide eum ad lib. 12. Iustin.

Nihil aliud tractasse Fuscum) vox *aliud* abest Pal.

Circa puerperam mitteret] sic prius etiam Pal. at mutatum deinde in *puerperam*.

Capulo tenus abdidit) Erasm. *& altum capulo tenus*. rescripserim cum Pal. nostro, *& lateri capulo tenus abdidit ensem*.

Quare nemo videretur dixisse) Eras. & Pal. *quasi nemo vid* quod malim.

Fuscinum explicationes] iidem *Fuscianas*.

SVASORIA V.

Pudet me victoria vestra) Eras & Pal *nostra*; quod melius putarim.

At nescio quomodo languet) vox *At*, non comparet in Palatino.

Futuri pignus esset) Eras. *futuri regni is esset*, quomodo & Pal. meus.

Omnis est sic animum dies) omisit isthæc Erasmi editio, forte quod mendosus codex scriptus. at bene meus, *Omnis nest situs numum dies*. illud enim *aest* notat *est*, h. e. *edit*.

Nam & arma indenuntiata moueret) Erasm. *mouent*. Pal *menent*.

Hec ille numero felix) Pal. *illo*.

Quid Cynegyron referam] Pal. & Eras. *Cynagyron*.

In meliora euentum fiduciam surgere] vox *fiduciam* non exstat in membranis Pal.

Est Xerxes, nisi tollimus] Eras. & Pal. *non tollimus*.

Ecquid ergo bellum habebimus) Eras & Pal. *Et quid ergo &c*, Pal præterea mox pro illo *habebimus*, quod sequitur, exhibet, *habuimus*.

Multo timidiores esse] sic Palat. item Erasmus; cuius editionis ora habet forte addendum, *An nescitis multo timidiores &c.*

Locum mouit non vtiliter) iidem duo, *non inutiliter*.

In Græciam effunderes, sed eo magis ipsis tropæa] Eras. *effundero se. ideo magis*. Pal *effundi se. ideo mag.*

Quod auderit Xerxen venire) Pal. *auderet*; recte.

Alia ponetis) Eras. & Pal. *illa ponetis*.

Et hortatus est ad tollenda) Pal. *& hortatus ad tollenda*.

SVASOR. VI.

Cum diligenter te custodieris] Erasm. *si dilig.* quod & in Pal superscriptum tamen, *cum*

In se infestus) Eras & Pal *infectus*.

Dicitur abdidisse se] conieci pridem lib 9. cap. 17. Suspic. *dicitur abdidisse in se*, vt subintelligatur gladium, eumque totum corpore suo receperit potius quam vt poneret.

Vocem victoris emisit) Erasmus & Palatinus, *victoriæ*, neque displicet.

Vt non timeat Antonius] Erasm *& non timet Antonius*. Pal. *& non timeat Ant.*

Loquatur vnquam Antonius] Erasm. *loquitur inquam Ant.* Pal. *loquitur vnquam Ant.*

Et ad triumviralem hastam) *hastam*, *locutionis publicæ indicium*. pluribus ostendit, hunceq; etiam locum citat Brissonius lib. 6. de Formul.

Gladiatoriam firmitatem) Palat. *declamatoriam firmitatem*.

Quem magister equitum] Pal. *quo*.

Supplex accidens genibus] iidem Sup. *ne eadem gen*.

Pudeat Verrem quoq; quia proscripsit) Eras. & Pal. *Pudeat Verrem quod quia proscr*.

Quandoq; periturus parum vixisti) Eras *quandocunq; per*. Pal *quando periturus*.

Absolvero potuisset) superscriptum est Palatino *absolvere*.

Foris victores, domi trucidamur) Eras. *dum trucidamur*, quod & repositum in Pal. sed a secunda manu; prius *foris victores trucidamur*.

Hoc populi Ro. fatum] ita & Eras. at Pal. *fecta*, additumque supra, *fata*.

Et cognata sidera] Pal. *cognita*.

Vidimus furentia toto orbe] sic & ab aliena manu Pal. prius erat, *furentur*.

An non occiduntur qui) Pal. *At si non occid*. additumq; alias legi, *An si non* &c.

Repeto age, tot patrocinia] Pal *Repete age eum tot patrocinia*, superscriptumque pro, *eum*, alias legi, *tecum*. forte, *Repeto agedum tot patr*.

O hominem nequam) prima litera O, non est in Erasm. aut Palat.

Non est tanti rogare) Eras. *non potes tanti rogare*. Palatinus, *potes*.

Qui ultro mortem apprehendissent) ita & superscriptum Pal ipse autem *appetissent*, quod & in Eras forte, *oppetissent*.

Hoc infelicitas temporum fuit] Erasm. & Pal. *cum hac infelicitas temp. fuerit*.

Roga Cicero, exora unum) iidem, *ora*.

Qui servare nec Antonio quidem) sic & Eras. at Pal. non habet particulam *nec*.

Sed addidit & tertium] Pal. *sed aliud & tertium*.

Non movet me. idiotam petit) Erasm & Pal. *me idiotum, petit*.

Et complura alia dixit scurrilia) Erasm. & Pal. *& quam plura* &c.

In priore parte illud posuit) dictio *illud* non est in duobus aliis.

Qui prior illum proscripsisset) Pal. *descripsisset*.

Qui & iudicasset ab eo] idem, *qui & eum iudicasset ab eo*.

Qui ne tanti quidem putasset illum) Palat. alias habet, *quod ne* &c.

Occasionem scholasticis dedit) Pal. *occens. sch. occasione dedit*, quod & in Eras nisi quod ipse, *occentione*. Ad oram vero, alias legi *alterius suaseris*. Curionis editio annotauit forte legendum, *occasionem scholasticis dedit hac positione*, quod, inquit, probant statim sequentia verba.

SVASORIA VII.

Nec mora fuit quin eiuraret suus esse) ita primum restituendum putabat acutus ille P. Pithœus lib. 2 cap. 8. Adversar. subiectu male Erasmus *eutturet*, testatque *eiuraret* palam in Pal. meo, sic & Petronius. *Si eiuras hodiernum bellum, una cœnabimus*. Hieronymus lib. de Monogamia ad Geroniam: *Hierophantia apud Athenas eiurat virum, & aeterna debilitate fit castus*. sed vide plura apud Pithœum.

Ac vel ipse palam) Erasmus & Palatinus, *ac velut ipse palam*.

Sed postea composuisse) abest iisdem, *postea*.

Recedatis aquores. Hoc si tamen] ita forte legendum annotatum quidem Erasmianæ editioni, sed ipsa, *recedatis*. *Et quia hoc si tamen*, quomodo & extat in Palatino. primus alterum illud recepit in contextum audax ille Curio.

Absinthiatis poculi) sic Erasmus. at Palatinus, *sumpti poculi*.

Linum adeo detrectationis] Palatinus, *contrectationis*, vti & Erasmus, qui oræ apposuit, forte legendum, *contrectationis*, quod neq; segnis fuit in contextum recipere Curio. at illud *contrectationis* mihi nescio quomodo non displicet.

Pro certo habent, id quod erat) Erasmus & Pal. *certum habent* &c.

Caeco volumine fluctu) quis iste sit pluribus eleganter docet cocculum illud Galliæ Turnebus lib. 6. cap. 4. Adversar.

In Antonium aliquid exprobrantes) illud *aliquid* non est in Eras cuiusque loco habet Pal. *aliud*.

Quin fortiter se mori] Erasm. & Palat. *mori*. & ita scribendum.

Proscriptionem suam dixisse esse &c.] Eras *dixisset, esse quippe non fatentes modo cadentis eunuchi, sed defectus, quoque sint pro rostris exponi*. nec aliter Pal. nisi quod habeat, *quia quoq; sint*.

Itaq; quo sæpius ille ingenii) Eras. *Item qua sæpius ille ingenii*, neque aliter Colon. nisi quod ipse, *quo*.

Protendentis capitis oriq;) sic & Palat. & Erasmi editio, cuius margo forte, ait, *pendentis*.

Aliquo actionis inclinata) iidem, *salutationis*.

Ac aleam delatam in Antonium) sic & Eras. at Palat. *ac alienam*.

Quia vero æstimanti &c.] ita & adpositum Pal. at a manu prima, *quam vere est*.

Nihil crudelius passi erant) ita emendabat Lipsius lib. 4. Epist. quæst. 18. Eras & Pal. vt & ceteræ editt. non habebant illud *nihil*.

Eiusdem fortuna compos ipso fecisset] & hoc a Lipsio est. Pal meus & editi, *eiusdem fortuna composito fecisset*.

Vt est natura candidissimus] Erasm. & Pal. *Vt est noster candidiss*.

Non est opera deferre) sic & Erasmus. sed Palatinus, *deferere*.

Nihil enim in ipso Cicerone dignum est] Eras. & Pal. *Nihil enim ipso Cicerone dignum est*.

Privatas enim simultates) Pal. *Proprias enim*.

Vides credendam eius) Pal. *cred eius* item mox, *magnitudine virtutem sed multitudine quoq; conspiciendam*. pro quo Eras. aliter, *magnitudinem virtutum, sed multitudinem quoq; consp*.

Quo nullius interesset] Pal & Eras. *quod*.

Supervacuum est. Natura autem pariter atq; fortuna obsecuta est Et quidem facies] Eras. *superbo natura pariter atque fortuna obsecuta est. Et quidem* &c. at Palat *superba natura autem atque fortuna pariter est. Siquidem facies*; quod *Siquidem* placet.

Et gerendis magna muneris, deum consilio &c.) Erasmus, ac Palatinus, distinguunt, *& gerendis muneris magna, deum consilio* &c.

Tempestates coorta graves in eum] Pal. *in eo*.

Exacta quid artibus ætas?] Erasmus *& vita quid artibus acta?* vti & ab extranea manu Pal. nam primo, *& vita quid artibus ætas*.

Quod Cornelium fecit] ita & Pal. qui annotauit, *subaudi, non probasse*.

SVASORIA VIII.

Intolerabilis in malo ingenio] illud *in* non est in Erasmianis. nam Palatinus, *tollerabilius* (al. *or*) *in malo ingenio*.

Quam prospera turpitudinis) sic & Palat. nisi quod is, *quem*. at Eras. *proprie*.

Non tædet tantum me] vox *tantum* abest Erasmo & Palatino.

Ne propter hoc quidem pertinet) additum Palatino, *pertimet*.

Tolleret per Ciceronem) Pal. *tolleretur*.

Si non omnium cervicibus luderetur] Palatinus & Erasm. *si non eiusdem ense cervicibus lucrentur*, ad oram vero editionis, forte *luderetur*, quod in textum statim recepit Curio.

Vincere velis Cicero] Palatinus, & Erasmus, *vincere possis Cicero*.

Sine

Sine vlla pallione) Pal. *actione.*

In boni principis sinum] iidem *sinu.*

Si dimisit a narrauere) ita forte legendum annotatum ad editionem Curionis, vel, *dum ista.* at mihi placet *diu,* abiecto *si*, vti est in Erasm. & Pal. quod miror cur displicuerit Cælio.

Et Canictos] sic & Pal. ad oram Erasmi alias *Carutios*: ad oram Curionis, forte, inquit, *Caninios*, vt Cicero Philipp. 11. vel *Crassitios*, vt Philipp. 13.

Et Saxas) Eras. & Pal. *Saxos.*

Praestares patientiam] iidem *praestaris.*

Cicero ipse eloquentiam suam animaduertet] editi & Pal. *in eloquentiam suam*, & placet.

Multos victuros animi] iidem *Multos ea re victuros animos.*

Permatto te populo Ro.] pronomen *te* non est in Erasm. aut Palat.

Si scripta combusseris) Eras. & Pal. *Licet scripta combusseris*, quod malim.

Populus Romanus omnes) Palat. præponit, *quam populus* &c.

Quam quod indignum putauit viro] Eras. & Pal. *viros*, vt connectatur seqq.

Ego mirabar, si non) prima fuit in Palat. *Ergo mirabar*, quod alteri præposuerim.

Generosa mors in numerum] Pal. *generosus amor in numerum.*

Patripotaris, vt quod in te optimum habes, ante te efferat?) Erasm. *Pateris perire, vt quod in te* &c. Pal. *Pateris perire, vt quod dico optimum habet, ante se efferat.*

Perpetuam Antonii proscriptionem) legerim fere, *perpetua Antonii*, vt sit verbum *perpetuare.*

Quam diu vsus literis, honor summa eloquentia erit] sic & Pal. pr. a manu priore, at adscriptum, *quam diu suus literis honos, summa eloq. pretium erit.*

Quam diu resp. nostra) Erasm. & Palat. *quamdiu rerum natura.*

Ne quid te putes charum relinquere) iidem, *charum illi relinquere.*

Vt adeo illa pars non sit mala) Pal. *nulla pars.*

Cuius linguam in tantum extulisset Eras. & Pal. *cuius l. in cinem extul.*

Tam care spiritus empti) Eras. *tam degener spiritus empti*; ad oram vero, forte *degenere*. quod probo, nam & Pal. *degener*, cum virgula iacente in litera vltima.

Itaque quod turpiter postea] Erasm. & Palat. *Item quod* &c.

De coruo Castii satisfecit) de hoc Ludon. Cælius Rhodiginus lib. 14. cap. 7. lect. antiq.

Niger & Cotula Hybrea disertissimi] Erasm. & Pal. *Non exigeret Scordalus Hybrea disert.* quod placet, vt annectantur prioribus hac forma, *Erat autem ibi potus. non exigeret scordalus. Hybrea disertiss. scordalus* quid sit etsi satis nesciam, tamen hic apprime conuenire vbi agit de ebrietate, inde scio, quod dicat Seneca filius Epist. 83: *Tillius Cimber, & nimium erat in vino & scordalus.*

Hybreas de paritate stultorum locum ad &c.) Eras. & Pal. *Hybreas partibus stultorum locum ad* &c.

Garganius amabilissimus] Opsopœus mallet, *Gorgonius.*

Iuba & Petreius mutuis vulneribus] Pal. amplius habet, *Iuba & Petreius Iul. mutuis mulis vulneribus.* sed natum id ab annotatione, *vel mulis*, aut adeo *vel mutuis*, quod appositum libro tanquam varians lectio.

APPENDIX.

Amice lector, quæ hic attexta vides, pauca eorum, aut iterata mihi oggessit Senecæ lectio, aut amicorum serior suggestio: plurima vero partim debeo Opsopœo nostro, partim amplissimis aliquot eruditissimisque in Gallia viris qui ea lubens Opsopœo communicarunt: dudum quidem illi, sed quæ mihi tamen primum obuenerunt cum potissima pars harum Animaduersionum iam absoluta: vnde factum vt suis quæque locis inseri nequiuerint; certe non ista quæ vides.

AD LIB. I. DE BENEF.

Ad Ebucium) Nazarianus codex *Æbutium*, & ita quoque Lapides cum diphthongo. Græci quippe *Αἰβούτιος*, vt notat Manutius nepos in Orthograph. & hic Opsopœus.

CAP. I. *In angusto vero comprehensus*) monuit Opsopœus librum Cl. Puteani seruare *compressus*, quod & in Naz. meo ac Col. prisco scribendi more pro *comprensus*. sic CESS. pro *Censoribus*, COSS. pro *Consulibus*. Tibullus lib. 2. *Oscula compressis auribus eripiet*, pro *comprensis*, vt annotat Sol ille non Galliæ suæ sed orbis Scaliger.

Qui si quis non dat quia non recepit, cadat vt reciperet &c.) ita & mss. omnes. at I. C. quidam ait se restituere, *in dandis beneficiis decet, quasi quis dedit vt reciperet, non dat, quia non recepit, bonâ ingratorum facit causam, quibus turpe non erit reddere si licet*, vt Seneca hoc velle videatur, Turpe esse beneficium non dare, cum dandi materiam habeas. nam & ingrato turpe est, non reddere beneficium, cum id possit reddere. sic I. C. ille, quæ ego certe rideo, adeo stulta sunt. vulgatum item (si bene memini) tuetur vir clariss. Iohannes Caselius; qui primum istum Senecæ lib. de beneficiis seorsum publicari curauit. haud tamen is mihi ad manum.

Ipsosque, qui non fuisse mallent) sic & Arnobius libro 2. adu. gent. *Vt in sacrilega crimen impietatis incurrat, quisquis ab eo conceperit hominem esse pregnatum rem infelicem & miseram qui esse se doleat, qui conditionem suam detestetur & lugeat* &c. ita Arnobius contra Muretum.

Quid magnifici erat) ita & Naz. Coloniensis & Palatinus primus, at reliqui, *Quid magnifici erit multis prodesse* &c.

CAP. II. *Nullius rei, minime beneficiorum*) sic & negatiua gemina apud Helbiam cap. 16: *Scio rem non esse in nostra potestate, nec vllum affectum seruire, minime vero eum qui ex dolore nascitur.*

Nullum perit, quia qui perdit, computauerat) I. C. ille qui supra ait, nos ita legimus, *Illud falsum est. perdenda esse multa. Nullum perit: quia etsi perit, computaueras*, hoc est, inquit, *in rationes tuas retuleras* etsi perit ipsum beneficium, non perit ipsius beneficii memoria. ita ille; directe contra mentem auctoris, qui vult ne beneficii quidem retinendam memoriam. ideo is homo, postea temporis emendabat, *Illud etiam falsum est: Perdenda sunt multa. Nullum perit: quia etsi perit, computaueras.* obiuio sane melius.

Tantum eroga tu) ita Muretus. olim cusi, *erogatur*, quod & in Palatino primo, secundo, tertio. nec aliud fuisse videtur in Nazar. sed factum deinde *tantum erogat*, vt referatur ad vocem *ratio*. illud *erogat* fuit & in ms. Erasmi, qui arbitratur scriptum fuisse, *erogantur*, nisi *erogatur*, inquit, accipias impersonaliter, aut nisi subaudias, *beneficium*. sic Erasmus. ad cuius editionis oram legitur alias *erogant.*

CAP. III. *Quia promerentium vultus hilares sunt* &c.] nihil nunc quidem temere mutarim de hac lectione, licet non sincera. tantum indicarim Nazar. nostrum amplius seruare. *& vti es fornat. Ideo est aliqua tamen maioris* (superpictum a manu recenti *maior his*) *dignatio sicut promerentium vultus hilari sunt. quales solent esse qui dant vel accipiunt beneficia.* ita nullo apice minus Nazar. ille, nec secus Coloniensis, quam quod is *hilaret*; aut Palat. sec. nisi quod ipse *aliqua tm*, item *ylares sunt* nam tert. *Ideoque est aliqua tantum maioris dignatio, sicut promerentium vultus hylares sunt, quales solent esse qui dant & qui accipiunt benef.* &c. ex his erui debet vera Senecæ lectio, quam fere diuino, sed fere tantum.

CAP. III. *Et spissis auro Phrygianis*] vetus quoque liber literatum peritia & rerum vsu clarissimi viri Petri Delbenii seruat, *& spissis aut Frixianis prodeant* quomodo & citat P. Faber lib. 2. cap. 16. Semestr. putatque Opsopœus Gallos inde deducta voce *pannos* quosdam villosos appellare *de la frise.*

Late patentis patrimonii] illud *matrimonii* quod malebamus, ita extat apud D. Augustinum Sermone 185: *Ibant ad passiones, obliuiscentes patrimonia & matrimonia.*

Aliud quod in censum detulerunt) Erasmi editio, *aliquid in censum detulerunt*, notatumque ad oram, alias legi, *sensum*, quod & restat in Col. at vero Pall. omn. *aliquid incensum det*. Opsopœus firmat Mureti scripturam loco qui est Epist. 95: *Hæc omnia æstimatorem desiderant, quanti quidq; in censum deferendum sit*. Nicolius tamen coniiciebat, *si aliquid insulsum detulerunt*; quod Herodianus initio librorum suorum simile quid de historicis referat his verbis: Ἐπιμελήθησαν φροντίδας τε καὶ ἀφανείας, ῥᾳθυμήσαντες ὡς ἄν τι καὶ μὴ πάνυ λέγοιεν, τὸ μὲν ἴδιον τῆς ἀκριβείας αὐτοὶ καρπωσόμενοι, τὸ δ' ἀνεξέλεγκτον ἐξετάσοντες ἐν ἀλλεξήμασι.

C AP. I V. *Quo a proximis accipiatur*) sic & Puteani ms. & Pall. mei.

Farre ac fitilla] sic & membrana Delbenii, vtiturque ea voce Plinius quoque lib 17 cap. 8.

C AP. V I I I. *Et omnium iuuenum opulentorum*] malim *& omnem*, vti est in Pinciani exempp. meisque omnibus, nisi quod Pal. tert. *& omnem vinentium.*

C AP. I X. *Nec clam, sed aperte quidam ludibrio habitus, suas aliis permisere*] Pal. sec. *nec clam quidem, sed aperte ludibrio habitus* atque ita quoque legitur a manu secunda in Naz. antea erat, *ludibrio aditus*, quod & remanet cum reliquis illis in Delb. cod. item fere Pall. ceteris nam tert. *aditus*. Col. *adicus*. & vero placet, *nec clam quidem sed aperte ludibrio habitus* si quis tamen putat ferri posse insuper, *aditus*, cum eo non contenderim.

Admissis inspectoribus] prius fuit in Naz. *amissis*; addita deinde litera ab manu peregrina. at Palat. tert. *admissis in pectoribus.*

Vebi vndiq; perspicuam) Pal. sec. *perspicuum*. alii tres positu tali, *vebi perspicuum vndiq;* annuntiatque solum lectio alia prima in Naz. meo.

Abominanda conditionis est) Naz. custodit *abominanda conditio est*, emendatus tamen deinde ab aliena manu ad editionē vulgatam; pessimū sane facinus. nam priore illo nihil elegantius, quomodo & fere, imo omnino Martialis

Dum tibi noster eques sordida conditio est.

sed nos de ea voce plura lib. 9 Sulpic. cap. 1.

Nec aliena vxori anulum præstat] ita primum, quod sciam, edidit Cælius Curio Secundus; Erasmus enim aliique priores *anulum præstat*, quod & in Delbenii cod. inuenit probauitque Opsopœus. & vero sic quoque omnes mss. mei, item Naz. sed is ab aliena manu; prius fuit *nec alienæ vxori annuum præstat.* quod ego Senecæ legitimum præsto. sicque alioquin iterum lib. 1. cap 15. de Clem. vbi & ego de vocabulo isto plura. sed & Iuuenalis, Sat. 6.

-- *sunt quæ tortoribus annua præstant.*

ad quæ Scholiastes; *id est salaria quæstionariis, siue carnificibus.*

Nisi qui abduxit iam raptam] diximus multa omissa a Mureto. & quidem sic ea extant in Delb. libro: *Iam rapta spargere, sparsa erat agri auaritia recolligere certant. nihil pensi* &c. quomodo nulla litera minus Nazar. meus. itaq; erraui supra, quod dixi in eo apparere *erant*; habet enim *erat*. Opsopœus arbitratur illud *erant*, siue *erat*, ex duplicis annotatione lectionis esse residuum, quod addiderant voci illi *sparsa* deinde, inquit, ex molliuscula litera *c* pronunciatione, *agri* prouenit pro *acri*, quemadmodum passim etiam inuenitur, *arguit*, pro *arcuit* &c. claram itaque resultare sententiam, *sparsa acri auaritia recolligere certant*. Iam restat in vett. excusis, *suam timere Nullum aliud vereri malum, non parcere iniuriis*, vti & exhibet Muretus. at Delbenii liber, Nazarianam fere repræsentauit scripturam, nisi quod librarius hic, vt alibi postea, *quod* pro *quam* exprimat, compendiosæ notæ ignarus; habeatque, *suum*, non vt meus Naz. *suam*. Opsopœus legebat, *suum non vllum aliud*, vel, *suum quam vllum aliud vereri malum*, vt subintelligatur vox *magis.*

C AP. X. *Euerset esse mores*] vocula *esse* abest Nazar. Pal. tert. ac Col.

Corpore præ se ferens) Delb. liber non habebat dictionem *corpore.*

Sine vllo meo incommodo non dubitabo) Opsopœus etiā putat delendum tanquam glossema illud *incommodo* cum vet. cod. Delben. subaudiendumque ex præcedenti *periculo.*

C AP. X I I I. *Vbi illi defecerant*] Delb. cod. *illa*, probatque Opsop. vt ad *vestigia* referatur.

C AP. X I V. *Et in illum etiam inimicum*) placet ista lectio Opsopœo præ alio, *inimico*. at mihi contra est, vt supra dixi.

Morbo suo morem gessit) Opsopœus non vult istud mutatum cum Lipsio lib. 1 cap. 10. Electorum. nam & tangit noster Epist. 79. *Non est quod istam curam imputes mihi: morbo enim tuo daturus eras.* item Natur. quæst. lib. 1. cap. 16: *Inueniam quemadmodum morbo meo imponam & fortius faciam.*

Quis patitur sibi imputari vulgaria?) cum vox vltima hic delenda sit, suaso mss. omnium, facile reliqua tanquam eleganter dicta; ita tamen vt non intelligam quomodo hic proprie faciant.

Quibus vero tam conuenit) etiam ms. Delbenii, *quibus vero tam conu.*

C AP. X V. *Nisi quam virtutem modus fecit*) sic Mureti editio: Erasmi, *virtutum*. Nazar. initio habebat etiam *virtutem*, sed aliquis id mutauit, vt & vocem sequentem, fecitque, *virtutum motus*, quomodo omnino extat in Col. meo aliisque Pall. *virtutum modus* placet harum artium callidissimo viro Iac. Lectio, *modum*, quippe etiam in *virtutibus* veterum sapientissimos desiderasse. Tacitus in vita Agricolæ: *Tenuitq;, quod est difficillimum, etiam ex sapientia modum*. & alibi: *Etiam saluberrima consilia nisi modum adhibeant, perniciosi rerum exitus consequuntur.* noster Epist. 16: *Cum sit vtriq; virtutis modus, æque peccat quod excedit, quam quod deficit.* Hæc in schedis suis ad me per communem amicum Isaacum Casaubonum Lectius; neque vituperauerim, etsi magis tamen inclinem in scripturam illam primam calligatissimi Nazarii, *virtutem modus fecit*. vere enim & ingeniose dicamus *modum* ipsum honestis animi actionibus nomen imponere virtutis, iuxta illud Horatii:

Est modus in rebus sunt certi denique fines,
Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

AD LIB. II. DE BENEF.

C AP. I. *Tanquam si sibi præriperet*] ita Rom. editio Erasmi, *sibi raperet*. Pincianus ait quosdam homines legere, *si sibi eriperetur*, dicitque superfluere particulam *si*. ex mss. suis, quorum etiam quidam, *tanquam sibi eriperet*; quod mihi placet; nam & ita quoque a prima manu Naz. Pal. quippe pr. *tanquam si sibi eriperet*. sec. tert. Colon. *tanquam sibi eriperetur*, vt & codex Puteani.

Parata facile occurrentia. vbi nulla mora fuit, nisi in &c.) Puteani liber, *parata, facilia, occurrentia, vbi nulla mora fuerit, nisi* &c.

Non os concurrat) emendabat Pincianus, *os corruat*, male. nam & lib. 3. de Ira: *Non defuerunt misero verba, non os concurrit.* Quintilianus optime exprimit quid sit lib. 11, cap. 3: *Est aliis concursus oris & cum verbis suis colluctatio*; quod & in mentem Opsopœo.

Et suffundatur rubore] sic Pinc. mss. & Palat. pr. at *rubor* extat diserte in Naz. Col. Pal. sec. ac tert. item Erasmianum & ita legendum, cum pendeat a voce *homini.*

C AP. I I. *Necessitate grauissima liberanda est*) etiā interleuit Puteani scriptus, *necess. grau. rogandi lib.*

Si præsto fuerit) mss. mei & ille Put. *fuit.*

C AP. I V. *Hac itaq; cura*) mei & Delb. *Hoc itaq;.*

C AP. V. *Potest ob id ingratus esse?*) Delb. ms. *Potest ob id gratus et iam esse.*

C AP. V I I I. *Censura est, principale* &c] mss. omnes & cusi amplius; *cens. est, auxilium est, princip.* quod nunc placet, modo scribatur, *Auxilium est?*

C AP. I X. *Sed occurrunt infirmitati*] Erasmi editio & membranæ meæ nec non Delb. *succurrunt*; quod melius.

C AP. X I. *Si tuo mors est*) Put. liber non seruat voculam *est*. at eam cum habeant omnes mei, non temere reiecerim: ita enim sæpe noster.

Non

Non verniliter] ita Pal.sec.ac Naz. nam tert. *non inutiliter*. Puteani scriptus, *vernaliter*, quod & apud Marcellum: *Vernaliter pro adulatorie, a vernis, quibus hoc vivendi ars est.* Opsopœus tamen non improbat *verniliter*, vtpote quod & alias apud Senecam legatur, & apud Quintil. lib 1.cap. 5 *seruili vernilitate imbuit.*

CAP. XII. *Quo victi hostes victoribus iacuere*) ita & Erasmus, qui tamen prodit alias legi, *hostibus*, loco *victoribus*. & sic profecto Naz Pal.tert. Delb. Col. solum sec. agnoscit illud primum excerpta vero pr. *si senatter senex supplex sibi morem victorum hostium iacuisset.* Opsopœus putat leg. *quo victi victoribus iacuere*; quo pacto dixerat Seneca. *victi victoribus leges dederunt*, referente Augustino lib 6 cap.11 de Ciuit.Dei.si vlla esset fides excerptis illis Pal.pr. breuius videretur argutiusque *supplex sibi more victorum hostium iacuisset.*

CAP. XIII. *Quid se tantopere supinet*] schida Palat, pr. *Quid tanto opere resupinat.* sec.tert.Nazat Delb. *quid se tanto opere resupinet.* Col. *quid se tanto opere resupinet.* Opsopœus fingebat, *quid se tantopere resupinet.* immo vero retineamus *se*: loquitur enim tertia persona: moxque vbi est, *vt malis habere personam*, legendum iterum iisdem chirographis meis vrgentibus, *vt malit*; sic sane Colon.& Pall. tres fragmenta quidem Pal.pr. habent, *malis*; sed & eadē peruertit omittuntque illa, *Libet itaq; interrogare.*

CAP. XV. *Quaedam accipiente minora sunt*) ita Muretti editio; contra omnes cusos scriptosque. etiam Delbenii, qui. *quaedam accipiente maiora sunt*. idque hercle reuocandum, euincit vel istud fine capitis. *aut non capias.*

Se ipsum mensus) *seipse* Naz.Col.Delb.& Pal. tert. probatque Opsopœus, ac similiter corrigit ea Delb. illa lib. 4. de benef.cap.16 *sibiipsum inutilem*; lib.5.cap.7. *homines sibiipsos beneficium dare*. cap 9 *sibi ipse fuisset auxilio.*

CAP. XVIII. *Transeamus ad aliam partem*) mss. mei & ille Delb. *adulteram* recte, eo enim vsque tractauit, quicquid ex priore parte supererat, vt bene annotat Opsopœus.

Maneiq; amicitia non recipere indignum) omnes libri mei, *maneiq;*. & distinguit hoc modo Col. *maneiq; amicitia. Non recip.* vt pendeant priora a superioribus, quæ interpunctio etiam in Naz. qui quoque a prima manu, *recipere ind.*

Sic est beneficiorum quidem) Delbenii codex etiam habet vt mei. *sic ne in benef quidem*. quod placet Opsopœo, vt suppleamus ex præcedentibus, *indignus recipiendus est.*

CAP. XIX. *Non est ergo beneficium fere auxilium?*) ita Erasmi editio ad oram: in textu *ferre*. quod & in Palat. sec ac tert qui tamen, *Num ergo beneficium est ferre auxilium*, vt legendum videatur, *Num ergo ben. est fera aux?* vti habent Col.Naz & Delb.

CAP. XXIII. *Adhibenda cautio est*) scribit Opsopœus legendum videri, *adh. cautio est*, eo enim spectare sequentia, *quod pudet debere ne acceperis*. meo animo perperam, imo subsequa ista inferunt non esse accipiendum si publice accipere pudet, si palam fieri nolis quod acceperis.

Et in angulo & ad aurem) sic omn. mei. Puteani liber *& in aurem*, quod arridet Opsopœo. sicque loquit, Seneca pater lib.2. Contr.1. *alia in aurem legere*, & Martialis, *in aurem laudare*. ego nihil ausim mutare.

CAP. XXXI. *Ad fortunam mittor*) ita omnes mei. recte inepte valde Puteani codex, *mitor*.

CAP. XXXIV. *Vt pecunia, domus, prætexta*] sic & Erasmo editos; mea sententia bene, nisi quod forte geminandæ particulæ. *vt pec vt domus, vt præt.* quomodo erat in ms. Put *prætexta* enim honoris insigne, sicut ait noster supra lib.1.cap.5. at loco *prætexta*, habent olim impressi, *præterea*; quod manauit nisi fallor ab insulsa editione Cælii Secundi: sic sane ea habet. Lectius conficiebat potius, *domus, prædia.*

AD LIB. III. DE BENEF.

CAP. III. *Quicquid enim domi est, vile est*] Pal. sec. tert. Naz. Col. *Quicquid est domi, vile est*, sine *enim*; quæ nec in Pal. pr. in quo, *Quicquid est domi vilescit*, quod & fuit in ms. Puteani. vnde puto legenda hæc & præcedentia, absque voce *non*, hac distinctione: *In id quod adpetitur intenti, quicquid est domi vile est.* quomodo habet Pal. tert nisi quod is *intenti*. ante volebam, *Nobis in id quod est quod* &c. pro quo perperam posuit typographus, *Non in* &c.

In adolescentiam nostram collata) sic omnes mei præter excerpta Pal. pr. qui, *in adolescentiam collata*. Delb. *in adolescentiam collata*, sine voce *nostram.*

CAP. VIII. *Eadem lices sint*) sic & mei quinque, vnus Puteani, *Eadem sint licet.* qui ordo planior visus Opsopœo.

CAP. X. *Inæqualem, & pro* &c] sic optimus Nazar. alii omnes, *An inæqualem* &c quod placebat Puteano, cum & sic liber eius scriptus, & quos versauerat Pincianus.

Proinde ista maiora aut minora erunt) ita Nazar. nec non Pal.tert. ac Colon. item sec sed a manu altera; prius erat, *Proinde illa maiora erunt*. excerpta pr. *Pro istis aut maiora aut minora*. Put. cod. *Proinde ista aut maiora aut minora.*

CAP. XV. *Iuuare & prodesse*] particula *&*, abest mss. meis, item libro Delb. vnde videtur Opsopœo alterum abundare. ego vtrunque potius ἀσυνδέτως retinuerim. maius enim est, certe aliud quid *iuuare* ac *prodesse.*

Qui dat beneficia, Deos imitatur] male istlæc in notis meis interpolaui.

CAP. XVI. *Si numerare se cœperint*) sic Naz. ac Pal. sec. recte. alii, *numerari*. Put. ms eiecto *se*, *si numerari cœperint.*

CAP. XVIII. *Seruos qui negat dare aliquando beneficium, ignarus est*) Naz. *seruum*. idem, vt & reliqui mei omnes & Pinc. ac Put. interferunt, *aliquando domino beneficium.*

CAP. XXII. *Si a domino iniuriam potest accipere*) vox *potest*, tantum conspicitur in Pal. sec. idque a mano extranea, neque adeo est in Delb cod Col. meus alia quædam annectit, quæ alterius loci nempe: *si a domino iniuriam accipere. potest confugere seruus ad statuam.*

CAP. XXVI. *Ectypam & eminente*) Delbenii liber etiam, *ectypa & eminente gemma*. Plinius lib.37.cap.10. *Hæ sunt gemmæ, quæ ad ectypas scalpturas aptantur.*

CAP. XXVIII. *Eademq; origo*) sic omn. mei. Put. absque enclitica, *eadem origo.*

CAP. XXXIII. *Seruauit in bello patrem*] mss. mei item Delb *in prælio patrem*. quod reuocandum. nam aliud *prælium* est, aliud *bellum* Tacitus lib. de moribus Germ. *Alios ad prælium ire videas. Cattos ad bellum.*

Hoc est regnum) male istud tentaui in notis; sana est locutio & sæpius deinde vsurpata nostro.

CAP. XXXVII. *Parentis iniussi*) *inuiti* etiam Delb. ms. Opsopœus quærit annon legi possit. *inmitu.*

CAP. XXXIX. *Exempla subeunt*] malim *assunt*, quod passim mss exempla *sunt.*

AD LIB. IV. DE BENEF.

CAP. VI. *Dies fugientis vitæ terminum ponens*] codex Delb. *ille dens surgentis iuuentæ terminum ponens*: quod iure probauit Opsopœus noster, & ego cum ipso itaque lectiones quas supra ad hunc locum positas volui ea mss. meis, male expressæ partim a scriba meo, partim a typographis. nam vbi est ex Pal. tert. *dens surgentis*, reponendum ex vero, *dens* sed nec Naz debebat aggregari Palat. sec. aut Col habet enim: *dens surgentis iubente terminum*. deinde vbi habes a me *dies surgentis*. erratum est operarum, restituendum *dens*; habebam enim in mente illa omnia quæ extant apud Cælium lib.4.cap.1. Antiq lect & alia quædam quæ posui lib 3.cap.4. Opinion. miraris hanc socordiam nostram in relegendo lector! miror magis ego. nam ne inscitiam suspiceris, huius loci mentio mihi iniecta ante notarum editionem, ab eruditiss Opsopœo in cœna viatica quam exhibebat anno & quod excurrit, Freherus ille noster amicissimo suo, supraque imitationem posito viro Ioh. Leunclauio; cui & intererant a Musis & a Gratiis ficti omnes, W. Zundelinus, I. Posthius, P. Melissus, F. Sylburgius. itaque vt per me pridem huius sententiæ veram scripturam intellectumq; non erroissem, at vel eā postea certe scissem monitu amici illius nostri Opsopœi. atque omnino quidem reponendum, *dens surgentis iuuenta*; respicitq; auctor ad *dentes* illos qui vltimo nobis gignuntur; vti

vult Aristoteles circiter xx. ætatis annum, vt Hippocrates certius definit, in quarto annorum septenatio, hoc ab anno xxi. ad xxviii. Celsus lib 8. cap. 1. *Vtrinque fere maxillares qua: eruntur, præterquam in his in quibus sero vltimi, qui genuini vocantur, non increuerunt.* Aristoteles de Hist. anim. *φύονται δ' οἱ τελευταῖοι τοῖς ἀνθρώποις, γόμφιοι, οὓς καλοῦσι κραντῆρας, περὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξίν.* Hippocrates lib. *περὶ ἀρχῶν.* *Καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι ὀδόντες φύονται δύο τοῖσι πλείστοισι τῶν ἀνθρώπων. οὓς καλέουσι σωφρονιστῆρας.* dicti κραντῆρες, vt Nicandri scholiastes docet, *παρὰ τὸ κραίνειν καὶ ἀποτελεῖν τὴν ἡλικίαν,* quod ætatem perfectam reddant, seu vt Seneca loquitur, *si egente iumenta terminum ponant:* σωφρονιστῆρες vero, quod iis enascentibus homines iuuenilitatem exuere & prudentiores fieri credant. Latini *genuinos* dixerunt. Plinius lib 11 cap. 37. *Hominis nouissimi, qui genuini vocantur, circa xx. annum gignuntur.* hæc tunc fere in medium proferebantur ab Opsopœo nostro.

Cap. VIII. *Sed idem est vtrumque. nec distat. officium si quod)* Put cod. adhæret Nazariano, habetque, *vtrumque, distat officio. Si quod* &c quod placet, etsi retinere queat illud *quod.* in Animaduersionibus meis erratum est omissu puncti. ita enim legitur in Modii ac Col. membranis; *nec distat officio. Si quid* &c.

Cap. X. *Videbo quando dem, cui dem)* ita & Naz. & Col. nec non Pall. ac cod Put. commodiore ordine, inquit Opsopœus, *Videbo cui dem, quando dem.*

Cap XVII *Quem cum nascitur trahit)* mss aliquot, *quemadmodum nascitur trahit.* an fuit, *quem admodum dum nasc.* &c.

Cap. XX. *Si captator est)* Delb liber item. *si lucri captator est.* ad quæ Opsopœus, tolerari tamen posse vulgatum, vt absolute capiatur *captator*, vt infra cap 26.

Cap. XXVIII *Quisquis ciuis est* &c.) iubet Opsopœus legamus, *quisquis in censu est Quicquid aliud est quod* &c. recte posterius, quod & habent mei, sed male primum, *in censu est.* nec enim omnes qui in *censu* erant frumentum accipiebant. & alioqui vereor vt ita alibi quis loquatur, *in censu esse* etsi ita quoque coniicit Pincianus. legendum, *quisquis incisus est,* dixi in Animad.

Ius fori omnibus dicitur Put. quoq. ms. *ius & fori dicitur* vnde & ipse suspicabitur vt ego prodidi, *& furi.*

Cap XXIX *Deinde quod potissimum*] cum sit in mss. *potentissimum*, id huc reuocarim alibique. videantur meæ Suspiciones.

Cap. XXX. *Cuius osculum etiam impedire deuotu bonis)* ita etiam erat in Puteani cod. qui Lipsii probat coniecturam.

Cap. XXXIII. *Nisi comperta veritate)* lapsus hic iterum amanuensis. Faber enim inquit legere se potius; *Nisi comperta veritate, si nihil moneo, relicto omni actu vita consistit.* minus tamen bene. nam pendent illa a superioribus, *Expecto vt nihil moneris nisi* &c. itaque, *si nihil* hic fuerit nisi turbaudæ sententiæ. postea habet Puteani libet, *sic relicta omni actu consistit*, quæ lectio firmat coniecturam meam ad eum locum.

Cap. XXXIV. *Secta vestra*] Opsopœus, si quid est mutandum, mallet, *Constitutio vestra*; eam enim vocem Senecæ frequentem, supra cap 26. *Dues ex constitutione Stoica accipe ingrates.* lib. 5. cap. 13. *nos hoc ex nostra constitutione tantum,* &c. at ego omnino restituerim, *Conscientia vestra*, vt velit, quamuis forte verbis & vultu id ipsum tueri queant, contrarium tamen dicere ipsorum conscientiam.

Si facis sciens, peccas) potius distinxerim cum Naz. *Si facis. sciens peccas*. quomodo & veniebat in mentem Opsopœo nostro. Pal sec. ac Colon. legunt, *si facies sciens peccas.* tert. *si facies sciens penitras.*

Cap. XXXV. *Omnia esse debent eadem quæ fuerunt, cum promitterem*] sic Naz. item alii omnes, nisi quod excludant vocem *eadem*. Puteani ms. seruat, *cum promitterem*, quod probum facit, inquit Opsopœus, verbum sequēs. ignotcat mihi, non facit. neque patitur rerum natura vt promissor etiam sibi obligetur. sic enim ista construenda: *in tui promissi. vt tenere fidem promittentis (meam, scilicet) omnia esse deuent eadem quæ fuerunt cum promitterem.*

Quam se malum virum & ingratum comperi) ita Pal. sec. Naz. Col. at tert. addit amplius, *comperi, quam prius bonum & gratum putabam*, quod & est in Put. ms. hoc ordine, *quam si te malum virum comperi & ingratum quem prius bonum & gratum putabam.*

Cap. XXXVI. *Non quia dignus es)* sic & omn. mei. Put. tamen, *dignus est.*

Sed verba redimam) superiores edit. *sed verba mea redimam*: quod cum sit & in meis & vno Put. iure reuocabitur.

AD LIB. V. DE BENEF.

Cap. I. *Magis non superuacuum quam necessarium*] sic & Delbeorn liber probatque, memor peruersi ord nis, Opsopœus.

Cap. IV. *Et impar ta datis acceptus)* rectius mei omnes & Delbenii, *receptum*.

Per amicorum consensum, ita mei, præter Palat tert qui, *amicorum*. Lectius noster legit, *per minorum cons* adorodum certe ingeniose.

Nam tam diu illos odio habemus) deleo illud *odio*. de consilio mss. meorum. vult enim eos nobis tantisper esse, postea per naturam mori.

Cap. V. *Quo minus gratissimi simus)* sic & Colon. meus. Naz ac Pal tert. *gratissimi sumus.* sec. *gratissimus*: reposita tamen altera lectio ad oram. Put. cod. *gratissimi.*

Nos tamen nec vincemur animo, nec turpiter hic cedes) Puteani illc, *Nos tamen non vincemur, animo enim res geritur, nec turpiter* quomodo fere Palat tert. nempe, *Non tamen nos vincemur: animo enim res geritur, nec turpiter.* prior tamen lectio constanter in Naz Col Pal. sec.

Cap. VI. *Vn scire quid vere noluerit?*] mss. mei omnes, item Delb. *voluerit?*

Cap. XII. *Scabri aliquid*] mss. crebro. forte, *reperi.*

Cap. XIII. *Quis sponsum cum venenum)* sic & inuenit in Delb cod. Opsopœus, confirmatque simili loco qui est Epist. 83.

Cap. XIX. *A reo tibi ipso & a capite repetitio est*] sic omn mei, nisi quod Naz. ac Pal. tert. iunctim exhibeant, *A reo tibi ipso.* at Opsopœus ait fuisse in cod. Delb. *A reo tibi ipsi, & a capite.* probatque ipsius, vi, o, particula sit exclamandi: quod mihi durissimum videtur.

Cap. XXII. *Qua & pater filium)* in mss mei omnes; itaque dicendum præpostero hic verum vti ordine auctorem, aut emendandum, *qua & patrem filius*, quod putabat clarissimus Lectius.

Cap. XXIII. *Vnde scio nolim, an ignorem*] ita omnes mei Puteani tamen vnus, *Vnde scio an nolim, an ignorem.* nihil mutandum.

Cap. XXIIII. *Paruulum suum sub lite anisse)* ita & a manu secunda Naz at prius erat *sub strauisse* & placet.

Cap. XXV. *Sed resumere bono loco positum & paratum)* ita mei quinque, nisi quod excerpta Pal. pr. *sed redimere.* Delb. liber amplius inserens, *bono loco itaque positum.* quod bellum Opsopœo, modo *itaque* reformaretur in *vtique*. at ne sic quidem mihi hic conuenit.

Flectendus est animus, paucis sui rector optimus) Puteani codex, *paucis animus sui rector optimus monetur.* lectio vulgata verbis extremis planum & plenum habet sensum; itaque non illa nunc mihi, vt nuper, pro deposito. ea tamen quæ proxime præcedunt, non capio.

AD LIB. VI. DE BENEF.

Cap III. *Id quoque si casu occupauerit)* Col. meus, *id quoque si te optauerit.*

Rupta toties affinitatis] ita Naz Col. ac Pal. sec. at pr. interposita voce, *rupta compagibus totiens affinitatis*, notatumque ad oram pro *rupta*, alias legi *rare ceptis*. & vero in tert. quoque est, *rupta compagibus totiens affinitatis*. at enim liber verus Philippi Roberti I.C exhibet, *rupta totiens compagibus affinitatis*.

Cap. IV. *Vultum obduxit*] probat Opsopœus quod & erat in Delb. ms *abduxit*, id est *auertit*, inquit, idemque retinet supra lib 1 cap. 1 pro meo illo *adduxit*, facit & illud Panegyrici ad Pisonem.

Nec enim facundia semper Adducta cum fronte placet. sic certe pleriqne mss. atque pro Sexto Tullius, *frontis contractionem grauitatis indicium*, vnde Virg. 7. Æneid. *frontem rugis arat*.

CAP. VI. *Habet suam actionem propriam*) nullus meorum codd. habet vocem *suam*. itaque errani dudum cum id dicerem. sed nec est in Delb. libro.

CAP. X. *Sidex destinato profusse*) ita mss. mei omnes. Puteani ms. omittit illud *ex*, & sic loquitur infra ca. 24. *Adiuco quod destinato iuuant*.

CAP. XII. *An sua & nostra*) Put. ms. *an & sua & nostra*.

CAP. XV. *Ne medico quidem debere te*) Pot. ms. *nec medico quicquam te debere*.

CAP. XVI. *Sed tanquam imperatorem*) ad hunc locum sic scribit Opsopœus: nunquam mihi satisfecit vox *imperatorem*; nec credere possum ægros a Seneca medicorum *imperatores* nominari, quos alibi *medicorum genua tangere* dicit. &, si ita esset, æque id nominis amico ægro competeret atque cuiuis alii, & taceret omnino auctoris sententia. Videndum igitur an non legi debeat, *qui me non tanquam amicum vidit, sed tanquam intemperantem*. ad eos namque qui se vino vel cibo ingurgitarunt, accersitus medicus manum tangit, inediam vnius atque alterius diei imperat, nulla de re alia sollicitus, quia certus illos facile ad se redituros, cum crapulam exhalarint. coniecturæ huic fulcrum pono locum e libro de Iniuriis cap. 13. vbi Seneca de sapiente cum medico comparato, ait, *quos non aliter videt quam ægros intemperantes*. mutationis ansam forte librarios inde sumpsit, quod supra lib. 4. cap. 37. scripserit; *videre tantum mihi imperatorem meum contingat*. hactenus Opsopœus.

Quæ præcipientibus in commune dicuntur] ita solum Colon. alii mei, vt & Delb. *quæ a præcipientibus*, quod rectius etiam putarim cum Opsopœo.

CAP. XVII. *Artificiorum institoribus*) Eras. etiam editio & Put. ms. *institutoribus*.

CAP. XVIII. *Quid tibi cum omnibus debeo*) Delb. libro abest *tibi*, placetque Opsopœo.

CAP. XXV. *Cum sanctius sit vel cessare*) ita Eras. editio, at notatum ad oram alias legi *satius*, quod in omnibus meis. Puteani liber etiam id habet, sed destituitur particula *vel*.

CAP. XXXIV. *Et in sensibus recondendus*) probabam pridem *in sensus*; nunc id firmant Puteani membranæ, adiicitque lucem Opsopœus illo Epist. 71 *Ista condenda in animum sunt*. ¶ *Aduersa eius si nec deserueris &c.*) corroborat fere lectionem codd. aliquot Pinc. liber Puteani, in quo, *potes, si aduersa eius nec deserueris nec optaueris. Multa nihilominus*.

CAP. XXXVI. *Captiuitati patrem eripias*] sic & Naz. Col. Pal. sec. tert. Excerpta primi, *eriperet*, vt. & Put. liber.

CAP. XXXVIII. *Eloquenti capiat pretium ex litium numero*] lectio vett. codd. meorum trium habet, *Eloquentia pretium excipiat litium numerus*; & veram fere putauerim, vt velit extolli pretium & migrare ordinariam mercedem quæ solet dari causidicis, vbi litium numerus excrescit. quicquid enim *excipiunt* est, idem & singulare. veniebat quidem in mentem olim, *Eloquentia pretium excitat litium numerus*, cuius cõtrarium Cicero pro Q. Roscio *Nunc tacent pretia agrorum*. verum cui excidisset illa vox omnibus notat tollo itaque manum de tabula; iubeoque coniiciant quibus id Apollo indulsit Palatinus.

Et Aterium) scribendum cum aspiratione, vt passim apud Senecam patremi nam neque aliter mss. mei.

CAP. XLIII. *Plurimum sinum ad domum*] reponatur, *ac domum*, vti est in mss. & editis omnibus.

AD LIB. VII. DE BENEF.

CAP. I. *Septimus quisq; annus ætatis signum imprimat*) Puteani liber, *ætatis*, quod & in schidis Pal. pr. & tert. qui postremus tamen habet, *septimus tibi annus ætatis signum imp*.

CAP. II. *Qui, vt ita dicam*) vox *qui*, in nullo est meorum, aut adeo in vno Delb. itaque adsentior Opsopœo delendam.

Præsentibus gaudet] Eras. editio, *de præsentibus gaudet*. membranacei mei quinque, *hic præsentibus gaudet*.

CAP. VII. *Dicit nullum sacrilegum esse*] ita Pal. tert at alii tres, vt & Put. *sacrilegum*, quod oppositionis legem requirere notat Opsopœus; prius enim, inquit, oẽs sacrilegos esse collegerat, modo neminem.

CAP. VIII. *Nec nos ab illo corripi* ; sic & Delb. ms. ac Opsopœus coniecit, vt ego volebam, *corrigi*; vnde videamus sæpe eadem venire in mentem iis qui toto fere separantur orbe. nam ego tunc apud Polonos, ipse in meditullio Galliæ.

CAP. IX. *Regumq; perstringunt*] placet Opsopœo quod erat in Delb cod *præstringunt*.

Subditis medicamentis] cito in notis meis ex Festo, *Suffectus iudex*, falso, emenda, *Subditus iudex*. huc q; facit illud Apuleii lib 10. meta. *Simulatur necessaria præcordiis leniendis bilisq; subtrahenda illa prænobilis potioquam sacram doctiores nominant; sed in eius vicem subditur alia, Proserpina sacra saluti*.

Hæc ingentis summa) mss. mei & Delb. *Hæ*, vt referatur ad vestes.

CAP. XIX. *In macellum laturo quod accepit, reddam*) Lectius legit, *accepi*, vt infra statim, *quod accepi reddam*. alioquin, inquit, dicendum fuerat, *quod acceperit*.

Parentum filios iugulat] Naz. *parentum liberos iugulat*, quod probo vel antiquitatis causa. certe illud *liberos*. restituendum suasu præterea mss. meorum reliquorum, nec non Delbenii.

Si ara eius cruore] mallet Lectius, *si ars eius est, cruore semper recenti madere*. illud enim, inquit, imitatus Virg.

--*Semperq; recenti Cæde madebat humus*.

CAP. XX. *Cui triremes & ceratas*) Turnebus lib. 18. cap. 23. pro olim vulgato, *& ceratas*, ait non dubitare se reponere, *æratas*, hoc est, quæ armatæ rostro æreo. mss. quidam eius habebat, *hu seratas*, & vero illud *æratas* etiam est ad oram edit. Erasm. tanquam ita forte legi posset, vt posse arbitror & ego, causamque hanc puto erroris quod prima litera diphthongus scissa fuerit in duas. certe facillime ex *a* fieri *ce*, quilibet videt.

CAP. XXII. *Quod debes, quære cui reddas*) Puteani codex, *Sis tu quod debes, quare cui reddas*. quod placet Opsopœo. ¶ *Malus an bonus sit*) sic Pall. mei & Col. at vero Naz ille excludit vocem *sit*, me non inuito.

Redde & accensa) ita mei omn. non male tamen Delbenii liber, *Redde & te accensa*.

Non oblitus quemadmodum inter vos officia diuisa sunt) dixi Nazar. abesse vocem *non*, ac habere, *oblitus es quemad. &c.* nunc addo. præterea ipsum in fine, *diuisa sint*, nõ *sunt*. vt vix dubium fiat quin hæc omnia legi debeant hac facie, *Redde & te accensa. Oblitus es quemadmodum inter vos officia diuisa sint*. haud male tamen etiam legas cum aliis meis. *Redde & te accensa; oblitus quemad. inter vos off. diuisa sunt* sic inquam posteriora ista concipiunt Pal. tert. ac Col. nisi quod vltimus ille, *nos* seruet pro *vos*, vti & Pal. sec. qui tamen negatiuum admisit.

¶ CAP. XXIII. *Ne tu nimis fortuna communis*] vox *ne* abest Palat. sec. alii tres, *o ne tu nimis*, quod & fuit in Delb. cod probatque Opsopœus.

CAP. XXIV. *At multum erat fuisse*) Delb. liber, *erat, eum fuisse*. ¶ *Non illos castigare mollius potuit*] idem Delb. *Num illos cast. mol potuit?*

AD EPISTOLAS.

Epistolarum Senecæ in XXII. libros diuisio, non videtur destituta patrocinio. siquidem iam olim tempore Gellii, Epistolas has in certos libros tributas ita scribit lib. 12. cap. 2: *In libro vigesimo secundo Epistolarum moralium quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cethego antiquo viro fecisse hos dicit &c.* desunt tamen hæc hodie, vt & reliqua quæ dicto capite referuntur. sed fuerit ne Gelliana partitio eadem cum vulgata, in incerto est. hæc Opsopœus; quibus adiicio, Pall. meos quatt. & Coloniensem distinguere etiam in libros; sed vulgatam tamen minime sequi, aut adeo inter se consentire. nam pr. tert. quatt. Coloniensis, finiunt librum primum Epistola XI. incipitque eis secundus ab XII. at sec. finit Epistola XIII. incipitque secundus a XIV. omissaq; inscriptione

libri tertii, librū orditur ab Epistola XXXIII; cuius initiū *Desideras his quoque* &c. alii mss. quatuor inchoant librum tertium ab Epistola XX. quartum ab XXIX. hæc dicta volui, vt norimus magni non referre omittantur necne.

Epist. I. *Magna vitæ pars* &c.] putat Opsopœus veram esse scripturā quæ restat in chirographis libris duobus Puteani, tertio Nicotii, & quarto Ambiani, *& si volueris attendere, maxima vitæ pars elabitur male agentibus, magna nihil agentibus, tota vita aliud agentibus.* Pal. sec. in libro quem vocat Verborum copiam, ponit, *magna pars vitæ elabitur nihil agent. maxima male agent. tota aliud agentibus.*

Mortem prospicimus) sic & lib. Put. cui superscriptum explicationis causa, *quasi procul esse conspicimus.*

Fac ergo mi Lucili ita mei quinque. at ex quatuor illis quos contulit Opsopœus, tres omittunt voculam, *mi.*

Ex qua nos expellis &c.) Puteani vnus, *ex qua non expellitur quicunque vult* alii duo, *ex qua expellit quemcunque vult;* quart. *quicunque vult.*

Quod apud luxuriosum) Pal. sec. *quod caput.* quart. præponit vocem. *nō quod apud*, quę an notet *non*, an aliud quid, viderint alii.

Dicere me nihil perdere) sic Pal. tert. quart. Col alii mei duo, vt & Put. & Nicotii atq. Amb. illæ excludunt pronomen *me.*

Sic euenit mihi] mei quinque aliique illi Gallicani. *Sed euenit.*

Et bono tempore incipias) Opsopœus ait Put. libros duos, item Nicot. atque Amb. habere *incipies*, quomodo & primum fuit in Pal. sec. sed is deinde superpinxit vocem *vis*, quæ in omnibus aliis, vt & *incipias.*

Epist. II. *Vitam in peregrinatione agentibus*] sic omn. mei. nisi quod Pal. sec. *ducentibus*, annotatum tamē alterum ad oram at Put. duo, item Nic. & Amb. *exigentib.*

Quod in transitu prosit) sic Col. & Pall. tres, etiam ora sec. qui tamen, *vt in transitu*; quod cum & agnoscant Gallicani mss. tres, libens receperim, propter voculam *tam*, qua præcessit.

Distrahit animum librorum multitudo) sic Pal. pr. & a secunda manu sec. qui primum videtur habuisse solum, *Distringit librorum mult.* quod sane reuocauerim; vtique cum & restet in Gall. quart. habeantque tantum alii mei duo, *Distrahit librorum multitudo*, sine voce *animum.* nā quart. *Distrahit animam mult. libr.*

Ad alios diuertere libuerit) ita ex Pinc. libro vno Muretus. Eras. editio, *diuerti*, quomodo & Gall. tres, vnus *deuerti* Pal. pr. tert. quart. *ad alios transire libuerit*, sed tamen tert emendatum aliena manu *diuerti*, quod & remanet in sec. & Colon.

Ex pluribus qua lego] sic & Col. & Pal. tert. tres alii, vt & quart. Gall *lego.*

Epist. III. *Dominos salutamus*) quædam & huc spectantia prodit Germanus Pimpontius ad versum istum Virgilii lib 6: *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

Hoc aberit) Nic. *ac haberis.* Amb. & Put. duo, *hoc aberis.* Modii lectio placet Opsopœo; nam & Seneca Epist. 10: *vide quo iudicium meum abeat* ca. 12. ad Marciam: *Illud inter vos nondum iudicatus abeat.*

Nullum habet &c.) hanc periodum non agnoscit etiam Nicotii liber. Gallicani tamē tres reliqui, & ipsam & aliam illam. *Erras & ille qui amicum* &c. hic constanter produxerunt. supra nuper dixi, ista omnia abfuisse mss. meis quinque: nunc necesse est fatear impositum mihi a scriba meo cui commissus erat Pal sec in eo quidem habentur, sed ad marginem tantum, & a secunda manu.

Præpostera officia permiscent) ita & mei quatt. at Pal. sec. *præpostero*, quod & in Gall. omnibus superscriptumq; vni *ordine.* ¶ *Vt nihil committas*] inepte admodum. addatur, *vt nihil tibi committas*, loquitur enim de reuerendo nosmetipsos. ¶ *Animo tuo mandabitur* sic & mei præter Pal. sec cui pronomen deest. quod cum & absit Gall. quatt. ne quidem requisiuerim.

Epist. IV. *Etiam dum componis, etiam dum emendas* sic & Pal. tert. sed alii mei, vt & Gall. alio ordine, *etiā dum emendas, etiam dum componis*, nec displicet.

Non puerilitas in nobis] ita solum Col. nam reliqui omn. vt & tres Gall. excludunt illa, *in nobis*. Pal. tert postea ea ponit, hoc modo, *sed quod est grauius puerilitas in nobis remanet*; annotauitque etiam ad oram Pal. secundus.

Et intelliges] sic mei excepto Pal. sec. qui omisit voculam *&*, vti & Gall. quatt.

Aut pertransseat] sic solum Palat. tert. alii mei, nec non Gall. *aut transeat.*

Qui a torrente &c.) Gall quatt. etiam habent, *qui aqua torrente rapiuntur spinas & aspera*, quod & probat Lectius, illustratque isto Ouidii lib. 2. de Ponto Eleg 2:

Qui rapitur spumante freto, sua brachia cautis
Porrigit, & spinas duraq; saxa capit. addit Opsopœus

illud Virg. 10 Æn. *Torrentis aquæ vel turbinis atri More furens* & *torrens vnda* nostro dicitur lib de vita beata cap. 14 *torrens cursus* lib. 3. nat. quæst. cap. 27. *torrens impetus* Epist. 23.

Nullum bonum iuuat habentem) mei quinque & Gall. quatt *adiuuat.*

Quæ accidere possunt] sic mei quatt. & margo Palat. sec. cuius textus *incidere*, quod & in Gall. quatt.

Mare vertitur] sic Mureti editio. Eras *euertitur*, quomodo & Gall. neque aliter Virg. 1 Æn *Disiectiq; rates euertiq; æquora ventis.* itaque id restituendum.

Et intelliges non pauciores] deleatur illud *&*, suasu meorum codd & Gall. omnium.

At si forte in manus) Eras. editio, *Aut*, quod & in Gall. meisque, nisi quod Pal. sec *An si forte.*

Seu quos nobis terminos statuit] Gall. & mei omn. *statuat*, nisi quod Pal. tert. illud *nobis* adsutum habeat a manu aliena.

Et expositum] Eras. editio, *& appositum*, quod & in Gall. & meis, ideoque reponendum.

Ad manum est quod sat est] habet post hæc Erasmi editio aliæque, *cui cum paupertate bene conuenit, diues est*, quod hercle hic reuocauerim inuito Mureto; præsertim cum & exhibeant constanter & mei quinque & quatt Gall. quid ergo is fiat supra Epistola secunda? omnia deleuerim tanquam minus ibi conuenientia; vtique cum nec ibi retineat liber Nicot. nec quisquam meorum nisi ad oram a manu peregrina Pal. tert.

Epist. V. *Suspiciant omnes* &c.) emendatio mea. *Non suspiciant homines* &c. disertim postea reperi in Palat. sec. ad Copiam verborum.

Epist. VI. *Cum se ipsos ægros esse senserunt*] Put. duo & Amb. *cum ipsos ægros se esse sens.* nec aliter Pal. tert. Copia. Nicot *cum ipsi ægros se esse senserunt*, quod satisfacit Opsopœo. ¶ *Si eum tantummodo audisset*) sic Pal. pr. tert. Col. nam quatt. *si eum tantum non audissent.* sec. & quatt. Gall. eiiciunt pronomen *eum.*

Amicus esse mihi cœpi] vox *cœpi* etiam abest, vt debet, Gallicanis quatt. mox Put. duo legunt; *Multum profecit. Nunquam erit solus. Scito hunc amicum omnibus esse*, eodemque modo Nicotianus & Ambianus, nisi quod adiiciunt vocem hoc modo, *profecit, qui nunquam.*

Qui sibi amicus est, scito hunc amicum &c.] verba illa quatt. *Qui sibi amicus est*, non minus excluduntur Gall. quatuor, quam totidem Pall. & Col meo, reliquisq; etiam editis. videsis ergo Romanæ editionis arrogantiam.

Epist. VII. *Quod tibi vitandum præcipue existimem*) ita Pal pr. & quatt. item tert. sed mutatum deinde in *existimes*, quod est in sec. ac Col item quatt. Gall.

Nondum illis te tuto commiseris] Gall. omn. & Palat. sec. Copia. *Nondum illis tuto committeris.*

Ego certe confiteor] Pal sec. ac quatt. *Ego confiteor*, sine *cer*[illegible]. quod & a secunda manu illitum tantummodo tert. in [illegible] est, *Ego certe confitebor*, quomodo habent etiā tres Gall [illegible]m Pal. sec. *Ego certe contebor.* Col. *Ergo certe confitebor.* ¶ *Nihil vero est tam damnosum* [illegible] vocula *est*, non comparet in tribus Gall solumque adeo restat in Palat. tert sed ab extraneo calamo. nam sec. *Nihil vero tam damnosum bonis moribus esse potest* quas voces duas postremas, quiuis facile videt esse a glossa.

Plagis agimur in vulnera) Gall item quatt *pl. agitur in vulnera. Maiores* &c. duoque eorum mox, *excipiunt*, quod & fuisse videtur in Palat. sec. sed mutatum est in *excipiunt.*

quod

quod & in Pal. tert. a manu secũda: prius enim fuerat, *recipiunt*, quod omnino amplector, vtiq; cũ & ita retineat pr. quart. & Col. quorum etiam nullus, excepto Col. copulam illam agnoscit quæ ante vocem *mutuos*.

Recede in te ipsum) sic & Pal pr. tert. Col. alii duo, vt & Nic ipse. sic Epist. 25: *in te ipse secede*.

Si haberes illi populo idoneam mentem] Gall. quatt. *idoneum*.

EPIST. VIII. *Suspiciosi pauidiq;*] sic & Pal. sec. & Col. alii omo *suspiciosi & pauidi*, nisi quod Pal. pr. loco *suspeciosi* aliam prius habuerit vocem, sed quæ adeo reformata, vt ignorabilis sit: hoc tantũ constat tres priores literas fuisse *suſ*. at Scaliger Castigationibus ad Festum ait N. Fabrum inuenisse in vet. cod. *sausiaosi*, quod ipse audacter formatum putat a *saussidio*.

Quinquis nostrum tutum] sic omn. mei. quatt. Gall. *vestrum*.

Habemur] sic nunc malim, quam *heremus*, vt oatum fuerit alterum a compeodio scripturæ, *hēmur*.

Aut rectus sta, aut &c.] notat Opsop. Gall. membranas quatuot, referre; *Aut saltem* (duo, *saltim*) *rectis, aut semel fuere* (vnus *fruere*.) *Non vertit fortuna, sed cernulat*; sine vocibus illis, *Qui hoc faciunt*, quæ nec in Col. meo aut Pal. sec quorum tamen loco pr. tert. quart. *Eos scilicet qui hoc faciunt non euertit fortuna, cernulat & elidat*; ita inquam illi tres, nisi quod tert. *turulat* in textu, *cernulat* ad otam. Opsopœus illa, *Qui hoc faciunt*, delet tanquam officientia sensui, putatque respexisse Senecam ad adagium cuius Cicero in altera ad Q. Fratrem meminit epistola: *Cetera fuerunt in eadem epistola grauiora, quam vellem: ὀρθὴν τὴν ναῦν, & ἄνω κάτω*. vt itaque hic, sic & illic ellipticῶς verba esse intelligenda; quasi dicat, inquit, Seneca, aut rectis velis cursum tenere oporter (nam quos transuersos agit felicitas, ii resistere nequeunt) *aut semel ruere*, h. e. perire. *ruere* enim legendum est pro *fuere*, siue *fruere*. & hoc ad præstatiouem scribo. Seneca Epist. 71: *Ne hoc quidem miserarum contingat, semel ruere*. De altera vero prouerbii parte, vt non ausim plane affirmare, ita non alienum iudico, quod est Epist. 85: *Qui hoc potuit dicere, Neptune nunquam hanc nauim, nisi rectam, arte satisfecit*. hactenus Opsopœus.

Cogita in te præter animum) Put. vnus & Amb. *Cogita præter animum nihil*. alii duo: *Cogitate præter animum*. Pal. sec. Copia; *Cogitate præter animum esse nihil*.

Id de meo non fiet. adhuc Epicurum compilamus] Gallicani quatt. *id non de meo fiet. adhuc Epicurum compilamus*.

EPIST. IX. *Nec enim eum volumus*] vox *enim* etiã abest quatt. Gall. Pal. pr. habebat, *Nos enim volumus*, sine *eum*, vt & tert. qui postea emendatus, *Nos enim eam volumus*.

Aut hostis inciderit] sic & Pal. pr. tert. quart. Col. at sec. eiusque Copia, vt & quatt. Gall. *exciderit*. diuinabam pridem *inuiderit*. nunc taceo.

Non ob hoc quod Epicurus dicebat) Gall. quatt. *non ad hoc quod dicebat Epicurus*. Opsopœus tamen non improbat illud Modii; *Non hoc quod*. sed tamen quia & noster Epist. 35: *Si nihil aliud, ob hoc profice, vt amare discas*; vix remouerit etiam cum Modio illud *ob*, supra positum, vbi est; *Si nihil aliud* eam enim præpositionem plane exhibere duos codd. Gall.

Quem ipsum circumuentum) priores cusi. Gall. quatt. & mei *ipse*.

Qui causa vtilitatis &c.) Put. liber vnus. *Qua vtilitatis causa assumpta*. Ambianus, *Quod vtilitatis causa assumptum est, tamdiu placebit quamd. vtile fuerit*. ceteri stant a vulg.

Circa euersos ingens solitudo est) sic omnino Colon. & emendatum ab extraneo in Palat. tert. prius erat, *Circa aduersa solitudo est*, quod & seruat pr. & quart. nam sec. *circa euersos solitudo est*, sine voce *ingens*, quomodo & Gall. quatt & Pal. sec. Copia; nisi quod ii *solitudo*.

Si vllum in illa placet pretium] vox *pretium* non est in Gall.

Non sine spe mutua] locum istum nunc non sollicitarim suspicione mea.

Non agitur, inquis, nunc hoc &c] hæc omnia concipiuntur in Palat. pr. ac quart. ad hanc faciem: *Non agitur, inquis nunc de hoc an propter se, an propter aliud sit amicitia expetenda nam si propter se ipsam, potest ad illam accedere qui se ipso contentus est* neque aliter fuit in tert. qui tamen postea ita interpolatus est; *De hoc an amicitia propter aliud sit expetenda. Dic. nam si propter se ipsam expetenda est, potest ad illam* &c & sic in Colon. meo. at refert sec. *De hoc an amicitia propter se expeti debeat. nam si propter seipsam expetenda est, potest ad illam* &c. Opsopœus dicit se locum sarcire ex cod. Nicot. hac forma; *Non agitur, inquis, nunc de hoc, an amicitia propter se ipsam appetenda sit. Imo vero nihil magis probandum est. Nam si propter seipsam expetenda est* &c. atque hæc, inquit, totidem verbis in altero Put. cod. ad oram notauerat diligentissimus antiquitatis Petrus Daniel.

Intra cutem suam cogant] explicat Erasmus Chil. 1. Centur. 6. Adag. 92.

Qui illam parat ad casus] restat item, *ad bonos casus* in Gall. quatt. quod tamen mutatum volebat in, *nonos casus*, Opsopœus, me inuito. dicit enim auctor minuere illum amicitiam qui eam seruire tantom vult rebus prosperis. neque absimiliter lib 2. cap. 31. de benef. vbi vult, *vt quis gratus sit, non mittendum ad fortunam* &c.

Nulla re indigere] sic & Pal. tert. & Col. nam pr. *multis indigere*. alii duo, *nulla re egere*, vti & tres Gall. quod probat Opſ. quod ita postulet Stoica; τοῦ δεῖσθαι καὶ οὐ δεῖσθαι *egere & indigere*, distinctio.

Sed eget nulla re) ita Pal. tert. & quart. at alii tres, item quart. Gall. abiiciunt aduersatiuam *sed*, me non nolente.

Quomodo solitudo &c.) ita Pal. pr. tert. quart Coloo. nisi quod omnes interponant voculam *&*, hoc modo, *sic & in dulced.* habeatque pr. *in odium est* a manu secunda, cum prius fuisset, *in ocium*. at sec. *Quomodo solitus in odium est, & appetitio societatis*, qoomodo & Put. codd. duo & vnus Nic. nisi quod ii *solitudo*. vti & repositum ab alio quopiam in Pal. sec. nam Amb. *Quomodo solitudo in odium & appetitio societatis hominem homini natura conciliat; sic inest*.

Virtus, temperantia prudentia) sic Pal, tert. quart. Col. at pr. non habet vocem *temperantia*, aut adeo Gall. quatt. appingiturque tantum sec. oræ.

EPIST. X. *Quam roboris plena*] mei quinque. *quanti roboris plena*; vt & duo Gall. alii duo, solum *roboris*, excluso *plena*, nec displicet.

De alieno rogaturus) Gall. quatt. addunt voculam *es*, quæ & in omn. meis. recte.

Diis insusurrant) sic om mei, nisi quod Palat. sec. destituitur voce *Diis*, additaque sit ab manu extranea. Puteani vnus, *Deo*. sed nihil mutauerim.

EPIST. XI. *Gustum ad quem respondebit*) mei quinque. *respondebat*.

Qui non aspectus tantum] tres Gallicani, *qui non præsens tantum, sed etiam cogitatus, emendat*; quod probat Opsopœus: vt idem velit quod fine Epistola 102: *Setes magnorum virorum non minus præsentia esse vtilem memoriam*. Palatini secundi libellus de Copia, *qui non ps tm̃ sẽm, sed etiam cogitatus em*.

EPIST. XII. *Quocunque me verto*) sic & Colonieosis, at Pall. tres, *vertero*. secundus *verto*, quod & in Gallicanis.

Ait villicum non esse) Gall. omnes infarciunt pronomen, *Ait villicum mihi non esse*, quod & in Col. & Pal. sec. abest tamen reliquis, nisi quod id præfert a secunda manu tert.

Quod inter nos dictum sit) scribit Opsopœus; recte, inquit, Romana editio, si modo *dictum* omisisset, abest enim tam Gallicanis quam Pinciani & Modii membranis. sic ille. sed hercle legendum potius cum amicissimo Lectio, illud quod habet editio Erasmi, *quod inter nos sit*; id est, vt nobis quoque politioribus cum rusticamur & animum a seucriotibus curis relaxamus, moris est, ego propria manu arbores eas aliquando plantaueram.

Plamora facit ista non &c.) Gall. quatt. *Plura facit ista non alias contractior, alias productior. Itaq;* &c. Ambianus.

pro *non* scriptum habet *nec*, & in ora libri scholion hoc, *Non plura facit. quo ad vicissitudines alternas.*

Et illa funereas &c.) Pal. pr. *& illis funebribus epulis sibi parentaverat.* neque aliter Gall. quart. meus quart. *& illis funeratum epulis sibi parentaverat*, sed mutatum deinde, in *funereis*. scripserim cum Palat. sec. omissis reliquis, *& illis funebribus epulis sibi parentarat*, quod quoque placet Opsopœo.

Bebiωσα) prodit idem Opsop. in Gall. tribus legi, *bebiote*, in quart. *bebiotae*, quod Græcis characteribus faceret *βεβίωται*. itaque eam mecum veram putat scripturam. nam iis id adclamari solitum quibus vita iucunde transacta, innuit Cicero Epist. 2. lib. 12. ad Attic. *Verum si quaeris homini non recta sed voluptuaria quaerenti, nonne βεβίωται? tu interea dormis* idem alibi. *Quare stomachor omnia. sed mihi βεβίωται, viderent iuuenes.*

Aliquid forum ferat) sic solum Palat. tert. alii mei, nec non Gall. *fert.*

EPIST. XIII. *Inquiramus itaque rem*] duo item Gall. *in rem*, probatque Opsop. sic lib. 3. & cap. 1. de benef. *diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus.* Epist. 28. *Inquire in te*

Periculum vel prope admotum) Pal. pr. *periculum non prope admotum* quart. *non prope* alii tres, *ut prope*, quod & in Gall. atque *ut* valere *quamuis*, explicat Ambianus liber.

Quantum iratus ille sit) Pal. pr. quart. Col. *quod ir.* alii, *quam iratus*, quod & in Gall.

Si timetur quantum potest) sic & Palat. tert. nam sec. *timetur*, quart. *timentur*, pr. ac Colon. *timeretur*, quod & in Gall. quod si retineatur, inquit Opsopœus, paulo ante scribendum erit, *causa vitii esset*, ut solum est in Ambiano, nullo vero reliquorum: aut adeo meorum quinque.

Vanus auctor est: aut finxit &c.] sic solum Coloniensis, & a prima manu tert. nam secunda interserit, *Vanus auctor est, vanus est, aut finxit*, &c. quod & in tribus Gallicanis. meus sec. *Vanus auctor est, aut vanus est, aut finxit.* sed illa, *aut vanus est*, postea deleta sunt. pr. ac quart. *vanum auctorem; vanus est, aut finxit* &c. coniungitque præcedentibus.

Pudet me sic tecum loqui] Gallicanis quart. & mei, *Pudet me tibi sic tecum loqui.* Pal. quart. *Pudet me in, sic tibi tecum loqui.*

Lembus remediis) ita mei quart. solum Palatinus quartus, *lenibus*, quod & in Modii scriptis & Gallicanis.

Fortasse hoc non veniet & mox; *Videbimus utrum vincat* &c.) vero fere legendum: *Fortasse hoc veniet.* item, *Videbimus utrum veniat* &c. nam etsi ultimum istud solum extet in Modii libris & Gall. priora vero sic concipiant, *Fortasse non veniet*, quomodo & est in meis; agnosco tamen in Palatino secundo, malam manum, quæ, *non*, finxit ex alia voce trium aut duarum literarum itaque puto fuisse, *hoc*, aut si non fuit, tunc legamus; *Fortasse veniet*, quomodo diserte Palatinus tertius, a manu prima, pictaque postea negativa dictio inter lineas. & vero eam evertendæ sententiæ quivis videbit qui intelliget Senecam hic altam induere personam ac dicere, Pudet me ultra loqui tam puerilia & remota a vera, id est Stoica fortitudine; sicque potius agendum erat, ut cum aliquis diceret, fortasse hoc vel illud venturum est, responderetur, Et quid porro si venerit? nihil id formidamus: cum eo pugnabimus, & videbimus porro uter tandem vincat.

Quid porro si veniet) malim cum Palat. pr. tert. quart. *venerit.*

Pro me veniet, & mors vitam honestabit] quatt. Gallicani, *veniet, & mors ista vitam honestabit*, quomodo & Colon. item a manu secunda Pal. alter, qui prius videtur habuisse, *ista*. alii mei servant, *veniet*, non *veniet*, nisi ab emendatrice dextra Palat. tertius, quod probo, ut id dicatur ab eo qui ultro periculum petebat, ideoque ita loquatur tanquam de adventu certus.

Catoni gladium assertorem libertatis extorque] sic & Coloniensis & Palat. sec. item ab alia manu tert. qui antea, cum pr. & quart. *Si Catoni gladium assertorem libertatis victor abstuleris.*

EPIST. XIV. *Qui per os emergat stipitem*) Gallicani quart. *emergeret*, quomodo & Coloniensis & a secundo calamo Palat. sec. qui tamen aliud quid habuit non agnoscendum ulli. pr. ac tert. *qui per eum et emergere possit artus*, quart. *qui per omnes emergere possunt artus.* vocem *stipitem*, tres illi annectunt prioribus hoc modo. *& alium per medium hominem stipitem.*

In diversum actis curribus; iidem tres *crucibus* Colon. *crucibus*

Et intextam quicquid aliud) scribo cum meis & Gall. voce immissa. *& intextam, & quicq.* &c.

In vertices cogat] Nicotianus *vortices*, quod & fuit in Pal. sec. at tert. sed mutatum deinde in *verticem.*

Verticibus infames] Nic. & Amb. *vorticibus*, quomodo & Palat. sec. & a dextra extranea tert. qui cum prius verbum illud non habuerit, puto & eiici posse.

Non ex professo eam fugere] Gall. *eam petere*: sic, *eam* referetur ad, *securitatem*. alioqui sensus non procederet, inquit Opsop.

Plures computant quam oderint) sententiam hanc expressit & Cicero pro Amerino; *Quis unquam prædo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut cum integram prædam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet?* vox *computat* eodem modo sumitur & Iuvenali Sat. 6:

Illam ego non tulerim quæ computat, & scelus ingens
Sana facit.

Ne dum calcari nolumus, videamur posse calcari) hanc quoque lectionem invenit in Gall. quatt. Opsopœus, improbatque alteram meam & Modii, *calcare*, tanquam sensui adversam. hoc enim, inquit, dicit Seneca, ne dum calcari nolumus, hoc est, dum suspici volumus, videamur posse calcari, hoc est, contemni, ideo statim infert; *non minus contemni quam suspici nocet.* hæc Opsop. a quo, quod salva amicitia licet, plane dissentio. explicat quippe auctor præcedentia ista, *ne in contemptum nos invidiæ timor transferat*, at invidia non est nisi animosiores paulo simus & supra vulgus. id dum vitatur, calcare nolumus: quo ipso incidimus in contemptum, &c. tanquam ne id quidem possimus quod non facimus, id est dum non calcamus, videmur posse calcari. sed de his arbitrentur doctiores.

Sententia sua reprimit) sic Col. & Pal. tert. item a secunda manu sec. aliis vero & Gall. abest illud *sua*.

Quid tua uter vincat? &c.) Gall. quatt. uno ore; *Quid tu? alter vincat. Potest melior vincere. Non potest non peior esse qui vicerit.*

EPIST. XV. *Recte & nos dicimus*] sic solum Colon. a prima manu. alii mei quatt. prius non habuerunt voculam *&*, reiciuntque item Gall.

Si in locum eius quod &c.] mss. Gall. quatt. *si in locum eius quod effluxit, multam potionis altius in ieiuno iterata regesserunt* ad quæ Opsopœus ex *iterata*, inquit, a sciolis factum est *gutture*, quod ex Ambiano cod. deprehendo, qui illius vocis loco, *gutture*, in ora notatum habet. *In ieiuno* nempe *intestino*. ut Græcis *νῆστις*, sic Latinis *ieiunum*, dicitur intestinum ordine a ventriculo secundum, inter *ἔκφυσιν* & gracilia intestina, antequam in anfractus convolvantur, medium. Corn. Celsus lib. 4. cap. 1. inde dictum ait, quia nunquam quod accipit retinet, sed protinus in inferiores partes transmittit. idem *hila* seu *hilla* vert. appellabatur. Festus: *Hira, quæ deminutive dicitur hilla, quam Græci dicunt νῆστιν, intestinum est quod ieiunum vocant.* de hoc ergo accipiendus est Senecæ locus. si quis tamen ad *ieiuno*, malit subaudire *corpore* vel *stomacho*, patrocinio loco uti poterit Epistolæ 122. verbis. *Isti non videntur tibi contra naturam vivere* &c. consule textum.

Usu sit facile] Gall. partim, *usum rude facile*: partim, *usu, rude, facile.*

Dandum & aliquod) mei omnes & Gallicani, item Erasmus, *dandum est aliquod.* itaque seducatur.

Admitto tibi] Gallicani, *admitto*; quod in solo Palat. sec. alii quatt. pugnant pro vulgata.

Et buccas & dentes observet) ita locum illum emendo. vide me lib. 5 cap. 10. Opinion.

Fac vi-

Fac vitia conuitium &c.) scribitur totus hic locus in Gall. ad hunc modum, *Fac vicinis conuitium, modo lentius, prauis vox te quoq; hortabitur ta ad latus modesta. Cum rec.ill.r.q. des. non decedat: meditatoris sui habeat* (Amb. *modestatem oris sui habeat*) *& hoc indocta & rustico more desamas. Non enim id agimus,vt* &c.

Moderatoris sui temperamentum habeat) ita Pal.pr.tert. quart. at Col. *moderationis sui temp.* sec. habet vocem *temperamentum* superpositam a scriba aliquo extraneo.

Detraxit tibi &c.) Gall. *Detraxit tibi non pusillum negotium mercedula & vnum Graecum* (vnus *graecus*, alius *gratus*) *ad hac beneficia accedat.*

Stulti vita ingrata est, trepida est] Col. non habet *est*, primum, vt nec Palat. sec. qui tamen prius habuit, *Stultu*, quomodo & alii mei omnes & Gall probatqoe Ops. quod sequatur, *Quam tu nunc vitam.*

EPIST. XVI. *Itaq; tibi* &c.] Gall. *Itaq; tibi apud me pluribus verbis, aut* (vel *haut*) *affirmatu, nec tam longu, intelligo te multum profecisse.*

Aduersus incerta, si aut consilium] Gall. *Sed aut consilium*, vt & Pal sec. & a manu prima tert. oã secunda reposuit *si*, quod est in reliquis tribus.

Aut subita dominatur) Gall. *ac subita dom.* vt & Pal. sec. stat tamen a vulgg. Col.

Constitue illum & contine) Gall. ordinant. *Contine illum & constitue* quomodo & Palat. sec. item pr. nisi quod omittat copulam.

Et eo delitiarum opumq; perducit] Colon. *& ad hoc delitiarum* &c Pal.pr.tert.quart. *& ad hoc delit.opumq; magnitudo perducat*, correctum tamen in tert. *eo delitiarum opumque perd* exclusa etiam vocula *&*, sicuti restat in Gall. quart. at malim ego cum Pal. sec. *eoq; delitiarum opumque perduxit.*

Et non habere tibi liceat] ita Pal.tert. & Col item ab alia manu sec. at Put duo & Nic. oec oon Pal.quart. excludunt copulam *&*, habetque Ambianus, *nec tantum habere*, etiã sine *&* est in Pal. pr *non tantum tibi habere vt liceat.*

Cum aliqua conclamatio est] Gall. quatt. *conclamata est*, quomodo etiam videtur primum fuisse in sec. Pal. sed mutatum id postea ad volgarium modum Excerpta, quæ vulgo de Paupertate inscribuntur. repræsentant, *Cum aliquo conclamatum est*, vti & corrigitur in Pal. tert.

EPIST. XVII. *Inest omni saeculo quod sat est*] Gall. omn *Id est autem omnia* (vnus omne) *si sa quod sat est.* vnde Opsop emẽdat, *Saeculum mutasti, animus habes. Inest autem omni saeculo quod sat est.*

EPIST. XVIII. *Nec insignirs*] ita meorum tres. at Gall. quatt. *insignire*, vt & Col. & Pal. sec.

Me ducere to ad modicum cœnas] Gall. quatt. *me dicere tamonem cœnas.*

Et intelliges ad saturitatem) Gall. tres *securitatem*. placetque item Ops. iam & ante Seneca. *In ipsa securitate animus ad difficilia se praparet* & infra, *Securius diuites eritis.*

EPIST. XIX. *Integra sunt & propria consilia*] sic & Pal.pr. at alii mei & Gall. *& prima consilia*, quod & cum Opsopœo iure amplector, vt ita dicantur, vbi nihil dum conclusum est. & omnia etiamnum libera sunt, ita vt liceat hanc vel illam sequi partem. sic & lib. 6. cap. 23. de benef. *nec vnquam primi consilii pœnituit Deos.*

Tanta notitia tam nasit &c.] Gall. tres, *Tam notitia te innasit. vt in extc. m. ac p. recordaris, tamen prieca monstrabunt.* & sic quoque Amb. nisi quod ille, *iam* pro *tam*, quod placet Ops.

In ipso oculo a docuit) sic mei quatt. at tres Gall. *edocmen* vt & Pal. sec. Nicotianus, *Mæcenata vera in ipso ecalso eloquti*, quod amplectitur Ops.

Si callata non sparsa sunt) sic solum Col. melios quatt. Pall. nec non Eras editio ac Gall. *collocata*, vt enim monet Ops. locum includit, cuius in beneficiis dandis vna cum tempore & persona, ratio quoque habenda.

EPIST. XX. *Hinc turba familiarium*) sic & Colon. at Pal.pr. & quart. *familiari* fuit prius in sec. *huic turba familiari siue rei familiari*, mutatumque postea vtrobique in *familiarium*. tert initio habuit etiam *familiari*, sed addita ei deinde quoque syllaba & verba alia hoc modo, *familiarium sit ne ra familiaris.*

Felicitas Deo propior) cũ absit aliis cusis & mss. vox *Deos* scripserim *felicitas propter*, vti emendatus in Pal. tert. oam reliqui *propr.*

Magnus est ille qui in diuitiis pauper est; sed securior qui caret diuitiis. Nescia &c.) sic solum Col nam Gall. & Pall. quatt *Magnus ille qui in diuitiis pauper est. Nescia* &c. omissis intermediis.

Epicuri angelus] ita & quidam Gall. alii *amulus.*

EPIST. XXI. *Habeo apud posteros gratiam*; sic quatt. Pall. at tres Gall. *Habebo*, vt & Col. non probo. oam sequitur, *possum mecum* &c.

Nec ipsis tantum habetur] desideratur vox *honor*, quæ in aliis edit. expressferunt; mei & Gall.; *nec ipsis tantum honor habetur*. Palat. tamen tert. prius habuerat, *honor debetur.*

Cum aderint hos hortulos] duo Gall. *cum adieritis audieris hu ertulos & inscriptum hortulis* tert *cum adiersitis audieritis & inscriptum ertulis*. Nicot. *Cum aderit hu inscriptum hoctulis, Hospes*, quæ sincerior lectio Opsopœo.

EPIST. XXII. *Pertinentem legi Idomeneo scribitur*) Gall quatt *pert. lege, Idomenco qua scribatur.*

Verum vbi crescit) tradit Opsop. non apparere in Gall. illud *Verum*, sed tantum, *vbi crescit*; quomodo ait esse in Modii libris Epist Nouantiq 127, in quo aut errauit ipse, aut impressor. nam Modii membranæ *nisi*, non *vbi.*

EPIST. XXIII. *Hilari oculo mortem contemnere*) sic mei quinque, nisi quod Pal. tert. prius habuit, *alacri oculo*. at Gall. tres, *hilariculo*, quæ forma diminutiua placet Opsopœo, tanquam delicatorum orationi infractæ & eneruatæ conuenientior.

Lemor vnda destituit] Gall. tres *lenior*, vt & Pal. quart. neque aliter fuerat in sec sed mutatum postea.

Impetus deiecit in mare) Gall *imbetus in mare eiecit.*

EPIST. XXIV. *Aut dolorem subernatum*] ita & Pall. quatt. at Col *dol. obratam*, superscriptumque *subernatum* ad marginem vero additum, *quia illiteratus erat*. quid vo lui dictum, vt aliquid excogitent homines proxime accedens ad vocem *abrutum* nisi si illa retinenda, tanquam ita oneretur præceptis vt eis vix sint ferendo.

Posita ad caput gladio] Gall. & Palat. tert. notam interrogationis ponunt post *gladio.*

Exaquasse animum) Gall. & mei quinque *aquasse.*

Vederet ab hostibus) Pal. pr. ac quatt. *vidie.* sec. tert. Col. Gall *vidissét.*

Quid tu singulis articulis] scribendum litera minore, vt pendeant a superioribus, *quod singulis* &c. ita namque mss. mei quinque & quart Gall. qui & postea habent *aptata*, nõ *aptas*, vt repetamus ἀπὸ κοινοῦ. *explicem.*

Omnia transeant vt reuertantur) reponamus suasu Pall. 4 & totidem Gall. item Col. mei, *Omnia sic transeunt.*

Mors nos aut consumit aut emittit) dixi Col. meum exhibuisse ad oram item *emittit*, perperam. extat quidem ibi, sed tanquam interpretamentum vocis *exmt*, hoc modo. *i. emittit.*

Nihil noui video, nihil nouis facio] mei omn. & Gall. *Nihil nom facio, nihil noui video.*

EPIST. XXV. *Si temperans es*] Gall. etiã abest dictio *es.*

Iste enim malo viro) Gall. exulat particula *enim*, vt & Pal. pr. tert. quart. item sec. nisi quod eam adpinxerit extraneus quis, cum prius fuisset, *Isti malo viro.*

EPIST. XXVI. *Qua non possim facere* &c.] Gall. quart. *qua non possim facere, qua nolim prodisse habiturus* (vous, *abiturus*) *atqui* (vnus, *ad qui*, alius, *ad quid*) *si nolim quicquid non posse me gaudeo.* Ambianus, in margine hanc habebat notam: *Qua non possim facere, & qua facere nolim, positus habiture vel abitaco. atqui si nolim* &c.

Non quia aliquid mali est citius] vocula *est*, non conspicitur in vllo meorum nisi Col habetque Pal. sec. *mali sit citius*, quod placet, nam & sic quoque emendatus Pal tert. nempe *citius est*, quod & in Nic. cod. absque voce tamen *est*, probabatque etiam Ops.

Totam vitam tractu) Gall. tres, *tota vita tracta*; vnus, *tractata*, quod placet Opsopœo, & quoque mihi, vt iubeat Seneca remoueri disputationes, literata colloquia, & cetera quæ enarrat. quod inepta sint omnia præter vnicam mortem ad experimentũ faciendũ de animi robore

& constantia. non tamen negauerim eodem sensu legi posse, *totam vitam tractata*.

EPIST. XXVII. *Bona mens nec commendatur*] E-rat *commodatur*, quod restituendum suadente & sententia, & quintuplice membranarum mearum lectione, quibus adsunt & quatt. Gall.

EPIST. XXVIII. *Aliquando te offendo*] sic & mss. mei quinque at putabat Lectius legendum, *offende*, quod vetat vt permittat Senecæ mens, quæ vult personam assumamus & actoris & iudicis & rei. illa accusemus vitia nostra, illa damnemus, hac deprecemur: ita enim alioqui sumus, vt peccata obnixe dissimulemus, nec ea vnquam agnoscamus. huc proprie facit cap. 36. lib. 3 de Ira.

Non enim multum prodest] illud *enim*, abest & meis omo. & Gall.

Nulla ex alia causa quam quia) mei quatt. & Gall. *quam quæ*. Pal pr. *quam quam*.

Et omnes quoque monuerunt] vox *quoque* abest meis quinque & quatt. Gall.

EPIST. XXIX. *Quid de gradu faciat*] Pot. liber vnus, *degradu*, dictione vnita.

Quam multis miseris videretur] Gall. *quam multis miseris* &c vnus, *meroris* alius, *qui multis meroris videretur*.

Sed intermittentur] sic meorum quatt. at Pal. sec. *intermittent*, quod & in Gall. quatt. placetq. Ops.

EPIST. XXX. *Subito deficit*] mss. mei & Gall. *defecit* id igitur redonandum auctori.

Præstat in quocunque corporis habitu fortem. in conspectu &c.] Gall. *præstat in conspectu meris hilarem, & in quocunque corporis habitu fortem lætumque* quod cum & sit in meis quinque, ordo ille restituendus Senecæ.

Et si exarmauit) monuit me elegantiss. Lectius legendum *exarmatur*; nouum enim esse & absurdum accipere id verbum neutraliter, vti existimauit Erasmus.

Plurimum auctoritatis habuit] mei quinque & Gall. duabus vocibus amplius. *plur. apud me auct. hab.*

Puto etiam fortiorem eum, Palat. sec. Col. Gall. quatt. omittunt *etiam* tresque mei alii insuper, *eum*, quod probo.

Qui circa mortem est, Gall. & mei non admittunt voculam *est*, neque requiritur.

Velut propius inspecta iudicantem] sic Pal. tert. sed mutatum postea ab alio in *vindicantem*, quod habet Palat. pr. alii tres & Gall. item olim cusi *indicantem*, nec improbat Ops. ¶ *Imo vero vidi*] sic & Erasmi editio. at mei & Gall omn. *Ego vero vidi*, quod non video cur excludi debeat.

EPIST. XXXI. *Surgo & respirn*] tres Gall *surge & inspirn*.

Paruum est posce] ita clare & quatt. Gall.

Non per Appenninum] Put. vous, *Pæninum*; vti volebat Modius.

Deus ille maximus) bene Gall. etiam quatt. *Deûm*.

Nihil horum non patitur vetustatem) eiiciunt etiam negatiuam Gall. quatt habemusque Epist. 37; *Vinum non patitur ætatem quod in dolio placuit*

Quæ rendum ergo est quod non fiat &c.] Gall. codd *Quærendum est quod non fiat in dies eius quo* (Amb. recenti manu *cuiq.*) *non possit obstare*, ceteraque quæ sequuntur, *quo nihil melius possit optari*, eis abetant. quare putat Ops propagata e geminæ lectionis annotatione, vt pars legerit, *Quærendum est quod non fiat deterius, quo non possit obstari*; pars loco postremi inciti, *quo melius non possit optari*.

EPIST. XXXII. *Non posse te torqueri*) Ops notat *torqueri* valere idem quod *dimoueri a via recta*. Nic. scriptum, *detorqueri*.

Ne immutent te] Gall. quatt. & mei, *ne mutent te*, nisi quod Pal. tert omittat & *te*.

Multum autem nocet, & qui moratur] Gall. *etiam qui moratur*.

Sed ego tibi contra) eiiciatur pronomen. *tibi*, cum mox repetatur, neque extet aut in meis aut in Gall.

EPIST. XXXIII. *Illa odorifera*) Put. ms. vnus, *oclifera*. Nicotii, *oclifera*.

Putas nos velle] legerim, *Puta nos velle*, vti extat in Gall. quatt. item Pal pr. tert. quart Col.

Per lineamenta ingenii sui &c.) ita primum Palat. sec ac tert. sed postea factum *lineamenta sua ingenii opus nobilitur*, quod & in tribus meis reliquis & Gall.

Sed fluunt perpetua &c.) malim. *sed fluunt; perpetua* &c. quæ interpunctio & in Pal pr. sec. tert Col. & Gall.

Nihil puto habere generosi] mei & Gall *nihil habere existimo generosi*

Aliud est (meminisse) iidem omnes; *Aliud autem est meminisse*.

Sed si priorem muneneto) tres Gall. *sed si priorem plenioremque*, vnus vous *propiorem* pro *priorem* habet.

EPIST. XXXIV. *In hoc plurimum est*) tradit Opsopœus non displicere sibi Nic. codicis lectionem; *In hoc plurimum esse*, sic enim, inquit, aptius sequentia quadrant, non satis scilicet esse bene vitam inchoasse & aliquousque produxisse, nisi perseueretur. alioqui vulgata scriptura non adeo recte procedit, nisi insuper cum Nic exemplari legatur, *Nam sic*, non vt vulgatur: *Non sic*. ita ille mei nihil varians, nisi quod Pal. tert. illud *nam* superpictum præferat a secunda manu.

EPIST. XXXV. *Cum te tam obnixe rogo*) Gall. quatt. *Cum te tam valde rogo*.

Animum natare alicubi &c] Gall duo. *animum nutare, alicubi atque alicubi app.* quod probum est Ops. quia & in fine Epistolæ habeamus, *suo loco nutat*. mei quinque nihil variant, nisi quod plerique *alicubi* non *alibi*.

Illud sapienti perfecto] Gall. tres *perfecto*. vnus *perfectoque*.

EPIST. XXXVI. *Sed in eodem habitu est*) sic solum Colon. meus. Gall. quatt. & totidem Pall. *Sed in eo habitu est*.

Esse enim debet aliquid) ita Pal. sec ac tert nam Col interiecit, *debet & aliquis*. alii duo item Gall. *debet aliquis*.

Quicquid præterierit] Pal. pr ac Col *praterit*. alii tres & Gall. quatt *preterit*.

EPIST. XXXVII. *Vri virgis ferroque necari*] ita Muretti editio. vulgata prius, *vri, vinciri, ferroque necari*; quomodo & Col & Pal. quatt ac plerique Gall. quod probat Ops. ob locum Petronii quem laudo in Animaduersionibus ad verba ista. sed & alludere nostrum Epist 71. *Quid interest si vri, vulnerari, occidi, alligari manet?*

Alternis vicibus imperantes] vox *vicibus* abest etiam Gall. tribus. at Amb. *alternatim imperantem*, sine voce etiam *vicibus*.

EPIST. XXXVIII. *In maximos actus*) Gall. item quart *auctus*.

EPIST. XXXIX. *Oratio ordinaria*] ita Pall. tres, sed emendatum in tertio, *ratio*, quod cum & reflet in sec. & Col item repræsentent Gall quatt. libens reduxerim, vtique cum mox sequatur; *Illa vis discenti magis necessaria est*, id est, illa ordinaria ratio commentariorum componendorum, vti obseruauit Ops.

At hæc eo quod superfluunt] sic & Col & Pall. tres. nam pr. excludit voculam *eo*. Gall quatt *eo quo sup*.

EPIST. XL. *Atque abundantem aptiorem esse circulatori indices* &c.) vox *indices* non est in Gall quatt. vous habebat, *scias aptiorem esse circulanti*. vtruoque verbum olet Opsopœo glossam, putatque legêdum; *Sic itaque habe, vim istam dicendi rapidam atque abundantem aptiorem esse circulanti quam agenti* &c. & vero ei lere ego quoque assentior nam etsi Pall. quatt habeant, *vt vim istam*. abest tamē particula *vt* Col. meo *circulans* iste idem erit qui ὀχλαγωγὸς &c. ¶ *Violenta illa & nimia vi exire*) male citatur in Animad. meis verba mss. Modii reponendum enim, *& nimia vi*. lectionem Erasmianam tetinent Gall omn. Senecæque menti congruentes. paulo enim ante dixerat verbis tantum commutatis, *vim dicendi rapidam atque abundantem*, quod & notat Ops. ¶ *Aut affectus impotens sui*] Gall. quatt *aut effectus impetus sui*, putatque Ops. lectionem Muretti bonam, si scribatur *effectus*.

Et ipse maluerit aliquando si necesse est &c.] mss mei non agnoscunt vocem *aliquando*. ista & seqq. sic concipiuntur Gall *Et ipse maluerit, si necesse est, vel P. Vinicium dicere, qui itaque cum quæreretur, quomodo P Vinicius diceret* &c.

Quomodo diceret Asellius &c.] mei quoque omnes, *quomodo P. Vinicius diceret: Asellius*, ita inquam, mei omn. nisi quod Pal. pr. *P. Mutius*, quart. *Philosophus Mutius*, Col. *P. Vinicius*

EPIST. XLI. *Auratam tuba nitet*] Gall. quatt. *aur. tuba nitentur*.

EPIST.

EPIST. XLIII. *Nam magnitudo non habet certum modum*] etiam quatt. Gall. excludunt *non*. nempe per se, inquit Opſ. & ſine reſpectu alterius conſiderata. addit tamen magis placere lectionem cuiam.

EPIST. XLIV. *Multis quatuordecim gradus clauſi ſunt*] vox *gradus* abeſt Pal. pr. ac quart. at contra dictio *quatuordecim* exulat ſec. adeſtque illud *gradus*. vtrumq; vero extat in tert. & Col. ſed enim cum non conſpiciatur quoq; *gradus* in duobus mſſ. Puteani, vno Nicotii, alioque Ambianenſi, aſſentior Opſ. tutoque deleri poſſe affirmo. videantur quæ ſcripſi ad c. 9 lib. 3. de Beneſ.

Et quo plus opera impendunt, hoc ſe magis impediunt. feruntur retro] Pall. omnes & Gall. *impediunt, & feruntur retro*. at Pal. ſec. & Gall. quatt. præterea habent, *operam impenderunt*, non, vt eſt in meis tribus, *impendunt*.

EPIST. XLV. *Verbis alligamus, deinde diſſoluimus, &c.*] nunc amplector lectionem interpunctionemq; quæ in Pal. pr. ſec. tert. ac Gall. quatt. *verbis illigamus, deinde diſſoluimus. tantum nobis vacat. tam viuere tam mori ſcimus &c.* nam & particula *ac*, etiam abeſt Pal. quart. habent tamen eam Gall.

Quod autem neceſſarium eſt, &c.] Gall. tres, *quod neceſſarium eſt. non vtiq; bonum eſt: quoniam quidem neceſſaria ſunt quædã, eadem viliſſima.* & placet. nam nec aliter fere mei, niſi quod plerique retineant voculam *autem*.

EPIST. XLVII. *Cœnantem dominum ſtantium ſeruorum turba*] Pall. tres, & Gall. totidem; *cœnantis domino ſtantium ſeruorum turbam*; quod placet. ſolum Pal. quart. *cœnantis domini ſtantium ſerui turbas*.

Interpellatum ſilentium] vnus Gall. *interpolatum*, vti erat in duobus Modii membranis.

Tam tu illum ingenuum] placet mihi nũc Connani ſententia quam ſupra eleuabam.

Mariana clade quam multos] vox *quam* abeſt Pall. quatt. & totidem Gall. item Col. meo. legenda itaque ſine interrogatione.

Comiter quoq; &c.] Gallicanus vnus, *In iter quoq; & in ſermonem illum admitte*; alter; *Comiter quoq; & in ſermone illum admitte*. & ſic etiam reliqui duo, niſi quod in *Comitem*, quomodo ſeruat item Col. meus & Pal. pr. tert. quart. nec diſplicet; vt *comitem* vocet qui eum comitatus in itinere.

Quo non ſolum cum ſeruis, &c.] Gall. tres, *non quo ſolo cum ſeruis domini veſceretur, ſed quo vtiq; honoris*.

Verberibus multa admonentur] Gall. tres. *ammeantur*. quart. *ameaentur*. coniicit Opſop. vt & fecerat Pincianus; *verberibus muta admonentur*. quaſi dicat, muta & bruta animalia *verberibus* coercenda, ſeruos non item.

EPIST. XLVIII. *Niſi quicquid agitur ad te pertinens meum eſt*] ita & Pall. quatt. & Gall. tres. at Col. amplius, *& meum eſt*. Nicot. *niſi quicquid agitur a te, meum eſt*. quod probat Opſ.

Huic amicus non eſt pro homine] ita mei quinq; & tres Gall. at Nicot. abeſt vocula *non*; & diſpiciant doctiores an poſſit.

Succurre quiſquis eloquentior es pereuntium pœnis] Gall. item omnes *Succurre quicquid laqueati reſpondentium pœnis* in margine vero duorum; *Succurre, quid quod laqueati reſpondent in pœnis*.

Vt me parem Deo faciat] delendum *me*, fide meorum quinque & Gall. quatuor.

EPIST. XLIX. *Eo magis vtiq; indignor*] Pal. pr. quatt. *Ego magis itaq; indignor*. alii tres nec non Gall. quatt. *Eo magis itaq;* quod placet.

Aduerſus hoc me doce] Gall. omn. *Aduerſus hoc me doce aliquid, Effice vt ego mortem non fugiam*

EPIST. LI. *Ruina enim non eſt tam molliter*] placet quod erat prius in Pal. tert. item quod reſtat in primo ac quart. *Quies enim non tam molliter*, ſine vocula *eſt*, quę tantum in Col.

Vim Hannibalis hiberna] Gall. quatt. *Vna Hannibalem hiberna*.

Fuiſſe in Vtica Catonem] Gall. quatt. *fuiſſe inimica Catonem*. in Amb. tamen correctum *in Vtica*, ſcholiumque adſcriptum, *ciuitas eſt vltra Baias aquas*. vox deinde, *aſpiceret*, abeſt omn. Gall. vt ſubintelligamus *dinumeraret*.

Quam vnam noctem inter talia duxiſſet?] iam malim quod eſt in aliquot Gall. correctumq; a ſecunda manu in Col. *quod in vnam noctem manu ſua ipſe duxiſſet*.

EPIST. LII. *Si in hanc ſecundã recipimus*] vox *hanc* non comparet in mſſ. meis aut Gall.

Alterum dura area, &c.] Gall. tres, *alterum puram aream excepit, illic protinus opus creuit: alterum fundamenta laſſabunt* [vel *laxabunt*] *in mollem ac fluidam humum miſſa*; quam ſcripturam probat Opſ. ſi *duram*, &c. *lapſabunda* cum vulgg. recipiamus.

Hoc durum & laborioſum, &c.] Gall. quatt. *Hoc durum & laborioſum ingenium a nobis datum ſcias licet*.

Quod hominibus eu laudaris quos &c.] Gall. *quod ab hominibus laudaris eis quos*

EPIST. LIII. *Ad Neſidia*] Gall. quatt. quoque *Neſida*, terminatione Græca.

Iactatur: ſeu memor, &c.] Gall. omnes conſentiunt ſcriptis Modii. itaque iure reprehendamus Muretum, qui ſic aliquam multa eiecit contra fidem etiam priorum edit. in quibus; *iactatur, ſed memor artificis mei veteris, frigida cultor mitto me in mare*. addatur Plinius libro 29. cap. 1.

Seu non cum mari nauſeam effugere] Gall. quatt. *quem ſeu non cum mari nauſiam effugere*.

Qui vbi ad talaria. &c.] duo Gall. *qui vbi ad talaria cœpit intendere, & vtroſque dextros pedes fecit, neceſſe eſt*. Amb. codex, *qui vbi talaria cepit intendere & vtroſq; pedes infirſit, neceſſe podagram fateri* quod, quia nihil aliud iam ſuppetit, rectius fere Opſopœo, qui his ſimilia producit ex Luciani Ocypode.

Grauis ſomnus etiam ſomnia] Gall. *Grauis ſopor etiam ſomnia*.

Cum aduocatus in cauſam deſcenderes] Gall. item quatt. *cum aduocatus in commiſſione deſcenderes*.

Laxo ſinu excludit] Gall. quatt. *eludit*.

EPIST. LIV. *Hoc eſt animam agere*] ſic Pal. tertius, quart. Colon. alii duo, vt & quatt. Gall. excludunt voculam *eſt*.

Nihil cogito de die Illum lauda] Gall. quatt. *nihil cogito de die toto Illum tu lauda*, neq; aliter omnes mei, niſi quod Pal. pr. *Iſtum tu lauda* Col. *de die toto Illum tu lauda*.

EPIST. LV. *Erat enim a recenti*] Col. mei ſcripturam ſupra poſitam comprobant Gall. quatt. itaque iam non eam ſuſpicor veram, ſed arbitror.

Æque enim offendiſſe illum quam amaſſe, &c.] integerrimus Senator Cl. Puteanus legit, *Æque enim odiſſe illum, &c.*

Laxo atrio pares, manufacta. &c.] Puteani liber vnus, *enim laxo atrio pares manufacta Æquarum, &c.* Nicotii, *enim laxo atrio pares manufacta, quarum. &c.* I. C. Gotofredus Lipſii emendationem (quæ habet, *laxo atrio pares manufactu*) non probat. cur enim, inquit, dicentur *pares manufactu*, cum paulo ante dictæ ſint eſſe, magni operis? legit itaque ipſe, *laxo atrio. pariete manufacto*. vt intelligamus, ait, ſpeluncas illas non fuiſſe pares manufactis, ſed magni operis, *laxo atrio & pariete manufacto* ac minime naturali.

Vſq; in occidentem torretur] Gall. omn. *tenetur*, a ſole, inquit ſcholium Ambiani.

Animus eſt qui commendat omnia] Gall. iidem, *qui ſibi omnia commendet*.

EPIST. LVI. *Quoties retentum ſpiritum remiſerunt*] ita etiam legendum contendit Turneb. lib. 7. c. 4. Aduerſ.

Et numerare cœperit pilas] Put. vnus liber & Amb. *plus*. Nic. *cœperit plus*, quod eſt confirmandæ coniecturæ Turnebi.

Inter clamores tam varios] Gall. quatt. & omnes mei, item Eraſ. *inter tot clamores, tam varios*

Ad Metam ſudantem] Amb. codex habet hoc ſcholium. *Meta ſudans, vt dicit Eutropius, locus vbi exercebantur iuuenes velocitatem ſuam*.

Etiam moleſtior eſt mihi ſonus] mſſ. mei & Gall. *Etiam nunc moleſt*

Aut etiã abſecta] ſic & tres Gall. ſol. Nic. *aut etiã obruta*.

Quod ad voce ex accidenti erigitur] habẽt & Pinc. codd. & Gall. quatuor, *ad vocem & accidentia erigitur*.

Comoditas & cat. ſõnicto] Caſaubonus noſter monet non

esse audiendos qui hunc locum *παραδιορθοῦσι: conuiciam* enim esse, idem quod *προσβολή, conuiciam*, vt in illo, *Sex, conuiciarum, plures, conuiciam*.

Sed experiri & exercere) Gall. item quatt. *migrabo. Experiri & exercere, &c.*

EPIST. LVII. *Magis ac minus*) sic solum Col. nam Pal. quatt & totidem Gall. *aut*.

An meat, an terris) vox *an terris*, etiam abest Gall. quatt. habentque solum, *aut mons*, quod & in meis quatuor. quippe Pal pr. *aut mors*.

Propter hoc illum nullo genere, &c.) Gall. *propter illum nullo genere posse, propter quod non perit*, nisi quod Amb. recentiori manu interserat inter *genero* & *posso*, vocem *mori*. Opsop. ait locum non videri constare, putare legendum potius, *perire illum nullo genero posso, propter quod hoc perit*; & per *illum* intelligit *animum*, per *hoc* vero *corpus*.

EPIST. LVIII. *Est lucum*) sic Gall. & mei omnes at vulgati Virgilii *lucos*.

Ilicibusque virentem Plurimus Alburnum) sic solum Col meus, nisi quod is *Alcaernum*, Gall. quatt *pluribus Al vrnum*, quomodo & Pal pr & tert. nam sec. *Pluribus Al annum*. quatt. *Pluribus Albranum*.

Oestrum Graci) Gall. *Grais*.

Sit fides Vergilio) Gall. tres, *sed fidem Vergilio*. Amb *Sed fidem adhibo Vergilio*.

Esse aliquid genus, Put duo, & Nic. vnus amplius, *esse aliquid genus, esse & speciem*. Amb. *esse aliquid genus & speciem*.

Aut animata esse aut inanimata) Gall vnus, *animalia* item, *inanimalia* alter ex parte tantum, *aut animalia esse, aut inanima*.

Primum genus Stoicis videtur, &c.) Gall. tres, *Primum genus quibusdam Stoicis videtur Quid quare videatur, subiiciam*.

Inuenies quod possit fieri quidam Gall. *sumes quod possit fieri quidam, sumes quod, &c non inuenies*.

Quam mortis metus) Opsopœus, cur non eat in Mureti Lipsii Modiique sententiam, mouet eum (præter constantem mss. auctoritatem) scopus Senecæ, eo spectans vt doceat vitam prouidentia nostra & frugalitate extendi posse, nec mortem ob senectutem morbum vel dolorem accelerandam esse. absque ab hac parte, inquit, stant verba illud *simul cogitemus, si mundum ipsum non minus mortalem, quam nos sumus, prouidentia periculis eximit, &c.* item in calce Epist. *Est praterea materia qua ducere diem possit*, id est, mortem differre. libentius itaque *mortis moras*, quam *mortes meras* legerim *Vale* etiam mortuis dicebatur. Seruius ex Varronis Logistoricis ad Virgil. versum, *Salue aternum mihi maxime Palla, Æternumque vale*. & alibi Donatus ad Act. 4 Sc. 2 Terent. hactenus amicus noster, quæ vix est vt approbare possim. nam primum *posse diem ducere hanc materiam* dum dicit Seneca, puto hoc potius velle, materiam eam qua quæritur an liceat sibi ante ... tem, vberem esse, quæque alioqui diutius durare possit, neque statim excidat aut corrumpatur, licet dilata in aliud tempus. similis significatio, Ep 95. *Et quemqui apud Lautos soles diem ducere*. scio posse etiam nonnullis *diem ducere* hic forsan notare pro eo quod totam occupaturum esset diem, sed minus placet. at deinde non tractare philosophum quomodo vita extendi queat, sed potius, quando abrumpenda sit, clare euincunt præcedentia, ab verbis *Itaque de isto feremus sententiam, &c.*

EPIST LIX *Vt non temeraria, &c*) in Gallicanis quatuor eadem est lectionum varietas, quæ codd. Pinciani.

EPIST. LX. *Vaius mensa frumentum*) sic libri Gall. tres, quartus *instramentum*

EPIST LXI *Tanquam cum maxime scribentem*) errorum cum dicerem de Modii membranes. habent enim, *tanquam me cum maxime scrib.*

EPIST LXII *Et vbicunque sum, meus sum*) ita & Pal. tert. sed superpositum eadem vt videtur manu, *sum, ibi meus sum*, quod & in aliis meis, item Gall. quatt. recte.

EPIST. LXIII. *Moleste fers*) mss. aliquot Gall. *Moleste fero*.

No vnû quidé amauit) excidit typographo meo verbû. mss. enim mei omnes, itê Gall. *no vnû quide mortis amauit*.

EPIST. LXV. *Postmeridianum mihi cessit*) ita & mei quinque. Opsopœo placebat quod erat in tribus Gall. *Postmeridiano mihi cessit*, vt quemadmodum alicui loco cedere dicimur, ita malam valetudinem sibi *postmeridiano tempore cessisse* Seneca velit.

Te arbitrum adegimus) Lipsius reponebat *adigimus*. Gall. tres, *adduximus*, quatt. *adiximus*.

Inter causas facti operis annumerandum) Gall. *inter cãs facti operis esse annumerandum*, vti & mei omnes, nisi quod præterea addat Pal. sec. *idesse*, quod & in Col. a recentiore manu. Pal tamen pr. tert. quatt *causam*.

Faciens, hic Deus est, &c.) Opi putat reponendum ex Gall. duob. *Facientem; hic Deus est*, & deinde, *Forma, hac &c.* in accusandi casu, tanquã dependentia a superioribus his, *Hac omnia mundus quoque habet, &c* & vero, quod ad primũ attinet incisum, instigatur Col meus at nec is tamen *Formam*, sed *Forma*, quomodo & Pall. quatt. quin item, *Faciens*. ¶ *Si malignum & non praclarũ lumen habeat*) Gall. duo explodũt illud *non*. & hercle legendũ cum Amb cod *si malignum & precarium lumen habeat*. cuius indicii causa, est quod grauiter amem Opsopœum.

Nunc deformitato latentibus) mss Gall & mei omn a prima manu, *in vna deformitato iacentibus*, quod rectum esse nemo non videt.

EPIST. LXVI. *Honestum est enim propter quod illa*) Gall. quatt. excludunt vocem *quod*.

Quibus illa contigere) sic Pal. sec tert. Col nam tres Gall. *illo*, vt respiciat *virtutes*, quibus alludunt Pal. pr. ac quart. quæ *ille contingere*.

In exitium ipsius sui) Pinc. codd. mei, & Gall *suum*. recte.

Malum non patet. Omne honestum) Gall. item quatt. *malum non putet, velit, libens faciat* nec sunt, vt recte vult Opsop eradicanda. his enim respondet quod sequitur, *missum incoactumque, sinceram, nullo malo mixtum*.

Sine vlla cunctatione peccarret) duo Gall. *procurret*, sicque Epist 71 *vt ad omnes casus procurrerem*. Opsop.

Eundem ergo locum) vox *ergo* abest omn. meis & Gallicanis.

Ergo tua quoque virtus &c.) Pal. pr quatt. Col *Ergo tuam quoque virtutem non magis laudabis*; neque aliter quatt. Gall aut adeo Pal. sec. nisi quod destituatur vocula *quoque*. eam habet quidem tert. sed scribit *laudabilis*.

Si corpus illasum tibi & integrum) sic Pal. pr. quatt Col. at sec. *si corpus illi tuum integrum*, quomodo & Gall vnus. tert. *si corpus illesum tibis, & integrum*. Gall. alter; *si corpum illaesum integrum*: tertius, *si corpus illibatum, integrum*, quod quis probare posset.

Quam si ex aliqua parte mutilatum) Gall. quatt. amplius, *parte mutilatum, mul. atum*.

Seruilia sunt) Gall & Pal sec. *serua sunt*. alii tamen mei quatt. seruant vulgg.

Hoc in rebus appetitio est) particula *est*, non conspicitur in meis aut Gall.

Hilarem aut pacatam) Gall *ac*, vt & Pal. sec. tert quatt. nam Col. *&*.

In perfectum itura) Put. codici abest illud *in*. Nicot. autem seruat, *perrectum itura*, quod integrius visum Opsopœo.

Vt malaxissandos) duo Puteani exempp. *vt malaxandos*.

EPIST. LXVII. *Maior pars in stramentis*) Gall item quatt. *in vestimentis* sic & noster Epist. 78: *& in vestimentis vix fertis apparet*. Opinp.

EPIST. LXVIII. *Quid autem tecum loqueris*) absunt hæc om Pal quatt. adscriptaque tert. post scriptionẽ primã. ab eadem tamen manu. at extant in Col. meo. nam Pal. pr. & sec. item Gall. quatt. *Quid autem loquaris*.

EPIST. LXIX *Si tam breue tempus*, Gall. partim; *Si tam breue tempus interuallum discidimus*, partim, *interuallo discidimus*; partim, *discimus*.

EPIST. LXX. *Vides quemad. extrema quoque mancipia &c.*) fatetur Lectius ferri posse scripturam istam, illoit tamen, inquit, *externa quoque mancipia*, id est peregrinis regionibus quæsita; vt paulo ante. *Nuper in ludo bestiariorũ, vnus e Germanis. &c* sic ille. ego adhæserim vulgato. *extrema* enim vocantur, contemptissima & vilissima. sic

iterum

therum lib. 3. cap. 37. de Ira. *& ipse pro ille iratus extremo mancipio fuisti.* scilicet, *vti primus* & *princeps* ordinis sunt simul & dignitatis, haud aliter iacent *extremus ac postremus.* noster lib de Iniur. cap. 15. *Habes sub te Parthos, Medos, & Bactrianos: sed quos metu contines, sed propter quos remittere arcum tibi non contigit, sed postremos, sed venales, sed nouum aucupantes dominium.* Cicero pro Amerino: *Sin autem hoc actum est, & idcirco arma sumpta sunt, vt homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, &c.* noster iterum cap. 14. de Breuit. vitæ, *vltimo mancipio transfodiendum se prabuit.* videat me, cui libet, libro 7. Susp. cap. 4.

Epist. lxxi. Gall. quatt. *Consilium sub diem nasci debet: & hoc quoq; tardum est nimis: sub manu quoq;, sub manu quod aiunt nascatur.* Puteanus fingebat, *sub die nasci debet: & hoc quod tardum est nimis, sub manu, quod aiunt, nascatur.*

Minuta docenda demittimus] Gall. quart. *dimittimus.*

Quisquis volet sibi contumeliam, &c.] Gall. etiam om. *quisq; volet sibi contumeliam faciat & iniuriam*: ex quo item fecerat *quisquis*, Opsopœus.

Eodem natura] sic Pal. tert. ac quart. alii enim tres, *eadem natura.*

Si speraret omnia illa sic inuitam mortemq; per vices ire] mei omnes & Gall. destituuntur illo *in* habetq; Pal. tert. a manu secunda pro *sic*, repositum *sicut.*

Itaq; Cato cum annum] iidem omn. *Itaq; vt Cato, &c.* præter Pal. tert. qui particulam *vt* scriptam habet inter lineas.

Repentina maris inundatio] sic Pal. sec. at alii, vt & quatt. Gall. *repentinus*, eodem scilicet modo quo postea, *subitam cauernam.*

Non magis quam regulam] Gall. quatt. *Non magis quam regulam, qua rectum probari solet, flectes. Quicquid, &c.*

Quod dicam paria bona esse, aduersa fortiter portantis, & prospera honesto iudicantis] sic & vnus Gallicanus. at reliqui tres pro his omnibus tantum exhibent, *quod dicam paria bona esse honeste iudicantis.*

Vt opinor succedere] Gall. omn. *vt hoc opinor*; vnde & faciebat Opsopœus, *hoc, vt opinor, succ.*

Itaq; inchoatus ad summa procedens] mei & Gall. quatt. interponunt copulam, *inchoatus & ad summa, &c.* nec aliter Pal. etiam sec. nisi quod is, *etiam & ad summam.*

Tanto melior, quam tanto felicior] lectionem hanc in Gall. libris tradit Opsop. firmatque his Senecæ Epist. 31: *admirabor & clamabo, Tanto melior surge, &c.* cap. vlt. de Tranq. vitæ *Laudemus toties dignum laudibus & dicamus, Tanto fortior, tanto felicior.* adclamandi formulæ sunt cum laudatione coniunctæ, non absimiles iis quæ sparsim apud nostrum leguntur. lib. 6. nat. quæst. *Vade fortiter, vade feliciter.* Epist 67: *Feliciter quod agis.* Epist. 66, *macte virtute esto.* ex aliis auctoribus collecta exempla suppeditat Lipsius 1. Elect cap. 10. sic Ops.

Vbi ergo est origo calamitatis?] vnus Gall. *Vbi origo calamitas.* alter, *Vbi ergo calamitas?*

Animum non colorauit, sed infecit] dixi ad hunc locum, notare me peruersum verborum ordinem. perperam. nam pendent ista a superioribus, vt repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *hæc disciplina nisi animum non colorauit, sed infecit, nihil præstat.* tollenda nihilominus, vt tunc monui, vulgatæ lectionis distinctio.

Vltra Dacos belliceosum] Put. vnus, *Dahus*, reliqui Gall. tres vel *Adhas*, vel *Dachas.*

Epist. lxxii *Tunc in manus sumam*] Palat. sec. ac Col. item quart. Gall. *tunc istud in manus, &c.* quod reuocandum. nam & alioqui Pall. reliqui tres, *tunc illud in, &c.*

Quod a continuatione sua discessit] Pal. sec. quart. Col. item Gall. omn. abest pronomen *sua.* reliquis tribus Pall. legitur, *qua continuatione recessit.*

Cui quid abscedere non potest, &c] Gall. partim, *cui aliquid abscedere potest, id inperpetuum est*, partim, *id perpetuum non est.*

Et semper ad spem futuri hiat] sic Pal. pr. quart. Colon. item a manu secunda tert. qui tamen prius *spem venturi*, quod & in Pal. sec. ac tribus Gall.

Epist. lxxiv. *Manum conserit cum excedente*] Gall. quatt. meique vno ore, *cum recedente.*

Innasimus, innadeadisque aliquos, &c.] Gall. variant. duo, *aliquos spes vana delusit*, omisso *innadendiq;*. tertius, *innuenienteq; aliquos spes vana delusit.* quatt. *inuidentque alios quos spes vana delusit*, quod postremum magis placet Opsopœo.

Ad pessima transit] mei omn. & Gallicani *pessimum*, recte.

Si abducantur] Gall. quatt. *vt si abducentur.*

Ipsa enim felicitas se, nisi temperat] Gall. quatt. *Ipsa enim se felicitas, nisi temperatur.*

Quod illos bonos fecerat] Pal. pr. tert. quart. *quod quoq; beatos fecerat.* sec. ac Col. item Gall. quatt. *quod illos quoque bonos fecerat*, quomodo & Erasmiani.

Non dices virum iustiorem] Gall. triga, *vitam iustiorem.* vnus simpliciter, *iustiorem*, sine voce *virum*, aut *vitam*, quæ certe a glossa videntur.

Et vultus eius agitabitur] Palat. sec. non habet isthæc nisi a manu altera adscripta oræ. alii quidem seruant, sed excludunt *eius*, quod nec vsquam in Gall.

Epist. lxxv. *Non existimo*] mei & Gall. *non vt existimo*, habentque iidem Gall. supra: *statim a sapientia præcepit est?*

Vbi non est retro lapsus] sic solum Pal. quart. alii mei, vt & editi ab Eras. & Gall. *vnde non est*, recte.

Optima & noxa carentia, &c.] legit e Gall. Opsopœus, *Optima vt noxa carent. Expectant nos si, &c.*

Epist. lxxvi. *In hac senescamus; hanc vt iuuenes sequamur*] ita Mureti editio at mei ac Gall. *In hoc senescamus, vt iuuenes sequamur*; nec aliter editi ab Erasmo, nisi quod & notet ad oram alias legi, *In hac senescamus, hanc iuuenes sequamur.*

Et hoc ingenti studio] Amb. omittit *hoc*, placetque Opsopœo.

Contemnendus est iste contemptus] Amb. *ipse contemptor.*

Hac antecedit animalia, Deos sequitur] sic & mei quinque. at Puteanus malebat, *Diis aquatur*, cum & dicat Epist. 92: *hæc Deos æquat.* Epist 31. *par Deos surges.* de Iniur. cap. 8. *Sapiens vicinus, proximusq; Diis consistit, &c.* imo, interdum sapientem suum Deo præferat Seneca. acute hæc pro Puteano Opsopœus, sed nihil tamen mutarim. nam & innumera sunt loca vbi hominem facit secundum a Deo; & argumentatio alioqui Senecæ vulgatum propugnat.

Velox & consentiens vento] Gall. item quatt. *& non sentiens ventum.*

Cui tam accidere vt non sit bonum non potest] vnus e Gall. *cui tam accidere nisi bonum non potest. Mutationis periculum effugit. Stultitia sapientiam eripit.* ceteri, *cui tam accidere, ne sit bonum, non potest, mutationis periculum effugit. Stultitia ad sapientiam eripit*: vnus *erepit*, quod probat Ops.

Paruus pumilio licet in monte, &c.] Puteanus vnus, *Non magnus pumilio.* Ambianus, *Magnus non est pumilio.*

Denunciant mihi: hominem, &c.] melius mei quinque & quatt. Gall immissa copula *& hominem.*

Epist. lxxvii. *Supparum intendere*] ita Col. Pal. sec. tert. nam quart. *sus parum.* pr. *si parum*, diuisim Gall. quart. *siparum*; cui accommodat Ops. illud Isidori, *Siparum genus veli vnum pedem habens, quo iuuari solent nauigia in nauigatione quoties vis venti languescit: de quo Lucanus -summaq; tendens Sipara velorum, perituras colligit auram.*

Vt nesciat sibi quandoq; moriendum] ita & Col. Pal. sec. ac tert. aliis duobus, vt & quatt. Gall. abest *sibi.*

Solem, si posses extinguere] Gall. quatt. *solemq; si posses extinguere.* correctioni Lipsianæ fauet istud de Breuitate vitæ cap. 16: *dum veniat condictum tempus cœnæ, tarde ire horas queruntur.*

Calida subinde] Gall. *calda.*

Non ipsius natura rerum desiderio] ita omn. mei, præter Pal pr. & Col. quibus abest vox *rerum*, quam nec habent Gall.

Quibus fideliter & cum industria fungor) sic & Pal. tert. at pr. *industrie*; superpositæq; preterea duę notulę circumflexæ, vna supra literam quartam, altera supra penultimam: notatum tamen ad oram alias legi, *& sedustrie*, quod & in reliquis meis & Gall.

EPIST. LXXVIII. *Vt legim clarius, &c.*) ita & Gall. neque admittit Modii lectionem Opsopœus. tanquam disiunctiua particula non habeat locum. Vocis totentionem medicus simul imperat & nauigationem, quæ gestationis species est, neque studio officit. possis legere, possis loqui. &c. vt est Epistola 15.

Sed quo incitatior est, eo citius) Gall. partim, *Sed incitatior*, partim, *Si incitatior*, partim, *Sed si incitatior est, in alienationem soporemq; conuertitur*; in nullo autem habentur illa *eo citius*.

EPIST. LXXIX. *Et quidem non terribile nauigantibus*) ita & quart. Gall.

Dignum est autem vt obserues) mei omn. & Gall. *quod*, non *vt*.

Colligunt, quod aliquando) excidit dictio quæ in Eras. nec non Pal. sec. tert. quart. Col. ac quatt. Gall. *coll. quidam quod, &c.* solumque deest Pal. pr.

Ac largius offertur) ita & quatt. Gall.

Iam multum operis effectum est) sic Palat. tert. & quart. alii tres & quart. Gall. *effecit est*, placetque.

Qui suspiciatur diem quibus Sol) Gall. item quatt. *quis suspiceretur diem eius Sol.*

Confitetur se & Epicurum non satis emicuisse, &c.) ita Col. nisi quod ipse, *enituisse*, quod & ad oram Eras. editioni, quæ tamen non habet illa, *apud eos*. Gallicani hic manci sunt: vnus tantum ita refert, *se & Epicurum enituisse, sed post se & Epicurum magnum paratumq; non vim habituros qui voluissent*; additumque oræ, pro *non vim*, alias legi, *nomen* Pal. sec. *confitetur se Epicurum non satis enituisse, sed se & Epicurum magnum paratumq; nomen habituros & qui voluissent.* tert. *confi. se & Epicurum non satis enituisse, sed post se & Epicurum mag. par. nomen hab. & qui voluissent.* quart. *conf. se & Epic. non satis emicuisse, sed post se. Et Epicurum magnum paratumq; nomen habituros apud eos qui voluissent per eadem, &c.*

EPIST. LXXX. *Quam ingenia pauci*) ordo auribus gratior in meis quinq. & quatt. Gall. *ingenia quam pauci.*

Seruus est, quinq; modios) sic & Pal. sec. tert. Col. aliis duobus & Gall. quatt. abest vox *est*, meo animo male.

EPIST. LXXXI. *Aberrent, vt aliquando hæreant*) sic & mei quinque, nisi quod Pal. pr. *Abberrent*. quart. *Aberrerit*. Lectius putat sententiam auctoris hærere in illo *hæreant*, ideoque inde facit, *vt aliquando ne errent*; ingeniose quidem; sed tamen putarim tolerari posse vulgatum. *hærent* enim *beneficia*, quæ permanent ac durant in accipientis animo vnde & noster hac eadem Epist. *cui beneficia excedunt, hærent iniuria* lib. 1 cap. 12. de benef. *Extet, hæreat amico, & conuiuat.* nec longe aliter Iuuenal. Sat. 14. *Et nitidis maculam hæsuram figentia rebus.*

Non omnes sciunt referre &c. Gall. duo seruant lectionem quam protulit Muretus. sed ne sic quidem locus persanatus Opsopæo. aliquid enim, inquit, deesse innuit quod sequitur; *Nam ille, de quo loquebar modo stultus*, cuius nulla in prioribus mentio, nisi ad *imprudentem & rudem* referas; quod vt non probem, in causa est copula *etiam*; cui enim copuletur, nihil præcessit. deinde quid dicemus imprudentem posse? referre, an debere beneficium? debere posse negat Seneca. si referre, vnde hoc verbum repetemus, siquidem id mss. non habent? sic Opsop.

Vbi sapienti notum) tollatur mendum typographicum, scribendo *vbi sap.*

Virum aliquis quod dederat, &c.) Gall quidam, *vtrum aliquis quod dederat, sed quod præstabat, sumpserit*. vnus, *vtrum aliquis quod dederat ratu, sed quod præstabat, sumpserit*: alius, *seu quod præstarat*. additque Opl. nescire se an hic voluerit exprimere Seneca quod copiosius lib. 3. cap. 8. de Benef. *Hic decumam pro addicto dependit, sed cum illam domo protulisset. Ille dedit eandem; sed mutuam sumpsit, &c.*

Et vt ita dicam spississimum) Amb. *pessissimum*.

Ac sibi ipsi commendat) Gall quatt. *ipsis*, vt & Pal. prim. tert. Col. nam sec. abest illa vox: quartusque *ipse*.

Sic & hoc fide populo demus) Gall. tres; *sic & hoc fidem populo credamus*. quart. *sic & hoc fides populi credamus.*

EPIST. LXXXII. *Et cum dicas indifferens nihil gloriosum est*) verba hæc non habentur in Pal. sec. aut quart. alii tres & quart. Gall. ea agnoscunt, sed scribunt *dicis*, quod præposuerim alteri.

Quæ nobis infudit) duo Gall. *offundit*; quod probo; inde enim forte *offucia*.

Tu contra audentior ito) addunt & Gall. quatt. *Quam tua te fortuna sinat.* sed & sic legi in omnibus Virgilii exempp. tradit Opsopœus. itaque miratur Muretum, qui ne id quidem apud Virgilium extare in Notis scriptum reliquit.

Et ad prandium processerunt) etiam Gall. *promiserunt.*

Circumscriptiones nostra) Gall. *vestra.*

Ne Python quidem vulnerabilis, &c.) Gall. habent vel *Pithio*, vel *Phitio*, vel *Phytio*. Modius Nouant. Epist. 116. ait legere se totum locum ex Herbipol. cod. *Serpentem illam in Africa sæuam, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisq; petierunt; ne pilo quidem vulnerabilis erat.* vius sagittarum & fundarum eminus, pili cominus.

EPIST. LXXXIII. *Progymnasios*) tres Gall. *progymnasias.*

Hieran fecimus) locum hunc nemo hactenus intellexit. nunc faxo omnes intelligant, opera quidem mea, ope vero acutissimi Casauboni. sensus nempe hic, neuter nostrum vicit in hoc certamine, sed pari gradu ambo stadium decurrimus: itaque *hieran fecimus*, id est præmium quod victori propositum erat, Deo consecrauimus. id olim fieri solitum ostenditur loco Gellii lib. 18. capite 2: *Quæstio soluta corona & præmio donabatur: non soluta autem transmittebatur ad eum qui sortito successerat: idq; in orbem vice pari seruabatur. si nemo dissoluebat quæstionis eius nodum, præmium ipsum & corona Deo cuius id festum erat dicabatur.* ita amicus noster. & sane prouerbii speciem vocibus his inesse plane odoror, præsertim cũ ita inueniam apud Polybium libro 1 [illegible]

Leuissimas & perplexas fecerunt) Pall quatt *fecerunt*. Amb. codex, *perperas*; quod non displiceret Opsopœo, si ceteri assentirent mss. quod *perperos* dicat Nonius, *indoctos, stultos, rudes & insulsos.*

Quemad. apposita interrogatione) de hoc deridendi genere Cuiacius lib. 17. cap 39. Obseru.

Et nos intelligere voluit) sic & vnus Gal. tres reliqui, *noluit*, quod probat Modius Epist 116. quoniam sit impostorum ita intelligi velle, vt verborum ambiguitate deceptos ex eisdem refellere queant.

Si quando orta est hilaritas) sic & Pal. tert. etiam pr. nisi quod desit vox *est* alii tres, *hortata*, quomodo & tres Gall. vnde probatur Modio, *hortatu est hilarem aliena, cœna, &c.*

Quod ebrius fiebat, &c.) Lipsii emendatio firmatur tribus Gall.

EPIST. LXXXIV. *Studiis quare prosunt*) Modii ms. *Studio*

Iam cum hoc illo commutandum) Gall. quatt. *iam. hoc & illo commeandum est*

Vt in vnitatem illam competant) Gall modo, *& in vicantem illa competat*; nunc, *& in vnitatem illa competat*, modo, & *in veritatem illa competat.*

In comessationibus) tres Gall. *commissionibus.* quartus, *commessionibus.*

EPIST. LXXXV. *Si imbecillimis*) Gall. quatt. etiam, *imbecillissimis.*

Habet libidinem non insaniam) sic recte Pal. prim. tert. quart. nam sec. *non insaniam*, quod & in duob. Gall. nam Amb. *sed non insaniam*, quod probat Opsopœus. Colonmeus, *sed non insaniam.*

Inter lymphaticos motus numera) Gall. & Modii mss. *lymphatos motus numerat.*

Beatam

Beatum induxeris, & multo magis) Opsopœus eradi mallet illud & tradit tamen legi in Gall. quatt. *induxeris, induces & multo.*

Fiat vt puta edendi) mei omn. quinque & Gall. quatt. *puto.*

Controuersiosam pro confessa vindicare) sic esse in melioribus libris Gall. tradit Opsopœus.

Ad quod aliquando nostra sponte) Pal. quart. pro, *aliquando*, habet *nobis*. at pr. abest vox *sponte*. nam sec. tert. Col. & quatt. Gall. *ad quos aliquando nobis nostra sponte.*

Ipse semper in actu est: tum maximus, &c.) Gall *ipse semper in actu est, in effectu tunc maximus*. excusi, *in effectum*. sed videtur, inquit Opsop. glossema ad vocem *in actu*, ideoque Muretus vt alienum relegauit.

Et ad occursum exterrentia) quidam olim cusus & vous Gal *expauefucientia*. alter Gall. *expauentia*. duo reliqui, *expauescentia.*

EPIST. LXXXVI. *Magnitudinem animi? in exilium)* tres Gall. *magnitudinem animi qua in exilium*. quart. *quod in exilium.*

Corporis exinanita) duo Gall. *exsaniata.*

Res quadrantaria) sic & tres Gall. quartus, *quadratoria.*

Pacatu aqua lauabatur) Gall. vnus, *fecutas*; duo, *saccata*, quod & placebat Opſ.

Quid quod odore tanquam, &c.) Gall. duo, *Quid quod idem hoc eiiectre suo gloriatur*. tert. *quid quod idem hoc odore tamquam suo*. quod & in quarto, nisi quod deest ei *idem.*

Parum autem arboris antequam) Gal. vnus interiicit, *P. autem valis arboris.*

Nihil habent in se horridum nec triste) Gall. tres non male, *nihil habent in se aut horridum aut triste.*

Grandis rope sunt) de *grandiscapiis* contulatur & Scaliger Castigat. in Festum.

EPIST. LXXXVII. *Non adducto, ne & hoc)* corrigebat Casaubonus meus, *num adiicie.*

Kalendarii liber excluditur) volutur etiam membranæ Modii, item *subuiliam possidet*, sine voce *agri*, quod & idem probat Nouant. lect. Epist. 116. tanquam melius subaudiatur. at cum restet in meis quoque, haud temere sustulerim.

Quem tam Rom. pop. hercle, &c.) Gall. partim, *quem tamerei. p. fuit nasci*, partim, *quem tam resp. fuit nasci*. partim, *quem tam e rep. fuit nasci*, quod & laudat Opſ.

Quod proponitur. Nam in Grammatica) quidam Gall. *quod proponitur; nam & in Grammatice*, quomodo & Pall. quat. praterquam quod in *Grammatica*. nam Col. *quod proponitur. nam in Grammatica.*

Chelidon vnus) sic & mss. Modii.

Dei oportet illi aliquid diuinum, aliquid cæleste) vox *aliquid* priore loco posita, delenda est auctoritate meorum quinque & Gall. quatt.

Quid quaq. ferat) iidem. *Et quid quaq. &c.*

Non ideo mihi vrna aurum dat) ita & Colon. Pal pr. & quart. etiam tert. nisi quod ei superaddatur a recentiore manu, *Non ideo, inquam, mihi vrna, &c.* quod & in sec. ac Gall. quatt.

Gladius qui neminem occidit, occidentis telum est) legerim cum Pal. sec & tribus Gall. *Gladius neminem occidit, &c.* cum alioquin & reliquis meis absit vocula *qui*. Gall. quatt. *occidit, tamen occid. telum est.*

Quo ἀπορία significatur) nec illa vox extat in Gall. sed ΑΝΗΥΠΑΡΞΙΑ. dempta H, *ἀνυπαρξία*, effeceris; quæ non male assignatur *paupertati*, cum notet *facultatum absentiam*, seu, vt ita loquamur, *inexistentiam*; at ἀπορία contra nihil aliud quam ipsam *egestatem*, *inopiam* siue *penuriam*. illa igitur proposito est multo accommodatior, vt quæ cum paupertate coire possit. Opſ.

EPIST. LXXXVIII. *Hoc sapientia studium est sublime)* Gall tres eiciunt illa, *studium est*

Bonorum tria genera inducentem) ita & exemp. mea. at Gall omiserunt vocem *tria*, fortan non male.

An Penelope impudica fuerit, &c.) similis plane periodus apud nostrum cap. 35. lib. 1. natur. quæst. *De arcu & corona quæritur; an decipiant aciem & mendacio consentiant illa quoq. verum sit quod apparet.* Maximi patris maioris expectationis filius Ianus Dousa, argutis suis ad Triumuiros poetas, Notis, Catullum inquam Tibullum & Propertium: alibi emendat, *an Penelope pudica fuerit*. quibus id firmat apponerem, sed liber non est ad manum: alioqui & inde alia quædam enotassem per quæ Senecæ lux.

Qui cælestium notitia gloriatur) vox *notitia*, non est in Pal. quart. habent tamen quatuor reliqui.

An alias animalium) Palatinus quart. *id alias*. forte, *in alia, &c.*

Fides sanctissimum humani pectoris) Nic. liber, *humani generis.*

An aliquid ante tempus) Gall. tres stabiliuot scripturam duorum codd. Pinciani.

Miser sitam multa superuacua) Gall. duo, *miserer sitam*. tert *mirarer sitam, &c.*

Et Iliade, principium, &c.) Pal. sec. & Col. *& Iliade vnum principium*. quart *& illi ad domum principium.*

EPIST. XC. *Primam veram naturam)* placet item Iureto quod erat in vet. suo cod. *rectam naturam.*

Ebur poliretur) inepte. repone de consilio mss. *mollitetur*. id enim fieri solitum, memini legere alibi in Opusculis Plutarchi.

A diis recentes) sic & noster cap. 2. de Prouid. *Demetrio nostri hac vox est, a quarecens sum.*

EPIST. XCV. *Vulnera serunt paulatim. Deinde)* Lectius etiam interpungit, *vuln. serent. Paulatim deinde*, & gaudeo sane mecum sentire caput tam doctum.

Et aliorum gulam irrito) Lectius iterum, *aliquorum*, vt erat in mss meis.

Pretiosam malorum piscium saniem) Fortunatus ad lib. 3. cap 17. natur. quæst. tradit. rectius sibi videri si legeretur, *mallorum piscium*. male.

EPIST. XCVI. *Turdillis sunt)* perperam typographus posuit me *turturillos* deriuare a *turdo*, imo a *turture.*

EPIST. XCIX. *Non hortor vt inarus & vrgeas)* Lectius minime capit illud *vrgeas*, legitque *surgas*. ego alterum videor fere tueri posse, vt idem sit cum illo Virgilii lib. 10. *hunc Pallas instat & vrget.*

Ipsa Metrodori verba subscripsi) monuit me Lectius Ios. Scaligerum ita partim Philosophi huius verba ex antiquæ scripturæ restituisse vestigiis; Μητρόδωρος ἡ ἐπεὶ … τὴν αὐτὴν … ἡδονὴν καὶ αὕτη … τὸν χρόνον. tale vero quid decisse; ἡ ἐπεὶ … , &c.

EPIST. C. *Non solida sed plena)* iacet, inquit Lectius, sensus, qui Seneca dignior si emendes, *plana*, quam lectionem sequentia confirmant. sic ille. ego videbar defendere posse alterum, si admittamus *solidum* vocari, quod duratum est. quod nihil in se habet vacuum aut inane: *plenam* vero, cui species exterior florida satis & pinguis, licet non ita subacta & rigidata; integra inquam, & perfecta, licet non condensata & conferta.

EPIST. CVII. *Duc me parens, &c.)* docuit me curiosissimus Casaubonus versus istos Cleanthis magna ex parte Græce legi apud Epictetum in Enchiridio; quod nemo, quod sciam, obseruauit.

EPIST. CX *Singulis enim & Genium & Iunonem)* vnde Plinius lib. 2. cap. 7. *Quamobrem maior cælitum populus etiam quam hominum intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Iunones, Geniosque adoptando sibi*. addatur Valens Pimpontius Commentationibus in Eclogam Virgilii 5. item Dousa cap. 19. Præcidan. pro Tibullo.

EPIST. CXV. *Nunc enim multa obsirigillant)* Pimpontius Paralip. in Virgilium, ad illud, *lumina morte resignant*, locum hunc citat, atque Senecam vsurpare, *obsigillare* pro *occludere*, vt & Varronem, *sigillare.*

EPIST. CXVII. *Natura nobis dedit)* probat & Opſ. priorum edit. scripturam *dedit.*

IN LIB. DE PROVIDENTIA.

CAP. II. *Tanta mediterraneorum vis fontium)* *meditatorum* item est in vet. libro Iureti, qui dubitabat, num id probare posset.

CAP. IV. *Veniet ad illam diu felicem*] sic mss. mei sed malim, *Veniet & ad illum, &c.* vt exciderit particula propter geminam similitudinem quæ ipsi cum literis postremis vocabuli antecedentis.

CAP. V. *Et quantum cunq; restet*] placet quod est in prius cusis, item Col & Pal. sec. *& quantum cunq; temporis restat*: neque aliter tert. nisi quod ipse forte melius *restat*, quomodo & Ort. qui superscriptum habet illi *cunq;*, vocem *cumq;*. quart. *& quantumcunq; tempus restat*.

IN LIB. I. DE IRA.

CAP. I. *Vbi ira inuasit*] Iureti ms. *simul ira inuasit*, & desuper adscriptum, *si, id est postquam*.

CAP. II. *Aspice nobilissimorum ciuitatum*] Iureti liber *ciuitatium*.

Sine habitatione desertas] Iureti, *habitatore*, quomodo & Pal. tert. & Col. alii enim *habitōe*.

CAP. V. *In admixtorum mutuum genitum est*] sic & Pal. sec. alii, vt & Iureti codex, *genitus est*.

CAP. VI. *Quid enim prohibet aliquis vti*] Iureti liber, *quid enim nocet al.*

Et concussa mouit] Iureti liber, *excussit*, quod ait stabiliri statim seqq. *a quo expellitur.*

CAP. X *Sed si patiens*] Iureti etiam membrana, *impatiens.*

CAP. XI. *Quam ob iracundiam*] abest Iureti exempl. *ob*, vt & Pal. tert. & quart. ceteri tamen sec. & Col. ea superioribus otiose repeti putabat Iuretus.

CAP. XVI *Sed tantum tumorem*] Iureto item placebat, *sed vanum tumorem*, vti erat in manuscripto eius.

Prius sua labra mordere] Iureti ms *labra mordere*, vt & supra cap. I. idem habebat, *labra quatiuntur*, non *labia*.

Vir ingenii magni magis quam boni] vel hinc maxime elucet immanium Senecæ contradicendi studium. arguit humanam laudandi formulam, quem tamen ipse in consol. ad Martiam vsurpat cap 16. *Tib. Gracchum & Caium, quos etiam qui bonos viros negauerit, magnos fatebitur, & occisos vidit & insepultos.* Iuretus.

IN LIB. II. DE IRA.

CAP. II. *Ad conspectum inimici naufragi*] est quod mihi plaudam. & politissimus ille Iuretus coniecturam meam, *mimici naufragii*, non solum suo comprobat calculo, sed & testatur eam extare in ms. suo; atque ita dici naufragium fictum & adumbratum, qualia sunt quæ *mimi* in scenis agunt.

CAP. XXVI. *Obsequentes alteri equiti*] etiam Iur. ms. *post sequentes alteri equiti.*

CAP. XXVII. *Hoc primum nobis suadeamus*] Pal. sec. *suademus*. alii tres, vt & ille Iureti, *persuadeamus.*

CAP. XXVIII. *Fortuna speciem miseria induerit*] ita nullo apice minus Pall. tres & Colon at enim Iureti liber, quod miror, *speciem friuole induerit*, non *miseria*. vnde ipse forsan legendum putabat, *speciem friuoli*: equidem *officium*, & *miseria*, melius opponuntur, meo iudicio.

CAP. XXIX *Dares aduocationem, dares tempus*] notat Iuretus idem hic bis dici. *aduocatio* enim nihil nisi *tempus* ad veritatis inquisitionem & responsionem concessum. Iterum, inquit, sed excusatius, coniungitur lib. I. cap. 49. de Ira: *Ratio vtrique parti locum dat & tempus. deinde aduocationem etiam sibi petit, vt excutiendæ spatium veritati habeat.* & hercle est in Pal. tert *dares actiões, dares tempus*. quart *acciōnem*. sec *actiōn* Col *actiones.*

CAP. XXXII. *Latratus minutorum canum securus exaudis*] probabatur mihi nuper lectio Pal quart. quę eiiciebat vocem *canum*. nunc non displicet quod ex ms. suo promebat Iuretus, *latr. minutorum canium securus exaudie.* eidem alioqui etiam vox *canum* odiosa videbatur, quod latratus per se caninum quidpiam sonaret.

IN LIB. III. DE IRA.

CAP. V. *Quosdam in fugam seruos egit, quosdam in mortem*] ita & mei quatuor non displicet tamen quod e suo Iuretus, *quot in fugam seruos egit, quot in mortem!*

CAP VI. *Intra se premens*] reponit ex ms. suo Iuretus, *omnia intra se premens.*

CAP. VII. *Nulli; immani bestiæ*] Pal. tert. *nulli etiam immani*; vnde scribendum putabam, *nulliq; etiam imm. &c* qoomodo & Iur. ms.

CAP. VIII. *Diues contumelia*] probat Iuretus, *dicax cont.* quod erat in scripto eius. hic, inquit, noster lib 3 c. 22. illos qui Antigonum deridebant, *dicaces* appellat.

CAP XI. *Non os concurrit*] repositum volebat Casaubonus meus, *currus*. vti inuitis restituerat ms. Pincianus lib 2. cap. I. de benef. at malim ego & hic, *concurrit*.

CAP. XIX. *Ad hoc vigilat, ad hoc lucubrat*] ita & ms. Iureti.

CAP. XXIV. *Si inter quotidianas vigilias*] ita & mei quatt. Iuretus iubet reponamus, nescio an ms. an coniecturæ fiducia. *si inter quotidiana peruigilia*. sic e mss. ista lectio, amplector.

CAP. XXXV. *Distinctam aqua*] inuenit item in veteri suo Iuretus placebatque *vena*.

Exosos ruinosos] Iuretus probat quod in scripto suo *rimosos*.

IN LIB. I. DE CLEMENTIA.

CAP. I. *Clementiam in promptu*] duo etiam Puteani codd *in procinctu*, item codex Delbenii.

Quasi ex abdito ac tenebris] Put. duo. *ex situ ac tenebris.*

Nec quod to imitari velit exemplar] ita etiam est in mss. duobus Puteani.

Principatus tuus ad eam gustum] Puteanus, *pr. tuus ad vngustum exigitur*.

CAP. II. *Quæ possunt laudata puniri*] Put. & Delb. *laudate puniri*, quod probat Optopœus.

CAP. IV. *Cum in primam frontem procurrunt*] ita Pall. omn. & Colnn. at bene Naz. ac Delbenii liber & Puteani, *cum in primam frontem.*

CAP. V. *Quem nemo interrogaturus est*] rescripserim, *interpellaturus est*, fide Naz. ac Col. mei, item Put. cod. alii tamen propugnant vulgatum.

Si vehementius excandint] Put. & Col *incanduit*.

CAP. VIII. *Est hæc summæ magnitudinis seruitus*] sic est in Put. libro & Delb.

CAP. IX. *Tantum agmen nobilium*] ita & vnus Put. & Delb at Nicotiano abest vox *nobilium*.

CAP. X. *Cohortem primam interioris admissionis*] Put. & Delb. item habent *coh. primam admissionis*, omissa voce *interioris*.

CAP. XI. *Hæc est in maxima potestate verissima animi temperantia*] ita & mei, nisi quod Col. pro *verissima* habeat *magna* Put. liber. *Hæc est in maxima tempestate, magna animi temperantia, & humani generis certa securitas, non cupiditate, &c*

CAP. XII. *Nam & inuisus est quia timetur*] Delb. liber, *Nam vt iam sui sit, &c* quomodo & Puteani duo, qui restituebat, *Nam tum iam ipsum sit, quia timetur: timeri vult quia inuisus est.*

Quibus ad communem salutem vtatur] ita & Pall. & Colon. nisi quod quart. *ad omnem*. at malim quod est in Naz. atque Put. vno. *vt quibus ad communem.*

CAP. XIII. *Causam esse malum*] Naz. illud *malo*, confirmat & Put ms.

CAP. XIX *Insignis regis forma est*] malim tum Col. Naz. ac Pal sec *regi*, quomodo & duo Gall.

CAP. XIX. *Cum liceat innoxium, atq; ob hoc, &c.*] est in Put. ms. *Hanc aliquam agere vitam sustinet, cum liceat innoxium, vlius ob hoc securam, salutare potentia sua, late omnibus tractare*; quod ipse Puteanus probat, modo rescribamus, *innoxium vlia, & ob hoc, &c.*

CAP. XXI. *Alienam de capite suo sententiam exp*] Nicotii membranæ plane, *alienam de capite regnoq; sententiam exp*

Plusq; nominis eius conferet] Nicotii, *veius*. *plusq; nominis ei conferet*. mei omnes *plusq; nominis eius confere*.

AD LIB. DE VITA BEATA.

CAP. V. *Quam malam & noxiam seruitutem seruiturus sit*] ita & Pal. sec. at quart *seruaturus*. tert. *quam mala & noxia seruitute seruiturus*. vix abstineo manum ab eo quod est in Col atque Ort. *quam malam & noxiosam seruitutem subiturus sit.*

His

Hu parua & malo) Pal. sec. tert. quart. Col. Ort. *praua*, quod & in prioribus editt.

CAP. VIII. *Aut vnde ad verum impetum capiat, & in se reuertatur*) sic & Pal. sec. at tert. *aut vnde verum impetum capiat in se reuertatur*, sine copula &, quæ item abest Pal. quart. qui alioqui consentit vulgato. nam Colon. *aut vnde verum impetu capiat in se reuertatur* Ort. *aut vnde ad verum imp. capiat, quam vt in se reuertatur.*

Nam mundus quoq; cuncta complectens rectorq; vniuersi Deus, sic Pal. sec. tert. Col. at quart. *Nam mundum quoq;* Ort. *Nam mundum quoq; a cuncta complectens rectorque, &c.* quod & ferri posset, si modo *a* mutetur in *ac*.

CAP. IX. *Sed quicquid aget, in bonum exibit*) mei omn *agetur*. Palat. præterea sec. abest vox *in*, tert. habet *exire*.

CAP. X *Animumque ipsum non tantum genera voluptatis*) ita solum Palat. sec. reliquis quatt. absunt, *non tantum*.

CAP. XI. *Desinant ergo inconuenientia iungere*) sic Pal. sec. tert. Col. at quart *inconu. inuicem, non iungere*. Ort *inconuenientia pingere*, ad oram vero *vincere*.

CAP. XIV. *Et captarum quoq; illarum*) Ort. abest vox *illarum*, quæ tamen in ceteris, nisi quod Col. *& capta quoque illarum*.

CAP XV. *Moriens amabit illum*) Ort. *amat*, quod non plane displicet. Pal. sec. *amet* quart. *ait*.

CAP. XVII. *Sed periit seruitur*) ita plane reperit in mf suo Iuretus.

CAP. XVIII. *Non quemad. ipsi vixerunt*) malim *vixerunt*, cum meis omnibus.

Sed quemad. viuendum esset) ita & Palat. tert. reliqui quatt. amplius, *sed quemad esset ipsis viuendum.*

Cum potuero viuam) Ort. Pal sec. quart *potero*. recte.

CAP. XIX *Vnusquisq; vestrum clamat*, Pal. tert. quart. Ort. *nostrum*. dispiciat lector vtrum melius sit.

CAP. XX. *Non numero nec pondere*) Col. Ort Palat. quart. *pondero*.

CAP. XXI. *Non abiget illa, &c.*) malim *abiget*, & postea, *prosequitur*, cum mst meis omnibus.

Quadragies sestertium Hotomanus restituere cupiebat, *quadringenties*, vt esset aliquod argumentum inducendæ comparationis opum.

CAP. XXII *Malet tamen sibi esse*) Ort. & Col *mallet*. Pal. quart. *mauult*.

CAP. XXIII. *Philosophis pecunia interdicere*) malim cum Erasm. Ort Col. Pal sec. ac quart. *pecuniam*. tert. *Philosophi pecunia damnare*.

Quod quisq; suum agnouerit tollat) vox illa *suum* non est in Erasm. aut vllo meorum, nisi quod ad oram Ort. *de suo*.

Si tutus & securus) Erasm. *si tuto, &c.* quod & in Palat. sec tert. Col. nam quart. & Ort. *si tuto & securus* quod fere placet.

Quemad. etiam si pedibus suis poterit) sic & Pal. sec. at tert. quart. Colon abest vocula *si*. Erasmi editio & Ort. *Quemadmodum qui pedibus suis*, sine intermediis.

CAP XXV. *Quid ergo sit quare*) repono auctoribus mss. meis & Erasm. edit *Quid ergo est quare*.

Pone me in stramentis Opsopœus arbitratur, *in vestimentis*, vt supra Epist 78. *& in vestimentis vir fortis apparet*. acute. sed cur id corrupissent tot exempp. mss.

Per luturas veteres) aliæ editt. *futuras*. itaque errat om est. cum vltimum producerem, tanquam & in Mureti editione.

Si dabitur electio, molliora sumam) editio Eras. & scripti omnes *meliora*.

CAP. XXVI. *Maioresq; sint quam*) Pall. tres & Ort. *Maioresq; sint vobis quam* Col. *Maioresq; vobis sint*, sine voce *quam*.

Præsentibus lætus, futuri securus) sic Erasmus. at mei quinque *futuris securus*

CAP XXVII. *Ex illo proferetur oraculo*) Palatinus sec. quart. Ort. *profertur*.

CAP. XXVIII *Inter cupiditatem nostram & pœnitentiam*) vox *nostram* abest Ort. & Palat. quart. nec displicet.

Non id quod laudandum) Ort. & Pal. tert. abest vocula *id*, forsan recte.

CAP. XXX. *Quam si quis semper vnius sequatur*) ita Pall duo at Colon *quam si quis non semper vnius sequatur*. quart. *quam si quis semper minus sequatur* Ort. *quam si quis semper vnius sequatur*: reposita tamen lectio vulgata ad marginem.

CAP. XXXII. *Legem singulis dixerit*) Pal. tert. & Ort. *indixerit*.

Quam assiduam contemplationem, sine exitu) sic & Col. at Pall. tres addunt a fine voculam *est*. Ort. vero, *ass. cont. quæ sine exitu est*.

AD LIB. DE TRANQ. ANIMI.

CAP. I. *Nec tanquam in bello paratum esse*) Ort. non est vocula *in*.

Quam iam intra priuatum, &c.) Iureti liber, *alicuius pædagogi, diligentius quam in tralatu vestita*, quod ipse probat, vt & ego.

Quid epulas loquar, sicana sua dignas) Pal. quart. *dignas*. Col. *cœna sua dignitas*.

Circumfudit me, &c.) Pal quart & Ort. *Circumfundit*.

Ad quam cum animum, &c.) illa verba duo, *Ad quam*, etiam absunt Iureti mf. qui. *Vbi aliquid animum insolitum arietari percussit, vbi aliquid, &c.* nempe, inquit Iur. hæc non ad *remp.* referenda, de qua paulo ante agit. nam statim subiungitur; *se ad otium conuertere, & intra parietes vitam coercere*.

CAP. II. *Ergo quærimus, quomodo animus*) sic & meorum quatt. at Ort. *quæramus*

Ad otium profugerunt) sic Erasmus. at mei quinq; *perfugerunt*, non male.

Tormenta introrsus) sic solum Pal. sec. alii quatuor præponunt, *& tormenta iter* recte.

Alit enim liuorem infelix inertia) sic Pall. & Col at Ort *liuorem illis inf.*

Dum tædet sui pigetq;) Col. *dum ille cedet, &c.* Ort *dum illud tædet*. Pal. tert. quart. *dum illum tadet*. sec. *dum cedet, &c.*

Et Lucanos saltus) sic solum Pal sec. alii *& Lucania*.

Et spectacula spectaculis mutantur, ita & mei, nisi quod Pal. tert. *mutantur*. Ort. *imitantur*; ad oram vero *mutantur*.

Et non reliquerant nouitatis locum) Pal. sec. *nouitatis*. Ort *& dum non reliquerant nouitatis locum*.

CAP. VII. *Maximorumq; molitores scelerum*] Palat. quart & Ort. *maiorumq;* nec displicet.

CAP. IX. *Non potest vnquam tanta varietas*) Iureto placet quod erat in suo *vnquam*.

Cur minus agnoscas, &c.) Iureti schida, *quid habes cur minus ignoscas homini armario, citro atq; ebore captanti*. ipse vero ex vestigiis illis fere reponit; *ignoscas nomen marmoro, citro atq; ebore, &c.*

Si ostudiorum nomia capedine) erafetum suasu mf. quinque particulam *e*.

Nunc ista exquisita) Pal. quart. *acquisita*. malim cum quatt. reliquis *conquisita*.

CAP. X. *Nihil tamen æque bos, &c.*) Ort. & Pal. tres, *æque nos*, quod & in Col. cui tamen crasæ literæ binæ inter vocem *æque*, & *nos*.

CAP. XI. *Sed quia imperas, cedo gratus libensq;*) Eras. editio, & Pal quart. amplius, *sed quia imperas, illas do, cedo gratus, &c.* Pal. sec Col. Ort. *sed quia imperas, illa do, cedo gratus &c.* tert *sed quia illa imperas, do, cedo, gratus, &c.*

Si quid habere me tu volueris) Iureti liber *tu*, quod ipse probat, etiam ego. nam & sic Pal. quatt. alluditque tert. qui *cus*.

CAP. XIV. *Vno me antecedere*) sic & Col. at Palat. quart. *vno me die antecod.* tert *vno me āntecedo*, apostrophique nota affixa literæ *d*. sec. *vno me antecedero* Ort. *vno mero antecedere*.

CAP. XV. *Et frontem suam fingere*) Pal. quart. Ort. Col. *fringere*, quod sane temerarium non est.

Et Cato vino laxabat animum sic & Palatinus tertius at secundus, *verno*. quartus, *ymo*. Ortelianus, *neruo*. an *mero*?

AD LIB. DE INIVRIA.

CAP. III. *In eum non eius iniurias, &c.*) Iuretus legit ex libro suo, *seruum esse non eius iniurias non venturum*; & mox *præstaturum*.

Huiusmodi igitur sapientem) Iureti codex, *Hoc ergo dico sapientem*.

CAP. IV. *Nocere ei tentent*) probat Iuretus, *nocere ei dicere tent*. ut erat in scripto eius.

Quæ non læduntur, sed offenduntur) acutissime Pal. sec. *sed offenduntur*: vt inde colligamus quinam delicati sint. te qui tamen quart. *quæ non læduntur homines, sed offenduntur*.

CAP. VI. *Munimenta incursu arietum*) mauult, *incussu*, vti est in ms. suo, Iuretus. prius tamen remanet in meis quoque, nisi quod quidam *aeris* pro *arietis*.

Repente visi leve, sic & omn. mei. Iuretus probat cum ms. suo *desidere*.

Per flammas, per sanguinem) Iureti item, *flammas per sanguinem fugi*, nec ipsi displicet.

CAP. VII. *Magnumque tantum interuallum*) Iureti liber, *at aitum*.

Cum vxore tanquam cum, &c.) Iureti item, *cum vxore sua, tanquam*; recte.

Vim suam remixtum cibo) Iureto placet quod in ms. suo, *vi mixtum cibo*.

Vt intentum manum) non improbatur Iureto quod in eodem, *vt intentatam manu declinare*.

CAP. VIII. *Nedum ad singulorum*) placet Iureto, *nedum vt ad sing.* consuadente cod. ms.

CAP. IX. *Et non in medio me loco*) Iur. codex *lecto*, nec improbat.

CAP. XIV. *Et petisse cornum*) ita fuisse in exemplari suo prodit Iuretus, eoque refert prouerbium, *de alieno ludere corio*, quod explicat Erasm. 1. Chil. 2. Cent. Adag. 88.

CAP. XVI. *Respiciens adclamantem populum*) Palat. tert. *respiciens adclamantem*, dictione vna. Ott. *visa adclamantem, &c.*

Lacrimæ prociderunt) sic & Pal. sec. quart. Col. at enim tert. & Ott. *lacrimæ constiterunt*.

AD CONSOLAT. POLYBIANAM.

CAP. XXVIII. *Eosque ipsos quos exornans*) reponamus auctoritate nost. meorum quatuor, *eosdemque ipsos, &c.*

Tandem æternus est) meo animo bene abest Ott. vocula *est*.

CAP. XXX. *Ego cum genus tum morituram scirem*) sic & Palat. sec. tert. Colon. at reliqui, *Ego eum genitum moriturum, &c.*

Hæc festinabam ad optimum Latinitatis auctorem, nec peiorem Philosophum. aliquam multa quidem superabant quæ enotarat e Gall. libris Opsopœus: sed enim cum ea plane etiam conspicerentur in maxima parte manuscriptorum quibus ego vsus, non putabam necesse testium enormem aduocare manum, vtique in rebus sic vtcunque liquidis. Ad reliquos Senecæ libros quod attinet, variantesque lectiones, Opsopœi item diligentia concinnatas, eas suis quibusque inuenire est locis. hoc volebam primum. est & alterum. communicasse nempe mecum notas aliquot in Senecam suas virum ingeniosum patriæque suæ decus Matthæum Kloccium I. C. verumenimuero cum idem postremis significaret literis, emendationes qua ingenii sui, qua membranarum duarum Basiliensium & Bibracensium, in vnum colligere libellum; nihil hic eius adspersi: tum quod pleraque nullis suffulserat destinis, tum etiã quia præcipitata scriptura non faceret ad typographos. Expectabis itaque, lector, alia qualiacunque amici nostri alio tempore.

AD ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΤΩΣΙΝ
CLAVDII CÆSARIS,
NOTÆ NICOLAI FABRI.

Pag. 356. v. 26. AVCTORIS, *tituli, & temporis, quo scriptus est hic festiuissimus liber, fidem facit Dio ad finem lib. LX.*

Ib. v. 48. *Tempora somni*] Quidam veteres *cornua somni*: quam lectionem viri magni secuti & interpretati sunt. Iidem etiam teotatuor sequenti versu legendum, *augebat Cynthia lychnum*, sed repugnantibus membranis.

Ib. v. 53. *Atque suscunt cuers poeta*] Veteres codices ita bene *omnes poëta*.

Ib. v. 58. *Nec vnquam meritum vt tamdiu*] Vetus codex *Nec vnquam tam cruentos esse*.

Ib. v. 61. *Omnibus annis, omnibus mensibus*] Quidam veteres habent *omnibus annis, mensibus*: alii *omnibus annis, omnium mensis efferunt*.

P. 357. v. 2. *Britannos togatos videre*] In ceteris editionibus hæc insequuntur, *Britannos, Sauromatas, & si qui vltra glacialem Boream incolunt barbari, togatos videre* quæ a libris, quos consului, codicibus absunt, & a suis abesse notarunt tres doctissimi viri, qui in hoc fragmentum scripsere.

Ib. v. 5. *Alter Babe*] Is est fortasse, de quo Epist. 15. notissimæ illis temporibus fatuitatis.

Ib. v. 30. *Omnino certe tonecasni*] Addunt ceteræ editiones, *nec post balneum opiparœ cenatum, plus cibi sumpsit*. Quæ tamen lectio ab omnibus scriptis exemplaribus abest. Et sane fuisset nimiæ impudentiæ si voluit Agrippina, vel si noluit, confidentiæ, parricidium veneficio commissum pro[illegible].

Ib. v. 32. *Quæ memoria publicum gaudium impresserunt*] Non video cur hæc lectio boni & elegantis sensus, quam omnes notarunt in suis extare manu scriptis, quamque in meis plane scriptam inueni, mutari debuerit.

Marci municipem vides] Beatus Rhenanus vir rarissimæ doctrinæ, qui literis renascentibus plurimum contulit, censuit legendum, *Munatii municipem vides*. Non sine ratione. Veterem tamen lectionem conatur interpretari magnus Turnebus Aduers. cap. 4. lib. 26. Porro Licinios, quem Lugduni regnasse dicit, is est qui, vt ait Dio lib. 54. in Gallia, [illegible], & quæ sequuntur. qui etiam cum quoddam tributum quot mensibus a Gallis penderetur, annum quatuordecim mensium effecit, dictitans hoc acute, Decembrem mensem decimum esse, nec vltimum duodecim mensium, quibus annus constaret, esse posse, sed duos necessario eum sequi. quod quid est regnare, si hoc non est?

P. 358. v. 9. *Notorem peisse*] Notorem interpretor eum, qui ignoti notitiam dat, γνωστῆρα. Supra in Epistolis, *qui notorem dat, ignotus est*. & Xenophon lib. 6. Κύρου παιδείας. [illegible]: id est, notores adducat. quod non admonuissem, nisi vidissem doctos viros, qui in hunc librum scripserunt, itemque qui locum Xenophontis Latine reddere conati sunt, ad hæc vocabula impegisse.

Ib. v. 17. *Cuius mensem*] Viri docti legerunt *mensam* ex coniectura, sed frustra: ita enim noster auctor Ep. 18. conqueritur olim fuisse mensem Decembrem: nunc autem annum esse. Porro hæc tria vocabula *Saturnalia eius princeps*, quæ in omnibus exemplaribus habentur, ex glossa sunt, & merito a Romana editione absunt.

Illum Deum ab Ioue] Cuius-cuius hæc verba sunt, sunt cen-

censentis Claudium inter Deos non recipiendum ab Ioue maxime, quem ipse Claudius eius imitatorem Syllanum damnando, quantum in se fuit, damnauit incesti. Porro veterem lectionem ad viuum expressi, nisi quod *qui quam tum in eo* fuit habent; in qua illam commiserantis tericentiam *Oropen*, qui non intellexerunt, *Oropen* effecerunt: at Syllani soror non Oiope, sed Iunia Caluina dicta est. Tacit. lib. 12. quem vide.

Ib. v. 20. *Quare, inquit, quaero enim*] Hæc est codicum veterum lectio, recta fortasse, nisi quis malit legere *studet*. Veteres enim omnes *flude* habent. Studere autem est amare, *ἀγαπᾶν* [illegible]. Porro quod sequitur de sororum connubio, ex pulcherrimo Philonis loco, *περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων*, facile intelligetur: [illegible], inquit, [illegible] [illegible].

Ib. v. 21. *Hic nocte cœrna corrigit.*] Plin. Iun. Epist. vlt. lib. 5.

Ib. v. 24. *Noc disputaro*] Deest fortasse verbum *licere*, aut tale aliquid: vel potius, vt magno iudicio censet P. Pithœus, legendum *extra curiam morantibus*, non *intra*.

Ib. v. 31. *Iam fama nimium fecisti*] sic habent veteres, corrupte tamen. ex quo effecerunt, *iam fama nimium fecit*. Propius ad scriptam lectionem erit, *si iam fama nimium fecisti* legamus. Quæ autem sequebantur, *& iam pessimum quenq; illum affectare*, a veteribus absunt.

Ibid. v. 35. *Vica Pota plura*] Sic plane legendum, vt in duobus manu scriptis codicibus, altero meo, altero eruditissimi P. Pithœi scriptû legi omissis diphthongis, quas fere recentiores scriptores neglexerunt. Huius Vicæ Potæ siue Dei, siue Deæ, vt numen obsoletum, ita apud auctores obliteratum pene nomen est. Primum id corruptum latere apud Cic. lib 2. de leg. itemque apud Liuium & Plutarchum, me docuit vir clarissimus atque ornatissimus Henricus Memmius, prolatisque quibus instructissimam habet bibliothecam manu scriptis exemplaribus probauit. Ciceronis locus ita vulgo habetur: *Quod si fingenda sunt nomina vice poeta, & potius vincendi potiundiq;*: & quæ sequuntur. Manuscripta vero sic exhibent: *Quod si fingenda sunt nomina, Vica pota potius vincendi potiundique, statassandi, quæ cognomina statoris & inuicti Iouis, rerumque expetendarum nomina.* & quomodo etiam legit codex antiquus qui aliquando fuit F. Petrarchæ, nunc autem amicissimi F. Pithœi P. fratris vere in literis Castorum. Rectius tamen fortasse leui mutatione legamus: *Quod si fingenda sunt nomina, Vica Pota potius vincendi potiundiq, flassandiq, cognomina statoris & inuicti Iouis, rerumque expetendarum nomina Salutis, Honoris, Opis, Victoriæ* [illegible] enim repetendum est, *fingenda sunt*. idque verum esse ex præcedentibus cuiq; patebit. Liuius etiam lib. 2. de domo Poplicolę loquens scribit, *Delatu confestim materia infra Veliam est, vbi nunc Vica Pota est*. Plutarch. in Popl. de eadem re, [illegible] [illegible]. Vulgo legitur apud Liuium, *vbi nunc vicus publicus est*: & apud Plut. *ὅπου νῦν ἱερὸν ἐστιν οἴκος* [illegible], malo exemplo contra veteres, & rationem. Templum enim nominari vicum publicum absurdum est. & vt Romæ fuerit vicus publicus, is tamen non templum erat, nec infra Veliam, aut in foro Romano VIII. vrbis regione, sed in VI. quæ Alta semita dicta est. Sex. Ruffus & Publ. Victor. Nec monere nos debet quod Plut. VicamPocam nominauit, quemadmodum etiam in quibusdam exemplaribus Liuii legitur, & in suo exaratum fuisse adnotauit doctissimus Rhenanus. Corrupto enim vocabulo, ita vulgo vocari potuit. Nec enim de mendo Plut. lectio argui potest, quum sex manuscripti codices Regiæ bibliothecæ, & tres amplissimi illius viri, quorum etiam vnus Florentiæ editus ab Iuntis, anno 1517 lummo consensu ita legant. Vica Pota igitur, seu Vica Poca, vis est & numen vincendi potiundique dicta, quemadmodum Anna Peranna, vis & numen annandi & perannandi. Vt enim satis non est annare, nisi perannes, ita parum est vincere, nisi victoria potiaris & fruaris: de qua fortasse ab aliis alii inuenientur loci.

Ib. v. 50. *Præcidit tui imperii*] Pessime in editione Romana editum *perrit tui imperii*, contra veteres & rationem. Porro obscæno verbo vsurus, quod dicendi magistri vitium esse notarunt, indignationem rei, & Messalæ auctoritatem excusauit.

Ib. v. 52. *Quam canis extra edit*] Veteres omnes legunt, *quam canis excauit*. Si *cunis* accusandi casu in plurali accipimus, notat stoliditatem Claudii hoc canum supplicio delectati, quod tamen apud vllum auctorem non legi: quare malui coniecturam Rhenani sequi, dum quid verisimilius suppetat.

Ib. v. 53. *Illi emittum. hac reserum. Etiamsi Phormea Græce nescit, ego scio.* ΕΝΤΙΣΟΝΤΟΝΥΚΗΝΔΙΗΣ. *senescit iste quum vid.*] Veterem lectionem exprimendam curaui: quæ enim in aliis habentur editionibus, a Rhenano sunt, & toto cælo ab iis quæ in membranis inueniuntur dissident.

Ib. v. 55. *Duas Iulias, proneptes meas*] Non *amitas*, vt vulgo legitur. Altera enim Germanici fratris, altera Drusi patruelis ex Liuilla, seu Liuia Claudii sorore, filia fuit. Suet. in Claud. cap. 29. & Dio lib. 60. vnde infra fratris filiam, sororis filiam inter consanguineos a Claudio occisos recenset.

P. 359. v. 5. *In numerum deorum se recipi cupit*] Post hæc vulgo quæ sequuntur interiecta sunt. *Principes pietate & iustitia dii fiunt, scilicet hic pius & iustus, qui suam Drusorum immanem religionem induxit, nostram prorsus extirpauit, vt Romæ nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, XXX. Senatoribus, innumeris Equitibus Romanis mactatis, principium dedit*: quæ vt supposititia, ita etiam falsa sunt. Apage enim Senecam nuptias Agrippinæ culpasse, ea rerum potiente a cuius partibus adhuc etiam priuatę fautor Germanici domus stetit. Falsum autem tantam stragem Cannensi fere parem nuptiarum die editam. Infra ait triginta Senatores occisos, sed toto imperii tempore, non vno nuptiarum die. Deniq; non Dio, non Tacitus, qui harum nuptiarum historiam narrant, ed tacuissent. nec hoc Suetonius dicit, si eius verba, vt res ipsa loquitur, interpungantur, & vt interpungenda docuit Lipsius initio lib. 12. in Tacit. Lipsius, inquam, cuius laudi & claritati meis verbis nihil addi potest.

Ib. v. 9. *Seruum me ducat*] Lubens delerem vocabulum *seruum*. id enim per se ducendi verbo significatur.

Ib. v. 12. *Socerum suum Appium Syllanum*] Contra veteres membranas ceteræ editiones *consocerum* legunt, cui lectioni caussam dedit Suetonius: veterum tamen scriptorum librorum auctoritatem ea ratione prætuli, quia supra dixit: *Occiderat ille socerum, hic & generum*: & infra inter consanguineos a Claudio occisos, socerum recenset, quæ non nisi de hoc Appio intelligi possunt. Erat autem Appius Syllanus Claudii socer, & consocer: socer quidem, quia Messalinæ vitricus, Dio lib. 60. consocer, quia pater L. Syllani Octauiæ sponsi.

Ib. v. 27. *Ingens enim* [illegible]] Veteres, qui Græcæ scripturæ vestigia retinuerunt, legunt, ΜΕΓΑΛΩΚΟΡΙΚΟΝΕΝΙΑ.

Ib. v. 30. *Cordatus homo*] Omnes veteres *Cordatus iamo*. quid hoc sit, scient fortasse alii.

Ib. v. 50. *Viam rectam*] Omnes veteres *Viam tectam* legunt: quam viæ denominationem nunquam apud auctores legi: rectæ fit mentio apud Mart. ad finem lib. 8.

Ib. v. 51. *Nitidus vt erat a balneo*] Cur hæc dicat, vide Dionem ad finem lib. 60.

Ib. v. 59. *Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν*] Solemnia verba sunt, proclamari solita in Osiridis sacris Deo inuento. Iul. Firmicus de error. profan. relig. statim initio, & commentarius antiquus a nostro Pithœo luci datus in Iuuenal. Sat. 8. Apud quos tamen potius legerem *συγχαίρωμεν*, vt hic habetur, per ω, quam per ο.

Ib. v. 60. *Cotta Tectus, Valens*] Fortasse *Cotta Vettius, Valens*. is enim summus orator & medicus inter Messalinæ adulteros iussu Narcissi ductus est. Plin. cap. 1. lib. 29.

Ooooo

& Tacit. ad finem XI Cotta autem apud eundem Tacitum non Tectus, sed Messallinus dicitur.

P. 360. v. 1. *Liberti, Polybius, Myron, Harpocras, Amphaeus & Pheronactes: quos omnes, necubi imparatus esset, præmiserat.*] Sic veteres meliores notæ hæc repræsentant, vt edidi. Quidam pro *Myrone*, *Myronem*, & *Heronactem* pro *Pheronacte* ponunt, & ad finem *necubi imperatus esset*; vel, *ne nisi imperatus esset*. Ait autem Claudium illos suos libertos præmisisse, ne apud inferos imparatus esset, quia sine suis libertis nihil penitus facere, loqui, vel respondere poterat, eratque, vt ait Iulianus Imperator in Cæsaribus, τοῦτο τῶν ἀπελευθέρων τὸ δορυφόρημα, μικροῦ δεῖν φαίνεις, ἢ ἄψυχος. Posterior tamen lectio ferri potest, vt notet eum libertorum imperiis obnoxium: vnde dictus est Saturnalia toto anno celebrasse.

Ibid v. 16. [illegible]] Vetus vnus hunc versum diserte sic scriptum habet, [illegible]. & paulo infra omnes veteres legunt, *si nunc Dei laturam fecissent*; & ad finem, *vt a cognitionibus abesset.*

AD M. ANNÆI SENECÆ RHETORIS LIBROS,

PRÆFATIO NICOLAI FABRI.

DOCTORVM suffragio receptum est, hos Declamationum siue Controuersiarum libros esse Senecæ Rhetoris, Lucii Annæi Senecæ philosophi patris. Argumenta quibus suam sententiam fulciunt, vir magni iudicii, rarissimæque eruditionis & doctrinæ, Iustus Lipsius Electorum primo vulgauit: a quo elegantissime scripta peti, quam aliena huc transferre vel inuertere malui. Nec recens ac primum nostra ætate nata opinio Raphael enim Volaterranus sui operis decimonono, *Marcus*, inquit, *Annæus Seneca philosophi pater, Cordubensis, & equestris ordinis ac eruditissimus fuit: vt cuius declamationes, quæ filii dicuntur esse, nonnulli referant.* Tantum quæ dubitanter protulit nos constanter asseueremus. De hoc autem Senecæ patre apud antiquos altum silentium. Filius apud Cornelium Tacitum se equestri ac prouinciali loco ortum profitetur: de quo tamen non est dubium, quin sub Caio & initio imperii Claudii, cum primum Gallio & Seneca filius innotescere cœperunt, plura dixerit, quæ cum horum temporum historia interciderunt. Neque enim verisimile est exactæ diligentiæ scriptorem, quod in ceteris alicuius nominis executus est, clarorum hominum, prioresque partes in Republica habentium genus, patriam, parentes, vitæ rationem progressumque omisisse. Quin & libro decimosexto Melæ exitium narraturus, quibus Gallio & Seneca parentibus natum dicere satis habuit. Quintilianus in egregia illa auctorum censura vnius tantum Senecæ Philosophi meminit. itemque Statius Lucani genethliaco dum claros Cordubenses recenset. Nisi fortasse quod a Martiali scriptum est,

Duosque Senecas, vnicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba:

de patre & filio quis intelligere velit. Nam quod alibi scribit,

Atria Pisonum starent cum stemmate toto,
Et docti Senecæ ter numeranda domus:

ad Gallionem, Senecam, & Melam, eodem tempore opibus & dignitate florentes, Pisonique familiares, quod ita etiam exitio fuit, quosque Martialis vna coluit, referendum iudico. Quæ tamen ex Volaterrano retuli, vndecumque illa mutuatus fuerit, pro certis & compertis habeo. Prænominis fidem faciunt Marcus blandissimus ille puer Senecæ philosophi, & Marcus Lucanus Melæ filii, in aui honorem ita vocati. Naturali enim quodam impellente affectu, vel sua, vel patrum prænomina liberis antiquos imponere solitos obseruatum est. Quo magis miror diligentissimos viros, qui fastos digesserunt, Lucium Senecam philosophum, Lucii filium ex Dione & Tacito dixisse. Ac vereor ne hac in re auctoritatibus deficiantur. Patriam vero Cordubam liberi & nepotes Cordubenses probant. Illa est enim colonia intra quam se detentum fuisse bellis ciuilibus dicit in præfatione huius operis. Quam primam in Hispaniam deductam ᾤκησάν τε ἐξ ἀρχῆς, inquit Strabo, Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐπίλεκτοι ἄνδρες. Vnde etiam fortasse Patriciæ nomen ei inditum. Nam ita ipsam cognominari Plinius capite primo libri tertii naturalis historiæ, memoriæ prodidit, & in quibusdam nummis Augusti a tergo inscriptum est COL. PATRICIA, eiusque ciues in lapidibus antiquis Patricienses appellantur. Ordinis vero equestris fuisse præter Tacitum ipse de se scribit præfatione secunda. Ille enim est ordo quo contentum esse Melam filium iubet & iussit. Adderem ducta vxore Heluia ex qua tres liberos susceperit, sub Augusto Romam venisse familiaremque ibi Porcio Latroni, Cassio Seuero, Claudio Turrino, Montano, ceterisque illius fœcundissimi elegantium ingeniorum sæculi luminibus vixisse, & alia id genus, quæ ex his libris & consolatione filii ad Heluiam elici possunt: nisi mihi propositum esset, hos potius emendare, quam transcribere. Quanti autem fuerit acuminis & quam acris iudicii, satis superque hoc scriptum indicat, in quo plus centum auctorum tam Græcorum quam Latinorum, qui Augusti sæculum illustrarunt, acute in declamando inuenta & dicta congesserat, congesta inter se contulerat, & de singulis seuerissime iudicando, diuina illa ingenia velut in tabula depicta ad posteritatem transmiserat. Sed nescio quo fato non solum eorum scripta genio illo qui libris vitam & diuturnitatem parit, defecta fuerunt: de tot enim egregiis viris vix vnius Ouidii monumenta ad nos vsque perdurarunt: verum etiam noster auctor, per quem Musæ tantorum ingeniorum memoriæ & gloriæ prouidisse videbantur, eodem pene fato functus est. Nam ex decem Controuersiarum libris quos vulgarat, quinque vix supersunt: itque adeo mutili & corrupti, vt fragmentorum potius congeriei, quam alicuius integri corporis speciem referant. Græca enim omnia, quæ notabilem operis partem efficiebant, penitus interciderunt. Latina vero manca, confusa, perturbata, & vbique tam male habita sunt, vt si ipse auctor rediret, sua esse euitaret. Nec vnde tanta iactura facile resarciri possit video, nisi Deus aliquis, velut ex machina, alicui feliciori sidere nato integrius exemplar obtulerit. Nobis enim tam felicibus esse hucusque non contigit, vt vllum nancisceremur. Nec temere inueniri posse credimus, præter illud Vaticanum, ex quo primum hi libri reparatæ salutis quadringentesimo & nonagesimo, deinde quingentesimo tertio post millesimum anno Venetiis editi sunt: vnde etiam ceteræ editiones quæcunque in Germania, Gallia, & alibi quibusdam ab ingenio mutatis & interpolatis, multis etiam in deterius, prodierunt. Nisi fortasse verum est, quod aiunt in Hispania quoddam delitescere, ex quo P. Chiaconius magnæ eruditionis Hispanus aliquot locis horum librorum Græca suffecit, quæ nobis a doctissimo Vialartio Roma adlata & liberaliter communicata suis locis inseruimus. Nec tamen fraudanda est sua laude Romana editio recens, in qua multa præcipue Controuersiarum primo emendata & correcta, aliquot locis etiam Suasoriarum ex illo Vaticano codice Græca restituta sunt, quæ qui primi æmissionibus horum librorum præfuerunt, rara tunc eius linguæ cognitione, omiserant. Quam tamen nemini dubium est tersiorem multo & ornatiorem futuram fuisse, si numen illud inuidum magnis & egregiis conatibus intercedere solitum, doctiss. & elegantiss. Mureto tantum vitæ concessisset quantum eximiæ diuini eius ingenii dotes meruerant, saltem quantum perfectioni ac consummationi recensionis horum librorum susceptæ satis fuisset. Quid autem nos hac editione præ-

præstiterimos, ex aliarum collatione quisque perspiciet. Tantum lectorem admonitum velimus, quicquid in textu horum librorum mutatum est, ex duabus illis antiquis editionibus, & epitomate huius operis, quod hactenus L. Senecæ Declamationum nomine adscriptum est, diligenter ad m.sc. exemplaria, & maxime ad antiquissimum & emendatissimum Petri Pithœi, ex quo ille pridem Quinctiliani & Calpurnii declamationes vulgauit, correctum, bona fide expressum esse. Coniecturas nullas admisimus, ne pro germanis supposititia, & dubia pro veris obtrudere videremur. Quæ occurrerunt (quid enim hac in re prohibet sibi indulgere quod non veritatis detrimento fiat?) in annotationes reiecimus, vt vel his frui, si modo quædam sint tam fausto Apolline natæ, vt quis inde fructus elici possit, vel sine receptæ lectionis dispendio reiici & ablegari, prout animo libitum erit, queant. Porro Controuersiarum libros inscripsimus, tum quia videtur ita eos denominasse auctor præfatione 1. tum etiam suadente ratione. Nam cum duo sint declamationum genera diuersis operibus ab hoc auctore tractata: vt alteri Suasoriarum, ita etiam huic Controuersiarum nomen indidisse par est. Variatum tamen in hac inscriptione pluribus sæculis fuisse certum est. Io. Salisberiensis sui Policrat. 8. decem Rhetorum libros vocat: quomodo etiam optimus ille Pithœi codex epitomeo inscribit, *Senecæ decem Rhetorum.* & quę sequuntur in eodem *ex Calpurnio excerpta decem Rhetorum minorum*, quasi quæ præcedant sint maiorum: ceteri declamationum. At declamationes non sunt: sed tantum ex declamationibus selecta. Præterea declamationis nomen Suasorias complectitur; hic controuersiæ tantum sunt. Alter ille titulus decem Rhetorum ad Græcorum potius formam, qui decem præcipuos Rhetores celebrant, quam ad veritatem operis fictus est. Veteres editiones modo Controuersiarum libros, modo Controuersiarum sententias, diuisiones, & colores vocant. Sunt etiam antiqua quædam excerpta: in quibus Causarum nomine citentur: quomodo initio sui controuersias dictas constat. Præponunt etiam antiquæ editiones Suasorias Controuersiarum libris: in hoc tamen potius naturæ ordinem secutæ, (prius enim in iis puer exercebatur) quam temporis quo editæ sunt. Patet enim ex Controuersia quarta libri secundi Suasorias vltimo loco ab auctore compositas atque emissas fuisse: quas ideo postponere, receptumque ordinem in recentioribus editionibus sequi maluimus. Cætera quæ ad horum librorum intelligentiam in vniuersum spectant, suis locis prosequemur.

IN M. ANNÆI SENECÆ LIBROS,

ANNOTATIONES NIC. FABRI.

IN PRÆFATIONEM LIBRI PRIMI CONTROVERSIARVM.

PAG. 361. v. 23. *Nam & duo milia*] Idem fere B. Augustinus de quodam Simplicio narrat, cap. 7. lib. 4 de anima, & eius origine, ad Vincentium.

Ibid. v. 37. *Adprehendam Controuersiarum*] Ita plane omnes veteres, & recte. Nec enim quis in controuersiis disponendis ordinem requireret; quæ cum inter se nullam connexitatem habeant, quomodo collocentur non multum interest. at in sententiis, in vna eademque declamatione dictis, vt quo ordine prolatæ essent ponerentur, e re fortasse fuisset. quod tamen cur non præstiterit, indicat. Porro sententias ex Rhetorum scholis hoc loco, & fere semper his libris, non γνώμας, sed lumina orationis præcipue in clausulis posita, vel vt B. Hieronymus ad Nepotianum, per fines capitulorum singulorum acuta quædam breuiterque conclusa, quæ plausus & clamores excitent audientium, intelligit. quæ etiam idem auctor epist. ad Pammachium argutas sententiolas in clausulis strictas dicit. Iuuenal. Sat. 8.

Quod modo proposui, non est sententia, verum est] id est, non vt acute dictum & aures titillans proposui. Plura Quinctilianus cap. 5. lib. 8.

Ibidem v. 47. *Semper citra veritatem est similitudo*] Quinctilianus cap. 2. lib. 10.

Ibid. v. 49. *Enormesq; , quod nati sunt*] B. Hieronymus in Rhetorum scriptis maxime versatus, Epist. ad Eust. de custodienda virginitate, ad hūc locum respexit, cum scripsit, *Erubescunt esse quod natæ sunt*: & propius lib. 1. in Iouin. *ob mei cultum quod nati sunt esse noluerunt.*

P. 362. v. 3. *Vir bonus*] Quinctilianus cap. 1. lib. 12. Plato in Gorgia: τὸν γὰρ μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων. Herennius tamen Senecio maluit satyrice hanc Catonis definitionem inuertere, oratoremque definire virum malum dicendi imperitum. Plinius Epist. lib. 4.

Ibid. v. 5. *Magnis verbis, sed suis placeat?*] Assentior iis quicunque sint, qui ad oram editionis Germanicę adnotarunt forte legendum *magnis viris*. mollitiem igitur, incertamque virilitatem iuuentutis perstringit.

Ibid. v. 15. *In illo atriolo*] Eadem fere Suetonius de claris Rhet. *Cicero ad Præturam vsque Græce declamauit: Latine vero senior quoque, & quidem consulibus Hirtio & Pansa, quos discipulos, & grandes prætextatos vocabat*, in aliqua fortasse epistola, quæ interciderit. nam apud Ciceronem hæc nunc quæri existimo. & quidem Epist. 16. lib. 9. ad Varronem, & alios scripta Iulio Cæsare III. & M. Lepido Coss. Hirtium & Pansam dicendi discipulos, cenandi magistros se habere dicit. Quo tempore quia locus ei non erat in foro, ad declamandum se contulit Epist. 18. eiusdem lib. & vlt. lib. 7. Miror autem si Pansa & Hirtio Coss. ipsis Reipub. principibus, & Ciceroni, in tanta omnium rerum & animorum perturbatione ludere vacauit. Quare vereor ne hic integra dictio pro nota accepta sit, & cum scripsisset Suetonius, *& quidem cum Hirtio & Pansa*, exscriptores legerint, *Consulibus*.

Ibid. v. 17. *Potius vinam vocem*] sic Lycosthenes Demosthenem dicebat μόνος τῶν ῥητόρων ἔμψυχον περιέχει, οὐ σφυρήλατον τὸν λόγον. Lucianus in Demosth. Encomio.

Ibid. v. 18. *Non quales*] Veteres Rhetores in virtutum ac vitiorum, paupertatis, diuitiarum, ceterarumq; id genus rerum laudationibus vituperiisque, vel quæstionibus generalibus ex Philosophia morali desumptis citra complexum personarum, temporum aut locorum, sese exercuerunt, assumpta tamen a Dialecticis argumentandi ratione. Propria enim quæ ex personis, rebus, negotiorumque natura ducitur, vti non potuerunt: hancque primam & diu solam exercitationem habuerunt. Circa Demetrii Phalerei tempora, hoc est, circa Olymp. CXVII. annumque vrbis CDXL. ad imitationem fori conciliorumque suasoriæ, iudicialesque personis, locis, temporibus definitæ, negotiisque accommodatæ materiæ, in scholis frequentari cœperunt. Quas etiam Latini tandem admissis puero Cicerone in vrbem Rhetoribus, L. Plotio Gallo primum Latine docente, declamitarunt. Hoc declamationum genus Controuersias, siue Causas: illud vero Theses a proposita materia nuncuparunt. Suetonius notat & συνθέσεις, vel, vt vetus cl. v. P. Pithœi liber habet, ὑποθέσεις, controuersias dictas fuisse, nisi potius legendum esset ὑποθέσεις, quo nomine a Græcis appellantur. Quæ primum autem controuersiæ declamatæ fuerunt, vel ex historiis trahebantur, vel ex veritate ac re si qua forte recens accidisset: talesque a Cicerone, Hortensio, Caluo, ceterisque eius sæculi luminibus frequentatæ fuerunt. Huius generis fuit illa Bruti pro Milone, Cestis in Milonem, suntque etiamnum illæ de ordinanda Rep. Sallustio, & in Sallustium Ciceroni attributæ declama-

tiones, quæ & in veteribus exemplaribus sic inscribuntur. Quamuis legerimus Ciceronem iam in Rep. principem, thesibus etiam exerceri solitum. Tandem luxuriantibus ingeniis, & vulgaria consuetaque fastidientibus, in materias a veritate & vsu forensi abhorrentes, velut ad inania simulacra & mera somnia deflexerunt. quales in his libris, & apud vtrunque Quinctilianum pleræque, & ab Hermogene & Sopatro proponuntur. Hæc ex Quinctiliani cap 1. & 3. lib 5. lib. 10. & aliis locis, Suetonii lib. de claris Rhet. & Taciti dialogo excerpsimus.

Ib. v 24. *Domestico exercitationis*] Quinctilianus cap. 2. & 11. lib. 2. declamationem iudiciorum conciliorumque imaginem vocat.

Ib. v. 27. *Latronis enim Porcii*] M. Porcius Latro genere Hispanus, *primus clari nominis*, inquit Quinctilianus, *professor*, vel, vt ait Plinius, *clarus inter dicendi magistros*, iudicio nostri Senecæ tot egregiis declamatoribus, qui fecundum ingeniis Augusti sæculum illustrarunt, gloriam præripuit. Volaterranus cuiusdam Maximi discipulum facit: vereor ne Marillium dicere voluerit, quem cum nostro auctore audiuit. eius mors extat in Eusebii Chronico ad Olymp. CXCIV.

Ib. v. 56. *Colorem mutauerat*] Plinius cap. 14. lib. 20. hist. natural. eius discipulos vsu cumini syluestris pallorem magistri studiis contractum imitatos notat.

P. 363. v. 6. *Hoc quod*] Plinius cap. 24. lib. 7. Quinctilianus cap. 2. lib. 11.

Ib. v. 20. *Antequam dicere inciperet*] Id tunc temporis ab omnibus factitatum est. proprie enim fuit diuisionis munus vnde etiam nomen accepit, postea successorum negligentia in desuetudinem abiisse notat, cum ait: *Nunc a nemine fieri video*. Et certe in declamationibus Quinctiliani, quas P. Pithœus bono veterum auctorum natus restaurauit, & Libanii μελέταις, quotus quisque sermo, aut quota προθεωρία, quæstiones propositæ controuersiæ exhibet?

Ib. v. 38. *Nihil præter epicheremata*] Auctor ad Herennium lib. 2. argumentationem, epicheirema Græcis esse dicit: sed hoc οὐ πάντη cum enim sit argumentatio argumenti explicatio, Enthymema argumentatio erit, & Epicheremate continebitur. quod & Apsinus lib. περὶ ἐνθυμημάτων, & Minucianus siue Nicagoras lib. περὶ ἐπιχειρημάτων voluere. Melius & ad hunc locum aptius Quinctilianus, qui argumentationem intentione, assumptione, & connexione, earumque probationibus constantem vocauit: & Commentator librorum Hermogenis de inuentione, συλλογισμὸν μετὰ τῆς νικώσης τῶν μερῶν ἀποδείξεως: Enthymema vero συνεστραμμένον λόγον αὐτὸ τοῦτο καθ' ὃ ἀξίωμα definit. hoc enim est Enthymema. maxime, inquit Cicero in Top. si ea ratio ex contrariis ducatur. quia enim acutissima est, &, vt ait Hermogenes, δίκην δριμύτατον τῶν λόγων προσπίπτον, per excellentiam Enthymema vocatur. Proprie igitur & significanter Iuuenalis Satyra 6. dixit:

> ---- aut curtum sermone rotato
> *Torqueat Enthymema.*

Nam præter quam quod συνεστραμμένος ἐστι λόγος, eius perfectio est βραχύτης κώλων, καὶ ῥυθμὸς κατὰ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, quæ maxime auditorum animos feriunt. In his igitur duobus argumentationis generibus exercebatur Porcius. Qui de iis diuersas auctorum sententias scire desiderabit, præter Apsinum & Minucianum, legat Quinctilianum cap. 10. & vlt. lib. 5. Chirium Fortunat. lib. 2. Rhet. & Hermogenem lib 3 de Inuent.

Ib. v 39. *Quas proprie sententias*] Hoc loco sententiæ γνῶμαι sunt, quas inter προγυμνάσματα Rhetores habuerunt. Aphthonius & Theon in Progymnasmat. quandoquidem in iis puer exercitatus esse deberet antequam Rhetori traderetur. Quod munus Grammaticos Rhetoribus præripuisse, Rhetoresque contempsisse conqueritur Quinctilianus cap. 1. lib. 2. Translaticias autem dixit, vel quod apte satis alio transferantur: vel quia non nouæ, sed aliunde translatæ essent. quemadmodum Asconius translatitium edictum, quod singuli prætores a decessoribus suis mutuatum in suum transferebant, a Cicerone III. in Verrem dictum scribit; & a maioribus accepta consuetaque translatitia dicimus. quæ quia, vt plurimum, ex more potius, & dicis causa fiunt quam ex animo, quæ perfunctorie geruntur, translatitia appellamus. sic enim Plinius Epist. 37. lib. 9. translatitia officia, Suetonius translatitium funus in Nerone, & Petronius translatitiam humanitatem vocarunt.

IN CONTROVERSIAM I.

P. 364. v. 48. *Immo quod abdicauit, quod aluit*] Videtur deesse negatio. Nec enim senex fratrem aluit, & si fleret quia aluisset, misericordia indignus videretur: sed ait eum flere quia filium abdicauit, fratrem non aluit. legendum igitur, *quod non aluit*.

Ib. v. 54. *Volo quædam futura prædicere*] Delenda vox *futura*. Prædicere enim est hoc loco, quod Ædilibus in edicto suo certiorem facere morbi vel vitii seruenditæ, & legem dicere Horatio lib. 2. Epist. ad Florum de mangone seruum vendente:

> ---- semel hic cessauit, & vt fit,
> *In scalis latuit metuens pendentis habenæ:*
> *Des nummos excepta nihil te si fuga lædat.*
> *Ille ferat pretium, pœnæ securus opinor.*
> *Prudens emisti vitiosum: dicta tibi est lex.*

hoc est, prædicere.

P. 365. v. 5. *Iter ei monstrat*] Veteres editiones habent *misereri monstrat*. quæ lectio ferri potest & linea sequenti, *sacra populi digna est*, legunt *satra populi*, æque corrupta lectione.

Ib. v. 18. *Cum abdicat*] Aptius fortasse, *cum adoptat, abdico* vt constet ἀντιστροφή.

Ib. v. 25. *Diuisio*] Diuisio, quæ Græcis dicitur διαίρεσις, est, οὐ τῶν γενῶν εἰς εἴδη τομή, οὐδὲ τῶν ὅλων εἰς μέρη, ἀλλὰ τῶν πολιτικῶν ζητημάτων εἰς τὰ λεγόμενα κεφάλαια. Ζήτημα, præcipua controuersiæ quæstio, in qua causæ status vertitur: κεφάλαια, minores quæstiones ex principali descendentes, eamque fulcientes: de quibus tantum quæritur, vt de principali sententia feratur. Hæc Theodorus etiam εἰδικὰ κεφάλαια, vt illam de qua maxime quæri ac iudicari debet, γενικώτατον κεφάλαιον vocauit. Exempla suppeditant præter hunc nostrum auctorem, Hermogenes περὶ στάσεων, & Sopater περὶ διαιρέσεων. Hanc Græci nimium fere in scientiis acuti ab inuentione separarunt, & inuentionis quidem, τὴν ἐργασίαν χορηγεῖν τῶν κεφαλαίων: diuisionis vero, τὴν ὑποβάλλειν καὶ τάξιν διδάσκειν esse voluerunt. Simplicius Latini vtrunque inuentioni tribuerunt. Nam & diuidere præcipuam quæstionem, id est, inuenire quæ quæstiones in eam incidant, & ex arte quamque particularium tractare, eiusdem facultatis esse videtur: nec alia est ratio epicherematum & tractationum, quæ inuentionis sunt, ad minores quæstiones, quam earundem quæstionum ad principalem. Vt enim hæc particularibus quæstionibus, ita particulares epicherematibus & tractationibus constant. Ab hoc inuentionis munere sermo ille qui a declamaturis velut futuræ declamationis pompa, antequam ad dicendum consurgerent, habebatur, diuisio dictus est. Solebant enim sedentes paucis quibusdam præmissis, quæ attentiorem redderent auditorem, controuersiæ de qua dicturi erant argumentum ac thema proponere: inde quæstionem, in qua status, continens, ac iudicatio esset, elicere: deinde quæ in principalem quæstionem, & quot inciderent quæstiones, quo ordine ac modo, quibus coloribus, argumentis, verbis tractari deberent, aliquando etiam quæ figuræ, & qui affectus in vnamquamque quæstionem recipi possent, disserere. Sæpe etiam vnde exordium sumendum, vbi, & quatenus narrandum, probandum, refellendum, deprecandum perorandumque, dicebant. Quin etiam si quid ab aliis in ea vel simili controuersia non recte diuisum, si inepto colore tractatum, si quid nimis antiquis, si nouum, si vulgaribus aut sordidis verbis dictum, indicabant, suasque partes interponebant. tum demum surgentes declamabant. noster auctor toto hoc opere: Quinctilianus libro 2. Institut. & alter Quinctilianus in declamationibus. Plinius Epist. 3. lib. 2. & 2. lib 4. Sopater περὶ διαιρέσεων, & Libanius ἐν μελέταις. Diuisionem autem, prælocutionem, præfationem, sermonem, διαίρεσιν, &

τὸ ἀρχαῖον, vnum idemque valere apud illos auctores perspiciet, qui quæ ab illis de ea redicuntur, diligentius pensitabit.

Ib. v. 27. *Latro alias quæstiones fecit*] Rectius fortasse, *illas quæstiones fecit*.

Ib v.30. *Sed etiam ab auo*] Puto generalius conceptam fuisse quæstionem, legendumq; *sed etiam ab alio adoptatus est* Nam hic non ab auo, sed a patruo adoptatus est.

Ibidem. *Tanquam eger, vinctus, captus*] Quinctilianus cap.10.lib 5.in hac quæstione aliis etiam exceptionibus vtitur, si miles, si infans, si reip. causa absit.

Ib. v. 36. *Tractatio magis est quam quæstio*] Diximus in controuersia hæc esse, aut esse posse quæstionem generalem, de qua præcipue quæritur, & speciales, de quibus ideo quæritur, vt de generali iudicetur. Ipsæ etiam speciales aliquando sua membra habent quæstionum speciem habentia; quæ tamen non vt quæstiones separatim, sed in quæstionibus vt earum partes, tractanda sunt. hæc vel tractationes, vel loci, prout in iis diu vel parum immorandum est, quod ex iudicio prudentis oratoris dependet, dicuntur. Hoc loco quæstionem fecerunt Græci, an adoptatus abdicari possit. recte. eiusmodi enim est, vt suam propositionem, probationem, refutationem, epilogum, quantum quæstioni particulari sufficiat, habere debeat Alteram addidit Gallio: An adoptatus abdicari possit ob hoc vitium, quod antequam adoptaretur, adoptanti notum fuit. Male, inquit noster auctor. nam non est quæstio, sed tractatio, id est, amplificatio, & velut præcedentis quæstionis extensio, quæ separatim tractanda non est, sed velut pars in præcedenti quæstione. Nempe non posse abdicari qui patrem suum aluit, qui adoptatus fuit; & eo minus quia eius in suos contumax affectus, propter quem nunc abdicatur, non ignotus fuit adoptanti. addet etiam locum omni quæstione fortasse fortiorem, propter hanc pertinaciam adoptionem meruisse, & adoptatum fuisse; quæ vt tractationem, & locum, id est. vt partes quæstionis, non vt quæstiones, exsequetur. Cyrus tamen *περὶ διαιρέσεως ζητημάτων*, cap. *περὶ ἀποκηρύξεων*, ex ea tractatione, quemadmodum Gallio, quæstionem effecit, statumque negotialem. Eius generis autem exempla plura discutiuntur a nostro auctore in sequentibus, ex quibus hi quæstionis, tractationis, & loci gradus clarius & apertius demonstrantur.

Ib.v.48. *Vultu vetabas. aut mihi ita videbaris*] Lego, *At tu vetabas. Haud mihi ita videbaris*. quod ex sequentibus clarum est.

Ib v.52. *Color*] Color est apud Rhetores prætextus, quo factum minus ex se probabile tegitur & coloratur. Id nomen satis indicat, quod fucum subolet. Græcis eodem significatu *χρῶμα* dicitur, quod ita definiuit Marcellus in Hermogenem, vt sit *μετάθεσις τῆς αἰτίας ἐπὶ τὸ ὑπὲρ τοῦ ἐγκαλουμένου μεταθέσιν*. Huius nominis rationem vult Quinctilianus cap vltimo. lib. 3. duci, quod maxime tuendus sit color dicentis ingenio, & aliquando ad solam dicentis verecundiam pertineat. Vitiosus enim ille est, vt inquit noster Seneca, qui ad testem ducit. Simplicius contra suum morem. hac in re Sopater in Hermogenem, qui dicit vocari, *διὰ τὸ ἀσύφαντον περιέχειν τῆς ἀπολογίας, καὶ οἱονεὶ χρωματίζειν τὸν λόγον*, quemadmodum etiam hoc vocabulo vsi sunt, Valer. Maximus cap. 2. lib. 8 & iurisconsulti Vlpianus lib. 8. de offic. proconsul. atque Marcellus lib. 8. digestorum, in pandectis, subtitulis de Donationibus inter virum & vxorem, & de Abigeis. Quin & ipse Quinctilianus eam metaphoram in hoc vocabulo agnoscit, cum scribit cap. 8. lib. 5. dandum deformibus colorem etiam apud malos. Porro hæc definitio colori propterea stricte sumpto conuenit, scilicet vbi qualitas tantum facti controuertitur, & *αἰτίαν* causamque facti seu rationem defensionem continentem significat. Id enim proprie color est, quod & Hermogenes cap 1. lib. *περὶ εὑρέσεως* indicat. *ζημιοῦσθαι* δὲ, inquit, *οἱ μὴ κεκαθαρμένην ἀφορμὴν αἰτίαν ἀποδιδόντες, καὶ τὸ λεγόμενον χρῶμα*. quo loci notant commentatores Græci *αἰτίαν καὶ χρῶμα ταυτὸν μὴ εἶναι, ἐν ταυτῷ δ' ἄλλ' ἢ μόνον*. At vero vt *αἰτία* non obseruata Hermagoræ solicita distinctione tam pro causa iudicii, quam pro causa facti sumitur, id est, etiam *τὸ αἴτιον* complectitur & causatiuum litis quod vocat Fortunatianus, tamque ab actore est quam a reo: ita etiam color. Itaque color & deprecationem comprehendit, & omnem rationem tam actoris qua damnandum reum nititur, quam rei qua se absoluendum. Et cum apud Græcos quædam sint causæ *ἀχρώματοι*, in quibus nullam reus facti a se commissi excusationem, nullum prætextum inuenire potest: vt si quis ne in bellum proficiscatur sibi pollicem præsciderit, vel in adulterio, *ἄρθρα ἐν ἄρθροις* deprehensus fuerit, vel vt illa de qua Iuuenalis lib. 2.

> *Quæ iacet in serui complexibus aut Equitis. dic,*
> *Dic aliquem sodes hic Quinctiliane colorem.*
> *Hæremus: dic ipsa:*

tamen eum qui nullam excusationem habet, solam pœnitentiam habere colorem dicit idem Quinctilianus cap. 1. lib. 2. Itaque eo significatu non erit controuersia quæ deprecatione sola nititur, nec vlla alia *ἀχρώματος*. Et infra toto hoc opere singulis cõtrouersiis colores tam actorum quam reorum subiiciuntur. Vnde ergo dicet aliquis in illis Quinctiliani declamationibus diuisio coloratarum, & tractatarum? Nescio. & vereor ne qui primus sic illas distinxit, illudere, aut crucem figere ingeniis voluerit. Nam, vt non anxie in singulas inquiram, quæ prima occurrit inter coloratas, tota scripti & voluntatis est: in quo quidem quæstionis genere proprie non est color: & tractatarum vltima tota colore nititur. Nam qui venenum dedisse fatetur, si non habet quid dicat cur hoc fecerit, nulla controuersia erit. factum enim per se improbum est. Colorem igitur oportet inueniat, nempe se misericordia motum, ne tamdiu miser cruciaretur; illudque non proditori pessime merito, sed humanitati dedisse. Præterea satis patere nullos proditorem conscios habuisse, quos ne bis quidem tortus indicarit: periculumque fuisse ne si tertio torqueretur, in Rempub. male affectus eos nominaret quos maxime Reipubl. conducere nosset, suspicionibusque ciuitatem impleret. Ex quibus apparet, & quæ colorata dicitur non esse, & quæ tractata coloratam esse. vt omittam vitiosam esse illam diuisionem in tractatas, & coloratas, cum toto genere color a tractatione differat.

Ib. v. 57. *Monet & humanorum causa, & tam manifesto*] Nescio an non propius ad verum, si legamus, *monet & humanorum casuum tam manifesto approbata exemplo varietas*. Nam veritatis vocabulum minime ad locum facit: varietatis autem, maxime fortunæ quadrat: cuius supra legem esse dixit præstare quæ exegeris.

P 366. v. 9. *Nam patrem vt alteri patri faciam iniuriam*] Forte, *Non alerem, vt alteri patri facerem iniuriam, alteri inuidiam?* Non alendo enim, famelico iniuriam fecisset; diuiti, inuidiam.

Ib. v. 25. *Et si quid de mensa mea detrahere potui*] Elegantior erit locus si *de demenso meo* scribatur. Terentius in Phormione:

> *Quod ille vnciatim vix de demenso suo,*
> *Suum defrudans genium compersit miser, &c.*

quem locum videtur exprimere voluisse Hispanus.

Ib.v.26. *Vltro aiebat hunc sequendum*] Nisi me coniectura fallit, legendum est *Latro aiebat*: vt quemadmodum pro altera parte primum quibus coloribus Latro vsus est, exsequutus est: ita pro abdicantis parte faciat.

Ib.v.41. *Qui de facto fratrum*] Melior meo iudicio epitomes lectio: *Quis es tu qui de facto patrum sententiam feras*. maioris enim est *ἐμφάσεως*. Verum quia illa vulgaris sustineri potest, ideo mutare nolui.

Ib. v. 52. *Hermagoras*] Temnæus Æoliæ, cognomine dictus Carion, Theodori discipulus, sub Augusto floruit, quatuorque libros artis Rhetorices edidit. Male apud Suidam sex ponuntur, cum quatuor tantum enumeret, nempe *περὶ ἐξεργασίας, περὶ πρέποντος, περὶ φράσεως, περὶ σχημάτων*. Romæ cum Q. Cæcilio docuit, vbi etiam admodum senex decessit. vt verum esse potuerit quod ait Quinctilianus, sua ætate quosdam superasse qui Hermagoram viderant: apud quem etiam eius hoc extat elogium. *Hermagoras*, inquit, *vir subtilis & in plurimis admirandus, tantum diligentia nimium sollicita, vt ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit*. Hæc cap.

1.& vltimo lib. 3. & Strabo lib. 13. ex quibus apparet alium esse ab Hermagora qui pariter Rhetorica scripsit, cuius apud Ciceronem & Cornificium fit mentio.

IN CONTROVERSIAM II.

Pag. 367. v. 7. *Sacerdos nostra*] Epitome scriptum habet *vestra*. vtrunque quia legi potest, quod receptum est retinui.

Ibid. v. 23. *Domi lenonis rationes*] Quid si legamus, *Da mihi lenonis rationes: captura conueniet*. id est, tantum ab adeuntibus accepisse, quantum quamuis aliam meretricem. vt inde castiorem ceteris non esse clarum sit.

Ibid. v. 28. *Quo feceras palam*] Paulo melius fortasse, *Quo feceris palam*.

Ibid. v. 33. *Omnes partes corporis*] Exposita enim mancipia ab empturientibus, num sana & integra essent, contrectabantur. Martialis li. 6. Epigram. 82. Suetonius Octauio, cap. 69. Porro linea eadem legendum, *vultis auctionis exitum audire?* non *actionis*.

Ibid. v. 47. *Cella tua titulus*] qui nomen meretricis prostantis indicaret. Iuuenalis Sat. 6. de Messallina,

-.--titulum mentita Lycisca.

Martialis lib. 11.

Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ:

id est, titulum habentis. Huiusmodi titulos intelligit Petronius Arbiter, cum scribit, *Cum ego negarem me cognoscere domum, video quosdam inter titulos, nudasq; meretrices furtim spatiantes*. Tertullianus de pudicitia statim initio: *Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto. O edictum cui adscribi non poterit, Bonum factum. Et vbi proponetur liberalitas ista? ibidem opinor, in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis.*

Ibid. v. 53. *Adijciebat Zeno*] Quid si legamus *Silo?* Nam Zenonis Rhetoris Latini alibi non fit mentio. Zeno tamen Rhetor Græcus apud Strabonem lib. 14. nominatur: sed Hispone paulo antiquior fuit, cui adeo adijcere non potuit.

P. 368. v. 9. *At omnes fauere*] Ceteræ editiones, *Aut omnes fauere fabulis tuis, aut omnibus, &c.* vnde conijcio legendum. *Haud omnes fauere fabulis tuis, haud omnibus persuasum est.*

Ibid. v. 21. *Conseruarum oculis inquinatur*] Lego, *conseruarum osculis inquinatur*.

Ibid. v. 47. *Puta enim virginem*] Locus corruptus & a verbis, & ab interpunctione: qui tamen leuissima opera curari potest, si legamus. *Puta virginem quidem esse te, sed contrectatam osculis omnium, etiam si citra stuprum, cum viris volutatam. An casta tales, &c.* Nec dubito quin vera sit hæc huius loci lectio. Nam cum lex sit CASTA E CASTIS, iure quæri potest an hæc ad mentem huius legis casta, quæ licet incorrupta, in lupanari tamen versata sit.

Ibid. v. 50. *Aiebat Apollodorus quidem placere, si fixa esset*] Locus mirum quantum viciatus, & quem ex parte depono: videor tamen videre quid dicat. Scholæ præceptum est vitiosas esse illas quæstiones quæ contra thema sunt. qua ratione dubitari potest, num hæc vltima quæstio, An virgo sit, velut contra thema, sit vitiosa. At Apollodorus negat esse. non enim poni virginem, sed quæri. Quare legi poterit: *sed hoc non rep. contr. huic suspicioni. Non enim ponitur adhuc virgo: & multa sunt, &c.* & sane in themate dicitur virgo empta, sed non virgo ex lupanari euasisse.

P. 369. v. 6. *Figuram diuisit in controuersiam*] Vide num rectius legamus, *Albucius figura diuisit controuersiam*: vel, *in figuras diuisit controuersiam*. infra enim controuer. 5. lib. 2. dicit, *Albucius decentissime fecit. Solebat enim ferò in aliquas figuras declamationem describere. & primo egit misericordia: deinde ingrati* Porro hoc loco generalius nomine accepto figuram vocat conformationem declamationis remotam a communi & primum se offerente ratione.

Ibid. v. 19. *Hæc, inquit, arma quæ nescis*] Fortasse, *Hæc, inquit, arma te nescis tenere pro pudicitia?* & linea ab hac secunda, *accusator enim inuentus, qui iudices eius, &c.*

Ibid. v. 33. *Notum in libidine*] Veteres editiones habent *validum in libidine magisterium*. Ex quo elicio legendum, *multum in libidine magisterium*. Veteres editiones cum dico, duas illas antiquas Venetianas, de quibus in præfatione loquutus sum, intelligo: quod semel admonuisse sufficiat.

Ibid. v. 44. *Apparet quas proposui. dicendum*] Hæc quia corrupta sunt, in editione recenti Romana, omissa sunt: mallem tamen ex his aliquid efficere & legere, *Alterius partis color nihil habet difficultatis. Apparet ex his quæ proposui.* vel, *Alterius partis colorem nihil habere difficultatis apparet, &c.*

Ibid. v. 56. *Et penetrauerint*] Potius legendum, *& perpetrauerint*.

Ibid. *Hybreas*] ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος μέγιστος ῥήτωρ, inquit Strabo libro 13. ex Mylasa Cariæ ciuitate, quam Plinius libro 5. capite 29. liberam fuisse dicit, ortus, Diotrephisque Antiocheni discipulus. floruit initio imperij Augusti, æqualis Nicetæ Rhetori, & Theodoro. Eusebius ad Olymp. CLXXXVII. *Nicetes, & Hybreas, & Theodorus, & Plutio, nobilissimi artis Rhetoricæ Græci præceptores habentur* Ita enim diserte habet vetustissimus codex clarissimi senatoris Cl. Puteani, cuius egregiam doctrinam & probitatem suauissimosque mores nemo qui nouit, non amat. Male vulgo apud Eusebium legitur *Hybracas*, ex qua tamen lectione patet in exemplaribus, vnde sumptæ sunt editiones vulgares, per diphthongum scriptum fuisse hoc nomen: quemadmodum etiam in Puteani codice extat. Græci absque diphthongo scribunt. Huius Hybreæ vitam plenissime describet idem Strabo libro 14. a quo cuique petere licet.

IN CONTROVERSIAM III.

Pagina 370. vers. 2. INCESTA *de saxo deijciatur*] Lex est scholæ. Sacerdos enim incesta viua defodiebatur.

Ibid. v. 22. *Aut du sacerdotem*] A veteribus editionibus abest illud vocabulum *du*. & vereor ne recte, eiusque loco legendum sit *nos*, vt infra in sententiis Cornelii Hispani.

Ibid. v. 55. *In templo dixerat*] Nemo, credo, non videt legendum esse, *vixerat*.

Pag 371. v. 12. *Quo non probabat ille*] Ex sequentibus apparet de Cestio loqui nostrum auctorem, ad finem vsque fere controuersiæ. Quare hoc loco libenter legerem, *Æque non probat illud Triarii: Remissam tibi pœnam putas? Ampliata est. Nam ipsa, inquit, ampliatio.* Hæc enim est ratio quare Cestius ampliatam pœnam corrupte dici volebat. Dii enim qui omnia sciunt, AMPLIVS vel N. L. pronunciare non possunt. sed dubito num etiam illud vocabulum AMPLIVS, hoc loco reponendum sit, legendumque, *Nam ipsa, inquit, ampliatio, quæ apud iudices fieri solet. & verbum* AMPLIVS *in sententia positum non est damnantis, sed dubitantis.*

Ibid. v 15. *Tunc Germanus egomet, vt prætextatus*] Fortasse, *adhuc prætextatus*.

Ibid. vers. 16. *Quod tam cito oculis pœna subduceretur*] Ceteræ editiones, *Quod tam cito oculis pene subduceretur*, habent: lego, *quod tam cito pœna subduceretur*, inducta voce *oculis*. id est, quod tam cito supplicium transcurreret.

Ibid. v. 20. *Pater tuus*] Quinctilius Varus insigni clade, cuius etiam pars fuit, nobilitatus.

Ibid. v. 22. *Multum Cestius hanc corripuit*] Potius legerem *hunc corripuit*, vt ad Pastorem Aietium referatur, non ad sententiam.

Ibid. v. 25. *Othonem Iunium patrem*] Huius Othonis pudendum elogium extat apud Tacitum li. 3 *Iunio Othoni, inquit, literarium ludum exercere vetus ars fuit. mox Seiani potentia senator obscura initia impudentibus ausis propoluebat*, vel potius *perpoluebat*. Ita enim emendatior locus videbitur.

Ibid. v. 31. *Quia non potes, non vis mori*] Nemo non videt hæc nihil esse. Veteres editiones proprius a sanitate absunt, quæ negationem non habent leguntque, *quia non potes*.

potes, vis mori. germana enim lectio est, nisi me coniectura fallit, *Quia non potes bis mori.* qua affectum indignantium exprimere voluit.

IN CONTROVERSIAM IV.

Pag. 372. v. 25. *Membrorum omnium tortionem*] Linea præcedenti vocauit stuporem totius corporis. Vnde clarum est legendum *membrorum omnium torporem defregisse.*

Ib. v. 26. *Gorgias*] Non ille Leontinus, sed alius Rutilio Lupo æqualis, qui de figuris quatuor libros scripsit, quos Lupus in vnum suum transtulit. Quinctilianus cap. 11. lib. 9. Vnde merito dubitari potest, an qui vulgo duo de figuris libri Rutilii Lupi extant, sint illius Lupi cuius meminit Quinctilianus, quem vnum tantum librum scripsisse ait. Nisi forasse postea ab exscriptoribus ex vno duo effecti fuerint. Constat enim e Græco translatos, titulusque a Gorgia sumptos præfert.

Ib. v. 27. *Pammenes ex bonis declamatoribus*] Suspicor legendum, *ex nonis declamatoribus*, errore in libris familiari.

Ib. v. 57. *Puteolius*] Scribendum reor, *P. Vinicius*, de quo plura infra.

Ib. v. 62. *Nicetes illam sententiam*] Non ille sacerdos quem Smyrnæ docere, cum scriberet dialogum de oratoribus, ait Tacitus. ætas enim non patitur: sed is quem supra ex Eusebio æqualem Hybreæ & Theodoro diximus, quos constat initio principatus Augusti celebres fuisse.

Pag. 373. v. 5. *Exiit nouissimo maritus*] Ceteræ editiones, *extenuissime maritus, & dedit* es quorum vestigiis aliquando effeceram, *extimum maritus, & dedi adulterio locum.*

IN CONTROVERSIAM V.

Ibidem v. 24. *Habes qui te vindicet.*] Rectius fortasse, *habes qua te vindicet*, scilicet captam quæ mortem optauit.

Ibid. v. 29. *Stulta deciperis, dicam sane*] Hæc nullius sensus esse cuiuis perspicuum. ex vestigiis tamen corruptæ scripturæ sequens lectio elici potest. *Stulta deciperis. Dicam si vis, quid dixerit tibi. Idem enim dixit. & huic: Dum te peto, in illam incidi.* Sunt verba patroni eius quæ mortem optauit, ad raptam quæ nuptias. vt eam deceptam fallacibus raptoris verbis doceat. Dicam, inquit, si vis, quibus verbis inducta es a raptore, nuptias optare. Iisdem enim ipsis conatus est hanc cum patrocinio compellere. Hæc autem sunt *Dum te peto, in illam incidi.* Eadem infra Pompeius Silo pro raptore excusatione se vsum dicit.

P. 374. v. 29. *Hoc Aloutium potuisse dicere*] Supera enim Græcis eum præeminere dixit.

IN CONTROVERSIAM VI.

P. 375. v. 2. *Auro puro fulgens prælucet Capitolium*] Ac vero hæc contraria sunt, nihil nobilius ea casa humili: præfulgere tamen Capitolium. Quare lego, *nihil humili casa nobilius. fastigiatu supra tectis. auro puro fulgenti prælucet Capitolio.* Vult enim dicere populum Romanum pluris facere stramina casæ Romuli humilis originis monumenta, quam Capitolium auro tectum. Vitruuius c. 1. lib. 2. *Item in Capitolio commonefacere potest & significare mores vetustatis Romuli casa in arce sacrorum stramentis tecta.*

Ib. v. 8. *Siparum blande fecerimus, relinquit*] Consecutio orationis exigit, vt legatur *relinquet.*

Ib. v. 10. *Ista si nos reliquerit, repetet suos*] Immo *repetet sua*, id est, auferet dotem & diuitias, quas attulerit. Sequitur enim oppositum *hac quod dedit, dimissa non auferet*, libertatem nempe, quam marito procurauit.

Ib. v. 13. *Si volet ire, quæret senex ille*] Lego, *si volet ire, quærat, senex ille.* Sequitur paulo post, *exeat ac testamenta:* & paucis interiectis, *videat an nuptam suam amet.* Post verbum autem *quærat*, virgulam addo: quia ad eum qui adoptari vult, non ad senem referendum est, vt *an salubris adoptio pupillo, intelligi possit*, inquit Vlpianus ad Sabinum.

IN CONTROVERSIAM VII.

P. 376. v. 11. *Sanitas incurrat?*] Veteres editiones, *incuicatur.*

Ib. v. 18. *Quod feliciter, quod subito*] Locus male habitus, & de quo quicquam spondere non audeo. Putaui tamen aliquanto melius habiturum, si scribatur, *feliciter, quod sublato inimico, non ante tyrannicidium nauigaui.* vt sit illud *feliciter*, Græcorum ἀγαθῇ τύχῃ.

Ib. v. 37. *Q. Pius. Duplam pecuniam dabo*] Ceteræ editiones sic repræsentant hunc locum, *Duplam pecuniam dabo Q. Pius Polliceris, inquam, petiturum te tantum patrimonii vires habet.* quem sic emendare conor *Duplam pecuniam dabo. Quid? plus polliceris quam petierunt. Vnde tantas patrimonii vires habes? Etiam nunc tanquam de tyranni arca loqueris.* Nam Q. Pii non alibi mentio in hoc opere, & minimum discedit hæc nostra coniectura a vestigiis receptæ huc vsque lectionis.

Ib. v. 56. *Allegis Flauii*] Vbique in hoc opere Alfius dicitur: & ita hoc loco scribendum censeo. Flauii Rhetoris mentionem facit Quinctilianus cap. 4. lib. 7. Sed intelligo potius Virginium Flauium, de quo idem auctor li. 11. quam hunc nostrum.

P. 377. v. 42. *Qui desiderasset amissum, quod non vindicasset*] At vitio verti patri non potest, si non vindicauerit filium tyrannum. Quare lego *qui vindicasset.* nam sequitur. *& negauit vllam aliam causam. &c.*

Ib. v. 44. *Vt liberius diceret, latrocinium filio dedit*] Lego, *patronum filio dedit.* filium enim non decet nisi cum vlta reuerentia, quæ natura aliter debetur, in patrem agere; patrono plus licet. quod obseruarunt prudentes declamatores in omnibus iis personis quas natura vel beneficentiæ vinculo inter se obligate, libere agere non possunt. sic infra hac ipsa declamatione Albucius patri patronum dedit, vt liberius in filium ageret.

Ib. v. 51. *Iratus sui, hodieque pacifiscer*] Pacto hic nullus est locus. Quid si legamus: *Iratus sui, hodieq. irascor & queror, &c.* quod satis antecedentia & consequentia demonstrant.

Ibid. v. 62. Δοιαὶ αἰδοφόρους ὤ αἱ πολλὰς κεῖνος ἐπεφνε] Hunc Homeri versum ex coniectura huic loco addidimus Quod enim miser ille senex Iliados vltimo de Achillis, hic de filii sui manibus conuenientissime dicere potuit.

P. 378. v. 22. *Quod occupauit fratrem*] Hæc nullum sensum habere quisque videt. habebunt, si ita legamus, *quod occupantem arcem fratrem suum non ignorasset, at dissimulasset, vt tyrannicidio quoque eius commendationem faceret.* Audacior forte coniectura, cuiusque auctor fundusque esse nolim. quæ tamen si non verba, certe mentem auctoris exhibet.

Ib. v. 26. *Panem quem canis das, patri non das*] Quinctilianus cap. 3. lib. 8. inter hæc quæ humilia videntur, apte tamen posita gratiam habent, vtmque rebus afferunt, huic prope similem sententiam ponit. *Laudari*, inquit, *in opaero solebat. Da patri panem & in eodem, etiam canem pascis* subiungit, *Res quidem præcipue in scholis anceps, sed frequenter causa risus.* Vnde non mirum est, si hæc Albucii sententia suos amatores defensoresque habuerit.

IN CONTROVERSIAM IIX.

Ibidem v. 43. *Tertio. audiui velut denuntiantes deos*] Illud *tertio* ad sensum non facit. Legerem potius, *Terreor. Audiui velut denuntiantes Deos.* quod sequentia satis ostendunt.

Ib. v. 44. *Ego a diis vacationem*] Ceteræ editiones legunt, *Ego aduocationem in vnam pugnam peto* quod vereor ne mutari in editione Romana non debuerit. Aduocatio enim dilationem significat, quæ reis dabatur ad respondendum. L. Seneca in ἀποκολοκύντωσει. *Tandem procedit P. Petronius homo Claudiana lingua disertus, & postulat aduocationem*, id est, ad præparandum se responsioni dilationem. inf. præfat. iii *tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret* Inde pro quauis dilatione acceptum vocabulum. infra Controuers. 3. libr. 2. *Miserere pater, scis quam breuis sit aduocatio mea*, id est, quam breue mihi tempus a lege concessum sit, intra quod te exorare debeam. In Catalectis Ios. Scaligeri,

Cur differs mea lux rogata semper?
Cur longam petis aduocationem?

Quinctilianus declamator declamat. CCLXXX *Nulla res est quam differre oporteat: sino n est raptor qui pœnam mereatur, non meretur aduocationem, &c.* Non mutasset Muretus, qui hanc huius vocabuli significationem animaduertit in L. Seneca, libro primo de Ira. At vacatio in vnam pugnam, contrarium eius quod vult dicere significat. Nam ea pugna finiretur vacatio. Quod si quis dicat, vacationem in vnam pugnam accipi, ac si dictum esset, post vnam pugnam, Romæ sic loqui solitos non puto.

Pag. 379. v. 40. *Hoc loco Gallus posuit*] Vide ne legendum sit *Gallio*.

Ib. v. 50. *Æschines ex bonis declamatoribus*] Legendum, *ex nouis declamatoribus*: & infra ad controuersiæ finem, *Æschines non ille orator: tunc enim non declamandi studium erat: sed hic ex nouis declamatoribus dixit.* quo loci legitur, *ex declamatoribus dixit nobis*. Is autem est Milesius, de quo ita Strabo lib. 13 *καθ' ἡμᾶς δ' Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ὃς ἐν φυγῇ διετέλεσε, παῤῥησιασάμενος πέρα τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήϊον Μάγνον.*

P. 380. v. 3. *Detrahere illum operibus suis glomerarium*] Monstrum vocabuli ex duabus truncis vocibus coalitum. Suspicor legendum, *detrahere illum operibus suis gloriam, temerarium, sanguinarium.* cetera recte procedunt.

Ib. v. 13. *Plancus, summus declamator*] L. Munatium Plancum intelligit, ad quem Consulem designatum est liber decimus Epistolarum Ciceronis, in quibus male vulgo Cneus vocatur. Fuit autem Consul anno proxime sequente Ciceronis mortem, & Censor cum M. Lepido XXII. post anno. de quo B. Hieronymus in Eusebii Chronologia ad annum XVI. imperii Augusti hæc habet: *Munatius Plancus, Ciceronis discipulus, orator habetur insignis, qui cum Galliam Romanam regeret, Lugdunum condidit.*

Ib. v. 14. *A Lesbocle Græco*] Mitylenensi. Strabo li. 13. de Mitylena verba faciens: *ὕστερον δ' ἤνθησαν χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ, καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων, καὶ Λεσβοκλῆς.* Porro Græca hæc Lesboclis a P. Chiaconio sunt.

Ib. v. 16. *Homeri versum ob hoc edidisse*] Rectius fortasse, *Homeri versum addidisse.* is autem est ex eiusdem fide Chiaconii Iliados ζ.

IN PRÆFATIONEM LIBRI SECVNDI CONTROVERSIARVM.

Ibid. v. 32. *Arellium Fuscum*] Supra controuers. VII. Q. Fuscum vocauit, & controuer. VIII. atque aliis locis, Arellium Fuscum patrem, nempe vt ab Arellio Fusco filio rhetore secernat, quem Equestri ordine motum ob insignem calumniam, cum celebritate assectarentur adulescentium scholæ, ex argento annulos habentem se vidisse Plinius scribit cap. 12. lib 33.

Ib. v. 40. *Se Fabianus separauit*] De hoc præclarum exstat elogium apud Senecam Philosophum Epistola quadragesima. *Fabianus*, inquit, *vir egregius & vita & scientia, & quod post ista est, eloquentia.* Huius autem scripta sæpe in suo opere vsus est Plinius. Scripsit autem libros Ciuilium & Philosophiæ aliquanto plures quam Cicero, adeoque elegantes, vt post Ciceronem, Asinium, & Liuium locum meruerit. Seneca Epist. 100. quam vide in ea enim egregie quæ hic pater desiderat in Fabiano, requirenda non esse docet. Charisius etiam & Diomedes Fabiani librorum de animalibus, & causarum naturalium auctoritate aliquot locis vtuntur.

Ibid. v. 52. *Sed velocissimo cursu*] *Disputabat*, inquit filius, *expedite magis, quam concitate, vt posses dicere facilitatem esse illam, non celeritatem.*

Ib. v. 54. *Ab omni ambitu auersum*] Præposteram tamen ambitionem hoc Melæ consilium vocauit Tacitus Ann. XV.

P. 381. v. 2. *Sextium audires*] Male antea *Cestium* legebatur, contra rei veritatem, & libros veteres. Is enim est Sextius philosophus Fabiani, & Sotionis L. Senecæ præceptoris, doctor. Duo autem fuerunt Sextii, Q. videlicet Sextius pater, qui a diuo Iulio latum clauum sibi oblatum recusauit; & eius filius, de quo B. Hieronymus anno quo Christum natum tradit, hæc refert: *Sextius Pythagoricus philosophus nascitur.* ita enim legunt optimi veterum. ambo insignes philosophi, qui etiam sui nominis sectam Romæ reliquerunt. Suetonius de illustribus Grammaticis in vita Crassicii, *Dimissa*, inquit, *repente schola transiit ad Q. Sextii sectam.* ita enim hunc locum vetus nostri Pithœi codex exprimit. Et Plinius capite 18. libri 18. scribit Sextium e Romanis sapientiæ adsectatoribus, *præmissa olei caritate e futuro Vergiliarum ortu, magna tum vilitate propter spem olinæ, coemisse in toto tractu omne oleum. Atque vt apparuit causa, & ingens diuitiarum cursus, restituisse mercedem anxia & auida dominorum pœnitentia, contentum ita probasse opes sibi in facili cum vellet fore.* Sextiorum præter Senecam in Epistolis & libris de Ira sæpe, & c. vlt. lib. 7. naturalium quæstionum, meminit Quinctilianus cap. 1. lib. 10. *Scripsit non parum multa*, inquit, *Cornelius Celsus, Sextios secutus non sine cultu & nitore.* Male vulgo *scepticos secutus.* Sic enim docent legendum veteres codices, & præcipue antiquissimus doctissimi atque humanissimi nostri Danielis. Hoc igitur dicit; nec cum Philosophiæ studeret, Fabianum declamandi studium intermisisse.

Ibid. v. 7. *Puero Cicerone Plotius*] B. Hieronymus ad Eusebii Chronologiam Olymp. CLXXIII. *L. Plotius Gallus*, inquit, *primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit.* Cicero ad Titinnium, referente Suetonio de claris Rhetoribus: *Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse L. Plotium quendam: ad quem cum fieret concursus, & quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum virorum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse.* de quo plura apud eundem Suetonium, & Quinctilianum ca. 4. lib. 2. vide. quem etiam capite vlt. lib. 11. de gestu scripsisse tradit.

Ibid. v. 10. *Tanto minorem natu quam ipse erat*] Ita plane duo optimi codices, nec tamen percuratus locus. Nam cum comparatio inter duos fieri debeat, hic non fit. Idem enim ac si scriptum esset, *& ego tanto minorem natu Fabianum, quam ipse Fabianus erat*: quod ineptum est, nec Latinum. Infra præfatione septima de Albucio scribit: *Memini omnibus illum rebus omissis apud Fabianum Philosophum tanto minorem quam ipse erat, cum codicibus sedere*, id est, quam ipse erat Albucius. cui similem interpretationem hic locus non admittit. At vero pro comperto est Fabianum multo iuniorem nostro auctore extitisse, quod & hic vult dicere. Quare videri posse legendum, *Et ego tanto minorem, quanto ipse erat*, vt temporis sit comparatio: vel *quam ipse eram*, vt ad Senecam referatur: neutrum tamen placet. Quid igitur? si quid audendum est, delenda potius censerem tria illa vocabula *quam ipse erat*, & vno ductu legendum, *Et ego tanto minorem natu audiebam quotiens inciderat, non quotiens volueram.* quæ lectio recte procedit.

IN CONTROVERSIAM I.

Ib. v. 20. *Quæ inter iocum ipsis dominis*] Fortasse, *quæ in iocum cum ipsis dominis veniunt.*

Ib. v. 33. *Qui abdicauit?*] Addita negatione lego, *qui non abdicauit?* Hoc enim confert patrem suum cum diuite, qui tres abdicauerat.

Ibid. v. 39. *Custos immensa*] Veteres editiones habent, *immensa cultor silla.* fortasse legendum: *Quisquis es auarus pecuniæ custos, immensæ cultor Siciliæ.*

Ibidem v. 40. *Impera quiduis. non negabo*] Abest negatio a duabus veteribus editionibus. quæ si recte abest, non absurde legi posset, *impera quiduis. nauigabo, militabo.* & sane duæ illæ sunt præcipuæ rei faciendæ viæ.

Ibidem versu 42. *Quid porro ista matrimonia*] Id est *patrimonia*. Matrimonium enim pro patrimonio vsurpari

pari docuit iampridem Iurisconsultorum princeps Cuiacius. quare male hic, & cap. 3. libri 1. de beneficiis in editione Romana huius vocabuli loco illud substitutum est.

Ibidem v. 57. *Neq; potatus*) Lego *nec nepotatus*: quod vocabulum extat apud Suetonium cap. 37. Caligulæ. *Nepotatus sumptibus*, inquit, *omnium prodigorum ingenia superauit* & apud Plinium cap. 35. lib. 9. *Subeunt luxuriæ eius nomina, & exquisita tadia perdito nepotatu.* Ita enim verumque locum in veteribus libris legi, doctique viri sic in suis legisse admonuerunt.

P. 382. v. 1. *Cum Deos cum votis*) Ceteræ editiones habẽt, *Quam Deos cum votis parentum vidissem certantes?* vnde efficio, *Quando Deos cum votis*, &c.

Ibidem v. 25. *Quid tandem est quod in vitio corruperint?*) Quid si, *quod non vitio corruperint?* scribamus?

Ibidem v. 34. *Tenui fronte*] Conicio scribendum *tenui fronde*. intelligit tectorium opus, quo parietes tenuibus marmoris crustis teguntur, quas frondes vocat hic. ad quod alludens B. Hieronymus in Ecclesiast. cap. 10 *Hoc assumerat*, inquit, *quod eloquentia, & oratione qua verborum sit fronde composita, facile vulgus audiat ignobile.*

Ibid. v. 36 *Quinetiam montes*) Egregia luxuriæ descriptio, quæ tamen magno literarum motuumque malo corrupta est. quam aliqua ex parte sic emendasse fortasse videbimur *Quinetiam montes syluasq; in domibus marcidis & umbra fumoq; viridibus exciuntur. Exiguum est hoc, vt maria amnesq; imitentur. litori ne quoq; moles inuehuntur, congestisq; in altum terris exaggerant sinus: alii fossis inducunt mare, adeo nullis gaudere veris sciunt, sed aduersus naturam alieno loco, aut terra, aut mari mutata, agris oblectamento sunt, & vmbra fastidio rerum natura laborantibus. Vix possum credere quenquam eorum vidisse syluas*, &c. *Quos enim iam parua oblectare animum in vita possit, si vera cognouerit? videlicet quæ*, &c. *An magna non capit, iam ne liberi quidem nisi alieni placent.* Quæ autem hic prætermitto, nempe, *Quid faciam? si parere, abdicabor: patrem amo. hæc est contumacia mea.* sunt Vibii Ruffi, ex initio huius controuersiæ repetita, quæ delenda censeo.

P. 383. v. 12 *Dico mihi licuisse adoptare*) Hæc a parte filii, vt ex sequentibus apparet. quod si verum est, locus non est integer. potiusque legendum videtur, *Dico tibi non licuisse adoptare.* Sequitur enim, *Et vt licuerit.*

Ibidem v. 13. *Et quod iure fit, verum est*) Id est, æquum.

Ibid. v. 20. *Explosa quæstione, in omnia patri parendum*) Locus sine dubio mutilus, & qui non nisi ex veteribus libris persanari potest quicquid tamen reliqui est, commodius sese habere videbitur, si ita legatur: *Explosa quæstione: An in omnia patri parendum sit, si in omnia: An ibi non parendum sit, quo efficitur ne pater sit.* Et paulo infra, si horum loco, *si non potest in nobis*, scribatur, *si non potest: An ob id*, &c.

Ibid. v. 35. *Contactu ipso nocentia transeunti bono*] Magno iudicio vidit P. Pithœus scribendum, *contactu ipso nocent, transeunt in bonos.* qua ratione Thales γυναῖκα βλαβερὰν ἀγαθὴν respondit. καὶ γὰρ τὸ χρηστὸν βλάπτει πονηρῷ μιγνύμενον.

Ibidem v. 37. *Ipsum amorem paupertatis*] Sensus videtur potius requirere, *vt ipsum nomen paupertatis* scribatur, etsi a recepta lectione remotius id sit.

Ib. *Si adoptatus placuerit, ego nec meo placeo*) Lego, *Qui adoptatus placuerim? ego nec meo placeo.*

Ib v. 40 *An tamen bono id aduersus*) Legendum, *an tamen quod bono id aduersus patrem animo fecerit, ignoscendum sit.* Sequitur enim quæstio, *An bono aduersus patrem animo fecerit.*

Ibid. v. 45 *Ad iudicem distractum innocens*) Legendum, *nocens nollet*, ex superioribus.

Ibid. v. 52. *Non dicis in eum quem fugit?*] Legendum, *non diceret.*

P. 384. v. 9. *Propter quæ non litiget*) Negatio vacat, sensumque pertubat.

Ibidem v. 27. *Colorem aperte paratius*) Fortasse, *colorem a parte patris. cur hoc desideret, quidam dixerunt: Patrem cupidum diuitiarum; quod mendosum est quidam ita*, deletis tribus illis voculis *in hoc vsum.* nihil assero.

Ibid. v. 33. *Nisi mihi illudis*) Ceteræ editiones habent, *quid si mihi illudis tantum vnicum?* vnde conicio legendum, *Quid sic mihi illudis tanquam vnicus?* Et paulo infra, *Tentaui illum statim reducere* Et altera post linea, *quotiens tentaui, subirascens tum respondit, num vnquam possis diuitias docere filium?*

Ibid v. 37. *Amicos, inquit, abdicat. vsus sum*] Fortasse *vsu fit*, id est, solet fieri.

Ibid. v. 43. *Inter silentium & actionem*] Hæ sunt quæ ἐν πλάγιοι figurate dicuntur, Græcis ἐσχηματισμέναι ὑποθέσεις, cum scilicet aliud dicitur, aliud significatur. Nam stricte sumpto vocabulo, figurata tum demum est controuersia, cum palam dicere pudor impedit. at cum aliud est in voluntate agentis, aliud in themate, si propter periculũ, quo prohibemur simpliciter agere & κατ' εὐθὺ, quod vocant Græci, obliquus erit ductus, & obliqua controuersia: si venustatis gratia, vt ipsa nouitate & varietate magis delectet quam si recta esset, erit subtilis. Ita enim hæc distinguit Fortunatianus. Ceteri tamen simplicius omnem eiusmodi orationis ductum figuratum appellant, a figura nempe quam præcipue tum esse volunt, cum aliud simulatur dici quam dicitur. Quinctilianus cap. 1. lib. 9. Hermogenes cap. 13. περὶ εὑρέσεως. Dionysius Halicarn. in Arte. qui etiam quæ obseruanda sunt in vnoquoque genere eiusmodi controuersiarum, tradiderunt, exemplisque illustrarunt. Ita etiã B. Hieronymus ἐσχηματισμένον λόγον, & figuratum, contempta illa subtili distinctione accepit, cum in præfatione in librum Iob hæc scripsit: *Obliquus apud Hebræos totus liber fertur, & lubricus, & quod Græci Rhetores vocant ἐσχηματισμένος, dum quis aliud loquitur, aliud agit* Et in Epist. ad Rufinum 66. *Praefatiunculam librorum περὶ ἀρχῶν ad me missa est. quam ex stylo intellexi tuam esse: in qua oblique, immo aperte ego petor. qua mente sit scripta, tu videris: qua intelligatur, & stultis patet. Poteram & ego qui sæpissime figuratas controuersias declamaui, aliquid de vetere artificio repetere, & tuo te more laudare.* Hæc enim proprie magis obliqua sunt. Figurata igitur est oratio, quoties per quandam suspicionem quod non dicimus, intelligi volumus, non vtique aperte contrarium, vt in εἰρωνείᾳ, sed aliud latens & auditori inueniendum. Quod autem eiusmodi controuersias difficiles vocat, id potius ex vulgi opinione quam rei veritate esse vult Quinctilianus, cum sint multo faciliores. Nam rectum genus approbari nisi maximis viribus non potest: hæc diuerticula, & anfractus, suffugia sunt infirmitatis.

Ibidem 44. *Antiphontis libros*) Atheniensis Onirocritæ, qui περὶ κρίσεως ὀνείρων scripsit Suidas.

Ib v 50 *Pro tuxeno adultero reo*] Immo pro vxore videtur dixisse Iunius, quam præiudicio petebat. & certe ceteræ editiones hic legunt, *pro hac reno adultero reo, in quam Syriacus Vallius.* ex quibus vestigiis conicio, vel legendum *pro vxore adultera rea, in quam Syriacus.* &c. vel nomen proprium mulieris adulterii accusatæ sub his voculis delitescere.

Ibidem, *Syriacus Vallius homo disertus*) De quo Dio libro 58. Συριακὸς ὅτ' ἀδικήσας τι, οὔτ' αἰτιαθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ λελογισμένος ἀνὴρ ἐσφάγη, διὰ τοῦτο μόνον ὅτι φίλον αὐτὸν ὁ Γάλλος ὁ Τιβέριος εἶπε οἶμαι.

Ibidem v. 59. *Paparium*) Lege *pararium*, συναίρετον vetus lexicon. qua voce & L. Seneca in libris de beneficiis, duobus locis vsus est. Hic vero intelligitur, cum quo dominia, vt ait ille, non familiæ herciscundæ, sed communi diuidundo egerit.

P. 385. v. 1. *Niger Bruttidius*) sub Tiberio Ædilis, & C. Silani accusator: cuius anceps elogium apud Tacitum lib. 3. *Bruttidium*, inquit ille, *artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæq; iturum. festinatio stimulabat, dum æquales, deinde superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat: quod multos etiam bonos pessum dedit.*

Ibid.v.4. *Tu Apollodorum*) de Apollodoro & Theodoro in Suasoriis dicemus.

Ibidem v. 6. *Contra Maximum Stertinium*) qui artis Rhetoricæ præcepta composuit. Quinctilianus cap.5. libri 3.

Ibid.v.16. *Non amas abdicatos? domum illorum occupa. ama,ferua*) non inconcinna erit complexio, si ita legamus: *Non amas abdicatos? domum illorum occupa. amas? ferua* aliter friget hic locus.

Ibidem v.23. *Hoc fieri expedit. quod, inquit, me tibi dixisti*) Fortasse, *Hoc fieri expedit. cui? inquit. Mihi, tibi, dixisti.*

Ib.v.26. *Acta in aurem legere*] Assentior eruditissimo Lipsio, qui *acta in aurem legere* scribendum censet in commentariis ad Tacitum.

Ibid.v.27. *Glycon Scyridion*] scribe *Glycon Spyridion*, vt in præcedenti libro. de quo lepidissimam fabulam narrat Quinctilianus cap.1 lib 6. *Nec ignotum*, scribit ille, *quod Glyconi cui Spyridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer quem in hoc productum*, nempe vt eius ætate & fletu iudices mouerentur, *quid fleret, interrogabat. Ex pædagogo se vellicari respondit.* verisimile autem est a pædagogo vellicatum vt fleret: a Glycone vero in orando per [illegible] interrogatum, non vt vllam responsionem eliceret, sed vt miserandum pueri statum iudicibus ostenderet, quem in ea ætate se intelligere lacrymis demonstrabat. dum tamen misericordiam iudicum mouere nititur, risum excitauit.

IN CONTROVERSIAM II.

Ib.v.38. *Si parueris, viues*) Suspicor locum hunc aliquot voculis defectuosum: videtur enim scriptum fuisse, *vide qua te lege constrinxeris. si parueris, non viues: si non parueris viues* Per legem pactum intelligo iureiurando sancitum, cui si paruerit, moriente marito, et quoque moriendum est si non paruerit, viuet.

P.386 v.2. *Facilius potes carere eo qui spiritum debet*) Vide num scribendum sit, *facilius carere potes eo cui spiritum debes, quam eo cui impendisti?* id est, facilius ne abdicata carere potes patre, a quo vitam habes; quam diuortens marito, cui vitam tuam impendisti?

Ibid.v 3 *In diuinatione*) Lego, *in diuisione*.

Ib.v.25. *Solutum carmen*] Id de se testatum reliquit Eleg vlt. lib.4 Tristium.

Ibid.v.37. *Tu uoius religiosum nomen*) Forte legendum, *numen*.

Ibidem v 40. *Dii boni! quomodo hic amaunt vxorem!*] Persequitur tenerorum doctor amorum diuersos, immo contrarios amoris affectus; qui tamen difficile colligi ex edita lectione possunt facilius certe si legamus, *Dii boni! Quomodo hic amant vxorem, amat ille filiam. amat, & abdicat.* en contrarii affectus. *dolet periclitatam esse, & ab eo abducit, sine qua negat se posse viuere: quærit periculum eius, qui pene caruit hic quia amare caute nescit.* de amoris vesania cui non dictus Hylas? sed egregie præter ceteros apud Stobæum Plutarchus sermone 62. ex lib. quod amor non sit iudicium.

Ibid.v.43 *Tum hos ponis terminos*] Scriberem potius, *Tun' hos ponis terminos, vt nihil faciant nisi cons. nihil prom. nisi vt cum fall. omnia verba ratione & fide ponderent?* cum interrogandi nota.

Ibid.v.46 *Prima peccaueris*] Fortasse, *prima perieris*. videlicet pro marito: quod sequentia probant.

Ib.v.58. *Qui inter arbitros*] & amicos, vt patet ex eleg 9. ad eundem scripta, & vltima lib 4. de Ponto, quo loci etiam sidereum appellat. L. vero Seneca Epist. 123. etiam elegantissimum fabulatorem fuisse notat.

Ib v 59. *Semibouemque virum*) Vereor ne hos duos versus quos segreges sibi fecerat ingeniosissimus poeta, contempto domini imperio Grammatici corruperint. De altero res clara est. nam extat eleg: 11. lib 2. Amorum, quo loci ita vulgo legitur:

Et gelidum Borean, præcipitemque Notum.

Diserte enim optimus clarissimi Senatoris Cl. Puteani codex, *egelidumque Notum* legit. Alterum in Ouidii scriptis non reperiri puto.

IN CONTROVERSIAM III.

P.387.v.4. *Morior, inquit, moriar hodie*] Quædam hic deesse videntur, nec dubito quin Latronis figuratam illam sententiam a Quinctiliano laudatam in hac controuersia posuerit hoc loco Seneca, qua credibilem suspicionem fecit se exorari posse Quinctiliani locus cap.2. lib 9. sic habet: *Est latens & illa significatio, qua cum ius asperius petitur a iudice, fit et tamen spes aliqua clementiæ: non palam, ne paciscamur: sed per quandam credibilem suspicionem, vt in multis controuersiis, sed in hac quoque. Raptor nisi intra trigesimum diem & raptæ patrem & suum exorauerit, pereat. qui exorato raptæ patre suum non exorat, agit cum eo dementiæ. Nam si palam promittat, hic pater, lis tollitur. Si nullam spem faciat, vt non demens, crudelis certe videatur, & a se iudicem auertat Latro igitur optime, Occides ergo? si potero.* Ad idem enim spectant quæ in hac controuersia sequuntur; *Quid contremiscis senectus? quid lingua trepidas? quid oculis obstupuisti? nondum est tricesimus dies* & plane cum aliis Quinctiliani cohærere videntur.

Ib v.31 *Exorabis, inquit*] Fortasse, *Exoraui, inquit, raptæ patrem.*

Ibidem v 33. *Mortem vita meruit*] Scribo, *mortem vitare meruit, accusatione depeccatus? Consumuntur*, &c.

Ibidem v.41. *Cum, inquit, multum in supplicis habitum*) Lego, *Cum, inquit, vultum in supplicis habitum* &c.

Ibidem v.44 *Animo duræ hers fortior eras*] Quinctilianus loco quo supra legit, *dura anima hodie durum, hers fortior fuisti*, hancque sententiam patri Gallioni tribuit, quem etiam Rhetoricorum libros scripsisse cap.1 lib.3 dicit Duo igitur Iunii Galliones Rhetores fuerunt (non enim patrem vtroque loco vocaret, nisi vt a filio eiusdem nominis, æque celebri declamatore secerneret) hic videlicet amicus Senecæ patris, quem ideo fere vbique hoc opere nostrum appellat, & cuius vnius sunt sententiæ quæ Gallioni his libris adscribuntur. alter filius, quem non dubito quin ille ipse sit Gallio frater L. Senecæ, qui & Nouatus, per adoptionem in nomen & familiam Iuniorum receptus est, vt [illegible] coniecit I. Lipsius. Id enim indicat duplex eius nomen. Nam Iunium Annæum Gallionem B. Hieronymus in Eusebiano Chronico vocat, quod duplicem eius familiam ostendit, & a qua transiit, & in quam admissus est. Fuit autem Gallio pater, quemadmodum & filius, Cordubensis Is enim est Gallio, quem inter claros Cordubenses dulcem vocat Statius, cui etiam Quinctilianus in dicendo lenitatem tribuit, cum de hac ipsa sententia, quæ in manu est, scribit, *remissius, & pro suo ingenio Gallio pater*, &c cuiusque Tacitus tinnitus perstringit. quare non mirum est, si ex nominum, patriæ, & studii similitudine, personarum confusio nata sit.

P.388 v.19 *Raptor agere possit*] Omnes editiones, recenti Romana excepta. legunt, *an intra tricesimum diem raptor cum filio agere possit*. Hæc duo vocabula *cum filio*, vt corrupta prætermiserunt in editione Romana, quæ emendare præstiterat, & legere, *raptor cum alio agere possit*. Sequitur enim, *si cum alio agere possit* &c.

Ibid.v.24. *Si non exoraui filium, dementia est*] Hæc, quæ sequuntur, fortasse constabunt, si legamus, *si non exoraui filium, an dementia est. Tandem, an dementiæ agere possit, cum adhuc an exoretur incertum sit?* quod etsi a vestigiis editæ lectionis recedat, sententiæ tamen consecutio non aliud facile admittit.

Ibid.v 48. *Itaque si quis vestrum*] Vult dicere dementiam secum a filio raptore agi non posse ob id quod non exoretur, hoc dilemmate: quod ante tricesimum diem intra legem adhuc sit, ideoque agi nequeat: post tricesimum si non exoretur, raptor moriturus sit, & ita accusatore deficietur. quomodo autem id dicat, non video, nisi legamus: *Itaque filius agere mecum hoc crimine non potest si quidem ante triginta dies exorari possum, post triginta agere non potest.* vel, *Itaque quis vestrum agere mecum hoc crimine potest?* &c.

Ib.v.61. *Qui non habet quem exoret)* At quomodo patrem exorabit qui non habet? Videtur igitur legendum, *qui enim habet quem exoret*, id est, qui exorari queat.

Ib.v.62. *Atqui eodem loco est manifestus. Clemens Iustus)* Non multis verbis opus est vt persuadeam legendum esse, *atqui eodem loco est manifestus dementias. Iustus*, &c. quamuis, vt verum fatear, non mihi liqueat quis ille sit Iustus Rhetor: nisi legamus, *Iuneus parum hoc putabat valens esse.* In declamatione autem Quinctiliani 349. eiusdem argumenti contrario errore legitur, *Quis est iste tam demens?* cum legendum sit, *Quis est iste tam clemens?*

P.389.v.3 *Sed tractaturus iste iniquitatem tractationis*] Fortasse legendum est *iniquitatem actionis*, vel, *accusationis* & linea sequenti, *Agere mecum dementia etiam tam potes!* aliter vacillat locus.

Ib.v.15. *Adoriar: dic ergo verum*] Fortasse legendum, *Moriar? dic ergo verum.* vt sint verba patris vrgentis filium ad confessionem collusionis cum raptæ patre nouo more, vt supra dixit, de filię nuptiis exorato. quasi diceret, interrogas an moriturus sis? fatere te non rapuisse, sed ex compacto cum patre raptæ raptum simulatum, vt ducere eam cogereris.

Ibid. v.16 *Cestius hac figura declamauit*) Id est, hoc ductu. Ita enim modum, quo tota causa agenda est, vocat Fortunacianus.

Ib.v.23. AGONI] De hac formula vide quæ B. Brissonius summi ordinis præses, non magis dignitate quam ingenio, doctrina, atque eloquentia amplissimus, libro primo egregii sui operis de formulis P. R. diligentissime collegit.

Ibid. 25. *Cestius ex altera parte*) Hæc Cestii a filio sunt excusante se, cur raptæ patrem priorem rogauerit; eo nimirum colore, vt in gratiam sui patris fecisse videatur, ne scilicet diutius de filii periculo suspensus angeretur. Quare videndum, num ita legi debeat: *suspensum esse nolui, statim illum securum esse volui. de me quæritur quod illum potius cogitare de matrimonio filii, quam de periculo volui.* Nam exorato puellæ patre de filii periculo solicitari nequit, cuius ipse est arbiter.

Ib.v.29. *Item amici suaserunt*) Lego, *Amici suaserunt ad rapta patrem iremus, ne noceret apud illam quod tarde suum exoraremus patrem.* Ita fere habent præcedentes editiones.

Ib.v.32. *Bello docisme*) id est, ἐναργεία, quæ Ciceroni de Orat. lib.3. euidentia & illustratio nominatur, nempe qua, vt definit Rufinianus, formam rerum & imaginem ita in oratione substituimus, vt lectoris oculis præsentiæque subiiciamus. Quinctilianus cap. 2. lib. 6. & 9.

IN CONTROVERSIAM IV.

Ibidem v.61. *Offerebam me propinquis*) Latentem hic & inductam lacunam ab epitome expleuimus. quæ deinde sequuntur, *illa videlicet in hac cogitatione tacebat*, corrupta sunt, sed curatu facilia. Nam si legamus, *illi videlicet in hac cogitatione tacebant: Nos rogabimus*, &c. plane constabit oratio

P.390. v.15. *Vidit & fratrē, circumspiciebat & patrem*] At qui videre fratrem absentem poterat æger? sed transposita sunt hæc vocabula alterum in alterius locum, legendumque, *vidit & patrem, circumspiciebat & fratrem.* id est, num fratrem videret.

Ib.v.21. *Cogitate & quis roget*] Melius ita hæc legi posse suspicor, *cogitate quis roget, quem roget: videbitis neminem rogare non posse*, &c.

Ib.v.47. *Messalla exactissime*) De quo egregium exstat Quinctiliani elogium. *Messalla*, inquit cap. 1. lib. 10. *nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam.* recte, nam & nobilissimus & eloquentissimus fuit. quandoquidem a Voluso & Valerio Poplicola originem per infinitos consulares & triumphales ducens Valerium Coruum sexies consulem, qui centum annos impleuit, a quo Coruini nomen posteris inditū, & Messallā senē, qui de familiis Romanis scripsit, adolescens adhuc ingenio ac prudentia Triumuiris formidabilis fuit. Appianus lib. 4. belli ciuil. Μεσσάλας δ' ἐπιφανὴς νέος ἐς Βροῦτον ἔφυγε, καὶ αὐτοῦ δείσαντες οἱ τρεῖς τὸ φρόνημα, προύγραψαν ὑμας, & quæ sequuntur. nec gratia proscriptionis sibi facta vti voluit, quam diu spes optimatum partibus aliqua superfuit. Rebus autem compositis, sub Augusto dignitate & eloquentia floruit. Consul enim, Augur, primusque Vrbis Præfectus fuit: quam tamen dignitatem paucis diebus exercuit, & eirauit: *quasi nescius exercendi*, inquit Tacitus. Nempe quod ita finxerit. nam re vera sexto die abdicauit, parum ciuilem potestatem contestans. B. Hieronymus in Eusebii Chronico. ea ratione Dio primum Vrbis Præfectum Mecenatem posuit. Plures orationes scripsit & vulgauit, multos etiam libros composuit, quorum auctoritate Plinius, Quinctilianus, Suetonius, & Sosipater Charisius vtuntur. quosdam etiam de singulis literis, vt de litera S. Amatoria etiam scripsisse Plinius iunior Epistolarum lib. 5. testis est. L. Seneca in ἀποκολ. disertissimum virum vocat. Tacitus de claris Orat. Cicerone mitiorem & dulciorem, & in verbis elaboratum magis iudicat. Quinctilianus orationis dignitatem ei præ ceteris tribuit. Cuius etiam eximiæ virtutes iudicio totius Senatus comprobatæ sunt. per eum enim velut sui ordinis principem Cæsarem Augustum patrem patriæ salutauit. Suetonius c. p. 58. vir tamen tantus anno ætatis suæ 70. biennio antequam moreretur, omnium penitus, etiam proprii nominis oblitus est. Plinius lib. 8. cap. 24. B. Hieronymus ad Eusebium.

Ibid. v.49. *Sua lingua disertus est*) Sic L. Seneca: *Petronius homo Claudiana lingua disertus.*

Ibidem, *Sermonem obiecit*) Rudem nempe & pinguem, qualem esse Cordubensium poetarum dixit Cicero. Porro quę deinceps sequuntur, corrupta & manca iudico.

Ib.v.51. *Quam suasoriam Theodoto declamauit*] Locus non vno modo corruptus, de quo nihil spondeo. puto tamē legendū *de Theodoto.* vulgare enim Suasoriarum thema in scholis fuit consultatio apud C. Cæsarem de pœna Theodoti. Quinctilianus cap. 8 lib. 3.

Ib.v.59. *Vt castigaret, nunc iam seuerius*] Vide num aptius legimus, *vt castigaret tunc, etiam seuerius*, vel, *vt castigaret etiam seuerius*, inducta dictione *nunc.*

P 391. v.1. *Quo aiebus*] Rectius fortasse, *quo aiebat.*

Ib.v.2. *Non schemate*] id est, vt contrarium significaret quemadmodum cum vel per ironiam, vel figurate aliud dicitur, aliud autem significatur.

Ib.v.13. *Fabianus Maximus*) Scribendum *Fabius* ex præcedentibus. Maximi enim cognomen est Fabiorum. atque etiam vel fallor, vel is est Augusti amicus sua & vxoris loquacitate celebris, de quo apud Tacitum lib. 1. Ann. & Plutarchum περὶ ἀδολεσχ.

Ib.v.29. *Et quod medium est*] Veteres editiones, *& quod in medium est*, quod rectum est.

Ib.v.32. *Dictum perdere*] Quinctilianus cap. 4. lib. 6. *longe absit propositum illud: potius amicum quam dictum perdere.* Ita enim apud eum auctorem melius hæc leguntur.

IN CONTROVERSIAM V.

P.392, v.5 EXPRIMITVRQVE *ipsis vitalibus. Tacet, an sit*] Hæc manca esse nullus non videt deest enim quid exprimatur ipsis vitalibus. ceterę editiones repræsentarūt sequentem lectionem, *exprimitur atq; ipsis vitalibus, licet, restet an sit tibi*, &c. ex cuius vestigiis tētabam num legi posset, *exprimiturq; ipsis vitalibus licor. Resp. an sit tibi ista datura liberos nescio: tyrannicidam dedit.* licorem siue liquorem interpretor saniem; quo in significatu apud Virgilium hoc reperitur vocabulum Georg. 3. Pestem enim describens dixit, *Rursus abundabat fœdus liquor*, id est, humor sordidus, inquit Seruius. sed non mihi plane hoc satisfacit.

Ibid. v.26. *Acuit hanc*) Paulo confidentior ero in huius loci emendatione, quam in præcedenti. puto enim legendum, *Tacuit. tunc fecit tyrannicidium silentio.*

Ibid. v.62. *Attico Vipsanio*] M. Vipsanii Agrippæ generi Pōponii Attici Ciceronis amicitia & Epistolis clari filio, id vt credā faciunt patris nomen, & aut cognomen, quibus tanquā hæreditarius successit. Is autem Atticus Vipsanius

non solum nomen auimaterni, sed etiam studia velut creuit, adeo vt doctoris sui Apollodori diligentissime præcepta Græce tradiderit. Quinctilianus cap.1.lib.3. nisi fortasse Quinctiliani locus de Dionysio Attico Apollodori discipulo intelligendus est. Ἐ γδ, vt ait Strabo, σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς, κ̀ συγγραφεὺς, κ̀ λογογράφος. quod verius est.

P.393.v.44. *Passienus*] Pater Passieni oratoris Agrippinæ Neronis mariti, de quo B. Hieronymus ad Eusebium Olymp.CXCII. hæc refert: *Passienus pater, declamator insignis, diem obiit.* Videtur autem is Passienus pater patrem etiam habuisse eloquentia notum, obscuri tamen nominis & meriti. siquidem L. Seneca exulio Epigr. ad Crispum Passienum, huius filium, scribit:

Maxima facundo vel auo vel gloria patri.

de quo infra præf. lib.5. plura dicemus.

Ib.v.46. *Si hac mulier iuste repudii*) Legendum *iniuste repudii.* Ab actione enim lis nomen accipit. Agit autem mulier, quia iniuste repudiatur vel ingrate: iniuste, si contra leges: ingrate, si contra bonos mores.

P 394.v.15. *Vanis Vinicius.*] Epitome legit, *L. Vinicius ingenium in numerato habet.* Id autem dicitur de actore, facile dicente, & ex tempore, vt vult Quinctilianus cap.v. lib.vi. Quod si verum est, multum a tarditate P. Vinicii fratris absuit, qui, vt refert L. Seneca Epist. XL. tractim dicebat, & tanquam dictaret, non diceret. fuere autem fratres M. Vinicii progeneri Augusti, cui Velleius suos libros inscripsit, de quibus apud eundem frequens mentio, & Tacitum lib.vi.

IN CONTROVERSIAM VI.

Ibid.v.62. *Nec te doces*) Recte ad oram postremæ editionis Germanicæ adnotatum est, legendum *nec dedoces.* Aliter enim legi huius sententiæ contextus non patitur.

P.395.v.13. *Cestius pater*] Vnius Cestii tantum hoc toto opere fit mentio. non video cur patrem appellet. immo potius ex sequenti effictum hoc vocabulum conicio, ideoque delendum.

Ibid.v.21. *Facere illum rem non improbam*] Vide num delenda sit negatio, & scribendum *facere illum rem improbam, non id patri remittere:* aut, si quis malit, *non id patri permittere, quod in patre ipsi permissum sit.* Nam ita legendum videtur, nisi forte *rem improbam* interpretemur pro *valde proba;* quo modo apud Virgilium *infracti* Latini lib.12. dicuntur, & apud Iureconsultum *inaudire causam.* in L. Seneca lib. de Beata vita cap.32. ad finem, quo loci legimus. *Nunc probemus quod prius diximus,* sex veteres quos vidi codices habent, *Nunc improbemus quod diximus prius.* qui si mendo vacant, vt mihi tanto consensu facile persuadeo, *improbare* hoc loco *magis*, vel *omnino probare*, significabit.

Ibid.v.31. *Sed corrupit & unam sententiam.*) Hæc controuersia tota mendis & lacunis scatet: videtur tamen hic locus sic restitui posse, si scribamus: *sed corrumpere hanc unam sententiam.* Et paulo post, *Et voluisse videri tamdiu luxuriatum,* non *noluisse.*

Ibid.v.55. *Glycon Syricon dixit*) Lege *Glyson Spyridion.*

IN CONTROVERSIAM VII.

P 396.v.28. *In qua etiamnum auctor*) Non potuit enim in potestate mariti cõstituta, nisi eo auctore hæreditatem sibi relictam cernere: sed ea mariti auctoritas νόμῳ χάριν, absente marito, vel ignorante, interponebatur, ideoque ait se auctorem dictum, quia reipsa non fuit.

Ibid. v.32. *Si non maritum ad sollicitandam matronam putatis irritamentum*) Male hæc aliter in editione Romana, quæ nos ex veteribus editionibus restituimus. Vult autem dicere quod Ouidius eleg.4. lib.3. Amorum his versibus expressit:

Quicquid seruatur, cupimus magis ipsaque furem
Cura vocat: pauci quod sinit alter, amant.
Nec facie placet ipsa sua, sed amore mariti:
Nescio quid, quod te ceperit, esse putant.

& quæ sequuntur.

P.397.v.13. *Quod ab adultero absoluitur*] Mallem, *quo ab adultero absoluitur, an quo damnatur?*

IN PRÆFATIONEM LIBRI TERTII CONTROVERSIARVM.

Ibid.v.42. *Oratio eius erat valens cultu,*] De Cassii Seueri eloquentia censura Quinctiliani est eiusmodi: *Multa, si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Seuerus. Qui si ceteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum est in eo, & acerbitas mira, & vrbanitas, & vis summa: sed plus stomacho quam consilio dedit. Præterea vt amari sales, ita frequenter ipsa amaritudo ridicula est.* Quam si conferas cum nostri auctoris de eo iudicio, in multis contrariam deprehendes. Noster enim ait gianitatem orationis etiam superfuisse, iratumque commodius dixisse censuit. Huius autem scriptis & auctoritate vtuntur Suetonius in Vitellio cap.2. Quinctilianus sæpissime, Tertullianus in Apologetico, Charisius, & Diomedes.

Ibid.v.46. *Rerum potiebatur*] regnabat.

Ibid.v.51. *Corporis magnitudo conspicua.*] Huic tamen celebri oratori armentarii Mirmillonis obiecta similitudo est. Plin.cap.12.lib.7.

Ibid.v.53. *Tamen qua histrionis posset videri.*] Vox *tamen* præcedentem orationem corrigere debet, quod hic non facit vt conceptus est locus. Vitio enim vertitur oratori in agendo modulatione scenica vti, quod Cicero in Oratore ad Brutum, & Quinctilianus cap.vlt.lib.11. reprehendunt: & Demosthenes ϖεϱὶ τῆς παϱαπϱεσβείας Æschini obiicit: a quo tamen vitio, quamuis dulcem vocem habuerit, Seuerum absuisse vult dicere noster auctor. Vetera exemplaria nos hac in re nihil iuuant, quæ legunt, *tamen quæstionis posset videri,* vel, *tamen quæstio vix posset videri.* adderem lubenter editæ lectioni negationem, scriberemque *qua tamen histrionis non posset videri.*

Ibid.v.54. *Quæ deerat vita*) *Is enim sordidæ originis,* inquit Tacitus, *malefica vita, sed orandi validus.* libidine, qua viros & feminas illustres procacibus scriptis diffamabat, causam dedit Augusto sanciendi vt specie legis Maiestatis cognitio de famosis libellis tractaretur: quem etiam Horatius vt maledicum sexta Epodo incessit. Ob hæc vitia, in Cretam relegatus, atque illic eadem factitando decimo tertio post anno, Germanico & Capitone Coss. a Tiberio bonis exutus, interdicto igne & aqua, saxo Seriphio consenuit, & XXV. sui exilii anno in summa inopia moritur, vix panno verenda contectus. Hæc colligo ex Dione lib.56. Tacito Ann.IIII. Suetonio cap.16. Caligulæ, & Hieronymo in Eusebii chron. Quid autem sit illud Quinctianum prouerbium, quod lusisse Cassium scribit B. Hieronymus, quæro.

Ibid v.58. *Ne dicentem interpellarent.*) Vnde oriebatur altercatio. Infra lib.10. de Scauro, *Deinde litigantis quam negantis similior cupiebat euocare aliquam vocem aduersariorum, & in altercatione vires suas nouerat.* de qua Fabius lib.6 Inst.orat.cap.5. Sæpissime tamen non nisi post continuas orationes fiebat, eratque tota fori. Nam quæ in scholasticis præfationibus siue prælocutionibus disputationes inter declamantes oriebãtur, vt cũ inter Pomponiũ Secundũ Poetã, & L. Senecam disputatum est, an *gradus eliminat* in Tragœdia ab Attio dici oportuisset, altercationes non erant. Altercationis autem exemplum exstat nobile apud Ciceronem, lib.1. ad Attic. Epist.13.

Ibid.v.59. *Priuatas plures agebat*] Omnes veteres codices habent, *non agebat.* si recte, intelligendum est eum plures non egisse, nisi forte ante meridiem vnam, alteram post meridiem ageret.

Ibid.v.62. *Nisi in periculis fuit, habuit*] Ipse tamen P. Nonium Asprenatem celebrem æque oratorem, & ex cõsulari familia, veneficii reum fecit, quod vna eius patina CXXX conuiuæ interiissent. In qua etiam eius accusatione hæc mali animi & amari sententia notatur: *Dii boni, viuo, & quo me viuere iuuet, Asprenatem reum video.* Plin. cap.12.lib.35. & Quinctilianus lib.11.cap.1. referunt.

P.398.v.2. *Illa quoque, quæ falso dici poterant*) Male in aliis editionibus *falso* legitur, & contra veteres libros.

Qua-

Quinctilianus enim Cassio tribuit asperitatem, & amaros sales, cap. 4. lib. 6. & 10. lib. vlt. quamuis tamen nec vrbanitate caruerit: vt cum contra Pomponium Marcellum solœcismum aduersarii exagitantem Grammaticum poposcit & ei qui orando dicebat, *Quid me torue vultu intueris Seuere? respondit, Non me Hercules faciebam, sed sic scripsisti. Ecce. & quam potuit truculentissime eum aspexit.* Quinctilianus cap. 2. lib. 6. & Suetonius de claris Grammaticis.

Ibid. v. 21. *Pylades in comœdia, & Batyllus*) Notissimi sub Augusto Pantomimi. idem in Æsopo & Roscio obseruatum fuit.

Ibid. v. 22. *Sed obseruatur*) vt fugitiuo.

Ibid v. 24. *Sic cum Scæua*] Ita legunt veteres libri. Scæua autem est qui validius sinistra vtitur, non imbecillitate dextræ, ait Vlpianus lib. 1. ad Edictum Ædilium Curulium nam hic mancus est. quæ tamen subtilis distinctio in Mucio Scæuula a clade dextræ cognominato, si Liuio credimus, obseruata non fuit. Quod sequitur autem, *quomodo alteri est*, veteres libri *quomodo alitt est*, habent: quod nisi sit nomen cuiusdam gladiatoris ita dicti, locum depono. Nam hæc verba *quomodo alteri est*, nullius sunt sensus.

Ibid. v. 26, *Passienus noster*) supra Controuersia v. præcedentis libri laudauit Passienum patrem, hic filium, quem primo loco stare dicit. Et sane præter B. Hieronymum, & nostrum auctorem, nemo alius Passieni patris meminit, nemo non fere Passieni filii oratoris mentionem fecit. Is autem celebris clarusque exstitit non solum eloquentia, sed etiam duobus consularibus & matrimoniis, primum Domitiæ neptis Antonii Triumuiri, deinde Agrippinæ matris Neronis. Eundem enim esse puto vtriusque maritum, nempe nobilem illius sæculi oratorem, & iudicii acumine ab iis qui eo sæculo scripserunt, aut paulo post, auctoribus laudatum. quem solum huius nominis oratorē sub Tiberio, Caligula, & Claudio floruisse hinc conicio, quod sine dubio, si duo eodem tempore eiusdem studii nomine celebres exstitissent, aliqua nota eos inter se discreuissent. Quare quod L. Seneca capite vltimo lib. 1. de Beneficiis. & Præfat. lib. 4. Natural. quæst. Quinctilianus cap. 2. & 4. lib. 6. & cap. 1. lib. 10. Tacitus lib. 6. Plinius senior capite vltimo lib. 16. & Iunior Epist. 6. lib. 6. de Passieno dicunt, ad hunc filium refero, quem constat ex Suetonii capite 6. in Nerone, sub Claudio demum vita functum. Hinc liquet, hæc quæ apud B. Hieronymum habentur in Chronico Eusebii ad annum Caligulæ secundum, *Passienus filius fraude hæreditatis suæ necatur*, (hunc enim Passienum intelligo) non suo loco posita esse: quemadmodum pleraque alia exscriptorum vitio in eo Chronico confusa sunt. Quod autem ait fraude hæreditatis suæ necatum, vereor ne ab Agrippina, quæ vt alterum maritum propter imperium interfecit, ita fortasse primum propter hæreditatem. Dubito etiam ne ad hunc Passienum Crispum sit L. Senecæ Epigramma in exilio degentis, quod incipit, *Crispe mea vires* Cur id credam, facit quod eum Crispum, ad quem Epigramma, vt hic de quo loquimur, oratorem fuisse apparet, oratorisque filium, domusque Senecæ amicum: quæ si quis non probet, eodem in numero cum Antiphontis libris, vt permulta alia in his annotationibus, me adstipulante, habeat.

Ibid. v. 30. *Nunquam surgas*) Nempe vt declames: quandoquidem illi tam male cedebat declamanti. Diximus enim supra, Rhetores sedentes perloqui solitos: declamaturos vero surrexisse.

Ibid. v. 35. *Bellissime Censoriane*) Aliquid tale est apud Fulgentium lib. 2. Mythol. in Ixionis fabula, sed ita corrupto loco, vt Delio natatore indigeat, quem hic apponam, vel potius deponam. *Beatinius Augur*, inquit Fulgentius, *dicere solitus erat somnialiter peragi vrbicario mimologo, vt quamuis vtraque nihil agere dixerit, tamen hoc Romæ prostare visum est, quod ex parte quidem veros honores, sed risorios, sed cætum fugitiuos. Credo enim quod de Theophili sententia legerat μῦμ⊕ ὁ βί⊕.*

Ib. v. 47 *Cestium suum præferrent*) Idem Cornelius Tacitus de sui temporis scholasticis; *Quotus enim quisque*, inquit, *scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, vt se ante Ciceronem numeret: sed plane post Gabinianum?* Erat autem Gabinianus, vt ἐν παρόδῳ loco obscuro aliquid lucis adferam, ætate Taciti notissimus Rhetor, de quo B. Hieronymus Olymp. cc x i i i. *Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.* Ita enim legunt veteres codices, male vulgo *Gabinius*. Huius autem declamationes laudat idem Hieronymus præfatione 8. in Esaiam. *Qui si flumen eloquentiæ*. scribit, *& concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quinctilianum*, Gallionem, *Gabinianum*. Huius vitam descripserat Suetonius de claris Rhetoribus, vt ex indice patet, in quo Sextus Iulius Gabinianus dicitur.

Ibid. v. 50. *In Milonem Cestius*) Restitue igitur apud Quinctilianum cap. 4. lib. 10. Cestii nomen, quod ibi corruptum extat. *Melius hoc*, inquit, *quam rescribere veteribus orationibus, vt fecit Sestius contra Ciceronis actionem habitam pro Milone.* & scribe, *vt fecit Cestius.* quomodo etiam habent m. s. codices.

Ibidem v. 57. *Inscripti malefici*) Græci ἄγραφον ἀδίκημα vocant ὑπὲρ οὗ νόμ⊕ οὐ γέγραπται, inquit Suidas, & Cyrus περὶ διαφορᾶς στάσεων, ἄγραφον ἀδίκημα, τὸ ἐν μὲν τῷ νόμῳ μὴ γεγραμμένον, τοῖς δ' ἔργοις γινόμενον. Est autē scholæ actio in foro stellionatus dicta, cuius nomē apud Quinctilianum corruptum est capite 4. libri 7. *Præter hæc*, inquit, *finguntur in scholis & scripti malefici controuersiæ, scilicet in quibus aut hoc quæritur an scriptum sit, aut, an hoc maleficium sit.* Legendum *inscripti malefici*. In ea enim actione quæritur an scriptum sit: si enim lege comprehensum est, non est ἄγραφον ἀδίκημα. & caussa cadit actor. vel an maleficium sit: nisi enim sit, nulla est actio.

DESVNT magna literarum iactura libri quatuor ordine sequentes. quorum excerpta quæ hactenus declamationum nomine L. Senecæ adscripta sunt, integrorum locum supplent: in quæ ideo pauca notauimus, quod quæcunque in iis notata sunt, codicum antiquorum fide stant, & tam clare natiua, vt probatione non indigeant.

IN CONTROVERSIAM I.

P. 399. v. 19. *Sic fit vbi homines*) L. Seneca epist. 122.

IN CONTROVERSIAM III.

Ibidem v. 42. *Pater patrimonium diuidat*) Vnde participes dicebantur. Porro quæstio huius controuersiæ, scholæ est, non fori. nam qui in aliena potestate est, adoptare non potest.

Ib. v 54. *Vt malum cum ipso corpore exsecetur*) Varro περὶ ἐξαγωγῆς: *Non vituperamus, cum sciamus digitum præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura.* Nonius in voce Gangræna.

IN CONTROVERSIAM IV.

P. 400. v. 5. REDDE *mihi hostē*] L. Seneca cap. 11. lib 2. de Beneficiis.

IN CONTROVERSIAM V.

Ibid. v. 22. *Vt rapta educatur*) Vocabulum est scholæ. Educitur autem, cum in ius adducitur, vt optet ex lege raptarum.

Ibid. v. 38. *Quotiens enim tempus uoti adiicitur*] Regula iuris.

IN CONTROVERSIAM VII.

P. 401. v. 2. ACCVSATVR *ab vxore malæ tractationis*] Scribit optimus P. Pithœi codex, alioqui in repræsentandis diphthongis exactus, vno vocabulo, *maletractationis*: quomodo etiam apud Arnobium lib. 4. legimus, *immunes a Deorum maletractatione nec sic estis.* Hac autem actione diuortii caussas reddit vxor, quæ in iure actio rei vxoriæ dicitur. Nam declamatores nō solum peculiarem dicendi rationem, materiasque a foro, rerum que natura abhorrentes effinxerunt, verum etiam in iis quæ in foro tractari solent exsequēdis, nouis vocabulis vsi sunt. Quare Quinctilianus cap. 5. lib. 7. *Quæ in scholis*, inquit, *abdicatorum, hæc in foro exhæredatorum a parentibus & bona apud centumuiros repetentium ratio est: quæ illic malæ tractationis, hic rei vxoriæ, cum quæritur vtrius culpa diuortium factum sit: quæ illic dementiæ, hic petendi curatoris.*

Ib. v. 39. *Pars altera*] In hac controuersia pro marito

dubiam hanc sententiam refert Quinctilianus cap. 5. lib. 8 *Qui hac odit, debet hoc bibere.*

IN CONTROVERSIAM IX.

Ibid. v. 48. L**EX** *Cornelia*) Cornelii Syllæ de sicariis & veneficis.

IN PRÆFATIONEM LIBRI QVARTI CONTROVERSIARVM.

P. 402. v. 10. *Quod munerarius*) ἀγωνάρχαι, ἀγωνοθέται. quo vocabulo primum vsum fuisse D. Augustum notat Quinctilianus cap 8. lib. 3.

Ibidem *Nonaparia*) gladiatorum.

Ibid. v. 18. *Pollio Asinius*) quem Plinius cap. 30. lib 7. principem oratorem, & ciuem vocat. Valerius Maximus cap 12. lib. 8. non minimam partem styli Romani, cuiusq; nomini Virgilius Eclogam quartam inscripsit. Is in Republ natus, iocis serijsque accommodatus, & omnium horarum, ingenio tamē ferox, quod etiam filio obiectum est, anno suæ ætatis xx. L. Domitio Ahenobarbo, & Appio Pulchro Coss. qui Ciceronis fuit LIII. vitæ annus, Catonē magno totius ciuitatis concursu defendentibus M. Cicerone, C. Caluo, & M. Scauro, accusauit. Sub Augusto summis functus est honoribus, pluresque & graues causas egit, inter quas memorantur pro P. Nonio Asprenate veneficii reo, & pro Vrbiniæ hæredibus apud centumuiros, peruenitque ad extremum fere eius imperium: atque in villa Tusculana octoginta annos natus, neruosæ virilitatis haud paruum exemplum, diem obiit. Hæc ex Quinctiliano, cap 1 lib. 10. & 6 lib 12. Asconio in Ciceroneio pro Scauro, Tacito 1. Annal. & de claris oratoribus, & B. Hieronymo in Eusebii Chronico collegimus.

Ib. v. 20. *Ille triumphalis senex ἀκροάσεως*) Ille enim est,

Insigne mœstis præsidium reis,
Et consulenti, Pollio, Curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho,

vt scribit Horatius prima Ode, lib. 2. Dio lib. 48. & Fasti Capitolini, in quibus hæc leges: C. ASINIVS POLLIO PROCOS. AN. .... EX PARTHINEIS VIII. K. NOVEMB. Sunt autem Dalmatiæ populi. Porro ἀκροάσεως (sic enim ab optimo codice reposui) contracta significatione dictæ sunt declamationes. Lucianus dialog. πρὸς τὸν εἰπόντα Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις: cum dixisset oratores vere Prometheos esse, quia eorum orationes sunt ζῶντα ὡς ἀληθῶς καὶ ἔμψυχα τὰ ἔργα, subiungit de declamatoribus, ἀμέλει γοῦν εἰς ἔα ... προσιόντες καὶ ὡς ... τῶν ἀκροάσεων ... λοντες, ... & in Prometheo siue Caucaso tempus εἰς ἀκρόασιν ... σοφιστικὴν, in declamationem sophisticam insumi, dixit.

Ibid. v. 23 *Cum Marcella Æserninо nepote suo*] Ea filia, nisi me coniectura fallit. Videtur enim fuisse filius M. Claudii Marcelli Æsernini consulis cū L. Arruntio, anno vrbis DCCXXXIII. Neq; enim ille Cōsul nepos potuit esse Pollionis. Suetonius autem notat hunc Pollionis nepotem crus effregisse in Troiæ ludo, quem edebat Augustus. cuius casu effectum est Pollione grauiter inuidiose que in senatu questo, ne in posterum ab Augusto ederetur. Suetonius cap. 44. Maxime autem sub Tiberio floruit. Is enim est Marcellus Æserninus, quem Cn. Pisonem cædis Germanici accusaturum patronum petiisse Tacitus libro 3. scripsit, quemque apud eundem auctorem Ann. 11. incorrupta vita & facundia ad summa prouectum, & dirum familiarum hæredem, in suasione L. Cintiæ Suilius dixit. Plinius cap. 1. lib. 12. Spadonis Thessalici huius Æserninі prędiuitis liberti meminit, qui platanum, cuius folia nunquam decidunt, primus in Italiam sub Claudio transtulit. Per diphthongū autem scribo, fastos consulares & etymologiam secutus. ab Æsernia enim Samnitum oppido dictos Æserninos constat.

Ib. v. 27. *Illud strictum eius & asperum, & nimis iratum*) Quinctilianus c. 1. & 11. lib. 10. *Multa*, inquit, *in Asinio Pollione inuentio, summa diligentia, adeo vt quibusdam etiam nimia videatur: & consilii & animi satis: a nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abest, vt videri possit sæculo prior.* Tacitus de claris orat. cum inter Menenios & Appios studuisse videri ait *Pacuuium certe*, subiungit, *& Attium non solum Tragœdiis, sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus & siccus est.* Præter orationes multa alia edidit: nam Pollionem Charisius citat ad Cælarem, fortasse ex Epistolis, & contra maledicta Antonii, & de prouinciæ hæredibus. quo loci legendum censeo *pro Vrbiniæ hæredibus* cuius tituli orationes Pollionis laudant Tacitus de Oratoribus, & Quinctilianus non vno loco. Itē composuisse Tragœdias, amatoriosque versus testantur præter Tacitum Horatius Od. lib. 2. & Satyr. vlt. lib. 1. & Plinius Epistolarum lib. 5.

Ibid. v. 29 *Asinium Gallum*] Magnum Tiberianæ crudelitatis documentum, cui ne mori quidem licuit. B. Hieronymus: *C. Asinius orator, Asinii Pollionis filius, cuius etiā Virgilius meminit, diris a Tiberio suppliciis afficitur.* Si pia ille scriptor Gallum illum intelligit de quo Ecloga decima, fallitur: si vero Eclogam quartam designat, non ab'q; ratione est. quamuis enim vulgo credant Saloninum Asinii Pollionis filium in ea celebrari: non defuerunt tamen qui de hoc Asinio Gallo scriptam voluerint. Addit etiam Seruius integer optimi ac eruditissimi nostri Danielis, Asconiū Pedianū tradidisse se ab ipso Asinio Gallo audisse illam Eclogam in honorem eius scriptam, cum ipse nasceretur patre Pollione Consule designato. Huius autem Asinii Galli hoc extat apud Suetonium de illustribus Grammaticis distichon.

Qui caput ad lauam deicit, glossemata nobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.

Plura de eo Tacitus sex primis Ann. libris, & Dio lib 58.

Ibid. v. 31 *Quam Herium*] Sic duæ veteres editiones cū manuscriptis codicibus hic legunt, & infra linea quinta. male in Romana editione *Haterium* emendarunt. Nam Haterius filius non fuit Pollionis.

Ibid. v. 39. *At contra Haterium*) Q. Haterius familia Senatoria, eloquentiæ, quoad vixit celebratæ, promptusq; & popularis orator, fœdæ tamen adulationis, ad nonagesimum prope annum summo in honore cōsenuit, obiitq; mortē anno vrbis DCCLXXIX. B. Hieronymus & Tacitus lib. 3. & 4. Quod si verum est, natus est Cicerone Consule, id est, anno vrbis DCXC. quo fit vt nec potuerit esse Pollionis filius, duodecim tantum annis eo minor, nec Pollio, quo die ipse Haterius decessit, cenare, plus xx. annis ante fato functus. Addit etiā Tacitus monumenta eius haud item durasse, quia scilicet impetu magis quam cura vigebat, vtque aliorum meditatio & labor in posterum valescit, sic Haterii canorum illud & profluens cum ipso simul extinctum esse. Plura apud eundem Tacitum libris sex prioribus Annalium de ipso Haterio vide.

Ibid. v. 46. *Vt virium fieret*) L. Seneca Epist. 40. *Nam Q. Haterii cursum suis temporibus oratoris celeberrimi, ab homine sano longo abesse volo. nunquam dubitauit, nunquam intermisit, semel incipiebat semel desinebat.*

Ibid. v. 50. *Alioquin libertum habebat cui pareret*) B. Hieronymus aduersus errorem Ioannis Hierosolym. *Et vt aliquid*, scribit, *de neotericis referam, Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, vt sine monitore tacere non posset, de quo egregie Cæsar Augustus Q. inquit, noster sufflaminandus est.* Idem etiam de C. Graccho memoriæ tradiderunt Cicero, Valerius Maximus, Quinctilianus, & quis non? Porro sufflaminari est cohiberi, metaphora ducta a curribus in procliui decurrentibus, qui sufflamine retardantur. Vetus commentator in illud Iuuenalis Satyr. 8.

Ipse rotam adstringit multo sufflamine Consul.
Sufflamen, inquit, *vinculum ferreum, quod inter radios mittitur dum cliuum descendere cœpit rheda, ne celeres rotæ sequantur, & animalia vexent.* L. Seneca in ἀποκολοκύντωσει. *Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam.*

P. 403. v. 10. *Multum ille & hic in officio versatur*) Sic Petronius Arbiter spissare officium, & Ouidius Elegiar 6. lib 3. continuari officio, & de arte amandi 2. officium facere, in re obscœna dixerunt.

IN CONTROVERSIAM I.

Ibid. v. 18. E**ST** *quadam in ipsis malis*] ex Metrodori sententia.

ſententia L. Seneca Epiſt. 99. Ouidius lib. 4. Triſtium:

---eſt quadam flere voluptas,

Expletur lacrymis egeriturq; dolor.

Ib. v. 27. *Dirum omen occurram*) Ita plane optimus codex egregiò ſenſu. L. Seneca ad Marciam cap. 3. *Ipſumq; deſiderans triſte matribus omen occurras.* Infra lib. 10. de expoſitis debilitatis, *Occurrunt nuptiis omina dira, fatis publicis triſtia auſpicia.*

IN CONTROVERSIAM II.

Ib. v. 35 METELLVS *cæcatus*] De hoc themate vide Liuii Epitomen 19. Valerii Maximi cap. 4. lib. 1. & Plinii cap. 43. libro 7.

IN CONTROVERSIAM III.

Ib. v. 58. *Imprudentis cadis damnatus*] Plato lib. 9. de legibus, Porphyrius περὶ ἐμψύχων ἀπεχ. lib. 1. & Philo Iudæus περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων.

IN LIBRI QVINTI CONTROVERSIAM PRIMAM.

P. 406. v. 45. *Nec vnquam*) Ouidius de Pont. libro 2. Elegia 2.

---fortuna miſerrima tuta eſt.

Nam timor euentus deterioris abeſt.

Qui rapitur ſpumante freto, ſua brachia cauti

Porrigit, & ſpinas duraq; ſaxa rapit.

Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?

Sæpe creat molles aſpera ſpina roſas.

Accipitremq; timens pennis trepidantibus ales, &c.

Ita enim inſignis ille Ouidii locus ex veteri meo codice legendus & ſupplendus eſt.

IN CONTROVERSIAM IV.

P. 407. v. 47. *Pœna ex lege dilata eſt*] Quemadmodum de Socrate legimus apud Platonem in Phædone.

IN CONTROVERSIAM V.

P. 408, v. 11. NIHIL *inter me & pauperem*) At pauper hæc dicit, aut ſaltem a parte ſunt pauperis. Codices ſequioris notæ, *nihil inter me & pauperem gaudere proſpectu,* legunt: meliores nihil mutant. Nec tamen locus eſt integer, niſi forte legamus, *nihil inter te & pauperem intereſt, ſi iure agamus* legis enim hæc eſt perfectio, cum ὁ τ' ἀσθενὴς, ὁ πλούσιός τε τὴν δίκην ἴσην ἔχει. Qui locus, vt ἐν παρόδῳ admoneam, ex Supplicibus Euripidis apud Stobæum, aliius repertus extat, ſed tam abſimilis ab iis quæ apud Euripidem in ea tragœdia habentur, vt nihil magis.

Ibid. v. 13. *Nihil lautius*] Veteres omnes, *nihil lautius.*

IN CONTROVERSIAM VI.

Ib. v. 38. *Lex. Impudicus*) Non eſt hæc ſcholæ lex, ſed Reip. Athenienſium. Æſchines κατὰ Τιμάρχου.

Ibid. v. 44 *Date illi veſtem, puella eſt*] Quidam veteres, *date illi veſtem puellarem, date noctem.*

Ib. v. 48. *Brachium extra togam exerere*] Idem Cicero pro Cœlio, *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga, conſtitutus: vt exercitatione, ludoq; campeſtri tunicati vteremur.*

IN LIBRI SEXTI CONTROVERSIAM SECVNDAM.

P. 410. v. 6. *Non curioſum*) Cui ſit impoſita, ſi quid in leges commiſſum ſit, inquirendi cura: qui delatoria curioſitate, quid agatur, indagare debeas. Tales enim curioſi ſunt. Tertullianus de fuga in perſecutione.

IN CONTROVERSIAM V.

P. 411. v. 1. IPHICRATES] Veteres omnes, & Quinctilianus 386. declamatione *Epicratem* vocabulo Græco in Latinam ſcribendi rationem deflexo legunt. Æmilius Probus tamen Iphicratem vocat, quem de themate huius controuerſiæ vide.

IN PRÆFATIONEM LIBRI SEPTIMI CONTROVERSIARVM.

P. 412. v. 29. *De Albutio*] C. Albucii Sili vita extat a Suetonio deſcripta lib. de claris Rhetoribus a quo petenda eſt. B. Hieronymus in Chron. Silonem vocat, vereor ne corrupte: quem claruiſſe anno imperii Auguſti XXXII. ſcribit. Rhetorica etiam quædam compoſuit, quæ reprehendit Quinctilianus cap. 16. lib. 2. & cap. 3. & 8. lib. 3. addito tamen elogio, quo eum non obſcurum profeſſorem & auctorem dicit. Porro per *c*, ſcribendum eſt Albucii nomen, non per *t*, vt hic ſcribitur, & vulgo apud auctores. id autem probant lapides & Albucillæ nomen apud Tacitum. Idem de Porcio, Vinicio, & ceteris eiuſmodi cenſendum eſt.

Ib. v. 38. *Sæpe declamante illo ter buccinatus*] Quod fiebat appetente nocte. Tragœdia Thyeſtes:

Nondum in noctem vergente die

Tertia miſit buccina ſignum.

Quomodo etiam intelligo locum Liuii lib. 26. *Dimittens,* inquit, *Prætorem, tribunis militum, ac præfectis ſociorum imperauit, vti duobus milibus equitum denuntiarent, vt ad tertiam buccinam præſto eſſent.* quæ malo ad diei tempeſtatem referre, quam ad ſignum militare. Sequitur enim, *cū hoc equitatu nocte Teanum profectus.*

Ib. v. 43. *Ita vnam controuerſiam proponebat*) Veteres quidam, in quibus optimus, habent, *Ita in vnā controuerſiā proponebat plures. dicebat excuſationem ſuā. Quid igitur?* quam tamen lectionem non video cur editæ præferam. Quatenus autem dicendum ſit, vide elegantem Plinii Iunioris ad Tacitum Epiſtolam lib. Epiſt. 1.

Ib. v. 55. *Inæqualitatem in illo mirari libebat*] Suetonius in eius vita: *Sed ex eo clarus propria auditoria inſtituit, ſolitus propoſita controuerſia ſedens incipere, & calore demum prouectus conſurgere & perorare declamauit autem genere vario, modo ſplendide atq; ornate, tum ne vſquequaq; ſcholaſticus exiſtimaretur, circumciſe & ſordide, & tantum non triuialibus verbis.* Ita enim partim veteres libri, partim rei veritas legendum eſſe hunc locum comprobant.

P. 413, v. 8 *Magno enim temperamento opus eſt*] Vulgaris artificis non eſt, quæ per ſe vilia ſunt, & ſordent, tam apte diſponere, vt cultui & ornamento ſint. hoc idiotiſmus præſtat, cum orator vulgaribus verbis & ſordidis adeo prudenter vtitur, vt in hac non incidiſſe, ſed vt neceſſaria adſciuiſſe videatur. Exempla exſtant apud Quinctilianum cap. 3. lib. 8. a Cicerone, aliisque auctoribus petita; quibus ipſam verborum humilitatem vim rebus aliquandiu adferre probat. Et Longinus περὶ ὕψους, ἔστιν, inquit, ὁ ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου παρὰ πολὺ ἐμφανιστικώτερον. ἐπιγινώσκεται γὰρ αὐτόθεν ἐκ τοῦ κοινοῦ βίου τὸ δὲ σύνηθες ἤδη πιστότερον.

Ib. v. 20. *Aruntius*] Emenda *Arruntius* per duplex *rr*, quemadmodum faſti & auctores Græci ſcribunt. Is eſt ſenator & conſularis, frequenter Tacito ſub imperio Tiberii dictus; quem diuitem, promptumque artibus egregiis, & pari fama publice Auguſtus dignum imperio, & auſurum, ſi caſus daretur, iudicauit: cuius etiam ſanctiſſimas artes alibi vocat idem auctor, interque eos recenſet Suilius qui incorrupta vita & facundia ad ſumma peruenerunt. Clarior tamen morte bene viſus euaſit, quam vide apud eundem Tacitum lib. 6. In quo fortaſſe etiam lib. 2. in Piſoniano iudicio *T. Arruntius* inter patronos a Piſone petitos pro L. male ſcribitur. Nam T. Arruntii oratoris nulla mentio exſtat, & excellentem oportet fuiſſe patronum, quem ante Aſinium Gallum & Marcellum Æſeroinum, vel Piſo petiit, vel Tacitus nominauit. Celebrem autem fuiſſe hanc Albucii fabulam in ſcholis, Quinctilianus auctor eſt cap. 2. lib. 9.

IN CONTROVERSIAM I.

Ib. v. 48. *Plura timus*) Sic veteres editiones, quod leui mutatione corrigi & emendari poteſt: *Plura tibi crimina pater.*

Ibid. v. 58. *Vt inter fratres*) Fortaſſe rectius, *vel inter fratres,* aut potius, *vel inter patres,* id eſt, vel a patribus; quorum intereſt filios obſequentes eſſe, vt omnis hac in re obſequens, & in fratrem crudelis, condemnabor.

Ib. v. 61. *In patris ſolo morari*] Vulgo hæc habetur lectio, quam edendam curauimus: veteres tamen editiones, *quidiu in primo ſolo morari,* repræſentant.

P. 414. v. 1. *Funerum eius pars non eſt*) Immo vero po-

narum pars esse videtur, vt qui naufragus & exul sit, cogatur etiam piraticam facere: quare vide ne delenda sit negatio.

Ibid. v. 26. *Habes, inquam, frater, si innocens es*) Andromacha, in Troade Tragœdia:

--- fata si miseros iuuant,
Habes salutem: fata si vitam negant,
Habes sepulcrum.

Ibid. v. 28. *Frater, inquit, en primus in domo parricidium facturus eram*) Melius acceperas erat hic locus, cuius partē ex Epitome restituimus. Quæ restant autem corrupta, fortasse lenius se habebunt, si legamus: *inuenis relictum etiam a naufragis nauigium.*

Ibidem v. 30. *Pater noster nauigauit*] Epit. *profectus pater serena die.*

Ibid. v. 61. *Quam eiecisti animam!*) Ita legunt veteres editiones; Romana vero, *quam effecisti animam.* neutra satisfacit, quare præstat locum asterisco notare.

Ibid v. 62. *Capietur iudex*] Fortasse, *capiatur iudex.*

P. 415 v. 10. *Animus meus durior est illius*] Quid si legamus, *animus huius durior est, illius clementior:* Et linea sequenti *putans me electum, ne alius occideret*, deleta interrogandi nota.

Ibid v. 29. *Pro bone Iupiter, Mithridatem quam non dubium*) Epit. *Mithridatem. Dii boni, quam non dubium*, &c.

Ibid. v. 38. *Illo damnatus erat*) Ex sequentibus liquet scribendū, *ille indemnatus erat.* Consilio enim dānatus pro condemnato nō habetur & apud Rhetores Græcos lex, qua filios occidere parentibus licet, ἀκρίτων νόμος dicitur. Sopater in διαιρέσεων opere, τρεῖς τις ἔχων παῖδας, τοὺς δύο ἀπέκτεινε τὸν ἀκρίτων νόμον ἀπεκτεινε. Calpurnius Flaccus decla. 24. *lege indemnatorum, interficiendum pater filium carnifici tradidit.* Itaque & apud Fortunatianum lib. 1. duobus locis scribendum conicio, *indemnatos liberos occidere liceat. tres filios lege indemnatorum*, id est ἀκρίτων νόμῳ, *occidit, vnus est vxori male tractationis.*

Ib. v. 53 *Hoc die*, Legendum, *hodie.*

Ibid. v. 54. *Patre populari capere*] Ita omnes editiones legunt, Romana excepta, quæ emendauit: *per quos necesse est populari patrem capere.* aptius fortasse legimus, *patriā populari, patrem capere.*

Ibidem v. 58. *Erga has quæstiones*) Lego, *in has quæstiones.*

P. 416. v. 10. *P. Asprenas & Albutius*] Veteres editiones, *P. Dsenas & Aloucius.* Ex quibus vestigiis scribendum colligo, *Passienus & Albucius.* Sequentia enim docent Passienum in nouercam aperte dicendum censuisse.

Ibid. v. 12. *Et pueri hic casu*) Vereor ne legendum sit, *& pars sensu.*

Ibidem v. 17. *Sine me tanquam*) Addenda est negatio, legendumque, *sine me non tanquam parricidam mori.* Absurdum enim pœnam in quam damnatus est, pro beneficio petere. Similis est supra, Albucii color: *Culeum mihi remitte, mori volo.* & quæ sequuntur.

Ibid v. 18. *Non tanquam frater essem*) Vide num scribēdum sit, *non tanquam frater esset huius consilii inuentor, dixit.* contrario nempe præcedenti, colore.

Ibid. v. 31. *Quid porro*) Ceteræ editiones habent, *Quid pater?* quod non improbo, maxime si legamus, *Quia pater, inquit. Ego si reus fuissem, ad te non misisset.*

Ib. v. 60. *Hominem Græcum*] Smyrnæus enim erat. B. Hieronymus in Eusebii Chronico: *Cestius Smyrnæus Rhetor Latine Romæ docuit.*

P. 417. v. 2. *Et omnia iudices*) Veteres editiones, *Et omnino iudices.*

Ibidem *Montanum Iulius*] Heroicis versibus, & elegis celebris poeta, atque etiam amicitia Tiberii, & frigore suo tempore notus. Seneca Philosophus Epist. 123. Ouidius Eleg. vlt. lib. 4. de Ponto:

Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

Cuius etiam mentio fit in fragmentis Senecæ Philosophi, quæ ante eius opera excudi curauimus.

Ibid v. 5 *At Virgilii imitationem*) Fortasse, *At Virgilii imitationem bene cessisse.* Porro optimi illi versus Varronis an Atacini, quod quibusdam videtur; an potius Romanorum doctissimi? quod magis puto. Nam cum Varronis simpliciter esse dixerit, intelligo eius esse qui celebrior & notior hoc nomine fuit.

IN CONTROVERSIAM II.

Ibid v. 13. POPILIVM *parricidii reum*) Plutarchus in vita Ciceronis, Appianus ἐμφυλ. lib. 4. Valerius Maximus cap. 3. lib. 5.

Ibidem v. 29. *Exemplum pertinet*] Epitome, *spectat exemplum.*

Ib. v. 31. *Parricida*] Fortasse, *parricida est.*

Ib. v. 37. *Quid tam commune est*] Locus insignis ad literam ex Ciceronis oratione pro Roscio Amerino exscriptus, de quo quid ipse senserit senex, vide eius Oratorem, & Quinctilianum cap. 6. lib. 12. Et sane mirum Cestium infensissimum Ciceroni, ab eo tamen hanc sententiam mutuatum. Porro ex Cicerone colligo loco horum, *parricida sic etiam inperisset*, legendum, *parricida hic etiam in caruisset.* Sequitur enim in ea Ciceronis oratione de parricidis, *Ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terram non tangant: ita iactantur fluctibus, vt numquam abluantur: ita postremo eiiciuntur, vt ne ad saxa mortui quidem conquiescant.*

Ibid. v. 46. *Quod amici Verri*) Legendum, *quod amici Verris.* Hoc enim ait: Ne in Ciceronem eius cliens crudelior sit quam amici Verris & Catilinæ ab eo damnatorum, proscriptum transi.

Ib. v. 62. *In carcere*] Epitome legit: *Cimber in carcere vidit imperatorem.* Valerius Maximus Marium in priuata domo clausum dicit: Appianus ἐν οἰκίᾳ ζοφώδει, ἐν σκοτεινῷ: Plutarchus ἐν μέρει τῷ οἰκήματος: Plinius vero iunior in carcerem coniectum. vt non multum intersit quomodo scribatur.

P. 418. v. 4. *Prætor iter a conspecta exulis*] Longe aliter Plutarchus de Sextilio Prætore Africæ in vita Marii.

Ibid. v. 11. *Turpe iudicium*) Fortasse rectius, *turpe iudicant.*

Ibid. v. 12. *Sed hi quoque*) Fortasse melius, *& hi quoque.*

Ibidem v. 22. *Sed quod patronum*] Recentiores editiones post hæc verba, *sed quod patronum*, addunt, *Naturale est autem, vt quod in nullo patrone fieri oportuit, indignius sit factum in Ciceronem patronum.* quæ tamen clausula a veteribus editionibus abest, & ab Erasmiana prima; & vereor ne postea male irrepserit in textum ex ora libri. Cum enim dixerit Latro Popilii crimen esse, non quod Ciceronem occiderit, sed quod patronum, studiosus qui hoc agitare voluit, fortasse ad marginem hanc clausulam addidit, quæ postea in textu recepta est. vt omittam non satis apte dictum illud *naturale esse*, quam ideo exclusimus.

Ib. v. 27. *Obiici non possint*) Videtur superflua negatio. Sequitur enim paulo post, *si potest quod ciuili bello actū est.*

Ibid. v. 42. *Scit mortem nec immaturam*) Catil. 4 & Philipp. 2.

Ib. v. 49. *Cui nihil negare poterat Respublica?*) Laberius apud Macrobium:

Etenim ipsi Dii negare cui nihil potuerunt,
Hominem me denegare quis posset pati?

Ibid. v. 50 *Respondit, sed me accusauit*] Fortasse melius, *respondit sed me accusauit.*

Ib. v. 59. *Hic color displicebat Passieno*) Quinctilianus cap. 2. lib. 4. de colore: *fingenda vero meminerimus quæ non cadant in testem.*

Ib v. 60 *Non tantum quod defendat non habet*) Vide ne delenda sit posterior negatio.

P. 419. v. 5. *Varius quidem minus*) Lego, *Varius Geminus.* Nec enim in hoc Gemini colore quidquam est quod conferri cum colore Hisponis possit, vt minus dixisse videatur. Hunc autem Varium Geminum, B. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum, sublimem oratorem vocat, cuius etiam dictum hoc laudat, *Qui non litigat, cælebs est.*

IN CONTROVERSIAM III.

Ibid. v 24. DIMITTAM *te*) Veteres editiones, *dimittam te te.* legēdum videtur, *dimittite, intelligens cui parauerim.*

Ib. v. 27. *Quid ergo, reus venit*] Veteres editiones, *quid ergo*

ergo mori reus vincet? vincet quia sordidatus. Fortasse. *Quid ergo mortuus reus viuet? Viuit, quia sordidatus assidebit pater.* vel, *quid ergo reus viuit? viuo quia sordidatus.* quod tamen mihi non satisfacit.

P. 420. v. 3. *Vt credatur etiam propter hoc venefica*) ratio M. Catonis iudicio, qui nullam adulteram nõ inde veneficam dixit. Quinctilianus cap. 11. lib. 5.

Ibid. v. 20 *Quæ apud eum melius essent dicta*) Aptius fortasse, *Quædam apud eum melius esse dicta*, &c.

Ibid. v. 22. *Quo aiebas vnum versum*] Lego, *quo aiebas vno versum*, &c.

Ibid. v 31. *Tale habeant: id quod Cicero*] Fortasse suppleri potest hic locus, si legamus *tale habeant, quale id quod Cicero in Laberium. Laberium D. Iulius*, &c. Quæ autem hic confusa erant, ex Epitome, & historia quę apud Macrobium lib. 2 legitur, suo loco reposui.

Ib. v. 42. *Mihi serua istum animum*] Ex coniectura lego, *mihi serue istum animum: faciam quod voles.* &c. vel, *mihi serua istum animum: faciam quod voles*, &c. id est permitte me meo arbitrio mori. absolutus, quod cupis, moriar.

IN CONTROVERSIAM IV.

Ibid. v. 56. DEDVCITE *filium. itaq; tene*] Quid si legamus, *Deduc me fili.*

P. 421. v 6 *Patri quid timeo, si eū apud piratas relinquo?*) Absunt a veteribus editionibus, & prima Frobeniana.

Ib v. 9 *Et tanquam quæreret, dixit*) Videtur hoc postremum vocabulum non suo loco positum, legendumque: *& tanquam quæreret virum ad redimendum potius captum patrem filius ire deberet, an ad alendum cæcam matrem subsistere, dixit. Et sic.*

Ibidem v. 12. *Ne patri quidem vtile: vtiq; si sciat*] At patris scientia non efficeret, vt quod ei alias vtile esset, inutile redderetur. Veteres editiones legunt, *ne patri quidem velle. vtiq; si sciat.* rectius igitur legemus, *ne patrem quidem velle, vtiq; si sciat.* &c. quod planum est.

Ib. v. 40. *Caluus, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu*] C. Licinius Caluus C. Licinii Macri, vt ex Valerio Maximo didicimus, filius, magni nominis orator fuit, adeo vt quidam non dubitarint cum cunctis præponere: quod eo mirum magis, quia certum est circa tricesimum ætatis annum vita defunctum. Natus est C. Mario & Cn. Carbone III. Coss. inquit Plinius: & Cicero Epist vlt. lib. 15. Epistolarum ad Consules, & alios de eo, vt qui iam vixerat, loquitur: quam tamen constat missam Cæsare II. & Seruilio Isaurico Coss. id est, XXXIV. anno post natum Caluum. vt præproperatam mortem ei iniuriam fecisse non dubium sit. Quinctilianus ei orationis sanctitatem, & iudicium, Cicero præter iudicium, doctrinam & elegantiam tribuit, nimiam tamen religionem in oratione in eo reprehendit. Constat sane nullum insigne fere iudicium extitisse, dum in foro viguit, cuius non pars ipse aut cum Cicerone, aut in Ciceronem fuerit. Quod attinet ad hæc tria iudicia, quorum hic mentio est; Vatinium accusauit Caluus, frequenti, inquit Tacitus, totius ciuitatis concursu, vereor ne semel atque iterum. Plures enim accusationes Calui in Vatinium idem auctor laudat: In quibus illa egregia dicta fuit sententia, *Factum esse ambitum omnes scitis, & vos hoc scire omnes sciunt.* L. Seneca Epist. 94. Vatinio in vtraque causa Cicero adfuit C. Catonem, & Messium cum Caluo tuitus est Cicero, accusauit Asinius Pollio. Meminit etiam Tacitus orationis Calui in Drusum, quem Cicero a se defensum ad Atticum scribit. Hæc ex Cicerone de claris orat. epist. 15. & 16. lib. 4. ad Atticum, Valerio Maximo cap. 2. lib. 4. & 12. lib. 9. Asconio in orationē pro Scauro, Plinio cap. 49. lib. 7. Quinctiliano cap 1. & 2. lib. 10. & 10. lib. 12. & Tacito de oratoribus colligere licet.

Ib. v. 42. *Vatinius reus*] Vatinium accusauit Caluus paulo maior XX annis. Tacitus de orat. & Quinctilianus c. 6 lib. 12. In qua actione Calui idem auctor c. 4. lib. 6. refert, cū reus candido frontē sudario tergeret, idq; ipsum accusator in inuidiam vocaret, facetissime Vatinium respondisse *Quamuis reus sum, & panem candidum edo.*

Ib v. 44. *In fouea*] Veteres editiones, *in fuera* legunt, quod nihili est vocabulum ex quo Erasmus *in forte* fecit, quam lectionem ceteræ secutæ sunt editiones.

Ib. v. 45. *Paruulus statura*] & admodum iuuenis. Vnde festiuissime Salaputtum dictus est. de quo vocabulo vide quæ litteratorum princeps Scaliger in Catullum & Virgilii Catalecta scripsit: Post asellum enim diaria non præbeo.

Ibid. v. 48. *Solebat præterea excedere subsellia sua*] In eiusmodi oratores vrbane Cassius Seuerus lineam poposcit. Quinctilianus cap. vltimo lib 11.

Ib. v. 49. *Quamuis ioca sint*] Fortasse, *iocosa sint* quamuis & edita ferri possit. Porro non solum ingentis animi, sed & amarissimi fuerunt: quale est præter distichon infra positum in Pompeium illud fragmentum apud Suetonium in Cæsarem,

--- Bithynia quicquid,
Et pedicator Cæsaris vnquam habuit.

& Hipponacteum carmen, de quo Cicero epist. 25. lib. 7. Epistolarum ad Marium. Quemadmodum igitur summus orator, ita optimus fuit Epigrammatum scriptor: vt Gellius cap 9. lib. 11. & Plinius iunior epist. 26 lib. 5. non dubitarint eum in æquo cum Catullo ponere: cuius etiam versum ex Hendecasyllabis adducit idem Gellius cap. 12. lib 7. Pedianus ad Ciceronis orationem in Anton. & Catilinā, elegantis Hendecasyllabi a Caluo compositi in Curionem meminit. idem Plinius epist 3. lib. 6. inter eos illum recenset, qui & dignitate ornati, & moribus tetri, iocosa nih lominus & amatoria scripserunt.

Ib. v. 51. *Fasciola qui crura ligat*] Mendacissimum hoc distichon ex Catalectis veterum Poetarum eiusdem Scaliger suppleuit & emendauit de cuius recta dispunctione sponsor erit Plutarchus, qui Pompeio mollitiem a Claudio obiectam scriptum reliquit, cum redempta perditorum hominum multitudine, ipse Claudius ex eminenti loco quæreret, τίς ἐστιν αὐτοκράτωρ ἀκόλαστος; τίς ἀνὴρ ἄνδρα ζητεῖ; τίς ἑνὶ δακτύλῳ κνᾶται τὴν κεφαλήν; illi vero in modum chori alternis cantoris, ad singula responderent, Πομπήϊος.

Ib. v. 57. *Nescio rhetor an seratos esses*] Quidam legendum coniiciunt, *an orator esses*: in qua lectione summam illam venustatem Euctemonis non video. quare præstat locum deponere.

Ib. v. 62. *Lacrymæ matri desunt*] Eadem tamen sententia visus est auctor Thebaidos tragœdiæ, in qua cæcus Oedipus hæc loquitur,

Lacrymæ supererant: has quoq; eripui mihi.

nisi quis dicat magni interesse, verum quis erutos an extinctos oculos habeat: quod verum est.

P. 422. v. 3. *Alter quo regat non habet*] Lege, *quo reges non habet.* operarum est lapsus.

IN CONTROVERSIAM V.

Ib. v. 33. *Memento enim de homicida quæri*] Deesse videtur negatio, legendumque, *non quæri.* Non enim hic de homicida tantum quęritur, sed de parricidio. De parricidio autem non æque facile creditur ac homicidio. Cicero pro Roscio Amerino in hoc totus est. Sic infra in præfatione libri 10. *Omnes*, inquit, *vsq; ad vltimum timorem perducta, vt non extra sanitatem, sed extra naturam essent* id est, non tantum extra sanitatem, sed etiam, &c.

Ib. v. 43. *Non miror si nescis*] Cicero in eadem oratione, *Si tibi fortuna non dedit vt certo patre nascerere, ex quo intelligere posses qui animus patrius in liberos esset: at natura certe dedit, vt humanitatis non parum haberes.*

Ib. v. 45. *Ne cum tutore queat conuenire*] Fortasse legendum, *ne cum procuratore queat conuenire.* Tutoris enim nulla hic mentio.

Ibid. v. 48. *Bonos habeo testes*] Veteres editiones, *bonis habeo pro testes.*

Ib. v. 58. *Quam difficile est filio*] Aliquantulo rectius fortasse, *tam difficile est filio patrem vulnerare, quam, &c.*

Ib. v. 60. *Vtrum non habui potestatem?*] Locus hic confusus est, qui aliquanto melius se habere videbitur, si legamus, *vtrum non habui potestatem, vel nolui te occidere? atqui vulnerata es.* potui igitur te occidere. Alterum autem enthymematis membrum, vel intercidit, vel ideo omissum, quia nulla ratio est, cur nouercam infestam & adulterii suspectam priuignos occidere noluerit.

P. 423. v. 24 *Quid causa sua se agi vel misit*] Quid si scri-

batur? *quod amica sua sanguinem misit.* vocis enim sanguinis in obscænis vsus est infra hac controuersia, *Facit, quod facere solet: pro amatore sanguinem suo non parcit.* Petronius *Nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine extinxeris.* Iuuenalis Satyra 1. *Accipiat sane mercedem sanguinis.* nempe ex medicorum doctrina, non Aristotelis.

Ibidem v.36. *A colonia Narbonensi*] Vnde ipse erat. Martialis lib. 8.

Quem pulcherrima iam redire Narbo,
Docti patria Narbo Votieni,
Ad leges iubet.

Et B. Hieronymus in Eusebii Chronico. *Votienus Montanus Narbonensis orator in Balearibus insulis moritur, illuc a Tiberio relegatus.* Et hæc ad annum Tiberii XIIII. retulit B. Hieronymus. Tacitus autem biennio ante, Cornelio Cosso & Asinio Agrippa Coss. eundem Votienum cognitione habita ob contumelias in principem dictas pœnis maiestatis adfectum lib Annal. IIII. notauit. quod ad deportationem cum publicatione bonorum refero. Ita illa immanis bellua omnium insignium virorum, qui felix Augusti imperium doctrina & eruditione illustrarunt, exitio fuit.

Ibid. v.37. *At Montanus adeo toto animo scholasticus*) Vel omnia fallunt, vel hoc dicit, Montanum adeo scholasticum fuisse, vt cum accusatori Vinicio responderet, sententias ab eo in accusatione dictas in suam actionem tam aperte transferret, vt recte Surdinus dixerit videri accusatoris partem declamasse. Scholasticum enim vitium est, cum imitari studueris, eadem dicere. Quod si verum est, videretur non incommode legi posse, *at Montanus adeo toto animo scholasticus erat, vt eodem die quo accusatus a Vinicio decertauerit: in suam actionem Vinicii sententias referret. Eleganter illud dixit.* nisi fortasse hæc ἀνεπίφωτα dicta sint, qualia apud auctores non pauca deprehendimus.

Procurator natus es) Hæc est lectio veterum editionum. Ceteræ, *procuratori natus es*, vel *procuratore natus es*, corrupte. Nam si scriptum esset, *procuratore natus es*, Cestius contra præceptum faceret, quo iubet puero parcendum: nec procuratori natus dici potest, qui eius malo natus est. quod si conicere licet, potius censerem legendum, *procuratore natus non es.*

IN CONTROVERSIAM VI.

P.424. v 60. *Putasti autem te per tyrannum*] Vide ne legendum sit, *putasse aut semper tyrannum victurum.*

Ibid. v.61 *Raptus tyrannus*] Lego *felicissime videbuntur quibus contigerit raptus Tyranni*, id est, a tyranno rapi. sic supra, *O te, soror, miseram, quod ista non sub tyranno passa es.*

P.426. v.3. *Quod habeo, dixit illa fide. Inde factum liberti laudaui*] Locus a me depositus, quem malui bona fide ex veteribus editionibus edere, quam vt interpolatus est in ceteris. quæ ita legunt: *quam eo magis desidero quod habeo, deinde fide factum liberti.* nihilo certe sanius, imo si quo deterius, quod locum nihilo integriorem reddit, & ad sanitatem vestigia perturbat, & confundit.

Ib. v.9. *Facilius potuit. Non vitiaui*] Sabinus pro patre colorem ex suæ fortunæ tenuitate sumpsit, se pauperem, nulloque vnquam in numero habitum; vt non difficile fuerit seruo in domo non notabili & inobseruata, edicto tyranni non parere, virginemque filiam conseruare; extincto autem tyranno, se de collocanda filia cogitasse, cui ingenui hominis conditionem re exigua inuenire non potuit, libertini quærenda fuit; nec vllum alium extitisse, cuius exploratiores haberet mores, quam serui a se manumissi, quem ideo ceteris prætulerit. hæc ait. quæ tamen loco corrupto non satis expressa sunt, nisi manus ei adhibeatur. Vide igitur ne ita legi debeat: Et *ideo inquit, facilius potuit non vitiare: quia nemo in domum nostram oculos dirigebat, nec fueram inuenturus facile, cui collocarem: quærendus mihi erat gener aliquis libertinus.* & linea sequenti, *scio me meam filiam apud hunc tuto relicturum.*

Ib. v.18. *Fortuna mea publico parta detracta*) Lego, *fortuna mea publico par. detracta omnis inuidia est.*

Ib v.38. *Transite serui, transite liberi*) Epitome, *Conuenite serui, conuenite liberi.*

IN CONTROVERSIAM VII.

P.427. v.44. *Negant illam esse proditionem*) Melius fortasse, *negauit vllam esse proditionem.*

P.428. v.13. *Agitata re, comperisse dixit*) Veteres editiones, *agitatur re*: ceteræ, *agitatur re comperisse. ἰδὲ γράφε.*

Ib. v.14. *Erat autem ex fermentoribus totus*] Quod coloris genus sua facilitate auctoritatem perdidisse dicit Quinctilianus.

IN CONTROVERSIAM VIII.

P.429. v.53. *Agebatur apud iudices*) Hæc corrupta esse nemo est qui non videat. nec enim proximo iudicio agi potuit vtrum raptæ deberet esse optio, quam ei lex tribuit: sed an quæ educta fuerat, & ex lege raptarum optauerat, rapta fuisset. nam nisi rapta fuerit, ius optandi non habet. negabat autem raptam fuisse reus. Quare si quid audaciuscule tentare liceat, lubenter scriberem: *Raptor ait, agebatur apud iudices verum rapta esset optio: iudicatum rapta esse, rapta sit. Non, inquit puella: quæsitum est enim, &c.* quare cum ait actum esse vtrum raptæ esset optio, id est, vtrumqua optauerat, rapta fuisset, vt ei optandi ius fuerit.

P.430. v 6. *Nec Varium Geminum confitentem se non rapuisse*) At hoc negare est, & tamen supra Varius Geminus fassus est se rapuisse. remouenda igitur negatio, legendumque, *confitentem se rapuisse.* quæ autem deinde sequuntur, mutila sunt.

Ib. v 17. *Se non velle ducere vxorem*) In editione Romana negationem abstulerunt. Fortasse leuior erit mutatio, & aptior lectio, si legamus, *se nõ nolle vxorem ducere.*

IN LIBRVM OCTAVVM CONTROVERSIARVM.

Ib. v.12 Et hic liber octauus controuersiarum deest: in cuius vicem hæc excerpta cedunt, in quibus nihil est quod lectorem remoretur.

IN PRÆFATIONEM LIBRI NONI CONTROVERSIARVM.

P.433. v.8. *Vt ne exercitatus quidem*) Quid si, *vt ne exercitationis quidem declamauerit*, legamus?

Ib. v 10. *Qui declamationem parat*] Corruptam illam declamandi rationem eleganter expresserunt Petronius Arbiter initio suorum fragmentorum, Quinctilianus ca. 11. lib.2. & cap 5. lib.10. in quo etiam Porcii exemplum, quod hic narratur, recitat: item Tacitus dialogo de oratoribus, & Plinius epist 14. lib.2. Miror tamen cur Plinius dixerit illam corruptionem a Licinio Largo originem sumpsisse. qui sub Claudio vixit, quo tempore in foro viguit Domitius Afer: cum ex his libris appareat sub Augusto & populũ admisisse declamatores, & a puritate illa quæ sub Cicerone fuit, iam tum illud studium plurimũ deflexisse.

Ibidem v 17. *Laudantibus crebra*) Declamantibus enim ad finem cuiusque clausulæ ab auditoribus vt plurimum vel recta cœna, vel sportula redemptis acclamabatur, EVGE, BELLE, O HOMINEM LITTERATVM, EET, SOPHOS: nec declamantibus solum, verum etiam recitantibus sua scripta, atque orantibus in foro patronis, sed his parcius & modestius. vt præter auctores proxime præcedenti oratione a nobis memoratos probant Horatius epist 19 lib. 1 Persius Satyra 1 Martialis lib. 1. & 8 & L. Seneca epist 89. Insignis eius rei locus apud Tertullianum contra Valentinianos. *In istis, scribit ille, Carthaginensibus suis rigidissimus Rhetor Latinus Phosphorus nomine: cum virum fortem perorarent, Venio inquit, ad vos, optimi ciues, de prælio cum victoria mea, cum felicitate vestra, amplatus, gloriosus, fortunatus, maximus, triumphalis & Scholastici statim familia Phosphori, φεῦ acclamant.*

Ibid. v.26 *Non est autem vtilis exercitatio*] Ita Quinctilianus declamationibus ad veritatem accommodatis adolescentem exerceri præcipit, subditque: *iam causas vel easdem quas agi audierit, stilo & ipse componat. vel alias veras modo & vtrumque tractet: & quod in gladiatoribus fieri videmus, retiarius exerceatur, vt fecisse Brutũ diximus pro Milone.* Quid sit retiarius exerceri, vt hanc mendã

eximam, quemadmodum Brutus pro Milone fecit, nemo credo dicet. Nam quod hoc loco de retiariis & mirmillonibus narrant, *accordionem* est. corruptum locum docet vetera exemplaria, quæ *derectoriis*, vel *de rhetoricis*, scriptũ exhibent. Melius fortasse legemus, *decretoriis exerceatur*, id est; feris, & ad verum certamen aptis; quibus lusoria arma opponuntur L. Seneca epist. 117. *Remoue ista lusoria arma: decretoriis opus est*. Idem illud vocabulum apud eundem Quinctilianum cap. 5. lib. 6. corruptum extat, quo loci hæc habentur, *pugnamq; illam decertatoriam imperitus ac pullata turba relinquunt*. Legendum enim, vt in manuscriptis, & antiquis editionibus, *decretoriam illam pugnam*, id est, veram & seriam.

Ibidem v. 38. *Lepidus vir egregius*] M. Lepidum accipio præceptorem Neronis Drusi, quem in præfat. lib. 10 cum Scauro declamasse, & C. Tacitus lib. 2. Cn. Pisonis cædis Germanici reo adfuisse tradunt.

IN CONTROVERSIAM I.

Ibidem v. 43 MILTIADES *peculatus damnatus*] Contra historiam hoc thema: Callias enim Cimonem a Repub. redemit non data ei filia, sed eius accepta sorore Elpinice Plutarchus & Probus.

Ib v. 56 *Ne feliciter*] Veteres editiones repræsentant sequentem lectionem, *nec licet qua liceor quidem*.

Ib. v 60 *Cynegyrus*) Scribe, *Cynægirus*, Græce *Κυναίγειρος*, de quo Herodotus lib. 6.

P. 434. v. 4. *Vis diuitias tuas abscondero*] Suspicor mendum esse in verbo *abscondero*, legendumque, *ostendere*, vel ostentare. videtur enim hoc dicere: ita tu mihi diuitias, quas cum filia dedisti, ostentas & imputas, euo nulla re quam paupertate clarior sim. Nihil assero.

Ib. v. 57. *An teneatur is qui beneficium accepit, quod non petiuit*) Id est, quod is qui dedit sua, non eius cui dedit, causa contulit. Nam qui beneficium non petenti dedit, eius tamen cui dedit causa, duplici nomine eum obstringit, nẽpe quia accepit, & quia rogandi necessitate liberauit. De hac autem quæstione & illa quæ a Bintidio insra mota est. L. Seneca cap. 12 & sequentib lib. 6. de beneficiis.

Ibid. v. 58. *Dedisti illud sectationi tuæ*] Hoc est quod L. Seneca dicit, *morbo suo morem gessit, ambitioni dedit*.

P. 435. v. 22. *Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam*] Hæc Græca ab optimo P. Pithoei codice suppleuimus, quæ etiam Lud. Carrio in doctis suis & laboriosis lectionib. antiquis suos codices ex parte habuisse notauit: frustra tamen in iis quæ Thucydidis supersunt, quæretur. vt *ἀμνήμονος* prodigiosæ memoriæ senis videatur. Apud Demosthenem extant duobus locis, nempe Olynth. 2. & in orat ad epist. Philippi: nisi quod in hac loco horum verborum, *τὸ ἐγρηγορέναι ἀμνημονοῦντας*, habetur *τὰς ἀμνηστίας αἰεὶ τοῦ αἰσθάνεσθαι*. in illa vero, *τὸ τοιαῦτα ἐσιδεῖν*. Et fortasse a Thucydide præclaram sententiam ex quodam opere quod intercideritt, sumptã pauculis immutatis, mutuari summus oratorum potuit. Sallustii autem sententia in Matet Lepidi oratione inter fragmenta Sallustiana reperietur. Nec enim verisimile est Liuium tentasse Sallustium cum Demosthene componere, a quo vt studio, ita dicendi genere toto cœlo distat: aut in insigni fabula tam crasse impegisse Senecam, vt pro Thucydidis loco a Liuio collato locum Demosthenis sumpserit. Reliqua quæ in huius controuersiæ fine Græca sunt, a Vialattio accepimus.

IN CONTROVERSIAM II.

Ib. v. 45 *Flamininus Prætor*) Ex historia petitum thema prout narratur a Valerio Antiate apud Liuium, & Valerio Maximo. Ceteri enim longe aliter factum exponunt: omnes tamen Proconsulem fuisse, non Prætorem, conueniunt. nisi ex notis hic sit natus error. vide Ciceronem de Senectute, Liuium lib. 39. & Plutarchum in M. Catonis & T. Flaminii vitis.

P. 436. v. 3. *Cui tecum sit credendum?*) Fortasse melius, *Quis enim ex illo conuiuio fuit tecum, cui sit credendum?*

Ib. 14. *Alio quam Flaminio Prætore*] Hæc officere rectitudini orationis videtur, quibus reiectis in lineam tertiam constabit sensus.

Ibid. v. 16 *Nunquam vidi. Adiice si vis*) Hic insero quæ notatione proxima delenda duxi, & lego, *Adiice si vis, nec alio Prætore quam Flaminino videro possum*.

Ib. v. 54. *An quod quis in magistratu peccauit. proles*] Hæc immutarunt in editione Romana postrema, edideruntque, *An quod quis in magistratu peccauit Procos. vindicari possit maiestatis lege reus*. Quæ lectio tanto deterior est, quanto a veteri quam repręsentauimus, longius abest. Vbique enim pręrorem, non Proconsulem vocat. Si licet aliquid audaciuscule tentare, legendum censerem: *An quicquid in magistratu peccauit Prætor, vindicari possit maiestatis lege? Reus enim cum tueri se facile non potest, ad illud confugit, & dicit se hac lege non teneri*.

P. 437. v. 8. *Quod Proconsul maiestatis publica*) In controuersiis quęstiones ex quęstionibus nascuntur. Supra quęstionem exsecutus est, an quicquid in magistratu quis peccat, lege maiestatis vindicandum sit, conclusitque id tantum hac lege vindicandum, quod pręrextu maiestatis publicę admissum est. quærendum igitur nunc venit an hoc factum prætextu maiestatis sit admissum. quod faciet, si legamus: *Deinde si potest vindicari maiestatis lege id quod prætextu maiestatis, & iure, & apparatus peccauit, an hoc possit*. nec puto de hac lectione quenquam controuersiam facturum.

Ibidem v. 16 *Non tamen si quid in aliquo est mali*) Ceterę editiones habent, *non tamen si cum aliquo imitatum est malo*, corrupte.

Ib. v 36. *Diligentiam excutiatis*) Coniicio legendum, *cum ellis conflitoris abstinentia, diligentia, excutiatis quomodo vna nocte cenauerit*.

Ibidem, *Vtrum tamen, iniquis, iniquis est*] Videtur legendum, *vtrum tamen, iniquis, iniquius est. Obtinuit quod damnatus poterit meretrix: postulant Prætorem perire damnato*.

Ib. v. 52. *Animaduerto meretrix*] Verba sunt Pręroris meretricem attentam ad supplicium reddentis, vulgataqs formula lictorem percutere iubentis. Magistratus enim cũ occidere imperabat, LEGE AGERE iubebat, atrocitatem facti verbo mitiore temperans. Aliquando tamen legendũ putaui. *Animaduertere meretrix iubet*, LEGE AGE. vt velit dicere meretricem officio Pręroris functam. Quod nos admonet, vt de ea re locum lib. 1. de Ira; a multis varie versatum hic adponamus, quemadmodum rectissime habetur in Gryphiana editione, si particulam &, quę in illa vacat, deleamus. Is sic se habet: *Itaq; si peruersa induenda magistratus vestis, & conuocanda classico concio est, procedam in tribunal e non furens, non infestus, sed vultu leni, & magis grauem quam rabida voce, illa solennia verba concipiam, & lege age iubebo*. quemadmodum etiã Liuius lib. 26. scribit, *præconi imperauit, vt lictores lege agere iuberet*. quod editionem Gryphianam confirmat.

Ib. v. 54. *Attrectationem violentissimam fregit*) Attrectationis vocabulum hoc loco frustra esse existimo, suspicorque legendum, *in qua solebat schemata tractationem violentissimam fregit*, vt supra controuersia 5. lib. 4. Albucũ dixit solitum in figuras controuersiam diuidere. quod in toto faciebat Albucius, id in parte fecit Argentarius.

Ibid. v. 60. *Quemcunq; audire declamantem*) Sequentia probant legendum esse: *quenquam audire declamantem*.

Ib. v. 62. *Nec vlli alii contigisse suo*] Fortasse, *contigisse scio*.

P. 438. v. 15. *Ad supplicium aduocari*] Vel reponendum, vel potius subaudiendum vocabulum *concionem*. Classico enim aduocabatur concio. Tacitus lib. 2. de P. Martio, & L. Seneca.

IN CONTROVERSIAM III.

Ib. v. 47. *Si alterum non abstuleris*) Veteres editiones habent, *si alterum non abstulerim: non habebo*. nulla sine mendo.

Ib. v. 55. *Non cum educatore*) Fortasse, *non pro educatore facta est*.

P. 439. v. 11. *Iste eligat*) In excerptis, *iste electurus est*, habetur.

Ib. v. 18. *In re vis aut necessitas sit*] Legendũ puto, *An in re vis & necessitas sit*. Succedit enim haec quęstio: *An si est in re vis & necessitas*, &c. quę posterior quęstio a Diocletia-

nu & Maximiano Imperatoribus in venditione, & pignore rei familiaris necessitate contractis, deciditur in codice Iustinianeo.

Ibid. v. 34. *Et ad exenterandum*) Lego, *& ad exorandum se venisset.*

Ibid v. 51. *Dono quod indicauerim*] Videtur scribēdum, *damno quod indicauerim.*

Ibid. v. 55. *Cestri simeus est*) Ceteræ editiones habent, *certissimus meus est.* ex quibus vocabulis *Cestri simeus est* effeceram. quam coniecturam mihi deinde confirmarunt Græca hæc P. Chiaconii quæ proasma subiiciuntur, *κεστρίνος μου*. & Romana editio, in qua *Castesimeus est* vno vocabulo reposuerunt. Nec dubitani id præferre & in textum admittere, quod vetustæ lectioni propius accederet.

P. 440. v. 3. *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν*] Græca Chiaconii habent, *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν φαίης πολεμίζειν.* nos tamen maluimus sequi vestigia optimi codicis Pithœani, quæ hunc versum repræsentant, & vulgatum Homeri textum, in quo ita habetur Iliados 1.

Ibid. v. 5. *Male καὶ κακῶς*) Insignis locus ex optimo P. Pithœi codice restitutus, ex quo solo vel vrbanitatem Cassii dignoscere possumus.

IN CONTROVERSIAM IV.

Ibid. v. 22. PRAACIDUNTUR *tyrannicida manus*) Aliquanto fortasse melius, *Præciduntur tyrannicidæ manus?* vel, *præcidetis tyrannicidæ manus?* Veteres tamen editiones totum hunc locum longe aliter exprimunt, quæ sic habent, *præcidetis tyrannicidæ manus? quid hoc est? inter tyrannos iacet præcisa tyrannicidæ manus arce prodita no vindicem filium.* Ex cuius corruptæ lectionis vestigiis, hæc quam habemus lectio expressa est.

Ib. v. 49. *Ille quoq; mihi pepercisset*) Deesse negationem existimo. vult enim dicere filium, qui se præcipitauit, patri non parciturum fuisse quin cecidisset, si & ipse vnicus fuisset, id est, nisi fratrem habuisset, cui patrem relinqueret. Quare non mirum, si is qui solus remanserat, ceciderit. Tyranno enim patrem relicturus fuerat. Qui sensus vt effici possit, legendum est, *Ille quoque mihi non pepercisset.*

P. 441. v. 13. *An non quisquis*] Quę deinceps sequuntur, diuisionis esse apparet. cuius in veteribus editionibus in hac controuersia nulla est distinctio. qua ratione hic quędam deesse, locumque asteriscis notandum duco.

Ibid. v 20. *Cecidit patrem, non pulsauit*] Vide ne legendum sit, *aut pulsauit.* vel *non pulsauit.* id est, non tantum pulsauit, vt aliis locis notauimus.

Ib. v. 50. *Et cum descripsisset*) Sanior fortasse erit locus, si ita legamus: *Et cum descripsisset cicatrices patris, deformem adhuc faciem, dixit: Ab vtroq;* &c.

Ib. v. 52 *Moriere si cecideris*) Videtur legendum, *ni recideris:* vt sint verba tyranni comminantis.

P. 442. v. 11. *Quot accepisset*) Fortasse, *quod accepisset.*

Ib. v. 13. *Domitium nobilissimum virum*) Auumne Neronis, quem arrogantem & profusum in Nerone fuisse dicit Suetonius, an patrem?

Ibid. v. 15. *Πρῶτος κολυμβᾶν*) A P. Chiaconio sunt hęc Gręca. Pueri autem prius litteras, deinde nare discebant: quod & Augustum suos liberos docuisse ait Suetonius: vnde prouerbium, *μηδὲ νεῖν, μηδὲ γράμματα.* At Syriacus contra fecisse Domitium ludebat, qui prius thermas ædificauerat, quarum pars *κολυμβήθρα*, ceu piscina natationi apta erat, deinde Rhetoras sectabatur.

Ib. v. 24. *Cum mattea*) Mattea, siue Mattya, aut Matteola: ita enim per *tt* duplex potius quam per *e* & *t* scribēdum hoc vocabulum docent origo Gręca, & manuscripti libri: genus esse cibi delicatissimi docet Athenęus lib. 14. Vnde pro cibo quocunque exquisito sumitur, vel apud Latinos Martialis lib 13.

Inter aues turdus, si quis me iudice certet;
Inter quadrupedes mattya prima lepus.

sic enim hoc distichon legendum monuerunt docti viri. & *ματτυάζειν* pro delicate viuere. Eadem fortasse ratione Sabinus hic Turdum *ματτυάζοντα*, Matteam dicit. vel potius obscęnius quid latet, & quemadmodum Terentianus miles speciosum adulescentē leporē, ita Sabinus Turdum Matteam vocat. supra enim inter infames fuisse dictū est.

Ibid. v. 41. *Sed initium*] Ceterę editiones, *sed in iu esse tyrannicida consilium.* Ex quibus efficio, *sed iniisse tyrannicidii consilium, vt per hoc,* &c.

IN CONTROVERSIAM V.

P. 443. v. 5. *Mitte præconem*) Rectius fortasse, *Mitto præconem, adiice illi omnia insignia: Hic puer matrem perdidit, fratres amisit, nouercam habet: affirmo tibi non indicabit quisquis sauerit.* Alludit autem ad formulam pręconiorum, quibus res perditę conquirebantur, additis notis quibus dignoscerentur. Moschus *εἰδυλλ.* *α.* in Amoris fugitiui præconio:

Ἐν δ' ὁ ποῖς σαμείοισι μεταπρέπει ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.
Χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος. ὄμματα δ' αὐτῶ
Δριμύλα καὶ φλογόεντα.

Ibid. v. 23. *Quæ facta dicitur*) Lego, *cui facta dicitur:* & linea sequenti, *cum latrones aliquem osciderent,* &c.

Ib. v. 32. *Quid tibi cum illo*] Emendatior fortasse erit locus, si scribas, *quid tibi cum ille? qui intestati heres futurus sit.* vel propius ad corruptæ scripturę vestigia: *Quid tibi cum illo? qui intestati suus heres futurus sit?* quamuis tamen ex filia nepos auo non suus heres sit. Sed exacta illa vocabulorum iuris significatio in scholis non obseruabatur.

Ibid v. 62. *Timuisse se de puero. Frustra*] Vide ne legendum sit, *timuisse se de puero: nec frustra, inquit: duos enim,* & cętera.

P. 444. v. 31. *Τῶν τὸ παιδίον*) Hęc Gręca, & quę deinceps in his libris adiecimus, a Chiaconio sunt.

IN CONTROVERSIAM VI.

Ib. v. 59. *Vbi grauissime mihi nocere posset, ostendit*) Vide num aptius sit, *offendit.*

P. 445. v. 9 *Voret hac aliquis matrem*) Immo filiam. Nā mater vincta aderat. Quare lego, *Voret hanc aliquis. Matrem quid expauisti puella?*

Ibid. v. 19. *Hac mea scelera*] Aliquanto rectius: *Huc mea scelera reciderunt, vt parricidium puellare sit?* cum interrogandi nota.

Ib. v. 30. *Totius populi habitum*) Quid si *gemitum* legas?

Ib. v. 46. *In qua torta credibile*] Videtur vox *torta* huic loco obesse, legendumque, *In qua credibile scelus illud quidem, sed intolerabile esset. Induxerat,* &c. cęteris deletis.

P. 446. v. 3. *Non posse? Vsq; in exilium*) Aliquot vocabula desunt, vt huius loci fulciatur sententia. Vult enim dicere sententiam Haterii ideo ineptam, quia omnes licet in exilium mitti dicantur, tamen seruntur, deportandiq; locantur. Per exilium enim deportationem intelligit, quę veneficis irrogabatur, quemadmodum apud Ouidiū:

Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

id est, non deportatus. Quare puella rea non magis in exilium portanda est quam ceteri exules. Quod si, inquit, intelligit penitus per ętatem ambulare nō posse, eo ineptior est sententia, quod in tantula ætate veneficium ne suspicari quidem potest. Si autem intelligit ambulare quidem posse, sed non vsque ad exilii locum, nec mater eius posset. Solent enim in longinquas & extremas insulas deportari, vt in Gyaras, Seriphum, Oasin. Quare parua adiectione videtur legendum: *Quid enim intelligi vult hac sententia, nisi ex toto puellam ambulare non posse? Nam si vsq; in exilium, verum est: sed nec mater eius potuisset.* Repetendum autem *ἀπὸ κοινοῦ* post hæc verba, *Nam si vsq; in exilium*, intelligi vult puellam ambulare non posse.

Ib. v. 20. *Quid ergo? mentita est, qua nihil lamentabatur*) Veterum editionum hęc est lectio *qua nihil lamentaretur de accusatoris sui filia* cuius vestigia sequens scribendum conicio: *Quid ergo? mētita est? quid ni illa mentiretur de accusatoris sui filia?* quod maxime cum Gręcis, quę paulo ante habentur, congruit.

Ib. v. 24. *Mortuo fratre ac matre non fleuit*] Etiam hoc loco aliquid deesse iudico. Probabile enim est Blandum voluisse dicere, matrem apud se dixisse se filiam nominaturam, quia patri accusanti adfuerit, mortuo fratre fleuerit, accusata matre non fleuerit: legendumque esse, *Nominabo istam quæ patri affuit, istam quæ mortuo fratre fleuit, accusata matre non fleuit.*

IN PRÆ-

IN PRÆFATIONEM LIBRI DECIMI CONTROVERSIARVM.

P.447.v.16.*L. Asprenas*) Fortasse, P. frater.

Ibidem, *Quinctilianus*] Anne is M. Fabii Quinctiliani Rhetoris, cuius elegantissimi & doctissimi oratoriarum institutionum libri frequentantur? Non puto. Is enim patris sui declamatoris mentionem facit, nullam aui. Quemadmodum etiam non existimo quæ Quinctiliani vulgatæ sunt CXLV. ex maiore numero superstites declamationes, huius esse Quinctiliani, de quo quærimus. Nam quomodo exstinctis & obliteratis tot egregiorum oratorum vigiliis, Asiniorum dico, Passienorum, Viniciorum, Porcii Latronis, Gallionis, ceterorumque primæ classis, ad nos vsque perdurare potuerit, qui vix quidem suo tempore innotuit, & cuius memoriam cum eo exstinctam noster auctor ait. Et sane illæ declamationes felicis Augusti seculi vel ingenium, vel loquendi formulam non sapiunt. Nam declamator ille semper aduocati nomen pro patrono vsurpat, quod ante Neronis sæculum factitatum non fuisse, ab aliis obseruatum est. Supra declamatione 2. lib 6. Aduocatus is dicitur qui causam egit: sed ex excerptis exstant, in quibus qui collegit, quædam mutauit, & ad suum captum accommodauit. At vero in controuersiis integris aperte vbique, quemadmodum apud ceteros huius sæculi auctores, hæc distinguuntur vocabula. Supra declamatione 4. lib 9. *Seio*, inquit, *Mentorem visum ne patrono patre, sed aduocato.* Meminit idem declamator legis quæ in tricesimum diem pœnalia iudicia differt, quæ siue Tiberianum est Senatusconsultum, siue Theodosii lex, sub Augusto floruisse non potuit qui illius legis mentionem facit. Nec tamen earum auctor dictu facilis, cum veteres vnius tantum Quinctiliani Rhetoris & declamatoris meminerint, quem in declamationibus laudant, nempe iis integris, quæ post oratorias institutiones, velut eiusdem auctoris eduntur. Ita enim B. Hieronymus ad præsidium controuersiæ meminit, in qua pauper dolet ob interitum apum floribus ab impotentissimo diuite venenatis: & in præfatione ad Quæstiones Hebraicas, quæ ex Quinctiliano de se dicit, *latentem inuenit inuidia*, ea eadem sunt controuersia. Quo fit vt vero simile sit illas recentioris cuiusdam auctoris esse, quibus quia auctor ignorabatur, Quinctiliani notissimi declamatoris nomen adscriptum sit. Ita enim Trebellius Pollio in Postumo iuniore, Postumi declamationes Quinctiliani declamationibus sua ætate insertas testatur. de quibus tamen iudicium sustineo.

Ibidem v.17. *De Scauro*] Mamercum Scaurum intelligit, cuius apud Tacitum libro 6. hoc legimus elogium. *Mamercus dein Scaurus*, inquit, *rursum postulatur, insignis nobilitate & orandis causis, vita probrosus.* Et libro 1. *Satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullo, & oratorum ea tempestate vberrimus erat.* Sane impuritate vitæ quam eloquentia notior est antiquorum scriptis. de quo infra in Suasoriis.

Ibid. v.28 *Cum fama eius lugens*) Vtrumque enim male audit. male antea *pugnant* legebatur.

Ibidem, *Cum M Lepido*) Is est fortasse quem supra Neronis præceptorem dixit.

Ibid. v.30. *De Labieno*) Miror historiographos, qui Augusti vitam scripserunt, & maxime Suetonium in recensendis imperatorum facinoribus malis etiam curiosum, tam nouum illud supplicii genus, mortemque nobilis & clari viri non vulgarem silentio præteriisse. ille enim auctor solum in Caligola scriptum reliquit, Caium T. Labieni scripta Senatusconsulto abolita requiri, & esse in manibus, permisisse. Is autem Labienus nepos fortasse T. Labieni fuit eius, qui cũ egregiam Iulio Cæsari operam in Gallia nauasset, bello tamen ciuili a partibus optimatium stetit: & filius eius, quem Parthorum auxilio pop. Romano bellum indixisse, Mylasamq; in Hybreæ contumeliam & vindictam diruisse Strabo lib.14. & Dio lib. 48. produnt. Tribus enim illis Titi prænomen fuit. Cuiuscumque filius fuerit, gentis suæ ferociam animo retinuisse constat, & vt animi quibusdam vitiis, ita etiam loquendi libertate, & magnis ingenii virtutibus clarum extitisse. eius auctoritate & scriptis vtuntur Quinctilianus cap. 9. lib. 1. & 3. lib. 9. & Sosipater.

Ibidem v.35. *Summa infamia, summum odium*] Vt eum aduersarii patronum Asinius Pollio pro Vibiniæ hæredibus inter argumenta malæ causæ posuerit. Quinctilianus cap 1. lib. 4.

Ib. v.50. *Ad eandem rem corporis mala*] Quid velit dicere hoc loco, percipere mihi videor. Exaggerat enim eorum crudelitatem, qui non contenti in ea sæuire quæ sæuitiæ obnoxia sunt, etiam ad ea conantur crudelitatem suam extendere, & eiidem corporis malis subiicere quæ natura pati non possunt, quale est ingenium, & quæ ex ingenio fama nominis propagatur. Quomodo autem dicat, non video. Nam illud significare non possunt hæc verba, *ad eandem rem corporis mala.* Optimus P. Pithœi codex habebat *ad eandem corporis*: quibus postea suprascriptæ sunt duæ illæ voculæ *rem* & *mala.* ceteri nihil mutãt. nihilominus tamen locum corruptum existimo. vide igitur ne legendum sit, *ad eadem corporis mala*, id est, ad eadem mala quibus corpus obnoxium est.

Ib. v.62. *Batyllo Mæcenatis*) Vide quæ de Batyllo Mæcenatis doctissime I. Lipsius scripsit in primum Annalem Taciti.

P 448. v.16. *Syllaba in Græcum mutata*) Nemo non ad hunc locum aliquid conatus est. Aimarus Ranconetus vir excellentis ingenii & iudicii, legebat prima eius syllaba in *Gras.* mutata; nempe vt Passienum Grassienum vocaret, velut hircosum: quod ex clarissimi atque eruditissimi Senatoris Ioan. Iacobi Lauernii libro manu eiusdem Ranconetii hoc loco notato didicisse lubens profiteor.

Ibidem, *Declamatori subtili, sed arido*) Itane vero noster auctor Passienum aridum vocauit? At supra virum eloquentissimum, & sui temporis primum oratorem dixit. & ea his quæ infra controuersia penultima habentur, tanti nominis fuisse apparet, vt eum Augustus Asiniũ Polliõẽ Passieno cõmendaret, Pollio ingenue fassus sit, ideo tanti viri gratiá se complecti nolle, ne eius claritudine ac splendore ipsius fama propius admota exstingueretur. Et sane suspicor hæc transposita, & ita restituenda suo loco: *obscænum nomen ei imposuit. Ille Sparso declamatori subtili, sed aride dixit*, &c.

Ibid. v.23. *Declamatio de Popilio*) In controuersia dè Popilio supra Capitonis nulla mentio. vnde apparet multa deesse in Controuersiis.

Ibid. v.26. *Penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionem palma*) At qui fieri potest vt nõ apud æquos iudices penes eũdem gloria, penes quem palma; & palma penes eum sit, cuius est victoria? An quod cultior & ornatior Gallio suauitate sua perfundebat animos auditorũ, non perfringebat, & tantum concinnitatis suæ, quod de Demetrio Phalereo scribit Cicero, memoriam, non quemadmodum Latro fortius & concitatius dicendi genus sectatus, τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις? vt in Gallione plus artis & cultus, in Latrone plus naturæ & virium fuerit.

Ib. v.30. *Gauius Silo*] Male antea *Caius*, contra veteres libros, & rationem. Nusquam enim noster auctor ex prænomine suos Rhetoras denominauit, sed ex nomine, vel cognomine. Gauii autem nomen inter Romana nomina notum probauit doctissimus Carrio Emend. primo.

IN CONTROVERSIAM I.

P.449. v.54. *M. Cicero qua violentia*] Absit vt noster auctor fulmen illud dicendi strepere dixerit, aut Cicero in maximum & constantissimum virum vnquam stylũ suũ strinxerit: qui vix octo annos natus erat cum in exilium Marcellus pulsus est. quod satis ex Gellio ca. 28. lib. 15. & eodem Cicerone in orat. pro Sextio Balbo, & in Pisonem, clarum est. Locus igitur corruptus est. aliquando putaui legẽdum *Cn. Carbo*, quem ex historia constat suis seditiosis concionibus, vt absens Marcellus hostis iudicaretur, effecisse. Sed quam longe a veteri scriptura?

Ib. v.62. Sordidatus sum, inquã) Vereor ne hoc loco vera lectio exscribentes fugerit. Potius enim legendum videtur. *Sordidatus sum? iniuriam nulli facio. Omnia iniuria genera*, &c. Et ad finem sententiæ, posthæc: *conuicium facere contra bonos mores non licet*, vel addendum, vel

intelligendum est, *nulli sordidatum esse non licet*: quæ si non ad textus emendationem faciant, ad intelligentiam tamen conducunt.

P.450.v.4. *An si credidit, ob hoc ipsum*] Lego, *ab eo ipso patrem suum orrisum*, id est, a diuite.

Ibid.v.7. *Sumere nihil, inquit, vt & alienum*) Non multum a vestigiis editæ lectionis & viriatæ discedemus, propiusque a sana lectione fortasse stabimus, si legamus, *Licet, inquit, flere, licet ambulare, qua velis sed nihil, inquit, licet in alienam iniuriam facere*: quod & quæ sequuntur, verum probant. In edicto autem Prætoris cautum erat, *Ne quid infamandi causa fiat. Proinde*, addit Vlpianus lib. 77 ad edictum, *quodcunq; quis fecerit, vel dixerit, vt alium infamet, erit actio iniuriarum. Hac autem fere sunt quæ ad infamiam alicuius sunt: vt puta, in inuidiam alicuius veste lugubri vtitur, aut squalida, aut si barbam demittat*, &c.

Ib.v.16 Si *quem non postulauit*] Veteres editiones legũt, *siquidem non postulauit*: ceteræ, *si quis non postulauit*. Neutram sanam, ne hanc quidem Romanam arbitror. Quare locus asterisco notandus.

Ibid.v.45. *Lupanar de quantum est*) Fortasse, *Lupanar esse quantum est*: cetera depono.

IN CONTROVERSIAM II.

P.451.v.28. *Contra aut*] Hæc sunt ex diuisione, cuius principium intercidisse patet: quæ paulo infra male in ceteris editionibus distincta est.

Ib.v.54. *Cum dubitaret exaudisse quendam*) Veteres editiones, *cum dubitaret ex ordine suo quem diceret*, & cetera.

Ibid v 60. *Occasionem beneficii quæstu non concupiui*] Quid si scribatur, *occasionem beneficii quæsii. Non concupiui accipere præmium*, habet alter, &c? Et sane speciosus est ille filii color, quo dicit ideo patri cedere noluisse ancipitem palmam, vt cum sibi adiudicata esset, certam & propriam cedendo, liberalius cum eo ageret.

IN CONTROVERSIAM III.

P.452.v.34. Quædam deesse huic controuersiæ, ex excerptis liquet, in quibus hæc pro parte habentur, quæ hic non exstant, *Etiam morte patris quasiuit inuidiam*.

IN CONTROVERSIAM IV.

P.454,v.11. *Cestiu Seuere*] Legendum, *Cassii Seueri*. Cestius enim non Seuerus, sed Pius dicebatur, eiusque sententiæ inferius habentur.

Ib.v.22. *Magis hominum animos percellat*) Fortasse aptius *percellat*.

Ibid. v. 42. *Genus est rogandi, rogare non posse*) B. Hieronymus in Epistola ad Pammachium super obitu Paulinæ, multa ex hac controuersia imitatus & mutuatus est. *Alius*, inquit, *tumente aqualiculo mortem parturit, alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens vnde roget, magis rogat dum rogare non potest. hic debilitatus*, &c. *a paruo non sibi mendicat stipem*, &c.

P.455.v. 1. *Cum stimulant ii qui se alere non possunt?*] Recta hæc videtur lectio, rationemque exprimit cur non possit videri contra legem Cinciam ad miserorum patrocinium accessisse: qui tamen excerpta collegit, videtur legisse, *Cum illum alant, qui se alere non possunt*.

Ibid.v.17. *An læsa sit Respub non solet argumentis*] Quinctilianus declam. 260. *Aliquis caput hominis perperam petit, vt terreat, vt occidat. Resp læsa? Quædam sunt, iudices, ad quorum pronunciationem oculi sufficiunt. Satis erit accusatori ostendere si quid hic læserit, aliqua operum publicorum incensa, euersa, corrupta naualia, & quæ vulgo male destructa sunt*. Ex quibus colligo hic legẽdum, *hoc damnum quod tu obiicis, non videtur*, non autem *non videbat*.

P.456 v.1. *Ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei sunt*) Vereor ne illud vocabulum *impudicitiæ* glossema sit. patientiæ enim vocabulum in obscænis est apud auctores, impudicitiamque præcipue in maribus denotat. Petronius, *Ephebus*, inquit, *plenæ maturitatis & annis ad patiendum gestientibus*. Et alibi, *accessi tentaturus an pateretur iniuriam*. & L. Seneca 16. cap. 1. natur. quæstionum, *Est aliqua etiam prostitutis modestia & illa corpora publico obsessa ludibrio aliquid quo infelix patientia lateat, obtrudunt*. Sic cap.13. lib. de Beata vita, *impudicitia* vocabulum ex glossemate, *patientia* voce exclusa, in textum irrepsit, vt, Deo iuuante, in prætermissis ad eum auctorem dicemus. Porro B. Hieronymus primo in Iouinianum ad hunc locum respexisse videtur, cum in longam securamque libidinem exsectum spadonem dixit.

Ibid.v.6. *In ludum coniiciunt*) Epit. *detrudunt*.

Ib. *Miserabiliores dicant*) Fortasse, *dicam*.

Ibidem v.12. *P. Asprenates*) Lege *P. Asprenam*, vt in præcedentibus. Is autem est P. Nonius Asprenas, quem supra diximus a Cassio Seuero veneficii accusatum, ab Asinio Pollione defensum. Fuit autem inter Augusti familiares, ita vt eo accusato senatum consuluerit Augustus quid sui officii esset in amici causa, causamque dicenti in subselliis adstiterit. Suetonius in Augusto cap.56.

IN CONTROVERSIAM V.

P 457.v.19. *Nisi Lasthenem emeris*] qui cum Euthycrate Philippo Olynthum vendidit. Diodorus lib.16. & Demosthenes in Olynthiacis, & Philippicis.

Ibid.v.21. *Sciebas te emptorem*] In excerptis, *agnoscebas emptorem*.

Ibid v.27. *Iaculo perfractum*) Legendum conicio, *iugulo perfractum*. Demosthenes περὶ στεφάνου, Philippum describens, cum dicit τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα. ad quem locum procul dubio Musa respexit. Iugulum enim non solum σφαγὴν, sed etiam κλεῖν significat. Cornelius Celsus lib.8.cap. de iuguli fracti curatione. Vet. lex. Iugulum, σφαγὴ, κατακλείς.

Ib.v.49. *Plurimi in omnia*] Interpolatus potius quam curatus locus. ceteræ editiones exhibent, *Pythias omnia Parrhasii me tortor effecit*. a quo abstineo.

Ibid.v.56. *Sic dixit, vt non controuersiam diuideret*] Absunt a veteribus editionibus hæc duo vocabula, *vt non*: & ab Erasmo primum in editione Frobeniana anno M.D XV. sensu ita exigẽte addita sunt. Aliter autem accusatio ac cõtrouersia diuiditur. Illa enim non per quæstiones particulares, sed per criminum capita diuiditur, vt patet maxime ex actionibus in Verrem.

P. 458. v. 1. *Debilitabat expositos*) Legendum puto, *debilitans expositos*: hic enim est illi controuersiæ titulus.

Ibid.v.4. *Non ages mecum republica læsa*) Ex hoc loco patet hucusque actionem huius controuersiæ male conceptam fuisse *Religionis læsa*.

Ibid.v.5. *Vnius facto*] Epitome, *vnius malo*.

Ibid. *Tormentis captus possit*) Alias legitur, *vllo modo posse*.

Ibid.v.11. *Deorum adulteria picta sunt*] Excerpta, *Deorum stamina in templis picta sunt*.

Ibid.v.13. *Nulla vindicta est*) Quid si *nulla indicta est* legamus?

Ibidem v.31. *Vim ignoratam morbi*] Excerpta, *vim ignotam*.

Ibid.v.54. *In quo* XIIIS. *sestertia sunt*] Qui de re nummaria scripserunt, vigintiquatuor sestertiis talentum Atticum seu magnum constare notarũt. Probat etiam Plauti locus in Mostellaria, qui CXX. mnis duo talenta æstimat. Tranio enim eum duobus talentis magnis domum emptam quadragintaque mnas arraboni datas Teuropidi finxisset, Teuropides octoginta mnas se debere reliquas dicit. Hinc emendandus est Seruius v. & IX. Æneid. in quibus talentum a Plauto septuaginta libris esse æstimatum refert. sexaginta autem mnæ sex millia denariorum siue drachmarum, id est XXSIIII. sestertium, efficiunt.

Ibid.v.57. Αὔχνον οὐχ ἅπτων) Lege ἅπτω.

P.459.v.17. *Hisspo Rideon honeste Romanus*] Corruptus locus, quem ita emendari posse conicio, si legamus, *Spyridion honeste minus fecit*. Spyridionis enim eam esse sententiam sequentia ostendunt, cum dicis, *Spyridion æque familiariter in templum vulturios subire putauit*, &c.

IN CONTROVERSIAM VI.

Ibid. v. 39. *Vnius parietis ruinam reposui*] Excerpta, *suspendit.*

Ibidem, *Sollicitus erat, ne quod perdiderat, quæreretur*] At fur nihil perdiderat, immo furto acquisierat. quomodo igitur sollicitus esse poterat, ne quod perdiderat, quæreretur? diues etiam sollicitus esse non poterat, ne quod perdiderat quæreretur, cum in eius esset potestate vel furtum quærere, vel tacitum ferre. Vide igitur ne legendum sit, *sollicitus eram, ne quod perdiderat quæreretur*, id est, ne diues furtum sibi factum silentio præteriret, res furto ablatas non agnosceret.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SVASORIARVM M. ANNAEI SENECAE.

MATERIARVM apud Rhetores Latinos duo genera tractata sunt, Suasoriæ, & Controuersiæ. Nam cum declamatio iudiciorum & consiliorum imago sit, vt controuersia forum exprimit, ita Suasoria consilii formam exhibet. Hæc magis puerorum fuit, a qua illi declamandi studium incipiebant: illa prouectiorum. Duabus autem de causis Suasoriis prius exercebantur pueri, quam Controuersiis: altera, quia Suasoriæ faciliores, minusque virium & prudentiæ requirere videntur: altera etiam, quia is finis Rhetori propositus est, iuuenem foro potius quam consilio præparare, cuius in imperio minor & rarior publice vsus est. Ea ratione velut progymnasma ad controuersiam suasoria reputata est, quemadmodum fabulæ, chriæ, sententiæ, loci communes, theses, ethologiæ, quæ & ἠθοποιίαι Aphthonio dicuntur, ceteraque eiusmodi dicendi primordia, quæ illo προγυμνασμάτων nomine comprehenduntur: a Græcis maxime, qui magis suorum operum onera, inquit Quinctilianus, & modum noscentes, omnia hæc sibi retinuerunt; non a Latinis, qui hæc contemnentes, Grammaticis necessaria fecerunt, solamque controuersiam, qua puerum mysteriis suis initiarent, antequam ad controuersias admitterent, sibi receperunt. Hæc colligere licet ex Quinctiliano, Tacito, Aphthonio, & Theone. Suasorias vero puerorum fuisse præter illos auctores indicat Iuuenalis Satyr. 1. his versib.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ priuatus vt altum
Dormiret. Et Persius Satyra 3. illis:
Sæpe oculos, memini, tingebam paruus oliuo,
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Dicere.

Has tamen noster auctor controuersiis postposuit velut appendicem, promissionisque suæ ἐπίμετρον, pluribusne libris, an hoc singulari, in incerto est. Illud solum controuersiarum libro secundo innuit, suasorias se daturum, inter quas & quandam Latronis de Theodoro per triduum declamatam, quæ tamen hic non habetur. Et sane multa ex his intercidisse clarum est, multa ex reliquis corrupta, mutila, & trunca esse: quibus defecti omni scriptorum librorum ope, coniecturis tantum, quantum in nobis fuit, opitulati sumus quas ideo seorsim a textu ex Romana editione, quæ nobis purior & integrior aliquanto visa est, expresso, his annotationibus inclusimus, ne tanti nostra somnia facere videremur, vt ea vel inuitis legenda obtruderemus. Suasoriarum autem præcepta si quis requirat, legat Quinctilianum cap. 10. lib. 3.

IN SVASORIAM I.

P. 460. v. 39. *Inagitata remis vastitas*] Ceteræ editiones, *inagitata remissie vastitas.* ex quo effeceram, *inagitata remigio vastitas.*

Ibid. *Tetra caligo remittet fluctus*] Groslotius Lislæus raræ eruditionis, meliorisque spei adolescens, per epistolam me monuit, Io. Dalecampium Medicum omni doctrinæ genere excultissimum, hæc ita legere, *tetra caligo immittet fluctus. Nescio quid hoc est quod hominis natura subduxit oculis, & atra nox obruit.* quæ siue a libris veteribus, siue ab ingenio sint, recta & proba iudico.

P. 461. v. 1. *Aliter declamandum esse, quam suadendum*] At qui suadet, declamat. vnde satis apparet locum non stare. Ex iis autem quæ subiiciuntur, intelligimus hoc sibi velle Senecam, conditionem personarum, quæ deliberant, efficere vt aliter atque aliter declamemus suadeamusque. Et sane, vt Quinctilianus ait, *multum interest qui deliberant, Senatus sit, an Populus: Romanus, an Fidenates: Græci, an Barbari: item Catoni, an Mario suadeamus. sed mores præcipue discrimen faciunt.* Hoc autem vt dicat noster auctor, legendum erit, *Aiebat Cestius hoc genus suasoriarum aliter atque aliter declamandum esse*, inductis illis, *quam suadendum.* nisi quis malit, *hoc genus suasoriarum aliter atque aliter declamandum, atque suadendum esse.* quod nobis quidem minus placet.

Ibid. v. 9. Ἰχώρ οἷόσπερ τε ῥέει] At Plutarchus ab ipso Alexandro hoc Homeri hemistichium in illos prolatum fuisse scribit, qui eum Ioue natum dicebant. Sed & ex eodem auctore, & Curtio, & Arriano constat non lancea, sed tormentis occisum Callisthenem. Et minimum quot locis, in his præcipue suasoriis, M. Seneca memoria lapsus videatur.

Ib. v. 12. *Sed timeo ne ille non gladio αὐτηρυναστεύσειε*] Ciceronis locus in Epist. ad C. Cassium, sic habet: *Vereor ne nos rustice velis αὐτηρυναστεύσῃ.*

Ib. v. 20. *At Antonius ait ducturum, sed*] Dio lib. 48. Ἀντώνιος δέχεσθαί τε γάμον ἔφη, καὶ τέσσαρα μυριάδας ἑκατὸν παρ᾽ αὐτῶν ἐξεπράξατο. Hæc autem Dionis summa quadragies sestertium efficit, id est, centum sexaginta sex talenta, mnasque præterea quadraginta; quæ multum a mille talentis absunt. Sed & quod ad hanc historiam attinet, longe aliter Plutarchus. Is enim Antonium in exigendis pecuniis non fuisse Græcis molestum tradit; sed declamationibus Rhetorum, (ita enim ἀκροάσεις φιλολόγων interpretor) & spectaculis certaminuio, iurique dicundo intentum, ingentia beneficia Atheniensium ciuitati contulisse: inde etiam φιλέλληνα καὶ φιλαθήναιον dictum. at vero Asianis vectigalia duplicasse. Qua ratione Hybreas orator totius Asiæ nomine ad eum delegatus est. cuius hæ duæ insignes in ea oratione referuntur sententiæ, εἰ δύνασαι δὶς λαβεῖν ἑνὸς ἐνιαυτοῦ φόρον, δύνασαι καὶ δὶς ἡμῖν ποιῆσαι θέρος, καὶ δὶς ὀπώραν. altera vero qua cum ostendisset ducenta millia talentorum ab Asianis soluta, subiecit, εἰ μὴ εἴληφας, αἴτει παρὰ τῶν λαβόντων· εἰ δὲ λαβὼν οὐκ ἔχεις, ἀπολώλαμεν. quibus nescio an in his libris vllæ præstantiores exstent.

Ib. v. 25. *Octauia res tuas tibi habe*] Hæc lectio scripturæ antiquæ sequitur vestigia, quæ etiam eruditissimo Lipsio venerat in mentem. P. tamen Chaconius legit, Ὀκταβία καὶ Ἀθηνᾶ τῷ Ἀντωνίῳ, *Res tuas tibi habe.* nec male fortassis. Nam cum Antonius Octauiam duxisset, deinde Mineruam Atheniensium, & in Ægyptum profectus iis superinduceret Cleopatram, vrbane ab illis duabus nuntium remitti Antonio fictum est. Sane in veteribus editionibus inter hæc verba *Hoc tu exita*, in quibus *Octauia* vocabulum latet; & illa, *res tuas tibi habe*, interstitium aliquot vocum relictum est. Vxor autem eadem formula in repudii libello vtebatur, qua maritus, nisi quod addidisse videtur, REDDE MEAS: vt ex Plauti loco in Amphitr. Scena 2. Act. 3. colligere licet, & ex oratione prima pro Christianis Iustini Martyris ad Senatum, in eo fragmento, quod apud Eusebium exstat lib. 4. histor. Ecclesiast. ad quod etiam allusit supra Controuers. 6. lib. 1. *Vides, ait, quod inter duas vxores interfit: ista si nos reliquerit, repetet sua; hæc quod dedit, non auferet.* Verum non adeo omnia in istis locis ad Iurisconsultorum normam exigenda sunt.

Ib. v. 26. *Desultorem bellorum ciuilium*] Sic apud Ouidium in CL. V. Claudii Puteani codice manuscripto, *non sum desultor amoris.*

Ibid. v. 30. *Dellius ait*] Δέλλιον vocant Plutarchus & Dio, quem hic etiam παιδικὰ τὸν Ἀντωνίου γεγονέναι tradit.

Ibidem, *Scito illas tibi annuam, bimam, trimam diem debere*] Adnotatum vir docti legendum *annua, bima, trima die debere*, phrasi Iurisconsultis familiari. Verum nec hic locus ad iurisprudentium normam exactus. nam di-

cta dos præsenti die debebatur: soluto vero matrimonio a marito annua, bima, trima die, æqualibusq; pensionibus reddebatur. Hic autem de præstanda dote, non de reddenda agitur.

Ib. v. 52. *Putabant Aoriones esse in metaphrasi*] Ceteræ editiones habent: *putabant Dorienses esse in metaphrasi dictum Homeri.* quæ quare mutarint Romæ, non video. Omnia autem hæc valde corrupta & confusa sunt, a quibus se explicare difficile est.

Ib. v. 56. *Rapit haud partem exiguam montis*] Hos versus Virgilii respicit, qui lib. 10. leguntur:

Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis Lyrnesius Acmon.

Quos videtur noster auctor cum Homeri versibus Odyss. 9 ex Polyphemi fabula, vnde imitati sunt, contulisse. Illa enim verba, *Tum excæcatus Cyclops saxum in mare reiecit,* tale quid subindicant.

P. 462. v. 4. *Lutro sedens*] id est, in prælocutione.

Ib. v. 8. *Quanto Pedo*] Albinouanus, quem Quinctilianus inter heroicos poetas recenset, & non indignum cognitione, si vacet, dicit. Martialis doctum vocat, & Epigrammata scripsisse lib. 2. tradit.

Disce, inquit, *quod ignorem, Marsi, doctiq; Pedonis.*
Sæpe duplex vnum pagina tractat opus.

Eaque amatoria fuisse indicat lib. 5. Ait enim,

Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis,
Qua Pedo, qua Marsus, quaq; Catullus erit.

Ib. v. 15. *Spectat sublimis ab alta*] Ceteræ editiones habent, *se dat sublimis ab alta.* quæ lectio ferri potest. Et si quid mutandum, potius ita legerem, atque interpungerem:

Atq; aliquis prora spectans sublimis ab alta,
Aera pugnaci luctatus rumpere visu:
Vt nihil erepto, &c.

nempe ad imitationem illius prosopopœiæ apud Homerum frequentissimæ, Iliad ζ'.

Καί ποτέ τις εἴπῃσιν, ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν,

Et Iliad. η'.

Καί ποτέ τις εἴπῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Νηὶ πολυκλήϊδι πλέων.

Rursus eod. lib.

Ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδών, &c. & alibi sæpe.

IN SVASORIAM II.

Ib. v. 31. *Cum trecenti ex omni Græcia*] Veteres editiones legunt. *cum Trœzenii ex omni Græcia.* Et sane in hac suasoria exstant aliquot sententiæ quæ in themate sic legendum esse probant. Herodotus tamen & alii historici non magis Trœzenios quam ceteros Græcos fugisse dicunt. Verum non mirum videri debet declamatores ab historicis dissidere hac in re, de qua nec inter se conueniunt historici.

Ib. v. 38. *Quorum nos exemplum monent?*] Contextus orationis requirit, vt legamus, *quorum vos exemplum moneat.*

P. 463. v. 12. *Ideo hanc Eurotam*] Hæc clausula cum tribus sequentibus absque interrogatione legenda est.

Ib. v. 16. *Quem Lacones audire non sustinent*] Scribe potius, *quæ Lacones audire non sustinent.* nec enim ad Herculem referendum.

Ib. v. 20. *Inter hostes fugacissimi*] Supra non vno loco notare est Rhetores eas præcipue sententias affectasse, quæ ex contrariis ducuntur, quod & facit hoc loco Silo. Nam paucos multis, fugaces tardissimis opponit. Hoc tamen extremum dicolon turbat. Nam hostes fugacissimis recte opponi non dixeris. Quare videndum est ne sic potius concipienda sit sententia, *Eramus inter fortes fugacissimi, inter fugaces tardissimi.*

Ib. v. 26. *Aut in his, aut cum his?*] Dictum Lacænarum tradentium clypeum filiis in prœlium proficiscentibus, ἢ τάν, ἢ ἐπὶ τᾶς, de armis retulit Blandus. Pleræque autem huius Suasoriæ sententiæ ad Laconum apophthegmata alludunt, quæ apud Plutarchum exstant.

Ib. v. 30. *Reuertemur ne nuntii quidem*] Fortasse, *reuertemur ne nuncii quidem.*

Ib. v. 41. *Vt poeta Pollio Asinius aiebat*] Vel omnino delendum illud vocabulum *poeta*, vel ex eo efficiendum *postea.* licet enim Pollionem tragœdias scripsisse diximus, non tamen inde gloriam captauit, aut nominatus fuit.

Ib. v. 52. *Quod puto etiam apud Herodotum esse*] Ego vero non puto. Plutarchus de eodem Leonida ex eodem fortasse fonte, ex quo noster Seneca hausit: *παρεγγέλλων,* inquit, *ἀριστοποιεῖσθαι ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους.*

Ib. v. 53. *Ad prandium promisissem*] Videtur L. Seneca Epist. 82. ad huius scurræ dicterium respexisse, cum scripsit: *At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus est! Sic, inquit, commilitones prandete, tanquam apud inferos cenaturi. Non in ore creuit cibus, non hæsit in faucibus, non elapsus est manibus. Alacres illi & ad prandium promiserunt, & ad cœnam.* Male in omnibus editionibus, & contra veterum exemplarium fidem scriptum est *processerunt.* Sed mirum Ciceronem Græcis etiam eorum lingua disertissimum Leonidæ dictum vertisse, *Pergite animo forti,* quasi *ἀριστᾶν,* vel *ἀριστοποιεῖσθαι,* idem quod *ἀριστεύειν* significaret. Nam quod quidam corrigunt, *Prandete animo forti,* citra veteres libros faciunt, & cōtra rationem. Quis enim sanus fortitudinem animi in mensa constituit?

Ib. v. 54. *Attalus Stoicus*] Cuius sententias sæpe laudat L. Seneca in Epistolis, & libros de fulminibus cap. 48. lib. 2. natural. quæst.

Ib. v. 57. *A Cornelio Seuero*] quem Quinctilianus versificatorem meliorem quam poetam dixit: secundum tamen locum occupaturum, si ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset. de hoc Ouidium intelligo lib. 4. Ponti illo versu:

Quiq; dedit Latio carmen regale Seuerus.

Huiusne sit carmen de Ætna quod Virgilio quidam tribuunt, dubitari potest: & an potius insignem Siciliæ montem non separato opere descripserit: sed quemadmodum Virgilius Æneidos 3. Ouidius 15 Metamorphoseos, ita etiam ille aliquo librorum belli Siculi. Nam L. Seneca hos tres Ætnæ scriptores coniungit.

P. 464. v. 11. *Necetas*] Lege, *Nicetes.*

Ib. v. 13. *Demosthenes Cirtoy*] Vocabulum Græcum Latinis literis scriptum *κυρτοῦ*, ad differentiam Demosthenis Δημοσθένους. Etenim ad semicirculi formam delineasse veteres literam sigma, nulli dubium est.

Ib. v. 15. *Potamon magnus declamator*] Huius meminit præter Strabonem lib. 13. Lucianus in Longæuis, quem *τὸν ἄδοξον ῥήτορα* vocat, nonaginta que annos vixisse prodit.

Ib. v. 19. *Lesbocles scholam soluit, nemo vnquam ampliore animo se gessit*] Locus fœde interpolatus. Nam, vt omittam vix Latine dici *ampliore animo se gerere*, si diceretur, contrarium significaret eius quod hoc loco dicere voluit. Mollem enim & imbecillum animum Lesboclis arguit. Et plane eadem hic historia de Potamone & Lesbocle dicitur, atque in præfatione lib. 4. Controuersiarum de Asinio Pollione, & Q. Haterio. Quo fit vt legendum existimem, *Lesbocles scholam soluit, nec quicquam amplius animose gessit.*

Ib. v. 29. *Municipalis Gasozeos*] Vocabulum hoc nihili est, & hæc clausula tota confusa est & perturbata, ad quam nihil adfero.

Ib. v. 35. *Mariscas*] Quas Horatius duplices ficus vocat. quo nomine etiam pudendum morbum Iuuenalis Satyr. 2. satyrice vocauit. nec enim ita a medicis vocatur.

Ib. v. 41. *Ponat sane contra cœlum astra*] Vnius aut duarum literarum additione emendabitur hic locus. Rectior enim erit si legamus, *Ponat sane contra cœlum castra, commilitones habeo Deos*, vel *habebo Deos.* Xerxes enim sagittariorum multitudine Diis bellum indixisse, cœlumque obsedisse visus est. Infra Controuersia 5. *Ista tropæa non sunt Atheniensium, Deorum sunt. Illorum bellum fuit, illos Xerxes vinculis, illos sagittis persequebatur.*

Ibid. v. 61. *Apatrius*] Scribe *Apaturius.* Sic enim alibi constanter nominatur.

P. 465. v. 5. *Thuscus ille*] Mamerci Scauri mors describitur a Cornelio Tacito lib. Annalium 6. quem vide.

IN SVASORIAM III.

Ib. v. 25. *Non ante finis quam in lucem redit*] Hæc corrupta

rupta sunt. nam infra eadem sententia cum Virgilii versibus quos imitatus est Fuscus, conseruit iisdem verbis repetita. quo loci non *quam in lucem reddit*, sed *quam vicem reddit*, legitur, nihilo tamē rectius. Ex versibus autem Virgilii apparet dicere velle lunam nubilo occupatam pluuias minari. quasi scribendum esset, *sine occupata nubilo non ante finit, quam imbrem dedit*, aut aliquid simile.

Ib. v. 29. *Vos ergo ad hanc deum immortales*] Vide ne potius ita legendum sit, *Vos ergo ad hac, Dii immortales, inuoco, &c.*

Ib. v. 59. *Imitatum Virgilium, Deo plenus*] Versum Virgilii in quo legantur hæc verba, frustra quæsiui. aliquid tale habetur sexto Æneidos, sed non iis verbis. nec tamen memoria labi in fabula tam celebri & trita noster auctor potuit: lapsumque non esse indicio est Ouidii versus ex Medea tragœdia quam vnam illum composuisse Quinctilianus & Tacitus fidem faciunt: & Tertullianus de præscript. aduersus hæreticos ex Virgilio plenissime expressisse. vt inde appareat Virgilii opera ad nos integra non peruenisse.

Ib. v. 62. *Caldos*] Caldum potius quam calidum dicebant Augusti sæculo. Ipse etiam Augustus per Epistolam C. Cæsarem nepotem coarguit, quod is *calidum* scripsisset. odiosum enim esse hoc vocabulum, & περίεργον putauit. Quinctilianus cap. 10. lib. 1. auctor.

P. 466. v. 5. *Tiberius ipse Theodoreus*] Apollodorus Pergamenus, & Theodorus Gadareus, siue, vt dici voluit, Rhodius, ingenio & doctrina celebres dicendi professores. non minus tamen hic Tiberio, ille Augusto discipulis clari, diuersa Rhetorices præcepta tradentes, suos quisque sectatores habuere: Apollodoreorumque, & Theodoreorum sectas effecere, vt auctores sunt Strabo libro 13. & 16. Quinctilianus cap. 12. lib. 1. & lib. 3. Quorum etiam contrarias opiniones idem Quinctilianus variis locis notat, & supra Controuersiarum libr. 2. de narratione legimus. Apollodori autem & Theodori præter dictos auctores meminerunt Suetonius in Augusto cap. 89. & Tiberio cap. 57. Cornelius Tacitus de Oratoribus, Lucianus in Macrobiis, & Chirius Fortunatianus in Rhetorices Scholicæ lib. 1. & 3.

Ib. v. 7. *Nasoni suo*] Cuius etiam extat Elegia lib. 4. de Ponto ad eundem Gallionem.

Ib. v. 10. *Quas in similitudinem tractatione*] Lego, *quas in simili tractatione posuit*. Nam quæ sequitur Suasoria, de Deorum prouidentia, scientiaque futuri tractat.

IN SVASORIAM IV.

Ib. v. 39. *Quam ego intelligo me dicere*] Hæc corrupta & manca sunt: deest enim verbū *posuero*, aut aliud simile. & quæ deinceps sequuntur, nullum idoneum sensum efficiunt. Fortasse emendatiora erunt si legamus, *valde in vos contumeliosus fuero, si totam Controuersiam posuero, quam intelligo me dicere. cum Fuscus declamaret, & a parte aui non agnoscentis puerum tractaret locum, &c.* Hoc enim thema quod proponit, inter vulgata & trita in scholis fuisse verisimile est; quod ideo dicit non esse necesse totum proponere. Erat autem quantum coniicio eiusmodi. Quæ ter mortuos pepererat, somniasse se dixit viuum parituram si in luco pareret. in lucum profecta, remotis arbitris parit. auus cui agnascebatur puer, eum agnoscere non vult, suppositumque esse dicit: C. D. quam Controuersiam cum a parte aui declamaret Fuscus, locum contra somnia, deorumque prouidentiam & curam circa puerperia tractasse Seneca significat.

IN SVASORIAM V.

Ib. v. 57. *Prior enim metus, futuri pignus esset*] Fortasse rectius, *pignus est*.

Ib. v. 62. *Nam & arma indenunciata mouerat*] Veteres editiones hac in parte meliores sunt, quæ legunt, *nam & arma indenunciata mouent*, id est, magis afficiunt & turbant.

P. 467. v. 3. *Quid Cynagiron*] Scribendum *Cynægiron*.

Ib. v. 12. *De eo dico*] Fortasse, *de eodem dico*.

Ib. v. 23. *Inutiles reliquias mouit*] Vera, ni fallor, lectio, *inutiles reliquias mouit*, id est, in delectu habendo reiecit. Sequitur enim, *nullum habet militem nisi fastiditum, aut victum*.

Ib. v. 26. *Locum mouis non vtiliter*] Veteres editiones legunt, *non inutiliter*, quod & sensus requirere videtur: & vt paulo post, ita hæc interpungamus: *Sed magis ipsis trophæa tuenda si quis vnquam illinc venturus hostis esset, ve conspectu trophæorum, &c.*

IN SVASORIAM VI.

Ib. v. 54. *Dicitur abdidisse se*] Legendum coniicio, *occidisse se*. Historia est vulgaris: de qua tamen vide L. Senecam Epist. 24. qui locus maxime nostram coniecturam confirmat.

Ib. v. 56. *Votat, inquit, Milo rogari, iudices*] Hæc verba non inueniès in Miloniana: sensus tamen idem habetur, initio statim Epilogi eius orationis.

Ib. v. 61. *O tempora, ô mores*] Martialis lib. 9.

> *Dixerat ô mores, ô tempora, Tullius olim,*
> *Sacrilegum strueret cum Catilina nefas.*

Porro quæ sequuntur, in editione Romana corrupta sunt: a qua discedere hic ausi sumus, Ciceronis auctoritate in secunda Philippica freti: vnde transumpta sunt ad verbum.

P. 468. v. 3. *Cyri Marillii Esernini*] Error ex notis. legendum enim existimo, *Claudii Marcelli Æsernini*. de quo supra in Controuersiis.

Ib. v. 10. *Qua Charybdis est tam vorax?*] Ex eadem Ciceronis oratione, vt & alia quædam infra: quam vide.

P. 469. v. 8. *Qui & iudicasset*] Veteres editiones legunt, *qui & cum iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem*. post quæ verba quædam deesse videntur.

Ib. v. 11. *Ne quis tribus hanc tam speciosam*] Videtur hoc dicere, Antonium eo facilius parciturum Ciceroni, ne quis alius e sociis illam sibi seruati Ciceronis gloriam præripiat: legendumque esse, *ne quis e tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem præriperet*.

Ib. v. 17. *Qui infestissimus famæ*] Pollio Ciceronis gloriæ inuidens, eloquentiam eius libris editis inimice insectatus est, vt ex Quinctiliano non vno loco, Tacito, & Gellio libr. 17. clarum est. Quod eo minus mirum est in Asinio, qui non vnius Ciceronis, sed & omnium pene magnorum hominum famæ obtrectauit. Nam & Liuium Patauinitatem redolere dixit, & contra Plancum orationes scripsit; quas tamen nisi illo mortuo, ne responderet, publicari noluit. idem Quinctilianus auctor, & Plinius in præfatione naturalis historiæ. Vnde etiam B. Hieronymus latentem obtrectatorem Pollionis Asinii nomine designauit in apologia in Rufinum, Epist. 88. ad B. Augustinum, & commentariis in Ionam. Eandem patris maliuolentiam in Ciceronem imitatus est Gallus filius, qui scriptis libris Ciceronem agitare, patremque suum ei præferre nisus est. quibus Claudius Imperator respondit. idem Quinctilianus, Plinius Epist. 4. lib. 7. & Suetonius in Claudio.

Ib. v. 26. *In historiis suis*] Historiam bellorum ciuilium a consulatu Metelli & Afranii pluribus libris scripserat Pollio; cuius auctoritate vtuntur Cremutius Cordus apud Tacitum, & Plutarchus in Bruto & Cæsare Iulio. Valer. Maximus tertium librum laudat lib. 8. Ea ea historia desumpta sunt quæ hic de Cicerone referuntur, vt & fortasse iudicium illud de commentariis Iulii Cæsaris, quod a Suetonio refertur. A Metello autem exorsum auctor est Horatius Od. 1. lib. 2. Nescio quantum fidei Suidæ habere debeamus, qui Asinium hunc Pollionem 17. libros historiarum edidisse tradit; primumque res gestas Græcorum Latinis litteris mādasse: & alio loco, Asinium Pollionem Trallianum sophistam de ciuili bello Pompeii & Cæsaris scripsisse dicit. Vereor ne quod Tralliani est, Romano tribuat; & quod Romani, Tralliano.

Ib. v. 31. *Liuius adeo detrectationis*] Hæc Liuii desumpta sunt ex lib. 120. Historiarum: quas si integras haberemus, ceterorum eius temporis historicorum desiderium leuius ferre possemus. Huic autem plenum testimonium Cremutius apud Tacitum reddit, qui eum eloquentiæ & fidei præclarum inprimis dicit. L. Seneca disertissimum vocat libro 1. de Ira, & Quinctilianus ubertatem

lacteam, iucunditatem, ac mirum candorem ei tribuit, variisque virtutibus immortalem Sallustii velocitatem assecutum, atque Herodoto parem censet. Plutarchus etiam non vno loco veritatis studium in eo laudat. Plinius Epistolarum lib. 2. & B. Hieronymus Epist. 103. ad B. Augustinum, quosdam a Gadibus vsque fama eius commotum, vt Liuium viderent, Romam venisse retulerunt. Præter historias, dialogos Philosophicos composuit; quos post Ciceronis libros idem Seneca primum locum tenere existimat. Quinctilianus meminit epistolæ eiusdem ad filium, qua qui legendi essent auctores, mira breuitate definiuit, Demosthenem scilicet, & Ciceronem: ceteros ita, vt quisque esset Demostheni & Ciceroni simillimus.

Ib. v. 45. *Bassus Aufidius*] Fortasse pater illius Aufidii Bassi cuius mortem constantem narrat L. Seneca in Epistolis. Hunc Quinctilianus Sallustii velocitatẽ expressisse in libris belli Germanici tradit, genere ipso in omnib⁹ probabilem, sed in quibusdam, viribus minorem. Præter libros Germanici belli, historiam Romanam scripsit, vnde hæc de Cicerone desumpta sunt: a cuius fine Plinius Secundus senior suos de eadem re libros auspicatus est. Plinius Epist. 5. lib. 3.

Ib. v. 50. *Cremutii Cordi*] De Cremutio Cordo & eius historiis plenissime L. Seneca in consolatione ad Marciam eius filiam, Tacitus Annal. 4. & Dio lib. 57. Libros autem eius per Ædiles crematos haberi Caligulam permisisse auctor est Suetonius in Caligula: quorum auctoritate idem Suetonius cap 35. Augusti, & Plinius lib. 7. 10. & 16. vsi sunt.

P. 470. v. 1. *Date gemitu*] Locus hic nõ est integer. Quid tamen velit, id esse puto: Nempe conspecto Ciceronis pro rostris capite populum Romanum gemitu & fletu, maximo viro inferias misisse: concinnemque ita depositi corporis, non vt solebat laudes audisse, sed ipsam narrasse. Morem autem attingit, quo clarorum virorum & mulierum vita functorum corpora exponebantur in foro pro rostris: vbi publice astante populo Romano defuncti laudes recitabantur. res vulgatior est quam vt probatione indigeat. Nulla enim frequentior in historiis occurrit, nullumque insigne funus absque laudatione. Si quis tamen probationem requirat, sufficiet quod referunt L. Seneca ad Marciam, de Druso a Ti. patre, & Dio lib. 54. de Agrippa ab Augusto laudatis. Vide igitur ne ita potius legi debeat. *data gemitu & fletu maximo viro inferia; nec vt solet ita depositi in rostris corporis laudes concio audiuit, sed ipsa narrauit.* Si non sic legi, saltem sic intelligi debere hunc locum existimo.

Ibid. v. 59. *Latiaque silentia linguæ*] Martialis lib. 5.

Quid prosunt sacræ Latiaque silentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

IN SVASORIAM VII.

P. 471. v. 26. *Quid Antonium auulsum, Catilinam Reipubl. redditum?*] Phrasis inuersa: cuius generis adeo frequentes in auctoribus occurrunt, vt vix credibile sit non affectatas fuisse. Cicero enim Antonium, inquit Sallustius, pactione prouinciæ perpulit ne contra Rempublicam sentiret, Catilinam vero vrbe expulit. Antonius igitur Reip. redditus fuit, Catilina auulsus.

P. 472. v. 32. *Apud Cestium Prætorem*] Proculdubio legendum *apud Cestium præceptorem*. Sequentia enim probant loqui de Cestio Rhetore.

EX IVSTI LIPSII
ELECTORVM LIB. I.
CAP. 5.

CENSET vulgus libros eos qui Controuersiarum & Suasoriarum inscribuntur, Annæi Senecæ esse; illius qui Philosophus dicitur, & qui Neroni præceptor. Censet vulgus, & ideo errat. Pugnat enim cum ea sententia Senecæ ætas, pugnat vita, pugnat stilus. Ætatis pugnam doceo: quia quicumque iis libris scriptor fuit, Augusti & Tiberii æuo vixit, non Claudii & Neronis. Hoc colligo ex variis eius de se dictis. Ait alibi familiarem se fuisse Cestio Pio, Porcio Latroni, Valerio Messallæ: alibi Ouidium poetam declamantem audiuisse, & Asinium Pollionem viridem cognouisse & senem. Eas omnes faces illustrasse ego scio medium principatum Augusti. At Senecæ celebrior ætas in Claudium incidit & Neronem. Addit imo amplius ille scriptor, ea ætate se fuisse, vt Ciceronem ipsum audire potuerit declamantem. Verba eius sunt Præfatione prima. *Omnes autem magni nominis mihi videor audiuisse, præter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, sed bellorum ciuilium furor, qui tunc totum orbem peruagabatur. Intra coloniam meam me continuit. alioqui potuissem eum audire in illo atriolo, in quo duo grandes prætextatos ait secum declamare solitos.* Ne quis mihi, quæso, ad hunc locum nebulas aut nugas. Ait se Ciceronem audire potuisse declamantem cum duobus grandibus prætextatis. Ii fuerunt Hirtius & Dolabella: quos ideo ludens sic appellat, quia tunc in prætexta toga erant, & in magistratu. Eos per bellũ ciuile Cæsaris, Cicero (vt ipse ait) dicendi discipulos habuit, cœnandi magistros. Vide quo ætatem suam producat ille scriptor. Ante Cæsaris mortem non solum natus fuisse debuit, sed etiam annos aliquot habuisse legitimos ad audiendum Ciceronem. Quomodo hæc æui, vt sic dicam, granditas cadet in hunc nostrum Senecam, qui mortuus Silio & Attico consulibus, extremo imperio Neronis? id est, centum & quindecim annis post illud æuum. Sed enim occurrunt hic etiam. Et vixit, inquiunt, Seneca annos ad centum xv. alii etiam liberalius, centum xxiv. ita enim scribunt passim in historia eius vitæ. Homines præstigiatores! & præ quorum arte in recoquendis senibus nihil sit Medea. Sed quid nugantur? cedo mihi auctorem aliquem huius tam prodigiosæ senectutis. Non dabunt. Tacitus, qui fautor Senecæ, & ideo diligens in vita eius narranda & morte, senile eius corpus dixisse contentus fuit: grandem hanc, & non longe a miraculo ætatem, non attingit. Imo contra apud eum reperio, libro 15 in oratione Neronis Senecam adloquentis: *Est tibi*, inquit, *adhuc valida ætas, rebusque & fructui rerum sufficiens.* Valida, ait, ætas: & hoc paucis ante cædẽ eius annis. Qui conuenit hoc in senium tam efferũ? Sed ventilo ego, & tracto adhuc lusoria arma: quid si doceo Senecam natum non fuisse Cicerone viuo? nonne peroratа hæc lis est? Ait ipse de se, Epistola 108. *His instinctus abstinere animalibus cœpi: & anno peracto, non tantũ facilis mihi erat consuetudo, sed dulcis. Quæris quomodo desierim? In Tiberii Cæsaris principatum iuuenta tempus inciderat. alienigena tum sacra mouebantur, & inter argumenta superstitionis ponebatur animalium quorundam abstinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, sed philosophiam oderat, ad pristinam consuetudinem redii.* Locus clarus, & in quo arx huius causæ. Ait ecce se iuuenem sub Tiberio, quo tempore alienigena sacra vrbe mota sunt. Id accidit quinto Tiberiani imperii anno: vt colligo facile ex his Taciti verbis Annali secundo: *Actum & de sacris Ægyptiis Iudaicisque pellendis: factumque patrum consultum, vt quatuor millia libertini generis ea superstitione infecta in insulam Sardiniam veherentur.* Vtrum ergo digiti me fallunt: an a morte Ciceronis ad hunc diem, anni circiter sexaginta colliguntur? Quod si est, quomodo natus Ciceronis æuo Seneca fuerit: & idem iuuenis adhuc sub Tiberio? Nisi quis tam inepte desipiens, qui sexagenarium senem iuuenem censeat appellandum. Certa res. & huic vni argumento si quid opponi poterit, illi sapiant, ego, vt poeta vetus ait, fatuus sim, non solum stultus. Pugnat ergo ætas Senecæ: etiam vita. Nam is qui philosophus, vitam illustrem egit, ad rempub. accessit, honores gessit, Quæstor, Consul fuit. De Quæstura sua ipse fatetur Consolatione ad Elbiam: de Consulatu, auctores Fasti & Iurisconsulti. Hæc vitæ lux non cadit in meum senem: quem vixisse remotum ab omni ambitu scio, equestri ordine contentum. Testis ipse in præfatione libri secundi, Melam filium alloquens, *Perge*, inquit, *quo inclinat animus, & paterno contentus ordine, subduc fortunæ magnam tui partem.* Nam ordinem intelligit non dubie equestrem. Denique cum vana illa opinione quid magis pugnat, quam stilus? Aristoteles apud quosdam Libyæ

populos

populos. quoniam vxores communes sunt, ait liberos ad formarum similitudinem distribui. Velim idem sit in his libris quorum profluens & copiosa dictio, tantum abest a Senecæ arguta & concisa eloquentia, quantum Homericus ille Nestor a Menelai. Quis falsus scriptor, satis dictum: dicam quis verus. tam clare idipsum; vt si quid hac parte errem, nō recusem quin Fides auersa a me in omne æuum. L. Annæus Seneca Philosophus patrem habuit nomine & cognomine eodem. Is domo Corduba fuit; professione, Rhetor. Natus ante bellum ciuile Cæsarianum, superuixit ad Claudii circiter principatum: sine honoribus; & non aliud quam prouincialis eques. Is iam senex non dubie filiis suis scripsit, aut dictauit potius, hos qui supersunt Controuersiarum & Suasoriarum libros. Sed vt in Plauti fabula, inter duos Menæchmos: sic inter duos Senecas confusione nominum ortus error. Tributa illi, quæ huius erant: & claritate nimia filii obscurus pater hodie, toto ignotus. Memoriam boni senis fugitiuam (impune hoc dixerim) primus retraham ego. Eius, inquam, Senecæ hi libri. Doceo ex ætate: quæ patri conuenit, disconuenit proli. doceo ex inscriptione, quæ in omnibus libris, etiam scriptis, concipitur: L. ANNAEI SENECAE, AD SENECAM, NOVATVM, ET MELAM FILIOS. Optime inter tres filios quos nominat, Seneca Philosophus est: reliqui eius fratres. Stemma tale.

L. Annæus Seneca, qui Rhetor:	L. Annæus Seneca, qui Philosophus.
	Annæus Nouatus, aliter Iunius Gallio.
Elbia, eius vxor.	Annæus Mela, siue Mella, pater Lucani.

Quid iam clarius, quam Senecæ patris esse hæc scripta? Nam qui Mela ille frater Senecæ Philosophi sit: non ambiges ex his locis. Tacitus libro 16. Annalium: *Mela, quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuit: per ambitionem præposteram, vt eques Romanus consularibus potentia æquaretur.* Seneca ipse in Consolatione ad Elbiam: *Respice fratres meos, quibus saluis fas tibi non est accusare fortunam. In vtroq; habes quod te diuersa virtute delectet. alter honores industria consecutus est:* (Gallionem intelligit) *alter sapienter contempsit.* intelligit Melam. Confer nunc locum e præfatione libri 2. Controuersiarum; & vide quam elogia omnia conueniant in hoc Mela. *Hæc eo libentius, Mela fili carissime, refero, quia video animum tuum a ciuilibus officiis abhorrentem, & ab omni ambitu auersum: hoc vnum concupiscentem, nihil concupiscere, vt eloquentiæ tantum studeas. Ego vero non sum bonæ mentis impedimentum: perge quo inclinat animus, & paterno contentus ordine, subduc fortunæ magnam tui partem.* Nec turbat me, quod epigraphe Nouatum nominet, quem alii, & quem Seneca ipse, Gallionem. Idem enim ille per adoptionem familia exiuit, & in gentem ac nomen venit Iunii Gallionis. Credo illius ipsius Gallionis, qui inter Rhetoras nominatur Senecæ patri: & de quo Scriptor incertus De causis corruptæ eloquentiæ: *Malim hercle C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis.* At nomen Nouati anterius ei fuisse, colligo ex Seneca in Consolatione: qui filiam huius agnoscit a nomine veteri Nouatillam. Non item locus me mouet initio libri 2. Controuersiarum de Fabiano philosopho *Scio futurum,* inquit, *vt auditis sententiis eius, multa cupiatis audire. sed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego multo minor natu quam ipse erat, audiebam quoties inciderat, non quoties volebā.* Qui si recte haberet, vana omnia quæ dixi de ætate huius senis. Fabianus enim auditor Cestii Pii & Arellii Fusci fuit; ac sub Tiberio præcipua illi fama. Quo si multo minor natu hic scriptor: cur non pistrino trador ego atque asino? Sed non recta lectio, & emendo *multo maior natu.* Causa enim vera non audiri Fabiani, quod ille iuuenis, Seneca iam grandis; vt homo senex frequentare declamationes adolescentuli honeste non posset. Hæc ibi Lipsius.

Sed & ante eum Andreas Alciatus Parergon lib 4. cap. 14. Illud sciendum, duos fuisse Senecas: Eum qui Neronis præceptor erat, cuius sunt Epistolæ & Tragœdiæ, quique patruus Lucani poetæ, & Gallionis frater fuit. Alium seniorem, istius & Gallionis patrem: cuius sunt Declamationes, qui se potuisse Ciceronem audire attestatur vt ridicula sit eorum sententia qui vtriusq; ætatem coniungentes, vixisse posteriorem annos supra CXX. comminiscuntur: cum tamen Dio lib. 58. phthisi laborasse hunc Senecam sit auctor, manusque Caii principis euasisse, quod credebat fore vt quamprimum fato decederet.

FINIS.

Bura

Cuneare

Fabius

Insigno

Militū

Refi-

Struere

C O R R I G E N D A.

Pagina 517. linea 20. *dixerim quod. &c.* quomodo fere. l. vlt. habentque omnes. Pag. 518, l. 38, adhibeo. l. 50. *erit magn prod.* 519. l. 52, Col. & Naz. sensu. 521. l. 38, *lingua* sic & Pal sec. at pluteariu, &c. 523. l. 33. venandi actum. 524. l 35, alterum *f* erasit. 524, b. l 41, exemplariorum, *os cornuas* at quod. 526, b. l. 14, *Et ne hoc.* 526, b. l 71. *renouanda.* 527, b. l. 41, *campagos.* 530. l. 50, citat is tamen. 531. l. 44, quæ ab animalibus. 531. l. 46, si vero; dicentur. 532. l. 31, *cui pars alia.* 532. l. 47, ex coniectura. 532, b. l. 32. vox illa *Spiritum* seiungenda a superioribus hac nota ¶. 533. l. 28, *Nobis in id.* 533. l. 60, *futurorum*, non *præteritorum* 538, b. l. 25, *quum ben al.* 538, b. l. 27, *q. al ben. a fer.* 542. l. 62, *sol aurum veh.* 542. b. l. 6. Pal. tert. *deus surg.* mox. l. 7. *deus surgens.* 543. l. 11, *officio, si quid.* 552. l. 12, *tunc merite.* 552, b. l. 45, *retinens, que grat. referret.* 558. l. 41, aliud quam ius. 558, b. l. 11, deposito. 560. l. 8, habetque tantum, *terra.* 562. l. 49, *ac sua.* Mihi. 563, b. l. antepen. Naz. *immensam ign.* l. vlt. refert, *immensam.* 567. l. 19, *consummauit.* ¶ Cap. II. locari debet post hanc vocem. 569. l. 21, norat forte. 569, b. l. 63, Roscia. 570, b. l. 56. *potest* pro *potes* 573. l. 47. *violentiorum nemne.* extrinsæque. 580. l. 44, desuadere. 580. l. 67. *fruere.* Col. &c. l. 75, *sonere mito.* 580, b. l. 43, sec. *ad Epicurum complicamus.* 581, b. l. 56, *Si vllum in.* 582. l. 23, *iste homo est vnus e.* 584. l. 66, illud. *vedit.* 591, b. l. 1, vox *Non.* &c. 595. l. 37, *et*, legitque. l. 38, vox *et* nusquam. 598. l. 16. cap. 11. 598. l. 26, ideo idem. 599. l. 18, *te Deo pec.* 603. l. 35, *& inimica.* 606, b. l. 49, *ingenuum videre.* 609. l. 6, *formula.* 612. l. 11, *nauigauero.* 614. l. 10, *colloqui.* 620, b. l vlt. *nimis amauit.* 631. l. 7, alia. 631, b. l. a fine sexta; *in viam.* 632, b. l. 52, *respicimus*; absque illis, *modo in hunc* mei. &c. Item b. l. 67, *magno aliquo incommodo.* 633, b. l. vlt. *collaudatio*, non *collectio*, &c. 635, b. l. 2, legi. *in hac senescamus, hanc iuniores sequamur.* 638, b. l. 41, cœnam. 641. l. 19. vocibus litem. l. 37, deleantur illa (quod in Pal. pr. ac sec.) 643, b. l. 37. *coactor.* 644. l. 32. *debeat.* 645, b. l. 33. dele (sec. *periculosissima*) 645, b. l. 19. Epist. LXXXII. 647, b. l. 28, *sic interuenit.* 653, b. l. a fine 7: partim, *examinata.* l. a fine 6: partim. l. a fine 5: displicuit. 654. numerus paginæ perperam est, 665. 654, b. l. a fine 14; omnibus, idē tamen addit. l. a fine 10; hausisse. 655, b. l. 2, probat vltimum, me. l. 51, iudicio, non, *facili.* 656. l. 35, e re publica. 657. l. 19, deleantur illa (impurum effecit) 659, b. l. 22, fine *bona.* 662, b. l. 1, clamo. 664. l. 41, male. 665. l. 36, *interimum.* 671. l. 2, præcinctum. 671, b. l. 58, signaui. 673. b. l. a fine 4: *prolegumena.* 675, b. l. 7, defendat habet. l. vltima, *venientibus.* 677, b. l. a fine 5: quæ post pugillarum. 678. l 32, premit. 683, b. l. 30, notum. 684, b. l. 9, a *turture*, tanquam *turtur.* l. 55. non. 688. l. 44, *aiebat.* l. 2 fine 10: *certiorem.* 690, b. l. 31, ea enim. l. 57, deleatur dictio (&) 696. l. 7, *transiere.* 698, b. l. 37, agit forte, *grauiss. nominibus*, absque voce, *sub.* 700. l. 30, possis; *qu. ram. necessitas.* 704. l. 16, operæ. 706, b. l. 35, formosis. 715. l. 11, ac quart. 716, b. l. 49, nobis. 724. l. 38, reporem. 744. l. a fine 8: vti. 753. l. 44. *minutorum securus exaudit.* 757, b. l. 8, *nullis etiam.* 762. l. a fine 7: nunquam tam fatui fuissent, vt, &c. 764, b. l a fine 3, fauciati. 775. l. 51, deplorata sunt. 778. l. 5. Sed quis. &c. 794. l. 50, *bonus.* 795. l. 36, fuerit; nisi si potius fuit, *defatigata arte*; quod puto. 800, b. l. 2, *debent.* 833, b. l 31. *candicaria.* 840, b. l. vlt. Ouidius transformatos. 842, b. l. 42, *esse volet.* 858, b. l. 47, *dominum.* 869, b. l. 47, noris. 880. l a fine 8, *fatearis.* 886. l. a fine 22, suis Fortunatus. 897, b. l. 1, *arte sfune.* 906, b. l. a fine 12, *aut vincitur.* 920, b. l. 14, sit, vinciuntur. 921. l. 80, *& annonam, pre.* 987. l. a fine 3, lubenter. a fine 7, pauca.